UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 896a.

CIX

1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Legato Cllmi Principis FERDINANDI Epi Paderbornensis ac Monasteriensis 4. Ao 1663.

MILITIA
IMMACULATÆ CONCEPTIONIS
VIRGINIS
MARIÆ,
CONTRA
MALITIAM
ORIGINALIS INFECTIONIS
PECCATI.

IN QUA

Ordine Alphabetico recensentur Auctores antiqui & moderni, Sancti & alij, Ecclesiastici & sæculares, ex omni statu ac natione, qui clarè & expressè, aut insinuativè & obscurè locuti sunt in individuo de ipsa præservatione, vel formali Conceptionis atque animationis instanti; aut universaliter de incontaminata ab omni macula, nævo, labe, & defectu, vel aliquid singulare in honorem virginalis immunitatis molitini fuerunt.

Collegij Societatis JESV Paderborna

Compilata ac disposita

A R. A. P. F. PETRO DE ALVA ET ASTORGA,
Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci, Lectore Iubilato, Sanctæ ac Supremæ Inquisitionis Qualificatore, sui Ordinis Patre perpetuo, in Romana Curia quondam Procuratore Generali, Patriâ Carbajalensi, & Provinciæ Limensis duodecim Apostolorum de Lima in Regno Peruano filio.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

In Typographia Immaculatæ Conceptionis Lovanij,
sub signo Gratiæ, anno 1663.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MILITIA

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

VIRGINIS

MARIÆ,

CONTRA


MALITIAM

ORIGINALIS INFECTIONIS

PECCATI.

IN QUA


SPECVLVM SINE MACVLA
a. Bael. f.





ILL.MO ET EXCELL.MO
DOMINO
D. LUDOVICO
CARILLO BENAVIDES
ET TOLEDO,
MARCHIONI DE CARACENA,
PRO REGIA MAJESTATE
PHILIPPI IV.
Hiſpaniarum, Indiarum Monarchæ,
BELGII GUBERNATORI, &c.



Alitiæ Peccati Originalis oppugnanti parvulorum Innocentiam Militia litteratorum propugnantium calamis incontaminatam puritatem proponitur: cùm nulli æquiùs quàm invaſo, neque Religioſiùs cuipiam quàm Sancto, non utiliùs ulli quàm Beato poſſit uſpiam defenſionis præſidium impendi; illi maximè, qui quàm minimè meretur impugnari. Quo prologo (niſi deviem) deſcripſi operis mei materiam, aſſignavi ei Mœcenatem, Te Excellentiſſime & Illuſtriſſime Heros. Res eſt notior,

quàm ut doceri debeat, charior quàm ut possit commendari. B. Virgo Θεόθοκος longâ serie sæculorum, immò ipsius etiam æternitatis in possessione innocentiæ, in laude possessionis quieta, pridem (puta à trecentis annis) pulsari cœpit, velut è possessione deturbanda. Itum ad acuta Belli, continuò *Ecclesia*, tum certè *militans*, tamquàm respublica (quæ verè est) Romana inter suos, Cæsarem, & Pompejum, Sanctos, scilicet, Dominicum, & Franciscum, facta duplex acies

Virg. 1 Æneid. *Studijs asperrima Belli.*

In alterna prælia, & reciprocos ictus erupit. Uterque castrametati circa MARIAM, quæ proindè inter arma nata, immò etiam concepta, apparet ipsa bellis oblectari, *Cant.7.* ut *vix videri aliud possit in hac Sunamite nisi chori Castrorum*. Hæc nempè est illa Rosa aculeis suis armata, hoc Lilium spinis suis obsessum, quæ cuspides aculeorum, & spinarum acus extrà obvertit adversantes læsura, sibi intrò eorum basim, id est, pacem habet, innocentiæ possessionem prosecuta. Quæ ideò controversa est, ut desinat olim controverti; proindè impugnari se finit, ut sciatur non posse expugnari. Et denique hæc incus pulsari se patitur, ut ipsis ictibus solidetur: interim tamen hæ duæ acies, hi (quos dixi) Ordines pares animis, impares facultate, dudum, & nunc copias suas educunt, & utrimque inæquales. Illa (dicam) pars Pompei, quæ vincenda est paucitate suâ, suæ cædi præludit, tot sæculis non nisi trecentos quindecim educens: nostra, quæ Augusti est, & proindè victura, ferè sex millia. Eant nunc illi, & opponant nobis numerum, quo sunt imminuti: fidant æquitati causæ, quâ laborant: invitent antiquitatem, quâ sunt opprimendi. Nemini non notum veteranos milites optimos esse, & vel indè adoptandos: nos autem vetustate centuriamus. Quisque scit probum quemque Fidei faciendæ opportunum: nos etiam Beatos numeramus. Et denique sat scitum est validissimum telum esse tonitru, aut fulmen, quippè cœlitùs explosum: nos proindè miracula producimus, portenta tamquam tormenta bellica, quæ non nisi cœlo ex-
2.Cor. 10. plodi potuerunt. Hæc *arma Militiæ nostræ*, hæc Militia Conceptionis (contra malitiam originalem) quæ etiam

me

me tacito, & nihil imperante seipsam sistit Tibi Excell.me & Ill.me Heros, suo commodo, Tuo jure. Non ita pridem prodijt nostrâ operâ opus titulo illustre, SOL VERITATIS, & Majestatem Regiam Mœcenatem suum accessit. Alter etiam eodem utero editus, etsi alio partu, NODUS INDISSOLUBILIS Magno Alexandro VII. oblatus, ut eam suo aut oraculo explicaret, aut suâ auctoritate rescinderet. Tertius hic Tuus esse vult, ac proindè trium, hoc est, utriusque illorum tecum, in quo singulorum aliquid, scilicet, Regium ac Sanctum inveniet. Tuus est, nec mirum, quia militaris, immò MILITIA ipsa est. Ego milites meos in manipulos, hos in cohortes, utrosque in legiones litterarum dispositi; invitandus est Imperator quispiam, & Dux copiarum; quis nisi quispiam Carillo & Benavides? Gabrias ille Atticus pulchrè pronuntiavit malle se ovium exercitum Duce Leone, quàm Leonum, qui ab ove ducerentur. Et ecce theoriam praxi explicatam. Ecce exercitus Duce Leone, quando Tu eum educis, cui excubat in stemmate Leo; securè explicandus, si Tu eum Tuâ turre excipias. Materia Mœcenatem vendicat, illa Regia est, immò Regina; sed inter bella concepta. Tu necdum natus in parentibus Tuis militasti; ipse etiam diluculo quodam ætatis quasi

Reptasti per scuta puer. *Claud. de 3. Cons. Honor.*

Nunc verò emeritus Marte, etiam Mercurio pugnas: & Militiæ meæ non modo dux es, sed pars; quippè quam ipse insigni opere auxisti. Admitte ergò oblatum, si minùs quà nostrum, tamen quia Tuum. Militare est, ac proindè Tuum; Marianum, & secundò Tuum: in qua etiam propugnandâ tot virtutibus litabis æquitati, quia invasa est; Religioni, quia Sanctissima; spei ac utilitati Tuæ, quia Divina. Quæ omnia, cùm oret, immò ominetur Excell.tiæ Tuæ, desinit esse molestus, durabit obstrictus

Lovanij 16. Kal. Novembris 1663.

Obsequentissimus Servus & Sacellanus,

Fr. PETRUS DE ALVA ET ASTORGA.

MEMORIAL

SEÑOR,



Espues de un SOL DE LA VERDAD que subio à la esfera del Español Monarca PHELIPE IV. Rey de las Españas, que Dios nos guarde pro Athlante dela Christiandad, para que movido de su inteligencia diese buelta y luz en el mundo.

Y despues de otro NUDO INDISOLUBLE que se embio à los Sanctissimos pies de ALEXANDRO VII. Pontifice no solo Magno, sino Maximo; que Dios conserve como pide el bien de su Santa Iglesia, para que lo desatase ò lo cortase como clama su Catholico rebaño.

Sale por tercero esta MILICIA, *contra la Malicia del Pecado original*, al campo de todo el orbe, debajo de la protecion sombra y amparo de V. Ex.ª en estos Estados de Flandes, que felizmente mantiene en paz y govierna prudente; que sea con salud y vida en la perpetua sucesion de su casa y nombre por siglos eternos.

Quien duda pues, que si un cordon tejido de tres hilos dificilmente se rompe, como nos enseña el Espiritu Santo en las divinas letras, que el que en estas obras se ha labrado de la pureza original de la Reyna de los Angeles, y Virgen MARIA entretegido de tres tales defensores no ha de ser incontrastable al tiempo y à la emulacion!

De los dos no tengo aora que decir, porque ellos se son de suio los primeros del mundo: del tercero aguardo que como oy es el primer soldado de nuestros siglos, y tan General que en las armas y govierno, ha excedido à todos los pasados; el cordon de purpura Ecclesiastica, y seda secular los ha de trocar en cordon de MILITIA, que rinda murallas, y acave con resistencias.

Para este fin ofresco Señor à V. Ex.ª este exercito de casi seis mil soldados que aunque es esquadron volante, pues solo se compone de plumas; debajo de su disciplina militar serviran de alas que lleven las puntas de azero al blanco y fin donde se encaminan y derezan.

A D

AD
LECTOREM.

INter omnium argumentorum genera, ad firmandam, seu in corde stabiliendâ aliquam hypothesim, infimum esse illud petitum ab extrinseca auctoritate, res est per se nota, à multis jam exagitata, ac in judicij statera appensa, roboris minus habens invenitur. Quid enim prodest homini litterato, si universum mundum lucretur pro aliqua opinionis parte, si veritas detrimentum patiatur? Hoc enim solido fundamento deficiente, quo ædificium altiùs protenditur, & lapidum multitudo coacervata in cumulum congregatur sine veritatis calce, eò citiùs, atque faciliùs erectum opus ad ruinam disponitur.

Hæc de Conceptione Sacratissimæ Virginis MARIÆ controversia jam à quingentis exarsit annis, sub Fidei centro de peccato originali ab Adam seminaliter propagato per omnes suæ posteritatis filios, suum sumpsit initium, & incrementum: sed dum quærerent veritatem, qui oppositam de maculato Conceptu propugnabant opinionem, cùm pro illa exigua admodum, aut nulla invenirent fulcra, ad congeriem Auctorum, atque Doctorum ex omni statu per diversas classes Sanctorum, Pontificum, Theologorum, Concionatorum, & Canonistarum, &c. calamum diverterunt, ita ut, congregato exercitu trecentorum quindecim Doctorum, dicerent uno ore (quod adhuc hodiè intrepidè repetunt) totum Catholicorum exercitum militare pro se.

Per oppositum verò pro nostra præservationis sententia ita paucos recensebant milites, ut novissimè quidam Arpalêgus in rescripto suo ad Summum Pontificem Innocentium X. referendo ipsorum nomina solummodò enumeraverit sex, ex quibus aliquos dicit esse Auctores parvi momenti; sed in utraque assertionis parte deficiebat veritas, quæ arbitra facta, inter illam ingentem multitudinem pro sua opinione, & paucitatem istam pro nostra sententia, invênit in SOLE VERITATIS, quòd exclusis Auctoribus Ordinis Prædicatorum, sui non pervenirent ad sex, & adhuc inclusis istis non ascenderent ad triginta. Et si iterum dixerint calculationem istam non esse rectam, non propterea contendemus: nam in secunda revisione ad SOLIS RADIOS, ut de nullo conquerantur errore, iterùm supputabitur aliâ novâ exactioriqúe Arithmetica.

Restabat tamen pro ultimo complemento, ut Auctores pro nostra pia sententia in lucem prodirent, ut palam viderent ipsi, & totus terrarum orbis, an essent omnes pro sua opinione, ut passim dicebant; vel sex tantùm pro nostra sententia, ut modò dicunt; vel sex millia, aut etiam, si computandæ essent Ecclesiæ, Missalia, Breviaria, Universitates, & libri diversi, licet ejusdem Auctoris, & multa alia, quæ quasi in una colliguntur cohorte, essent non sex, sed sexaginta millia. Hoc unum fateor, scilicet, non omnes esse expressos, & formales pro præservationis sententia, cùm aliqui obscurè & ambiguè loquantur, præcipuè ex illis, qui sunt ex Ordine Prædicatorum, quos in medium adduximus, ut cognoscatur saltem nihil scripsisse contrà, addito brevissimo scholio ad detegendam ipsorum mentem, præcipuè antiquorum.

De

De legalitate verò in transcribendis originalibus potuit esse aliquis error ex inadvertentia invincibili, & humanâ fragilitate; sed quòd nec unam litteram mutaverim ex destinato animo, hoc sine ullo scrupulo possum testificari. In Amanuensis transcriptione factâ Matriti à Presbytero D. Joanne de Tholedo, in Belgio constitutus tempore editionis invêni aliqua non rectè legisse ex meo charectere, cùm nullum facerent sensum, præsertim in Auctoribus Græcis, quæ necesse fuit hujusmodi signis ..... in aliquibus locis notari. Sed cùm hoc sit in antecedentibus, vel consequentibus sententiam formalem de Virginis Dei Matris puritate, sensatis res erit parvi momenti: & si malevolis fuerit occasio alicujus offendiculi, corrigant, quia solùm veritatem desideramus.

Processi Ordine Alphabetico non per classes, quia opus hoc est quasi quidam Index universalis omnium Auctorum scribentium directè, vel indirectè, ex professo, vel incidenter, quæ spectant ad hanc materiam, vel concernere possunt. Si aliquis aliter structuram desiderat, facillimè poterit modò per personarum diversos status Summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, &c. usque ad Poëtas & fœminas illam distribuere. Sunt enim circa hoc frequenter diversa, immò oppositа ingenia hominum. Feci quod potui, & qui alia invenerit, addat; quia sicut in scribendis libris non erit finis usque ad consummationem sæculi, ita neque iste erit in laudibus Sacratissimæ Dei Matris Virginis MARIÆ, & Filij ejus Domini Nostri JESU CHRISTI; cui sit laus, ut erit in æternùm, quia nobis dedit vitam, & vires, ut hujus laboris videremus ultimum complementum.

Approbatio Censoris ordinarij.

LEctulum Salomonis olim ambiebant sexaginta fortes ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, &c. *Cantic.* 3. *At mysticum illum mystici Salomônis Lectulum nunc ambiunt, & circumdant plusquam sex millia Virorum ac Heroum sago, togâque, seu religione & doctrinâ præstantissimorum, quos recenset hæc* MILITIA *adversùs* Malitiam, *à Reverendo Admodum P. F.* PETRO DE ALVA ET ASTORGA, *Lectore Jubilato, Supremæ Inquisitionis Qualificatore, &c. conscripta, cujus Tessera Militaris est.* Vivat Immaculata Conceptio Deiparæ Virginis; *ad illam enim tutandam*, omnes sunt tenentes *calamos, & libros, velut gladios, hastas, & amentata jacula. Prodeant igitur è prælo in prælium, ad majorem Matris Virginis, & Filij ejus Redemptoris omnium gloriam: habent enim faventem sibi* Solem Veritatis *per diem*, & Lunam *per noctem; sed illam* Lunam, quæ tota pulchra est, & sine macula. *Datum Lovanij hâc 20. Octobris* 1663.

A. DAVE' S. Theol. Doctor, & Professor Regius Primarius, nec non Libr. Visitator, & Censor Apostolicus, & Archiep. Mechlinienſis.

BOnam Militiam in promovenda Deiparæ Immaculatè conceptæ gloriâ strenuissimè dudum militavit, ac etiamnum militare non cessat R. A. P. F. PETRUS DE ALVA ET ASTORGA, Ordinis Sancti Francisci Pater, ac ex-Procurator Generalis, S. Theol. Lector Jubilatus, Supremæ Inquisitionis Qualificator, dum in suo opere, cui titulus: *Militia pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis* MARIÆ, *contra malitiam peccati originalis*, validissimè circumdat domum illam, in qua habitavit Altissimus, ex his, qui militant Deiparæ Immaculatè conceptæ: ac instar Ducis peritissimi è militibus, undequaque copiosissimè non sine maximo labore & studio collectis, instruit veluti castrorum aciem ordinatam, hostibus cunctis, in suis copijs SOLI VERITATIS expositis, ac dispersis frustrà gloriantibus, meritò terribilem. Proindè lucem meritissimò opus hoc videbit, lucem mysterio non modicam allaturum. Ita censuimus Lovanij in Conventu nostro Fratrum Minorum die 31. Augusti 1663.

Fr. GUIL. HERINCX, *S. Theol. Lector Jubilatus, ac Provinciæ Germaniæ inferioris Custos.*

Fr. JOAN. BOSCO, S. Theol. Lect. Jub. ac Prov. Germ. inferioris Diffinitor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRIMVS
INDEX AUCTORUM
ORDINE ALPHABETICO.

A

Abdias Babylonicus, primus illius civitatis Episcopus.
Abraham Bzovius, Dominicanus Polonus.
Abrahamus Bucholcerus, Auctor damnatus.
Absalon Spirinck, Irbacensis Abbas Cisterciensis.
Acatius Gaytan, Franciscanus Hispanus.
Academiæ Christianæ, ac Catholici, &c.
Achilles Maria Orlandus Italus, *in Append.*
Achilantes Rocheta, Sæcularis.
Achilles Grassus, Castellensis Episcopus.
Actius Sincerus Jacobus Sannazarius, Poëta Sæcular.
Adam Anglicus, Auctor antiquus.
Adam, absque alio cognomine.
Adam Dei-Patientia, Norbertinus Abbas.
Adam de Persenia, Abbas Cisterciensis.
Adamus Brawerus Lutzius Germanus.
Adamus Contzen, Doctor Moguntinus Jesuita.
Adamus Sasbout Delphus, Franciscanus Belga.
Adamus Senior Scotus, Cisterciensis.
Adamus Tannerus, Jesuita Germanus.
Adamus de S. Victore, Canonicus Regularis Gallus.
Adamus Wernherus, Temarensis.
Adolphus Moguntinus Archiepiscopus.
Adonis Episcopus Trevirensis.
Ægidius Abbas.
Ægidius de Campis, Doctor Gallus.
Ægidius Carlerius, Doctor antiquus Belga.
Ægidius Chybault vel Thybault, Jesuita Belga.
Ægidius Cuallart vel Zuallart, Franciscanus Belga.
Ægidius Delphus, Doctor Parisiensis Sæcularis.
Ægidius Eschesiel, Franciscanus Austriacus.
Ægidius Fuscarius, Dominicanus.
Ægidius Gelenius, Germanus Sæcularis.
Ægidius Gottardus, Augustinianus Italus.
Ægidius Lopez Lucenilla, Poëta Sæcularis Hispanus.
Ægidius à Præsentatione, Augustinianus Hispanus.
Ægidius Schiessel *fuit inadvertenter bis positus.*
Ægidius Topiarus, Doctor Sæcularis Flander.
Ælius Antonius Nebrisensis, Doctor Sæcul. Hispanus.
Æneas Silvius Picolomineus, Papa
Agapetus Dalmata, Franciscanus.
Agentes Curiæ Romanæ.
Agnellus à Neapoli, Franciscanus.
Agobardus Lugdunensis Episcopus.
Aguilarus de Terrones, Doctor Hispanus Sæcularis.
Alanus Coëtius Brito, Cardinalis Sæcularis.
Alanus Insulensis, Cisterciensis Gallo-Flander.
Alanus Magnus.
Alanus Parisiensis, Doctor Sæcularis.
Alanus de Rupe, Dominicanus.
Alanus Varenius Montalvanus, Sæcularis Gallus.
Alardus Amsterlodamus, Sæcularis.
Alardus Gazæus, Vedastinus Abbas, Benedictinus.
Albericus, Doctor Sæcularis.
Albericus de Ronghe, Belga Cisterciensis.
Alberonius, Leodiensis Episcopus.
Albertus Austriacus Cardinalis.
Albertus Bontius, Franciscanus Flander.
Albertus de las Casas, Dominicanus Hispanus.
Albertus à Gayo, Dominicanus.
Albertus Marchesis de Cottignolo, Franciscan. Italus.
Albertus Novicampianus, Sæcularis.
Albertus Patavinus, Augustinianus Italus.
Albertus Pius, Carporum Comes Italus.
Albertus Polevitius, Carmelita Polonus.
Albertus de Saxonia Augustinianus, in *Appendice.*
Albertus Veronensis, Sæcularis.
Albinus Flaccus, Alchuinus Abbas.
Albumazar Chaldæus, Sæcularis.
Alexander de Ales, Franciscanus Anglicus.
Alexander ab Alexandria, Franciscanus.
Alexander Anglus, Sæcularis.
Alexander Barrata, Italus Sæcularis.
Alexander Calamatus Messanensis, Sæcularis.
Alexander Coli Lucensis, Ordinis Matris Dei.
Alexander Donatus Senensis, Jesuita.
Alexander Farnesius, Cardinalis.
Alexander Fichet, Jesuita Gallus.
Alexander Florentinus, Sæcularis.
Alexander Gonzalez de Guadfaxara, Hisp. Sæcularis.
Alexander N. Poëta Hispanus Sæcularis.
Alexander Nequam vel Nekam, Franciscanus.
Alexander de Peregrinis, Presbyter Italus.
Alexander Peregrinus, Jesuita.
Alexander Perettus de Montalto, Cardinalis.
Alexander Pesantius, Sæcularis Italus.
Alexander Picolomineus Senensis Episcopus.
Alexander Pinetus, Poëta Hispanus Sæcularis.
Alexander Quintus Papa.
Alexander Romanus & Patriarcha Sextus.
Alexander de Ros, Canonicus Hispanus Sæcularis.
Alexander Secundus Papa.
Alexander Septimus Papa.
Alexander Sextus Papa, Hispanus.
Alexander Sforcia, Episcopus Italus.
Alexander Sperellus, Presbyter Sæcularis Italus.
Alexander de Stiozzis, Episcopus Italus.
Alexius Figliutius, Dominicanus Italus.
Alexius de Lannoy, Franciscanus Belga.
Alexius de Morales, Canonicus Sæcularis.
Alexius Segala è Salò, Franciscanus Italus.
Aloysius Lippomanus, Carthusianus Italus.
Aloysius Novarinus, Clericus Regularis Italus.
Aloysius Pariola, Augustinianus Mediolanensis.
Aloysius de San Severino, Princeps Italus.
Aloysius Sidereus, Jesuita Italus.
Alphonsus de Andrade, Jesuita Hispanus.
Alphonsus Aragonum Rex Quintus.
Alphonsus de Avendaño, Dominicanus Hispanus.
Alphonsus Avila Bellomontanus, Sæcularis Hispanus.
Alphonsus de Ayala & Guzman, Doctor Hispanus.
Alphonsus de Bascones, Franciscanus Hispanus.
Alphonsus Barrantes, Dominicanus, Hispanus.
Alphonsus de Bohorques, Carmelita Hispanus.
Alphonsus de Bonilla, Poëta Hispanus Sæcularis.
Alphonsus de Cabrera, Dominicanus Hispanus.
Alphonsus Carrafa, Cardinalis Italus.
Alphonsus de Castarubios, Franciscanus Hispanus.
Alphonsus à Castro, Franciscanus Hispanus.

Alphonſus de Caſtro, Doctor Sæcularis Hiſpanus.
Alphonſus à Caſtro, Dominicanus Hiſpanus.
Alphonſus Ciaconius, Dominicanus Hiſpanus.
Alphonſus de la Cruz, Hiſpanus.
Alphonſus Deza, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Diaz, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Dominicus, Ordin. SS. Trinitatis Hiſpanus.
Alphonſus Ezquerra, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Fernandez, Dominicanus Hiſpanus.
Alphonſus Ferriol & Caicedo, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus de Frias, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus de Fuentedueñas, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Gomez de Rojas, Canonicus Sæcul. Hiſp.
Alphonſus de Herrera, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Hurtadus de Mendoza, Franciſcanus Hiſp.
Alphonſus Januarius, Neapolitanus Sæcularis.
Alphonſus de Ledeſma, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus de Loarte, Carmelita Hiſpanus.
Alphonſus Lopez Abolafius, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Lopez Barbon, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Lopez de Haro, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſ. Ludov. du Pleſſis de Richelieu, Card. Carth.
Alphonſus de Madrigal, Epiſcopus Hiſpanus.
Alphonſus Maldonadus, Dominicanus.
Alphonſus Maldonadus, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Manrique, Cardinalis Hiſpanus.
Alphonſus Martinez de Laguna, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus de Mergelina Montexus, Hiſpanus Sæcul.
Alphonſus Meſſia Galeotus, Poëta Hiſpanus Sæcular.
Alphonſus Morgadus, Presbyter Hiſpanus.
Alphonſus de Narbona, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Nuñez de Caſtro, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Obeſus de Orſona, Poëta Hiſpanus Sæcul.
Alphonſus de Olea, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus de Orozco, Auguſtinianus Hiſpanus.
Alphonſus de Ortiz, Canonicus Toletanus.
Alphonſus Peñafiel & Aranxo, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Perez, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Perez Seraphinus, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Pimentel, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Quintus Aragonum Rex.
Alphonſus Ramirez de Arellano, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Ramos Gavillan, Auguſtinianus Hiſpanus.
Alphonſus Remon, Ord. B. Mariæ de Mercede Hiſp.
Alphonſus de Rivera, Dominicanus Hiſpanus.
Alphonſus de Roa, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Rodriguez, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Ruſpagiari ex Regio, Italus Sæcularis.
Alphonſus Saes Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Salmeron, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Sanchez de Alcazar, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus Sanchez Zarçoſa, Canonicus Sæcularis.
Alphonſus Sanctius, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Sanctius, Magiſter Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus de San Victores, Benedictinus.
Alphonſus de Sanzoles, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus Sobrinus, Carmelita Hiſpanus.
Alphonſus de Sotomayor, Hiſpanus Sæcularis.
Alphonſus Spina, Franciſcanus Epiſcopus.
Alphonſus de Toledo, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus de Valdivieſſo, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſus del Valle, Jeſuita Hiſpanus.
Alphonſus de Vargas, Franciſcanus Hiſpanus.
Alphonſ. Vazquez de Miranda, Ord. B. M. de Mercede.
Alphonſus de Vega, Minimus Hiſpanus.
Alphonſus de Villegas, Hiſpanus Sæcularis.
Althelmus Schireburnenſis, Epiſcopus.
Alvarus Cubillo de Leon, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alvarus Gomezius, Hiſpanus Sæcularis.
Alvarus de Inoxoſa & Carvajal, Benedictinus.
Alvarus Lopez Arias de Vega, Poëta Hiſpanus Sæcul.
Alvarus de Mendoza & Aragon, Franciſcanus Hiſp.
Alvarus Pizanus de Palacios, Canonicus Sæcul. Hiſp.
Alvarus de Vargas, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Alvarus de Villegas, Canonicus Sæcularis Hiſpanus.
Amator Arraez, Carmelita Hiſpan.
Amatus Beſſon, Auguſtinianus Gallus.
Ambroſius Ansbertus, Benedictinus Gallus.
Ambroſius Blancut, Poëta Italus Sæcularis.
Ambroſius Capello, Dominicanus Epiſcop.
Ambroſius Catharinus, Dominicanus Italus Epiſcop.
Ambroſius Coriolanus, Auguſtinianus Italus.
Ambroſius Eremita, Auguſtinianus Italus.
Ambroſius Florentinus, Abbas Camaldulenſium.
Ambroſius Gomez, Benedictinus Hiſpanus.
Ambroſius ſive Alphonſus de Herrera, Hiſpanus.
Ambroſius Machin, Ord. B. M. de Mercede Hiſpanus.
Ambroſius Martinez de Buſtos, Poëta Hiſp. Sæcular.
Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus Sanct.
Ambroſius de Molina, Hiſpanus Ciſtercienſis.
Ambroſius de Monteſinos, Franciſcanus Hiſpanus.
Ambroſius Neapolitanus, Auguſtinianus Italus.
Ambroſius Novidius Facius Ferentinaten. Poëta Sæc.
Ambroſius Peuplus, Franciſcanus Belga.
Ambroſius Peñaloſa, Jeſuita Hiſpanus.
Ambroſius Salinerus, Italus Sæcularis.
Ambroſius Saxius, Bononienſis Franciſcanus.
Ambroſius Spiera Tarviſinus, Carmelita Italus.
Ambroſius Zanducius, Auguſtinianus Italus.
Amædeus Lauſanenſis, Epiſcopus Sanctus.
Amædeus, Franciſcanus Hiſpanus.
Amædeus Salius, Sæcularis.
Amicus abſque alio cognomine.
Amphilochius, Epiſcopus Iconii Sanctus.
Anacolytus Syrus, Sæcularis.
Anaſtaſia de la Encarnacion, Monialis Franciſcana.
Anaſtaſius Abbas.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Anaſtaſius Synaita, Epiſcopus Sanctus.
Andhelmus de Valle, Hiſpanus Sæcularis.
Andreas de Acitores Palaciolanus, Ciſtercienſis.
Andreas de Almaguer, Jeſuita Hiſpanus.
Andreas de Almanſa & Sigura, Ord. S. Baſilii Hiſpan.
Andreas Amicus, Sacerdos Sæcularis.
Andreas Apoſtolus Sanctus, natione Galilæus.
Andreas Barbatius Siculus, Cardinalis.
Andreas Bonfanti, Italus Tertiarius S. Franciſci.
Andreas Bonilla Calderon, Sacerdos Sæcularis Hiſp.
Andreas Boſch, Hiſpanus Sæcularis.
Andreas de Butrio, Canoniſta Sæcularis.
Andreas Capilla, Epiſcopus Carthuſianus Hiſpanus.
Andreas Carcionus, Sacerdos Italus.
Andreas de Claramonte & Cortoy, Poëta Hiſp. Sæc.
Andreas Creſtean, Franciſcanus Flander.
Andreas Croquecius, Benedictinus.
Andreas Duvalius, Gallus Sæcularis.
Andreas D. L. Franciſcanus Gallus.
Andreas Eborenſis, Dominicanus Hiſpanus.
Andreas Favinus, Sæcularis.
Andreas Fernandez de Cordova, Epiſcopus Hiſpan.
Andreas Gelſominus de Cortona, Auguſtinianus Ital.
Andreas Gianetti de Salo, Dominicanus Italus.
Andreas Guilielmus Dietelus, Germanus Sæcularis.
Andreas de Guzma & Acuña, Hiſpanus Sæcularis.
Andreas Hieroſolymitanus, Sanctus Græcus.
Andreas Hondoiffius, Germanus.
Andreas de Lange, Franciſcanus Gallus, *in Append.*
Andreas à Lao, Carmelita Cathanienſis.
Andreas Lucas de Arcones, Jeſuita Hiſpanus.
Andreas Malevatius, Poëta Italus Sæcularis.

Andreas

Andreas Mendus, Jesuita Hispanus.
Andreas Michaëlis, Benedictinus Germanus.
Andreas Molfesius, Clericus Regularis Italus.
Andreas Mocenus, Doctor Sæcularis.
Andreas Nicolius, Italus Sæcularis.
Andreas de Novo-Castro, Italus.
Andreas de Olmos, Franciscanus Hispanus.
Andreas Perbenage, Jesuita.
Andreas Perbenedictus, Episcopus Italus.
Andreas Perez, Dominicanus Hispanus.
Andreas Peruzzinus de Urziano, Franciscanus Italus.
Andreas Pianellus, Lugdunensis Sæcularis.
Andreas Pintus Ramirez, Jesuita Hispanus.
Andreas Piscara Costalilus, Clericus Regularis Italus.
Andreas Ranconius, Gallus Sæcularis.
Andreas Rescendius, Dominicanus Hispanus.
Andreas Romanus, Jesuita Hispanus.
Andreas de Salazar, Benedictinus Hispanus.
Andreas Sanz de Ricamora, Hispanus Sæcularis.
Andreas Saussai, Episcopus Gallus.
Andreas Scotus, Jesuita.
Andreas Semple de Tovar, Hispanus Sæcularis.
Andreas de Soto, Franciscanus Hispanus.
Andreas à Thomasio, Augustinianus Italus.
Andreas de Toro, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus.
Andreas Valadier, Gallus.
Andreas Vavrentinus Serranus, Sæcularis.
Andreas Vega, Franciscanus Hispanus.
Andreas Verna Venetus, Franciscanus.
Andreas Victorellus, Italus Sæcularis.
Andronicus Constantinopolitanus, Sæcularis.
Angela Bohema Regis filia.
Angela Paula Antonia de Nigris, Mediolanensis.
Angelus Amman, Franciscanus Bohemus.
Angelus le Blanc, Carmelita Sabaudus.
Angelus de Clavasio, Franciscanus Italus.
Angelus Cœlestinus, Franciscanus Italus.
Angelus Faxius Sangrinus, Benedictinus.
Angelus Ferinus de Frascata, Franciscanus Italus.
Angelus Franciscus Tignosus, Ordin. Servorum B. M.
Angelus à S. Francisco, Franciscanus Anglus.
Angelus Gabriel, Poëta Italus Sæcularis.
Angelus Giardina & Bancherus, Clericus Regularis.
Angelus Gozadinus, Episcopus Italus.
Angelus Grillus, Monachus Cassinensis Italus.
Angelus à Lantusca, Franciscanus Italus.
Angelus Manrique, Ordinis Cistercienſis Episc.
Angelus Maria Verricellius, Clericus Regul. Italus.
Angelus del Paz, Franciscanus Hispanus.
Angelus Piccus, Archiepiscopus Italus.
Angelus Pientini, Dominicanus Italus.
Angelus Rocca, Augustinianus.
Angelus Spatafora, Franciscanus Messanensis.
Angelus Vulpes à Monte Pilosо, Franciscanus Italus.
Anna de Austria, Monialis S. Bernardi.
Anna Catharina Gonzaga de Austria.
Anna Francisca Perez, fœmina Hispana.
Anna de Jesu Sanctimonialis.
Anna Julia Garagoza, Baronissa.
Anna de Luna, fœmina Hispana.
Anna de Robles, Monialis S. Elizabeth.
Anna de la Serna Orgacensis, Tertiaria S. Francisci.
Anna Zapata, fœmina Hispana.
Annellus S. Viti, Laicus Neapolitanus.
Anonymi Scriptores, verb. Quidam.
Anselmus, Benedictinus Sanctus.
Anselmus Casimirus, Germanus.
Anselmus de Montlavon, Augustinianus *in Append.*
Antiochus Brondus Sardus, Ordinis B. M. de Mercede.
Antiochus, Monachus.
Antiochus Ptolemaidis Episcopus.
Antipater, Bostrensis Episcopus Græcus.
Antolinus Perez, Ordinis S. Basilii Hispanus.
Antonia de Mendoza, fœmina Hispana.
Antonia de los Rios, Monialis Hispana.
Antoninus Diana, Clericus Regularis.
Antonius de Alvarado, Benedictinus Hispanus.
Antonius Alvarez, Franciscanus Hispanus.
Antonius Amador, Franciscanus Hispanus.
Antonius Andreas, Franciscanus Hispanus.
Antonius Angelicus Siculus, Italus Sæcularis.
Antonius Angelorum, Hispanus Sæcularis.
Antonius de Aranda, Franciscanus Hispanus.
Antonius Ares, Minimus Hispanus.
Antonius de Azevedo, Augustinianus Hispanus.
Antonius de Balinghen, Jesuita Belga.
Antonius Barberinus, Cardinalis Franciscanus.
Antonius Barberinus, Cardinalis.
Antonius Beatillus de Bari, Jesuita Italus.
Antonius de Benavides & Bazan, Canonic. Toletanus.
Antonius de Bercellis, Franciscanus.
Antonius à Berghen, Prior Viridis-Vallis.
Antonius Bernaldo de Quiros, Hispanus.
Antonius de Bittonto de Mantellica, Franciscanus.
Antonius Bohordus, Franciscanus Hispanus.
Antonius Bonittus à Cucharo, Franciscanus Hispanus.
Antonius Bonromæus, Sæcularis.
Antonius Bonvicinus de Pescia, Clericus Reg. Italus.
Antonius Broickwy à Konigstein, Franciscanus.
Antonius Brunus, Poëta Italus Sæcularis.
Antonius Butrio, Sæcularis Jurista.
Antonius de Caceres, Dominicanus Epis.
Antonius Caignet, Gallus Sæcularis.
Antonius de Calancha, Augustinianus Hispanus.
Antonius Calderon, Archiepiscopus Hispanus.
Antonius Canalius, Ordinis Olivetani Italus.
Antonius Cano Montorus, Poëta Hispanus Sæcularis.
Antonius Caraziolus, Clericus Regularis Italus.
Antonius Carpentier, Belga Sæcularis.
Antonius del Castillo, Franciscanus Hispanus.
Antonius de Castro, Franciscanus Hispanus.
Antonius de Corduba, Franciscanus Hispanus.
Antonius de Croy Peralta, Sæcularis.
Antonius Corsetus, Sæcularis.
Antonius de S. Cruz, Franciscanus.
Antonius de la Cruz, Valdemoranus Sæcularis.
Antonius de Cuellar, Franciscanus Hispanus.
Antonius Cusanus, Sæcularis.
Antonius Daza, Franciscanus Hispanus.
Antonius Dauroultius, Jesuita.
Antonius Delphinus, Hispanus Sæcularis.
Antonius Des Lions, Jesuita Belga.
Antonius Escainus, Sæcularis Salodiensis.
Antonius de Escobar & Mendoza, Jesuita Hispanus.
Antonius de Fantis, Franciscanus Italus.
Antonius Farfan de los Godos, Hispanus Sæcularis.
Antonius Feo, Dominicanus Hispanus.
Antonius Ferdinandus Guevara & Adornus, Hispan.
Antonius Fernandus Conimbricensis, Jesuita Hispan.
Antonius Ferreira, Hispanus Sæcularis.
Antonius Ferrer, Franciscanus Hispanus.
Antonius Fornerius Cuciacensis, Sæcularis.
Antonius de Franca-Villa, Franciscanus Italus.
Antonius Franciscus, Canonista Sæcularis.
Antonius Fucquet, Jesuita Belga.
Antonius de Fuertes & Biota, Hispanus Sæcularis.
Antonius Gaëtan, Italus Sæcularis.
Antonius Gaudier, Jesuita Gallus.
Antonius Georgius, Bononiensis Sæcularis.
Antonius Goffar, Doctor Leodiensis Sæcularis.

Antonius de Guevara, Franciſcanus Hiſpanus Epiſ.
Antonius Herpin, Franciſcanus Gallus.
Antonius de Herrera, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Hiquæus, Franciſcanus Hibernus.
Antonius Honcala, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de Idiaquez Manrique, Epiſcopus Hiſpanus.
Antonius à Lantuſca, Franciſcanus Italus.
Antonius à Leone Pinellus, Sæcularis Hiſpan.
Antonius de Leon, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Leite, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Liperius, Clericus Regularis Hiſpanus.
Antonius de Livorno, Franciſcanus Italus.
Antonius Litterius à Caſtellucia Franciſcanus.
Antonius de Lor, Carmelita Gallus.
Antonius Lupian Zapata Hiſpanus.
Antonius de la Magdalena, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Mancinellus, Italus Sæcularis.
Antonius Maria, Cardinalis Gallus.
Antonius Maria, Epiſcopus Italus.
Antonius Marinarius, Carmelita.
Antonius Marſilius, Archiepiſcopus Italus.
Antonius Martinez de Azagra, Canonicus Hiſpanus.
Antonius Martinus de Salamanca, Hiſpanus Sæcul.
Antonius de Medina, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Mehechouſt, Jeſuita Flander, *in Append.*
Antonius Mellus de Crema, Auguſtinianus Italus.
Antonius de Mendoza, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de Mendoza Eſcobar, Hiſpanus Sæcul.
Antonius de Mena, Carthuſianus.
Antonius de Mijangos Bravus de Sobremonte, Hiſp.
Antonius Mirandula de Bononia, Canonic. Reg. Italus.
Antonius Molloy, Franciſcanus Hybernus.
Antonius de Molina, Carthuſianus Hiſpanus.
Antonius de Monelia de Ligure, Franciſcanus Italus.
Antonius de Morales, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Naldus Faventinus, Clericus Regul. Italus.
Antonius Navarro, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus.
Antonius Navarrus Lerenſis, Dominicanus.
Antonius de Nebrija, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Olivan de Maldonado, Carmelita Hiſpan.
Antonius Olivano, Canonicus Cadurcenſis.
Antonius Orerius, Sæcularis Italus.
Antonius Ortiz, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de Pactis, Franciſcanus.
Antonius Paduanus, Franciſcanus Sanctus, Hiſpanus.
Antonius Paganus, Franciſcanus Italus.
Antonius Palumbus, Franciſcanus Italus.
Antonius Paſqualis, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Paulus, Dominicanus Italus.
Antonius Perez, Benedictinus Hiſpanus.
Antonius Perez, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Philotheus de Homodeis, Sæcularis Italus.
Antonius Pichoi, Epiſcopus Salutiarum.
Antonius Pinedo de Padilla, Poëta Hiſpanus Sæcul.
Antonius Piquer, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Pocqueti, Cœleſtinus Gallus.
Antonius Poltus de Colle Mancio, Dominican. Italus.
Antonius Porteus, Epiſcopus Monopolitanus.
Antonius Poſſevinus, Jeſuita Italus.
Antonius del Pozo, Dominicanus Hiſpanus.
Antonius Quintanadveñas, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Ramirez, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Rampegolis Auguſtinian. Italus.
Antonius Remigius Apchin, Franciſcanus Gallus.
Antonius Ricciardus, Sæcularis Italus.
Antonius del Rincon, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Riquejus, Norbertinus Hiſpanus.
Antonius de Rivera, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonins Gonzalez de Azebedo, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Gonzalez de Roſende, Clericus Minor Hiſp.
Antonius le Grand, Franciſcanus Anglus.
Antonius de Rivera, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de S. Roman, Auguſtinianus Hiſpanus.
Antonius Rozado, Dominicanus Hiſpanus.
Antonius Ruiz de Cabrera, Dominicanus Hiſpanus.
Antonius Ruiz, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius Rubius Legionenſis, Franciſcanus Hiſpan.
Antonius Sabedius, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Sablonius, Franciſcanus Flander.
Antonius Sanderus Gandenſis, Canonicus Iprenſis.
Antonius Scalagius de Altamura, Franciſcanus Italus.
Antonius Scayno, Presbyter Sæcularis.
Antonius Serpenſis, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Serranus, Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de Setubal, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Simeon, Dominicanus Gallus.
Antonius de Sobarzo, Franciſcanus Hiſpan.
Antonius Solarius, Sæcularis.
Antonius de Solis, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Sotomayor, Dominicanus Hiſpan.
Antonius Stabilius à S. Angelo de Faſſanella, Domin.
Antonius Tamariz de Carmona, Clericus Hiſpanus.
Antonius Tamayo, Poëta Hiſpanus.
Antonius de Tapia, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius Taxal, Ord. B. M. de Mercede Hiſpanus.
Antonius de Torres, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius à Trejo, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius a Trinitate, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Tumba Faneſtrius, Franciſcanus Italus.
Antonius de la Val, Gallus Sæcularis.
Antonius Vaſconcelus, Jeſuita Hiſpanus.
Antonius de Velaſco, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Verdexus de Agreda, Poëta Hiſpanus.
Antonius Vigiliarium Epiſcopus.
Antonius de Villagran, Poëta Hiſpanus Sæcularis.
Antonius de Ulloa, Franciſcanus Hiſpanus.
Antonius Wang, Sæcularis.
Antonius de Winghe, Benedictinus.
Antonius Ximenez, Minimus Hiſpanus.
Antonius de Yepes, Benedictinus Hiſpanus.
Antonius Zapata, Epiſcopus Hiſpanus.
Aquiles Neapolitanus Sæcularis.
Arator Ligur, Diaconus.
Archangelus de Alarcon, Franciſcanus Hiſpanus.
Archangelus de Albano, Franciſcanus Italus.
Archangelus Bollotinus, Ordin. Servorum B. Mariæ.
Archangelus Caraccia de Rivalta, Dominican. Italus.
Archangelus Granus, Ordinis Servorum B. M. Italus.
Archangelus de Meſſana, Franciſcanus Archiep.
Archangelus de Romanengo, Franciſcanus Italus.
Archiconfraternitas Immaculatæ Conceptionis.
Armandus Joannis de Pleſſis de Richelieu, Cardinalis.
Armanus N. Franciſcanus.
Armenfredus Maillardus, Canonicus S. Crucis Leod.
Arnaldus Albertinus, Epiſcopus Pacenſis.
Arneſtus ſive Erneſtus Parduviez, Archiepiſcopus.
Arneſtus, Archiepiſcopus Colonienſis.
Arnobius Romanus Junior, Sæcularis.
Arnoldus Boſtius, Carmelita natione Theutonicus.
Arnoldus Cæſarius, Franciſcanus Gallus.
Arnoldus Carnotenſis, Abbas Bonæ Vallis.
Arnoldus Cathius, Jeſuita Belga.
Arnoldus Cloethinghen, Crucifer. Flander, *in Append.*
Arnoldus de Raiſſe, Canonicus Belga.
Arnoldus de Roterodame, Doctor.
Arnoldus Spillebeen, Jeſuita Belga.

Arnoldus

Arnoldus Veſalienſis, Doctor Pariſienſis.
Arnoldus de Wion, Benedictinus Belga.
Arnulphus Lexovienſis Epiſcopus, Gallus.
Arſenius Crudeli de Poppi, Ordinis Vallis Umbroſæ.
Arthurus Fillon, Gallus Sæcularis.
Arthurus à Monaſterio, Franciſcanus Gallus.
Arthurus Pitſeus, Doctor Anglicus.
Athanaſius Alexandrinus, Doctor Græcus ac Sanctus.
Atticus Conſtantinopolitanus.
Aubertus Myræus, Canonicus Sæcularis Belga.
Auguſtinus Antolinez, Archiepiſcopus Hiſpan.
Auguſtinus Barboſa, Epiſcopus Hiſpanus.
Auguſtinus Barreti, Dominicanus Italus.
Auguſtinus de Benavente, Benedictinus Hiſpanus.
Auguſtinus Bernal Magallonenſis, Jeſuita Hiſpanus.
Auguſtinus de Carrion Ponce & Medina, Franciſcan.
Auguſtinus de Caſtro, Jeſuita Hiſpanus.
Auguſtinus Collado, Hiſpanus Sæcularis.
Auguſtinus Crepliskius, Franciſcanus Polonus.
Auguſtiniani Pariſienſis Conventûs.
Auguſtinus de Cupiti de Eboli, Franciſcanus Italus.
Auguſtinus Dathus, Italus Sæcularis.
Auguſtinus de Fellereis, Ordinis Præmonſtratenſis.
Auguſtinus Ferentillus, Epiſcopus Italus.
Auguſtinus Ferentillus, Doctor Italus Sæcularis.
Auguſtinus Galea, Canonicus Italus.
Auguſtinus Gothoutius, Franciſcanus Januenſis.
Auguſtinus Hunneus, Sæcularis.
Auguſtinus Lampugnanus Calinenſis Italus.
Auguſtinus Lanzelottus Peruzinus, Benedictinus.
Auguſtinus de Leoniſſa, Auguſtinianus.
Auguſtinus Maſcardus, Italus Sæcularis.
Auguſtinus Mannus de Canthiano Italus.
Auguſtinus Nuñez Delgadillo, Carmelita Hiſpanus.
Auguſtinus Olivanus, Canonicus Hiſpanus.
Auguſtinus Oregius, Cardinalis Italus.
Auguſtinus Oſſorius, Auguſtinianus Hiſpanus.
Auguſtinus Paoletti, Auguſtinianus Italus.
Auguſtinus Reghinus, Franciſcanus Italus.
Auguſtinus de Roma, Auguſtinianus Germ. *in App.*
Auguſtinus de Senexa, Auguſtinian. Germ. *in Append.*
Auguſtinus Serranus, Hiſpanus Sæcularis.
Auguſtinus Suarez, Carmelita Hiſpanus.
Auguſtinus Taſſus, Franciſcanus Italus.
Auguſtinus Torniellus, Clericus Regularis Italus.
Auguſtinus à Trinitate, Auguſtinianus Hiſpanus.
Auguſtinus de Sancto Ildephonſo, Auguſtinianus.
Auguſtinus à Virgine Maria, Carmelita Gallus.
Auguſtinus Wiemans, Canonicus Norbertinus.
Aulus Burdegalenſis ſive Halus vel Halonis Sæcularis.
Aurelius Auguſtinus, Epiſcopus ac Sanctus.
Aurelius Corbellinus, Auguſtinianus Gallus.
Aurelius Filuccius de Peſaro, Auguſtinianus Italus.
Aurelius Prudentius Clemens, Hiſpanus Sæcularis.
Ayme Beſſion, Auguſtinianus Gallus.
Aymo, Halberſtadienſis Epiſcopus.
Azo, Vice-Comes ac Princeps Mediolanenſis.
A. P. E. V. S. I. Jeſuita.

B

Balduinus, Comes Flandriæ & Hannoniæ.
Balduinus Junius, Franciſcanus Belga.
Balthaſar Alvarez, Jeſuita Hiſpanus.
Balthaſar Andreas, Hiſpanus Sæcularis.
Balthaſar Arias, Dominicanus Hiſpanus.
Balthaſar Bunikem, Sæcularis.
Balthaſar de Buſtamante, Franciſcanus Hiſpanus.
Balthaſar Chavaſius, Jeſuita.
Balthaſar Caſtillionius, Clericus Regularis Italus.
Balthaſar Corderius, Jeſuita Flander.
Balthaſar Elſius de Medinilla, Hiſpanus Sæcularis.
Balthaſar Gratianus, Jeſuita Hiſpanus.
Balthaſar Joannes de Balaguer, Hiſpanus Sæcularis.
Balthaſar Jordanus, Hiſpanus Sæcularis.
Balthaſar Limpo, Carmelitanus Hiſpan. *in Append.*
Balthaſar Lipius, Epiſcopus Hiſpanus.
Balthaſar de Moſcoſo & Sandoval, Cardinal. Hiſpan.
Balthaſar Pachecus, Franciſcanus Hiſpanus.
Balthaſar Paëz, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus.
Balthaſar Porreñus, Hiſpanus Sæcularis.
Balthaſar de Roca, Dominicanus Hiſpanus.
Balthaſar Sorius, Dominicanus Hiſpanus.
Balthaſar de Torres & Salto, Canonicus Hiſpanus.
Balthaſar de Zepeda, Hiſpanus Sæcularis.
Bamba ſeu Wamba, Rex Hiſpanorum Gothus.
Bandinus Metlici, Theologus Sæcularis.
Baptiſta de Caſtiglione, Franciſcanus Mediolanenſis.
Baptiſta Fanetius dè Ferraria, Carmelita Italus.
Baptiſta Fanti, Carmelita.
Baptiſta de Ferraria, Franciſcanus.
Baptiſta Fiera, Mantuanus Sæcularis.
Baptiſta de Genova, Monialis & Canonica Regularis.
Baptiſta Mantuanus, Carmelita Italus.
Baptiſta Platina, Italus Sæcularis.
Baptiſta Trovamala ſive Novamala, Franciſcanus Ital.
Baptiſta Valentinus, Epiſcopus Italus.
Barbara Amigo de Cariñena, fœmina Hiſpana.
Barnabas de Gambellara, Franciſcanus Italus.
Barnabas de Herrera, Hiſpanus Sæcularis.
Barnabas Kearnæus, Jeſuita Hibernus.
Barnabas de Matute, Jeſuita Hiſpanus.
Barnabas Verges, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus N. Doctor antiquus.
Bartholomæus Angelus de Neapoli, Dominicanus.
Bartholomæus Apoſtolus ac Sanctus, Galilæus.
Bartholomæus d'Aſtroy, Franciſcan. Flander, *in App.*
Bartholomæus de la Bella, Dominicanus Italus.
Bartholomæus Cairaſco de Figueroa, Hiſpan. Sæcular.
Bartholomæus de Caravias, Franciſcanus Hiſpanus.
Bartholomæus Caro, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus Carrança, Archiepiſc. Tolet. Dominic.
Bartholomæus Cluniacenſis.
Bartholomæus Cucala, Theologus Hiſpanus Sæcular.
Bartholomæus Diaz Giral, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus de Eſcobar, Jeſuita Hiſpanus.
B. la Farge, Franciſcanus Gallus.
Bartholomæus Feltrenſis, Franciſcanus Italus.
Bartholomæus Ferrarienſis, Dominicanus Italus.
Bartholomæus Gavanto, Clericus Regularis Italus.
Bartholomæus Giecchetta, Clericus Italus.
Bartholomæus Guerrero, Franciſcanus Hiſpanus.
Bartholomæus de Latona, Franciſcanus Hiſpanus.
Bartholomæus à Ledeſma, Dominicanus Hiſpanus.
Bartholomæus Leonardus de Argenſola, Hiſp. Sæcul.
Bartholomæus de Loayſa, Carmelita Hiſpanus.
Bartholomæus de Medina, Dominicanus Hiſpanus.
Bartholomæus de los Martyres, Dominicanus Hiſpan.
Bartholomæus Meduna, Franciſcanus Italus.
Bartholomæus de Miranda, Dominicanus Hiſpanus.
Bartholomæus de Molina, Franciſcanus Hiſpanus.
Bartholomæus N. Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus de Ortega Cabrio, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus Pectoranus, Franciſcanus Italus.
Bartholomæus de Piſis, Franciſcanus Italus.
Bartholomæus Riccius, Jeſuita.
Bartholomæus de los Rios Alarcon, Auguſtinian. Hiſp.
Bartholomæus Rogatus Stubienſis, Jeſuita.
Bartholomæus de Saligniaco, Gallus Sæcularis.
Bartholomæus Saluſthius, Franciſcanus Italus.

Bartholomæus Santius, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus de Sicilia, Franciſcanus.
Bartholomæus Valverdius Gandia Villenate, Hiſpan.
Bartholomæus Vander Beeken, Franciſc. *in Append.*
Bartholomæus Vazquez, Carmelita Hiſpanus.
Bartholomæus de Villalva, Franciſcanus Hiſpanus.
Bartholomæus Ximenez Paton, Hiſpanus Sæcularis.
Bartholomæus Ximenez de Valderrama, Hiſp. Sæcul.
Bartholomæus Zucchi de Monza, Italus Sæcularis.
Baſilius de Arce, Benedictinus Hiſpanus.
Baſilius Bozzinus, Sæcularis.
Baſilius Macedonius, Græcus Imperator.
Baſilius Magnus, Archiepiſcopus ac Sanctus.
Baſilius Ponce de Leon, Auguſtinianus Hiſpanus.
Baſilius Porphyrogenitus, Orientis Imperator.
Baſilius Seleucus, Epiſcopus ac Beatus Græcus.
Baſſianus Catenagus Lodiggianus, Canonic. Reg. Ital.
Beatrix de Silva, Hiſpana nobiliſſima.
Beda, Presbyter Venerabilis Angſus.
Bellinus de Padua, Auguſtinianus Italus.
Benedictus Ægidius, Hiſpanus Sæcularis.
Benedictus de Angelis, Ordinis Olivetani Italus.
Benedictus Arias Montanus, Hiſpanus Sæcularis.
Benedictus à Benedictis, Italus Sæcularis.
Benedictus Bonſignorius, Abbas Florentinus.
Benedictus Cellenus, Franciſcanus Italus.
Benedictus Celidonius, Abbas Viennenſis.
Benedictus Fernandez Borbenſis, Jeſuita Hiſpanus.
Benedictus Fidelis de S. Philippo, Franciſcanus Italus.
Benedictus Gononus Burgenſis, Cœleſtinus.
Benedictus Gonzaga, Sæcularis.
Benedictus Haeftenus, Benedictinus Flander.
Benedictus Juſtinianus Genuenſis, Jeſuita.
Benedictus Mandinus, Clericus Regular. Theatinus.
Benedictus Marabotus à Monte Regali, Benedictinus.
Benedictus à Matre Dei, Carmelita Flander, *in App.*
Benedictus Milanus, Hiſpanus Sæcularis.
Benedictus de Montedoy, Hiſpanus Sæcularis.
Benedictus N. Canoniſta antiquus.
Benedictus Paulus Boym, Jeſuita Flander, *in Append.*
Benedictus Pereira, Jeſuita Hiſpanus.
Benedictus de la Serna, Benedictinus Hiſpanus.
Benedictus Uvaldus, Cardinalis.
Benignus à Genua, Franciſcanus Italus.
Bentus Gil, Hiſpanus Sæcularis.
Berengarius Card. & Epiſcopus, *in Appendice.*
Berengarius Mercatoris, Gallus Sæcularis.
Bernardinus Amicus de Gallipoli, Franciſcanus Italus.
Bernardinus de los Angeles, Franciſcanus Hiſpanus.
Bernardinus à S. Antonio, Ordinis SS. Trinitatis Hiſp.
Bernardinus de Arevalo, Franciſcanus.
Bernardinus Baldi de Urbino, Abbas del Vaſtalla.
Bernardinus Bonavoglia, Italus Sæcularis.
Bernardinus de Buſtis, Franciſcanus Italus.
Bernardinus ſive Bernardus Cardenas, Ord. S. Baſilii.
Bernardinus à Cherio, Franciſcanus Pedemontanus.
Bernardinus Durantes à Neapoli, Italus Sæcularis.
Bernardus Follenos, Franciſcanus Hybern. *in Append.*
Bernardinus de Feltro, Franciſcanus.
Bernardinus Gomeſius Miedis, Canonicus Hiſpanus.
Bernardinus Kaliſquius, Franciſcanus Polonus.
Bernardinus de Laredo, Franciſcanus Hiſpanus.
Bernardinus de Leon, Norbertinus Hiſpan.
Bernardinus de Montoya, Hiſpanus Sæcularis.
Bernardinus Obicinus, Franciſcanus Italus.
Bernardinus Realinus, Jeſuita Italus.
Bernardinus Koſſinolius, Ulmetanus Jeſuita.
Bernardinus de Sandoval, Canonicus Hiſpanus.
Bernardinus Seguntius, Hiſpanus Sæcularis.
Bernardinus Senenſis, Franciſcanus Sanctus Italus.
Bernardinus Juramini, Franciſcanus Italus.
Bernardinus de Villegas, Jeſuita Hiſpanus.
Bernardinus Zanoneus à Reggio, Jeſuita Italus.
Bernardus vel Bernardinus Alderete, Jeſuita Hiſpan.
Bernardus Aldrete, Canonicus Sæcularis.
Bernardus Andreas Toloſatis, Sæcularis.
Bernardus Bahuſius, Jeſuita Flander.
Bernardus Benedictus, Epiſcopus Niceſienſis.
Bernardus Bononienſis, Epiſcopus.
Bernardus de Buſtis, Carmelita.
Bernardus Cartaſius, Carthuſianus.
Bernardus Clarevallenſis Abbas, Sanctus.
Bernardus Colganus, Jeſuita.
Bernardus Eſcuderus, Presbyter Hiſpanus.
Bernardus Galemart, Franciſcanus Flander.
Bernardus de Leon, Norbertinus Hiſpanus.
Bernardus de Leon, Ord. B. Mariæ de Mercede.
Bernardus de Lizana, Franciſcanus Hiſpanus.
Bernardus Lopez Stiſarte, Ord. Ciſtercienſ. Hiſpanus.
Bernardus de Lucemburgo, Dominicanus.
Bernardus, Montis Alvari Epiſcopus.
Bernardus de Nieva, Dominicanus Hiſpanus.
Bernardus Ollerius vel Bernardinus Olienſis, Carmel.
Bernardus de Pedrera, Hiſpanus Sæcularis.
Bernardus Puiol, Canonicus Hiſpanus.
Bernardus Roberti à Crypta Minervæ, Franciſc. Ital.
Bernardus de Sandoval & Rojas, Cardinalis.
Bernardus de Sandoval & Rojas, Hiſpanus.
Bernardus de Santander & Mercenarius Hiſpanus.
Bernardus vel Bertrandus Stephanus, Carmel. Gallus.
Bernardus Toletanus Archiepiſcopus Hiſpanus.
Bernardus de Toro, Canonicus Hiſpanus.
Bernardus Torrentis, Hiſpanus Sæcularis.
Bernardus de Vargas, Ordin. B. M. de Mercede Hiſp.
Bernardus N.
Bertrandus à S. Dionyſio ſive Magiſter Adam, Gallus.
Bertrandus Fortin, Canonicus Regularis Gallus.
Blaſius Aſcenſius, Hiſpanus Sæcularis.
Blaſius Caballero de Cabrera, Hiſpanus.
Blaſius de Caſtro, Jeſuita Hiſpanus.
Blaſius Cialdinus, Canonicus Regularis Italus.
Blaſius à S. Gregorio, Franciſcanus Italus.
Blaſius de Guiza, Franciſcanus Hiſpanus.
Blaſius Ortiz, Doctor Hiſpanus Sæcularis.
Blaſius Viegas, Jeſuita Hiſpanus.
Bonaventura Baronius, Franciſcanus Hibernus.
Bonaventura à Balneo-Regio Sanctus, Card. Franciſc.
Bonaventura Belluto, Cartenſis Franciſcanus.
Bonaventura Alanchi, Italus Sæcularis.
Bonaventura à Calatagirone, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Claverus, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Daumius, Franciſcan. Germ. *in Append.*
Bonaventura Dernoye, Franciſcanus Flander.
Bonaventura Faſſanus, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Gonzaga, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Eremita, Auguſtinianus.
Bonaventura Manentus, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Paſſerolus à Nola, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Patavinus, Auguſtinianus Italus, *in App.*
Bonaventura de Salinas, Franciſcanus Hiſpanus.
Bonaventura Sigaud, Franciſcanus Gallus.
Bonaventura de Stronconio, Franciſcanus Italus.
Bonaventura Tattis à Genua, Franciſcanus Italus.
Bonaventura à Vera Cruce Aquaviva, Franciſ. Italus.
Bonetus N. Franciſcanus.
Bonifacius Cajetanus, Cardinalis.
Bonifacius de Ceva, Franciſcanus Gallus.
Bonifacius Nonus Pontif. Max.
Borbonius cognomine Bonus, Gallus.
Bordas Magiſter, Dominicanus.

Borgarucius

Porgarucius à Borgaruciis, Italus Sæcularis.
Boucher, Franciſcanus Gallus.
Brandolinus Saxo, Franciſcanus.
Braulius N.
Breviaria antiqua & moderna
Birgitta, Principiſſa Meritiæ de Regno Sueciæ, Sancta.
Bruno Carthuſianus, inclytus ac Sanctus.
Brunus Herbipolenſis Sanctus.
Brunus Lother, Carthuſianus Flander.
Brunus Neuſer, Franciſcanus.
Brunus Solerius ſive Aſtenſis, Epiſcopus Signinus.
Brutus Gotifredus, Italus Sæcularis.
Bullæ Apoſtolicæ à diverſis Summis Pontif. expeditæ.
Burcardus Zorillard, Franciſcanus Germanus.
Buſſe N. Jeſuita Gallus.

C

Cælius de Leon & Quirinos, Canonicus Hiſpanus.
Cælius Pannonius, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ.
Cælius Sedulius, Presbyter ac Poëta antiquus.
Cæſar Baronius, Cardinalis Soranus.
Cæſar Becillus, Presbyter Italus.
Cæſar Calderarius Vicentinus, Canonicus Regularis.
Cæſar Capaccius Italus.
Cæſar Carena, Italus Sæcularis.
Cæſar Clemens, Presbyter Hiſpanus.
Cæſar Clementinus, Italus Sæcularis.
Cæſar Eugenius Caraziolus, Italus Sæcularis.
Cæſar Francciottus, Congregationis Matris Dei Italus.
Cæſar Guſagi, Generalis Congregationis Fæſulanæ.
Cæſarius Heiſterbacenſis, Ordinis Ciſtercienſis.
Cæſar Mediolanenſis, Cardinalis.
Cæſarius à Roma, Franciſcanus Italus.
Cæſarius Sanctus.
Cæſarius Servita, Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ.
Cæſar Mellotus, Canonicus Italus.
Calixtus de Miſſanello, Dominicanus Italus.
Calixtus II. Sum. Pont. Norbertinus.
Calogerus ſeu Kalogerus Jacobus, Monachus Græcus.
Camillus Bene, Franciſcanus Italus.
Camillus Camilli, Italus Sæcularis.
Camillus Cæſarius, Franciſcanus Italus.
Camillus Fanucius, Italus Sæcularis.
Camillus Gualandus Epiſcopus.
Canoſilus .... Sæcularis.
Capoleo Ghelfuccius, Italus Sæcularis.
Carbonel, Epiſcopus Dominicanus.
Carolus Antonius Gallela, Sæcularis.
Carolus Antonius Theſaurus, Jeſuita Italus.
Carolus de Aremberg, Franciſcanus Flander.
Carolus Auguſtinus Sales, Sæcularis.
Carolus Auſtriacus V. Roman. Imperator.
Carolus Bertrandus, Franciſcanus Flander.
Carolus Beudorus, Gallus Sæcularis.
Carolus de Boechelioen, Jeſuita Flander.
Carolus Borromæus, Cardinalis ac Sanctus.
Carolus Campegius Cœleſtinus.
Carolus Fabri de Mandolfo, Italus Sæcularis.
Carolus Fernandus, Flander Sæcularis.
Carolus Fiamma, Italus Sæcularis.
Carolus Franciſcus de Abra de Raconis, Gallus.
Carolus Franciſcus de Luca, Jeſuita Italus.
Carolus Gabrielis de Ogobbio, Italus Sæcularis.
Carolus à S. Germano, Gallus Sæcularis.
Carolus Guyetus, Jeſuita Gallus.
Carolus Hancque, Gallus Sæcularis.
Carolus de Heredia, Hiſpanus Sæcularis.
Carolus Heuver, Jeſuita Flander.
Carolus Ludovicus Malcot, Jeſuita Flander.
Carolus Maranta, Epiſcopus Italus.
Carolus Maruleſius, Italus Sæcularis.
Carolus Matthæi, Franciſcanus Flander.
Carolus Moreau, Auguſtinianus Gallus.
Carolus Muſart, Jeſuita Flander.
Carolus de Noyelle, Jeſuita Flander.
Carolus Nibernenſium Dux.
Carolus Octavus, Francorum Rex.
Carolus à Sancto Paulo, Abbas Genet. Feuillans Gal.
Carolus Pelingotus, Italus Sæcularis.
Carolus le Prevoſt d'Herblay, Gallus Sæcularis.
Carolus Quintus, Gallorum Rex.
Carolus Ramellus, Italus Sæcularis.
Carolus Regius, Jeſuita Italus.
Carolus Rouſſel, Dominicanus Gallus.
Carolus Sextus, Francorum Rex.
Carolus Siciliæ Rex.
Carolus de Silva, Hiſpanus Sæcularis.
Carolus à Spiritu S. Ord. SS. Trinitatis ac Epiſcopus.
Carolus Stappens, Jeſuita Flander.
Carolus Stengelius, Benedictinus Flander.
Carolus Thomaſius, Clericus Regularis Italus.
Carolus Troctus, Epiſcopus Italus.
Carolus Zevallos de Saavedra, Hiſpanus Sæcularis.
Caſimirus Jagellonius, Princeps Poloniæ.
Catharina Gudiel de Peralta, fœmina Hiſpana.
Catharina Lezcano, fœmina Hiſpana.
Catharina Medicea, Mantuæ Duciſſa.
Catharina Vice-comes & Duchiſſa.
Cathemerinus Græcus.
Centinus, Epiſcopus ac Cardinalis.
Cerricus Caſſenellus, Epiſcopus Altiſiodorenſis.
Cesfrancus Cronein, Italus Sæcularis.
Cherubinus Ferrarius, Carmelita Italus.
Cherubinus de Spoleto, Franciſcanus.
Chevalier de l'Hermite Vancelle, Gallus.
Chriſdavindus Rex Hiſpan.
Chriſtiana vel Oringa à S. Cruce, Auguſtiniana.
Chriſtianus Adricomius Delphus.
Chriſtianus Hiſckirius, Juliacenſis Sæcularis.
Chriſtianus Maior Mengelbodenſis, Jeſuita Germanus.
Chriſtianus Maſſeus, Flander Sæcularis.
Chriſtophorus de Aguirre, Canonicus Hiſpanus.
Chriſtophorus à S. Antonio, Franciſcanus Hiſpanus.
Chriſtophorus l'Arbaletrie, Auguſtinianus Belga.
Chriſtophorus de la Aſſumpcion, Carmelita Hiſpan.
Chriſtophorus de Avendaño, Carmelita Hiſpanus.
Chriſtophorus Bañez, Hiſpanus Sæcularis.
Chriſtophorus Barrucchinus Franciſcanus.
Chriſtophorus de S. Bonaventura, Franciſcan. Hiſpan.
Chriſtophorus Brignones, Clericus Regularis Italus.
Chriſtophorus de Cabrera, Hiſpanus Sæcularis.
Chriſtophorus de Camera & Murga, Epiſcopus.
Chriſtophorus de Capite Fontium, Franciſcan. Gallus.
Chriſtophorus à Caſtro, Jeſuita Hiſpanus.
Chriſtophorus Columbus, Italus Sæcularis.
Chriſtophorus Delgadillo, Franciſcanus Hiſpanus.
Chriſtophorus Fernandez de Figueroa, Hiſpan. Sæcul.
Chriſtophorus Fernandez à Valtodano Epiſcopus.
Chriſtophorus de Fonſeca, Auguſtinianus Hiſpanus.
Chriſtophorus Gaviria, Hiſpanus Sæcularis.
Chriſtophorus Geardi Novarienſis, Epiſcopus Italus.
Chriſtophorus Gebuoldius, Sæcularis.
Chriſtophorus Gonzalez, Ordin. B.M. de Mercede.
Chriſtophorus Granados de los Rios, Ord. SS. Trinitat.
Chriſtophorus Guellen de Paz, Canonicus Hiſpanus.
Chriſtophorus Hartmannus, Benedictinus.
Chriſtophorus de Meſſa, Hiſpanus Sæcularis.
Chriſtophorus Moreno, Franciſcanus Hiſpanus.

Chriſto-

Christophorus de Ortega, Franciscanus Hispanus.
Christophorus Pardo de la Casta, Hispanus Sæcularis.
Christophorus Patricius Sæcularis.
Christophorus de Robles & Vilches Hisp.
Christophorus le Roy, Carmelita Gallus.
Christophorus Ruiz de Villavitiosa, Prior Valdepensis.
Christophorus Sanctoius, Augustinianus Hispanus.
Christophorus Sanctotisius, Augustinianus Hispanus.
Christophorus Scheurli, Germanus Sæcularis.
Christophorus Silvestranus Brenzonius, Carmel. Hisp.
Christophorus Suarez de Vargas, Hispanus Sæcularis.
Christophorus de Torres, Dominicanus Hispanus.
Christophorus Varsebicius, Sæcularis Polonus.
Christophorus de Vega, Jesuita Hispanus.
Christophorus Verruchinus, Franciscanus Italus.
Christophorus Wratislau, Jesuita Belga.
Christovalina Fernandez de Alarcon, fœmina Hisp.
Chrysostomus Cabero, Cisterciensis Hispanus.
Chrysostomus Henriquez, Cisterciensis Hispanus.
Chrysostomus Talenti, Monach. Vallis-Umbrosæ Ital.
Chrysostomus à Visitatione, Cisterciensis Hispanus.
Chrysostomus Willemsens, Norbertinus Belga.
Churn, Episcopus Ratisponensis.
Civitates Catholici Orbis.
Clara Matraini, fœmina Itala.
Claudia à S. Michaële, Monialis Hispana.
Claudius Bercier, Jesuita Gallus.
Claudius Boudanus, Cœlestinus Gallus.
Claudius Dausquius, Canonicus Flander.
Claudius Frassen, Franciscanus Gallus.
Claudius Guillaudus, Theologus Gallus.
Claudius Perry, Jesuita Gallus.
Claudius Raile, Ordin. SS. Trinitatis Gallus.
Claudius Rapinas, Cœlestinus Gallus.
Claudius à Rota, Dominicanus Gallus.
Claudius de Saincles, Episcopus Gallus.
Claudius Seissellus Sabaudiensis, Archiepiscopus.
Claudius Sequartus, Canonicus Gallus.
Claudius Spencæus, Theologus Gallus.
Claudius de Villavicencia, Hieronymianus Hispan.
Clemens Haaneus, Dominicanus Ragusinus.
Clemens Barrera, Franciscanus Italus.
Clemens Monelianus, Franciscanus Cardinalis.
Clemens Papa Octavus Summus Pontifex.
Clemens Quintus Summus Pontifex.
Clemens Sanchez de Verbejal Hispanus.
Clemens Septimus Summus Pontifex.
Clemens Septimus Antipapa.
Clemens Sextus Summus Pontifex.
Clericus Julius de Ettore, Italus Sæcularis.
Cletus Calcani ab Æsio, Franciscanus Italus.
Cœlestinus Bruni, Augustinianus Italus.
Collegium Societatis Jesu Eystettense.
Collegium Vedastinum, Ordinis Benedictinorum.
Compendium Privilegiorum Societatis Jesu.
Concilia Generalia.
Confraternitates erectæ per totum terrarum orbem.
Congregatio Rituum S. R. E. Cardinalium.
Conradus Klingius, Franciscanus Germanus.
Conradus Koellin, Dominicanus Ulmensis.
Conradus Pellicanus, Germanus Sæcularis.
Conradus Saxo, Franciscanus.
Consalus Durantus à S. Angelo in Vado, Presbyter.
Constantia Barreso, Monialis Toletana.
Constantia Gonzaga Lovii Marchionissa.
Constantia Magalotta Barberina Itala.
Constantia Poloniæ Regina.
Constantinus Ghimus, Canonicus Regularis Italus.
Constantinus Massinus de Vercelli, Canonic. Regul.
Constantinus Pogonatus IV. Orientis Imperator.
Constantius Leonida, Italus Sæcularis.
Constantius Felix, Italus Sæcularis.
Constantius Peregrinus, Flander.
Constantius Samanus, Franciscanus Cardin. Italus.
Coofraus Dardaneus, Dominicanus Episcopus.
Cornelius Brederodius, Sæcularis.
Cornelius Cornelii à Lapide, Jesuita.
Cornelius Curtius, Sæcularis.
Cornelius Donthers, Sæcularis Gallus.
Cornelius Doyema, Franciscanus Belga.
Cornelius Gassius, Carthusianus.
Cornelius Jansenius, Episcopus Gandavensis.
Cornelius Jansenius, Episcopus Iprensis.
Cornelius Impens, Franciscanus Belga.
Cornelius Lancilotus, Augustinianus.
Cornelius Loos, Germanus Sæcularis.
Cornelius Musius, Episcopus Franciscanus Italus.
Cornelius Schultingius, Canonicus Sæcularis.
Cornelius de Snekis, Dominicanus Flander.
Cornelius Suarez, Dominicanus Hispanus.
Cornelius Tiraboscus, Dominicanus Italus.
Cornelius Vutteers, Jesuita Belga.
Cosmas Bracciolinus, Italus Sæcularis.
Cosmas Damianus, Hortulanus Hispanus.
Cosmas Hierosolymitanus.
Cosmas Magallanes, Jesuita Hispanus.
Cosmas de Palermo, Franciscanus Italus.
Cosmas Philiarcus, Canonicus Italus.
Cosmas de los Reyes, Hispanus Sæcularis.
Cosmas de Torres Cardinalis.
C. Placet de S. Matthæo, Gallus Sæcularis.
Cracoviense Monasterium Carmel. Excalceatarum.
C. Thuet, Gallus Sæcularis.
Cursus Carmelitanus.
Cyprianus Carthaginensis, Sanctus ac Episcopus.
Cyprianus Goldecius, Franciscanus Polonus.
Cyprianus Hubertus, Dominicanus Italus.
Cyprianus à S. Maria, Carmelitanus Germanus.
Cyprianus à S. Maria, Franciscanus Hispanus.
Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, Græcus ac Sanctus.
Cyrillus Preud'homme, Franciscanus Flander.

D

Damianus Giner Valentinus, Franciscanus Hispan.
Damianus à Goet, Hispanus Sæcularis.
Damianus Lopez de Haro, Ord. B. M. de Mercede.
Damianus de Lugonez, Franciscanus Hispanus.
Damianus de la Puebla, Franciscanus.
Damianus de Vega Hispanus.
Damianus de Vegas Hispanus.
Daniel Angelo, Orator Germanus.
Daniel Barbarus, electus Patriarcha Aquileiensis.
Daniel Maillet, Ord. SS. Trinitatis Gallus.
Daniel Meyer, Franciscanus Germanus.
Daniel ô Cleri, Franciscanus Hibernus.
Daniel Priezac, Gallus Sæcularis.
Daniel de Purgiliis, Italus Sæcularis.
Daniel à Virgine Maria, Carmelita Belga.
David Amauden, Decanus Bruxellensis.
David Castron Scotus, Theologus Sæcularis.
David Chytræus, Germanus Sæcularis.
David Gregorius Cornerius, Benedictinus German.
David L'enfant, Dominicanus Gallus.
David du Rieu, Franciscanus Belga.
D. Escabiac, Sacerdos Gallus.
Desiderius Erasmus Roterodamus.
Desiderius Ricarth, Franciscanus Gallus.
D. H. M. P. Clericus Regularis.

Didacus de Agreda & Vargas, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Alarcon Abbaceſſanus, Jeſuita Hiſpan.
Didacus Alvenſis Epiſcopus.
Didacus Almazan, Epiſcopus Caurienſis.
Didacus de Almeida, Benedictinus Hiſpanus.
Didacus Alphonſus Malvenda, Hiſpanus.
Didacus Alvarez à Medina, Dominicanus Hiſpan.
Didacus de Arce, Epiſcopus Franciſcanus Hiſpan.
Didacus de Avendaño, Hiſpanus.
Didacus de Avendaño, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus de Ayala, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Baëza, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Bernabeu, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus Bernardez, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Cano Gutierez, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Caſtelvi, Auguſtinianus Hiſpanus.
Didacus de Caſtillo & Artiaga, Canonicus Hiſp.
Didacus del Caſtillo, Canonicus Hiſpanus.
Didacus de S. Catharina Baſcuñuelos, Franciſ. Hiſp.
Didacus de Cea, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus de Celada, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus de Colmenares Hiſpanus.
Didacus Complutenſis, Franciſcanus Sanctus Hiſp.
Didacus de Contreras, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Cordova, Auguſtinianus Hiſpanus.
Didacus de Cordova & Salinas, Franciſcanus Hiſp.
Didacus de Covarruvias à Leyba, Epiſcopus Hiſp.
Didacus de Cuellar, Hiſpanus, Sæcularis.
Didacus de la Cueva, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Daza, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Deza, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus Ferdinandus de Alarcon, Hiſpanus Sæcular.
Didacus Fernandez, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Fernandez Solana, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Flores, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Franciſcus de Andoſilla y Enriquez Hiſpan.
Didacus de Fuenſalida, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus de la Fuente Vergara, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Garcia de Traſmiera, Epiſcopus Hiſpanus.
Didacus Gomez de Sandoval, Hiſpanus.
Didacus de Gumiel, Typographus Hiſpanus.
Didacus de Guzman, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus.
Didacus de Guzman, Presbyter Hiſpanus.
Didacus de Haro Manrique, Ord. SS. Trinit. Hiſpanus.
Didacus de Hechaburu, Franciſc. Hiſp. *in Append.*
Didacus Hieronymus de Aux, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Hurtado à Mendoza, Marchio Cannatenſiũ.
Didacus de Jesu Maria, Hiſpanus Ordinis .....
Didacus Laynez, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus de Lequile, Franciſcanus Italus.
Didacus Lopez de Andrade, Auguſtinianus Hiſpan.
Didacus Lopez Bringellianus, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Lopez de Meſſa Zafrenſis, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Ludoviſius Freile de Lima, Hiſpan. Sæcul.
Didacus Madveño, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Manuel, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Matute de Penafiel y Contreras, Can. Hiſp.
Didacus Meſſia, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Montalvo, Hieronymianus Hiſpanus.
Didacus Monteirus, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Muñoz de Lopera, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Murillo, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus de Ojea, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus Oquete, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Ortiz, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus Pachecus, Sæcularis Hiſpanus.
Didacus de Payva de Andrada, Hiſpanus Sæcul.
Didacus Perez, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Perez de Valdivia, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Quiñones, Ord. B. Mariæ de Mercede.
Didacus Quizalda, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus de Rivera, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Robertus, Franciſcanus Gallus.
Didacus de Roſis, Jeſuita Italus.
Didacus de Roxas & Caravajal, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Ruiz de Montoya, Jeſuita Hiſpanus.
Didacus Sanchez de Camera, Carmelita Hiſpanus.
Didacus Sanchez Pinedo, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Sanchez Portocarrero, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Seco, Epiſcopus Hiſpanus.
Didacus de Sicilia, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus Stella, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus Suarez de S. Maria, Ordinis .....
Didacus de la Vega, Franciſcanus Hiſpanus.
Didacus Velazquez, Carmelita Hiſpanus.
Didacus de Victoria, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus de Xarava de Caſtillo, Hiſpanus Sæcularis.
Didacus Ximenez, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus de Yanguas, Dominicanus Hiſpanus.
Didacus de Zayas Sotomayor, Minorita Hiſpanus.
Didacus de Ziſneros, Hiſpanus Sæcularis.
Dimas Serpi Calaritanus, Minorita Hiſpanus.
Dimas Terræ, Minorita Hiſpanus.
Dionyſius Alexandrinus, Epiſcopus ac Sanctus.
Dionyſius Bonaqua, Minorita Raguſinus.
Dionyſius Buſſotus, Epiſcopus Italus.
Dionyſius Ciſtercienſis.
Dionyſius Faber, Cœleſtinus Gallus.
Dionyſius à Genua, Minorita Italus.
Dionyſius Guillen, Jeſuita Hiſpanus.
Dionyſius Juancovic, Minorita Boſnenſis.
Dionyſius N.
Dionyſius Paulus Lopis, Hiſpanus Sæcularis.
Dionyſius Peronnet, Canonicus Gallus.
Dionyſius Petavius, Jeſuita Gallus.
Dionyſius de Piaſſenza, Canonicus Regularis Italus.
Dionyſius Richelius, Carthuſianus Germanus.
Dionyſius Vazquez, Jeſuita Hiſpanus.
Diſcipulus (ſic nominatus) Dominicanus.
Dominica à Paradiſo, Monialis S. Claræ Itala.
Dominicus, Abbas de la Vid.
Dominicus Ægidius Topiarius ab Aſpelario, Belga.
Dominicus de Baltanas, Dominicanus Hiſpanus.
Dominicus Baptiſta, Sæcularis.
Dominicus Bolanus, Venetus Sæcularis.
Dominicus Garcia, Canonicus Hiſpanus.
Dominicus Giannen, Ordinis ..... Italus.
Dominicus Ginnaſius, Epiſcopus ac Cardinalis.
Dominicus Gregorio, Hiſpanus Sæcularis.
Dominicus Grimanus, S. R. E. Card. *in Append.*
Dominicus de Guzman, Sanctus ac Ord. Præd. Pater.
Dominicus Joannis, Dominicanus Italus.
Dominicus de Luche, Hiſpanus Sæcularis.
Dominicus Magri, Italus Sæcularis.
Dominicus à Maldurra, Minorita Italus.
Dominicus Mancinus, Sæcularis.
Dominicus Mite, Italus Sæcularis.
Dominicus Moran, Minorita Hiſpanus.
Dominicus Nanus Miravellus, Italus Sæcularis.
Dominicus Natharii de Pupiglio, Italus Sæcularis.
Dominicus Nicolinus, Typographus Venetus.
Dominicus Octavius, Italus.
Dominicus Pantaleo, Minorita Italus.
Dominicus Paſini, Minorita Italus.
Dominicus Paolaccius, Dominicanus Italus.
Dominicus del Pico Aragonenſis à Sarineña, Minor.
Dominicus de Santa Cruz, Dominicanus Hiſpanus.
Dominicus Seminiverbius, Hiſpanus Sæcularis.
Dominicus Præſentatus, Dominicanus Hiſpanus.
Dominicus Soto, Dominicanus Hiſpanus.

Dominicus Tuccius, Clericus Italus.
Dominicus Varona de Caſtilla, Hiſpanus.
Dominicus Viglenſis, Archipresbyter Venetus.
Donatus Marra Beneventanus, Auguſtinianus Italus.
Donatus Mazzolius Romanus.
Donnus Vincentius, Monachus Italus.
Dorotheus à S. Renato, Carmelita Gallus.
Dorotheus Vulrabius, Belga.

E

Eberhardus Batkin, Norbertinus Belga.
Eccleſia Catholica univerſalis ac Sancta.
Eckebertus Florinus, Benedictinus Germanus.
Edmundus Auger, Jeſuita Belga.
Eduardus Weſtonius, Canonicus Anglus.
Eleonora de Luna, Monialis S. Claræ Hiſpana.
Eleutherius Albergonus, Minorita Italus.
Elias Baſſæus, Minorita.
Elias Cretenſis Metropolitanus, Græcus.
Elias de Leſtrangis, Epiſcopus.
Elias à S. Thereſia, Carmelita Belga.
Eligius Noviomenſis, Epiſcopus ac Sanctus.
Eliſabetha Catholica Hiſpaniarum Regina.
Eliſabeth, Poloniæ Regina.
Eliſabeth, Hungariæ Regina.
Eliſæus Vaſſallus de Colvello, Carmelita Italus.
Elvira de Mallea, fœmina Hiſpana.
Elzearius Dombarienſis, Tertiar. S. Franciſci.
Emmanuela Pardo de Monzon, fœmina Hiſpana.
Emmanuel de los Angeles, Minorita Hiſpanus.
Emmanuel de Brito Alano, Hiſpanus.
Emmanuel Campo, Hiſpanus.
Emmanuel de la Cerda, Auguſtinianus Hiſpanus.
Emmanuel Chacon, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel Cumnæus, Imperator Græcus.
Emmanuel Diaz Hurtadus, Ord. SS. Trinit. Hiſpan.
Emmanuel de Faria Hiſpanus.
Emmanuel de Granada, Minorita Hiſpanus.
Emmanuel Malaxus, Græcus.
Emmanuel Maſcareñas, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel de Matre Dei, Minorita Hiſpanus.
Emmanuel de Monte Oliveti, Minorita Hiſpanus.
Emmanuel de Naxera, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel de Ocampo, Hiſpanus.
Emmanuel Ortegas, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel Paleologus, Græcorum Imperator.
Emmanuel Pimenta, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel de Portugal, Hiſpanus.
Emmanuel de Reynoſo, Ord. SS. Trinit. ac Epiſcop.
Emmanuel Rodriguez, Minorita Hiſpanus.
Emmanuel Sà, Jeſuita Hiſpanus.
Emmanuel Saldania, Epiſcopus Hiſpanus.
Emmanuel Sarmiento de Mendoza, Canonic. Hiſp.
Emmanuel de Vargas, Dominicanus Hiſpanus.
Emmanuel Vazcañon, Hiſpanus.
Emerentiana de Sylva, Monialis Hiſpana.
E. Molinier, Doctor Gallus.
Emundus Augerius, Jeſuita. *Vide ſupra Edmundus.*
Emundus Merillius, Gallus Sæcularis.
Engelbertus de Bois, Epiſcopus Namurcenſis.
Enodius Ticinenſis Epiſcopus ac Beatus.
Ephræm Syrus, Sanctus Græcus.
Epiphanius, Epiſcopus ac Sanctus.
Erhardus Fabri, Theologus Baccalaureus.
Erhardus Winhein, Carthuſianus Germanus.
Ericius Altiſiodorenſis.
Ericius Puteanus.
Ericius Rhonæi Germanus.
Eſtacius Inſenſatus Academicus.
Evangeliſta ſeu Vangeliſta Marcellinus, Minor. Ital.
Evangeliſta Momingus, Minorita Italus.
Eucherius, Epiſcopus ac Sanctus.
Eugenius Martanellus de Gavardo, Minorita Italus.
Eugenius Petrellus, Italus Sæcularis.
Eugenius Quartus Summus Pontifex.
Eugenius de Robles, Clericus Minor Hiſpanus.
Evodius Antiochenus, natione Græcus.
Euſebius Cæſar, Italus.
Euſebius Gallicanus, Epiſcopus.
Euſtachius Antiochenus, Græcus.
Euſtachius de Bellay, Epiſcopus Gallus.
Euſtachius N.
Euſtachius Salodienſis, Carmelita.
Euſtachius à Sancto Paulo, Ciſtercienſis.
Eutychianus Hiſtoricus Sæcularis.
Euthymius Eremita.
Euthymius Zigabenus, Monachus S. Baſilii Græcus.

F

Fabianus Fiogi del Monte Sancto Sabino Italus.
Fabianus Juſtinianus, Epiſcopus Italus.
Fabius Incarnatus, Doctor Sæcularis Italus.
Fabius Papazonius, Minorita Italus.
Fabricius Paulucius, Forlivienſis Epiſcopus Italus.
Fabricius Porticella, Doctor Sæcularis Italus.
Faſciculus Temporum.
Faſſardus Lynnois, Ordinis ..... Gallus.
Fantinus, Epiſcopus.
Fatinus Aſtenſis, Auguſtinianus.
Fauſtinus Petrignanus, Archiepiſcopus Italus.
Fauſtinus Salernus, Ciſtercienſis Italus.
Fauſtinus Taſſus, Minorita Italus.
Fauſtus à Genua, Minorita Italus.
Fauſtus Rejenſis Epiſcopus Gallus.
Fauſtus S. R. E. Cardinalis.
F. D'Eudemare, Canonicus Gallus.
F. G. Carmelita Hiſpanus.
F. Gerſon, Doctor Gallus.
Felix Maria Urſina, Duciſſa S. Marci.
Fenoral Moſſen, Hiſpanus Sæcularis.
Ferdinandus de Aragonia, Epiſcopus.
Ferdinandus Auſtriæ Archidux.
Ferdinandus de Auſtria, Cardinalis & Hiſpaniæ Infans.
Ferdinandus Azon, Hiſpanus.
Ferdinandus de Ballefteros & Saavedra, Abbas.
Ferdinandus Baſacus, Minorita Hiſpanus.
Ferdinandus Bavarus, Archiepiſcopus. *Eſt bis poſitus.*
Ferdinandus Belloſillus Ayllionenſis, Epiſc. Hiſpanus.
Ferdinandus Bongiornus Siculus.
Ferdinandus Caldera, Minimus Hiſpanus.
Ferdinandus de Camargo & Salgado, Auguſtinian.
Ferdinandus Cano de Montero, Hiſpanus Sæcul.
Ferdinandus de Caſtro Palao, Jeſuita Hiſpanus.
Ferdinandus Catholicus Rex Hiſpaniæ V.
Ferdinandus de Eſcalante, Ord. SS. Trinitat. Hiſpanus.
Ferdinandus Gomez, Ordin. SS. Trinitatis Hiſpanus.
Ferdinandus Gonzaga, Cardinalis.
Ferdinandus de Ojeda, Hiſpanus Sæcularis.
Ferdinandus de las Infantas, Presbyter Hiſpan.
Ferdinandus Luſitaniæ Infans.
Ferdinandus Martinez Maſcareñas, Epiſcopus.
Ferdinandus de Monteſinos Hiſpanus.
Ferdinandus Muñoz, Ord. B. Mariæ de Mercede.
Ferdinandus Niño de Guevara, Cardinalis Hiſpanus.
Ferdinandus de Orio, Ordin. B. Mariæ de Mercede.
Ferdinandus Peralta, Auguſtinianus Hiſpanus.
Ferdinandus Perez de Guzman, Hiſpanus antiquus.
Ferdinandus de Pineda, Hiſpanus Sæcularis.

Ferdi-

Ferdinandus de Placenzia, Dominicanus Hiſpanus.
Ferdinandus Primus Aragoniæ Rex.
Ferdinandus Quirinos de Salazar, Jeſuita Hiſpanus.
Ferdinandus Ramirez Fariña, Hiſpan.
Ferdinandus Remirez, Ord. SS. Trinitatis Hiſpanus.
Ferdinandus de Salzedo, Hiſpanus Sæcularis.
Ferdinandus de Santiago, Ord. B. Mariæ de Mercede.
Ferdinandus Secundus Imperator Auguſtus.
Ferdinandus de la Serna, Hiſpanus Sæcularis.
Ferdinandus de Soſa, Canonicus.
Ferdinandus de Talavera, Archiepiſcopus Hiſpanus.
Ferdinandus Tertius Imperator Hiſpanus.
Ferdinandus de Torquemada, Ord. SS. Trinitat. Hiſp.
Ferdinandus de Torres, Auguſtinianus Hiſpanus.
Ferdinandus de Valverde, Auguſtinianus Hiſpanus.
Ferdinandus de Vergara Cabezas, Hiſpanus Sæcul.
Ferdinandus de Villegas, Sæcularis Hiſpanus.
Ferdinandus de Zarate, Auguſtinianus Hiſpanus.
Ferdinandus de Zarate, Hiſpanus.
Ferrandus Diez Provere, Hiſpanus Sæcularis.
Ferrantes Valverdius, Italus Sæcularis.
Ferreolus Locrius Paulinas, Belga.
Ferrius Caſſinellus Antiſiodorenſis Epiſcop.
Fidelis Daniel, Jeſuita Italus.
Filocalus Caputus, Carmelita Italus.
Finus Hadrianus Finiis, Italus Sæcularis.
Flaminius Ceraſola Bergomas, Italus Sæcularis.
Flaminius vel Famianus Strada, Jeſuita Italus.
Flavius Lucius Dexter, Hiſpanus Sæcularis.
Flavius Guilielmus, Anglus Sæcularis.
Florentius Conrrius, Minorita Hibernus.
Florentius le Febure, Minorita Belga.
Florentius ab Hanſwyck, Minorita Belga.
Florianus Treflerus, Benedictempuranus Cœnobita.
Firminus Capitis, Minorita Gallus.
Fœliciana Henriquez de Guzman, fœmina Hiſpana.
Fœlicianus Capitonus Narnienſis, Archiepiſc. Italus.
Fœlix Antonius Bregnanius, Italus.
Fœlix de Arteaga, Hiſpanus Sæcularis.
Fœlix Aſtolphus, Canonicus.
Fœlix Centinus Aſculanus, Minorita Cardinalis.
Fœlix Maleollus, Sæcularis Italus.
Fœlix Perettus de Montalto, Minorita Cardinalis.
Fœlix Reyneccius Marchyco, Minorita Germanus.
Fortunatus Scacchi, Auguſtinianus Italus.
Fortunatus de Virail, Minorita Gallus.
Franciſca Bologneſis, fœmina Itala.
Franciſca de Jesu Maria.
Franciſca Laraga, Monialis Hiſpana.
Franciſca Romana, Sancta.
Franciſca Vacchina è Viterbio, Dominicana.
Franciſchinus, Minorita Italus.
Franciſcus, Abulenſis Epiſcopus Hiſpanus.
Franciſcus Acoſta, Jeſuita Hiſp.
Franciſcus Aguado, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus de Aguirre, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus Albertinus, Jeſuita Italus.
Franciſcus Alcocer, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Aldana, Hiſpanus Sæcularis.
Franciſcus Alonſo, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Alvarez, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Alvarez à Perea, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Alvarez à Toledo, Comes de Oropeſa.
Franciſcus de Ameyugo, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Amicus, Jeſuita.
Franciſcus Amolaz, Hiſpanus.
Franciſcus Andreas Valentinus, Ord. B. M. de Mercede.
Franciſcus de S. Angel, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus ab Angelis, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus ab Angelis, Minorita alter Hiſpanus.
Franciſcus Antonius Glianes, Archidiaconus Italus.
Franciſcus Antonius de Yſaſi & Guzman.
Franciſcus Antonius, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Antonius, Archiepiſcopus Italus.
Franciſcus Antonius Plundus à S. Severino, Minorita.
Franciſcus de Arandn & Mazuelo, Hiſpanus.
Franciſcus Arias, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Arnoux, Canonicus Gallus.
Franciſcus Aſſiſias Sanctus, Ordinis Minorum Pater.
Franciſcus de Avila, Canonicus Hiſpanus.
Franciſcus de Avila, Epiſcopus Hiſpanus.
Franciſcus Barberinus, Cardinalis.
Franciſcus Baronius ac Manfredis.
Franciſcus Bermudez de Pedraza Hiſpanus.
Franciſcus Bernardus de Eraſo, Canonicus Hiſpanus.
Franciſcus Bertucius à Meneo, Minimus Italus.
Franciſcus Bivarius, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Franciſcus Blancus, Minorita Hiſpanus ac Martyr.
Franciſcus Blancus, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Blancus, Archiepiſcopus Hiſpanus.
Franciſcus Blaſco de Lanuza, Benedictinus Hiſpan.
Franciſcus de Blovyn, Gallus.
Franciſcus Boil, Ord. B. M. de Mercede & Epiſcopus.
Franciſcus Bolviti, Clericus Regularis Italus.
Franciſcus Bonæ-Spei, Carmelita Belga.
Franciſcus Bordonius, Minorita Italus.
Franciſcus à Borgia Beatus, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus de Borgia, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Bovadilla, Epiſcopus Hiſpanus.
Franciſcus Bourgeois.
Franciſcus Bourgineus, Congregationis Oratorii.
Franciſcus de Brixia, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Broquetes, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus de Cabrera Morales, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Cachupin, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus de la Calancha, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Campos, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Caniſvilla, Minorita Belga.
Franciſcus Canophilus, Minorita Italus.
Franciſcus Carnicer, Eques Calaritanus Sardus.
Franciſcus Carolus.
Franciſcus Carrier, Minorita Germanus.
Franciſcus Carthagena, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Caſtaña, Carmelita.
Franciſcus de Caſtañeda, Auguſtinianus Hiſpanus.
Franciſcus de Caſtelvi, Ord. B. M. de Mercede, Hiſp.
Franciſcus de Caſtilla, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus del Caſtillo, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus del Caſtillo Velaſco, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Cattanus de Diacceto, Epiſcopus Italus.
Franciſcus Cauwe, Minorita Belga.
Franciſcus de Caceres, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Cheli, Italus.
Franciſcus Cebrinus de Torres, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Cetena, Minimus Hiſpanus.
Franciſcus à Chriſto, Auguſtinianus Hiſpanus.
Franciſcus de Ciudad Rodrigo, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Cleyn, Jeſuita Belga.
Franciſcus Colin, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Collius, Collegii Ambroſiani Doctor.
Franciſcus Combefis, Dominicanus Gallus.
Franciſcus de Contamina, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Corigliano, Minorita Italus.
Franciſcus de Coris, Italus.
Franciſcus del Corral, Ord. SS. Trinitatis Hiſpanus.
Franciſcus Corteſius de Montefalco, Minorita Italus.
Franciſcus Coſterus, Jeſuita Germanus.
Franciſcus Creſpi de Borja, Dominican. ac Epiſcop.
Franciſcus Creſpo, Benedictinus.
Franciſcus Cronein, Theologus Italus.

Franciſcus à Cruce, Dominicanus ac Epiſc. Hiſpan.
Franciſcus à Cruce, Jeſuita Gallus.
Franciſcus Cuenca de Arjona, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus de Cuenca, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Cueva de Sylva, Hiſpanus.
Franciſcus de C.V.M. Minorita Belga.
Franciſcus Daix, Jeſuita.
Franciſcus Davenportus, Minorita Anglus.
Franciſcus Delgado, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Delgado, Dominicanus Hiſp.
Franciſcus Didacus Aynſa & Iriarte, Hiſpanus.
Franciſcus Didacus de Sayas, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Eſcudero, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus de Eſpinoſa, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus de la Faleure, Jeſuita Belga.
Franciſcus Faneſtris, Minorita Italus.
Franciſcus Farvacques, Auguſtinianus Belga.
Franciſcus Faſſanus, Canonicus Regularis Italus.
Franciſcus Faunus de Canthiano, Minorita Italus.
Franciſcus Felix de Canales, Ord. Servorum B.M. Hiſ.
Franciſcus Felix, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Feltrenſis, Minorita Italus.
Franciſcus Fernandez Galvan, Hiſpanus.
Franciſcus Fernandez de Peralta, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Ferrer, Dominicanus Hiſpanus.
Franciſcus Fevardentius, Minorita Gallus.
Franciſcus de Figueroa, Dominicanus Hiſpanus.
Franciſcus Floramontis, Poëta Italus.
Franciſcus Foreirus, Dominicanus Hiſpanus.
Franciſcus Fourmeſtraulx, Jeſuita Belga.
Franciſcus del Freſno, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Gaddius, Jeſuita Italus.
Franciſcus Gamboa, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Garcia del Valle, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Gemma Capuanus.
Franciſcus Georgius Venetus, Minorita Italus.
Franciſcus Glavinch Yſtrianus, Minorita.
Franciſcus Godinus, Belga.
Franciſcus Gomez de Algava & Eſpejo, Hiſpanus.
Franciſcus Grumſel, Jeſuita Belga.
Franciſcus Guadarrama, Ordinis SS. Trinitatis Hiſp.
Franciſcus Guerra, Minorita ac Epiſcopus Hiſp.
Franciſcus Guilielmus, Epiſcopus German.
Franciſcus de Guillandis, Collega Angelicus.
Franciſcus Guillen & Colon, Ord. B.M. de Mercede.
Franciſcus de Guzman, Hiſpanus.
Franciſcus Hæreus, Hiſpanus.
Franciſcus Hareus, Belga.
Franciſcus de Hautſere de Salvaizon.
Franciſcus Hernandez, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Hernandez Blaſcus Hiſpan.
Franciſcus de Herrera, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Herrera & Maldonado, Canonic. Hiſp.
Franciſcus de Herrera, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Humblot, Minimus Gallus.
Franciſcus Hurtado de Mendoza, Minorita Hiſpan.
Franciſcus Hurtado, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Hyanez de Heredia, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Ignatius de Porres, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus à Jesu Maria, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus Joannes, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus à S. Joſepho Sueſſa, Minorita.
Franciſcus Joverius, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Keſſel, Jeſuita Belga.
Franciſcus Labata, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Lanovius, Minimus Gallus.
Franciſcus Laſus de la Vega, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Laurentius, Minorita Hiſpan. ac Martyr.
Franciſcus Lemarius, Congregationis Matris Dei.
Franciſcus de Lemos, Benedictinus Hiſpanus.
Franciſcus de Leon, Auguſtinianus Hiſpanus.
Franciſcus de Leon Garavitus, Hiſpanus.
Franciſcus Leonardus, Clericus Regularis Italus.
Franciſcus Levanto & Vivaldo, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Lichetus, Minorita Italus.
Franciſcus Lizana, Ord. B.M. de Mercede Hiſpanus.
Franciſcus Longus à Coriolano, Minorita Italus.
Franciſcus Lopez, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Lucas, Belga.
Franciſcus Luche Faxardus, Hiſpanus.
Franciſcus Mackirnan, Minorita Hibern. *in Append.*
Franciſcus Maidalchinus, Italus.
Franciſcus Manſo & Zuniga, Archiepiſcopus.
Franciſcus Mançano, Ord. SS. Trinitat. Hiſpanus.
Franciſcus de Marchia, Italus.
Franciſcus Marcottus, Italus.
Franciſcus Maria Brancatius, Cardinalis ac Epiſc.
Franciſcus Maria Capra, Clericus Italus.
Franciſcus Maria, Cardinalis à Monte.
Franciſcus Maria Giardino, Italus.
Franciſcus Maria Pagnozzini de Piſtorio, Minorita.
Franciſcus à S. Maria, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus Maria Torrigius, Italus.
Franciſcus Martin, Minorita Gallus.
Franciſcus Martini, Carmelita Hiſpanus.
Franciſcus à Matre Dei, Minorita Hiſpan. *in Append.*
Franciſcus Maurolitius, Abbas Meſſanenſis.
Franciſcus de Mayronis, Minorita Gallus.
Franciſcus de Menabio, Minorita Italus.
Franciſcus de Mendoza, Ord. B.M. de Mercede.
Franciſcus de Mendoza, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Menenius, Belga.
Franciſcus Mercurius van Helmont, Belga.
Franciſcus Merola, Congregationis Oratorii Italus.
Franciſcus de Meſſa, Presbyter Hiſpanus.
Franciſcus de Meſſia, Dominicanus Hiſpanus.
Franciſcus Miracles, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus de Miranda y Paz, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Moloy, Minorita Hibernus.
Franciſcus de Montefrancho, Italus.
Franciſcus Monxe, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Morenus, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Moſquera de Barnuebo, Hiſpanus.
Franciſcus Navarro, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Nelſon, Jeſuita Belga.
Franciſcus de Neuf-ville, Abbas Gallus.
Franciſcus à Nola, Minorita Italus.
Franciſcus à Nova-Curia, Minorita Belga.
Franciſcus Nuñez Navarro, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus de Obregon Acuña, Hiſpanus.
Franciſcus Ogier, Presbyter Gallus.
Franciſcus de Olivares, Hiſpanus.
Franciſcus Oliverius Italus.
Franciſcus Ordas, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus d'Orleans, Minorita Gallus.
Franciſcus Ortega Cabrio & Bezerra, Hiſpanus
Franciſcus Ortiz Lucius, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Oſuna, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Ovando, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Oviedo, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Pacheco, Hiſpanus.
Franciſcus Pacheco de Toledo, Hiſpanus.
Franciſcus de Padilla, Canonicus Hiſpanus.
Franciſcus de Pamplona, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Panigarola, Minorita Italus ac Epiſcop.
Franciſcus de Pareja, Ord. B.M. de Mercede.
Franciſcus à Paterno, Minorita Italus.
Franciſcus, Patriarcha Hieroſolymitanus.
Franciſcus Pavo Catanzarenſis, Jeſuita.
Franciſcus de Peña, Hiſpanus.

Franciſcus Perez de Marſulla, Minorita Italus.
Franciſcus Perez Garcia, Notarius Apoſtol. Hiſp.
Franciſcus Petrarcha, Poëta Italus.
Franciſcus Petti à Sanctoella, Abbas Italus.
Franciſcus de Picart, Doctor Gallus.
Franciſcus Pichon & Merinero, Minorita Hiſpan.
Franciſcus de Pietate Maciel, Dominicanus Hiſp.
Franciſcus de la Piedad, Doctor Hiſpanus.
Franciſcus Pimentel, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Pinelo, Dominicanus Hiſpanus.
Franciſcus de Piſa, Decanus Hiſpanus.
Franciſcus de Pitygianis Aretinus, Minorita Italus.
Franciſcus Plachi, Bohemus Jeſuita.
Franciſcus Poiré, Jeſuita Gallus.
Franciſcus Poligranus, Minorita.
Franciſcus Ponce de Leon, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Porto-Carrero, Hiſpanus,
Franciſcus Quareſmius, Minorita Italus.
Franciſcus Quevedo Villegas, Hiſpanus.
Franciſcus Quignionius, Minorita ac Cardinalis.
Franciſcus de Quintana Hiſpanus.
Franciſcus de Quintanilla & Mendoza, Hiſpanus.
Franciſcus Ramos, Auguſtinianus Hiſpanus.
Franciſcus de Res, Doctor antiquus.
Franciſcus de Retza, Dominicanus.
Franciſcus Richardot, Epiſcopus Gallus.
Franciſcus Rincon y Benavides, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Rivera Villacaſtrenſis, Jeſuita Hiſpan.
Franciſcus Rouſſel, Minorita Belga.
Franciſcus de Roxas, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus de Roxas, Toletanus Minorita.
Franciſcus Roys, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Franciſcus de Ruvere, Saonenſis Minorita.
Franciſcus Rugerius, Presbyter Somuſchenſis.
Franciſcus Ruiz de Vergara & Alava Hiſpan.
Franciſcus Ruizius, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus à Salerone, Gallus.
Franciſcus de Sales Sabaudus, Epiſ. Beatus.
Franciſcus de Salinas, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus de Sandoval, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Sanſovinus, Italus.
Franciſcus Sarmiento, Epiſcopus Hiſpanus.
Franciſcus Sarnenſis, natione Ligur.
Franciſcus à Secli, Minorita Italus.
Franciſcus de Segura, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus de Serris, Dominicanus.
Franciſcus de Sevilla, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Sforcia, Vice-Comes Mediolanenſis.
Franciſcus de Silva, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Sixtus, Carmelita Italus.
Franciſcus Solanus, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Sonnius, Epiſcopus Belga.
Franciſcus Sorianus, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus de Soſa, Minorita ac Epiſcopus.
Franciſcus de Soto, Sacerdos Congregat. Oratorii.
Franciſcus de Soto, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Spinula, Doctor Italus.
Franciſcus Staniſlaus, Jeſuita Polonus.
Franciſcus Suarez, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Sylvius à Brania Belga.
Franciſcus Tamajus, Minimus Hiſpanus.
Franciſcus de Tapia & Leiva, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Tello de Leon, Ord. SS. Trinit. Hiſpan.
Franciſcus Terrones, Minorita Hiſpan.
Franciſcus Tignoſius, Ordinis Servitarum Italus.
Franciſcus Titelmannus, Minorita Belga.
Franciſcus Toletus, Jeſuita ac Cardinalis Hiſpan.
Franciſcus de Toloſa, Archidiaconus Italus.
Franciſcus de Torano, Minorita Italus.
Franciſcus Torralva, Diſcalceat. Hiſpanus.
Franciſcus de Torres, Minorita Hiſpanus.
Franciſcus Treſati de Lugnano, Minorita Italus.
Franciſcus Travigii, Carmelita Italus.
Franciſcus de Trillo, Poëta Hiſpanus.
Franciſcus Turrianus, Jeſuita Hiſpanus.
Franciſcus Van Hondegen, Minorita Belga.
Franciſcus Varahona Miranda, Canonicus Hiſp.
Franciſcus Uban vel Hevan, Ord. B.M. de Mercede.
Franciſcus Velez de Arziniega, Hiſpanus.
Franciſcus de Veneña, Italus.
Franciſcus vanden Venne, Belga *in Append.*
Franciſcus Veron, Jeſuita Italus.
Franciſcus Villagutierre Chumacero, Epiſcopus.
Franciſcus de Villalva, Poëta antiquus Hiſp.
Franciſcus de Villalva, Hiſpanus.
Franciſcus Vimercatus, Minorita Italus.
Franciſcus Vita-Politius, Minorita Italus.
Franciſcus Vitus, Poëta Italus.
Franciſcus Waldus, Peruſinus.
Franciſcus de Weze, Minorita Belga.
Franciſcus Willer, Minorita Germanus.
Franciſcus Xaverius de Freſneda, Jeſuita Hiſpan.
Franciſcus Xaverius à Paſcuis, Jeſuita Belga.
Franciſcus Xaverius Perez, Jeſuita Belga.
Franciſcus Ximenez de Ciſneros, Minor. ac Card.
Franciſcus Ximenez, Minor. ac Patriarch. Hieroſol.
Franciſcus Ximenez de Santiago, Hiſpanus.
Franciſcus Ximenez Sedeño de Ciſneros, Hiſpan.
Franciſcus Zabarella, Cardinalis.
Franciſcus Zapata de Ciſneros Hiſpanus.
Franciſcus Zapata Pimentel, Hiſpanus.
Franciſcus Zepeda, Hiſpanus.
Franciſcus Zichenius, Minorita Belga.
Franciſcus Zumel, Ordinis B. M. de Mercede.
Franciſcus à Zuñiga, Comes de Belalcazar.
Franconius Abbas, Belga.
Freculfus, Linconienſis Epiſcopus.
Fredericus de Alexandris, Peruſinus.
Fredericus Bonvæus, Jeſuita Belga.
Fredericus Borromæus, Cardinalis.
Fredericus Capilluti, Doctor Italus.
Fredericus Galleo, Norbertinus Belga.
Fredericus Joſeph Ignatius de Marſelaer Belga.
Fredericus Muliner, Minorita.
Fredericus Tanteius, Doctor Italus.
Fredericus à Toledo, Dux de Alva Hiſpanus.
Fredericus Villariaſa, Doctor Hiſpanus.
Fredericus Fornerus, Epiſcopus.
Fridericus Gonzaga, Mantuæ Marchio.
Fridericus, Hungariæ Regis Germanus.
Fridericus Nauſea, Epiſcopus Viennenſis.
Fridericus Taubmannus Germanus.
Frutos de Leon & Tapia, Poëta Hiſpanus.
F. S. Gallus.
Fuas Rouphinho, nobilis Luſitanus.
Fulbertus, Carnotenſis Epiſcopus ac Sanctus.
Fulgentius Petrellus à Sigilio, Auguſtinianus Ital.
Fulgentius, Ruſpenſis Epiſcopus ac Sanctus.

G

Gabriel Alvarez Oropeſanus, Jeſuita Hiſpanus.
Gabriel Archangelus, miſſus à Deo in civit. Galileæ.
Gabriel Baccinius, Italus.
Gabriel Benius, Romanus.
Gabriel Biel, Clericus Germanus.
Gabriel Bocangel Unçueta, Hiſpanus.
Gabriel Bubelinus, Monachus Germanus.
Gabriel de Carvajal, Poëta Hiſpanus.

Gabriel de la Concepcion, Auguſtinianus Hiſpan.
Gabriel Cremades, Minorita Hiſpanus.
Gabriel Fiamma, Canonicus ac Epiſcopus Italus.
Gabriel Girelus, Minorita Italus.
Gabriel Gutierrez, Poëta Hiſpanus.
Gabriel de Hennao, Jeſuita Hiſpanus.
Gabriel Lopez, Minimus Hiſpanus.
Gabriel Martinez de Aquila, Poëta Hiſpanus.
Gabriel Michaël de Rochmaillet, Doctor Gallus.
Gabriel de Morales, Auguſtinianus Hiſpanus.
Gabriel Perez de Barrio, Hiſpanus.
Gabriel Palcotus, Cardinalis Italus.
Gabriel à Puteo Herboſo, Turonicus Gallus.
Gabriel à S. Maria, Archiepiſcopus Hibernus.
Gabriel de Toro, Minorita Hiſpanus.
Gabriel de la Torre & Andrada, Hiſpanus.
Gabriel Vazquez, Minorita Hiſpanus.
Gabriel Vazquez, Dominicanus Hiſpanus.
Gabriel Vazquez, Jeſuita Hiſpanus.
Gabriel de Verona, Minorita.
Galdericus Gali, Doctor Hiſpanus.
Galfridus Antiſiodorenſis, Ciſtercienſis.
Galfridus de Ballaſandt, Abbas Anglus.
Galindus, Comes Aragoniæ.
Galla Patricia, Symmachi Conſulis filia ac Sancta.
Gandulphus, Minorita ac Archiepiſcopus Italus.
Garcia Alvarez à Toledo, Dux de Alva.
Garcia Manrique, Minorita Hiſpanus.
Garcia de Quijada, Minorita ac Epiſcopus.
Garcia Salcedus Coronel, Hiſpanus.
Garcia Sextus Rex Navarræ.
Garcilaſus de la Vega, Inga Peruanus.
Garnerus vel Guarnerius, Canonicus Regularis.
Gaſpar Ancaranus de Baſſano, Italus.
Gaſpar Aſtete, Jeſuita Hiſpanus.
Gaſpar de Benemerin Infans Regni Fecis.
Gaſpar Berillorius, Sæcularis.
Gaſpar à Borgia, Cardinalis Hiſpanus.
Gaſpar Caſalius, Epiſcopus Hiſpanus.
Gaſpar Cantalanus, Dominicanus Hiſpanus.
Gaſpar Eſcolanus, Hiſpanus.
Gaſpar à Fonte, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar à S. Franciſco, Auguſtinianus Hiſpanus.
Gaſpar Garcia de la Cruz, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar de Guzman, Comes Dux de Olivares.
Gaſpar Hurtadus, Jeſuita Hiſpanus.
Gaſpar Legionenſis, Minorita.
Gaſpar de Loarte, Jeſuita Hiſpanus.
Gaſpar Lopez Serranus, Doctor Hiſpanus.
Gaſpar Lozanus & Regalatus, Canonicus Hiſpan.
Gaſpar, Mediolanenſis Archiepiſcopus.
Gaſpar à Mello, Auguſtinianus Hiſpanus.
Gaſpar de Monterubio, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar Nuñez Hiſpalenſis, Ord. B.M. de Mercede.
Gaſpar de Ovando, Poëta Hiſpanus.
Gaſpar Pachecus, Poëta Hiſpanus.
Gaſpar Paſarellus, Minimus Italus.
Gaſpar de Payveta, Jeſuita Hiſpanus.
Gaſpar Prietus, Ord. B.M. de Mercede Hiſpanus.
Gaſpar de Quiroga, Archiepiſcopus Toletanus.
Gaſpar de los Reyes, Auguſtinianus Hiſpanus.
Gaſpar de Ribadeneyra, Toletanus Jeſuita.
Gaſpar Sanchez, Hiſpanus.
Gaſpar Sanctius Centumputeolanus, Jeſuita Hiſp.
Gaſpar Sciopius, Germanus.
Gaſpar Seguiron Aquiſextienſis, Jeſuita Gallus.
Gaſpar Sghemma, Minorita Italus.
Gaſpar Sillingardus, Epiſcopus Italus.
Gaſpar de Sinconibus, Italus.
Gaſpar de Stunica & Avellaneda, Archiepiſcopus.
Gaſpar Tauch, Jeſuita Germanus.
Gaſpar Velloſilio, Epiſcopus Hiſpanus.
Gaſpar de Vergara, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar de Vigachoaga, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar de Villaroel, Auguſtinianus Hiſpanus.
Gaſpar de Uzeda, Minorita Hiſpanus.
Gaſpar Ybañez de Segovia & Peralta Hiſpan.
Galparinus Borro Venetus, Ord. B.M. de Mercede.
Gaucherius, Vapinenſis Epiſcopus Gallus.
Gaudentius de Peruſio, Minorita Italus.
Gaudioſus Floridus, Ordinis Servorum B. M. Virgin.
Gaufredus, Monachus.
Gaufridus de Altatumba.
G. Ayora, Hiſpanus.
G. Champcheuryculx, Carmelita Gallus.
G. Clapius, Gallus.
Gelbuinus Trecenſis, Doctor antiquus Gallus.
Genadius Scholarius, Conſtantinopolitanus Epiſcop.
Gencianus Herbetus vel Hervet.
Geneſius à Ponte, Jeſuita Hiſpanus.
Georgius Ambianenſis, Minorita Gallus.
Georgius Antonius Veſpucius, Italus.
Georgius Antonius Riojano, Minorita Hiſpanus.
Georgius Bartholdus Pontanus à Wittemberg, Germ.
Georgius Centellas Valentinus, Hiſpanus.
Georgius Colvenerius, Doctor Belga.
Georgius Eſtienſis Rouſent, Jeſuita Gallus.
Georgius Franciſcus Plachy, Jeſuita Bohemus.
Georgius Hemelman Malacitanus, Jeſuita Hiſpanus.
Georgius Hoffman, Minorita Germanus, *in Append.*
Georgius Kaldi Tyrnavienſis, Jeſuita Hungarus.
Georgius Macropedius, Germanus.
Georgius Metropolita, Doctor Græcus ac Archiepiſ.
Georgius de Montemayor, Hiſpanus.
Georgius Paulus Stravius, Epiſcopus German.
Georgius Scherrer Sueſſenſis.
Georgius, Sennecenſis Epiſcopus Gallus.
Georgius Valentinus Italus.
Georgius Wicelius, Doctor Germanus.
Gerardus Adamus, Archiepiſcopus Antibarienſis.
Gerardus Bononienſis, Carmelita.
Gerardus Boſſius Barenolius, Germanus.
Gerardus Brivete, Doctor antiquus.
Gerardus Gutierrez, Canonicus Hiſpanus.
Gerardus Habbius, Luncrenſis.
Gerardus van Herdegon, Norbertinus Belga.
Gerardus Lorchius Adamarius.
Gerardus Montannius, Jeſuita Belga.
Gerardus Moſanus, Dominicanus Germanus.
Gerardus Odonis, Patriarcha Antiochenus Minorita.
Gerardus Scheidan, Carthuſianus Belga.
Gerardus de Valentia, Minorita.
Gerardus Zætelme.
Germanus, Conſtantinop. Patriarcha ac Sanctus.
Gertrudis Germana, Monialis S. Benedicti.
Gervaſius Boterel Armoricus.
Giannotus de Montagnana, Epiſcopus Italus.
Giennenſis Civitas.
Gilbertus Epiſcopus.
Gilbertus Genebrardus, Gallus.
Gilbertus Glevacenſis ſeu Gerablacenſis.
Gilbertus Hoyllandia, Ciſtercienſis Anglus.
Gilbertus Nicolai, ſive de Ave Maria, Minorita.
Gilbertus Porretanus, Pictavienſis Epiſcopus.
Gilius Chaiſy, Minorita Gallus.
Gilius Gonzalez de Avila, Chronologus Hiſpanus.
Gilius Hernandez, Carmelita Hiſpanus.
Gisbertus Voetius, Theol. Profeſſor Ultrajectinus.
Giſilbertus Weſtmonaſterienſis, Benedictinus.
Glarcanus, Germanus Poëta.

Gode-

Glossa Ordinaria.
Godefridus Candelarius, Carmelita Germanus.
Godefridus Henschenius, Jesuita.
Godefridus Tilmannus, Carthusianus Parisiensis.
Godescalcus, Norbertinus ac Episcopus.
Godescalcus Rosemundus Endovienſis.
Goffridus Vindocinenſis, Abbas ac Cardinalis.
Gomezius Tellus Hispanus.
Gosvinus Herius, Carmelita Belga.
Gotardus à Ponte, Italus.
Gotschalcus Holen, Augustinianus Gallus.
Gozadinus, Archiepiscopus Naxien. & Parien. Italus.
Gratia Maria Gratii, Italus.
Gratiæ ac Sanitates factæ & receptæ in Regn. Siciliæ.
Gratianus Brixienſis, Minorita Italus.
Gregorius de Ayala & Astudillo, Poëta Hispanus.
Gregorius Baptista, Benedictinus Hispanus.
Gregorius Camera Lara, Minorita Hispanus.
Gregorius Daineff, Augustinianus Belga.
Gregorius Decimus tertius, Summus Pontifex.
Gregorius Decimus quintus, Summus Pontifex.
Gregorius Ferrarius, Jesuita Italus.
Gregorius Gallicanus, Minorita.
Gregorius Fernandez de Velasco, Poëta Hispanus.
Gregorius Hurtadus de Mendoza, Minorita Hisp.
Gregorius à Laurine, Minorita Italus.
Gregorius Lazarus, Dominicanus Italus.
Gregorius Lopez Madera, Hispanus.
Gregorius Lupar, Hispanus.
Gregorius Magnus, hujus nominis Papa I.
Gregorius Manrique, Poëta Hispanus.
Gregorius Manuel, Ord. B.M. de Mercede.
Gregorius Martinez, Dominicanus Hispanus.
Gregorius Mastrilius, Jesuita Italus.
Gregorius Nazianzenus, Græcus ac Sanctus.
Gregorius Nazianzenus à S. Basilio, Carmel. Gallus.
Gregorius Neocæsarienſis Ponti Episc. ac Sanctus.
Gregorius Nuñez de Sotomayor, Augustinianus.
Gregorius Nunnius & Coronel, Augustinian. Hisp.
Gregorius Nyssenus Sanctus, ac Basilii Magni frater.
Gregorius de Ortega, Hispanus Sæcularis.
Gregorius de Pedrosa, Hieronymit. ac Episcopus.
Gregorius de la Peñuela Mendez, Hispanus.
Gregorius Ruiz, Minorita Hispanus.
Gregorius Sayro, Benedictinus Anglus.
Gregorius de Valentia, Jesuita Hispanus.
Gregorius Valentianus à Marsalia, Minorita Siculus.
Gregorius Virsalus, Doctor Theologus.
Gregorius Ulyssiponenſis, Minorita ac Cardinalis.
Gregorius Undecimus, Summus Pontifex.
Gualterus Daniel Angels, Cistercienſis.
Guandulphus de Urbino, Minorita Italus.
Guarinus N.
Guarricus Ignatienſis Abbas.
Guibertus, Benedictinus Gallus.
Guido Brianſonius, Minorita Gallus.
Guido Catonis Friulenſis, Doctor.
Guido Servidus, Episcopus Italus.
Guido Vanninus Lucheſis, Poëta Italus.
Guilielmus N. vel Guilierinus.
Guilielmus Abselius, Carthusianus Belga.
Guilielmus Alabastro, Anglus.
Guilielmus Alanus, Anglus ac Cardinalis.
Guilielmus Allotus, Doctor Anglus.
Guilielmus vander Beke, Jesuita Belga.
Guilielmus Bernardi, Dominicanus Gallus.
Guilielmus Bivaucius, Carthusianus Germanus.
Guilielmus Blitterswyck, Belga Sæcularis.
Guilielmus Budæus Parisienſis, Gallus.
Guilielmus Cardinus Anicienſis.
Guilielmus Colletetus Parisienſis, Poëta Gallus.
Guilielmus Coto, Dominicanus.
Guilielmus de Cremona, Minorita Italus.
Guilielmus Eisengreinei de Mineto Spirenſis.
Guilielmus de Falcario, Minorita.
Guilielmus Filiatrus, Episcopus Tullienſis.
Guilielmus Forlugen vel Forleo, Minorita.
Guilielmus de Fulgar, Minorita.
Guilielmus Gazette, Belga.
Guilielmus Gainsarburgus Oxonienſis *in Append.*
Guilielmus Gibicus, Congregationis Oratorij.
Guilielmus de Gorris, Doctor Theolog. Sæcularis.
Guilielmus Herinex, Minorita Belga.
Guilielmus Hestius, Gallus.
Guilielmus Horneo, Minorita.
Guilielmus Jordanus, Dominicanus Anglus.
Guilielmus de Lamormaini, Jesuita Germanus.
Guilielmus Linderwode, Anglus.
Guilielmus Magister, Minorita Gallus.
Guilielmus Martin, Minorita Gallus.
Guilielmus Mercator, Poëta Valentinus.
Guilielmus N. Minimus, Gallus.
Guilielmus N.
Guilielmus de Ockam, Minorita Anglus.
Guilielmus Oonselius, Dominicanus Germanus.
Guilielmus Parisienſis ac Episcopus.
Guilielmus Parvus, vulgò Petit, Episcopus.
Guilielmus Pepin, Dommicanus Gallus.
Guilielmus Piraldus, Dominicanus ac Episcopus.
Guilielmus Pomper, Minorita Germanus.
Guilielmus van Ranst, Jesuita Belga.
Guilielmus Raymundus Centelles, Hispanus.
Guilielmus de Rubion, Minorita Hispanus.
Guilielmus Schiavata & Comes Bohemus.
Guilielmus van Sichen, Minorita Belga.
Guilielmus Sirletus Calaber, Cardinalis.
Guilielmus à Sancta Fide, Carmelita Anglus.
Guilielmus à Sancto Laudo, Abbas Gallus.
Guilielmus Spoelbergius, Minorita Belga.
Guilielmus Sprewen, Canonicus Regularis S. Aug.
Guilielmus Talpelon, Augustinianus Belga.
Guilielmus Tansiere, Gallus.
Guilielmus Valdesanus, Canonicus Italus.
Guilielmus de Valle Roldon, Doctor Parisienſis.
Guilielmus de Vallone, Dominicanus ac Episcop.
Guilielmus Vauro vel Barro Guarronis Minorita.
Guilielmus de Villamodii, Canonicus Gallus.
Guilielmus Vincentii, Cœlestinus Gallus.
Guilielmus Vorrilon, Minorita Gallus.
Guilielmus de Werdea, Canonista.
Gundisalvus de Albornoz, Jesuita Hispanus.
Gundisalvus, Archiepiscopus Tolosanus. *Bis positus.*
Gundisalvus de Arriaga, Dominicanus Hispanus.
Gundisalvus de Ayala, Poëta Hispanus.
Gundisalvus de Campo, Archiepiscop. Hispanus.
Gundisalvus de Castulla, Jesuita Hispanus.
Gundisalvus de la Cerda, Ordin. Militiæ Alcantaræ.
Gundisalvus Cervantes, Augustinianus Hispanus.
Gundisalvus Fuentes de Albornoz, Jesuita Hispan.
Gundisalvus Frances, Hispanus.
Gundisalvus de Herrera, Minorita Hispanus.
Gundisalvus de Illescas Sanfrontes, Hispanus.
Gundisalvus Lopez, Tevarenſis de Alarcon, Hisp.
Gundisalvus de Rebolleda, Minorita Hispanus.
Gundisalvus Sanchez Luzeroo, Canonicus Hisp.
Guterius Carbajalus, Episcopus Placentinus.
Gutierus Gonzalez, Protonotarius Apostolicus Hisp.
Gutierus Marquez de Cariaga Hispanus.
Gutierus de Ocampo, Minorita Hispanus.
Gutierus Trejo, Minorita Hispanus.

Hadrianus

H

Hadrianus Budſius, Ciſtercienſis Belga.
Hadrianus Collaert.
Hadrianus Hecquetius, Carmelita Belga.
Hadrianus Lametius Henencurius, Doctor Theol.
Hadrianus Liræi, Jeſuita Belga.
Hadrianus Mangotius, Jeſuita Belga.
Hadrianus Moerbetius, Norbertinus Belga.
Hadrianus Oyen Brochuſanus, patriâ Colonienſis.
Hadrianus Primus Summus Pontifex.
Hadrianus Quartus Summus Pontifex.
Hadrianus Sextus Sum. Pontif. Trajectenſis Germ.
Hamelius.
Hautbertus, Benedictinus Hiſpanus.
Haymo Alberſtatenſis, Monachus ac Epiſcop.
Haymo de Montefalcone, Epiſcopus.
Hector ab Albata, Jeſuita Belga.
Hector Pintus, Hieronymianus Hiſpanus.
Hegnemannus N. Magiſter, Auguſtinian. Germ.
Helæca, Cæſarauguſtanus Epiſcopus.
Helias, Gandenſis Epiſcopus.
Helſinus vel Helpinus, Abbas Benedictin.
Henricus, Abbas Ciſtercienſis Gallus.
Henricus Arnoldi Saxo, Carthuſianus.
Henricus Blake, Auguſtinianus Hibernus.
Henricus Caniſius, Juris Conſultus.
Henricus Carthuſianus, Author antiquus.
Henricus Culens, Paſtor Gerardimontanus.
Henricus de Cuta ſive de Oyta, Germanus.
Henricus Emmanuel, Cardinalis Hiſpanus.
Henricus Engelgrave, Jeſuita Belga.
Henricus Gomez, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus.
Henricus Gorrichen, Benedictinus Germanus.
Henricus Guthberleti Belga.
Henricus Guyſius, Epiſcopus Belga.
Henricus de Guzman, Hiſpanus.
Henricus de Haſſia.
Henricus de Haſſia.
Henricus de Haſſia, Carthſiuanus.
Henricus Helmeſſius, Germipolitanus Minorita.
Henricus Henriquez, Epiſcopus
Henricus Henriquez, Epiſcopus } Hiſpanus.
Henricus Henriquez, Jeſuita
Henricus Herph, Minorita Flander.
Henricus de Hoſtio.
Henricus van Hulten, Jeſuita Belga.
Henricus Kiſpenningius, Germanus *in Append.*
Henricus Lancilotus, Auguſtinianus Belga.
Henricus de Langeſteyd, Auguſtinianus German.
Henricus Lantgravius Haſſiæ Comes.
Henricus Laureys, Jeſuita Belga.
Henricus Lochius, Minorita Germanus.
Henricus Marcellius, Jeſuita Rhemenſis.
Henricus Mauroy, Minorita Gallus.
Henricus Modeghe, Auguſtinianus Germanus.
Henricus N. Magiſter.
Henricus de Nauda, Decanus Eccleſiæ Trecenſis.
Henricus Paludanus, Minorita Leodienſis.
Henricus Parcaleon, Baſileenſis Doctor.
Henricus Petrus, Typographus.
Henricus Pimentel, Epiſcopus Hiſpanus.
Henricus de Piro, Carthuſianus Colonienſis.
Henricus Schadehoet, Auguſtinianus Germanus.
Henricus Sedulius, Minorita Flander.
Henricus Sehckcilingen, aliàs Bebelius.
Henricus Sextus.
Henricus Spondanus, Epiſcopus Gallus.
Henricus Suſo, Dominicanus.
Henricus de Villalobos, Minorita Hiſpanus.
Henricus de Urimaria, Auguſtinianus Germanus.
Henricus Wichinganus, Carmelita Anglus.
Henricus Willot, Minorita Belga.
Henricus Yonghen, Minorita Belga.
Heraclius Prevoſt, Dominicanus Gallus.
Hercules Bangonus Mutinenſis, Epiſcopus.
Hercules Vicemala, Italus.
Hermannus Buſchius Paſifilius, Poëta antiquus.
Hermannus, Colonienſis Archiepiſcopus.
Hermannus Hugo, Jeſuita.
Hermannus Joſeph Steinfeldenſis, Norbertinus.
Hermannus Petra ſeu Petri, Carmelita Belga.
Hermannus de Schildis, Auguſtinianus Germanus.
Hermannus Torrentinus.
Hermas Letmatius.
Hermite Vauzelle, Gallus.
Hernandus Canus de Montoro, Hiſpanus.
Hernandus Lopez Buenavida, Hiſpanus.
Hernandus de Peralta Montaña, Auguſtinianus.
Hernandus de Santiago, Hiſpanus.
Hernandus de Sanctiſtevan, Doctor Hiſpanus.
Herneſtus, Epiſcopus Leodienſis.
Heylan Belge Antuerpienſis, Minorita.
Heymericus de Campo, Germanus.
Hiberniæ Regnum apud Loughreagh.
Hieremias Drexelius, Jeſuita Germanus.
Hieronyma Marquez, fœmina Hiſpana.
Hieronymus Albertucius Buſellus, Dominicanus.
Hieronymus de Alcala Yañez, Doctor Hiſpanus.
Hieronymus de Aldovera Monçalve, Auguſtinian.
Hieronymus Alexandri, Italus.
Hieronymus Allè, Hieronymianus Italus.
Hieronymus Almonacirius, Dominicanus Hiſpan.
Hieronymus de Andrada, Carmelita Hiſpanus.
Hieronymus Angelita, Italus.
Hieronymus de Arriaga, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus de Aznar Embid, Auguſtinian. Hiſp.
Hieronymus Baptiſta de Lanuza, Dominic. ac Epiſ.
Hieronymus Benerius, Dominicanus ac Cardinal.
Hieronymus Bordonius de Sermonetto, Italus.
Hieronymus Brunorii, Imolenſis Italus.
Hieronymus Cambonus Salidienſis, Minorita Ital.
Hieronymus Cancer & Velaſco, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Carmelus, Ordinis B.M. de Mercede.
Hieronymus Columna, Cardinalis.
Hieronymus Copola, Clericus Regularis Italus.
Hieronymus Corabinus, Italus.
Hieronymus Faſolius, Jeſuita.
Hieronymus de Ferrariis, Dominicanus.
Hieronymus de Florentia, Jeſuita Hiſpanus.
Hieronymus Forenſis.
Hieronymus de la Fuente, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Fuſſer, Dominicanus Hiſpanus.
Hieronymus Fuſter, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Gallus Novarienſis, Minorita Italus.
Hieronymus Gentilis, Poëta Italus.
Hieronymus Genuinus.
Hieronymus Gratianus, Carmelita Hiſpanus.
Hieronymus Gratus de Cremona, Auguſtinianus.
Hieronymus Guadalupenſis, Hieronym. Hiſpan.
Hieronymus de Guevara, Jeſuita Hiſpanus.
Hieronymus ab Hangeſto, Doctor Gallus.
Hieronymus de la Higuera, Jeſuita Hiſpanus.
Hieronymus de Huerta, Hiſpanus.
Hieronymus Joannellus, Epiſcopus Sorianus.
Hieronymus de S. Joſeph, Carmelita Hiſpanus.
Hieronymus Lauretus, Benedictinus Hiſpanus.
Hieronymus Llamas, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Hieronymus Lombardellus, Minorita.

Hieronymus Marthon, Benedictinus Hiſpanus.
Hieronymus de Maſcareñas, Epiſcopus Hiſpanus.
Hieronymus Matranga Panormitanus, Cler. Reg.
Hieronymus Mautinus à Narni, Minorita Italus.
Hieronymus de Medicis à Camerino, Domin. Ital.
Hieronymus Michaël Carmelus, Ord. B. M. de Merc.
Hieronymus Michaeli Ferrer, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus de Mieſes, Dominicanus Hiſpanus.
Hieronymus Molinus, Poëta Italus.
Hieronymus Moroneus, Minorita.
Hieronymus Natali, Ieſuita Italus.
Hieronymus Nolanus, Auguſtinianus Italus.
Hieronymus de Ormachea Guerrero, Canon. Hiſp.
Hieronymus Oſſorius, Epiſcopus Hiſpanus.
Hieronymus de Pancorbo, Carmelita Hiſpanus.
Hieronymus Pardo, Clericus Minor Hiſp.
Hieronymus de Paula, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus de San Pedro, Hiſpanus.
Hieronymus Perboni, Marchio de Inciſa.
Hieronymus Perea, Ieſuita Hiſpanus.
Hieronymus Perez, Ord. B. M. de Mercede Hiſp.
Hieronymus Planes, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus de Quintanadveñas, Hiſpanus.
Hieronymus Ramirez, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Requeſens, Epiſcopus Hiſpanus.
Hieronymus Rodriguez, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus Roman, Auguſtinianus Hiſpanus.
Hieronymus de la Rua, Doctor Hiſpanus.
Hieronymus Ruiz, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus de Saona, Auguſtinianus Hiſpanus.
Hieronymus Savanarola de Ferrara, Domin. Ital.
Hieronymus de Sevorge, Minorita Hiſpanus.
Hieronymus Seripandus, Auguſtinianus Italus.
Hieronymus à Sorbo, Minorita.
Hieronymus Spadius Placentinus, Poëta Italus.
Hieronymus del Spiritu ſancto, Hiſpanus.
Hieronymus Stridonenſis, Sanctus E. Doctor.
Hieronymus Taix, Dominicanus Hiſpanus.
Hieronymus Tamarit à Tavaria, Hiſpanus.
Hieronymus de Vergua, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Verobaldus, Dominicanus Italus.
Hieronymus de Viſch, Poëta Hiſpanus.
Hieronymus Vielmus, Dominicanus Italus.
Hieronymus de Villavitis, Canon. Regul. Italus.
Hieronymus Xaviere, Dominicanus Hiſpanus.
Hieronymus Zapata, Minorita Hiſpanus.
Hilarion de Coſte, Minimus Gallus.
Hilarion Mediolanenſis, Benedictinus Italus.
Hilarius Mont-Lovys, Minorita Gallus.
Hilarius N. Scriptor antiquus.
Hilarius Rancatus Mediolanenſis, Ciſtercienſis.
Hildebertus, abſque alio nomine.
Hildebertus, Cenomanenſis Epiſcopus.
Hildegardis Abbatiſſa.
Hinemarus Rhemenſis.
Hippolyta Truxillo, Hiſpana.
Hippolytus Capilupus Mantuanus, Poëta Italus.
Hippolytus Carmelitanus.
Hippolytus Chizzola, Canon. Regul. Italus.
Hippolytus Deneſmondus Mantuanus, Minorita.
Hippolytus Maria Tallapietra, Dominicanus Ital.
Hippolytus Marraccius Lucenſis, Cleric. Regul.
Hippolytus de Olivares Buitron, Hiſpanus.
Hippolytus Portuenſis Epiſcopus.
Hippolytus Titi à Burgo S. Sepulchri, Italus.
Honor de la Corte Hiſpanus.
Honorius Auguſtodunenſis, Presbyter.
Honorius Lucius Gallienſis.
Honorius Primus Pontifex Maximus.
Honorius Tertius Summus Pontifex.
Honorius Maneſcal, Doctor Hiſpanus.
Honuphrius Martini, Auguſtinianus Italus.
Honuphrius Pambinus, Auguſtinianus Italus.
Horæ Diurnæ de Beata V. Maria.
Horatius Bertius Lateranenſis, Minorita Italus.
Horatius Diola Bononienſis, Minorita Italus.
Horatius Guizziardus Mutinenſis, Italus.
Horatius Turſelinus, Ieſuita Italus.
Hortenſius Fœlix Palavicinus, Ord. SS. Trinit. Ital.
Hortenſius Ludovicus Cicada, Dominicanus Ital.
Hosbertus Pyckereghamus, Anglus.
Hugo Burlætus, Theologus Sorbonicus.
Hugo Cavellus, Minorita Hibernus.
Hugo Conſtantienſis, Epiſcopus Tigurinus.
Hugo de Loubenx Verdola.
Hugo Magiſter.
Hugo Magneſius, Minorita.
Hugo N. Norbertinus.
Hugo de Novo-Caſtro, Minorita Anglus.
Hugo de Prato-Florido, Dominicanus Italus.
Hugo Salelius, Gallus.
Hugo de Sancto Charo, Dominicanus.
Hugo de Sancto Heſth Carmelita Theutonicus.
Hugo de Sancto Neoto, Carmelita Anglus.
Hugo de Sancto Victore, Canon. Regul. Lateran.
Hugo Sifilinus, Ieſuita.
Hugo Teiſſer, Norbertinus Germanus.
Hugo Virlæus, Minorita Italus.
Humbertus Velleius Sabatenſis.
Humilis Segala, Minorita Italus.
Hungarus Poſthienſis, Minorita.
Hyacinthus de Bocanegra, Hiſpanus.
Hyacinthus Maidalchinus, Dominicanus Italus.
Hyacinthus Minuarte, Epiſcopus Maranen.
Hyacinthus Queſada, Poëta Hiſpanus.
Hyacinthus Valejo, Dominicanus Hiſpanus.

I.

Jacobus Ægidus, Dominicanus Hiſpanus.
Jacobus de Alba, Minorita Italus.
Jacobus Albericus à Sernico, Bergomenſis Auguſt.
Jacobus Albertus Caſtrenſis, Dominicanus Italus.
Jacobus Almaynus Senonenſis, Gallus.
Jacobus Alvarez de Paz, Ieſuita Hiſpanus.
Jacobus Alora, Hiſpanus.
Jacobus Apoſtolus Minor, Galilæus
Jacobus Atrebas, Doctor Gallus.
Jadobus Auſtratus, Dominicanus.
Jacobus Balde, Ieſuita Germanus.
Jacobus Baius, Doctor Belga.
Jacobus Bidermannus, Ieſuita Germanus.
Jacobus Billius Prunæus.
Jacobus Bolduco, Minorita Gallus.
Jacobus Boileau, Baccalaureus Gallus.
Jacobus Bonfrelius, Deonatenſis Ieſuita.
Jacobus Bonus, Doctor antiquus Italus.
Jacobus Boſius.
Jacobus Branche, Canonicus Gallus.
Jacobus du Breul, Benedictinus Gallus.
Jacobus le Brun, Ieſuita Belga.
Jacobus van Calloen, Ieſuita Belga
Jacobus Calogerus, Carmelita.
Jacobus Caniſius, Ieſuita Belga.
Jacobus, Carthuſianus Prior.
Jacobus de Caſſa, Minorita Italus.
Jacobus Caſtellanus, Clericus.
Jacobus Catalanus, Dominicanus Hiſpanus.
Jacobus Coentzen Belga.

Jacobus Cornelius Lummenæus à Marcha, Bened.
Jacobus Duretz, Insulensis juvenis.
Jacobus Erforden de Clusa, Carthusianus Germ.
Jacobus Faber, Stapulensis Gallus.
Jacobus Falces Valentinus, Poëta Hispanus.
Jacobus Feuchthius, Episcopus Naturensis.
Jacobus Flotteus, Cantor Eccles. Aurelianensis.
Jacobus Foderè, Minorita Gallus.
Jacobus Gandensis, Dominicanus Hollandus.
Jacobus Gerad Campanus.
Jacobus Goar, Dominicanus Gallus.
Jacobus Gordonus Lesmarius, Iesuita.
Jacobus de Graffis à Capua, Monachus Italus.
Jacobus Granados Gaditanus, Iesuita Hispanus.
Jacobus Gretserus, Iesuita Germanus.
Jacobus Hackerius Ehinganus, Triburgensis.
Jacobus Hautinus, Iesuita Belga.
Jacobus Hieronymus, Doctor Gallus.
Jacobus Hieronymus Carthusianus.
Jacobus de Hillerin, Presbyter Gallus.
Jacobus Ianfonius Amstellodamensis, Doctor.
Jacobus de Iesu, Presbyter Gallus.
Jacobus Ioannis, Augustinianus Gallus.
Jacobus Irring, Belga.
Jacobus Iunterbuick, Carthusianus Theutonicus.
Jacobus de Laire, Gallus.
Jacobus Laurus, Italus.
Jacobus de Lenda, Minorita.
Jacobus Lernutius, Belga.
Jacobus de Lezza, Cœlestinus Italus.
Jacobus de Lime, Carmelita Gallus.
Jacobus Lobertius, Iesuita Belga.
Jacobus Locher, Orator.
Jacobus Logen-Hagen, Ord. S. Salvatoris Belga.
Jacobus Magnus, Augustinianus Gallus.
Jacobus Maior Apostolus, Galilæus.
Jacobus Malatesta Lingonensis, Gallus.
Jacobus Marchantius, Doctor Belga.
Jacobus de la Marchia, Minorita Italus.
Jacobus à Melphito Apulus, Minorita Italus.
Jacobus Mercatus Italus.
Jacobus Merlo Hustius, Sacræ Theol. Licentiatus.
Jacobus Milesius à Pontana, Minorita Hibernus.
Jacobus Milorus de Bognolo, Italus.
Jacobus Monachus, Græcus.
Jacobus Naclantus, Episcopus Elugiensis.
Jacobus Nisibiensis Episcopus, cognom. Sapiens.
Jacobus N. antiquus.
Jacobus Ottherus.
Jacobus Paniscotus Melsitensis, Minorita.
Jacobus de Paradiso, Carthusianus Germanus.
Jacobus Perard, Iesuita Gallus.
Jacobus Perez de Valentia, Augustinianus Hisp.
Jacobus Perius Pistoriensis, Minorita.
Jacobus Philippus Bergomensis, Augustin. Ital.
Jacobus Philomusius, Poëta antiquus.
Jacobus Pintus Sacernensis, Iesuita.
Jacobus Pistorius, Minorita Italus.
Jacobus Platel, Iesuita Belga.
Jacobus Pochetius, Poëta Belga.
Jacobus Polius Marcoduranus, Minorita German.
Jacobus Pontanus, Iesuita Bohemus.
Jacobus de la Porte, Augustinianus Belga.
Jacobus du Retz, Insulensis.
Jacobus Raymundus Genuensis, Carmelita Ital.
Jacobus Reymolanus, Belga.
Jacobus Salianus, Iesuita Gallus.
Jacobus Schellebroot, Iesuita Belga.
Jacobus Schoeperius, Presbyter Germanus.
Jacobus Sleftatinus, Poëta laureatus.
Jacobus Suarez à S. Maria, Minorita Hispanus.
Jacobus Testorius Senensis, Minorita.
Jacobus Tigeou Angevinsis, Gallus.
Jacobus Tirinus, Iesuita Antuerpiensis.
Jacobus Tonerius, Romanus.
Jacobus Tribesco Brixianus, Canonicus Regularis.
Jacobus Typotius, Germanus.
Jacobus Vietius, Polonus.
Jacobus de Vitriaco, Cardinalis Tusculanus
Jacobus Ungarellus, Minorita Italus.
Jacobus de Voragine, Januensis Episc. Dominican
Jacobus van Weerde, Iesuita Belga.
Jacobus Wimphelingus, Germanus Presbyter.
Jacoponus de Todi, Minorita Italus.
Jaques Fodere, Minorita Gallus.
Jaumes Roig, Doctor Hispanus antiquus.
Jayme del Porrillo & Sosa, Canonicus Hispanus.
Jayme Prades, Doctor Hispanus.
Jaymes Primus Rex Aragoniæ, Hispanus.
Jaymes de Rebulloſa, Dominicanus Hispanus.
Jaymes Tenza, Ordinis B. Mariæ de Mercede.
Jaymes de Oleja, Poëta Valentinus.
Idiota, sive Raymundus Iordanus.
Ignatius Albanus Meratensis.
Ignatius de Coutinho, Dominicanus Hispanus.
Ignatius Derkennis, Iesuita Belga.
Ignatius Garcia, Minorita Hispanus.
Ignatius le Gault, Minorita Gallus.
Ignatius Goyvaerts, Iesuita Belga.
Ignatius Landrianus, Mediolanen. Abbas Olivetan.
Ignatius à Loiola, Sanctus Iesuitarum Fundator.
Ignatius Maillot, Iesuita Belga.
Ignatius à S. Maria, Augustinianus.
Ignatius de Meyer, Iesuita Belga.
Ignatius Oudin, Minorita Belga.
Ignatius Portalupi de Vigevana, Clericus Regul.
Ignatius de Quintanadveñas, Jesuita Hisp.
Ignatius Sanz, Doctor Valentinus.
Ignatius de Smet, Iesuita Belga.
Ignatius Verdoluvius, alias à Neapoli, Minimus Ital.
Ignatius Xavier, Poëta Hispanus.
Ignatius de Zagama, Minorita Hispanus.
Ildephonsus Brizeño, Minorita & Episc. Hisp.
Ildephonsus Cavallero de los Olivos Hisp.
Ildephonsus Cottart, Minorita Gallus.
Ildephonsus Enriquez de Toledo, Hisp.
Ildephonsus Flores, Iesuita Hispanus.
Ildephonsus Giron, Dominicanus Hispanus.
Ildephonsus Hurtadus de Mendoza, Minorita.
Ildephonsus Nuñez de Castro, Hispanus.
Ildephonsus Perez, Hispanus.
Ildephonsus de Pozuelo, Minorita Hispanus.
Ildephonsus de Prado, Minorita Hispanus.
Ildephonsus Saaz, Hispanus.
Ildephonsus Sanchez Zarzosa, Canonicus Hispan.
Ildephonsus Sarassa, Iesuita Belga.
Ildephonsus Toletanus Archiepisc. Hispanus.
Ildephonsus Vazquez, Minorita Hispanus.
Ildephonsus Vergel, Ord. B. M. de Merced. Hisp.
Imagines seu Icones sacræ.
Imperfectus in Matthæum.
Indulgentiæ in Urbe sancta.
Innicus de Avados, Episcopus Isselan. Hispanus.
Innicus de Lodosa Navarrus, Iesuita Hispanus.
Innocentius Papa Decimus.
Innocentius Papa Octavus.
Innocentius Quartus Summ. Pontifex.
Innocentius à Rudiano, Minorita Italus.
Innocentius Septimus Pontifex Antipapa.
Inquisitio Sancta.

Joachimus Peronius Cotmeriacensis, Benedict.
Joanna Clemens, fœmina Hispana.
Joanna de la Cruz, Monialis S. Claræ Hispana.
Joanna Franciſca Fremiota, Canthalij Baron. Galla.
Joanna Garzes, fœmina Hiſpana.
Joanna Hiſpaniarum Regina.
Joannes de Acherreta Oſorius, Doct. Hiſpanus.
Joannes Adelphius, Philoſophus Argentinenſis.
Joannes Æmilianus, Epiſcopus Tudenſis.
Joannes de Agatiis, Italus.
Joannes Agudo Vallexus, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Aguila, Hiſpanus Doctor.
Joannes Ahumada de Mendoza, Carmelita.
Joannes de Albertis, Epiſcopus Italus.
Joannes de Alcala, Poëta Hiſpanus.
Joannes Alcaydes Carmelita, Hiſpanus.
Joannes de Alerio, Carmelita Gallus.
Joannes de Algar Montenegro, Canonicus Hiſp.
Joannes de Alloza, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Almeida, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes de Almoguera, Ord. SS. Trinitatis Hiſp.
Joannes Alphonſus Curiel, Doctor Hiſpanus.
Joannes Alphonſus Puecionellus, Doctor Italus.
Joannes Alphonſus de Solis, Doctor Hiſpanus.
Joannes Alphonſus de Solis, Carmelita Hiſpanus.
Joannes Alphonſus de Valleſoleti, Abbas de Salas.
Joannes de Altamura, Dominicanus Italus.
Joannes Alteſtaig Mindelhaimenſis, Doctor.
Joannes Amadeus Rota Pedemontanus, Cler. Reg.
Joannes de Ambues, Lingonienſis Epiſcopus.
Joannes Amador, Minorita Hiſpanus.
Joannes Amiax, Beneficiatus Hiſpanus.
Joannes Andreas Coppeſtein Mendalenſis, Domin.
Joannes Andreas Lopez, Poëta Hiſpanus.
Joannes de los Angeles, Minorita Hiſpanus.
Joannes de la Annuntiacion, Auguſtinianus Hiſpa.
Joannes Antoninus, Epiſcopus Comenſis Italus.
Joannes Antonius Faentinus, Ord. M.C. Italus.
Joannes Antonius de Herrera, Poëta Hiſpanus.
Joannes Antonius van Papenbroeck, Ieſuita Belga.
Joannes Antonius de Piſis.
Joannes Antonius Roſadus de Haro, Canon. Hiſp.
Joannes Antonius Summonte, Italus.
Joannes Antonius Velazquez, Ieſuita Hiſpan.
Joannes Antonius Uſon, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Antonius de Ybarra, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Apalategui, Minorita Hiſpanus.
Joannes Aquilanus, Dominicanus Italus.
Joannes Aquilanus de San Demetrio, Minor. Italus.
Joannes de Aranda, Doctor Hiſpanus.
Joannes Aragoniæ Rex Secundus.
Joannes Arboreus Laudanenſis, Doct. Pariſienſis.
Joannes de Arauz, Minorita Epiſcopus.
Joannes de Argaiz, Doctor Hiſpanus.
Joannes de Argamanes, Minorita Hiſpanus.
Joannes de Ariſtizaval, Eques Hiſpanus.
Joannes Auguſtinus de Vergara, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Avila, Magiſter Hiſpanus.
Joannes Auriacenſis, Epiſcopus Gallus.
Joannes de Auſtria, Sereniſſimus Hiſpaniæ Infans.
Joannes Aymericus, Magiſter.
Joannes Azzolinus, Clericus Regularis Italus.
Joannes Azorius Lorcitanus, Ieſuita Hiſp.
Joannes Bacconius, Carmelita Anglus.
Joannes Bachot, Senonicus Academ. Pariſienſis.
Joannes Bagotius Rhedonenſis, Ieſuita Gallus.
Joannes Baptiſta Agnenſis Cyrnæus, Italus.
Joannes Baptiſta Agneſius, Sacerdos Valentinus.
Joannes Baptiſta Albertus, Italus.
Joannes Baptiſta Aleſius Politianus, Italus.
Joannes Baptiſta Aquilatius, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta de Azevedo, Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Barona de Caſtilla, Poëta Hiſp.
Joannes Baptiſta Bellaverus.
Joannes Baptiſta Caffardi de Senis, Carmelita.
Joannes Baptiſta Calamai, Poëta Italus.
Joannes Baptiſta Camacho, Poëta Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Campania, Minorita Epiſc. Ital.
Joannes Baptiſta de Caſtro, Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Cavotus de Melphia, Minor. Ital.
Joannes Baptiſta Chiodinus, Italus.
Joannes Baptiſta Chriſtiadorus, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta Cogcioli, Italus.
Joannes Baptiſta vander Cruyce, Auguſt. German.
Joannes Baptiſta Davila, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Delio, Sacerdos Italus.
Joannes Baptiſta Deſvois, Minorita Gallus.
Joannes Baptiſta Eſromiſſa, Dominicanus Archiep.
Joannes Baptiſta Ferrarius, Ieſuita Italus.
Joannes Baptiſta Giattinus, Ieſuita Italus.
Joannes Baptiſta Gorro, Auguſtinianus Italus.
Joannes Baptiſta Grimaldus, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta de Groſis, Protonot. Apoſt. Ital.
Joannes Baptiſta Guerra, Italus.
Joannes Baptiſta Guilanus, Minimus Italus.
Joannes Baptiſta van Helmont, Belga.
Joannes Baptiſta Herbas, Minorita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Iuſtinianus, Cler. Regul. Italus.
Joannes Baptiſta Lancelottus, Ieſuita Italus.
Joannes Baptiſta Lenius, S.R.E. Cardinalis.
Joannes Baptiſta de Lezana, Carmelita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Madrigal, Minorita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta de Marinis, Dominicanus Italus.
Joannes Baptiſta Marinus, Poëta.
Joannes Baptiſta Maſculus, Ieſuita Italus.
Joannes Baptiſta de Maſſon Foriſen. Gallus.
Joannes Baptiſta de Mena & Perez, Presbyter Hiſp.
Joannes Baptiſta Mulzzotus, Italus.
Joannes Baptiſta de Navarrete, Doctor Hiſp.
Joannes Baptiſta Novarus, Mediol. Cler. Reg. Italus.
Joannes Baptiſta, Minorita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta Oſtienſis, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta de Peruſio, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta Petruccius, Archiepiſ. Tarentinus.
Joannes Baptiſta Pinellus, Italus.
Joannes Baptiſta de Piſtorio, Minorita Italus.
Joannes Baptiſta de Porcel, Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Poſarel Bergomenſis, Ieſuita Ital.
Joannes Baptiſta Politus, Senenſis.
Joannes Baptiſta Poſſevinus, Sacerdos Italus.
Joannes Baptiſta Poza, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Baptiſta Rubeus, Carmelita.
Joannes Baptiſta à S. Franciſco, Carmelita.
Joannes Baptiſta Scortia, Ieſuita Italus.
Joannes Baptiſta Signius, Canon. Regul.
Joannes Baptiſta du Val, Gallus.
Joannes Baptiſta Zuccarinus, Feltrenſis Italus.
Joannes Baſcon, Dominicanus Gallus.
Joannes de Baſilea, Epiſcopus Auguſtinianus.
Joannes Baſilius Sanctoro, Hiſpanus.
Joannes Baſſolis, Minorita Gallus.
Joannes Beckenhaub, Doctor Moguntinus.
Joannes Beltrandus de Guevara, Archiepiſcopus.
Joannes del Bene, Italus.
Joannes Bence, Doctor Sorbonicus.
Joannes Benedicti, Minorita Gallus.
Joannes Berbſt Luxemburgenſis.
Joannes Benitez Montero, Doctor Hiſpanus.
Joannes Berckmans ſeu Beramans, Ieſuita Belga.

Joannes Berckelaere, Belga.
Joannes Bermudez de Caſtro, Poëta Hiſpanus.
Joannes Bernal Diaz de Luco, Epiſcopus Hiſpan.
Joannes à S. Bernardino, Minorita.
Joannes Bernardinus Martigianus, Italus.
Joannes Bernardus Seſſa.
Joannes Bernardus.
Joannes Bertaud, Epiſcopus de Leez in Gallia.
Joannes Bertaudus Petragoricus Turriſalve.
Joannes de Betra, Poëta antiquus.
Joannes Beſſonius, Ieſuita Gallus.
Joannes de Biffis, Poëta.
J. Bigaud, Dominicanus Gallus.
Joannes Birellius, Canonicus Gallus.
Joannes Biſelius, Ieſuita.
Joannes Blanconius, Minorita Gallus.
Joannes de Bloemendal Belga.
Joannes Bobadilla & Loayſa, Poëta Hiſpanus.
Joannes Boddaert, Ieſuita Belga.
Joannes Bodenus, Belga.
Joannes Boellus Valmoncelotanus, Ieſuita.
Joannes Boffer, Magiſter ac Theologus antiquus.
Joannes Bolandus, Ieſuita Belga.
Joannes Bona, Ciſtercienſis Italus.
Joannes Bonetus, Minorita.
Joannes Bonifacius, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes à Bononia, Doctor Theologiæ.
Joannes Boſco, Minorita Belga.
J. Boucher, Minorita Gallus.
Joannes Bove, Presbyter Hiſpanus.
Joannes Bourgheſius, Ieſuita Germ.
Joannes Breton, Minimus Hiſpanus.
Joannes Briſelot, Gallus.
Joannes vanden Broecke, Ieſuita Belga.
Joannes Bromiardus, Dominicanus Germ.
Joannes Brovetius.
Joannes Buiſonius, Belga.
Joannes de Burgo, Cancellarius Anglus.
Joannes Buſchius, Canonicus Regularis Belga.
Joannes Buſeus, Ieſuita Belga.
Joannes de Buſtamante, Doctor Hiſpanus.
Joannes Caballero de Cabrera, Canonicus Hiſp.
Joannes Caballero, Minorita Hiſpanus.
Joannes Calderon, Doctor Hiſpanus.
Joannes Calderon, Minorita Hiſpanus.
Joannes Calderon, Minorita Hiſpanus.
Joannes Calerus, Minorita ac Martyr Hiſpanus.
Joannes Cantacuzenus, Græcorum Imperator.
Joannes de Capiſtrano, Minorita ac Beatus Italus.
Joannes Caramuel, Epiſcopus Flander.
Joannes Cardoſus, Minorita Hiſpanus.
Joannes Carolus Copola, Epiſcopus Italus.
Joannes Carolus Potentius Italus.
Joannes de Cartagena, Minorita Hiſpanus.
Joannes Caſimirus, Poloniæ Rex ac Sueciæ.
Joannes del Caſtillo, Doctor Hiſpanus.
Joannes Cebierius de Veta, Presbyter Hiſpanus.
Joannes de Celaya, Auctor antiquus Hiſp.
Joannes Centeno, Ord. SS. Trinitatis Hiſp.
Ioannes Ceron de Carvajal, Canonicus Hiſpanus.
Ioannes Chapeauvillus, Canonicus Leodienſis.
Joannes Charron, Dominicanus Gallus.
Joannes Chryſoſtomus Maraſca, Carmelita.
Joannes Chryſoſtomus, Sanctus ac Doctor Eccleſiæ.
Joannes Clemens de Carceres, Minorita Italus.
Joannes à S. Clemente, Auguſtinianus Hiſpanus.
Joannes Clerée vel Clerq, Dominicanus Gallus.
Joannes Clencock, Auguſtinianus Germanus.
Joannes Cluverius.
Joannes Coclæus, Germanus.
Joannes Colganus, Minorita Hibernus.
Joannes de Colonia, Minorita Flander.
Joannes de Combis, Minorita Gallus.
Joannes Coraldus, Minorita Epiſcopus Dracon.
Joannes de Cordova & Rivera, Hiſpanus.
Joannes Cortes Oſſorio, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Cotovicus Ultrajectinus.
Joannes de Craecker, Ieſuita Belga.
Joannes Crobecius, Ieſuita Belga.
Joannes de la Cruz Talabricenſis, Dominic. Hiſp.
Joannes de la Cruz (alter) Dominicanus Hiſpanus.
Joannes de la Cruze, Gallus.
Joannes à Cruce, Carmelita Hiſpanus.
Joannes de Cuellar, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Curiis Dantiſco, Epiſcopus Germ.
Joannes Delphinus, Epiſcopus Italus.
Joannes Dadræus vel Dracis Gallus.
Joannes Damaſcenus, Sanctus Græcus.
Joannes Dammetus, Hiſpanus.
Joannes David, Ieſuita Belga.
Joannes Decimus Pontifex.
Joannes Deſperſin, Capel. Moucronenſis Belga.
Joannes Diaz de Calle, Hiſpanus.
Joannes Dicaſtillo, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes de Dieſt, Benedictinus Belga.
Joannes Dieuſaert, Ieſuita Belga.
Joannes Docæus, Benedictinus.
Joannes Dominicus Montefuſoli Neapolitanus.
Joannes Dominicus, Dominicanus Italus.
Joannes Driedonis à Turnhout, Doctor Lovanienſis.
Joannes de Dueñas, Minorita Hiſpanus.
Joannet Duns Scotus, Minorita Doct. Sub. Hiber.
Joannes Duran, Carmelita Hiſpanus.
Joannes de Egra, Minorita Hungarus.
Joannes Emonte Bechetius Belga.
Joannes Enriquez, Auguſtinianus Hiſpanus.
Joannes de Eſcalona & Aguero, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Eſpinoſa, Eques auratus Hiſpanus.
Joannes de Eſpinoſa Salazar, Presbyter Hiſpanus.
Joannes Evangeliſta ac Apoſtolus.
Joannes Evangeliſta de Cordova, Minorita Hiſp.
Joannes Evangeliſta Ortiz, Minorita Hiſpanus.
Joannes Euſebius, S. Baſilii Monachus Græcus.
Joannes Euſebius Nierembergius, Ieſuita Hiſp.
Joannes Ezquius Germanus.
Joannes Faber, Epiſcopus Viennenſis.
Joannes Fano, Minorita Italus.
Joannes Faunerus Briſtolienſis.
Joannes de Fenario, Ordin. Præd. Gener. Italus.
Joannes Ferdinandus, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes Ferdinandus, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Fernandez de Ledeſma, Poëta Hiſpanus.
Joannes Fernandez, Luſitanus Ieſuita.
Joannes Ferrandus, Anicienſis Ieſuita.
Joannes Ferus, Minorita Germanus.
Joannes Fileſacius, Theologus Pariſienſis.
Joannes Filius, Abbas S. Bavonis Belga.
Joannes à Fonte, Doctor Hiſpanus.
Joannes Forſanus, Minorita Gallus.
Joannes Franciſcus Andreas de Uſtaroz, Doct. Hiſp.
Joannes Franciſcus de Chantal.
Joannes Franciſcus de Collantes, Minorita Hiſp.
Joannes Franciſcus Maya, Sacerdos Materdonus.
Joannes Franciſcus Picus, Mirandulanus Princeps.
Joannes Franciſcus Rocha, Poëta Hiſpanus.
Joannes Franciſcus Stoa Poëta.
Joannes Fredericus Xelder, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Freire, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Fricherius Roffenſis, Doctor Anglus.
Joannes de la Fuente, Minorita Hiſpanus.

Joannes

Joannes de la Fuente, Dominicanus Hisp.
Joannes Fuysher, Doctor Theologiæ.
Joannes Gagnæius, Gallus.
Joannes Galan, Minorita Hispanus.
Joannes Galindus, Minimus Hispanus.
Joannes Gallinarius, Brisacensis Ecclesiæ Doctor.
Joannes Gallemart, Doctor Duacensis.
Joannes Galvarrus Harmenta Hispanus Augustin.
Joannes de Gaona, Minorita Hispanus.
Joannes Garcia Romerus, Licentiatus Hispanus.
Joannes Garetius, Canonic. Regularis S. August.
Joannes Garzia de Loaisa, Minorita Hispanus.
Joannes de Garrin vel Garrius, Minorita Gallus.
Joannes de Gaudiis.
Joannes Gazo, Minorita Hispanus.
Joannes Geiler Keyserspegius, Concion. Argentin.
Joannes de Geldert, Poëta Hispanus.
Joannes à S. Geminiano, Dominicanus Italus.
Joannes Genesius Quaye de Parma, Minorita.
Joannes Genesti, Cœlestinus.
Joannes Geometra, Græcus.
Joannes Germain, Cabilonensis Episcopus.
Joannes Gerson, Doctor Gallus.
Joannes Gezen, Abbas Vercellensis.
Joannes Gillotius, Cisterciensis Abbas.
Joannes Gintus, Minorita Hispanus.
Joannes Giolitus de Ferrare, Italus.
Joannes Gobellinus, Vicarius Bononiensis.
Joannes Godinez Porzel, Poëta Hispanus.
Joannes Gomezius Ferreira, Hispanus.
Joannes Gomez Vallejo, Presbyter Hisp.
Joannes Gonzalez, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Joannes Gonzales de Critana, Augustin. Hisp.
Joannes Gonzalez, Dominicanus. Hisp.
Joannes Gonzalez de Sepulveda, Poëta Hispanus.
Joannes Grandis, Carmelita Hispanus.
Joannes Grandis, Minorita Hispanus.
Joannes de Gradis, utriusq; Iuris Doct. Germanus.
Joannes de Gray, Scotus.
Joannes Grisel, Iesuita Gallus.
Joannes Gritsch vel Gritoc, Minorita Basileensis.
Joannes Gropperus, Archidiaconus Colonienſis.
Joannes Gruzzuskius, Iesuita.
Joannes Gualterius, Belga.
Joannes Guerrero de Espinar, Doctor Hispanus.
Joannes Gundisalvus, Hispanus.
Joannes Gundisalvus de la Torre, Hispanus.
Joannes Guon, Monachus Gallus.
Joannes Gutierrez, Minorita Hispanus.
Joannes Gutierez, Decanus Hispanus.
Joannes Gutierez de Estremera, B. M. de Merced.
Joannes Haelgrinus sive Algrinus, Gallus.
Joannes Harel, Cistercienſis Gallus.
Joannes de la Haye, Minorita Gallus.
Joannes de la Haye Servitus, Iesuita Gallus.
Joannes Henestrosa, Eques torquatus Hispanus.
Joannes Herolt vel Veroalt, Dominicanus.
Joannes Hertogh, Iesuita Belga.
Joanns Hesselbach, Doctor Germanus.
Joannes Hessels, Doctor Regius Lovanienſis.
Joannes Hieronymus Angesto, Poëta Hispanus.
Joannes Hieronymus Rossati, Doctor Italus.
Joannes Hieronymus Serra, Hispanus.
Joannes Hieronymus Sopranus, Iesuita Italus.
Joannes de Hildesheim, Carmelita.
Joannes de Hisdinio, Doctor Parisiensis.
Joannes Hofmeisterius, Augustinianus Germanus.
Joannes Horolanus.
Joannes Hoserodani, Monachus Affligemienſis.
Joannes Houdemius, Minorita Anglus Doct. Theol.
Joannes Humbelot, Gallus.
Joannes Hurtadus, Cistercienſis Hispanus.
Joannes Hurtadus de Mendoza, Dominicanus.
Joannes Iacobus, Archiepiscopus Salisburgenſis.
Joannes Iacobus Ferrarius, Canonicus Italus.
Joannes de Ianua sive Ianuensis, Dominicanus Ital.
Joannes Iangcon, Lotharingus.
Joannes à Iesu Maria, Carmelita.
Joannes Ietzer, Dominicanus Germanus.
Joannes de Igarza & Vargas, Iesuita Hispanus.
Joannes Ignatius Diertiens, Iesuita Belga.
Joannes de Inoxosa, Minorita Hispanus.
Joannes de Ionge, Iesuita Belga.
Joannes à S. Iosepho, Minorita Hispanus.
Joannes de Iribarre & Plaza, Hispanus.
Joannes de Iribarne, Minorita Hispanus.
Joannes Iustus Lanspergius, Carthusianus Bavarus.
Joannes de Lamshyn, Canonicus Regularis.
Joannes de Landecho, Poëta Hispanus.
Joannes Landius Parrivius, Senenſis.
Joannes Langius, Consiliarius Regius.
Joannes à Lapide, Carthusianus Theutonicus.
Joannes Lascius, Archiepiscopus Gresnenſis Polon.
Joannes Lasitzki Germanus.
Joannes Latinus Æthiops.
Joannes Laurentius Carrascosa, Dominicanus.
Joannes Laurentius Gudagnus, Italus.
Joannes Leonardus Clericus Regularis.
Joannes Letten, Iesuita Belga.
Joannes Lepnica, Minorita.
Joannes Litanus, Episcopus Italus.
Joannes Longlondius, Episcopus Anglus.
Joannes Lopez, Dominicanus Episcopus.
Joannes Lorinus, Iesuita Gallus.
Joannes de Ludeña, Minimus Hisp.
Joannes Ludovicus Bona Venetus, Dominic. Italus.
Joannes Ludovicus de la Cerda, Iesuita. Hisp.
Joannes Ludovicus de Raga, Poëta Hispanus.
Joannes Ludovicus Gotofredus.
Joannes Ludovicus Vivis, Hispanus.
Joannes de Lugo, Iesuita S. R. E. Cardinalis.
Joannes de Luna, Dominicanus Hispanus.
Joannes Luziardius, Cœlestinus.
Joannes Machado de Chavez, Episcopus Hisp.
Joannes Macherentinus, Iesuita.
Joannes Major Hadyntognanus, Gallus.
Joannes Major, Iesuita Belga.
Joannes Malderus, Episcopus Antuerpienſis.
Joannes Maldonatus, Iesuita Hispanus.
Joannes Mandevilla, Belga.
Joannes Marcheltius, Minorita Anglus.
Joannes de Marchena, Minorita Hispanus.
Joannes Marcus Lopez de Luna, Poëta Hispanus.
Joannes à S. Maria, Doctor Theol. Gallus.
Joannes de S. Maria, Poëta Hispanus.
Joannes Maria de Asylo, Minorita Italus.
Joannes Maria Belletus, Episcopus Italus.
J. M. Ferraige, Doctor Theol. Gallus.
Joannes Maria Ginoscrius de Chavari, Italus.
Joannes Maria de Guevara y Cantos, Hispanus.
Ioannes Maria Tarsia, Florentinus.
Ioannes Maria Verratus Carmelita.
Ioannes Maria Zamorus, Minorita Italus.
Ioannes Marius Scribonius, Minorita Italus.
Ioannes Marotus, Gallus.
Ioannes Marquez, Augustinianus Hisp.
Ioannes Martin, Doctor Hispanus.
Ioannes Martinez Corderus, Doctor Hispanus.
Ioannes Martinez, Minorita Hispanus.
Ioannes Martinez de Ripalda, Iesuita Hispanus.

Joannes Martinez de Soto, Doctor Hisp. *in Append.*
Joannes Martinez de Prado, Dominic. *in Append.*
Joannes Martinus Siliceus, Archiepiscopus Hisp.
Joannes de Marieta, Dominicanus Hispanus.
Joannes de Mata, Dominicanus Hispanus.
Joannes Matthæus Caryophilus.
Joannes Mauburnus, Canon. Regularis Belga.
Joannes Mazerus, Norbertinus Gallus.
Joannes de Medina, Doctor Hispanus.
Joannes de Medina, Minorita Hispanus.
Joannes Melendus, Presbyter Hispanus.
Joannes Mellus de Sousa, Senator Regius Hispanus.
Joannes Meltringen, Magister Theologus.
Joannes Merinero, Minorita & Episc.
Joannes Messia del Faro, Doctor Hispanus.
Joannes Metzmecher, Canon. Regul. S. Crucis.
Joannes Michaël Constantiensis, Carthusianus.
Joannes Michaël Ibañez de Segovia, Doct. Hisp.
Joannes de S. Michaële, Iesuita Hispanus.
Joannes Min Corerus, Hispanus.
Joannes Mingues Valentinus, Hispanus.
Joannes Minimitanus, Minimus Gallus.
Joannes Molanus, Doctor Belga.
Joannes de Molina, Minorita Hispanus.
Joannes de Molina, Iesuita Hispanus.
Joannes de Moncada, Presbyter Hispanus.
Joannes Montero, Hispanus.
Joannes Montesdoca, Minorita Hispanus.
Joannes de Montholon, Gallus.
Joannes de Montoya, Dominicanus Hispanus.
Joannes Morales, Minorita Hispanus.
Joannes Moreno de Castañeda, Presbyter Hisp.
Joannes Moreno, Ord. SS. Trinitatis Hisp.
Joannes Moreno Verdugo, Minorita Hisp.
Joannes Moronus, Patricius Mediolanensis.
Joannes Munièssa, Minorita Hispanus.
Joannes Muñoz, Minorita Hispanus.
Joannes N. Minorita Hispanus.
Joannes Nadas, Presbyter Hispanus.
Joannes Nadasius, Iesuita Hungarus.
Joannes de Narbona Magistralis Hispanus.
Joannes Nassus, Minorita Episcopus.
Joannes Navarræ Rex primus.
Joannes Navarro, Minorita Hispanus.
Joannes Navarro de Zuniga, Doctor Hispanus.
Joannes de Neapoli, Minorita & Gen. Minist. Ital.
Joannes Neovillus Genuillanus.
Joannes Nepotis Sylvanus, Carmelita.
Joannes Nicolai, Dominican. Doct. Gallus.
Joannes Nicolaus Baldoni, Poëta Italus.
Joannes Nicolaus Pascualis Alidosius, Italus.
Joannes Nidhardus Everardus, Iesuita German.
Joannes Nodin, Minorita Gallus.
Joannes de Nova-Villa, Benedictinus Gallus.
Joannes Nuñez de Sotomaior, Poëta Hispanus.
Joannes de Ocaña, Minorita Hispanus.
Joannes Ochoa de Salde, Hispanus.
Joannes Ortiz Nietus, Minorita Hispanus.
Joannes Ortiz, Ord. SS. Trinitatis Hispanus.
Joannes Ortiz de Zarate, Minorita Hispanus.
Ioannes Osserius, Iesuita Hispanus.
Joannes Ovando Cazerensis, Minorita Hispanus.
Joannes Pachecus, Comes de Oropesa.
Joannes Pachecus, Norbertinus Hispanus.
Joannes Paduanus, Italus.
Joannes Paige, Norbertinus Gallus.
Joannes de Paiva, Hispanus.
Joannes Palafox & Mendoza, Episcopus Hisp.
Joannes de Palencia, Dominicanus Hispanus.
Joannes Paleonidorus, Carmelita.
Joannes de Palma, Minorita Hispanus.
Joannes Palma Hispanus.
Joannes Palominus de Hornos, Poëta Hispanus.
Joannes de Paltz, Augustinianus Germanus.
Joannes Paludanus, Sac. Theol. Doct. Belga.
Joannes Pappus, Doctor Argentoratensis.
Joannes Parisiensis, Dominicanus.
Joannes Parisiensis, Iesuita Belga.
Joannes Passoniensis, Doctor.
Joannes Pastor, Minimus Hispanus.
Joannes Paulus Berlendi Bergamus, Augustinian.
Joannes Paulus Bonellus, Minorita Italus.
Joannes Paulus Donatus, Carmelita Italus.
Joannes Paulus Fons, Iesuita Hispanus.
Joannes Paulus Lancilottus, Iuris Cons. Perusinus.
Joannes Paulus Martyzor, Hispanus.
Joannes Paulus Nazarius Cremonensis, Domin. Ital.
Joannes Paulus Pallanterius à Castro, Minorita.
Joannes de Pedraza, Doctor Hispanus.
Joannes de Peña, Poëta Hispanus.
Joannes à Peña, Dominicanus Hispanus.
Joannes de Peralta, Poëta Hispanus.
Joannes de Peralta, Iesuita Hispanus.
Joannes Pereda & Gudiel, Doctor Hispanus.
Joannes Perellius, Germanus.
Joannes Perez de Espinosa, Minorita Episcopus.
Joannes Perez de Madrigal, Canonicus Hispanus.
Joannes Perez de Moya, Doctor Hispanus.
Joannes Perez de Montalvan, Poëta Hispanus.
Joannes Perez de Munebrega, Ord. B.M. de Merc.
Joannes Perlinus, Iesuita Hispanus.
Joannes Petreius de Rojal, Ord. B.M. de Mercede.
Joannes Petrus Besozzus Mediolanensis, Clericus.
Joannes Petrus Camus, Episcopus Gallus.
Joannes Petrus Guisanus, Sacerdos Italus.
Joannes Petrus Maffeius, Iesuita Italus.
Joannes Petrus Vivaldus, Poëta Hispanus.
Joannes Philippæus, Iesuita Gallus.
Joannes Philippus Thomasinus, Episcop. Italus.
Joannes Picchardus de Lucemburg. Dominicanus.
Joannes Picardus, Canonicus Regularis Gallus.
Joannes Picus Carthusianus Gallus.
Joannes Picus, Mirandulanus.
Joannes de Piña, Iesuita Hispanus.
Joannes de Pineda, Minorita Hispanus.
Joannes de Pineda, Jesuita Hispanus.
Joannes Pineyrus & Osorio, Episcopus.
Joannes Pitseus, Canon. Anglus.
Joannes Plantavilius, Gallus.
Joannes Polancus, Iesuita Hispanus.
Joannes Polmannus, Belga.
Joannes de Pont, Canonicus Regularis Gallus.
Joannes Ponze, Ord. SS. Trinitatis Hispanus.
Joannes Porzel de Medina Hispanus.
Joannes Posonienſis, Ord. S. Pauli Eremitæ.
Joannes Præpositus Atrebas, Iesuita Doct. Belga.
Joannes Primus Rex Aragoniæ.
Joannes Prudentius, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Joannes Psalez, Germanus.
Joannes Puteanus, Augustinianus Gallus.
Joannes de Quevedo, Poëta Hispanus.
Joannes Quintanilla, Poëta Hispanus.
Joannes de Quintella Ledesma, Poëta Hispanus.
Joannes Quiros, Minorita Hispanus.
Joannes Ramirez, Ord. SS. Trinitatis Hisp.
Joannes Ravisius Textoris, Poëta.
Joannes Raulinus, Benedictinus Gallus.
Joannes Rebellus, Iesuita Hispanus.
Joannes Redaldus, Minorita Italus.
Joannes Redondus, Ord. SS. Trinitatis Hisp.

Joannes

Joannes Regienſis, Epiſcopus Gal.
Joannes Reynardus, Deyenſis Dominicanus.
Joannes de Reyroles, Minimus Gallus.
Joannes de Reyſerbetin, Gallus.
Joannes Reyſerpergius Argentinenſis.
Joannes de Ripis, Minorita.
Joannes de Rivera, Magiſter Hiſpanus.
Joannes de Rivera, Epic. Auguſtinianus Hiſpanus.
Joannes de Rivera, Patriarcha Antiochenus Hiſp.
Joannes Roa de Avila, Canon. Regul. Hiſpanus.
Joannes Robertus Arduennas, Ieſuita.
Joannes de Robles, Prior S. Iuliani Complutenſ.
Joannes de Robles Hiſpanus.
Joannes Roche, Minorita Anglus.
Joannes Rodriguez de Leon, Canonicus Hiſp.
Joannes Rodriguez de Silva, Minorita Hiſpanus.
Joannes Rodriguez de Umbria, Poëta Hiſpanus.
Joannes Rodolphus à Corduba, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Roffenſis, S. R. E. Cardinalis Anglus.
Joannes Roguir, Poëta Anglus.
Joannes Roiardus, Minorita Belga.
Joannes Romæus, Belga.
Joannes de Roreti, Canonicus Gallus.
Joannes de Rota, Minorita Hiſpanus.
Joannes Rubius de Valdivia, Doctor Hiſpanus.
Joannes Rubus Hannonus, Belga.
Joannes de Ruelas, Carmelita Hiſpanus.
Joannes Ruffinus Scactiotus, Italus.
Joannes Ruiz de Herrera, Eques Hiſp.
Joannes Rusbrochius, Doctor Germanus.
Joannes Ruxellius, Iuriſconſultus.
Joannes Sagaſtizabal, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes de Salas Gumielenſis, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes Salvador de Arellano, Minor. Hiſp.
Joannes Salviatus, S. R. E. Cardinalis Italus.
Joannes Salzedo, Minorita Hiſpanus.
Joannes Salzedo Villandrando, Poëta Hiſpanus.
Joannes Sanchez, Dominicanus Hiſpanus.
J. de Sancta Maria, Presbyter Gallus.
Joannes Sarria, Hiſpanus.
Joannes Scotus Argentinenſis.
Joannes Sebaſtianus, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes de Segovia, Doctor Hiſpanus.
Joannes Segovia, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes de Segura, Minorita Hiſpanus.
Joannes Seinerus Volckmartianus, Carmelita Col.
Joannes Sendin Calderon, Minorita Hiſpanus.
Joannes Serranus Alvarez, Hiſpanus.
Joannes Serranus, Epiſcop. Minorita Hiſpanus.
Joannes Serranus de Vargas y Ureña, Hiſpanus.
Joannes Severanus, Clericus.
Joannes de Silveira, Carmelita Hiſpanus.
Joannes Sobrinus, Carmelita Hiſpanus.
Joannes Solanus de Figueroa, Hiſpanus.
Joannes de Soria, Minorita Hiſpanus.
Joannes de Soria Buitron, Minorita Hiſpanus.
Joannes Sottealius, Montinienſis S. Theol. Licent.
Joannes Sotovellus, Ieſuita Belga.
Joannes de Spieres, Monaſterij Aquicinctini Prior.
Joannes de Spiritu ſancto, Auguſtinianus Hiſpanus.
Joannes Splenger, Bacchalaureus Theologus.
Joannes Stella, Sacerdos Italus.
Joannes Stephanus Durantis, Conſil. Gallus.
Joannes Stephanus van Eſch, Ieſuita Belga.
Joannes à S. Stephano de Falces, Hieronym. Hiſp.
Joannes Stephanus Ferrerius, Epiſcop. Vercellenſis.
Joannes Suarez de Alarcon, Marchio Tarifæ.
Joannes Suarez, Epiſcopus Hiſpanus.
Joannes Suarez de Godoy, Ord. B. M. de Mercede.
Joannes de Suſato, Auguſtinianus Germanus.
Joannes Suffren, Ieſuita Gallus.
Joannes Suicardus Acomberg, Germanus.
Joannes Tallante, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Tamayo Salazar, Hiſpanus.
Joannes Taulerus, Dominicanus Colonienſis.
Joannes Tellez Giron, Hiſp. Comes de Ureña.
Joannes Tellez de Portillo, Canonicus Hiſpanus.
Joannes Temino, Vicepræſul Hiſpanus.
Joannes de Teneramunda, Carthuſian. Belga.
Joannes Theopolus Primicerius.
Joannes Terrones, Minorita Hiſpanus.
Joannes de Toloſa, Auguſtinianus Hiſpanus.
Joannes de Toloſa, Minorita Hiſpanus.
Joannes Torreblanca, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes de la Torre, Minorita Hiſpanus.
Joannes de Torres, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes de Torres, Epiſcopus Hiſpanus.
Joannes Toſignianus, Epiſcopus Italus.
Joannes Traverſius, Ieſuita Anglus.
Joannes, Trevirenſis Archiepiſcopus.
Joannes Trigoſus, Minorita.
Joannes Trithemius, Benedictinus Germanus.
Joannes de Turrecremata, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes Tyerry Lingonienſis.
Joannes Tytz, Theologus Colonienſis.
Joannes de la Val, Doctor Theologus Belga.
Joannes de Valdes, Doctor Hiſpanus.
Joannes Valeis vel Gualenſis, Anglus.
Joannes de Valençuela, Ieſuita Hiſpanus.
Joannes de Valladares, Poëta Hiſpanus.
Joannes Valoys de Real, Canonicus Turonenſis.
Joannes Vani Zuallardus, Eques Italus.
Joannes à Varallo, Minorita Italus.
Joannes de Vargas, Ord. B. M. Mercede Hiſp.
Joannes Varro, Minorita Hiſp.
Joannes Venido, Minorita.
Joannes de Verdellay, Magiſter Italus.
Joannes Veri, Dominicanus Gallus.
Joannes à Veteriaqua, Carmelita Belga.
Joannes à Sancto Victore, Auctor antiquus.
Joannes Vignier, Ieſuita Gallus.
Joannes Viguerius, Dominicanus Hiſpanus.
Joannes Vilchius, Poëta Hiſpanus.
Joannes de Villamar, Epiſcop. Minorita Hiſpanus.
Joannes Vincentius Piceimus, Lectenſis Italus.
Joannes Vitalis, Minorita Hiſpanus.
Joannes Vitalis à Furno, Minorita.
Joannes de Viterbio, Dominicanus Italus.
Joannes de Viterbio, Italus.
Joannes Wachtendonck, Epiſcopus Belga.
Joannes Wecicius, Carmelita Germanus.
Joannes Werdena Minorita.
Joannes Wericus.
Joannes Wiffelius, Iuriſconſul. Belga.
Joannes Wiggers, Doctor Belga.
Joannes Wimphel de Selecta, Argentinenſis.
Joannes Wilſonus, Sacerdos ſæcularis Anglus.
Joannes Woſtein.
Joannes de Xauregui, Poëta Hiſpanus.
Joannes Ximenez, Minorita Hiſpanus.
Joannes Ximenez Romens, Canonicus Granaten.
Joannes Ximenez de Zalamea, Minorita Hiſpanus.
Joannes Zacharias, Auguſtinianus Germanus.
Joannes de Zamora Carthag. Minorita Hiſpanus.
Joannes Zebrian, Ord. B. M. de Mercede. Hiſp.
Joannes de Zeita, Minorita Hiſpanus.
Joannes Zonaras, Monachus Græcus.
Joannes Zuallart, Eques Gallus.
Joannes Zuazus, Minorita Hiſpanus.
Joannes de Zumarraga, Minorita Hiſpanus.

Joannes

Joannettinus Doria Januenſis, S. R.E. Cardinalis.
Jodocus Badius Aſcenſius, Gallus.
Jodocus Biſſelius, Germanus.
Jodocus Coccius, Canonicus Iuliacenſis.
Jodocus Lorichius, Doctor Germanus.
Jonas Aurelianus Epiſcopus.
Jordanus Dominicanus.
Jordanus Gaitanus, Patriarcha Antiochenus.
Joſcius Bertinenſis, Monachus & Beatus.
Joſephus Acoſta, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus Alderete, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus de Almonacid, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Joſephus Anchieta, Ieſuita.
Joſephus Angles Valentinus, Minorita Epiſcopus.
Joſephus Antiochenus.
Joſephus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis.
Joſephus de Ariano, Dominicanus Italus.
Joſephus Barberius, Poëta Italus.
Joſephus de Bradaxi, Carmelita Hiſpanus.
Joſephus de Brinis, Minorita Italus.
Joſephus de la Cerda, Benedictinus Hiſpanus.
Joſephus de Collefano, Minorita.
Joſephus à Cruce, Carmelita.
Joſephus à Cruce, Minorita Hiſpanus.
Joſephus Epiſcopus Guadixenſis.
Joſephus Eximenius, Minorita Hiſpanus.
Joſephus Ferrer, Minorita Hiſpanus.
Joſephus de Fide.
Joſephus Gallus, Auguſtinianus Hiſpanus.
Joſephus Geldolphus à Rykel, Abbas Belga.
Joſephus Geloſus, Panormitanus Cleric. Regul.
Joſephus Giacolone de Palermo, Minorita.
Joſephus Girardus, Centenſis Italus.
Joſephus Gonzales, Dominicanus Hiſpanus.
Joſephus Guarnizus, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus Hermannus Beatus.
Joſephus Hernandida à Valle Saria, Hiſpanus.
Joſephus de Herrera Hiſpanus.
Joſephus à Iesu Maria, Carmelita Hiſpanus.
Joſephus de Iesu Maria, Ord. SS. Trinitatis Hiſp.
Joſephus Lainez, Auguſtinianus Hiſp.
Joſephus à Leprignano, Auguſtinianus Italus.
Joſephus Maldonatus, Minorita Hiſpanus.
Joſephus Malvius, Clericus Italus.
Joſephus Manuel de la Aurora, Minorita Hiſp.
Joſephus Martinez de Caſas, Hiſpanus.
Joſephus à Matre Dei Granatenſis, Carmel. Hiſp.
Joſephus à Matre Dei, Auguſtinianus Hiſp.
Joſephus Methonenſis Epiſcopus.
Joſephus Micheli.
Joſephus Milanus Mediolanenſis.
Joſephus de Miranda, Poëta Hiſpanus.
Joſephus Navarro, Hiſpanus.
Joſephus de Ocampo, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus Oclina, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus Ontiberos.
Joſephus Ormaza, Ieſuita Hiſpanus.
Joſephus Pellicer de Oſſan, Hiſpanus.
Joſephus Pelicer de Tovar, Hiſpanus.
Joſephus Pientre, Ord. B.M. de Mercede Hiſp.
Joſephus Raguſa, Ieſuita.
Joſephus Ruiz de Altable, Presbyter Hiſpanus.
Joſephus Sanchez, Minorita.
Joſephus de Siguenza, Hieronymianus Hiſp.
Joſephus Silos, Canonicus Regularis.
Joſephus Speranza, Italus.
Joſephus Spucies, Ieſuita Siculus.
Joſephus de Spiritu ſancto, Ord. B.M. de Merc. Hiſp.
Joſephus Stephanus Valentinus.
Joſephus de Valdivieſo, Poëta Hiſpanus.
Joſephus Ventimigilla, Ieſuita Italus.
Joſephus de Viana, Poeta Hiſpanus.
Joſephus de Ybarre & Cardenas, Hiſpanus.
Irenæus de Eu, Minorita Gallus.
Irenæus à S. Iacobo, Carmelita Gallus.
Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus Sanctus.
Iſaacus Habertus, Epiſcopus Gallus.
Iſabella Capecia, Itala.
Iſabella Caſtellæ Regina Hiſpana.
Iſabella Clara Eugenia, Belgarum Gubernatrix.
Iſabella Franciæ, Hiſpaniarum Regina & Galla.
Iſidorus Clarus, Epiſcopus Italus.
Iſidorus Dalus Scalabitanus, Ord. SS. Trinitatis Hiſ.
Iſidorus Hiſpalenſis Sanctus, Archiepiſ. Hiſpanus.
Iſidorus Theſſalonicenſis Archiepiſc. Sanct. Græcus.
Iſidorus Toletanus Archiepiſcopus, Sanct. Hiſpanus.
Juannetinus Niño, Minorita Hiſpanus.
Judocius Clithovæus, Belga.
Judocus van Blommeghem, Ieſuita Belga.
Judocus à Caſtro, Minorita Germanus.
Judocus Fonteyn, Ieſuita Belga.
Judocus Raveſteyn Tiletanus, Doctor Lovanien.
Judocus Sepſelius, Aquenſis.
Juliana de S. Francisco, Romana.
Julianus Bezzi Italus.
Julianus Caſtelui & Latron, Carmelita Hiſp.
Julianus Hayneufue, Ieſuita Gallus.
Julianus Hiſpanus, Sanctus Epiſcopus.
Julianus de Iſtria Magiſter ſæcul. *in Append.*
Julianus Manceau, Minorita Gallus.
Julianus Mechor de Leona, Poëta Hiſpanus.
Julianus Petrus, Archipresbyter Hiſpanus.
Julianus Toletanus, Hiſpanus.
Julianus de Valderas, Hiſpanus.
Julius Antonius Ridolphi, Italus.
Julius Capilupus, Poëta Hiſpanus.
Julius Cæſar Bracinus Italus.
Julius Cæſar Bulengerus.
Julius Cæſar Capaccius, Doctor Italus.
Julius Cæſar Galeottus Aſſiſienſis.
Julius Cæſar Recupiti, Ieſuita Italus.
Julius Cæſar Scaligerus.
Julius Cæſar Valentinus Povianus de Capineto, Ital.
Julius Corteſius, Italus.
Julius Gemmellus Montagnanenſis, Minorita Italus.
Julius Girellis, Italus.
Julius Hyſſopus Cæſenas, Dominicanus.
Julius Laborius de Laurino, Protonot. Apoſtolicus.
Julius Mazarinus, Ieſuita Italus.
Julius Papa Secundus.
Julius Roſcius, Italus.
Julius Tertius Summus Pontifex.
Julius Urſinus Romanus.
Julius Zanchinius, Italus.
Juniperus Manneſſerius, Minorita Italus.
Juniperus Paraſcandoli à Neapoli Minorita Italus.
Juſtinus à Cora, Minorita Italus.
Juſtinus Micchovienſis, Dominicanus.
Juſtinus Philoſophus, Martyr Græcus.
Juſtus Lipſius, Belga.
Juſtus Rycquius, Canonicus Belga.
Juvenalis Hieroſolymitanus.
Juvenalis Urſinus, Archiepiſcopus Rhemenſis.

K.

Kalendaria plurima.
Karolus Sauſſeyus, Diaconus.

L.

Lævinus Torrentius, Episcopus Belga.
Lambertus Benoist, Minorita Belga.
Lambertus Campestris, Dominicanus.
Lambertus van Dilsen, Iesuita Belga.
Lambertus Pevée, Minorita Belga.
Landulphus Neapolitanus Archiep. Minorita.
Landulphus de Saxonia, Carthusianus Germanus.
Laureanus de Morales, Poëta Hispanus.
Laurentia Stroza, Monialis S. Dominici Itala.
Laurentius de Alcozer, Poëta Hispanus.
Laurentius de Aponte, Cleric. Regul. Italus.
Laurentius de la Barre, Gallus.
Laurentius van Beneden, Licentiatus Belga.
Laurentius Benedictus, Presbyter Belga.
Laurentius Beyerlinck, Belga.
Laurentius Bochellus Crespiensis Gallus.
Laurentius Calcaneus, Doctor Brixianus.
Laurentius de Carcamo, Carmelita Hispanus.
Laurentius Cardusius, Minorita Lucensis.
Laurentius Chifletius, Iesuita Belga.
Laurentius Chrysogonus, Iesuita Dalmata.
Laurentius Cundi, Italus.
Laurentius Cuperus, Carmelita Germanus.
Laurentius Guilielmus de Traversagnis, Domin. Ital.
Laurentius Gutierrez, Dominicanus Hispanus.
Laurentius Gratian, Doctor Hispanus.
Laurentius Guardiola Valentinus, Minorita Hisp.
Laurentius Haas, Minorita Belga.
Laurentius Loyerus, Dominicanus Italus.
Laurentius Lucianus, Minorita Italus *in Append.*
Laurentius Lupus, Minorita Hispanus.
Laurentius Massotillus, Minorita Italus.
Laurentius Massellus, Jesuita Italus.
Laurentius Miravellus, Italus.
Laurentius Opimus, Ordinis Servorum Italus.
Laurentius de Portel, Minorita Hispanus.
Laurentius Ramirez de Prado, Hispanus.
Laurentius Scalavonius, Ravennatensis.
Laurentius van Schoone, Jesuita Belga.
Laurentius Scruplus, Clericus Regul. Italus.
Laurentius Suarez, Baccalaureus Hispanus.
Laurentius Surius, Carthusianus Germanus.
Laurentius vander Hammen de Leon, Doct. Hisp.
Laurentius Villavicentius Xerensanus, August. Hisp.
Laurentius de Zamora, Cisterciensis Hispanus.
Lausanensis Episcopus Germanus.
Lasinus Archiepiscopus de Kenileck Germanus.
Lazarus Cardona, Presbyter Italus.
Lazarus Schoriggius Italus.
Lazarus de Valle & Porta, Poëta Hispanus.
Leander Albertus, Dominicanus Italus.
Leander de Granada Manrrique, Benedict. Hisp.
Leander de S. Martino, Benedictinus Belga.
Leander à Sanctissimo Sacramento, Augustinianus.
Lectionarium antiquum totius anni.
Legendarius, sive Auctor quidam antiquus.
Lelius Celansius, Orator pius.
Lelius Magnavinus Brescianus.
Lelius Zecchius, Canonicus Italus.
Leo Allatius, Græcus.
Leo, Carmelita Gallus.
Leo Constantinopolitanus Imperator VI.
Leo de la Croix, Minorita Belga.
Leo Decimus Pontifex, Florentinus.
Leo Sanctius Senensis, Jesuita Italus.
Leo à Sancto Thoma, Benedictinus Hispanus.
Leonardus de Aguilar, Hieronymianus Hispanus.
Leonardus de Argensola Hispanus.
Leonardus Bagnus Pisinensis, Jesuita Dalmata.
Leonardus Bandellus, Gallus.
Leonardus Bassus Paduanus, Poëta Italus.
Leonardus David, Jesuita Belga.
Leonardus Fossæi Graniaquensis, Dominicanus.
Leonardus de Gifono, Cardinalis Minorita.
Leonardus Italicus, Dominicanus.
Leonardus Justinianus, Poëta Italus.
Leonardus Lauretanus, Clericus Regularis Italus.
Leonardus Lessius, Jesuita Belga.
Leonardus Nogarolus, Italus.
Leonardus vanden Oever, Jesuita Belga.
Leonardus Priotus, Carmelita Italus.
Leonardus de Utino, Dominicanus.
Leonora Bardaxi de Guerra, fœmina Hispana.
Leontius Cypro Neapolitanus, Episcopus Italus.
Leopoldus Austriæ Archidux.
Lerma Civitas in Castella veteri.
Limensis Universitas.
Litaniæ sacræ variæ.
Lombardica Historia.
Lucas de D'Archerri, Benedictinus Gallus.
Lucas Antonius Resta, Episcopus Italus.
Lucas Evangelista, Galilæus.
Lucas Ferdinandus de Ayala, Dominicanus Hisp.
Lucas Ferrini de Prato, Italus.
Lucas de S. Francisco de Tovilla, Minorita Hisp.
Lucas Hilarius, Italus.
Lucas Holstenius, Germanus.
Lucas à Monteforte, Minorita Italus.
Lucas de Montoya, Minimus Hispanus.
Lucas Orgas, Minorita Italus.
Lucas Pinellus, Jesuita Italus.
Lucas de Soria, Canonicus Hispanus.
Lucas Texerus, Hispanus.
Lucas Tudensis, Hispanus.
Lucas Waddingus, Minorita Hibernus.
Lucia de Jesu, fœmina Hispana.
Lucia Sanctia Beociana Hispana.
Lucillus Martinenghius, Benedictinus Italus.
Lucius Faunus, Doctor Italus.
Lucius Marinæus Siculus.
Lucius Salernitanus Archiepiscopus.
Lucretia Marinella, Itala.
Lucrenensis Civitas.
Ludovica Anna de la Vega, Hispana.
Ludovica de la Ascencion, Clarissa Hispana.
Ludovicus ab Agento, Minorita Italus.
Ludovicus Albrizius, Jesuita Italus.
Ludovicus Alcozer, Canonicus Hispanus.
Ludovicus Alemannus, Cardinalis.
Ludovicus Alemannus, Poëta Italus.
Ludovicus de Aliaga, Dominicanus Hispanus.
Ludovicus Alphonsus de Ayala, Poëta Hispanus.
Ludovicus Alvarez de Andrada, Hispanus.
Ludovicus de Antequera & Arteaga, Hispanus.
Ludovicus à S. Antonio, Augustinianus Hisp.
Ludovicus Arca, Doctor Italus.
Ludovicus à S. Augustino, Minorita Hispanus.
Ludovicus de Avila, Augustinianus Hispanus.
Ludovicus de Azebedo, Augustinianus Hispanus.
Ludovicus Ballesterus Valentinus, Jesuita Hisp.
Ludovicus Belliza, Jesuita Hispanus.
Ludovicus Beltran, Beatus Dominicanus Hispanus.
Ludovicus de Benavides, Marchio Hispanus.
Ludovicus Beurrier, Cœlestinus Gallus.
Ludovicus Blosius, Benedictinus Abbas.
Ludovicus Bocanegra, Augustinianus Hispanus.
Ludovicus Borbonius, Princeps cognom. Bonus.

Ludovicus de Buſtamente, Benedictinus Hiſpanus.
Ludovicus Camargo, Epiſcopus Hiſpanus.
Ludovicus Camargo, Jeſuita Belga.
Ludovicus de Campo, Carmelita Hiſpanus.
Ludovicus Carterius Vocantius, Doctor.
Ludovicus Carvajalis, Minorita Hiſpanus.
Ludovicus Carvoa Coſtaciaro, Peruſinus Italus.
Ludovicus de las Caſas Hiſpanus, Doctor Juris.
Ludovicus Caſpenſis Cæſarauguſtanus, Minor. Hiſp.
Ludovicus Catalaunius, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus de Sancta Cæcilia, Sacerdos Italus.
Ludovicus de Ceſpedes, Magiſter Hiſpanus.
Ludovicus Chantereau, Auguſtinianus Doctor.
Ludovicus de Civitate Sancti Angeli, Minor. Ital.
Ludovicus de Conceptione, Hiſpanus.
Ludovicus Creſolius Armonicus, Jeſuita.
Ludovicus Creſpi à Borja, Epiſcopus Hiſpanus.
Ludovicus à Cryptaleis, Minorita.
Ludovicus Davila, Auguſtinianus Hiſpanus.
Ludovicus Decimus tertius Galliarum Rex.
Ludovicus Diaz de Aux, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus Donins Artichius, Pariſinus Minimus.
Ludovicus Fernandez de Cordova, Hiſpanus.
Ludovicus Fernandez de Cordova Marchio Hiſp.
Ludovicus Ferrer, Jeſuita Hiſpanus.
Ludovicus Fidelis Nerus, Canonicus Tornacenſis.
Ludovicus Galviatus, Italus.
Ludovicus de Gongora, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus Granatenſis, Dominicanus Hiſpanus.
Ludovicus de la Grottaglie, Minorita Italus.
Ludovicus Hieronymus de Ore, Minorita Epiſcop.
Ludovicus Hurtado de Ezija, Poëta Hiſp.
Ludovicus Jacob à Sancto Carolo, Carmel. Gallus.
Ludovicus Janinus, Jeſuita Gallus.
Ludovicus de Leon Hiſpanus.
Ludovicus Lopez, Hiſpanus.
Ludovicus Ludoviſius, Cardinalis Italus.
Ludovicus Mæratius Trecenſis, Jeſuita Gallus.
Ludovicus Macinaghi de Varilio, Minorita Italus.
Ludovicus de Manganellis de Apolla, Minor. Ital.
Ludovicus Martellius Florentinus, Poëta Italus.
Ludovicus Miranda, Minorita Hiſpanus.
Ludovicus de Molina, Jeſuita Hiſpanus.
Ludovicus Monachus, Cleric. Regular. Italus.
Ludovicus Monteſinus, Doctor Hiſpanus.
Ludovicus de Montoya, Auguſtinianus Hiſp.
Ludovicus Muñoz, Auguſtinianus.
Ludovicus à Neapoli, Minorita Italus.
Ludovicus Paccalia Gretanus.
Ludovicus de Padilla, Canonicus Hiſpanus.
Ludovicus Palavicin, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus de la Palma, Jeſuita Hiſpanus.
Ludovicus de Paracuellos, Hiſpanus.
Ludovicus à Paramo, Archidiaconus Hiſpanus.
Ludovicus Parrilla de Torres, Clericus Minor.
Ludovicus Perezius, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus Pittorius de Ferrara, Italus.
Ludovicus Ponce de Leon, Eques Sancti Jacobi.
Ludovicus de Ponte, Jeſuita Hiſpanus.
Ludovicus de Pruſia, Minorita Italus.
Ludovicus de Reſa Vera & Eſquivel, Hiſp. Poëta.
Ludovicus Richeome, Jeſuita Gallus.
Ludovicus de Rivera, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus Sanchez, Hiſpanus.
Ludovicus Sarti de Piano, Italus.
Ludovicus de Schildere, Jeſuita Belga.
Ludovicus Siderius, Jeſuita Italus.
Ludovicus Tello de Olivares, Canonicus Hiſpanus.
Ludovicus de Tena, Doctor Hiſpanus.
Ludovicus de Torres, Dominicanus Hiſpanus.
Ludovicus à Tueri de Verona, Minorita Italus.
Ludovicus Vail, Gallus Epiſcopus.
Ludovicus Vanegas, Dominicanus Hiſpanus.
Ludovicus de Velazquez, Minorita Hiſpanus.
Ludovicus Velluga, Doctor Hiſpanus.
Ludovicus de Vera, Ord. B. M. de Mercede. Hiſp.
Ludovicus de Ulloa, Poëta Hiſpanus.
Ludovicus VI. Gallorum Rex.
Ludovicus de Urieta, Dominicanus Hiſpanus.
Ludovicus Vulgliengue, Dominicanus Pedomont.
Ludovicus Ximenez de Lara, Doctor Hiſpanus.
Ludovicus Zacconi de Peſaro, Auguſtinianus Italus.
Ludovicus Zibas Zynus, Minorita Polonus.
Ludovicus Zibramontis Mantuanus, Italus.
Ludoviſius, Cardin. S. R. E. & Archiep. Bonon.
Luiſius Alvarez Toletanus, Auguſt. Doct. Hiſp.
Luiſius de Aparizio, Ord. B. M. de Mercede Hiſp.
Luiſius Legionenſis, Auguſtinianus.
Luiſius Turrianus, Jeſuita Hiſpanus.
Luitprandus, Subdiaconus Hiſpanus.
Lupus Fœlix de Vega Carpio, Poëta Hiſpanus.
Lupus Fernandez de Luna, Archiepiſcopus.
Lupus Paez, Minorita Hiſpanus.

M.

Macharius Philadelphienſis.
Macharius Simeomo, Norbertinus Belga.
Macri Caſtrum.
Maffæus Barberinus Italus.
Magdalena de Artiaga, fœmina Hiſpana.
Magdalena de la Cueva, fœmina Hiſpana.
Mahometes Pſeudo-Phropheta, Arabs Agarenus.
Mancipiorum Confraternitas Matriti.
Manfredus Baſinus, Poëta Italus.
Manfredus Manfredi, Sacerdos.
Mantuanus Marchio, Princeps Italus.
Manuale Fratrum Dominicanorum.
Marcellianus Coeberghen, Minorita Belga.
Marcellianus à Judicaria, Minorita Italus.
Marcellinus de Piſe, Minorita Gallus.
Marcellus Ferdinandus de Bari, Abbas Italus.
Marcellus Megalius, Clericus Regularis.
Marcellus de Ribadeneyra, Minorita Hiſpanus.
Marcellus Ruiz, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Marcial de Auverone, Gallus.
Marcialis de Mans, Ordinis Pœnitentium.
Marcus Antonius Alegrede Caſſanate, Carmel. Hiſp.
Marcus Antonius Alos de Orraca Ord. SS. Trin. Hiſ.
Marcus Antonius de Camus, Auguſtin. Hiſpanus.
Marcus Antonius Capecius, Jeſuita Italus.
Marcus Antonius Gallicius, Minorita Italus.
Marcus Antonius Georgius, Bononienſis Italus.
Marcus Antonius Guarinus, Ferrarienſis Italus.
Marcus Antonius Leo, Italus.
Marcus Antonius Martinengus, Doctor Italus.
Marcus Antonius Muretus, Poëta.
Marcus Antonius Nata, Aſtenſis Italus.
Marcus Antonius Palau, Hiſpanus.
Marcus Antonius Perillus, Poëta Italus.
Marcus de la Camara, Minorita Hiſpanus.
Marcus Evangeliſta, Hebræus.
Marcus Fernandez de Monſanto, Hiſpanus.
Marcus Hieronymus Vida, Epiſcopus.
Marcus Idruntinus Epiſcopus.
Marcus Laureus, Epiſcopus.
Marcus de Lisbona, Minorita & Epiſcopus.
Marcus Marulus Spalatenſis.
Marcus Maximus, Præſul Cæſaraug. Hiſpanus.

Marcus

Marcus Monachus Græcus.
Marcus Montanus, Poëta Italus.
Marcus del Monte S Maria in Gallo, Minorita Ital.
Marcus Probus Marianus Sulmonenſis, Poëta.
Marcus Salmeron, Ord. B. M. de Mercede, Hiſpanus.
Marcus de Serra Acodia, Dominicanus Hiſp.
Marcus Viguerius, Saonenſis Epiſcopus.
Margarita Auſtriaca, Maximiliani II. Imper. filia.
Margarita Auſtriæ Archiducissa, Maximil. I. Cæſ. filia.
Margarita Auſtriaca Caroli V. Imperatoris amita.
Margarita de Cortona, Beata.
Margarita Lumbreras, fœmina Hiſpana.
Margarita Zapata, fœmina Hiſpana.
Maria de la Antigua, fœmina Hiſpana.
Maria Aragoniæ Regina.
Maria Cancer, fœmina Hiſpana.
Maria de S. Euphraſia, Carmelitana Hiſpana.
Maria de Funes & Sayas, fœmina Hiſpana.
Maria de Gotor, fœmina Hiſpana.
Maria Iepenſis Hiſpana.
Maria de Iesu, Clariſſa Hiſp.
Maria Laſo de Caſtilla, Monialis S. Eliſab. Granat.
Maria Luiſſa Moreno, Hiſpana.
Maria de la Miſericordia, Carmelitana Hiſp.
Maria Pedroſo & Andrade, fœmina Hiſpana.
Maria de Pernia, Clariſſa Hiſpana.
Maria de Salinas, Clariſſa Hiſpana.
Maria de Seſſe, fœmina Hiſpana.
Maria à Trinitate, Carmelitana Hiſp.
Maria Velazquez, Comitiſſa de Saldaña.
Maria Virgo Sacratiſſima ac Dei Mater.
Mariana Auſtriaca, Ferdinandi III. Cæſaris filia.
Mariana de Jesu, tertij Ordinis S.P.N. Franciſci.
Mariana Mainzaneda, Monialis S. Auguſtini.
Mariana Zapata, Monialis Ciſtercienſis Hiſp.
Marianus Oſcelar, Minorita Belga.
Marianus de Smyſtere, Minorita Belga.
Marina de Cardenas, fœmina nobiliſſima Hiſp.
Marinæus Siculus, Hiſpanus.
Marinus Merſenus, Minimus.
Marius Carrafa, Archiepiſcopus Neapolitanus.
Maurius Victorinus, Italus.
Marius de Vignioni, Minorita Italus.
Marius de Vipera, Archidiaconus Italus.
Marſilius Fecinus, Italus.
Marſilius Inguem.
Martinus Almodovar, Hiſpanus Eques de Calatrava.
Martinus Alphonſus Eſcudero, Doctor Hiſpanus.
Martinus Alphonſus Vivaldus, Juriſconſ. Hiſpanus.
Martinus de Angulo Pulgar, Poëta Hiſpanus.
Martinus Aragoniæ Rex, hujus nominis I.
Martinus Arbelaiz, Dominicanus Hiſp.
Martinus de la Aſcenſion, Minorita Hiſpanus.
Martinus ab Azpilicueta Navarrus, Doctor Hiſp.
Martinus Baccius Tiletanus, Belga.
Martinus Beccanus, Jeſuita Moguntinus.
Martinus Bonacina, Epiſcopus Italus.
Martinus Breſſerius Boxtellanus, Jeſuita Belga.
Martinus de Caicedo, Doctor Hiſpanus.
Martinus de Campo, Doctor Hiſpanus.
Martinus Carrillo, Abbas Hiſpanus.
Martinus Carrillo, Archiepiſcopus Hiſpanus.
Martinus del Caſtillo, Minorita Hiſpanus.
Martinus Claus, Jeſuita.
Martinus Cornejus, Auguſtinianus Hiſpanus.
Martinus Doyza Alcanizienſis, Minorita Hiſp.
Martinus Eſingein, Doctor Germanus.
Martinus Frangipanibus, Segniæ Comes.
Martinus Garzia, Barchinonenſis Epiſcop.
Martinus Gutrie Comburgenſis.
Martinus à S. Joſepho, Minorita Hiſpanus.
Martinus de Laſarte, Poëta Hiſpanus.
Martinus de Lilio, Minorita Hiſpanus.
Martinus Lutherus, Hæreſiarcha damnatus.
Martinus à Magiſtris, Gallus.
Martinus Marteau, Carmelita Gallus.
Martinus Martinez de Ampies, Poëta Hiſpanus.
Martinus Martinez, Hiſpanus.
Martinus Miricanus, Minorita Belga.
Martinus Olave, Jeſuita Hiſpanus.
Martinus de Peraza, Carmelita Hiſpanus.
Martinus Perez de Guevara, Minorita Hiſpanus.
Martinus Perez ab Unanoa, Jeſuita Hiſpanus.
Martinus Philippus de Convelt, Jeſuita Belga.
Martinus Primus Papa.
Martinus Quintus Pontifex Maximus.
Martinus del Rio, Jeſuita Hiſpanus.
Martinus de Roa, Jeſuita Hiſpanus.
Martinus Ruiz, Minorita Hiſpanus.
Martinus Rythovius, Epiſcopus Iprenſis.
Martinus Sibenius, Jeſuita Germanus.
Martinus de Sparza, Jeſuita Hiſpanus.
Martinus Turnhout Brabandus, Minorita.
Martinus de la Vera, Hieronymianus Hiſpanus.
Martinus de Vejar, Minorita Hiſpanus.
Martinus de Villanueva, Ord. SS. Trinitatis Hiſp.
Martinus Ximena, Canonicus Hiſp.
Martyrologia Varia.
Maſſicus Fruzaſcho, Minorita Italus.
Matthæus Alcover, Minorita Hiſp.
Matthæus Aloyſius van Hulten, Jeſuita Belga.
Matthæus Andebertus, Doctor Gallus.
Matthæus Apoſtolus & Evangeliſta, Galilæus.
Matthæus Beltran, Poëta Hiſpanus.
Matthæus Bredembachius, Kerſpenſis Embricus.
Matthæus Cantacuzenus Imperator Græcus
Matthæus à Caſtro, Inſulenſis Canonicus.
Matthæus Dreſſerius Germanus.
Matthæus Fenarius, Dominicanus.
Matthæus Ferchius Veglenſis, Minorita Doctor.
Matthæus Gallenus, Duacenſis Cancellarius.
Matthæus Herbenus, Belga.
Matthæus Keliſonus, Doctor Belga.
Matthæus Magnanus Viennenſis.
Matthæus de Moya, Jeſuita Hiſpanus.
Matthæus N. Dominicanus.
Matthæus de la Natividad, Minorita Hiſpanus.
Matthæus de Novara, Minorita Italus.
Matthæus de Orlando, Carmelita Italus.
Matthæus Philadelphienſis.
Matthæus Sagaci, Canonicus Italus.
Matthæus de Salzedo, Presbyter Hiſpanus.
Matthæus Sanatus Dux Concordiæ Germ.
Matthæus Schinder, Valeſti Epiſcopus.
Matthæus Tympus, Licentiatus Theol. Belga.
Matthæus Vazquez de Lezea, Canonicus Hiſp.
Matthæus Waleſion, Epiſcopus Bernenſis.
Matthæus Weſtmonaſterienſis.
Matthæus Acquarius, Dominicanus.
Mathias Apoſtolus, Hebræus.
Mathias de la Bruire, Gallus.
Mathias Caſimirus Sarbievius, Jeſuita.
Mathias Fabius.
Mathias Fabrus, Jeſuita Germanus.
Mathias Famaguſtanus, Epiſcopus.
Mathias Farinatoris.
Mathias Faſanus, Dominicanus Italus.
Mathias Felicius Brouwershavius, Minorita Belga.
Mathias Goeſman, Jeſuita Belga.
Mathias Guerrerus, Poëta Hiſp.

Mathias Hauzeur, Minorita Provincialis Flandriæ.
Mathias à S. Ioanne, Carmelita Gallus.
Mathias N. Dominicanus Magister.
Mathias Navæus, Canonicus Belga.
Mathias Olivier, Benedictinus Gallus.
Mathias Sarbourgh, Minorita Germanus.
Maturinus seu Mauritius Clemens, Carmel. Gallus.
Maturinus Lebret, Minorita Gallus.
Maturinus Savarus, Clericus.
Mauritius Centinus, Minorita Italus.
Mauritius de Hibernia, Minorita & Episcopus.
Mauritius Morus, Venetus Canonicus.
Mauritius de Vargas, Dominicanus Hispanus.
Mauritius à Villaprobata, Dominicanus Italus.
Mauritius Ylaretus Engolismensis, Minorita Gallus.
Maurus Antonius Beranducius, Vigiliensis.
Maurus Antonius de Leone, Poëta Italus.
Maximilianus Bavariæ Dux.
Maximilianus à Bergis, Episcopus Cameracensis.
Maximilianus le Dent, Iesuita Belga.
Maximilianus Henricus, utriusque Bavariæ Dux.
Maximilianus Lenglez, Minorita Belga.
Maximilianus Sandæus, Iesuita Belga.
Maximilianus Thiculaine, Relig. Vedastinus Belga.
Maximus Constantinopol. Episc.
Maximus Monachus Græcus.
Maximus à Pustitio, Minorita Italus.
Maximus Taurinensis Episcopus.
Medallæ, quæ in Urbe Romanâ sunt sculptæ.
Mediolanensis Dux, Princeps Italus..
Meffret Auctor antiquus, fortè Dominicanus.
Melchiadis Virgo & Sancta.
Melchior de los Angles, Minorita Hispanus.
Melchior de Ayala, Magister Hispanus.
Melchior de Castro, Doctor Hispanus.
Melchior de la Cerda, Iesuita Hispanus.
Melchior Flavius, Minorita Gallus.
Melchior Gallegus, Presbyter Hispanus.
Melchior de Huelamo, Minorita Hispanus.
Melchior Prieto, Ord. B. M. de Mercede Hispanus.
Melchior Rodriguez de Torres, Episcopus Hispan.
Melchior de Soria & Vera, Episcopus Hispanus.
Melchior Trivinnus, Iesuita Hispanus.
Melchior de Villanova, Iesuita Hispanus.
Melchior de Yebra, Minorita Hispanus.
Melchior Zambranus, Doctor Hispanus.
Melchior de Zetina, Minorita Hispanus.
Melthildis Virgo ac Sancta.
Melithon de Fontaine, Minorita Belga.
Melito Asianus, Episcopus Sanctus.
Mentia à Toledo, Comitissa Hispana.
Messire de Priezac, Consil. Gallus.
Methodius Patarensis Episcopus ac Sanctus.
Mexia de la Cerda, Doctor Hispanus.
Michaël Adareo de Santander, Ord. B.M. de Merc.
Michael Alvarez de los Reyes, Hispanus.
Michael Angelus Almenara, Minorita Hispanus.
Michael Angelus de S. Josepho, Carmelita Italus.
Michael Angelus à Neapoli, Minorita Italus Epis.
Michael Angelus Samanucus, Italus Poëta.
Michael Angelus Venetus, Minorita Italus.
Michael Assensius, Minorita Hispanus.
Michael Aubrii, Ord. SS. Trinitatis Gallus.
Michael Avelanus, Minorita Hispanus Episcopus.
Michael à S. Autina, Minorita Italus.
Michael Ayguanus, Carmelita Doctor Gallus.
Michael de Baio, Doctor Belga.
Michael Bañez de Segovia, Doctor Hispanus.
Michael Baptista de Lanuza, Eques auratus Hisp.
Michael Beuther, Gallus.
Michael Brucardus, Minorita.
Michael Calvus de Scichili, Minorita Italus.
Michael de Carchano Mediolanensis, Minorita Ital.
Michael Carpentoracensis, Episcopus Gallus.
Michael Carranza Valentinus, Carmelita Hisp.
Michael Cid, Poëta Hispanus.
Michael Constantinopolitanus Patriarcha Græcus.
Michael Diaz Ybanes, Poëta Hispanus.
Michael de las Doblas Malo, Poëta Hispanus.
Michael Fidotus Ennensis, Minorita Italus.
Michael Franciscus de Insulis, Dominicanus.
Michael Ghislerius, Clericus Regul. Italus.
Michael Glicas Siculus.
Michael Gonzales Vaquero, Doctor Hispanus.
Michael Hierosolymitanus, Presbyter Græcus.
Michael Hoyerus, Augustinianus Belga.
Michael à S. Iacobo, Carmelita Hispanus.
Michael Ioannes Ossuna Cabilcol, Canonicus Hisp.
Michael Isselt Amors fortuis.
Michael Leitano de Andrada, Eques Hispanus.
Michael Lochomair, Artium Magister.
Michael Lopez de Valejo, Poëta Hispanus.
Michael de Lovera, Doctor Hispanus.
Michael de Luna & Arellano, Hispanus.
Michael Maior, Senatorij Ordinis apud Herbipol.
Michael Martin, Poëta Hispanus.
Michael Martinez, Doctor Hispanus.
Michael Mauclerus Parisinus, Doctor Sorbonicus.
Michael de Mediolano.
Michael Melendez de Valdivia, Poëta Hispanus.
Michael Menotus, Minorita Gallus.
Michael Merinus, Norbertinus Hispanus.
Michael Meyers, Ord. B.M.de Mercede Hispanus.
Michael Miralles, Poëta Hispanus.
Michael de Molina, Minorita Hispanus.
Michael Monachus, Doctor Italus.
Michael Monachus S. Bavonis.
Michael de Morales, Gallus.
Michael Muñoz, Carmelita Hispanus.
Michael N. Dominicanus Gallus.
Michael de Noviic, Minimus Gallus.
Michael de Palacios, Doctor Hispanus.
Michael Perez de Heredia, Cisterciensis Hispanus.
Michael Psellius Hispanus.
Michael à Purificatione, Minorita Hispanus.
Michael à Quercu, Augustinianus.
Michael Romerus, Minorita Hispanus.
Michael Ruiz.
Michael Ruiz, Ord. SS. Trinitatis Hispanus.
Michael Sanchez, Presbyter Hispanus.
Michael de la Serna, Benedictinus Hispanus.
Michael van Trieft, Iesuita Belga.
Michael Valles, Minorita Italus.
Michael de Hungaria, Minorita.
Michael Ybañez de Segovia, Canonicus Hispanus.
Michael Zanardas de Urgnano, Dominicanus Ital.
Michelius Calvo de Sciehili, Minorita Italus.
Millan, Doctor Hispanus.
Milo de Thailly, Episcopus Aurelianensis.
Mira de Mescua, Poëta Hispanus.
Miracula aliqua patrata.
Missalia varia.
Monaldus Iustinopolitanus Dalmata, Minorita.
Monaldus Rosarius, Carmelitanus Gallus.
Monasteria aliqua.
Monetæ cum imaginibus insculptis.
Monet Magister Valentinus Hispanus.
Monsieur de Langueterre, Gallus.
Mossen Antonius Latre, Hispanus.
Murcia de la Llana, Doctor Hispanus.

Mutus Iustinopolitanus Italus.
Mutius S. Fforcia Monopolitanus Italus.

N.

Napoleon Comitolius, Episcopus Italus.
Nasso vel Hasso Senior Germanus.
Natalis Beda, Doctor Gallus.
Natal Gaber, Ordinis B. M. de Mercede Hisp.
Nazarius quidam absque alio nomine.
N. Hernart, Archidiaconus Gallus.
Nicasius Baxius, Augustinianus Belga.
Nicasius Roels, Iesuita Belga.
Nicephorus Calixtus, Xantopolus Græcus.
Nicephorus, Constantinopolitanus Archiepisc.
Nicetas Auctor Græcus & Episcopus.
Nicetus Magnus, Græcus.
Nicolaus Albanensis, Anglus.
Nicolaus Almazan, Hispanus.
Nicolaus Archiepiscopus Rothomagensis.
Nicolaus de Arnaya, Iesuita Hispanus.
Nicolaus de Ausmo, Minorita Italus.
Nicolaus Basileus, Monachus Hirsangiensis.
Nicolaus Belfortius.
Nicolaus de Bloni, Doctor Italus.
Nicolaus Bonetus, Minorita.
Nicolaus Bovreè, Theologus Gallus.
Nicolaus Bravus, Abbas Cisterciensis.
Nicolaus Brucasenus, Dominicanus Tarvisinus.
Nicolaus Causinus Tricensis, Iesuita.
Nicolaus Chamart, Norbertinus Abbas.
Nicolaus de Christianis, Minimus.
Nicolaus Christophorus Badzivilius, Princeps.
Nicolaus Cichovius, Iesuita Germanus.
Nicolaus Codenus Romanus.
Nicolaus Cooffeteau, Dominicanus Gallus.
Nicolaus de Crutzenach, Spanhemensis Germanus.
Nicolaus de Cusa S. R. E. Cardinalis Germanus.
Nicolaus Dalmatius de Avigliana, August. Gallus.
Nicolaus Diaz, Dominicanus.
Nicolaus Dinckelsperbuel, sæcularis Doctor.
Nicolaus Duran, Iesuita Hispanus.
Nicolaus, Episcopus de Bari Sanctus.
Nicolaus Erardus, Iesuita Lotharingius.
Nicolaus l'Escalopier, Consiliarius Regius Gallus.
Nicolaus Fator, Minorita Hispanus.
Nicolaus le Fevre, Minimus.
Nicolaus de Finali Mutinensis, Dominicanus.
Nicolaus Flores, Poëta Hispanus.
Nicolaus de Formanoir Presbyter.
Nicolaus Galerius, Canonicus Italus.
Nicolaus Gazet, Minorita Gallus.
Nicolaus Glasberg de Moravia, Minorita.
Nicolaus Goleyri, Poëta Gallus.
Nicolaus Gorran, Dominicanus Gallus.
Nicolaus Grandis, Minorita.
Nicolaus Grenerus, Religiosæ Domûs S. Victoris.
Nicolaus de la Iglesia, Carthusianus Hispanus.
Nicolaus Ianssenius, Dominicanus.
Nicolaus Kesser Germanus.
Nicolaus Lancitius, Iesuita Ruthenus.
Nicolaus de Lira, Minorita Gallus.
Nicolaus Lombardus Macerensis, Iesuita Gallus.
Nicolaus Lorinus, Dominicanus Italus.
Nicolaus Manerbius, Ord. Camaldulensis Italus.
Nicolaus Massilienſis, Episcopus Gallus.
Nicolaus, Monachus Benedictinus.
Nicolaus Monachus alter.
Nicolaus à Montmorency, Comes de Eterra.
Nicolaus Natus Nucerinus, Clericus.
Nicolaus Nigidus, Doctor Italus.
Nicolaus Nigri, Italus.
Nicolus de Nise seu Dionysius, Minorita Gallus.
Nicolaus Oranus, Minorita Leodiens.
Nicolaus de Orbellis, Minorita Gallus.
Nicolaus Oresmus sive Oresmius, Gallus.
Nicolaus Oudaet, Iurisconsul. Belga.
Nicolaus de Padua, Minorita.
Nicolaus Polonus, Decretorum Doctor.
Nicolaus Pratensis, Cælestinus.
Nicolaus Querculus, Poëta Latinus.
Nicolaus Quintus Summus Pontifex.
Nicolaus de Rebbe, Athensis Belga.
Nicolaus Rodulphus, Dominicanus Italus.
Nicolaus de Roma, Minorita Italus.
Nicolaus Romæus, Iesuita Belga.
Nicolaus Rotius de Saio, Carmelita Italus.
Nicolaus Sævola Spoletanus, Doctor Italus.
Nicolaus Salycetus, Cistercienſis Abbas.
Nicolaus Sartorius Illyricus, Iesuita.
Nicolaus Strata de Turino, Dominicanus Italus.
Nicolaus Suscius, Iesuita Poëta.
Nicolaus Thessalonicensis, Græcus.
Nicolaus Tuccius, Poëta Italus.
Nicolaus de Tudeschis Siculus, Archiep. Benedict.
Nicolaus Turlot Bellomontanus, Canonicus Belga.
Nicolaus Vernulæus, Licentiatus Belga.
Nicolaus de Ville Atrebatensis, Cœlestinus.
Nicolaus de Wamillies, Cistercienſis.
Nicolaus Ysambertus Aurelianensis, Doct. Sorbon.
N. le Digne de Condes, &c. Gallus.
N. Maistre Vigor, Gallus Theologiæ Doctor.
Norbertus Germaniæ Primas, Sanctus Archiepisc.
Nunus Alvarez Pereira, Hispanus.

O.

Octavianus Bessozus Mediolanensis, Italus.
Octavianus Stepharius, Minorita Italus.
Octavius Burgofortis, Carmelita Italus.
Octoginta duo Doctores Parisienses.
Odo Abbas.
Odo Antiochenus Patriarcha.
Odo Astensis, Bernardinus.
Odo Cameracensis Episcopus Benedictinus.
Odo Cameracensis Episcopus Gallus.
Odo Cancellarius Parisiensis Auctor antiquus.
Odoardus de Morales Italus.
Odoardus Pachecus, Augustinianus Hispanus.
Odonius Campanus, Carmelita Germanus.
Odoricus Raynandus, Clericus Regul. Italus.
Officia diversa Ecclesiastica.
Ogerus Florkin, Minorita Leodiens.
Oliverius Bonartius, Iesuita.
Oliverius Mailardus, Minorita Gallus.
Oliverius Neapolitanus, Cardinalis.
Onesimus de Kien, Minorita Belga.
Onuphrius à Copurcio, Minorita.
Onuphrius Elisius, Dominicanus Italus.
Onuphrius Zarrabbinus de Contignola, Canon. Reg.
Ordines Militares.
Ordo Officij Divini.
Oringa Christiana, Augustiniana Itala.
Origenes Adamantius Græcus.
Orlandus Carmelitanus.
Orlandus Cathaneus, Comes.
Osbertus Pickingamus, Carmelita Anglus.
Otto van Passauwe, Minorita Belga.
Ottomarius Luscinus, Argentinensis Germanus.

P.

Pacificus de Novara, Minorita Italus.
Pacificus Porri à Gera, Minorita Italus.
Palamedes Gavallicenſis, Epiſcopus Gallus.
Paratus, Doctor antiquus.
Pariſienſis Univerſitas.
Parlamentum Pariſienſe cum Præſide.
Parthenius Critus Italus.
Paſchalis Bailon, Minorita.
Paſchalis Caniſius, Jeſuita Belga.
Patricius Canorus, Minorita Hibernus.
Patricius Luſitanus, Auguſtinianus Hiſpanus.
Paula Maria Centuriona Genuenſis, Monial. Carm.
Pauletus de Monte Alcino, Auguſtinianus.
Paulinus Aquileienſis Epiſcopus Sanctus.
Paulinus Bernardinus de Luca, Dominicanus Ital.
Paulinus de Lembergh, Minorita Bohemus.
Paulus Abſtemicus Quinque-Eccleſien. Epiſcopus.
Paulus Antonius Rancius.
Paulus Antonius de Tarſia, Doctor Italus.
Paulus Aquileienſis Diaconus.
Paulus Arezius, Clericus Regularis Italus.
Paulus Aznar, Ord. SS. Trinit. Hiſpanus.
Paulus de Barri, Ieſuita Gallus.
Paulus Becourt, Minorita Belga.
Paulus Bermolanus, Carmelita.
Paulus Bocius Italus.
Paulus Boudot, Epiſcopus Atrebatenſis.
Paulus Brizius, Minorita.
Paulus Budinmiro Vich Hibernus, Minorita.
Paulus Carraria del Caſal Montis Ferrati, Domin.
Paulus à S. Catharina, Auguſtinianus Gallus.
Paulus Comitolius, Jeſuita Italus.
Paulus Condeſtable, Dominicanus.
Paulus Corteſius, Protonot. Apoſtolicus.
Paulus de la Cruz, Minorita Hiſpanus.
Paulus Emiſſenus Græcus.
Paulus Faſſecius, Juriſconſultus Italus.
Paulus Francoſus, Benacenſis Doctor.
Paulus de Heredia, Hiſpanus.
Paulus Ibañez de Alarcon, Poëta Hiſpanus.
Paulus Joſeph de Arriaga, Jeſuita Hiſpanus.
Paulus Kozlovukius Uratiſlavienſis, Jeſuita.
Paulus de Luca, Minorita Italus.
Paulus à S. Maria Avinionenſis, Auguſtin. Gallus.
Paulus de S. Maria, Epiſcopus Hiſpanus.
Paulus de Meſſa, Minorita Hiſpanus.
Paulus Metezelus, Gallus.
Paulus Minerva Barenſis, Dominicanus Italus.
Paulus Morigia, Ord. Ieſuatorum S. Hieron. Italus.
Paulus Muſconius, Archipresbyter Italus.
Paulus Oroſius, Presbyter Hiſpanus.
Paulus de Palacios, Hiſpanus.
Paulus de Paulis Jadrenſis.
Paulus Quartus Papa.
Paulus Quintus Papa, Italus.
Paulus Reſtius, Dominicanus.
Paulus de Rivera, Auguſtinianus Hiſpanus.
Paulus à Rovado, Dominicanus.
Paulus Sherlogius, Jeſuita Hibernus.
Paulus de Spinoſa de los Monteros, Presbyt. Hiſp.
Paulus de Tauris, Minorita Hungarus.
Paulus Tertius Papa.
Paulus Venetus, Auguſtinianus.
Paulus Werdnerus, Doctor. German.
Pelagius Hæreticus.
Pelbartus de Temeſwar, Minorita Tranſylvanus.
Pellegrinus Merula, Sacerdos Cremonenſis.
Peregrinus de Aderno, Auguſtinianus Italus
Peregrinus Auctor antiquus Dominicanus.
Petronilla Lezcano, fœmina Hiſpana.
Petronius Martinius, Dominicanus Italus.
Petrus Abaillardus, Abbas Gallus.
Petrus de Abarca, Primarius Theologiæ Profeſſor.
Petrus de Abreu, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Acuña Avellaneda, Epiſcopus Hiſpanus.
Petrus Ægidius, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Alagona, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus de Alava, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Albavilla, Benedictinus Doctor.
Petrus Albignanus, Juriſconſultus.
Petrus de Alcozer, Scriptor Hiſpanus.
Petrus de Alliaco, Epiſcopus.
Petrus Aloix, Societatis Jesu Leodienſis.
Petrus Alphonſus Burgenſis, Monachus Hiſpanus.
Petrus de Alva & Aſtorga, Minorita Hiſpanus.
Petrus Alvarez, Ord. B. M. de Mercede Hiſp.
Petrus de Alvarez de Saa, Hiſpanus.
Petrus Alvarus, Doctor Hiſpanus.
Petrus Amerius, Jeſuita.
Petrus de Ancharrano Canoniſta.
Petrus Andrieu, Minorita Gallus.
Petrus de Anio, Poëta Hiſpanus.
Petrus de Antequera & Artiaga, Hiſpanus.
Petrus de S. Antonio, Minorita Hiſpanus.
Petrus Antonius Spinelus, Jeſuita Italus.
Petrus Apollinaris.
Petrus Apoſtolus, Galilæus.
Petrus Aptenſis, Epiſcopus Gallus.
Petrus Aquilanus, Minorita Italus.
Petrus de Aranda, Doctor Hiſpanus.
Petrus Araujo Salgado, Poëta Hiſpanus.
Petrus Aretinus, Doctor Italus.
Petrus de Arias Segovienſis, Hiſpanus.
Petrus de Ariſtizabal, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Aſſumptione, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus de Avendaño, Doctor Hiſpanus.
Petrus Auguſtinus, Epiſcopus.
Petrus de Aulberoge, Doctor Theologus Gallus.
Petrus Aureolus de Verberia, Minorita Epiſcopus.
Petrus de Balvaz, Minorita Hiſpanus.
Petrus Baptiſta, Minorita Hiſpanus.
Petrus Bardo, Cœleſtinus Gallus.
Petrus de Barre, Gallus.
Petrus de Berchorius, Benedictinus, Pictavienſis.
Petrus Berengarius, Dominicanus.
Petrus Barullus, Gallus.
Petrus Beſſeus, Doctor Gallus.
Petrus Bezerril, Ord. B. M. de Mercede Hiſpanus.
Petrus Billarienſis, Ciſtercienſis Hiſpanus.
Petrus Binsfeldius Trevirenſis, Doctor.
Petrus Bivero, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Blanchot, Minimus Gallus.
Petrus Bleſenſis, Archidiaconus Anglus.
Petrus Blomevena, Leydenſ. Carthuſianus.
Petrus Bonfanti de Bibiena, Italus.
Petrus ad Boves, Minorita Gallus.
Petrus Bringerius, Religioſus Caſſæ-Dei.
Petrus Bulengerus, Trecenſis.
Petrus Burus, Epiſcopus Ambianenſis.
Petrus Buſſeus.
Petrus de Cabrera Cordubenſis, Hieronym. Hiſpa.
Petrus de Calatrava, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Calderon de la Barca, Poëta Hiſpanus.
Petrus Calvus Portuenſis, Dominicanus.
Petrus de Calzolayo.
Petrus de Campo, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus de Campo, Epiſcopus Hiſp.

Petrus

Petrus de Cangas, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Petrus Canisius, Jesuita Germanus.
Petrus de Cantero, Poëta Hispanus.
Petrus Capullius, Minorita Italus.
Petrus de Cardenas & Arbieto, Hispanus.
Petrus de Castro y Quiñones, Archiepiscop. Hisp.
Petrus de Castro, Comes de Lemos Hispanus.
Petrus de Castro, Episcopus Conchensis.
Petrus de Castro, Minorita Hispanus.
Petrus de S. Cæcilia, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Petrus de Celada Silva, Doctor Hispanus.
Petrus Cellensis Abbas, & Episcopus.
Petrus de Cespedes, Poëta Hispanus.
Petrus Charron, Doctor Gallus.
Petrus Ciogius, Poëta Latinus.
Petrus Cirvelus, Doctor Hispanus.
Petrus Cistercienses, Relig. Cœnobij Senensis Gal.
Petrus Clemens, Presbyter Gallus.
Petrus de Colindres, Jesuita Hispanus.
Petrus Comestor, Presbyter Gallus.
Petrus de Conceptione, Minorita Hispanus.
Petrus Coppin, Doctor Gallus.
Petrus Cornejo de Pedrosa, Carmelita Hispanus.
Petrus Correa, Minorita Hispanus.
Petrus de la Coste Condomois, Dominicanus Doct.
Petrus Cotteriau Senonensis, Doctor Gallus.
Petrus Cottonius Forcsein, Jesuita Gallus.
Petrus Cosvaruvias, Dominicanus Hispanus.
Petrus de Covos, Jesuita Hispanus.
Petrus Courtin Carmelitanus, Doctor Gallus.
Petrus Crabbe, Minorita Belga.
Petrus Cresci, Italus.
Petrus Crespecius, Cœlestinus Gallus.
Petrus Damascenì, Auctor antiquus.
Petrus Damascus de Coninck, Augustinianus.
Petrus Damianus Beatus.
Petrus Delgadillo & Ariola, Poëta Hispanus.
Petrus Delgado, Dominicanus Hispanus.
Petrus Diaz de Aguero, Doctor Hispanus.
Petrus Diaz Mayorga, Doctor Hispanus.
Petrus Dignensis Episcopus, Gallus.
Petrus Dore, Dominicanus Doctor Gallus.
Petrus Dorlandus, Carthusianus Theutonicus.
Petrus Emotte, Doctor Gallus.
Petrus de Escobar, Poëta Hispanus.
Petrus de Espinosa, Poëta Hispanus.
Petrus de Espinosa, Jesuita Hispanus.
Petrus Eulart Ariensis, Jesuita Belga.
Petrus Feray, Minorita Gallus.
Petrus à Figueiro, Canonicus Regul. Hispanus.
Petrus Foscarinus Venetus.
Petrus Fusecchius, Italus.
Petrus de Fuxo Senior, Minorita Gallus.
Petrus Gabriel de Aragon, Minorita Hispanus.
Petrus Galan, Minorita Hispanus.
Petrus Galatinus, Minorita Italus.
Petrus Galesinus, Protonotarius Apostolicus.
Petrus de Gammarra, Minorita Hispanus.
Petrus de la Gasca, Episcopus Siguntinus Hispanus.
Petrus Georgius Odescalcus, Clericus Regul.
Petrus Giron, Dux Ossunæ.
Petrus Giustinellus Brescianus, Jesuita Italus.
Petrus Glantavensis, Episcopus Gallus.
Petrus à Gogni de Viguria, Hispanus.
Petrus de Gomez Duran, Eques Hispanus.
Petrus Gonzales de Apallaza, Poëta Hispanus.
Petrus Gonzales de Azebedo, Episcopus Hispanus.
Petrus Gonzales de Mendoza, Cardinalis Hisp.
Petrus Gonzales de Mendoza, Hispanus Episcop.
Petrus Gonzales de Mendoza, Minorita Hispanus.
Petrus Gonzales de Mendoza, Jesuita Hispanus.
Petrus Gonzales, Minorita Hispanus.
Petrus Gregorius, Tolosanus Jurisconsultus.
Petrus Guerrero, Hispanus Archiepiscopus.
Petrus Gundisalvus Mansus, Episcopus Hispanus.
Petrus Hamerus, Jesuita Germanus.
Petrus de las Heras Llanos, Hispanus.
Petrus de Herrera, Doctor Hispanus.
Petrus Hernandez, Presbyter Hispanus.
Petrus Hispanus.
Petrus Hontoyus, Minorita Belga.
Petrus Hurtadus de Mendoza, Jesuita Hispanus.
Petrus de JesuMaria de la Serna, Ord. B. M. de Mer.
Petrus Ignatius vanden Bichebaer, Jesuita Belga.
Petrus à S. Josepho Cistercienses.
Petrus à S. Joseph Aucensis.
Petrus de S. Joseph, Augustinianus Hispanus.
Petrus Josset, Jesuita Gallus.
Petrus Justinellus, *Quoad nomen duplicatus.*
Petrus de Larios, Augustinianus Hispanus.
Petrus de Leguizamo, Dominicanus Hispanus.
Petrus Letten, Jesuita Belga.
Petrus Llerena Bracomontius Hispanus.
Petrus de Logroño Hispanus.
Petrus Lombardus, Magister Sententiarum Italus.
Petrus Lopez de Montoya, Doctor Hispanus.
Petrus de Lorca, Cistercienses Hispanus.
Petrus Loverel antiquus.
Petrus Louvet Divionensis, Dominicanus.
Petrus Loycx, Protonotarius Apostolicus.
Petrus de Loyer, Consiliarius Regis Gallus.
Petrus Luche Fajardus, Poëta Hispanus.
Petrus Lucidus à Valta, Gallus.
Petrus Luiandus, Hispanus.
Petrus Lyñan, Poëta Hispanus.
Petrus Machado, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Petrus Machado Coronel, Hispanus Doctor.
Petrus Maldonatus, Augustinianus Hispanus.
Petrus Manrrique, Minorita Hispanus.
Petrus Marchant, Minorita Belga.
Pettus Marchesse, Clericus Regularis Italus.
Petrus de S. Maria, Carmelita Hispanus.
Petrus Marius Baldinatus, Eugubinus.
Petrus Mariz, Hispanus.
Petrus Martyr de Angleria, Mediolanensis.
Petrus Martyr, Balneoregiensis Dominicanus.
Petrus Massarius, Protonotarius Apost. Italus.
Petrus Mattyeu, Carmelita Gallus.
Petrus Maturus, Jesuita.
Petrus Mauritius, aliàs Petrus Venerabilis.
Petrus de Medina, Ord. B. M. de Mercede Hisp.
Petrus Mercado Jesuita, Hispanus.
Petrus de Mexia, Minorita.
Petrus Michaël Carbonellus, Hispanus.
Petrus Michaëlis, Jesuita.
Petrus Migliodottius, Monach. Vallis-Umbrosę Ital.
Petrus Milhard, Benedictinus.
Petrus de Mirabal, Hispanus Episcopus.
Petrus Mon, Minorita Hispanus.
Petrus Monsalve Granatensis, Poëta Hispanus.
Petrus Montanus, Minorita Belga.
Petrus Montius, Doctor antiquus Italus.
Petrus du Mont, Doctor in utroque Jure.
Petrus du Mont-martre, Ordinis Cluniacensis Doct.
Petrus Moraga, Minorita Hispanus.
Petrus Morales, Jesuita Hispanus.
Petrus de Moya, Abbas Complutensis Hispanus.
Petrus Muranus Italus, Augustinianus.
Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus.
Petrus Navarrus, Minorita Hispanus.

Petrus

Petrus Nolaſcus, Fundator Ord. B. M. de Mercede.
Petrus Nomban, Ord. SS. Trinitatis Anglus.
Petrus Nuñez de Caſtro, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Ojeda, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Olivier Cabanes, Carmelita Gallus.
Petrus de Oña, Ord. B. M. de Mercede Hiſpanus.
Petrus de Oñate Toletanus, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Opmerus, Amſtellodamus Batavus.
Petrus de Ordeo-Monte, Epiſcopus Gallus.
Petrus Orozco, Minorita Epiſcopus.
Petrus de Otalora, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus Ovethuſio, Norbertinus Belga.
Petrus Oultremanno Valencenenſis, Jeſuita Belga.
Petrus Pachecus, Epiſcopus Hiſpanus.
Petrus de Padilla, Carmelita Hiſpanus.
Petrus Palominus, Poëta Hiſpanus.
Petrus Pamo de Valderrama, Ord. SS. Trinit. Hiſp.
Petrus Pantinus Toletanus.
Petrus Parzovius Polonus.
Petrus Paulus Biſſarius, Vicentinus.
Petrus Pazmanij, Jeſuita Archiepiſcopus.
Petrus Perea, Epiſcop. Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus Piedrola de Benavides, Poëta Hiſpanus.
Petrus Pilargius, Minorita poſtea ſummus Pontifex.
Petrus Pocqueti, Cœleſtinus Gallus.
Petrus Ponce de Leon, Epiſcopus Hiſpanus.
Petrus Poſnanienſis, Minorita Polonus.
Petrus Poſſinus, Jeſuita Italus.
Petrus Queval, Jeſuita Belga.
Petrus de Quintanilla & Mendoza, Minorita Hiſp.
Petrus de Quiros, Minorita Hiſpanus.
Petrus Rabbi, Auguſtinianus Doctor.
Petrus Ravennatis, Eques auratus Italus.
Petrus Reſchinger, Minorita.
Petrus de Rheggio, Minorita.
Petrus Rhemenſis, Dominicanus.
Petrus Ribadeneyra, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus de Ribadeneyra, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus du Rieu, Jeſuita Belga.
Petrus Rodulphius à Toſignano, Minorita Italus.
Petrus Roeſtius, Jeſuita Belga.
Petrus Romanus, Benedictinus Italus.
Petrus Roſarius, Hiſpanus.
Petrus Royuda, Carmelita.
Petrus Ruiz Alcholadus, Hiſpanus.
Petrus de Salas, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus de Salazar, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Salazar & Mendoza, Canonicus Hiſp.
Petrus Salmerius.
Petrus Sanchez, Canonicus Toletanus.
Petrus Sanchez, Poëta Hiſpanus.
Petrus Sanchez, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus de Santiago, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus de la Serna, Ord. B. M. de Mercede Hiſp.
Petrus Seucurable Harcurianus, Archidiaconus.
Petrus Sigler de Umbria, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Simancas, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus Simonis Tiletanus, Epiſcopus Belga.
Petrus Skarge, Jeſuita Polonus.
Petrus Solorzanus, Hiſpanus.
Petrus Soave Polonus.
Petrus à Stunica & Avellaneda, Peñarandę Comes.
Petrus Suarez de Caſtilla, Presbyter Hiſpanus.
Petrus Suarez de Eſcobar, Auguſtinianus.
Petrus Sutor, Carthuſianus.
Petrus de Tapia, Conſiliarius Regius Hiſpanus.
Petrus de Tapia, Archiep. Dominicanus Hiſpanus.
Petrus de Tardito Subaudus, Dominicanus.
Petrus Tartaretus, Theologus Anglus.
Petrus Terræ, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Tevar Aldana, Minorita Hiſpanus.
Petrus Thadæus Roſellius, Italus.
Petrus Thomas Aybar, Poëta Hiſpanus.
Petrus Thomas, Carmelita Patriarcha.
Petrus Thomas, Minorita Hiſpanus.
Petrus Thomas Saracinus, Carmelita Italus.
Petrus à Toledo, Marchio Villæfranchæ Hiſpanus.
Petrus de Torres, Ord. SS. Trinitatis Hiſpanus.
Petrus de Torres Ramilla, Doctor Hiſpanus.
Petrus Traveſionus, Carmelita Italus.
Petrus Trecenſis, ſive de Riga.
Petrus de Turonia, Minorita.
Petrus de Valdeclauſa, Doctor.
Petrus de Valderrama, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus Varaona de Valdivieſo, Minorita Hiſpanus.
Petrus de Vargas Machuca, Poëta Hiſpanus.
Petrus Vazquez, Minimus.
Petrus Veden Canoniſta.
Petrus de Vega, Auguſtinianus Hiſpanus.
Petrus de la Vega, Hieronymianus Hiſpanus.
Petrus de Velaſco, Clericus Hiſpanus.
Petrus Venetus, Dominicanus Hiſpanus.
Petrus Venetus, Auguſtinianus Italus.
Petrus de Verona, Sanctus Dominicanus.
Petrus de Victoria, Hiſpanus.
Petrus de Villagomez, Archiepiſcopus Hiſpanus.
Petrus Villarius, Beatus Ciſtercienſis.
Petrus Villarroel, Minorita Stillitanus Italus.
Petrus Vincentius de Marçilla, Benedictinus Hiſp.
Petrus Vonfantius, Italus.
Petrus de Vos Brugenſis, Auguſtinianus Belga.
Petrus de Vrieſe, Minorita Belga.
Petrus de Urteaga, Jeſuita Hiſpanus.
Petrus Uſimbardius, Epiſcopus Italus.
Petrus Waddingus, Jeſuita Hibernus.
Petrus de Waghenaer, Canonicus Belga.
Petrus Waſtelius, Carmelita Belga.
Petrus Wemmes, Carmelita Belga.
Petrus Ximenez de Cabredo, Minorita Hiſpanus.
P. F. G. C. D. Auctor Hiſpanus.
Philibertus Hareſch, Auguſtinianus Gallus.
Philippus Alberti de Nuſſia, Carmelita Germanus.
Philippus Alegambe, Jeſuita Belga.
Philippus Auſtriacus, Hiſpan. Rex hujus nominis II.
Philippus de Auſtria III. Hiſpaniarum Rex.
Philippus de Auſtria IV. Hiſpaniarum Rex.
Philippus de Ayala, Minorita Hiſpanus.
Philippus de Bagnacaballo, Minorita Italus.
Philippus Barragius, Minorita Gallus.
Philippus de Berlaymont, Jeſuita Belga.
Philippus Bernal, Norbertinus Hiſpanus.
Philippus Bernardus del Caſtillo, Poëta Hiſpanus.
Philippus Boroaldus, Bononienſis.
Philippus Bonæ Spei, Abbas Norbertinus.
Philippus Boskchierus, Minorita Belga.
Philippus Breſa, Hiſpanus.
Philippus Cagliola, Minorita Italus.
Philippus de Cartagena Gallus.
Philippus Chriſtophorus, Germanus Archiepiſc.
Philippus Clavi, Ord. B. M. de Mercede Hiſpanus.
Philippus à S. Columbano, Minorita Italus.
Philippus de la Cruz, Monachus S. Baſilij.
Philippus Diez, Minorita Hiſpanus.
Philippus Faber Faventinus, Minorita Italus.
Philippus Gamacheus, Doctor Sorbonicus.
Philippus de Graſſis, Presbyter Italus.
Philippus de Greve, Cancellarius Pariſienſis.
Philippus de Guimeran, Ord. B. M. de Merced. Hiſp.
Philippus ab Harvengh, Norbertinus Belga.
Philippus Labbe Bituricus, Jeſuita Gallus.

Philippus Jacobus de Renax, Jesuita Belga.
Philippus Kersbelle vel Resbellius, Carmel. Belga.
Philippus Kerspon, Carmelita.
Philippus Lyntermans, Minorita Belga.
Philippus de Mena, Poëta Hispanus.
Philippus de Meneses, Dominicanus Hispanus.
Philippus Moncæus, Jesuita Gallus.
Philippus de Monte Calerio, Minorita Gallus.
Philippus de Mori, Minorita Belga.
Philippus Orense Valdes, Poëta Hispanus.
Philippus de Outreman, Jesuita Gallus.
Philippus de Pergamo, Benedictinus Abbas.
Philippus Picinellus, Canonicus Regularis Italus.
Philippus Quintanilla, Norbertinus Hispanus.
Philippus Roche Kensaliensis, Minorita Hybernus.
Philippus de Rhotingo, Minorita Italus.
Philippus Rovenius, Archiepiscopus Philippensis.
Philippus de Salazar, Dominicanus Hispanus.
Philippus Salernus Siculus, Minorita Italus.
Philippus Sega, Episcopus Placentiæ.
Philippus Stancarius.
Philocalus Caputus, Carmelita Italus.
Philotheus, Patriarcha Constantinopolitanus.
Phocius, Patriarcha Constantinopolitanus.
Picardus N. Doctor Theologus.
Pietardeleus Rolelius de Iesi, Doctor Italus.
Pius, Archiepiscopus ac Sanctus Hispanus.
Pius Papa, hujus nominis Quartus.
Pius Papa Quintus, Dominicanus.
Placidus Anton. de Haro Sotomayor, Benedictinus.
Placidus de Baillon, Minorita Belga.
Placidus Myrtus Frangipane, Clericus Regularis.
Placidus Nigidus Siculus, Italus.
Placidus Padiglia à Neapoli, Congr. Cœlestinorum.
Placidus Reynosa, Benedictinus Hispanus.
Placidus Samperius, Jesuita Italus.
Placidus à Tosantos, Benedictinus Hispanus.
Pompeius Aragonius Romanus, ac Cardinalis.
Poncius Vaicionensis Episcopus, Gallus.
Porchetus de Salvaticis, Carthusianus Italus.
Pottier, Presbyter Gallus.
Pardus de la Canal, Licentiatus Hispanus.
Prædicatorum Ordo.
Præles le Barre, Gallus.
Proclus Cyzenius Sanctus, Græcus.
Procopius Gazæus vel Sophista, Doctor.
Prosper Spinula Italus, Episcopus & Comes.
Prosperus Martinengus, Monachus Italus.
Prosperus Urbanus Urbinas, Minorita Italus.
Protho Prutensis, Presbyter Germanus.
Prudentius, Poëta antiquus.
P. R. Augustinianus Gallus.
Psalteria diversa.
Ptolomeus Veltronius, Ord. S. Joan. Hierosolymitan.
Puget de la Serre, Gallus vel Belga.

Q

Quidam, sub hoc nomine ponuntur omnes Anonymi Auctores, quorum libris non affigitur nomen, & sunt 438.
Quintilius Vannicellus de Lugnano, Italus.

R

Rabanus Maurus, Archiepiscopus Benedictinus.
Radulphus de Rivio, Decanus Angrensis.
Ramonius Vivat, Poëta Valentinus.
Raphael Aversa à S. Severino, Clericus Regularis.
Raphael Bonellus, Archiepiscopus Ragusinus Ital.
Raphael della Columbe, Dominicanus Italus.
Raphael de la Fonte, Minorita Italus.
Raphael Geraldus, Doctor Hispanus.
R. Maufredus, Presbyter sæcularis Italus.
R. P. P. D. L. M. D. D. Gallus.
Raphael Peragallus, Italus.
Raphael Rastellius, Clericus Regularis Italus.
Raphael Riacius Savonensis Ligur, Cardinalis.
Raphael Zavenzonius, Poëta antiquus.
Raul de Montfiquet, Gallus.
Raymundus Carronus, Minorita Hybernus.
Raymundus Centillis vel Centelles, Canonic. Hisp.
Raymundus Lullius, Tertiar. S. Francisci Hispanus.
Raymundus Paschalius, Dominicanus.
Raymundus de Peña-fort, Dominicanus ac Sanctus.
Raymundus Rostagni, Carmelita Gallus.
Raymundus Scalæ-Dei Abbas Cisterciensis.
Raymundus de Tayllason, Gallus.
Raynerus Pisanus vel de Pisa, Dominicanus Italus.
Rederus de S. Michaële, Canonicus Hispanus.
Reginaldus Cavanao, Dominicanus Gallus.
Reginaldus Polus, Anglus ac Cardinalis.
Regna seu Provinciæ Mundi.
Religiones sacræ.
Remigius Florentinus, Poëta Italus.
Remigius Florentinus, Dominicanus Italus.
Remigius Rufus Candidus, Gallus.
Renatus Benedictus Angevin, Doctor Parisien.
Renatus à Castaneo.
Renhardus Lutz, Christopolitanus.
Reuvardus Magister, Belga.
Richardus Anglus.
Richardus Gibbonus, Jesuita Anglus.
Richardus à Sancto Laurentio, Cistercienſis.
Richardus Linze, Jesuita Hispanus.
Richardus de Mediavilla, Minorita Anglus.
Richardus Mediolanensis, Minorita.
Richardus Pampilotanus, Eremita Saxo.
Richardus de Pisis, Minorita.
Richardus Radulphus Syrac, Hibernus.
Richardus Smithæus, Episcopus Calcedonensis.
Richardus Stanihurtius, Hibernus.
Richardus Victorinus, Canon. Regul. Scotus.
Ricoldus Florentinus, Dominicanus.
Ritualia varia Ecclesiarum.
Robertus, absque alio cognomine.
Robertus Aquensis, Archiepiscopus Gallus.
Robertus Bellarminus, Jesuita S. R. E. Cardinalis.
Robertus Fosanus, Belga.
Robertus Francinettus, Italus.
Robertus Gaguinus, Ordin. SS. Trinitatis, Gallus.
Robertus Gobin, Gallus.
Robertus Grosetestus, Episcopus Anglus.
Robertus Guollin, Dominicanus Gallus.
Robertus de Hanyvel, Gallus.
Robertus Hardebius, Carmelita Anglus.
Robertus Hauport, Germanus.
Robertus Holkot, Dominicanus Germanus.
Robertus de Lizio, Minorita & Episcop. Italus.
Robertus de la Porta, Augustinianus Gallus.
Robertus Pulli, S. R. E. Cardinalis, Gallus.
Robertus de Russia, Minorita.
Robertus Stephanus, Gallus.
Robertus Turnerius Devonius, Germanus.
Rochus Pyrrhus, Doctor natione Siculus.
Rochus de Soberal, Ordinis Christi Hispanus.
Rodericus de Acuña, Episcopus Braccarensis.
Rodericus de Alcaraz, Poëta Hispanus.

Rodericus Alphonſus de Eſpinoſa, Doct. Hiſp.
Rodericus Alvarez, Minorita Hiſpanus.
Rodericus de Arriaga Lucronienſis, Jeſuita Hiſp.
Rodericus Borgia Lenzolius, Hiſpanus.
Rodericus Borgia, Hiſpanus.
Rodericus Caro, Hiſpanus.
Rodericus Carvajal & Robles, Poëta Hiſp.
Rodericus Cuntia, Archiepiſcopus Hiſpanus.
Rodericus Fernandez de Rivera, Poëta Hiſpanus.
Rodericus de Figueroa Sanz, Canon. Hiſpanus.
Rodericus Manrrique, Hiſpanus.
Rodericus Manrrique, Jeſuita Hiſpanus.
Rodericus Mendez, Poëta Hiſpanus.
Rodericus Mendoza Roxas & Sandoval, Hiſpanus.
Rodericus Ponze de Leon, Dux de Arcos.
Rodericus Ponze de Leon, Dux Marchenæ.
Rodericus de Portillo, Minorita Hiſpanus.
Rodericus de Salazar, Ord. SS. Trinitatis.
Rodericus de Solis, Auguſtinianus Hiſpanus.
Rodericus van Enden, Doctor Hiſpanus.
Rodericus Zamoranus, Magiſter Hiſpanus.
Rodulphus Agricola Frixius, Poëta antiquus.
Rodulphus Ardens, Doctor Pictavienſis.
Rodulphus Ceulemans, Ordinis Præmonſtratenſis.
Rodulphus Chiſius, Dominicanus Italus.
Rodulphus Clutius, Dominicanus Belga.
Rodulphus Langius, Canonicus Germanus.
Rodulphus Monaldus, Abbas Italus.
Rodulphus N. Gallus.
Rodulphus de Rivo, Tungrenſis Decanus.
Romanus Pariſienſis, antiquus Poëta.
Romanus à S. Philippo, Carmelita Belga.
Romanus Widman, Benedictinus.
Romualdus, Salernitanus Archiepiſcopus.
Roſa Betrian & Beamonte, fœmina Hiſpana.
Rothomagenſis Civitas.
Rualdevius N. Auctor antiquus.
Ruardus Tapper ab Incluſa, Belga.
Rubus Hanonius, Belga.
Ruffinus Aquileienſis, Presbyter.
Ruffinus Sacciotus de Racuta, Minorita Italus.
Rupertus Linconienſis, Minorita.
Rupertus de Ruſſia, Minorita.
Rupertus Tuitienſis, Abbas Benedictinus.
Rurgerus Dole, Canonicus Germanus.
Rutgerus Sicamber de Vernai, Clericorum Regul.
Rutilius Benzonius Romanus.

S

Sabbas Sanctus, Græcus.
Salazarius de Mendoza, Canonicus Hiſpanus.
Salvator Bartholucius, Minorita Italus.
Salvator Cadana, Minorita Italus,
Salvator de Leon Murcianus, Jeſuita Hiſpanus.
Salvator Vitalis, Minorita Sardus.
Samuel Buirette, Minorita Belga.
Samuel Caſſanienſis, vel de Caſſinis Minorita.
Samuel Loyarts, Doctor Belga.
Samuel Rabbinus, Hebræus.
Sanctius de Avila, Epiſcopus Hiſpanus.
Sanctius Matthias Zapata, Hiſpanus.
Sanctius à Porta, Dominicanus Hiſpanus.
Sanctius Zapata, Doctor Hiſpanus.
Sanetes à Pati, Minorita Italus.
Sanetus à Monte Sancti Sabini, Auguſtinianus Ital.
Scipio Agnellus Maffæus, Epiſcopus Italus.
Scipio Burgheſius, S. R. E. Cardinalis.
Scipio Cabellutius, Viterbienſis.
Scipio Geſualdus, Archiepiſcopus Italus.
Scipio Henicus, Poëta Italus.
Sebaſtianus Ammianus Fameſtren, Auguſtinianus.
Sebaſtianus Angilergues, Ord. SS. Trinitatis.
Sebaſtianus de S. Auguſtino, Ord. B. M. de Mercede.
Sebaſtianus Barradas, Jeſuita Hiſpanus.
Sebaſtianus Beretarius, Jeſuita.
Sebaſtianus Brant Ticio, Germanus.
Sebaſtianus Fageus, Italus.
Sebaſtianus Fantonius, Carmelita.
Sebaſtianus Fievet, Minorita Belga.
Sebaſtianus Franciſcus de Medrano, Hiſpanus.
Sebaſtianus Gomeſius à Figaredo, Hiſpanus.
Sebaſtianus Hugolinus, Abbas.
Sebaſtianus Izquierdo, Jeſuita Hiſpanus.
Sebaſtianus Maccius Durantinus, Comes Palatinus.
Sebaſtianus de Matos de Noronha, Epiſcopus.
Sebaſtianus Medicæus Florentinus, Juriſc. Italus.
Sebaſtianus Moguntinus, Archiepiſcopus.
Sebaſtianus de Nieva Calvus, Hiſpanus Poëta.
Sebaſtianus Novaes, Jeſuita Hiſpanus.
Sebaſtianus Nutus Eugubinus, Doctor Italus.
Sebaſtianus Perez, Epiſcopus.
Sebaſtianus de la Plata, Dominicanus Hiſpanus.
Sebaſtianus Quirinus, Ordinis Cruciferorum.
Sebaſtianus Verrondes, Præpoſitus Friburgenſis.
Sebaſtianus Vongeſcus, Ord. Servorum B. M. Piſtor.
Sebaſtianus Vizente de Villegas, Licentiatus Hiſp.
Sedulius Scotus, Hibernus.
Seminarium Rom. Clericorum.
Senſatus, Doctor antiquus.
Seraphinus de Bononia, Canon. Regul. Italus.
Seraphinus Caballus de Brixia, Dominicanus Ital.
Seraphinus Cappónius à Porrecta, Dominicanus.
Seraphinus Cumeranus Feltrenſis, Minorita.
Seraphinus Legius Panormitanus, Minorita Hiſp.
Seraphinus de Moraviâ Aretinus, Minorita Italus.
Seraphinus Pagnius à Sancta Mamma, Minorita Ital.
Seraphinus Razzi, Dominicanus Italus.
Sergius Hieropolita, Græcus.
Sethus Calviſius.
Severinus Lubomlio, Dominicanus Polonus.
Severus Alexandrinus, natione Græcus.
Sforcia Palavicinus, Jeſuita ac Cardinalis Italus.
Sigiſmundus Imperator.
Sigiſmundus, Tertius Poloniæ ac Sueciæ Rex.
Silvanus Razzi, Monachus Camaldulenſis.
Silveſter de Cabrera, Poëta Hiſpanus.
Silveſter à S. Demetrio, Minorita Italus.
Silveſter à Petra ſancta, Jeſuita Italus.
Silveſter de Saavedra, Ord. B. Mariæ de Mercede.
Silveſter à Sancta Severina, Minorita Italus.
Silveſter Steier Leovallus, Germanus.
Silvius Serragli de Petra ſancta, Italus.
Simeon Metaphraſtes, Græcus.
Simeon, Narbonenſis Archiepiſcopus.
Simon, Cancellarius Pariſienſis.
Simon de Caſſia, Auguſtinianus Italus.
Simon Cohelo, Carmelita Hiſpanus.
Simon du Corroy, Cœleſtinus Gallus.
Simon Cremonenſis, Auguſtinianus.
Simon de Cunha, Jeſuita Hiſpanus.
Simon Diaz Frias, Hiſpanus.
Simon Fagellius Villaticus, Poëta Bohemus.
Simon Fontanus, Minorita.
Simon Jordens, Minorita Belga.
Simon Iſlepe vel Iflebbus, Archiepiſc. Cantuarienſis.
Simon Martin, Minorita Gallus.
Simon Mephan, Archiepiſcopus Cantuarienſis.
Simon de Meſſa & Fonſeca, Eques Hiſpanus.

Simon

Simon de Roxas, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus.
Simon Saulius, Presbyter Hiſpanus.
Simon de Sepulveda, Canonicus Hiſpanus.
Simon de Souſa, Hiſpanus.
Simon Starovolſcius, Primicerius Tarnovienſis.
Simon Verepæus, Belga.
Simon Vigor, Archiepiſcopus Narbonenſis Gallus.
Simon Wangnereckius, Jeſuita Germanus.
Siſinandus Gothus, atque Hiſpaniarum Rex.
Sixtus Papa Quartus, Minorita.
Sixtus Papa Quintus, Minorita.
Sixtus de Riparolo, Minorita Italus.
Sophronius Græcus.
Sophronius Hieroſolymitanus, Sanctus.
Spiritus Lazarinus, Auguſtinianus Italus.
Spiritus Vicentinus, Auguſtinianus.
Staniſlaus Grodicius, Jeſuita Polonus.
Staniſlaus Hoſius, Cardinalis ac Epiſcopus.
Staniſlaus Karnkowski, Epiſcopus.
Staniſlaus Socolovius, Canonicus Cracovienſis.
Staniſlaus Witgunskius, Minorita Polonus.
Stellarium Archiconfraternitatis Concept.
Stephania de la Encardacion, Monialis S. Claræ.
Stephanus de Aguilar & Zuñiga, Doctor Hiſpanus.
Stephanus de Avila, Jeſuita Hiſpanus.
Stephanus Baſens à Gama, Vidiguarenſium Comes.
Stephanus Binet, Jeſuita Gallus.
Stephanus Bruliferus, aliis Brulefer, Min. Britannus.
Stephanus Corbora, Hiſpanus.
Stephanus Daoiz, Canonicus Hiſpanus.
Stephanus Duarte, Carmelita Hiſpanus.
Stephanus Ferrovilh, Minorita Gallus.
Stephanus de Garibay & Zamallo, Hiſpanus.
Stephanus Gerung de Bretten, Germanus.
Stephanus Guerry, Jeſuita Gallus.
Stephanus Iſnardus, Ord. Minimorum Gallus.
Stephanus Mattoni, Italus.
Stephanus Mediolanenſis de Poperia, Dominican.
Stephanus Mendez, Dominicanus Hiſpanus.
Stephanus Molinerius, Doctor Toloſanus.
Stephanus Pagnius à S. Maria.
Stephanus Palmerius, Romanus.
Stephanus Paris, Dominicanus ac Epiſcopus Gall.
Stephanus de Paternina, Jeſuita Hiſpanus.
Stephanus Poncherio, Epiſcopus Pariſienſis.
Stephanus Quaranta, Italus.
Stephanus Ruiz Aguadus, Poëta Hiſpanus.
Stephanus Saybata, Sanctus ac Græcus.
Stephanus de Salazar, Carthuſianus Hiſpanus.
Stephanus Tricaſſinenſis, Epiſcopus Gallus.
Stephanus Tuccius, Ordinis ..... Italus.
Stephanus Weberus, Canonicus Germanus.
Stephanus Weyms, Doctor Flander.
Stineus de Corde, Poëta Hiſpanus.
Strabo Fuldenſis, Monachus Teutonicus.
Suicardus Beeck, Minorita Germanus.
Sulpicius Peſancius Belda, Doctor Hiſpanus.
S. du Verdier, Gallus.
Syncellus, Presbyter Græcus.
Synodalia Eccleſiarum.

T

Talpiteus N.
Tharaſius Conſtantinopolit. Patriarcha ac Sanctus.
Theodardus Paulus Bolſwerdienſis, natione Friſo.
Theodoretus Epiſcopus, Beatus ac Græcus.
Theodoricus Greſemundus Junior, Germanus.
Theodoricus de Monaſterio, Minorita Germanus.
Theodoricus Wingge, Auguſtinianus Germanus.
Theodorus Abucara, Epiſcopus Cariæ, Græcus.
Theodorus ab Alckemade, Jeſuita Belga.
Theodorus Balſamon, Græcus.
Theodorus Duca Laſcari, Græcorum Imperator.
Theodorus Heracleota, Græcus.
Theodorus Hieroſolymitanus Patriarcha.
Theodorus Methochita, Doctor antiquus Græcus.
Theodorus Novus ſive Neot, Sanctus ac Græcus.
Theodorus Peltanus, Jeſuita.
Theodorus Petrejus, Carthuſianus.
Theodorus Sincellus, dictus Presbyter, Græcus.
Theodorus Smiſing, Minorita Germanus.
Theodorus Studita, Abbas Græcus.
Theodorus Walleus.
Theodoſius, Brigantiæ Dux, Hiſpanus.
Theodorus Ancyranus, Epiſcopus Græcus.
Theoleptus, Philadelphienſis Metropolita.
Theophanes Nicænus, Archiepiſcopus Græcus.
Theophilus N. Doctor antiquus.
Theophilus Raynaudus, Jeſuita Gallus.
Theophilus Vicedominus, Peccator.
Thereſia Henriquez, Hiſpana.
Thereſia de Jesu, Ordinis Carmelitar. Sancta Hiſp.
Theſeus Manſuetus de Urbino, Canonic. Reg. Italus.
Theſiphon Sanctus Martyr.
Thirſus Gonzalez, Jeſuita Hiſpanus.
Thomas de Aguiar, Poëta Hiſpanus.
Thomas de Ales vel Halenſis, Minorita Anglus.
Thomas Anglicus, Dominicanus ac Cardinalis.
Thomas Apoſtolus, natione Galilæus.
Thomas de Aquino, Angelicus Doctor S. Domin.
Thomas de Aquino, Doctor Hiſpanus.
Thomas de Aquino Neapolitanus, Clericus Regul.
Thomas ab Argentina, Auguſtinianus.
Thomas Attrebatenſis, Flander.
Thomas Bartonius, Anglus.
Thomas Bauxamis, Carmelita Gallus.
Thomas Boſius, Italus.
Thomas Bottinus de Luca, Dominicanus Italus.
Thomas Britus, Minorita.
Thomas Campanella, Dominicanus Italus.
Thomas del Campo Ochoa, Doctor Hiſpanus.
Thomas Ciſtercienſis Gallus, ex Benedictinis.
Thomas Dekens, Jeſuita Belga.
Thomas Ebendorffer de Haſelbach, Germanus.
Thomas Elias Hudizzoni Genuenſis, Dominic.
Thomas de Eſpina, Dominicanus.
Thomas Frances de Urritigoiti, Minorita Hiſpan.
Thomas Gonzalez, Dominicanus.
Thomas Herrera, Auguſtinianus.
Thomas Hieroſolymitanus Patriarcha, B. Græcus.
Thomas Hibernus, Minorita.
Thomas de Jesu, Auguſtinianus Hiſpanus.
Thomas de Jesu, Carmelita Hiſpanus.
Thomas Illyricus de Auximo, Minorita Italus.
Thomas Jeorgius, Dominicanus.
Thomas Jorſius Anglus, Dominicanus; *duplicat.*
Thomas a Kempis, Canon. Regul. Germanus.
Thomas, Minorita Gallus.
Thomas Manrrique, Dominicanus Hiſpanus.
Thomas de Mantua, Minorita Italus.
Thomas Maſſucius, Jeſuita Italus.
Thomas de Monzabal, Norbertinus Hiſpanus.
Thomas Murnerius, Minorita Germanus, *in Append.*
Thomas N. Academicus Viennenſis.
Thomas N. Plebanus Germanus.
Thomas à Novaria, Minorita Italus.
Thomas Ordoñez, Hiſpanus.
Thomas de Ortega, Doctor Hiſpanus.

Thomas Porceachus, Doctor Italus.
Thomas Ramon, Dominicanus Hispanus.
Thomas Salius, Jesuita Belga.
Thomas Sirinus, Minorita Hibernus.
Thomas Stapletonius, Doctor Anglus.
Thomas Tamayus de Vergas, Hispanus.
Thomas Treterus, Canonicus Germanus.
Thomas de Truxillo, Dominicanus Hispanus.
Thomas Ubertinus.
Thomas de Vega, Poëta Hispanus.
Thomas Vice-Componensis, Episcopus Moguntin.
Thomas à Villacastin, Jesuita Hispanus.
Thomas à Villa-Nova, Augustinianus ac S. Hisp.
Thomas Waldensis, Carmelita Anglus.
Thomas Wasinghamus, Benedictinus Anglus.
Thomas Zerola Beneventanus, Minorita ac Episc.
Thomasius Galiardus à Geraze, Minorita Italus.
Tiberius Garrafa, Bisinianus Princeps Italus.
Tilmandus Dulmanensis, Canonicus Germanus.
Tilmannus Sibergensis, Dominicanus Flander.
Timotheus de Ciabra Pimentel, Carmelita Hispan.
Timotheus Hierosolymitanus.
Tiphernus N. Poëta antiquus.
Titus, Bostrorum Episcopus.
Toussaint Bridoul, Jesuita Belga.
Trebellius N. Dominicanus.
Tristanus Barbosa de Carvalho, Hispanus.
Tristan L'Hermite, Gallus.
Tristandus de Lescaigne, Presbyter.
Tucius de Tuciis, Juris utriusque Doctor.
Turano Vekiti, Juris utriusque Doctor.
Turinus le Feure Jesuita Gallus.
Turius Rufus Asterius, Poëta antiquus.
T. W. A. sub istis litteris Auctor.

V

Valentina Pinelo, Monialis S. Leandri Hispana.
Valentinus à S. Amando, Carmelita.
Valentinus de Erize Pampilonensis, Jesuita Hisp.
Valentinus Gerardus, Doctor Gallus.
Valentinus Leuchtius vel Levethius, Germanus.
Valentinus Mantuanus, Minorita Italus.
Valerius de S. Joanne Baptista, Augustinianus Ital.
Valerius Malagutius de Valeriis.
Valerius Piquier, Jesuita Hispanus.
Valerius Polydorus, Minorita Italus.
Udalricus Gernich, Doctor Gallus.
Venantius Honorius Clementianus Fortunatus.
Vigilius Beatus.
Vincentius Artianus, Minorita.
Vincentius Auructus de Todi, Doctor Italus.
Vincentius Bertidus, Minorita Italus.
Vincentius Blasæus de Lanuza, Doctor Hispanus.
Vincentius Brigantius, Presbyter Italus.
Vincentius Brunus, Jesuita Italus.
Vincentius Burgundus, Dominicanus ac Episcop.
Vincentius Carrasa, Jesuita Italus.
Vincentius Cassali, Episcopus Italus.
Vincentius de Cassali, Dominicanus Italus.
Vincentius Ciconia, Presbyter Italus.
Vincentius Doesmier, Doctor Medicus Gallus.
Vincentius Crespus de Moya, Poëta Hispanus.
Vincentius Espinel, Poëta Hispanus.
Vincentius Estevanez, Episcopus Pacensis.
Vincentius Ferrer, Dominicanus ac Sanctus Hisp.
Vincentius Ferrinus de Castelnovo, Dominicanus.
Vincentius Filiucius, Jesuita Italus.
Vincentius Gilbertus, Clericus Regularis Italus.
Vincentius Gramigna, Italus.
Vincentius de Guevara, Poëta Hispanus.
Vincentius Henesbergius, Dominicanus.
Vincentius Justinianus Antist, Dominicanus Hisp.
Vincentius Landinellus, Episcopus Italus.
Vincentius Martinellus, Dominicanus Episc.
Vincentius de Miravel Florcadel, Doctor Hispan.
Vincentius Moles, Doctor Hispanus.
Vincentius Muc, Chronista Hispanus.
Vincentius Picinus, Italus.
Vincentius Purpura, Dominicanus Italus.
Vincentius Regius, Jesuita Italus.
Vincentius Richardus, Clericus Regularis Italus
Vincentius vel Wernerus Rolevinck, Carthusianus.
Vincentius Sabaster, Minorita Hispanus.
Vincentius Sarcianus, Minorita Italus.
Vincentius Tancredo, Jesuita Italus.
Vincentius Varalis Italus.
Vincentius à Zapata, Hispanus.
Virgilius Ceparius, Jesuita Italus.
Vitalis Theronus, Jesuita Gallus.
Vitalis Adriasius de Ragusio, Minorita.
Vitus Pizza de Claramonte Siculus, Minorita.
Ulysses de Arivabena, Prothonotarius Apostolicus.
Universitates omnes totius Orbis.
Vota seu Juramenta.
Urbanus de Mellico, Canonicus.
Urbanus de Oyst, Belga.
Urbanus Papa Octavus.
Urbanus Papa Quartus.
Ursula Benincasa, fœmina Itala.
Usuardus vel Isuardus, Benedictinus Gallus.
Walambosus Merio, Hispanus.
Waldericus Pindor, Doctor Theologus.
Wamba, Rex Hispaniæ.
Wernerus, Abbas Benedictinus.
Werricus N.
Wifredus, secundus Comes Barchinonensis.
Wigandus Cauponis, Dominicanus.
Wiguleus Hunt à Sucelmos, Jurisconsultus.
Wilhelmus Damasus, Episcopus Lindanus.
Wilhelmus, Monachus Affligemensis.
Wivina Virgo Brabantina.
Wladislaus, quartus Poloniæ Rex.
Wolfgangus Guilielmus, Comes Palatinus Rheni.
Wolfgangus Kilian, Germanus.
Wolfgangus Soccius, Doctor Theologiæ Germ.

X

Xerez de la Frontera, Civitas in Hispania.

Y

Yñigus de Lodosa Navarra, Jesuita Hispanus.
Yvo Antonius Turpin, Minorita.
Yvo Carnotensis Episcopus Gallus.
Yvo Parisinus, Minorita Gallus.

Z

Zacharias Boverius, Minorita Italus.
Zacharias, Chrysopolytanus Episcopus.
Zacharias Ferrerius Vicentinus, Italus.
Zacharias Gardiensis, Episcopus.
Zacharias Lipeloo, Carthusianus Germanus.
Zacharias N. Canonista.
Zacharias Pasqualigius, Clericus Regularis Italus.
Zeno Veronensis, Episcopus ac Sanctus.
Zid Diaz, Doctor Hispanus.

INDEX SECUNDUS
EX AVCTORIBVS PRÆTERMISSIS in Militia, & contentis in Appendice.

A

Adrianus Oyen, *adde Colum. 185.*
Albertus de Saxonia, Augustinianus Episcopus.
Andreas de Lauge, Minorita Gallus.
Andreas Lopez Tello, Presbyter Hispanus.
Andreas Losson, Jesuita Belga.
Andreas de Weyta, Theologiæ Professor.
Anselmus de Vienna, Minorita Germanus.

B

Bartholomæus, absque alio cognomine.
Bernardinus Senensis; *adde Col. 185.*

C

Christophorus Mayer, Jesuita Italus.
Conradus de Hildesein Theologus Germanus.
Cornelius de Senekis, Dominicanus, *adde Col. 311.*

F

Florus Belga.
Franciscus Beyan, Doctor Hispanus.
Franciscus Haraldus, Minorita Hibernus. *Col. 1534.*
Franciscus Mackirnam, Minorita.
Franciscus Zepeda, Jesuita Hispanus.

G

Gaspar de Moncada, Jesuita Hispanus.
Gerardus Branth, Doctor Germanus.
Gregorius Sanchez, Minorita Hispanus.

H

Henricus Langestein de Hassia, *adde Col. 592.*
Henricus de Oyta Germanus, Doctor Gallus.

I

Jacobus de Norimberga, Dominicanus Germanus.
Ildephonsus de Villalobos, Dominicanus Hispanus.
Joannes Camers, Minorita Germanus.
Joannes de Cisneros, Benedictinus Hispanus.
Joannes Decretorum Doctor.
Joannes Gans, Jesuita Germanus.
Joannes de Gemmunda, Germanus.
Joannes Hueffnagl, Germanus.
Joannes Hymmel, Doctor Germanus.
Joannes Ludovicus Schonleben, Germanus.
Joannes Nider Sueuus, Dominicanus.
Joannes de Palomar, Archidiaconus Hispanus.
Joannes Paulus Oliva, Jesuita Italus.
Joannes Pomer Wildauw, Doctor Germanus.
Joannes Trap Austriacus, Doctor Viennensis.
Jodocus Weyler de Hailburna, Germanus.

L

Lambertus de Geldria, Doctor Germanus.
Lucianus N. Auctor antiquus.

M

Marina de Escobar, fœmina Hispana.
Martinus Eysengrein, Germanus *emendatus.*
Martyrologium, hoc est, Martyrum recensio.
Matthæus Trajecti, Germanus.
Michaël de Butzendach, Benedictinus Germ.
Michaël Ayguanus, Carmelita, *adde col. 1050.*
Michaël Suchenschatz, Doctor Germanus.
M. Pilgrinus, Dominicanus Germanus.

N

Nicolaus de Dunckelspuhl, Doctor Germanus.
Nicolaus Gilles, Gallus.
Nicolaus de Grætz, Doctor Germanus.
Nicolaus de Creutzenach, *adde colum. 1095.*

O

Officia Ecclesiastica antiqua prætermissa.

P

Paulus Guillebaut, Minorita Belga.
Paulus Blasianus, Theologus Germanus.
Paulus Wann de Kennrat, Presbyter Germanus.
Petrus Abbas S. Remigij.
Petrus Engelhart de Herberstorff, Canon. Germ.
Petrus Gonzalez Galindo, Jesuita Hispanus.
Petrus Gottfardt, Germanus.
Petrus de Magarola, Episcopus Hispanus.
Petrus de Pirchenwart, Doctor Germanus.
Petrus Tzach de Pulka, Austriacus.
Philippus Relius, Minorita Hibernus.

Q

Quidam Auctores diversi Anonymi.

R

Rutgerus Dole, Canonicus Germanus.

Z

Zacharias Ignatius Trickelius, Jesuita Germanus.

PROTESTATIO AUCTORIS

JUXTA DECRETUM SACRÆ Congregationis Sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis, anno 1625. edito, & anno 1631. declarato, ac tandem anno 1634. confirmato.

CVm omnia ac singula quæ continentur in ista Militia Immaculatæ Conceptionis, fuerint extracta & ad litteram transcripta ex Auctoribus tam antiquis quàm modernis, in supra positis Indicibus relatis, quos ut in plurimum optimæ notæ ac fide dignos existimamus: tamen hujusmodi relationibus circa Miracula, Revelationes, Gratias, Indulgentias, Officia Ecclesiastica, Orationes atq; Deprecationes, &c. nullam aliam auctoritatem tribuere volumus, præter illam quæ ab ipsis Scriptoribus, aut alijs humanis Historijs tribui debet & solet. Et quamvis nonnulla Miracula & Revelationes sumpserimus ex Officijs, aut alijs scriptis à Sede Apostolica approbatis; nullatenus eorum certitudinem ad ulteriorem gradum promovere studemus, quàm illum, in quo ipsius Sanctæ Sedis approbatione fuerunt collocata. Reliquis verò privatorum monumentis eam tantum fidem habemus, & haberi velle protestamur, quæ merè humanis testimonijs æquum sit deferri: ita ut per hoc nostrum scriptum via ad novum cultum non aperiatur, nec ad canonizationem, beatificationem, miraculi comprobationem, martyrij vel sanctitatis opinionem, aut famam alicui conciliandam gradus fiat; sed omnia ad religionem, venerationemq; spectantia in eodem statu & terminis maneant, ac si hoc nostrum scriptum non prodijsset. Ita sanctè juxta prædictas Apostolicas Constitutiones testamur & profitemur, omnia Sedis Apostolicæ judicio & correctioni summo affectu, & animi demissione subijcientes.

Frater Petrus de Alva & Astorga,
Ordinis Minorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX TERTIUS
SACRÆ SCRIPTURÆ.

Primus numerus indicat caput, secundus versiculum, & ultimus est columnæ.

Genesis.

1. 2. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Col. 1434.
3. *Facta est lux.* Col. 1463.
10. *Congregationes aquarum appellavit maria.* 320.
16. *Fons ascendebat de terra.* 1100.
28. *Masculum & fœminam creavit eos; benedixitq; illis Deus & ait: Crescite & multiplicamini.* 1417.
2. 10. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.* 771. 854.
22 *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* 1459.
23 *Ædificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem.* 1496.
3. 3. *Lignum vitæ in medio paradisi.* 854.
15. *Ponam inimicitias inter te & mulierem, &c. ipsa conteret caput tuum.* 13. 26. 105. 470. 519. 556. 584. 632. 638. 640. 675. 705. 708. 759. 764. 830. 875. 975. 1031. 1137. 1220. 1401. 1408. 1410. 1426. 1497. 1499.
16. *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios.* 69. 598. 913. 1365.
7. 18. *Multiplicatæ sunt aquæ & elevaverunt arcam in sublime.* 1411.
19. *Pulvis es & in pulverem reverteris.* 692. 704.
15. 1. *Noli timere Abram.* 38.
17. 7. *Hoc est pactum (legit testamentum) quod statuam inter me & te.* 554.
24. 44. *Ipsa est mulier quam præparavit Dominus filio Domini mei.* 1036.
28. 15. *Reducam te in terram hanc.* 83.

Exodi.

15. 3. *Dominus quasi vir pugnator.* 1459.
20. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam.* 1048. 1306. 1314.
30. 35. *Facies thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter & purum & sanctificatione dignissimum.* 854.
34. 7. *Dominator Domine Deus nullus apud te per se innocens est.* 197.

Numerorum.

24. 17. *Orietur stella ex Iacob.* 23. 486. 1239.

Josue.

10. 13. *Stetit sol in medio cœli & non festinavit occumbere spatio unius diei.* 5.

2. Regum.

23. 4. *Sicut lux auroræ oriente sole manè absq; nubibus rutilat.* 1463.

3. Regum.

2. 20. *Pete mater mea.* 1312.
18. 44. *Ecce nubecula parva.* 808. 809.
19. 18. *Dereliqui mihi in Israel septem millia virorum quorum genua non sunt curvata ante Baal.* 1521.

4. Regum.

20. 11. *Invocavit Isaias Propheta Dominum & reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus.* 5.

1. Paralipomenon.

29. 1. *Opus grande est.* 678. 705.

Tobias.

4. 3. *Fili honorem habebis matri tuæ omnibus diebus.* 1308.
7. 7. *Benedictio tibi sit fili mi quia filius es optimi viri.* 975.

Judith.

11. 19. *Non est talis mulier super terram.* 568.
13. 20. *Vivit Dominus quoniam custodivit me Angelus ejus & hinc euntem & ibi commorantem & inde huc revertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.* 4. 27. 140.
14. 16. *Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor.* 708.
15. 10. *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* 930.

Esther.

8. 16. *Nova lux oriri visa est.* 66.

Job.

1. 19. *Effugi ego solus ut nuntiarem tibi.* 705.
3. 2. *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* 3. 787. 862. 976. 1422.
9. *Exspectet lucem & non videat nec ortum surgentis auroræ.* 6. 862. 1039.
7. 18. *Visitas eum diluculo.* 434.
20. *Peccavi, quid faciam tibi.* 1363.
14. 1. *Homo natus de muliere.* 765.
4. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es?* 822. 826. 859.
15. 14. *Quid est homo ut immaculatus sit & ut justus appareat natus de muliere.* 875.
15. *Cœli non sunt mundi in conspectu ejus.* 1432.
28. 16. *Non conferetur lapidi sardonichio pretiosissimo.* 1361.
12. *Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo?* 1362.
38. 22. *Numquid ingressus es thesauros nivis?* 3.

Psalmorum.

1. 3. *Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* 1372.
6. 2. *Domine ne in furore tuo arguas me.* 83.
10. 9. *Dominus in templo sancto suo.* 134.
13. 2. *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum.* 487. 765. 1335. 1368.
14. 2. *Qui ingreditur sine macula & operatur justitiam.* 317. 887. 1438.
6. *Etenim hæreditas mea præclara est mihi.* 586.
15. 10. *Non dabis animam meam in inferno, nec sanctum tuum videre corruptionem.* 1431.
18. 6. *In sole posuit tabernaculum suum.* 1439.
21. 7. *Ego autem sum vermis.* 62. 1042.
30. 8. *Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici.* 386.
44. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum.* 311. 1024.
9. *Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis à domibus eburneis.* 41.
10. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* 464. 1432.
45. 5. *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.* 4. 12. 67. 457. 568. 632. 739. 746. 774. 973. 1062. 1369. 1411. 1461. 1514. 1527.
6. *Deus in medio ejus non commovebitur: adiuvabit eam Deus manè diluculo.* 42. 508. 706. 759. 916. 1439.
50. 3. *Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* 575.

7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. 3. 82. 98. 259. 337. 392. 461. 574. 587. 650. 689. 762. 786. 808. 846. 1176. 1311. 1421.
64. 2. Tibi silentium, laus Deo in Sion. 895.
71. 6. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. 65. 853. 1381.
73. 12. Operatus est salutem in medio terræ. 70.
16. Tu fabricatus es auroram & solem. 185.
77. 14. Deduxit eos in nube diei. 617.
84. 2. Benedixisti Domine terram tuam. 645. 854. 1373.
12. Veritas de terra orta est. 626.
86. 5. Homo natus est in ea & ipse fundavit eam Altissimus. 67. 1216. 1490. 1499.
88. 10. Tu dominaris potestati maris. 182.
92 2. Parata sedes tua ex tunc. 204.
5. Domum tuam decet sanctitudo. 505. 787. 851. 976. 1240. 1449.
96. 11. Lux orta est justo & rectis corde lætitia. 1463.
101. 21. Dominus de cœlo in terram aspexit, &c. 254.
103. 3. Extendens cœlum sicut pellem. 1445.
111. 4. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors miserator & justus Dominus. 1520.
113. 3. Iordanis conversus est retrorsum. 919.
117. 24. Hæc est dies. 1362.
118. 1. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. 887.
176 Erravi sicut ovis quæ perijt. 63.
131. 17. Paravi lucernam Christo meo. 774.
138. 1. Domine probasti me & cognovisti me. 1214.
147. 12. Quoniam confortavit seras portarum tuarum. 170.

Proverbiorum.

8. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum. 1437.
23. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra fieret. 204. 1036.
24. Nondum erant abyssi. 26. 90. 133. 448. 575. 1056. 1460. 1492. 1526.
9. 1. Sapientia ædificavit sibi domum. 407. 644. 678. 691. 854. 974. 1100. 1495. 1514.
17. 6. Corona senum filij filiorum. 975.
20. 9. Quis potest dicere mundum est cor meum? 875.
25. 4. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. 26. 306. 337. 569. 600.
31. 14. Facta est quasi navis institoris de longè portans panem suum. 670.
30. 18. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. 1489.

Ecclesiastes.

1. 7. Omnia flumina intrant in mare. 854.
4. 10. Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se. 1387.
12. Funiculus triplex difficilè rumpitur. 478.
7. 21. Non est homo justus in terra, qui faciat bonum & non peccet. 1337.
9. 1. Nescit homo utrũ amore an odio dignus sit. 1337.

Canticorum.

1. 1. Osculetur me osculo oris sui. 708.
3. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. 1210.
8. Equitatui Pharaonis assimilavi te amica mea. 312.
11. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. 929.
12. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. 1212.
16. Lectulus noster floridus. 40. 122. 929.
2. 1. Ego flos campi. 626.
2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. 3. 574. 772. 1097. 1370. 1485.
6. Læva ejus subcapite meo. 1468.
10. Surge amica mea. 1266.
14. Facies tua decora. 4.
3. 6. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus, &c. 917. 1211.
9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon ex lignis libani. 41. 1211. 1483.
11. Egredimini filiæ Sion. 313.
4. 1. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. 1025. 1428.
6. Oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet. 895.
Vadam ad montem myrrhæ. 1211.
7. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. 19. 20. 21. 24. 41. 43. 58. 66. 71. 77. 91. 110. 111. 141. 162. 192. 200. 220. 260. 275. 331. 341. 343. 398. 482. 498. 501. 509. 515. 516. 569. 602. 611. 626. 633. 634. 642. 644. 648. 653. 670. 702. 705. 708. 734. 746. 759. 775. 778. 791. 794. 838. 850. 851. 853. 893. 927. 930. 1039. 1055. 1102. 1148. 1151. 1162. 1187. 1191. 1222. 1242. 1264. 1266. 1360. 1362. 1369. 1375. 1389. 1411. 1423. 1439. 1449. 1453. 1468. 1485. 1527. 1532.
12. Hortus conclusus soror mea sponsa. 192. 773. 1488.
5. 1. Messui myrrham meam. 773.
6. Pessulum ostij mei aperui. 1211.
6. 3. Decora sicut Ierusalem. 1429.
8. Una est Columba mea. 1572.
Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicaverunt. 312.
9. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum, acies ordinata. 7. 67. 105. 185. 254. 569. 602. 883. 1028. 1252. 1411. 1450.
7. 1. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. 158. 705. 1426.
2. Iunctura femorum tuorum sicut monialia quæ fabricata sunt manu artificis. 1215.
Umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis. 1215.
Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. 574. 1215.
4. Nasus tuus sicut turris Lybani. 195.
6. Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis. 340.
7. Statura tua assimilata est palmæ. 342.
8. 5. Sub arbore malo suscitavi te. 1211.
8. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. 929.

Sapientiæ.

1. 4. In malevolam animam non introibit sapientia. 516. 1361.
4. 1. Nec habitabit in corpore subdito peccatis. 516. 913.
7. 16. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. 1101.
Candor lucis æternæ & speculum sine macula. 311. 1039.
14. 5. Propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas. 1372.

Ecclesiastici.

1. 6. Radix Sapientiæ cui revelata est? 1446.
3. 13. Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij

filij pater sine honore. 975.
24. 5. Ego ex ore altissimi prodivi. 909.
7. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. 113.
11. In omnibus requiem quæsivi, & in hæreditate domini morabor. 150. 586.
14. Ab initio & ante sæcula creata sum. 204. 657.
15. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi. 67.
16. Radicavi in populo honorificato. 989.
In plenitudine Sanctorum detentio mea. 427.
18. Quasi palma exaltata sum in Cades. 342. 574.
Quasi plantatio rosæ in Iericho. 19. 597.
21. Quasi Libanus non excisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odorem meum. 204.
23. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. 1484.
31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt 290. 1233.
41. Ego quasi fluvius. 854.
41. 7. A luna signum diei festi. 1411.
50. 6. Quasi luna plena in diebus suis lucet. 1388.
51. 4. 1442. Liberasti me Domine secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. 119. 587.

Isaiæ.

7. 14. Ecce virgo concipiet & pariet filium. 320. 1225.
8. 3. Accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. 1110.
11. 1. Egredietur virga de radice Iesse. 66. 1042. 1100. 1232. 1244. 1250. 1531.
Et flos de radice ejus ascendet & requiesset super eum spiritus Domini. 1232. 1244.
6. Habitabit lupus cum agno, &c. 960.
19. 1. Ecce Dominus ascendet super nubem levem. 60. 633. 1225.
29 11. Dabitur liber hic obsignatus viro scienti litteras. 554. 745.
30. 16. Et erit lux lunæ sicut lux solis. 1411.
35. 2. Data est ei gloria Libani. 1150.
53. 8. Generationem ejus quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium. 1382.
66. 7. Antequam parturivit, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum. 1331.

Jeremiæ.

1. 5. Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctificavi te. 67. 94. 186. 487. 632. 1461.
4. 13. Væ nobis quoniam vastati sumus. 1387.
10. 19. Væ mihi super contritione, mea plaga pessima. 1387.
18. 3. Descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, &c. 854.

Ezechielis.

44. 2. Porta hæc clausa erit & non aperietur. 386. 930.

Danielis.

3. 22. Porro viros illos qui miserant Sidrah, Misach,
23. Abdenago, interfecit flamma ignis, &c. 6.
7. 10. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. 112.

Oseæ.

6. 3. Quasi diluculū præparatus est egressus ejus. 205.

Joël.

1. 7. Posuit vineam meam in deserto. 1440.
3. 17. Erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. 1361.

Sophoniæ.

1. 18. In igne zeli ejus devorabitur omnis terra. 600.

Zachariæ.

4. 7. Educet lapidem primarium. 1310.
6. 12. Ecce vir, Oriens nomen ejus. 24.

Malachiæ.

1. 2. Iacob dilexi, Esau verò odio habui. 1515.

Matthæi.

1. 1. Liber Generationis IESV Christi filij David, filij Abraham. 1239. 1531.
16. De qua natus est IESVS. 141. 961.
18. Cū esset desponsata Mater ejus MARIA Ioseph. 670.
20. Ioseph fili David noli timere accipere MARIAM conjugem tuam. 390.
Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est. 702. 765.
6. 9. Sanctificetur nomen tuum. 764.
12. Dimitte nobis debita nostra. 1337. 1467.
13. Sed libera nos à malo. 126.
21. Ubi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. 253.
11. 10. Præparabit viam tuam ante te. 155.
11. Inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista. 188. 1172. 1516.
13. 24. Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen. 633.
28. 18. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. 149.

Lucæ.

1. 15. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. 67. 186. 487. 1461.
26. Missus est Angelus Gabriel. 23. 482. 554. 745. 801. 1443.
27. Nomen Virginis, MARIA. 319. Cui nomen erat, Ioseph. 554.
28. Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum. 8. 12. 14. 19. 20. 23. 94. 134. 135. 149. 150. 162. 164. 168. 176. 200. 203. 247. 261. 290. 293. 294. 336. 343. 346. 373. 375. 382. 392. 413. 428. 434. 436. 468. 480. 502. 503. 551. 552. 553. 576. 586. 594. 607. 615. 639. 641. 642. 652. 653. 658. 669. 688. 706. 707. 708. 712. 714. 717. 742. 745. 758. 768. 777. 793. 798. 826. 832. 840. 851. 877. 879. 919. 976. 999. 1037. 1052. 1054. 1099. 1140. 1181. 1243. 1246. 1328. 1329. 1360. 1369. 1381. 1386. 1387. 1416. 1418. 1426. 1443. 1446. 1447. 1451. 1671. 1467. 1487. 1491. 1493. 1497. 1499. 1516. 1517. 1520. 1522. 1523. 1524. 1526. 1531. 1532.
Benedicta tu in mulieribus. 8. 10. 137. 168. 315. 382. 386. 392. 705. 1017. 1095. 1312. 1383. 1417. 1490.
29. Turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset illa salutatio. 878.
30. Ne timeas MARIA; invenisti gratiam apud Deum. 23. 76. 91. 117. 203. 306. 386. 553. 648. 750. 761. 878. 1447.
34. Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. 586.
35. Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. 187. 194. 375. 457. 519. 559. 586. 679. 1103. 1417. 1528.
Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. 457. 559.
37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 1039. 1101.
38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. 878. 909. 1491.
39. Exurgens autem MARIA. 145. 153.

41. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* 8. 96. 1362.
Exultavit infans in utero ejus, & repleta est Spiritu Sancto Elizabeth. 554.
46. *Magnificat anima mea Dominum.* 627.
47. *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* 176. 627. 1426.
48. *Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.* 96.
49. *Quia fecit mihi magna qui potens est.* 26. 52. 176. 793. 1383. 1402. 1435. 1452.
54 *Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ, &c.* 554.
66. *Etenim manus Domini erat cum illo.* 94.
2. 22. *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus.* 162.
51. *Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.* 1307.
3. 21. *Factum est autem, ut cum baptizaretur omnis populus.* 336.
6. 38. *Mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* 1532.
10. 38. *Ipse intravit in quoddam castellum.* 96. 630. 1525.
11. 27. *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.* 927. 1101. 1490.
28. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* 927. 928.
13. 32. *Ite & dicite vulpi illi.* 112.
15. 9. *Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram.* 705.
23. 11. *Sprevit illum autem Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste albâ.* 112.

Joannis.

1. 14. *Verbum caro factum est & habitavit in nobis.* 69. 519.
Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. 94.
29 *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* 149. 1374.
2. 4. *Quid mihi & tibi est mulier?* 895.
4. 22. *Vos adoratis quod nescitis.* 899.
5. 39. *Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* 927.
8. 46. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* 169. 1401.
14. 30. *Princeps hujus mundi in me non habet quidquam.* 1361.
19. 25. *Stabat juxta crucem Jesu, Mater ejus.* 105. 470.
26. *Mulier ecce filius tuus.* 273. 467. 470. 1458.

Actorum.

2. 4. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* 186.

Ad Romanos.

1. 5. *Per quem accepimus gratiam.* 1335.
5. 12. *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors.* 166. 765. 1335.
Ita in omnes homines mors pertransiit. 352. 1335.
In quo omnes peccaverunt. 12. 152. 166. 321. 344. 352. 708. 765. 851. 892. 917. 922. 1095. 1335. 1358. 1484. 1488.
3. 23. *Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei.* 13. 166. 176. 344. 488. 1336. 1337.
5. 15. *Sed non sicut delictum ita & donum; si enim unius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* 224.
20. *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.* 324. 1484.
7. 23. *Video aliam legem in membris meis.* 961.
11. 16. *Si radix sancta, & rami.* 40. 487.
33. *O altitudo divitiarum! &c.* 895.

1. Ad Corinthios.

2. 14. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.* 67.
7. 34. *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.* 503.
15. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* 166.

2. Ad Corinthios.

3. 6. *Idoneos nos fecit ministros novi Testamenti.* 40.
17. *Ubi autem spiritus Domini, ibi libertas.* 487.
5. 14. *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 89. 166.
15. *Pro omnibus mortuus est Christus.* 888.

Ad Galatas.

3 16. *Non dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno.* 1437.
4. 4. *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.* 1091.
5. 17. *Caro concupiscit adversus spiritum, &c.* 969.

Ad Ephesios.

2. 3. *Eramus naturâ filii iræ.* 203. 587. 1212.
4. 10. *Ut impleret omnia.* 779.

1. Ad Thessalonicenses.

4. 16. *Deinde nos qui vivimus.* 101.

Ad Hebræos.

7. 26. *Talis decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.* 24. 40. 54.
9. 11. *Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius Tabernaculum.* 457.

Jacobi.

3. 2. *In multis offendimus omnes.* 336. 748. 1093.

1. S. Petri.

2. 23. *Tradebat autem judicanti se injustè.* 1363.

1. S. Joannis.

1. 8. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est.* 147. 156. 159. 162. 195. 352. 748. 1093. 1363.

Apocalypsis.

5. 1. *Liber scriptus intus & foris.* 836.
8. 13. *Væ væ væ habitantibus in terra.* 746. 1387. 1497.
12. 1. *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus.* 1050.
Et in capite ejus corona stellarum duodecim. 493. 970. 1048. 1288.
14. 5. *Sine macula enim sunt ante thronum Dei.* 887.

FINIS INDICIS SCRIPTVRÆ.

INDEX

INDEX QVARTVS.

Aliquarum rerum notabilium in hoc Opere Militiæ contentarum.

A

Abrahamus Bzovius impingit duo crimina Scoto. Col. 1102.

Academia Parisiensis insurrexit anno 1388. in Dominicanos negantes & impugnantes immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem. 648.

Actus duplex in Virgine Maria. 133.

Adam unde dictus. 1. 161. 698.

Adrianus VI. Pontifex expedivit Bullam pro Confraternitate Immaculatæ Conceptionis à Carolo V. fundata. 585.

Alexander Nekam negans diem Conceptionis sanctificandum, gravissimis illo die torquebatur doloribus: affirmans liber evasit. 29. 1037.

Alexander VII. expedivit Bullam pro Immaculata Conceptione. 32. & seq. Eadem expenditur per duodecim differentias ab aliis. 1288. & seq.

Alexander VI. concessit Indulgentiam 30000. annorum dicentibus Ave Maria D. Annæ applicatum. 36.

Anna Genitricis Dei Mater laudatur, cui Joachim associatur. 253. 339. 378. 416. 418. 474. 486. 501. 508. 600. 678. 697. 705. 841. 876. 907. 909. 918. 1039. 1049. 1062. 1089. 1239. 1245. 1331. 1378. 1385.

Archiconfraternitas Immaculatæ Conceptionis Romæ instituta. 128.

Ave Maria S. Annæ applicatur. 36. 276. 387. 778, 865. 987. 1251. 1281.

Augustiniani alba veste utuntur in honorem Immaculatæ Conceptionis. 309.

B

Baptismus comparatur cum ventre Virginis Mariæ. 1434.

Basileense Concilium fecit Decretum pro Immaculata Conceptione. 17. 436. 1233.

Beatrix à Sylva inchoavit Ordinem Conceptionistarum. 139. 175. 798. 921.

Beatrici apparuit Virgo Maria cum habitu Ordinis Conceptionistarum. 157.

Bernardus Montis Alvani Episcopus, vovens celebrare festum Immaculatæ Conceptionis, à manifesto vitæ periculo liberatur. 197.

Bernensis tragædia circa Immaculatam Conceptionem. 586. 781. 914. 1029.

Borbonius cognomento Bonus, instituit Ordinem equestrem Cardui Beatæ Mariæ. 179. 207. 968.

Breviaria varia continentia Officium Conceptionis in diversis Ecclesiis diversimodè: in aliquibus ut in festo Annuntiationis & Assumptionis, maximè verò ut in Nativitatis, mutato nomine Nativitatis in Conceptionis. à col. 210. usque ad col. 252. Item col. 1337.

Bullæ Apostolicæ expeditæ pro Immaculata Conceptione. 256. & seq.

C

Cameracensis civitas in Marchia ab inimicis obsessa, facto voto Immaculatæ Conceptioni, liberatur. 287.

Carmelitæ gestant habitum album in honorem Immaculatæ Conceptionis. 813.

Carolus Nivernensium Dux cum duobus aliis instituit Religionem Equitum militiæ Christianæ sub invocatione Immaculatæ Conceptionis. 270.

Carolus V. Rom. Imperator promulgavit Edictum pro Immaculata Conceptione. 265. Idem instituit Toleti Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis. 585. Ejusdem arma imagine Immaculatæ Conceptionis insignita fuerunt. 265.

Castitas duplex in Maria Virgine fuit. 1219.

Christus comparatur
- Auro. 25,
- Flori. 626. 787. 990. 1100. 1232. 1244.
- Fonti. 771. 961. 976. 1048.
- Fructui. 1362.
- Libro. 1239.
- Ligno. 787. 1372.
- Luci. 1463.
- Nubi. 617. 1185. 1225.
- Pictori. 991.
- Scripturæ. 1450.
- Vermi. 62. 1042.

Christus est secundus Adam. 1. 7. 70. 96. 137. 149, 174. 254. 292. 478. 504. 626. 762. 1365. 1496.

Christus est Sol justitiæ. 174. 341. 1108. 1114. 1127. 1225.

Christianitas tota celebrat festū Immaculatæ Conceptionis. 1338. & seq.

Chisdarindus Rex Hispaniarum præcepit, ut ea quæ à S. Isidoro de festo Immaculatæ Conceptionis fuerant statuta, observarentur. 275.

Civitates omnes Catholici orbis profitentur, venerantur, ac recipiunt mysterium Immaculatæ Conceptionis. 285. & seq.

Claudus gestiens associari processioni Immaculatæ Conceptionis, subitò perfectè graditur. 1324.

Comes Dux d'Olivares invocans Beatam Virginem Immaculatè Conceptam, valetudinem recuperavit. 492.

Communitates variæ emiserunt vota & juramenta pro defensione Immaculatæ Conceptionis. 1479. & sequ.

Conceptio hominis potest intelligi dupliciter. 702.

Conceptio tribus modis accipitur. 15. 1130.

Conceptiones quinque, quibus concipi potuit Virgo Maria. 1461.

Conceptioni Virginis Mariæ quatuor vigiliæ noctis applicantur. 182.

Conceptionis Immaculatæ merito quatuordecim viri à præsentanea morti eripiuntur. 401.

Conceptionem Immaculatam infirmus asserens sanatur: & sanus negans infirmatur. 418.

Conceptionem Immaculatam oppugnantes vocantur Maculistæ. 1391.

Concilia asserentia & statuentia Immaculatam Conceptionem. 296. & seq.
Concilium Tridentinum fecit Decretum de Immaculata Conceptione; & non evulgavit propter notam quæ inureretur Ordini Prædicatorum. 1102. 1182. 1190.
Confessarius Caroli VI. Francorum Regis, Ordinis Prædicatorum, immunitatem Virginis MARIÆ negans ab ipso Rege tamquàm infamis regno est expulsus. 578.
Confraternitates erectæ in honorem Immaculatæ Concept. ferè sunt innumerabiles. 300. & seq.
Confraternitas Immaculatæ Conceptionis Parisiis ante annum 1442. fuit instituta. 142. Imò in Ecclesia S. Severini erecta est anno 1350. col. 691. & de aliis sparsim agitur in toto libro.
Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis Viennæ Austriæ instituerunt Fratres Minores 1493.
Confraternitati Immaculatæ Conceptionis Neapoli spatio unius mensis inscripta sunt nomina ultra quinquaginta sex millia. 400.
Confraternitati institutæ à Matre Ludovica de Ascensione, pro defensione mysterij Immaculatæ Conceptionis, inscripta sunt ultrà 80000. hominum. 955.

D

Decretum factum à Concilio Basileensi pro Immaculata Conceptione refertur. 1233.
Didacus, Ordinis Minorum Laicus Sanctus, sanavit Mariam de Peñula coram imagine Immaculatæ Conceptionis. 324. 447.
Dæmon trepidat quando loquimur de puritate & integritate V. MARIÆ. 1055.
Dæmoniacus clamavit: væ væ væ qui festum Conceptionis non celebrant. 1321.
Dominicani negantes Immaculatam Conceptionem, magnam in Galliis sibi conflarunt invidiam. 1115 1256. 1451. vapulant 66.
A vulgo, studentibus, & pueris vocati sunt Hueti. 1371. 1529.
Item à quodam scriptore nostri temporis vocantur, Cyriaci immunes. 1193. & seq.

E

Ecclesia Catholica Sancta celebrat festum Immaculatæ Conceptionis. 354.
Elizabeth Angliæ Regina edicto sancivit ut loco Nativitatis Virginis MARIÆ, ipsius dies Natalis celebraretur. 555.
Epistola Alexandri VII. ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, pro Immaculata Concept. 35.
Epistola Dominicanorum ad Summum Pontificem, pro definitione Immaculatæ Conceptionis. 420.
Evam inter & MARIAM comparatio. 6. 14. 23. 65. 91. 137. 147. 150. 164. 194. 195. 254. 255. 258. 346. 379. 382. 427. 470. 479. 520. 550. 556. 559. 598 638. 646. 657. 670. 701. 707. 745. 758. 826. 851. 874. 875. 918. 991. 1024. 1095. 1099. 1135. 1160. 1162. 1241. 1365. 1382. 1387. 1388. 1426. 1458. 1496.

F

Ferdinandus Secundus Imperator cum conjuge & liberis Congregationi Immaculatæ Conceptionis se adscribunt. 394. Item pro definitione ejusdem mysterij ipse Urbano VIII. scripsit 394. Item præcipuus Immaculatæ Conceptionis assertor, & unus instar omnium propugnator vocatur ab omnibus. 394.
Ferdinandus III. Imperator statuam Immaculatæ Conceptionis consecravit, & votum de celebrando festo emisit. 395. 1532.
Festum Conceptionis celebratur in cælo. 275. 446. 1487.
Festum Conceptionis celebrat universa Christianitas. 1338. & seq.
Festum Conceptionis exceptâ unâ solâ celebrant omnes Religiones. 1344. & seq.
Festum Conceptionis priùs à Græcis, scilicet an. 840. quàm à Latinis fuit celebratum. 416. 621.
Festum Conceptionis qualiter in Occidente solemniter celebrari cœpit. 1227. & seq.
Festum Conceptionis ex ordinatione Clementis V. universaliter celebratur. 294.
Festum Conceptionis antiquitùs Sabbato fuit celebratum. 621.
Festum Conceptionis fuit institutum in Diœcesi Leodiensi. 376.
Festi Conceptionis celebratio Ordini Præmonstratensium conceditur. 111.
Festo Conceptionis invocatâ Virgine MARIA cessat pestis. 172. 182.
Festum Conceptionis celebrare vovens à manifesto vitæ periculo liberatur. 197.
Festum Conceptionis celebrare promittens, mortuus ad vitam rediit. 621.
Fomitem simpliciter auferri, potest tripliciter intelligi. 573.
Fontino Episcopo Patavino apparuit D. Thomas Aquinas asserens Virginem MARIAM conceptam sine peccato originali. 385.
Formatio fœtûs in matrice explicatur. 958.

G

Gabriël Archangelus revelavit Joachim & Annæ, Virginis MARIÆ Conceptionem. 67. 480.
Idem Helsino Abbati, octava die Decembris festivitatem Immaculatæ Conceptionis esse celebrandam. 480. Idem Amadæo mysterium Immaculatæ Conceptionis. 480. Idem Doctori Parisiensi, cùm esset contrarius, desiderium propugnandi mirabili modo infudit. 480.
Gradus virtutum est triplex. 573. 1404.
Gratiæ plenitudo est triplex. 1443.
Gratiæ & sanitates factæ & receptæ in Regno Siciliæ, ob devotionem erga Immaculatam Conceptionem referuntur compendiosè ex. P. Geraze, à col. 521. usque ad col. 545.
Gregorius Decimus quintus, & Gregorius Decimus tertius plures Bullas pro Immaculata Conceptione expediverunt. 547.
Gregorius Magnus edidit Prosam pro Immaculata Conceptione. 548.

H

Heliæ Prophetæ quatuor revelavit Deus circa Virginem MARIAM. 808.
Henricus Lantgravius Hassiæ Comes rescriptum edidit pro Immaculata Conceptione. 593.
Hæreticus apparente sibi Virgine convertitur. 1016.
Hæretici sunt in causa quare Ecclesia aliquid decenat. 445.

Hi-

Hiberniæ Regnum fecit Statutum pro Immaculata Conceptione. 601.
Hieronymus Sanctus alba veste, sicut & modò Hieronymiani, utebatur. 1198.
Hieronymus Michaël Carmelus revelationem habuit de Immaculata Conceptione. 611.
Historiæ miraculosæ imaginis Virginis Mariæ de Nazareth in Portugallia. 473.

I

Jacobus Aragoniæ Rex Religionem B. Mariæ de Mercede, ut immunitatem Deiparæ stabiliret, fundavit. 672. 1058.
Jacobus Laynez, Societatis Jesu, quartanarius præter spem per tres horas continuas sermonem habuit in Concilio Tridentino, pro Immaculata Conceptione. 738. 1028.
Ildephonso Sancto Episcopo Toletano apparuit Virgo Maria. 520. 692.
Imago Dominæ nostræ de Victoria, miraculis clara. 1528.
Imago Immaculatæ Conceptionis miraculosè apparuit in pallio cujusdam Indi. 1061.
Imagines Immaculatam Conceptionem repræsentantes. 693.
Immaculatæ Conceptioni erexit columnam Viennæ Austriæ, Ferdinandus Tertius Imperator. 1532.
Immunditia triplex est. 1247.
Indulgentiæ in Urbe Romana in die Conceptionis. 694.
Infans recens natus pectori matris appositus, dum Prædicator dixerat Hispanicè: Alabado sea el Santissimo Sacramento y la limpieza de la Virgen Maria; se vertens & Concionatorem aspiciens, omnibus audientibus & intelligentibus dixit: Concebida sin pecado original, Padre. 1324.
Innocentius Decimus expedivit Bullam pro observatione festi Immaculatæ Conceptionis in Regnis Hispaniæ. 695.
Innocentius Octavus confirmavit Regulam Religionis Monialium Immaculatæ Conceptionis. 695.
Innocentius Quartus concessit Indulgentiam in die Conceptionis. 695.
Innocentius Septimus Antipapa promulgavit sententiam contra Joannem de Montesono. 696.
Inquisitio Sancta Hispaniarum approbavit sententias pro Immaculata Conceptione. 696.
Joannes Austriacus cum multis aliis emisit votum pro defensione Immaculatæ Conceptionis. 710.
Joannis Baptistæ Agnensis cæci miranda Anagrammata super, Ave Maria gratiâ plena Dominus tecum, pro Immaculata Conceptione. 712. & seq. Quibus respondet per Chronica Achrostica Sebastianus Fievet. 712. & seq.
Joannes Duns Scotus laudatur. 753. 1316. 1322. Doctor Subtilis, ob defensionem Immaculatæ Conceptionis indigitatur. 981. 1247. Inexpugnabile scutum Mariani honoris à Sixto Quinto vocatur. 1655.
Joannes Berckmans Societatis Jesu, votum suum pro defensione Immaculatæ Conceptionis, proprio sanguine subsignavit. 733. 804. 870. 1469.
Joannes Navarræ Rex Primus, dedit legem in Comitiis Barchinonensibus pro Immaculata Conceptione. 805.
Joannes Primus Aragoniæ & Neapolis Rex, edidit pragmaticam pro Immaculata Conceptione. 823.
Joannes à Rota, Ordinis Minorum, propter defensionem Immaculatæ Conceptioni, fuit coronatus a Rege, &c. 829.
Joannes Veri Dominicanus, petiit veniam ab Universitate Parisiensi, ob prædicationem factam contrà Immaculatam Conceptionem. 136. 849.
Joschius Monachus, recitans quinque Psalmos super nomen Virginis Mariæ, mortuus inventus est: & quinque rosæ ex ore, naribus, & auribus exierunt, & illud ex ore continebat nomen, Maria. 397. 862.
Joseph quomodo potuerit dici Pater Jesu. 1409.
Isabella Castellæ Regina, ob votum mariti in obsidione Granatensi factum, Templum ædificavit. 875
Isabella Clara Eugenia Belgarum Domina, & Isabella Franca, Hispaniarum Regina Philippi IV. uxor, scripserunt ad Urbanum VIII. pro definitione mysterij Immaculatæ Conceptionis. 875.
Judæus qui iam confundit impugnantes Immaculatam Conceptionem. 1305.
Julius II. & Julius III. Pontifices Maximi expediverunt plures Bullas pro Immaculata Conceptione. 885. & 186.

K

Kalendaria varia diem Conceptionis indicantia. 896. & sequentibus.

L

Lapides aliqui reperti in valle d'Aram habentes has litteras, M. C. S. M. 1528.
Lapis è cælo cadens habuit ab una parte hæc verba: Ave Maria Virgen y Madre de: ab altera verò, Dios concebida sin pecado original. 971.
Lauretana domus quare adducta fuerit inter Christicolas. 451. 725.
Leo Constantinopolitanus VI. Imperator Græcus fecit Orationem de Beatâ Virgine. 918.
Leo X. Pontifex dedit plures Bullas pro Immaculata Conceptione. 918.
Leonardus Nogarolus, jussu Sixti IV. Pontificis elaboravit Officium de Immaculata Conceptione. 922. & seq.
Leopoldus Austriæ Dux, Frater Ferdinandi II. Imperatoris, scripsit ad Urbanum VIII. Papam pro determinatione mysterij Immaculatæ Conceptionis. 932.
Lermense votum, & alia quæ fecit illa civitas pro Immaculata Conceptione. 932. & seq.
Libri Arabici inventi in cavernis montis Granatensis, indicant Immaculatam Conceptionem. 725.
Limensis Universitas ultra votum fecit plura alia pro Immaculata Conceptione. 944. & seq.
Litania Chronogrammatica, super Ave Maria. 428.
Luctunensis civitas fecit votum pro Immaculata Conceptione. 952.
Ludovica de Ascensione, Clarissa, instituit Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis, in qua pro defensione hujus mysterii inscriptæ sunt plus quàm 80000. diversæ personæ. 955.
Ludovicus de Benavides, Marchio de Caracena, &c. scripsit Tractatum de Immaculata Conceptione: & emisit votum cum Ordinibus Brabantiæ, Bruxellis. 962. & seq.
Ludovicus Decimustertius Rex Christianissimus composuit librum, in quo de Immaculata Conceptione. 972.

M

Magna tria fecit Dominus Mariæ. 26.
Magnalia quatuor fecit Dominus in Conceptione Mariæ. 1124.
Magnificat, Canticum, exponitur. 627.
Malum triplex invenitur in natis mulierum. 765.
Maria ante sancta quàm nata. 73. 142. 306. 406. 774. 777. 779. 1062. 1147. 1154. 1317.
Maria baptizata fuit. 164. 352. 457.

Maria comparatur
- Abeston. 1243.
- Abysso. 448.
- Acervo tritici. 1215.
- Aciei castrorum. 254.
- Agro. 551. 633.
- Altari. 1048. 1370.
- Aquæ. 771.
- Aquilæ. 142.
- Arbori. 3. 787. 854. 974.
- Arcæ. 7. 82. 188. 199. 443. 493. 504. 508. 633. 644. 793. 919. 960. 972. 976. 1089. 1384. 1404. 1428. 1464. 1525.
- Armario. 70.
- Auro. 673. 1042. 1332. 1432.
- Auroræ. 24. 133. 185. 205. 253. 261. 341. 468. 569. 787. 862. 878. 1039. 1102. 1317. 1362. 1386. 1450.
- Balsamo. 634. 868. 872.
- Campo. 626.
- Castaneæ. 909.
- Castello. 630.
- Cellario, 1215.
- Chrystallo. 1332.
- Civitati. 555. 1361.
- Cœlo. 203.
- Columbæ. 7. 142. 158. 572. 749. 1172. 1226. 1263. 1385. 1453.
- Columnæ. 741. 1461.
- Crateri. 1215. 1216.
- Diademati. 1361.
- Diei cæli. 673. 1362.
- Domui. 41. 169. 427. 508. 678. 691. 787. 879. 889. 924. 1100. 1104. 1240. 1316.
- Equitatui Pharaonis. 312.
- Fenestræ. 149. 1053. 1252.
- Flori. 1457. 1484.
- Fluvio. 854.
- Fonti. 177. 551. 708. 961. 1048. 1058. 1100. 1417. 1488.
- Fructui. 876. 1089.
- Grano. 967.
- Horto. 192. 510. 708. 773. 853. 990. 1417. 1488.
- Lanæ. 25. 853. 1126. 1175. 1417.
- Libano. 192. 204. 1150. 1417.
- Libro. 320. 507. 554. 836. 1389. 1432. 1450.
- Ligno. 41. 854. 1211. 1384. 1432.
- Lilio. 3. 304. 504. 572. 574. 772. 872. 919. 990. 1025. 1197. 1226. 1343. 1453. 1454.
- Lucernæ. 170. 774.
- Luci. 1101. 1226. 1463.
- Lunæ. 19. 546 598. 648. 787. 828. 1020. 1044. 1102. 1108. 1252. 1388. 1411. 1430. 1442.
- Mannæ. 62. 403. 485. 1422.
- Margaritæ. 770. 1243. 1263.
- Mari. 648. 862.
- Mausolæo. 155.
- Monti. 1114. 1211.
- Muro. 292.
- Myrrhæ. 773. 1038.
- Nardo. 871.
- Navi. 670. 764.
- Nivi. 598. 1332.
- Nubi. 60. 320. 516. 618. 633. 808. 972. 991. 1058. 1147. 1186. 1228.
- Olivæ. 1239.
- Ostio. 929.
- Palmæ. 342. 574.
- Papyro. 1450. 1467.
- Paradiso. 648. 771. 791. 1005. 1384.
- Pelli. 1445.
- Petræ. 1362.
- Phœnici. 4. 142.
- Portæ. 386. 1042.
- Puteo. 1417.
- Rosæ. 19. 60. 75. 120. 194. 195. 258. 311. 576. 598. 872. 1038. 1025. 1042. 1044. 1093. 1240. 1242. 1247. 1266. 1445. 1454.
- Rubo. 255. 393. 810. 959. 1432.
- Sali. 183.
- Scalæ. 1091.
- Scrinio. 137. 1308.
- Signaculo. 971.
- Soli. 4. 23. 158. 551. 787. 871. 976. 990. 1332.
- Speculo. 343. 805. 872. 1058. 1330. 1375. 1464.
- Sponsæ. 467. 471. 1429. 1430.
- Stellæ. 22. 27. 261. 486. 779. 796. 868. 1058. 1147. 1148. 1151. 1239. 1242. 1246. 1248. 1442. 1522.
- Susannæ. 1053.
- Tabernaculo. 38. 119. 338. 457. 467. 508. 568. 746. 774. 880. 973. 1062. 1461.
- Telæ. 787.
- Templo. 60. 378. 412. 434. 467. 507. 667. 881. 1001. 1318. 1427.
- Terræ. 3. 7. 103. 161. 633. 645. 854. 882. 990. 991 1036. 1373. 1432. 1464.
- Thesauro. 1384.
- Thymiamati. 854.
- Throno. 7. 113. 1106.
- Turri. 1361.
- Vasi. 119. 306. 337. 379. 569. 584. 854. 916. 917. 967. 1006. 1089. 1215. 1216. 1457.
- Velleri. 7. 62. 65. 569. 622. 833. 853. 1381.
- Vesti. 76. 1048.
- Vineæ. 551. 1440.
- Virgæ. 7. 11. 66. 191. 504. 622. 787. 790. 832. 917. 967. 972. 974. 1042. 1100. 1162. 1211. 1240. 1423. 1525.
- Vitulæ. 76. 427.
- Urnæ. 1048. 1432. 1525.

Maria Virgo an habuerit Angelum custodem? 83. 1427. 1514.
Maria Virgo per gratiam ter fuit sanctificata. 1520.
Maria Virgo sola sine omni peccato. 402.
Mariæ Virginis statum gratiosum describit S. Bernardinus. 187. & seq.
Maria Virgo quomodo potuerit dicere: Dimitte nobis debita nostra? 794. 969 1177. 1467.
Maria Virgo à triplici væ fuit libera. 203.
Maria Virgo fuit sine væ culpæ, non tamen pœnæ. 1524.
Maria mortua est ex conditione naturæ, non ex pœna peccati. 446.
Mariæ Virginis Mausolæum Mahometani invisunt, & precibus honorant. 145.
Mariam Virginem laudant inimici Catholicorum, Judæi, Græci, Turcæ & Hæretici, Europæi aliqui. 1306. & seq. Item, 1039. 1160.
Martinus Lutherus Hæresiarcha tenuit Immaculatam Conceptionem. 1016.

Martinus I. Papa in Synodo Lateranensi definit Virginem Immaculatam. 1019.
Martinus I. Aragoniæ Rex, fecit Statuta pro Immaculata Conceptione. 1011.
Martyrologia annotantia festum Immaculatæ Conceptionis. 1022.
Matritensis curia fecit votum pro Immaculata Conceptione. 614.
Maximilianus Bavariæ Dux, S. R. I. Elector, scripsit ad Urbanum VIII. pro Immaculata Conceptione. 1040.
Maximilianus Henricus Bavariæ Dux, Coadjutor Colonienſis, nunc Elector, propriâ manu ſe inſcribere voluit Archiconfraternitati de Urbe. 1041.
Miraculum circa Diploma ſedis Apoſtolicæ, confirmans Ordinem Immaculatæ Conceptionis. 488.
Medalia diverſorum Pontificum in urbe Romana, inſignita imagine Immaculatæ Conceptionis, ſunt ultrà ſeptuaginta. 1043.
Miracula circa Conceptionem facta. 1062. & ſeq. 1234. & ſeq. 1108.
Miſſalia continentia feſtum Immaculatæ Conceptionis. 1069. & ſeq.
Monaſteria dicata Immaculatæ Conceptioni. 1085.
Monet, Magiſter Valentinus, priùs adverſarius, poſtea defenſor fuit Immaculatæ Concept. 1087.
Monetæ in urbe Romana inſculptæ cum imaginibus Immaculatæ Conceptionis. 1086.
Mortuus promittens celebrare feſtum Conceptionis, rediit ad vitam. 621.
Moveri & cadere differunt. 1462.
Mulier nulla in partu periclitatur, ſuper quam devotè Mariæ gratia imploratur, & dies Conceptionis ejus celebratur. 1133.
Mulierem cur Chriſtus Matrem appellet. 1459.
Mutus deſiderans cum aliis Immaculatam Conceptionem cantu honorare, loquelam accepit. 1324.

N

Nicolaus Albanenſis, poſtea Adrianus IV. ediditLibrum pro Conceptione Beatiſſimæ Virginis. 1091.
Nicolaus Sanctus Myræ Epiſcopus revelavit Helſino Abbati, quando & quomodo feſtum Immaculatæ Conceptionis eſſet celebrandum. 1097. 1178.

O

Odonio Campano Carmelitâ diſputante pro myſterio Immaculatæ Conceptionis, ejus adverſarius ſtatim factus eſt mutus, cæcus & amens. 1115.
Officia diverſa ob devotionem myſterij Immaculatæ Conceptionis edita. 1115. & ſeq.
Officium Immaculatæ Conceptionis Virgo quotidie recitans liberatur à violento raptu. 1007.
Orator quidam Pariſiis gemmeæ ſalis globulo appenſo ipſe tacens in feſto Conceptionis palmam fuit conſecutus. 83.
Ordinis Seraphici Patrona eſt Maria, ſub titulo Immaculatæ Conceptionis. 899.
Ordines Militares in communi cultu celebrabant myſterium Immaculatæ Conceptionis. 1119.
Ordo Conceptioniſtarum à Julio ſecundo curæ Franciſcanorum committitur. 139.
Ordo divini Officij recitandi de Immaculata Conceptione in variis Eccleſiis. 1120. & ſeq.
Ordo Fratrum Minorum elegit anno 1645. Mariam Virginem in Patronam ſub titulo Immaculatæ Conceptionis. 1132.
Ordo Beatæ Mariæ de Mercede portat veſtes albas, in ſignum puritatis B. Mariæ Virginis. 672. 1088. 1156. 1216.
Ordo Militaris de Calatrava, habet votum de Immaculata Conceptione. 610.
Ordo Prædicatorum quid ordinaverit circa Immaculatam Conceptionem. 1224.

P

Parlamentum Pariſienſe ſingulis annis offert cereum album Immaculatæ Conceptioni. 1125.
Paſchalis Baylon, Laicus Ordinis Minorum Beatus ſcripſit de Immaculata Conceptione. 1125.
Paulus Papa IV. & Paulus V. Bullas & Diplomata pro Immaculata Conceptione ediderunt. 1134.
Paulus Papa III. varias Bullas expedivit pro Immaculata Conceptione. 1137.
Peccatum duplex eſt. 887.
Peccatum originale contrahi dicitur tripliciter. 1051.
Pelagius hæreticus dixit, Domini Matrem Mariam fuiſſe ſine peccato. 1138.
Petrus Nolaſcus, Fundator Ordinis B. Mariæ de Mercede, Sanctus, revelationem ac mandatum accepit ut habitus ſui Ordinis omninò eſſet albus; ad deſignandum quòd puritas Beatæ Virginis nunquam fuerit maculata. 1180.
Peſtis ceſſat invocatâ Virgine in die Immaculatæ Conceptionis. 172. 182.
Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis acta pro Immaculata Conceptione. 1202.
Philippi Tertii. 1203.
Philippi Quarti. 1206.
Philippus Tertius adſcribit Immaculatæ Conceptioni, ſe non graviter læſum. 374.
Pius Papa Quartus, & Pius Quintus, quid egerint pro Immaculata Conceptione. 1221.
Præmonſtratenſes gerunt habitum album in honorem Immaculatæ Conceptionis, & egregiè defendunt illam. 271. 505. 992. 996. 1200. 1219.
Pſalteria diverſa habent feſtivitatem Immaculatæ Conceptionis. 1227.
Purificationis feſtum qualiter inſtitutum. 24.
Puritas quid. 38. In quo conſiſtat. 886.

Q

Quidam contra Immaculatam Conceptionem dum prædicaſſet, ad Altare accedens, ſtatua Deiparæ ex marmore conſtructa ab eo vultum avertit, & uſque hodie perſeverat, Prædicator cæcus factus eſt, &c. 1280.
Quidam dicere juſſus de Conceptione, Virginis opem inter ſacrificandum imploravit, ſcedulam ab Angelo accipiens deglutivit & dicens ſeipſum ſupergreſſus eſt. 196.
Quidam Doctor Toloſanus ob concionem contra Immaculatam Conceptionem factam expuſus venit Romam; & ibi volens dicere, mortuus eſt. 1003. 1019.
Quidam ob Sermonem prædicatum contra Immaculatam Conceptionem, vocatus eſt el Monſtro. 393.
Quidam prædicans Mariam in originali conceptam, Româ ejicitur. 630.

Quidam

Quidam prædicans coram populo & clero Cracoviæ, Virginem Mariam in originali conceptam, sermone nondum finito cadens expiravit. 385. 595. 1280. 1329.
Quidam retractavit opinionem contrariam Immaculatæ Conceptioni. 1261.
Quintuplex est certum quid, circa Doctrinam D. Thomæ. 1500. & seq.
Quidam volens prædicare contra Immacul. Conceptionem, omnium oblitus est quæ erant contra, quæ erant pro, edixit. 369. 587. 1280.

R

Religiones omnes (exceptis paucis Monachis) festum Conceptionis celebrant. 891. 1344. & seq.
Revelationes S. Brigittæ sunt approbatæ à Gregorio Undecimo; inter quas sunt de Immaculata Conceptione. 252. 558. 845. 1027. 1174.
Revelatio facta de celebrando festo, Frederico Germano Regi Hungariæ. 471. 794. 1229. 1254. Gallo Canonico. 1229. Helsino Abbati. 587. 645. 1107. 1177. 1195. 1228. 1245. 1364. 1487. Petro Villario Converso Ordinis Cistercienſis. 1199. Theophilo. 1230.
Revelationes S. Catharinæ Senensis nihil habent contra Immaculatam Conceptionem. 1103.
Revelatio facta de Immaculata Conceptione Sanctæ Franciscæ Romanæ. 886. Joanni Pachecco. 812. Luciæ de Jesu. 951. Ludovico Sexto Galliarum Regi. 992. Melchiadi Virgini. 1043. Melthildi Virgini. 1046.
Ritualia varia reperiuntur cum festivitate Conceptionis. 1364. & seq.
Rosarium à rosa dictum. 311.
Rothomagensis civitas instituit festum Immaculatæ Conceptionis, circa annum Domini 1074. col. 1381.
Rythmus de Immaculata Conceptione, ad modum, Lauda Sion Salvatorem. 1117.

S

Sanctificatio duplex Virginis Mariæ. 132.
Sanctificatio triplex reperitur. 1245.
Sanctificationes variæ. 1514.
Sanus negans Immaculatam Conceptionem infirmatur, & infirmus asserens sanatur. 418.
Scedula aut liber à S. Dominico scriptus tertiò in ignem ab hæreticis projectus, illæsus resilivit. 348 1157.
Sigismundus tertius Poloniæ ac Sueciæ Rex scripsit pro Immaculata Conceptione. 1408.
Sixtus IV. plures pro Immaculata Conceptione edidit Bullas, &c. 1514.
Sixtus V. idem præstitit. 401. 1415.
Societas Jesu fundata est à S. Ignatio, ut doceat & & exornet Deiparæ immunitatem. 675.
Somnium de Immaculata Conceptione. 563.
Stellarium Virginis Mariæ quomodo institutum sub titulo Immaculatæ Conceptionis. 1419.

T

Tabernaculum duplex. 10.
Titulus, Immaculata, tribuitur Conceptioni, non Virgini. 121.
Thomas Apostolus est pro Immac. Concept. 1437.
Thomas Aquinas S. apparuit Fontino Episcopo Patavino, asserens Virginem Mariam conceptam sine peccato originali. 385.
Thomæ Aquinatis Doctrinam contingit quintuplex Certum quid. 1501. & seq.
Thomæ Aquinatis centum conclusiones pro Immaculata Conceptione. 1509.
Tragædia Bernensis circa Immaculatam Conceptionem. 586. 781. 914. 1029.
Tria magna fecit Dominus Mariæ. 26.

V

Væ est triplex, & hominibus tripliciter accidit. 197. 1246. 1387. 1486. 1491. 1497. 1523.
Verbum, Unica, expenditur & Mariæ applicatur. 584. 789. 798. 1049.
Vigiliæ quatuor noctis Virgini applicantur. 182.
Virtutum gradus est triplex. 573. 1404.
Universitates totius orbis Christiani sequuntur ac defendunt sub juramento Immaculatam Conceptionem. 8. 1470. & seq.
Universitas Parisiensis edidit anno 1387. Librum & juramentum pro Immaculata Concept. 1125. 1163.
Votum Elizabethæ Catholicæ Reginæ pro Immaculata Conceptione. 369. 1167. Joannis Austriaci cum multis aliis. 710. Joannis Berckmans S.I. sanguine suo subscriptum. 733. 804. 870. Ordinis Militaris de Calatrava. 610. Ordinum Brabantiæ cum suo Gubernatore. 469.
Vota & juramenta, quæ diversæ communitates emiserunt. 1479. & seq.
Urbanus VIII. Papa varia edidit & concessit pro Immaculata Conceptione. 1482.
Urbanus IV. ordinavit ut universaliter celebraretur festivitas Conceptionis. 1483.
VVamba Rex Hispaniarum, Gothus, solemnitatem puræ Conceptionis stabilivit circa annum. 672. col. 158. Ipso teste Petrus, Paulus & Jacobus illam Hispanis prædicaverunt. 1484.
VVifredus secundus Comes Barchinonensis, posuit in portica cujusdam Monasterij lapidem sculptum cum omnis generis nominibus, hæc verba continentem; ab una parte: omnes in Adam peccaverunt. Ab altera verò estimago D. Virginis cum his verbis: Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia, &c. 1484.
VVigandus Cauponis, Ordinis Prædicatorum, opinionem contra Immaculatam Conceptionem abjuravit. 1485.
VVladislaus Quartus Poloniæ Rex instituit Ordinem Militarem sub titulo Immaculatæ Conceptionis. 1486.
VVolfgangus Guilielmus, Comes, Palatinus scripsit ad Urbanum VIII. anno 1624. pro definitione mysterij Immaculatæ Conceptionis. 1486.

Deo gratias & Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MILITIA
PRO
IMMACULATA CONCEPTIONE
DEIPARÆ VIRGINIS
MARIÆ.
CONTRA
MALITIAM
PECCATI ORIGINALIS.

A



ABDIAS Babylonicus, primus illius civitatis ab Apostolis electus Episcopus, in lib. de Historia certaminis Apostolorum, lib. 8. fo. 98. adducit illa verba S. Bartholomæi, sic dicētis: *Primus homo Adam dictus est, quia de terra factus est: virgo fuit, quia nec sanguine humano polluta fuerat, nec ad sepulturam alicujus mortui à quoquam erat aperta. Par ergo erat, ut dixi, ut qui filium virginis vicerat, à Filio Virginis vinceretur, &c.* Lib. impress. Parisiis 1571. in 8. Hæc & nihil amplius habet de sacratissima Virgine MARIA in toto suo libro antiquissimus iste Ecclesiæ Scriptor; quem adduco, non ut ex ipso probetur pia de Immaculata Deiparæ Conceptione sententia, cùm nihil de illa dicat directè aut indirectè: sed ut videatur in hoc & in aliquibus aliis Scriptoribus antiquis, de quibus infra, esse prorsus falsum & à veritate alienum, illud confidenti voce prolatum, & assertivo calamo scriptum ab omnibus tam antiquis, quàm modernis assertoribus opinionis contrariæ sæpissimè clamantibus *Omnes Scriptores antiquos sustinuisse suam opinionem.* Hæc universalis in hoc primo Auctore vera non est: nam si in aliqua Militia numerandus esset, sine dubio propter verba relata magis piæ esset adscribendus.

ABRAHAM Bzovius, Ordinis Prædicatorum Polonus, à quo etiam incipimus indagare veritatem alterius asserti universalis antiquiorum & novissimorum scribentium contra Solem Veritatis, uno ore dicentium: *Tota Religio Dominicana sustinuit opinionem de Sanctificatione*; ut ex ipsorum verbis ad litteram adducendis judicet Lector ad quam Militiam spectent. Iste ergo in sacro Pancarpio pro Sanctorum festivitatibus, ex floribus sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum, fol. 11. *in festo Sanctificationis Beatæ Deiparæ*, ad illa verba Job 38. Nunquid

ingressus es thesauros nivis ? habet Concionem de Sanctificatione copiosa Beatæ Virginis; in qua post aliqua de Adami peccato, & originali macula, necnon sanctificatione Hieremiæ & Joannis, inquit: MARIAM sacrosanctam Dei parentem præ cæteris scio magis refertam mensuram accepisse ejusdem candidationis quàm alios, *sive tempore (ut aliqui existimant) præventa, ne incideret in lethæum pudorem*, sive copia in momento accepta, postquam lapsa est, si lapsa est, in originarium marcorem. Nam potior illa quàm Joannes, Hieremias & cæteri Vatum; nobilior quàm protoparentes, immò quàm ipsi Angeli felices. Decebat itaq; affluentiori, *immo si etiam mavis, priusquam illaberetur, perfundi gratiâ affluentissimâ*, quàm alii ante nati, qui vel in sanctitate nati, *vel in justitia creati*, &c. Sed hi gigantes respectu MARIÆ (cujus uterus cœlis capacior futurus erat) quasi locustæ visuntur, ut surrectu virtutum quibus emicuit, sic & Conceptu sacrato, quo se adhuc in utero materno super omnes extulit, &c. Omnes tamen plorare necesse habuerunt cum Psalte: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et cum eodem Jobo inclamare: Pereat nox in qua dictum est: Conceptus est homo; *nam omnes concluси sub his aquis, quas serpens adrepens nostræ originationi vomit in calcaneum nostrum. Solam Beatam Virginem scio contrivisse caput maligni, ne fuliginis liquore atraret illam, quæ tota pulchra, tota sine macula, tota lilium.* Vomuerat quidem septiceps hydra fluvium ex ore, quo hanc S. Mulierem sole amictam tingeret & infuscaret; sed datæ huic duæ alæ, ut evolaret à rictu & eluvie tingentis. *An non decebat futuram matrem viventium, veramq; Viraginem à mortifera labe immunem esse*? Arbor illa vitæ ferax vitalis fructus Jesu benedicti digna erat, *ne malignus speculator serpens illam contingeret.* Terra illa melior de qua veritas orta est, quæ novum protulit Adamum, merebatur, ne maculoso liquore perfunderetur; sed Virgo Virginum Immaculata, neque adhuc à serpente inatrata perseveraret. Par erat novum hunc paradisum nullis spinis, nullis tribulis squallere. Meliorem & sanctiorem arcam nulla terredine forari. Lilium inter spinas nullis spinis terebrari. Hortum conclusum excludere exterminatorem florem. Virgam Aaronis jam statim à Conceptu pulcherrimis floribus vernare, &c. Alia plura adducit Bzovius, quæ brevitatis causâ omitto. Sicq; concludit suam Concionem: O Faxis & nobis divinam misericordiam conciliare, *quæ ineffabili ratione misericordiæ divinæ præsanctificata processisti, & Immaculata candidas in ævum*, &c. Lib. impress. Venetiis 1611. in 4. & Coloniæ 1613.

Item, in libro dicto: Monile Gemmeum, Divæ Virgini Deiparenti sacrũ; &c. Gemma 3. Smaragdus; symbolum charitatis Marianæ Rebecca; *in festo Sanctificationis Beatissimæ Virginis Deiparentis MARIÆ* fol. 36. pro immunitate Virginis, inquit: Statim etiam ut Deus designavit Filio suo Unigenito *MARIAM, illico in primo momento Conceptionis ipsius suo impressit parili Spiritui, illam* ut divitaret, adornaret que ex divinitatis thesauro, &c. Non cæca charitas MARIÆ, *quæ adhuc in utero materno sanctificata, à sibi tunc infusa gratia*, &c. Non variata, neque sordidata, neque obscura dilectio MARIÆ, quæ jam statim à momento sanctificationis tota pulchra, tota sine macula, tota lilium inter spinas, sine spinarum aut punctura aut læsura, tota aurora consurgens, tota luna plena, tota electa, quemadmodum solare astrum, in quod nullæ tenebræ, nulli atomi, nulli pulveres, nullæ nubes, nullæ caligines, nulli vapores incurrunt, &c. Gratiâ plenam, quid? inimica gratiæ inquinassent? Domino unitam, quid? Domino adversaria temerassent? Benedictam à Deo, quid? maledicta proxima seduxissent? &c. Nobilior, puriorque neque potuit, neque potest esse dilectio quàm MARIÆ, *utpote quæ ab illa mente, quæ speculum est sine macula, quæ aurora sine nævo, quæ luna sine defectu, quæ sol ipse sine caligine, & sine umbra*, &c. In ipsa quoque formatione animæ à divina plastica adeò sublimiter extulit caput, ut in ipsa adhuc profunda nocte, quam in alvo maternâ sustinebat Sol Justitiæ, illam ante diluculum, quinimo ante canticinium tripliciter illustrarit, &c. Lib. impress. Venetiis 1614. in 4. & Coloniæ 1615. in 4. Alia plura adducit pro hoc argumento. Vide ibi.

Item, in libro dicto: Florida Mariana, seu de laudibus Sanctissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ, *in festo Sanctificationis Beatissimæ Virginis MARIÆ.* Et facies tua decora, Cant. 2. cap. Panegyrico I. de Incomparabili pulchritudine animæ sanctissimæ Deiparæ MARIÆ respectu Angelorum, inquit: Deiparæ MARIÆ creatum spiritum; qui mihi ut lilium inter albentes flores, ut phœnix inter decolores volucres, ut sol inter aureas cœli luces, ita ille inter reliquos orbis universi spiritus candicat nivea puritate, &c. Major principe facierum MARIA, *quæ necdum nata nihil verita est leges naturæ, præter quas concepta est.* Nihil verita & conatus dæmonis, quem in imo pede continuit in originatione, quem & eodem infimo gressu, nimirum vestigiis suis in Ecclesiâ Catholica derelictis, vel solis scilicet imaginibus sternit & conculcat.

Item, *in festo Sanctificationis Beatissimæ Virginis MARIÆ* Panegyrico II. de Pulchritudine animæ sanctissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ ad protoparentum comparationem, inquit: Sustinet nostra diva hodie à mirabili parturitione in materno utero velut sydus exoriens, &c. *Nam illico ut à femine regio corpus illud formatum spiritum purissimum ab æthere derivatum, & à Numine infusum cœpit, statim dexteræ Dei astitit*, &c. Naturæ deliquio communi, quam ex Adami infecta stirpe trahebat MARIA, *cassura illa quoq; erat; quis enim vel infans unius diei mundus est à sordibus? nisi eam Rex Regum manu tenuisset.* Festinus ille adhuc in utero surgenti accurrit: statim ut fundavit, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, & ideo illico à sanctificatione Deus in medio ejus animæ; ideoque non commovebitur, &c. Poterat enim sanè rectiùs, quàm Judith, MARIA usurpare illa verba: Dominus qui ab initio meo me possedit, quique antequam quicquam ad redimendos mortales faceret, me sibi fasciis aureis cinxit; *non permisit me ancillam suam coinquinari*, &c. Exitium ergo fuit nequam spiritibus gratiarum MARIA flamma, sed est solatium orbi universo, quem à Conceptione sua sine nictatione aspexit, &c. *quia aureis gratiæ fasciis cincta est Virgo MARIA in sua Conceptione.* Alia quamplura vide ibi.

Item, Panegyrico III. *de Sanctificatione MARIÆ* respectu aliorum in utero sanctificatorum, inquit: Hostes MARIÆ id constanter, & plenis buccinis prædicant: *Nullus nascitur* (reliquit Mahometes) *de filijs Adam, quem non tangat Sathan, præter MARIAM, & filium ejus.* Quid præclarius? Quid verius poterat

terat dici in venustatem Deiparæ? Nullus igitur nec Hieremias, nec Baptista Præcursor, nec isti, excepta Sancta Virgine Maria (ita lumen Ecclesiæ Augustinus) si omnes Sancti, &c. Si omnes Sancti & Sanctæ, illi quoque duo insignes Sancti vates pede hoc vitulino in mundo hoc decertantes nonnihil labecularum contraxêre; *sola MARIA Dei amica, tota pulchra, & macula non est in ea.* Sola sicut lilium inter spinas, ita illa inter filias, &c. quam intemeratam puritatem vel minimo pulviculo contaminare, jure ut merito sibi vendicet hoc elogium: Speculum sine macula, delicatioris munditiæ exemplar, &c. Omnium illorum pedes abluit Christus, solius Mariæ non lavit, quia illa *tota pulchra & sine macula*, &c. Omnia concludit Deus sub peccato, solùm Mariam exclusit, & *nullo nævo, nullâ maculâ obducta*, &c. Lib. impr. Venetiis 1612. in 4. & Coloniæ 1617. in 4.

Item, in libro: Thesaurus laudum Sanctissimæ Deiparæ super Canticum Salve Regina quadraginta Concionibus, &c. *vocat Virginem MARIAM passim puram, purissimam, Immaculatam, absq; peccato*, &c. præcipuè Concione 5. & 6. folio 86. & 87. cujus auctoritates brevitatis causâ non transcribo. Lib. impress. Venetiis 1558. in 4. Solùm referam, quæ fol. 48. pro Virginis Conceptione adducit; post alia enim plura de peccato originali, inquit: Tamen nos licèt sciamus omnes homines vinculo peccati originalis subjectos esse: illa nihilominus verba Concilij Tridentini non rejicienda censemus, ubi declarat Sancta Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam & Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem. Quid ni? Cur non comprehendit etiam B. Deiparam? Nunquid non & illa in concupiscentia carnali concepta est? Nunquid & illa cum Christo commune habuit privilegium, ut nulla peccati labe contaminaretur? Non dicit hoc Concilium, sed stare & acquiescere jubet Decretis Sixti IV. Pont. Max. qui utramque sententiam credibilem, & probabilem reliquit. Verum equidem est Beatam Virginem longè inferioris esse sanctitatis à Christo suo Filio: nec illud pernegandum est, B. Mariam (quia non ex Spiritu Sancto) in carnali concupiscentia conceptam esse. Sed, nunquid potentiæ divinæ repugnans est, ut illam à lege communi incurrendi maculam originalem exciperet, & conservaret? solus ille novit, qui quantum virtute sua possit, novit. Scimus interim nos quoque, quòd multis temporibus Deus contra, seu præter legem communem operatus est. Lege perpetua statuerat, ut Solis cursus nunquam retardaretur: ut quadrigæ solares nunquam quiescerent, sed motu perenni velocissimè per vastissimam cæli solitudinem vagarentur. Fecit tamen præter hanc legem ad vocem Josue: Stetit Sol in medio cœli, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit antea, & postea tam longa dies obediente Deo voci hominis. Fecit & altera vice in signum sanitatis restitutæ Ezechiæ Regi. Invocavit enim Isaias Propheta Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Lege sempiterna firmaverat, ut ignis edax voracibus flammis omne quod est corporeum & terrenum dissolveret, atque consumeret. Quis autem numerabit, quot vicibus ignis naturæ suæ ad præceptum divinum oblitus fuerit? Unum tantùm ex Scriptura adducam exemplum, scilicet tres illos infantes in fornace Babylonis. Porrò, inquit Daniel, viros illos qui miserant Sidrach, Misac & Abdenago interfecit flamma ignis: viri autem hi tres ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ intulit. Naturalem sævitiam leonibus indidit Deus, ut huc atque illuc discurrentes nemini parcant, sed omnia dilanient, atque devorent: tamen hanc sæpe sæpius in mansuetudinem convertit. Daniel ipse testis est; qui injectus in lacum famelicorum leonum, ab illis intactus per multos dies remansit. Sic & modò licèt statuto perenni decrevisset, ut Sol justitiæ originalis & gratiæ in nullius ortu, & conceptu subsisteret; sed omnes cursu rapidissimo præteriret, & omnes in tenebris originalis in ventre materno obstrusos relinqueret, ut omnes, sicut Job dicebat: Expectent lucem, & non videant nec ortum surgentis auroræ; *potuit tamen præcipere, ut subsisteret aliquantulum in uno die, die scilicet felicissimo Conceptus Virginis MARIÆ*, in quo primam manum apposuerat ad pugnandum cum infausto, & crudeli hoste generis humani; præsertim cùm in Maria, ut Patres docuerunt, fuerit initium reparationis, & redemptionis nostræ. Per fœminam mors (dicebat præclarissimus Martyr Irenæus) per fœminam vita. Per Evam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta seductorem secuta est, hæc integra peperit Salvatorem: illa poculum à serpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi; hæc gratia cælesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari. Hunc secutus Augustinus ait: Eva generis nostri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem attulit mundo; auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria. Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit: illa percussit, ista sanavit. Pro inobedientia enim, obedientia; fides pro perfidia commutatur. Et Irenæus ubi supra: Sicut (inquit) Eva virum habens Adam, & virgo adhuc existens inobediens, & sibi & universo generihumano causa facta est mortis; sic & Maria habens prædestinatú virum, tamen Virgo obaudiens, & sibi & universo generi humano causa facta est salutis. Inobedientiæ Evę nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria solvit per fidem. Nec dissimile est quod Rupertus annotavit: Eva quasi inimica, Eva quasi vipera, Eva quasi deformis, & ignominiosa: mihi inimica, viro suo vipera, sibimet confusa ignominia. Inimica per superbiam, quâ intus tumuit; vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris tentata facilè cessit: ignominiosa per pruritum libidinis, quâ statim scaturire cœpit. Unde & nudam se cognoscens folio pudenda contexit. Beata autem Maria amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem, tu contra Deum non intumuisti; imò mente humili Altissimo complacuisti; & ecce amica es.

Tu serpenti aurem non præbuisti, imò inimicitias inter te, & serpentem ego posui; & ecce columba mea es. Tu nuditatem libidinis non incurristi, imò Spiritus Sanctus obumbravit tibi; & ecce formosa es. *Licèt deinde decreto sempiterno firmaverit, ut nullus esset qui non aduratur hoc igne sulphureo carnalis originalis peccati, potuit tamen umbrâ alarum suarum protegere hoc vellus Gedeonis MARIAM rore gratiarum perfusam, ne ab istis flammis attingeretur.* Licèt fœdere communi leoni illi rugienti, & quærenti quem devoret permiserit, ut omnes in suam captivitatem abducat, & originali labe aspergat, *potuit tamen efficere, ut Beata Virgo illius morsibus, & crudelibus faucibus non subjacuerit*, præsertim cùm illa sit, quæ calcaneo suo vires illius compressit. Hæc est enim illa benedicta fœmina, cui pollicitus est Deus: Ipsa conteret caput serpentis. *Hæc est benedicta illa terra nulli maledictioni subjecta*, ex qua veritas paterna exorta est. Decuit enim, ut sicut Adam primus homo de terrâ virgine nulli maledicto obnoxia, neque humani sanguinis profusione vitiata formatus est: sic Adam secundus de terra eadem Virgine nulli maledictioni supposita, nulla concupiscentiæ vel libidinis labe aspersa corpus assumeret. Hæc est thronus ille sublimis, excellentissimus & augustus, qui ex ebore candido & rubicundo, candido per castimoniam, rubicundo per gratiam elaboratus est. In hoc enim throno ille qui Salomoni sapientiam infudit, ille in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi, recubuit. Hæc est arca illa ex lignis imputribilibus fabricata, *quam nulla putredo peccatorum*, nulla vitiorum caries corrupit. Hæc est hortus conclusus ad quem nullus serpenti locus patuit. Hæc est Virga Jesse *semper recta, & nunquam curvata per jugum peccati*. Virgo Beata est vellus Gedeonis repletum, & perfusum rore gratiarum extinguentium omnem libidinis, & peccatorum ardorem. Beata Deipara est columba suum perpetuum retinens candorem, *omnis peccati felle, & amaritudine carens*. Hæc est pulchra & sine macula, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Decuit enim ut ea puritate niteret Mater Dei, quâ maior sub Deo nequit intelligi, &c. In impress. Colonienſi facta anno 1620. extant hæc verba à fol. 227. Concione 23.

Item, tom. 18. Annal. Ecclesiasticorum, fol. 606. refert latè quomodò Wigandus Cauponus, & Joannes Verus palinodiam decantarunt circa sententiam *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & similiter adducit Decretum Oliverij & Georgij Cardinalium circa modum prædicandi in materia Conceptionis, &c. Lib. impress. Coloniæ 1627. in fol. Ex his & aliis hujusmodi quæ sunt in hoc Auctore, judicet Lector.

ABRAHAMUS Bucholcerus, Auctor damnatus (sed Opus permissum) in indice Chronologico seu Itagoge Chronologica ad annorum seriem in sacris Bibliis contexendam, &c. anno mundi 3955. ante Christum natum 16. fol. 115. inquit: *Beata Virgo MARIA Domini nostri IESV CHRISTI Mater hoc anno vel concepta, vel nata creditur* ex patre Eli, qui & Joachim, vel Eliachim; ab erecto tabernaculo in deserto 1500. à condita regia Salomonis 1014. eadem completa 1022. à templo secundò condito 503. eodem perfecto 535. à morte & vaticinio Jacobi 1700. inclusivè, &c. Lib. impress. Francof. 1634. & 1616. in 8. & Gorlicij 1480. in fol. Hic nihil probat pro nec contra; ideo excluditur à Militia, & remittitur ad notitiam.

ABSALON Spirinck, Irbacensis Abbas Ordinis Cistercien. Serm. 22. qui est de Annuntiatione, post alia plura de plenitudine gratiæ, fol. 74. inquit: In Beata Virgine MARIA plenitudo æqua fuit, quoniam spiritali gratia in tantùm repleta est, *quòd in ea nihil vacuum, id est, nullus peccandi locus remansit*. Unde Augustinus dicit: Cùm de peccatis agitur, nullam de Beata MARIA volo fieri mentionem, &c. Plena gratiâ fuit naturalium bonorum, quoniam Spiritu Sancto ei superveniente integritatem naturalem *secundum dignitatem primæ conditionis sola inter filias Evæ accepit, &c.* Si nihil vacuum fuit in MARIA, & in eâ nullus peccandi locus remansit, ergo nec vacua fuit in sua Conceptione, ut originali peccato locus remaneret.

Item, Serm. 44. qui est secundus de Assumptione, fol. 145. inquit: Benedicta tu inter mulieres. Assumpta est per purificationem, *dum à cæteris filiis hominum sequestrata, ab originali & actuali peccato Spiritu Sancti mundatione est purificata*. Lib. impr. Coloniæ 1534. in fol. & in nostra Biblioth. Virginali, tom. 1. in principio. Si ergo eodem modo loquitur Absalon de peccato actuali ac de originali; & ab actuali non fuit mundata post casum, vel maculam; sed ibi mundatio est idem quod præservatio, quare non idem sentiendum erit de peccato originali? Iste Auctor antiquus est, & nihil aliud habet pro nec contra de hac materia, ut ab hoc prosequamur demonstrare non omnes antiquos Doctores scribentes ante Sixtum IV. sustinuisse opinionem minùs piam, ut aliqui nunc etiam ausi sunt affirmare sine ullo fundamento.

ACATIUS Gaytan, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ extat impress. Granatæ cum multis aliis, folio 290.

ACADEMIÆ Christianæ, ac Catholici Orbis Scholæ, seu Gymnasia publica communiter dicta Universitates, per totum terrarum ambitum diffusæ, quæ speciali voto pollicentur, jurejurando astringuntur, statuto inviolabili admittunt, publicis assertionibus defendunt, atque religioso cultu celebrant ut puram, sanctam, ab omni labe, culpa & macula sacratissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ *Immaculatam Conceptionem, immunitatem, atque præservationem in primo suæ animationis instanti*, sub diversis formulis, protestativisque verbis, sunt sequentes. In Hispania: Biacensis seu Baëzana, Barchinonensis, Bracharensis, Cæsaraugustana, Complutensis, Compostellana, Conimbricensis, Eborensis, Gandiensis, Granatensis, Hispalensis, Illerdensis, Ovetensis, Ochonensis, Olutrensis, Onnatensis, Oscensis, Ossunensis, Oxomensis, Pinciana, Pragensis, Saguntina, Salmanticensis, Toletana, Tarraconensis, Valentina, Vallisoletana, Ulyssiponensis. In Gallia: Aurelianensis, Parisiensis, Tolosana. Dolana in Burgundia. Erphordiana vel Erphordiensis in Turingia. In Indiis Occidentalibus: Limensis, & Mexicana. In Italia: Bononiensis, Neapolitana, Panormitana. In Germania: Colonienſis, Liptzienſis, Moguntina, Tubigensis, Viennensis, Ursaonensis. In Belgio: Duacensis, Lovaniensis. Pragensis in Bohemia. In Anglia: Cantabrigensis, & Oxonien-

Oxonienſis, antequam hæreſis labe polluerentur. Iſtarum ergo omnium vota, iuramenta, ſtatuta & acta circa hoc myſterium vide verb. Univerſitates.

Item, Catholicæ aliæ Academiæ licèt non ſint juramenti vinculo aſtrictæ, religioſo voto alligare, aut aliquo ſingulari ſtatuto compromiſerint (quod ſciam) omnes tamen ſpontaneo affectu, ſola cognitione veritatis motæ, tam in communi, quàm in particulari tenent & defendunt piam ſententiam *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, ejuſque præſervatione à peccati originalis macula*, v.g. In Italia: Bergomenſis, Catanenſis, Ferrarienſis, Florentina, Mantuana, Mediolanenſis, Maſſanenſis, Mutinenſis, Papienſis, Patavina, Peruſina, Piſana, Romana, Salernitana, Senenſis, Veneta & Veronenſis. In Hiſpaniarum Inſulis Ballearibus: Luliana, ſive Maioricenſis; atque Calaritana, & Turriana in Sardinia. In Galliæ regno: Andegavenſis, Auguſtodunenſis, Avinionenſis, Bituricenſis, Burdegalenſis, Cadomenſis, Cadurcenſis, Genevenſis, Gratianopolitana, Lauſanenſis, Maſſilienſis, Montiſpeſſulana, Muſipontana, Nannetenſis, Nemauſenſis, Pictavienſis, Rhemenſis, Samurenſe gymnaſium, Sedanenſis, Valentiana. In Germania viciniſque regionibus: Argentinenſis aliàs Argentoratenſis, Aliorphiana, Baſileenſis, Chemnicenſis, Clivenſis, Coronenſis, Cracovienſis, Daventrienſis, Dilignana, Elbingenſis, Francfordienſis, Franckerenſis, Friburgenſis, Gieſſanenſis, Goltpergenſis, Gorlicenſis, Græcenſis, Gripſuvaldenſis, Haſnienſis, Hailbrunenſis, Hardevicenſis, Heildelbergenſis, Helmſtadiana, Herbipolenſis, Herbonenſis, Jenenſis, Ingolſtadienſis, Lavingenſis, Liptzenſis, Lugdunenſis aliàs Leydenſis, Marpurgenſis, Mechlinienſis, Miſnenſis, Montiſregalis alias Conincxbergenſis, Neoſtadiana, Poſnenſis, Olomucenſis, Roſtochienſis, Serveſtanum gymnaſium, Soranæ, Stemsfortenſe gymnaſiũ & Stetinénſe, Swolana, Silvæducenſis, Tigurina, Trevirenſis, Viſcontina, Upſalienſis, Uratiſlavienſis, Wittembergica, Zuiccavienſis. Deniq; in Anglia: Aberdonienſis, Bangorienſis, Carleonienſis, Legionenſis, & Londinenſis. Ex iſtis ergo Academijs, ſive Univerſitatibus, quæ inter Chriſtianos reperiuntur (licèt aliquæ à Fide Catholica receſſerint) nulla hucuſque pro contraria opinione militavit, aut contra piam ſententiam palam vel occultè arma ſumpſit: ſed, ut dixi, omnes ſunt pro immunitate Virginis MARIÆ, & ſic verificatur quod à multis Scriptoribus pro Immaculata Conceptione frequenter dicitur, ſcilicet: quòd omnes Univerſitates, ſeu Academiæ Orbis magis piam amplectuntur ſententiam de Immaculata Conceptione.

ACHILANTES Rocheta, Eques Sancti Sepulchri, in Peregrinatione Terræ ſanctæ tractatu 3. cap. 8. fol. 157. agit de Eccleſia Sanctæ Annæ, *in qua ex antiqua traditione dicitur Virginem MARIAM fuiſſe conceptam & natam, in qua etiam Catholici celebrant feſtum Conceptionis* & Nativitatis. Lib. impreſſ. Panormi 1630. in 4.

ACHILLES Graſſus, Caſtellenſis Epiſcopus, atque Apoſtolicæ Sedis Legatus à Julio II. Pontif. Maximo ſpecialiter miſſus ad Civitatem Bernenſem ad annum 1508. ut quoſdam Religioſos captos, ac per torturam examinatos miſerabiliter ad ignem damnaret propter quaſdam doloſas, falſas, impias & diabolicas machinationes, *quas odio in Immaculatiſſimæ Virginis MARIÆ puriſſimam Conceptionem excogitarant*, &c. Vide Nicolaum Baſelium, Laurentium Surium, Hugonem Cavellum, Martinum del Rio, Joannem Antonium Velazquez fol. 243. & præcipuè libros de hac re editos Bernæ impreſſ. 1509. in 4. quos habemus cum alio originali manuſcripto. Vide etiam verb. Haymo de Monte Sallon Lauſanenſ. & Matth. Walleſſionenſ.

ACTIUS Sincerus Jacobus Sannazarius, Poëta illuſtris Italus, in lib. de Partu Virginis libro 1. ſic cecinit:

Eſt urbeis Phœnicum inter, lateq; fluentem
Iordanem, Regio noſtris ſat cognita ſacris,
Iudæam appellant, armisq;, & lege potentem.
Hic claris exorta atavis, patrumq; Ducumque
Antiquum genus, & dignis licet aucta hymenæis
Pectoris illæſum Virgo mihi caſta pudorem
Servat adhuc, nullos non ſervatura per annos:
(Mirus amor) ſeniumq; ſui venerata mariti
Exiguis degit thalamis & paupere tecto,
Digna polo regnare, altoque effulgere divûm
Concilio, & noſtros æternum habitare penates.
Hanc mihi virginibus jam pridem ex omnibus unã
Delegi, prudensque animo interiore locavi:
Vt foret, intacta ſanctum quæ Numen in alvo
Conciperet, ferretq; pios ſine ſemine partus.

Iſte Auctor floruit duobus abhinc ſæculis, & tamẽ nihil aliud dicit niſi relata: ergo non omnes Doctores antiqui ſuſtinuerunt opinionem contrariam. Lib. eſt impreſſ. Compluti 1534. in 8. & cum Comment. Valentini Odorici Utinenſis Venetijs anno 1593. in 8. & alibi.

ADAM Anglicus, Auctor antiquus, in 3. lib. Sententiarum diſt. 3. habet *Quæſtionem de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Andreas de Peruzzinis in Analyſi Concept. art. 2. folio 107. Fortè iſte fuit Adam Godam impreſſ. Pariſijs 1512. in fol. qui floruit ad annum 1330. quem citant pro pia ſententia Salazarius, Leon, Nieremberg. fol. 110. Sed cùm iſtum adducant Adverſarij pro ſua opinione, & Raphaël de Pornaſio tranſcribat hujus latiſſimam auctoritatem, & ego nihil hujus pro vel contra invenerim, quouſque de veritate conſtet, fides ſit apud relatos Auctores.

ADAM (abſque alio cognomine) fecit Sermones qui incipiunt: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Hîc duo innuuntur, &c. ubi ſic dicit: Eſt autem duplex tabernaculum quod ſanctificavit Dominus in adventu ſuo, unum eſt B. Virgo, reliquum Eccleſia militans. Sic autem oportet Baſilicam vel totam vel ex magna parte ædificari antequam dedicetur: unde *Beata Virgo prius ædificata, poſtea dedicata eſt*, &c.

Item, habet alium Serm. Benedicta inter mulieres, &c. Multæ matronæ ut Sara, Rebecca luctatæ ſunt cum Domino, ſed nulla præter B. Virginẽ evincere & obtinere potuit; *ipſa verò præſervando obtinuit.* Sicut enim de tota maſſæ parte excipitur modicum maſſæ ut fiat fermentum, & ex illo modico fermento tota maſſa aceſſit & amareſcit; ſic Dominus accepit Beatam Virginem, *& ſeparavit & contulit plus gratiæ, quàm unquam contulerit, vel collata fuerit alicui mulieri*, &c. Iſte Adam fuit Religioſus, ut apparet ex illis verbis: Amico ſuo Magiſtro Andreæ Canonico Turonenſi F. Adam charitatem de corde puro, &c. Extant manuſcripti in Monaſterio Marchianenſi prope Tornacum in

fol. Et licèt Auctor fuerit ex antiquioribus, & liber à quadringẽtis annis scriptus, ut ex ipso constat, nihil aliud habet pro puritate Virginis nisi hîc posita. Unde non omnes antiqui sustinuerunt contrariam opinionem.

ADAM Dei-Patientia, Præmonstratensium Abbas, dedit rescriptum tenoris sequentis: Adam Dei-Patientia Præmonstratensium Abbas, & Abbatum ejusdem Ordinis Capitulum Generale dilecto in Christo Fratri.... Abbati Imosterholen, totiq; Conventui ibidem salutem, & ordinationes in Domino salutares. Ad instantiam R. in Christo Patris, & Domini Chunr. Venerabilis Episcopi Parisponensis concedimus, & præsentibus litteris indulgemus, ut in Ecclesia vestra *diem Conceptionis Beatæ MARIÆ* Virginis sub duplici Festo cum propria historia perpetuò celebretis, dummodo vobis, & ipsi Monasterio vestro de competenti consolatione per Fredericum ejusdem Domini Parisponensis Episcopi Notarium ordinetur. Datum Præmonstrati, an. Domini 1305. in Capitulo Generali. Extat in lib. Metropolis Salisburgen. tom. 3. fol. 45. Impress. Monachij 1620. in fol.

ADAM de Persenia, Abbas Ordinis Cisterciensis natione Gallus, sermone de Annunt. loquens de Virgine sub metaphora Virgæ, inquit: Hac Virga forti fortem armatum in pace atrium possidentem fortior illo superveniens Rex virtutum percussit, & attrivit, &c. dum quiescerent, & silerent in Virgine omnia. *Caro purissima ab omni contradictione concupiscentiæ pura, mens gratissima ab omni perturbatione malitiæ.* Dum pœnes Virginem agitur tale silentium, non silet sermo omnipotens, &c. Si ab omni contradictione fuit caro & mens Virginis libera: igitur & à prima peccati originalis.

Item, sermone de Purificatione: Quid ergo purificari hanc credendum est purissimam Domini Matrem, *cujus tam singularis & in partu, & post partum fuit puritas, ut totius puritatis nobis proferret Auctorem &c.* Cæterùm non MARIÆ, sed nostra per MARIAM purificatio facta est; *quæ dum sine omni peccato Dei Filium concepit* & peperit, nostras impuritates detersit, &c. Si tanta puritas fuit in MARIA, & absque omni peccato concepit: igitur & ipsa semper munda. Vide Notam Patris Marraccij ad hæc verba, folio 189.

Item, sermone de Assumptione: Quàm procul est incorruptæ Matris Virginalis integritas, ex qua Verbum caro efficitur! quàm procul est altitudo humanæ naturæ ante peccatum! *Unde in carne Verbi immunitas conservatur, &c.* Quàm fortis fuit, quæ in corpore fragili posita, & in sæculo nequam adhuc peregrinans, *æmula puritatis Angelicæ*, omne quod creatum est mentis sublimitate transcendit! &c. Illa immunitas conservata in carne Verbi, à quo originem habuit? nonne à MARIA? Igitur illa altitudo humanæ naturæ ante peccatum priùs fuit in MARIA, ut conservaretur in Verbo; & si fuit æmula puritatis Angelicæ, & in Angelis nullum fuit peccatum; igitur nec in MARIA: aliter enim non transcenderet omne peccatum, quia Adam & Eva creati fuerunt in justitia & innocentia originali.

Item, Fragmento 1. inquit: *Tota munda, tota candida*, tota divini roris aspersione compluta, &c.

Item, Fragmento 2. Quàm recta est, *quæ peccati maculam nescivit!* Quàm levis est, quæ nullam duplicitatis rugam admittit! &c.

Item, Fragmento 3. super Magnificat, inquit: Scirpus est, mansueta, *& sine nodo peccati* Virginitas. *Nec igitur quæras nodum in scirpo.* Alioquin, *si in MARIA nodum criminis* salus hominis inveniisset, quomodò in ea, & per eam nodosam perplexitatem mundani criminis absolvisset?

Item, Fragmento 6. inquit: *Candorem illæsæ ejus innocentiæ* trahamus in nos per munditiam conscientiæ, &c. Si ejus innocentia fuit illæsa, ergo ab initio Conceptionis Immaculata.

Item, Fragmento 7. vocat Virginem MARIAM *gratiâ plenam, cujus vestigia fuerunt incontaminata, &c.* Vide ejus verba apud Godefrid. Tilmannum in Allegorijs fol. 278. Lib. impress. Parisijs 1574. in 4. & in Operibus hujus Auctoris impress. Romæ 1652. in 8.

ADAMUS Brawerus Lutzius, Vicarius SS. Gerionis & Ursulæ, in libro salutationis Angelicæ multiplici precularum & hymnorum serto coronato, continente variam praxim salutandi Deiparam, &c. fol. 11. ad illud: Ave MARIA, *Quòd fuit sine væ peccati originalis, immunis ab eo ac libera*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1637. in 12. & in nostra Bibliotheca Virginali tomo 1. fol. 31.

Item, §. 13. praxi 12. inquit *Ave Conceptioni Immaculatæ.* Primo Ave, idem est quod gaude: sola enim Virgo Deipara inter puros homines de sua Conceptione gaudere ac lætari meritò potest. Quippe sola in hanc vitam singulari Dei privilegio ab *originali labe immunis emersit*, &c. Idem repetit infra. Vide ibi, & alibi.

ADAMUS Contzen, Doctor Moguntinus Societatis JESU, in libro: Crudelitas, & idolum Calvinistarum revelatum, seu Defensio trium librorum de Peccato D.D. Roberti Bellarmini contra Davidem Pareum Hæreticum, &c. folio 85. defendit erudite illam propositionem Bellarmini: Christus & Beata *MARIA excipiuntur, fuerunt enim sine omni peccato*, &c. Ubi plura de hac materia. Lib. impress. Moguntiæ 1614. in 8.

Item, tomo 2. in Evang. in illud Lucæ 1. Invenisti gratiam, fol. 25. inquit contra Bezam hæreticum: *Nos B. Virginem in ipso Conceptu sanctificatam non possumus dicere gratiam quæsisse, quam cum ipsa creatione nacta est non minùs quàm ipsam creationem*, &c. Lib. impress. Moguntiæ 1626. in folio.

ADAMUS Sasbout Delphus, Theologus Lovaniensis Ordinis Minorum, in Epistol. Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 287. ad illa verba: In quo omnes peccaverunt, inquit: Posteros ergo Adæ peccasse in Adam non est aliud, quàm eos nascendo ex Adam accipere naturam vitiatam, & prima illa justitia destitutam in qua justitia fuit condita. Intelligere autem oportet quod dicitur: In quo omnes peccaverunt; sub hac, aut simili additionis formula, id est, *quantùm est ex ratione propagationis propter Divam Virginem, quam piè credimus non incurrisse hoc peccatum.* De Christo verò Domino non est quæstio, &c. Impress. Coloniæ 1574. in fol.

ADAMUS Senior Scotus, Monachus Cisterciensis Monasterij Kinlossensis, in lib. Ad R. Patrem ac D.D. Robertum Reid Orchadum Præsulem Strenæ sive Conciones Capitulares, folio 175. *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* habet Conc. Capitularem. Thema: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Psalm. 45. Incipit: Frequens est parœmia, Fratres, &c. ubi latè agit de præservatione Virginis à peccato per totam Concionem, maximè

maximè verò fol. 178. dicens: Atqui sacrosanctæ Virgini ac Matri MARIÆ illatam esse injuriam atque contumeliam à nonnullis priscæ ætatis hominibus, ex variorum Authorum lectione intelligimus; suo effræni calamo contendunt eam originalis culpæ labem in suo Conceptu contraxisse. Nos verò, filij, qui per eam salutis & vitæ Auctorem CHRISTUM JESUM suscepimus, ac in filiorum Dei adoptionem accepti ab exilio revocati sumus, qui regressum denique per eam in cœlum obtinuimus, debemusne Matris tam magnam & tantam ignominim taciti & æquo animo ferre, præsertim cum tam Sancta, & Immaculata dicatur & verè sit, ut de ea gratiæ plenitudo prædicetur? Nihilo tamen minùs ipsi adversarij nostri quibusdam sacrarum litterarum sententijs, sic ijs placet, innitentes, vel (ut meliùs dicam) abutentes, Matrem Christi Domini astruere conantur peccato originali in Conceptu obnoxiam fuisse. Aiunt nim ex Apostolo: Omnes in Adam peccaverunt & egent gloriâ Dei &c. *non animadvertentes Virginem Matrem ab hac peccati labe speciali gratia exemptam exceptamq; fuisse. Et profectò, si non excepta fuisset, illi communi legi peccati subjacuisset aliorum hominum more.* Sed parumper audiamus, & quod verum est perquiramus. Primùm in libro Geneseos prædixit Deus serpenti &c. Et agit latè de inimicitiis serpentis & mulieris, & prosequitur sic: At quonam pacto id rectè Virgini Matri competere potest, si virulentum illius afflatum non omnino vasit, sed aliorum hominum more sensit? *Quomodo (inquam) MARIÆ id coaptare valeat, si pestifero à primis parentibus traducto culpæ originalis veneno, non minùs quàm aliæ mulieres contaminata est?* Tum siquidem nullus inter eam & serpentem inimicitiarum locus extitisset, si ejus vulnere more aliorum hominum percussa esset: nec serpentis caput ipsa contrivisset, sed contraversùm à serpente saucia ta, læsa & contrita esset. *Ipsa ergo MARIA sola speciali gratiâ præventa, & à peccati originalis culpa præservata extitit, eò quòd prævisa fuit & prædestinata, quæ esset Mater Immaculata, & domus Dei, &c.* quod probat latè multis Scripturæ locis per totam Concionem ac rationibus pulcherrimis usq; ad fol. 185. & ad finem salutationis habet hęc Carminat (Auctor homo Christianus)

Virgo expers nævi, & primævæ nescia culpæ,
Quæ Dominum ancilla, & filia nixa patrem, &c.

Lib. impress. Parisijs 1558. in 4.

ADAMUS Tannerus, Societatis Jesu Germanus, in tom. 2. Theologiæ Scholasticæ speculativæ, disp. 4. de Peccatis quæst. 7. dub. 2. An peccatum primi parentis ad solos & omnes ejusdem posteros, adeoque etiam ad Beatam Virginem derivetur? An Beata Virgo concepta fuerit sine peccato originali, & qua ratione? cujus assertio 4. est: *Beata Virgo Mater Dei nata & concepta est sine peccato originali, omnis proinde peccati expers*, &c. Quod latè probat, & tractat à col. 747. usque 757. Lib. impress. Ingolstadij 1626. in fol. & 1627.

Item, tom. 4. quæst. 1. disp. 2. dub. 1. *de Conceptione Beatæ Virginis, ejusq; genealogia*; & dubio 2. de Sanctificatione Beatæ Virginis, ejusdemque sanctitatis perfectione & excellentia, ubi plura invenies pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, à col. 505. usque 548. Impress. Ingolstadij 1628. in fol.

Item, tom. 1. disp. 3. de Providentia & Prædestinatione, quæst. 5. dub. 10. n. 7. col. 964. Quòd Beata Virgo propter Christi merita *fuit præservata à peccato originali*: cæteri verò illud contraxerunt, &c. Lib. impress. Ingolstadij 1626. in fol.

ADAMUS de S. Victore seu Victorinus, Canonicus Regularis Parisiensis, qui vixit ad an. 1150. in Prosa seu Hymno de Beata Virgine, inquit:

Salve Verbi sacra Parens,
Flos de spina, spinâ carens,
Flos spinetі gloria.
Nos spinetum, nos peccati
Spinâ sumus cruentati,
Sed tu spinæ nescia.

Et in alia Prosa:

Ave Verbi summi Parens,
Ave rosa spinâ carens,
Per te vivit mundus arens,
Per te datur venia.

Ita Joannes Vitalis in suo Defensorio Ancil. 5. lib. 4. cap. 5. Et in alia Prosa habet hæc:

Tu fons roris, vena mellis
Tota dulcis, nullum fellis
Habens seminarium.

Prosas istas pro Immaculata Conceptione latè explicat prædictus Vitalis loco allegato, Joan. Alanus Parisiensis, & alij. Vide Salazarium sæcul. 12. Serran. lib. 2. c. 25. num. 11. Leon in Biblioth. class. 8. Joseph Stephanum de Rosario fol. 453. Bivarium, Aguerum, Tamajum, & fere omnes qui scripserunt Tractatus integros de Conceptione. Iste ergo insignis Auctor antiquus hîc vel alibi nihil habet contra.

ADAMUS Wernherus, Temarensis in Collegio studij Heidebergensis, licèt scripserit contra Sebastianum Brant qui vocavit fautores opinionis contrariæ Maculistas; ipse tamen fatetur Virginem fuisse absque originali culpa, dicens: *Volo cum Scotizantibus purissimam Dei Genitricem ab omni originalis culpæ macula singulariter præservatam piè credere* &c. Et infra in Carminibus:

Sed nos hanc totam pulchram, maculisque carentem
Et corde & lingua credimus & canimus.
Ille honor & candor quâ Virgo ab origine pollet,
Ut Domino placuit, inviolatus erit.

Impress. Heildebergis 1502. in 4. De hoc Auctore Wigandus Dialog. 3. contra Concep. in principio.

ADOLPHUS Moguntinus Archiepiscopus, & Sacri Romani Imperij Archicancellarius, ac Princeps Elector, edidit rescriptum pro celebranda Festivitate Præsentationis B. Virginis, sicuti *Festum Conceptionis B. V. MARIÆ*. Incipit: Adolphus Dei gratiâ, &c. Ex speciali devotionis affectu, &c. Datum in civitate Moguntina die penultima mensis Augusti, anno Domini 1468.

ADONIS Episcopus Trevirensis, ad Martyrolog. Usuardi & Joannis Molani, ad diem 8. Decemb. *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei Domini nostri IESV Christi*; ut videre est in libro impress. Lovanij 1573. in 8.

ÆGIDIUS Abbas, scripsit Sermones de Sanctis, sive de minoribus Solēnitatibus; & incipit à Festo S. Stephani: Stephanus plenus gratiâ, &c. Et sermone 33. de Annuntiatione Dominica: Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum. Aye, inquit: *Non inconvenienter illi Ave dicimus, quam ab omni væ liberam esse didicimus; nec miseriæ tantùm expertem*, sed felicitatis, & felicitatis omnimodæ participem pro certo scimus, &c. Extant manuscrip. in Bibliothec.

bliothec. Alnensi characteribus antiquis in 4.

ÆGIDIUS de Campis, Doctor Parisiensis, delegatus fuit ad Sedem Apostolicam, cùm esset Avinione, contra Joannem de Montesono *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Henr. Spondan. tom. 2. ad an. 1387. num. 7.

ÆGIDIUS Carlerius, Doctor antiquus, Decanus & Canonicus Cameracen. qui vixit circa an. 1417. super 3. Sentent. proponit quæstionem: Incipit primum dubium, utrum B. Virgo fuerit immunis ab originali peccato in Cõceptione & post Conceptionem? pro determinatione dubitationis considerandum, quòd in hac materia problema surgit non ex defectu, sed ex fortitudine ac multitudine rationum, &c. Ut autem vitetur æquivocatio de Conceptione, conceptio etsi posset tribus modis dici: Primò pro ministratione materiæ prolis concipiendæ, quæ est seminum commixtio. Secundò pro configuratione & organizatione membrorum, quam facit virtus formativa, quæ est in gutta patris ut artifex, sicut dicit Aristoteles. Tertiò pro infusione animæ in corpus organizatum, in quo jam recipitur anima ut anima, non tamen ut artifex, imo non ut artifex. Quamvis etiam de qualibet conceptione posset formari dubitatio, majus tamen pondus dubij est de tertia Conceptione, quæ dicitur animatio, si ante eam caro Virginis fuerit sanctificata, &c. Deinde adducit argumenta pro parte affirmativa, quòd habuit originale. Deinde pro parte negativa, ac tandè resolvit sic: Dico igitur cum ultima opinione ad dubium primò, *quòd V. MARIA immunis fuit ab omni peccato actuali & originali*. Dico secundò, *quòd ipsa fuit concepta sine originali, &c.* quod probat late. Extat manuscr. in Collegio Navarræ in fol. & charta pellicea.

Item, idem in libro dicto: Sporta fragmentorum, in Tractatu contra quemdam blasphemum adversùs Virginem Matrem Christi, ad instantiam Domini Inquisitoris hæreticę pravitatis: *Quòd Virgo MARIA nunquam etiam per momentum subjacuit peccato originali vel actuali*. Quod probat ex Concilio Basileensi, S. Augustino, Anselmo & aliis. Lib. impress. Bruxellis, anno 1479. in folio.

ÆGIDIUS Chybault vel Thybault, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, publicè habitis die 24. Novemb. 1654. hæc adstruit: *Beata Virgo ab omni prorsus peccato etiam originali semper, etiam in primo Conceptionis instanti immunis fuit*. Contrariam etiam privatim asserere, sine speciali Pontificis venia, nefas. Ex festo Conceptionis efficaciter probatur Conceptionem fuisse Immaculatam, sicuti D. Bernardus & D. Thomas ex festo Nativitatis certò colligunt eam fuisse Immaculatam. Nunc itaque si viverent, nulla ratione dubitarent, quin Beata Virgo fuerit concepta sine originali. *Verisimilius videtur, eam nequidem debitum illud contrahendi habuisse*. Et idem defendit die 20. & 21. Julii 1655. & die 30. Junii 1654. Et in Thesibus habitis die 11. Julii anno 1656. inquit: *Beata Virgo ab originali semper immunis fuit*; idque etiam D. Thomam asseruisse constat, non item negasse. Dicere eum, si nunc viveret, indubitanter asserturum Conceptionem passivam Deiparæ fuisse Immaculatam, non magis frivolum est, aut sine fundamento conjecturare, quàm sit dicere eum cohærentia docturum. Festum Conceptionis ab Ecclesia celebrari sub titulo Conceptionis Immaculatæ, &c. Et easdem defendit anno 1659. mense Julii. Impress. Lovanii in 4.

ÆGIDIUS Cuallart vel Zuallart, Ordinis Minorum Belga, in Cantico ad Christianos devotos, sic inquit Gallicè:

La guide de vos pas la Vierge tres-pure
Conçëue sans peché, de l'origine l'ordure;

ut videre est in principio libri dicti: Petite guide des devots à la Conception Immaculée. Lib. impress. Namurci 1641. in 8.

ÆGIDIUS Delphus, Doctor Parisiensis Gallus, scripsit Defensorium contra librum Vincentii de Castro-Novo *pro Immaculata V. MARIÆ Conceptione*. Quod manus. extabat in Bibliotheca S. Francisci Fratrum Recollectorum Colonienssium in Conventu ad Olivas, ut retulit R. P. Jacobus Polius Ordinis Chronologus in Annotatione pro illa Provincia, fol. 115. Cujus hæc sunt verba: Asservatur itidem contra Immaculatam Conceptionem D. Virginis Vincentii de Castro-Novo Dominicani Tractatus ad Herculem Ferrariensem Ducem in 4. impressus, in cujus fine sunt rationes Magistri Bartholomæi Feltrensis Minoritæ pro Immaculata Conceptione, atq; manuscripta defensio Magistri Ægidii Delphi Professoris Parisiensis contra prædictum Vicentium affixa anno 1483. pridie Nonas Septembris. Sixtus IV. Papa Vincentii prædicti librum reprobavit, ann. 1486. 3. Martii. Universitas Parisiensis pro Immaculata Conceptione Decretum tulit anno 1499. die ultima Novembris. Universitas Colonienssis Decretum tulit. Hucusque sunt verba prædicti Polii.

ÆGIDIUS Eschesiel vel Schesiel, Ordinis Minorum Austriacus, edidit Librum sub hoc titulo: Mysterium *præservationis sine macula conceptæ Dei Genitricis B. Virginis MARIÆ* ostensum, declaratum, & piis exercitiis precibusq; accommodatum, quatenus cliens ejus devotus mereatur à mala morte præservari, & immaculatum se custodire in hoc sæculo. Impress. Austriæ, anno 1656. in 12. Habetque sequentia exercitia: 1. pro die Dominica, Electa ut Sol. 2. pro die Lunæ, Pulchra ut Luna. 3. pro die Martis, Sicut lilium inter spinas. 4. pro die Mercurii, Speculum sine macula. 5. pro die Jovis, Hortus conclusus. 6. pro die Veneris, Fons signatus. 7. pro die Sabbati, Spiritus Sanctus superveniet in te. Quæ omnia accommodat Immaculatæ Conceptioni.

ÆGIDIUS Fuscarius, Ordinis Prædicatorum, & Sacri Palatii Magister, relatus à R. P. Vincentio Justiniano Antist ejusdem Ordinis, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ita etiam Andreas de Peruzzinis in Analysi Immaculatæ Conceptionis artic. 2. fol. 63. Euseb. Nieremb. in lib. Exception. cap. 23. fol. 356. & alii quamplurimi.

ÆGIDIUS Gelenius Germanus, in lib. de admiranda, sacra & civili magnitudine Coloniæ Claudię Agrippinensis Augustę Uborum urbis, &c. Syntagma 83. folio 599. de Monasterio *B. MARIÆ Virginis sine maculâ conceptæ* Virginum Tertiæ Regulæ S. Francisci, vulgo Conventus Laudis, &c. & dicit fuisse fundatum Monasterium anno 1629. Lib. impress. Coloniæ 1645. in 4. regali.

ÆGIDIUS Gottardus, Ordinis Sancti Augustini Italus, traduxit Italicè Concionem *de Conceptione Virginis* R. P. Petri de Valderrama. Venetiis 1609. in 4. ubi plura invenies pro ejus præservatione à peccato originali.

ÆGI-

ÆGIDIUS Lopez Lucenilla, Poëta Hiſpanus, edidit librum ſub hoc titulo: Relacion de la Fieſta que la Confradia *de Nueſtra Señora de la Concepcion* hizo à ſu ſoberana Imagen en la Egleſia del Convento de Regina à la de San Franciſco de Sevilla, &c. Verſu Hiſpanico impreſſ. Hiſpal. an. 1616. in 4.

ÆGIDIUS à Præſentatione Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, *de Immaculata Virginis Conceptione ab omni originali peccato immuni*, libros 4. in uno tomo inſigni, cujus præcipuæ controverſiæ, ac quæſtiones ſunt: quid ſit ſanctificatio? quid ſit peccare in Adam? quomodò intelligendum, omnes in Adam peccaverunt? de debito Virginis in Adam: de ejus præſervatione à macula; & de hoc agit latiſſimè: de hujus controverſiæ diffinibilitate: de redemptione Beatiſſimæ Virginis: de extinctione fomitis: an habuerit in primo Conceptionis inſtanti uſum liberi arbitrii? ac denique de nonnullis aliis privilegiis ipſi collatis in prima ſanctificatione; tangitque incidenter alia plura ſcitu digniſſima, lib. impreſſ. Conimbriæ 1617. in fol. Ita exhauſit Auctor iſte inſignis materiam Immaculatæ Conceptionis in præallegato tomo, ut in tribus aliis de Beatitudine impreſſ. Conimb. 1615. in fol. nec verbum habeat.

ÆGIDIUS Schieſſel Ordinis Minorum Germanus, laboravit *Manuale Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*. Viennæ in Auſtria impreſſ. 1642. in 12.

ÆGIDIUS Topiarius Doctor Flander, in Concionibus Evangeliorum, & Epiſtolarum, quæ in præcipuis, & aliis totius Anni Feſtis diebus populo in Eccleſia proponi ſolent, è talibus Divi Laurentii à Villavincentio Xereſano elaboratis, &c. fol. 13. in feriis *Conceptionis Beatæ MARIÆ ſemper Virginis, Epiſtola, & Evangelium quærantur in Feſto Nativitatis ejuſdem.* lib. impreſſ. Pariſiis 1566. in 8. lege Sermones Beatæ Virginis hujus Auctoris, & invenies plura pro immunitate Deiparæ ab omni peccato.

Item, in parte Hyemali, fol. 25. in feriis *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, Sermo incipit: Pericope illa. Liber eſt impreſſus Antuerpiæ 1568. in 8.

ÆLIUS Antonius Nebriſenſis Doctor Hiſpanus, edi curavit Thalichriſtiam D. Alvari Gomez, ubi fol. 45. habet expreſsè *præſervationem Virginis MARIÆ à peccato originali.* Immò iſtius Auctoris exiſtimo eſſe notam marginalem, quæ ſic ſe habet: *Excipitur Conceptio Beatæ MARIÆ à communi lege*, propter finem, qui erat Incarnatio Dei. lib. impreſſ. Compluti 1525. in 4.

Item, in commento Paſchalis Sedulii interpretatur illa Carmina lib. 2. in principio:

Et veluti è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis
Nil quod lædat habens, matremq; obſcurat honore,
Sic Evæ de ſtirpe ſacra veniente MARIA, &c.

Quæ ſecundùm omnes Doctores de Immaculata Virginis Conceptione debent intelligi. Libro impreſſ. Granatæ anno 1553. in 4. Vide Cœlium Sedulium.

ÆNEAS Silvius Picolomineus Cardinalis Sanctæ Sabinæ, poſteà Pius Papa II. interfuit Concilio Baſilienſi, in quo fuit factum illud celebre Decretum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Chriſtophorus à Vega in Theolog. Marian. Paleſt. 3. certam. 10. num. 321. fol. 96. & conſtat ex ejus libro.

AGAPETUS Dalmata Ordinis Minorum edidit Tractatum *de Immaculata Virginis Conceptione*, ſecundùm Antonium Dazam in Opere de Conceptione cap. 6. fol. 48. Ojeda fol. 62. à tergo.

AGENTES Curiæ Romanæ in cauſa Immaculatæ Conceptionis, *pro eadem Immaculata Conceptione ad Sacram, Cæſareamq; Majeſtatem Philippi Quarti Hiſpaniarum Regis memoriale, ſeu informe*, impreſſum in 4. abſque loco impreſſionis cum Imagine Immaculatæ Conceptionis.

AGNELLUS à Neapoli Ordinis Minorum, edidit pulchras concluſiones cum Imagine Immaculatæ Conceptionis, & hac inſcriptione: *Tota pulchra, & decora, Virgo Mater es Aurora, Luna ſine macula*, impreſſ. Neap. 1646. in charta expanſa.

AGOBARDUS Lugdunenſis Epiſcopus, qui vulgariter vocatur S. Agobo, Sermone de Trinitate, inquit. Miſit Filium ſuum Dominum, Verbum ut caro fieret, id eſt homo verus, & habitaret in nobis, id eſt *in humanitate perfecta, quam ſumpſit pro nobis, ex nobis, id eſt, ex ſancta Virgine, ad hoc præparata &c.* Extat Tom. 9. B. V. P. P. part. 2. fol. 670. Ut Chriſtus Dominus reciperet humanitatem perfectam, fuit MARIA præparata, & cuſtodita, ergo, ex quo cæpit humanitas in Virgine MARIA, à qua Verbum ſuam humanitatem aſſumpturus erat, fuit Deipara præparata atq; cuſtodita, ac per conſequens à primo inſtanti ſuæ Conceptionis, etſi ab iſto præparata & cuſtodita à Deo, à culpa & macula non fuit poſſeſſa.

AGUILARUS de Terrones Doctor Hiſpanus, in Serm. funerali D. Catharinæ Infantiſſæ, ac Duciſſæ Sabaudiæ, impreſſ. à D. Barrionovo de Peralta, fol. 8. inquit: No ay regla tan general, ni tan ſin exempçion en quantas Dios ha pueſto, como aquella: Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Regla general es: Deum nemo vidit unquam, à Dios na die le vio in carne mortal, y con todo ay Santos que dizen, que Moyſen, y S. Pablo le vieron en eſta vida. Regla general es: Omnes naſcuntur filii iræ. Todos nacemos en pecado, y ſe ſacan el Bautiſta, y Geremias, que nacieron ſantificados. Regla general es: *Que todos incurrimos en el pecado originalsy exceptuaſe la Virgen.* Regla general es: Que en el infierno no ay redempçion; y dize San Juan Damaſceno, que Traxano, deſpues de eſtar alla ſalio, &c. Serm. impreſſ. abſq; anno, & loco, quia deerat primum folium, extat tamen apud R. P. Chriſtophorum Nuñez tomo 6. fol. 162. & in lib. impreſſ. Matriti 1601. fol. 282. à Joanne Iniguez de Lequeria in 4. cum aliis.

ALANUS Coetius Brito Gallus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, dum eſſet Archiepiſcopus Avenionenſis, & Sedis Apoſtolicæ Legatus in Concilio Provinciali celebrato in Eccleſia Avenionenſi Anno Domini 1457. cum aliis duodecim Epiſcopis edidit ſtatutum circa Immaculatam Virginis Conceptionem tenoris ſequentis. *Decretum in Concilio Baſilienſi factum de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ ſtatuimus inviolabiliter obſervari, &c.* Vide verb. Petrus de Fuxo, Purpuram Marian. fol. 8. Armament. noſtrum column. 45. in Regeſto. & Nodum fol. 551. & 576.

ALANUS Inſulenſis Gallo-Flander, Doctor Univerſalis nuncupatus, Monachus Ciſtercienſis, in libro dicto: Anticlaudianus, libro 5. capite 9. folio 102. de Beata Virgine MARIA loquens, inquit:

Hæc est stella maris, vitæ via, porta salutis, &c.
Nescia spineti florens Rosa, nescia culpæ.
Gratia, fons expers limi, lux nubila pellens, &c.

Lib. impress. Basileæ 1536. in 8. extant etiam hæc, & alia verba in nostra Bibliothec. Virgin. tom. 3. fol. 581. vide ibi.

Item, in expositione super Cantic. Cantic. cap. 4. inquit: Tota pulchra es, id est, in corpore, & anima, amica mea per gratiam, & per opera; & macula non est in te, venialis, & criminalis. *Quia nullum credimus in Virgine, ante, & post Conceptionem fuisse peccatum, &c.*

Item, cap. 6. inquit: pulchra ut luna, immò plusquam Luna, quia Luna aliquando deficit, ista semper proficit; Luna decrescit, ista semper crescit. *Luna aliquam in se habet maculam, ista nullam;* ideo electa ut Sol, &c. Primò revertere à captivitate mundi, quia captivitati mundi non debes subjici, per quam captivi à captivitate sua sunt soluti. Secundò revertere ab onere, sive corruptione carnis, *quia sicut immunis à corruptione peccati*, sic ad immortalitatem transire debes, absorpta mortalitate per gratiam Dei, &c. Lib. impress. Parisiis, 1512. in 12. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 553. Hic enim Auctor est, qui citatur à Martino del Rio in Cantica, & ab Antonio Velazquez, fol. 410.

ALANUS Magnus in sententiis suis num. 11. sic inquit: Non solùm in Christo fuit perfecta, & plena circumcisio, id est, circumcisio circumcisa, sed & circumcisio circumcidens: *Circumcidit enim Conceptionem Matris à culpa, partum à pœna &c.* & ad marginem habet: *Beata MARIA Concepta fuit sine culpa.* Lib. impress. Antuerpiæ 1654. in fol.

Item, num. 31. inquit: Hæc est quasi plantatio Rosæ in Jericho. Rosa in Jericho plantata oritur pulchrior, redolet fragrantior, majori rubore vestitur, diutiùs sua pulchritudine coloratur. *Cùm ergo Iericho interpretatur defectus, Beata Virgo quasi quædam Rosa in defectu humanæ naturæ plantata est, &c.* De hoc Alano, & auctoritatibus, vide Joannem Eusebium in lib. Dissertat. Epist. 18. fol. 321. & in Sacro Syll. §. 7. Nescio, an sit idem cum Alano Insulensi.

ALANUS Parisiensis Doctor, scripsit *Defensorium pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione:* quod in libros, atque collationes diversas distribuit; in quo latè satis, & eruditè agit de hoc mysterio aliqua intermittens poëmata, & incipit: Temporis in motu. Ad finem verò, inquit: De inventis in hoc defensorio tuo, sanèque dictis, multas grates Serenissima Virgo Mater; de omissis peto veniam; examini cuncta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ submittens, almæque Universitatis Parisiensis matris meæ. Datum Parisiis anno Domi. M. CCC. XCII. In Festo Sanctorum Simonis & Judæ. Extat manuscriptum apud nos antiquis characteribus Gallis in 4. habetque fol. 174. In multis, imò ferè in omnibus coincidit cum defensorio Joannis Vitalis, de quo infra.

ALANUS de Rupe Ordinis Prædicatorum in lib. Psalterio, seu Rosario Christi ac Mariæ, ejusdemq; fraternitate à R. P. Fr. Joanne Andrea Coppenstein in lucem edito fol. 36. inquit. Christus quidem Deus homo factus, Maria autem Deipara Virgo facta fuit, quibus majus facere Deus nequit &c. *Ave, quia sine væ; fructus est liberari à væ peccati &c.* In quibus verbis indicat Virginem Mariam liberatam fuisse à væ peccati, & hoc etiam de originali debet intelligi, imò præcipuè de illo.

Item part. 2. cap. 5. fol. 110. Sic introducit Virginem Mariam loquentem, ac dicentem: Impetravi tibi, ò Sponse, omnium peccatorum quantùcumque gravium remissionem, nec in reatu peccati morieris, sed si offenderis, in mundo hoc puniris, *quia me sæpius salutasti per Ave, quia sine væ &c.* si ergo Virgo Maria contraxisset peccatum originale, non poterat dici absolutè & simpliciter sine væ.

Item infra cap. 6. fol. 118. inquit: Cogitanti Sponso quomodò possent illa esse vera idæa & imaginata; Domina respondit: tripliciter esse vera possunt, primùm ratione ostendo, nam Sanctissima Trinitas est vbique, per essentiam, potentiam, & præsentiam, & ideo est, & in qualibet imagine creata, præsertim in idæa *S. MARIÆ, quæ ab æterno fuit in mente divina concepta, &c. Deoq; desponsata fuit, &c.* Hoc etiam videtur indicare, quòd absque peccato originali fuerit concepta.

Item cap. 9. de monarchicæ misericordiæ conflictu cum justitia fol. 133. inquit. *Quare tu maledictio cede, succede mea benedictio in Regnum. Ave, quod est sine væ. &c.* Regnum Ave Maria est, in quo nullum fuit væ peccati vel maculæ, &c.

Item cap. 24. fol. 275. inquit. Nam Ave secundùm Augustinum, dicitur, *quasi sine væ maledictionis vel culpæ, in quo innocentia declaratur præclaræ MARIÆ &c.* Amantissima autem Virgo Maria gloriosa, secundùm Anselmum est illa, quæ tanta puritate debuit nitere, quâ major sub Deo nequit inveniri, vnde in Canticis: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te &c. Hæc expressa videtur auctoritas pro immunitate Virginis.

Item infra fol. 280. inquit. Tertia laus Theologiæ, ô clarissimi Rectores, & Doctores hujus Almæ facultatis, & stellæ præfulgentis est, quòd in terna distinctione æterni *ex sanctificatione gratiosa Virginis MARIÆ & Christi* docet totum mundum offerre Virgini gratioſę tertium lapidem tertię lapisfodinæ rupis salutationis Angelicæ, secundùm preciosissimam Margaritam, cùm dicitur gratia, cujus argumentum est: quia secundùm Isidorum Margarita est lapis candidus in concha marina ex rore cæleſti genitus sine admixtione cujuscunq; seminalis propagationis contra plurimas valens infirmitates, & fulminibus, & tonitruis opposita. Nam concha fulmine tacta aborsum patitur, vel à tonitru læsa, lapidem imperfectum generat. &c. Igitur Virgo Maria neque à fulgure, neque à tonitru peccati aliquid passa fuit. Deinde agit de sanctificatione Virginis, & Christi.

Item infra fol. 195. & 305. ex diversis Patribus affirmat; *Quod MARIA contriuit caput serpentis antiqui in omni genere peccati &c.* Vide ibi, & fol. 341. inquit. Cadebat ea tentatio in egrégium piæ Virginis proventum, cumulumque meritorum; tanto namq; sollicitiùs suum illa receptum ad Deum, *Matremque Dei, quæ serpentis infesti contrivit caput*, requirebat, & ab omni peccandi licentia refugiens, &c. In omnibus supradictis pro pia sententia videtur militare Alanus, & quando hoc non, saltem non est contra illam.

Item cap. 32. fol. 414. Decal. num. 9. inquit: Amabilissimus, qui te in Matrem suam dignissimam *ab æterno prælegit, & sponsam, Conceptionemque tuam, ac sanctam nativitatem Parentibus tuis per Angelum prænuntiavit*, & vitæ seriem &c. Hic absque ulla controversia loquitur de Conceptione passiua Virginis,

ginis. Hæc omnia locis citatis reperies in Alano redivivo, lib. impress. Coloniæ 1624. in 8.

ALANUS Varenius Montalvanus, patriâ Tolosanus, in sermonibus panegyricis de Beatissima Virgine MARIA serm. 1. ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, inquit: Verè tota pulchra, in qua nulla unquam sibi locum vendicavit macula, nullum irrepsit antiqui serpentis virus, nec injuria; siquidem aliis contracta labe infectis, ipsa una Immaculata permansit; nec indiguit Redemptore, quæ tanto honorata est Præservatore. Majoris quippe virtutis est servare ne cadas, quàm post casum, quemcumque lapsum erigere. Utrumque autem divini muneris est, non humani, sed alterû altero majus. Alterum divinæ magis adscribendû parenti, quæ nulli potuit obnoxia esse odio, nulli sui Filij indignationi, ut quam, nihil antiquiùs habens, & ante partum, & post partum incomparabili censuit honore. Nec tam infixa carni lex fuit, quin ab illa fuerit propter venerandum Matris munus, liberatio: *Quomodò enim talis, & tanta Virgo, & Mater tota pulchra est, si ab originali peccato non sint immunis?* aut quomodò dealbata, innixa super dilectum suum, si non penitus innixa? si, ut ille purissimus, & omni labe superior, non fuerit ipsa purissima? lib. impress. Parisijs 1513. in 4. extat etiam in nostra Biblioth. Virg. tom. 3. à fol. 509. lege alios Sermones, præcipuè 4.

Item, in sua expositione in Cantica Canticorum sparsim per totum librum agit de puritate Virginis MARIÆ, *ac ejus immunitate à peccato originali*, &c. Liber est impressus in 4. & vidimus illum in Bibliotheca PP. Augustinianorum Tolosæ in Gallia.

ALARDUS Amsterlodamus, sive Adelardus Belga in libro: Similitudines, sive locutiones ex Bibliis sacris, & veterum orthodoxorum commentariis &c. fol. 261. ex D. Bernardo, & aliis, *Vocat Virginem MARIAM inviolatam, integram, cujus pulchritudo non vidit corruptionem* &c. lib. impress. Lugduni 1543. in 8. Auctor iste antiquus est, & licet loquatur in sententia antiquorum Patrum, solùm habet relata, & pro sententia contrariâ nihil; unde etiam deducitur, quòd non omnes antiqui sustinuerunt minùs piam opinionem.

ALARDUS Gazeus Vedestinus Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, in commentarijs supra Collationes Joannis Cassiani, ad Collationem 22. cap. 13. fol. 825. ait: *Quòd solus Christus, & Beata Virgo MARIA fuerunt impeccabiles; Deipara ex singulari Dei privilegio per omnem vitam ab omni peccato libera, atque immunis extitit.* Hæc expressa auctoritas est.

Item ad Collationem 23. cap. 8. *Quod Beata Virgo MARIA exempta fuit ex speciali gratia, & singulari beneficio ab omni peccato, & sic communita, & præservata.* Et de hoc habet alia.

Item ad Collationem 23. capite 19. *Quòd Beata Virgo MARIA excipitur à generalibus sententijs scripturæ, quæ negant hominem vivere sine peccato.* lib. est impressus Atrebati 1628. in fol.

Item, idem in Officio Beatæ MARIÆ Virginis, fol. 91. *De officio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & quomodò institutum fuerit, &c. impressum Antuerpiæ 1622. in 8.

ALBERICUS, Juris utriusque Doctor natione N. adducit auctoritatem S. Augustini *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in suo Dictionario littera A. fol. 7. quem citant D. Franciscus de la Cueva in Informatione juris pro Immaculata Conceptione MARIÆ Virginis, fol. 14. & Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè Concepta, Dissert. 1. annot. 1. fol. 308. cùm autem iste sit antiquus scriptor, saltem non est pro opinione contraria.

ALBERICUS de Ronghe sacræ Theologiæ Baccalaurus Belga in libro: Favus distillatus, sive è Sancti Bernardi mellifluentiæ Doctoris operibus depromptæ preces &c. fol. 43. in salutatione ad B. Virginem MARIAM: *Tota pulchra es, & sine macula, peregrini nihil habens coloris admixtum.* Veni de libano, quia plenè tota, veni de Libano ex toto illustrata, *veni de Libano carens culpa* &c. ac prosequitur sic lib. impress. Antuerpiæ 1657. in 16.

Item, idem in libro: Dulcedo mellis, sive attributa divina pijs affectibus illustrata &c. fol. 256. inquit: tu ergo pulchra es ut luna, immò pulchrior lunâ, *quia tota pulchra es, & macula non est in te*, nec vicissitudinis obumbratio &c. à fol. 262. ò gloriosa Virgo MARIA Filij Dei *Mater Immaculata, cœlis & stellis purior, tota pulchra & sine peccati macula* &c. lib. impress. Antuerpiæ 1661. in 16.

ABERONIUS, Leodiensis Episcopus, ac Princeps, ad annum 1142. in remedium magnorum malorum instituit in sua Diœcesi, *festum Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ex quadam revelatione. Vide infra, verbo Eugebertus de Bois.

ALBERTUS Austriacus Archidux Austriæ, & Belgarum Princeps, nec non S. R. E. Cardinalis scripsit ad Paulum V. Pont. Max. *pro ultima diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; Epistolam satis piam, & devotione plenam ad diem 6. Decembris 1618. Vide Hippolytum Marraccium in Principibus Marianis, & in purpura Mariana, fol. 11. & nostrum tomum 2. Armamentarij Seraph. & Wadding. & alios.

ALBERTUS Bontius Ordinis Minorum Flander, in Conventu Duacensi die 26. Januarij 1659. sub R. P. Francisco Ronset, defendit *Virginem non contraxisse peccatum originale*; & quòd *titulus Immaculata, non solum Virgini MARIÆ, sed ipsius Conceptioni tribui potest*; fuerunt impress. Duaci eodem anno in charta expansa.

ALBERTUS de las Casas Ordinis Prædicatorum Generalis, Hispanus, cum toto Capitulo Provinciali Andaluciæ ad ann. 1523. pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* stetit, ut refert Eusseb. Nierem. in lib. Exception. cap. 23. §. 1. fol. 355. & fol. 359. & alii.

ALBERTUS à Gayo Ordinis Prædicatorum scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* teste Franc. Maria à Pistoja in Corona 2. cap. 5. fol. 161. num. 77. Quis autem fuerit auctor iste, incognitum est, nec Nomenclatores de ipso mentionem faciunt, quare veritas sit apud Auctorem.

ALBERTUS Marchesis de Cottignolo Romandiolus Ordinis Minorum, Italus, in Cœliloquio Morali lib. 5. Cœliloq. 17. de polo artico, qui est stella maris, inquit: MARIA Virgo dicitur stella maris, id est polus arcticus; & quòd dicatur stella, patet, quia sicut stella quælibet, cùm de natura sua, secundùm Dionysium, sit opaca, tamen statim cùm fuit creata, fuit à sole illuminata; sic Beata Virgo MARIA licet ex modo suæ generationis fuerit nata opaca obscuritate peccati originalis, quantùm erat ex se: *tamen in eodem instanti in quo in utero suæ matris fuit concepta, à Sole Justitiæ mediante gratia præveniente fuit sanctificata.* Ut pro ipsa ad

litteram intelligitur illa prophetia Num.24.Orietur stella ex Jacob;sicut enim stella fuit facta à Deo sine macula, ita Virgo MARIA fuit Concepta, & nata *sine macula originalis peccati*, &c.

Item, lib.6.cap.48.quòd Sol significet Virginem MARIAM, inquit: Sol habet nobilitatem in ortu, oritur enim ex alto, & cum multo splendore, *sic Beata Virgo orta est ex alta progenie, quia scilicet ex regali stirpe, & concepta, & nata cum sanctitatis splendore*, &c. Sed ipsa pulchra fuit intus per puritatem, quia sine peccato *etiam originali Concepta*, &c. Libr. impress. Bononiæ 1529. in 4. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol.8. Vide alia ibi, nam plura adducit sparsim pro hoc mysterio.

ALBERTUS Novicampianus in lib. dicto: Scopus Biblicus veteris, ac novi Testamenti cum annotationibus summam doctrinæ Christianæ complectentibus, titulo de justificatione, f. 249. ait: At, inquiet quispiam; si lex possibilis per gratiam, ostende ergo hominem, qui gloriari possit, se in hac vita, quando caro concupiscit adversus spiritum, perfectè legem implere, séque sine peccato esse. Is responsum habeat, hæc duo non pugnare, nempe non inveniri hominem in hac vita sine peccato, *& tamen fieri posse per adjutorium gratiæ Dei, ut inveniri possit quis sine peccato, quod Ecclesia in Virgine Matre usuvenisse, asserere non dubitavit*, &c. lib. impress. Antuerpiæ 1572. in 12. & in Indice citans hunc locum, dicit: *MARIA Virgo sine peccato concepta est.* Vide Joannem Berkelaere Antuerpiensem.

ALBERTUS Patavinus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, quia adducitur ab Adversariis pro sua opinione, de quo in SOLE VERITATIS, refero hîc quæ in ipso invenire potui pro nostra sententia. In Sermonario impress. Venetiis, cujus exordium prologi est. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum &c. Et primus Sermo incipit, Erunt signa in Sole & Luna &c. ad natalia Principum celebranda, consuevit antiquitus se quilibet præparare &c. & feria 4. quatuor temporum Adventus, cujus Evangelium est: Missus est Angelus Gabriel, cum alicui Principi aliqua sponsa tradenda est &c. inquit: describitur itaque in Salutatione Angelica Virginis multipliciter privilegium. Primò enim tangit gratiæ plenitudinem, Ave. Hîc mutatum est nomen Evæ, & res, quia ipsa fuit plena væ, *sed illa fuit sine aliquo væ, ab à, quod est sine, & væ. Gratiâ plena, verè plena, & semper plena, quia dicit Hieronymus: cæteris per partes in MARIAM vero totâ se infudit gratiæ plenitudo.* Sicut enim in Sole Deus posuit omnes virtutes aliorum syderum, ita in MARIA omnem gratiam aliorum Sanctorum. Deinde tangit Angelus circa eam divinum consortium: Dominus tecum. Cum omnibus Sanctis est Dominus, & tamen cum Virgine excellentissimè erat, cum qua nullus homo, nec humani generis inimicus erat: tantò amplius tecum erit Deus, quantò extra partum & semine creatura fueris purior. Lib. impress. Venetiis 1476. in fol.

Item infra: deinde, quia videbat Angelus Virginem cogitantem de salutatione, ideo eandem explicat salutationem, annuntians eum hoc verbo conceptum, dicit ergo, non mireris si dixi, gratia plena, invenisti enim gratiam apud Deum. Nota, quia invenit Virgo apud Deum *gratiam plenariæ sanctificationis, quia ante fuit sancta, quàm nata*, ut dicit S. Bernardus, &c.

Item, habet sermonem de Purificatione, qui incipit: Postquam impleti sunt &c. Vidimus, quòd si aliquis indignus &c. Et sermonis primam partem incipit sic: Festum Purificationis Virginis antiquitus non fiebat, tempore autem Justiniani Augusti apud Constantinopolim facta est mortalitas magna hominum: cùmque plaga invalesceret, nec ullum remedium posset reperiri, revelatum est cuidam sancto viro, ut quarto nonas Februarii Purificatio B. Virginis, & hypapanti Domini celebraretur, & sic cessaret pestilentia in hominibus, quam festivitatem dum fideles celebrarent, omnis mortalitas cessavit, &c. In hoc ergo sermone sic inquit: Et dicendum, quòd in rei veritate B. Virgo non indigebat purificari, ipsa enim est de qua dicitur Cant. 4. *Tota pulcha es amica mea* &c. Pariendo enim Christum *nullam contraxit maculam, sed omnem decorem & sanctificationem*, quia sanctificavit tabernaculum suum altissimus, unde illa præcepto legis Moysi non erat obligata, hanc tamen legem observavit primò propter suam humilitatem, &c. Ecce quomodo Patavinus componit, nullam contrahere maculam cum sanctificatione; ergo non benè intelligit antiquos, qui sic argumentatur: fuit sanctificata, igitur contraxit maculam.

Item, in serm. de Nativitate, qui incipit: Liber generationis JESU CHRISTI &c. Hoc idem, sed alio ordine legitur Lucæ 3. &c. part. 3. sic inquit: Fuit autem Christus divisus ab aliis, Hæbr. 5. talis decebat ut esset nobis Pontifex sanctus impolatus segregatus à peccatoribus. De eo rursus scriptum est Zachar. 6. Ecce vir oriens nomen ejus. *Fuit nihilominus B. Virgo segregata inter omnes mulieres merito, & beneficio*, unde Beda. Nec primam similem visa est, nec habere sequentem: Fuit jam oriens aurora, ex qua processit Sol Justitiæ vir oriens in nativitate sua, *segregata ab omni peccato*, quia, ut dicit Bernardus: ante sancta fuit, quàm nata, sequitur generatio, &c.

ALBERTUS Pius, Carporum Comes, Italus, in libris contra Erasmum Roterodamum libro 9. de Sanctorum cultu, fol. 168. *Quòd Virgo MARIA non contraxit peccatum originale*, &c. latè, impress. Parisiis 1535. in fol. per integrum, 5. littera D. & Venetiis 1562. in fol. aliqua extant in Biblioth. nostra Virginali tom. 2. in principio.

Item, in Controvers. de peccato originali, agit *de Immaculata Virginis Conceptione* pag. 63. sed prohibetur in novo Expurgatorio, ita Leon.

ALBERTUS Polevitius, Ordinis Carmelitarum Polonus, inter sermones de festivitatibus Beatæ Virginis MARIÆ, scripsit *de ejus Immaculata Conceptione*, ex Marco Antonio Alegambe Marrac. in Biblioth. fol. 31. & in Catalogo ad an. 1627.

ALBERTUS Veronensis, Prior Monasterii Divi Joannis, in Viridario Patavino; edidit carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione* & incipiunt: Virginis intactæ dubios Conceptio dudum, &c. Impress. cum Antonio Bonromeo Venetiis anno 1508. in 4.

ALBINUS Flaccus Alchuinus Abbas, Caroli Magni Regis, ac Imperatoris Magister; in libro de fide Sanctæ Trinitatis lib. 3. cap. 14. de MARIA Virgine, & Incarnatione Verbi Dei; sic inquit: Sed unus Dei Filius proprius & perfectus Dominus noster JESUS CHRISTUS, quem Beata Virgo MARIA, salua integritate sui corporis, Deum edidit

edidit & hominem, *quæ fuit lana mundissimâ*, & virginitate clarissima, & incomparabilis universis, quæ erant sub cœlo virginibus, eratque talis ac tanta, ut sola digna fieret divinitatem in se recipere Filij Dei. Sicut enim conchilij sanguinem lana suscipit, ut purpura ex eadem lana, imperiali majestate tantummodò digna fiat, qua nullus alius induitur, nisi augusta præditus dignitate: ita Spiritu Sancto superveniente in Beatam Virginem, virtus Altissimi obumbravit eam, *ut lana fieret divinitate purpurata, solummodò æterno Imperatori indui dignissima &c.* Sic extat in impressione Parisiensi 1617. in folio.

ALBUMAZAR Chaldæus, & Astrologus, ex Zodaici signo Virginis, quod sextum est, & in mense Septembri oritur, & sacratissimam Virginem ex utero prodeuntem ad umbrat. Hæc protulit verba: *In prima facie Virginis, oritur in terra Virgo munda, puella Immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixa.* Ita libro 6. introductorii majoris, apud Ferriol. Lochr. de Maria Augusta libro 1. cap. 23. fol. 45, & citat Carthus. libro 1. de laudibus Virginis articulo 30. Canis. lib. 2. cap. 7. Didac. Sanchez in libro de Jurament. §. 7. fol. 26. Hunc curiositatis causa adductum existimo, ut ex illo colligant etiam Zodiaci signum Virgo, quasi nobis ostendere primum Virginis ortum fuisse mundum ac Immaculatum.

ALEXANDER de Ales, vel Alensis Ordinis Minorum Anglicus (licet adducatur ab Adversariis pro sua opinione, ut videre est in Sole Veritatis) pro nostra tamen sententia scripsit in Mariali, *& pro Immaculata Conceptione* Virginis Mariæ, librum unum ex Mauritio de Villaprouata Ord. Prædicatorum, Waddingo, & latissimè Joanne de la Haye in vita ipsius Alexandri Alensis cap. 8. quæ extat in principio Commentariorum in Apocalypsim; sed præcipuè pro irrefragabili veritate hujus libri adduco testimonium Michaelis de Carchano Mediolanensis Auctoris antiqui, qui tùm sanctimonia vitæ, tùm ferventissima verbi Dei prædicatione adeò innumeris meruit coruscare miraculis. Hic ergo in suo Quadragesimali de Pœnitentia Serm. de Conceptione, parte 3. loquens de Alexandro de Ales, ac de ejus liberatione à gravissima infirmitate meritis Virginis Mariæ, inquit: Ipse verò non ingratus de tanto beneficio, reddidit quod voverat, composuitque librum unum pulchrum, ubi continentur omnia facta istius mellifluæ Conceptionis Virginis, qui dividitur in sex libros, & in fine tertii libri cap. penultimo quærit: utrum Virgo Benedicta sit in originali peccato Concepta? & in corpore quæstionis ponit totum illud miraculum factum à Virgine in seipso, *& ideo determinavit Virginem fuisse conceptam sine peccato originali*: docet, & prædicat ejus Conceptionem colendam, revocatque, & retractat quidquid in 3. sententiarum dixerat, &c. Quis legens hanc auctoritatem, & testem ocularem libri, dubitare poterit Alexandrum Alensem scripsisse librum, & tenuisse sententiam de Immaculata Conceptione?

Item, in Commentario super Apocalypsim cap. 8. fol. 141. sic inquit: Corpus enim Christi fuit aurum purum tempore innocentiæ in Adam, quia peccatum non habebat, *fuit enim innocentissimus, & purissimus in Beata Virgine, quæ peccatum non habuit, nec habere voluit, licet peccare potuerit;* purissimum in unione, quia peccatum non habuit, nec potuit, Proverb. 25. aufer rubiginem de argento, id est, *de Beata Virgine, id est, peccati fomitem, & egredietur vas purissimum, &c.* Et ad marginem habet: Virgo immunis à peccato originali. Lib. impress. Parisiis 1647. in fol.

Item, super Lucam ad illa verba: Quia fecit mihi magna, inquit: Tria magna fecit ei Dominus; fecit enim eam triumphare de principe Dæmonum. Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum. Fecit eam Reginam Angelorum. Fecit eam habere Dei Filium, cum hoc servans ei decus Virgineum: vel secundùm Glossam: fecit mihi magna, quia in me carnem assumpsit, *quia me à peccatis mundavit*, quia mihi Spiritus Sancti dona contulit, &c. Si mundari à peccato præsupponit maculam contractam, ut volunt adversarii, quomodò supra dixit, quod Maria contrivit caput serpentis? quia hoc etiam de Joanne Baptista, & Jeremia posset dici: deinde, quomodò dicit à peccatis? ergo non solùm ab originali, sed etiam ab actuali fuit mundata. Vide infra, verbo Glossa, extat in nostra Biblioth. tom. 1. fol. 175. & manuscrip. in Biblioth. Sancti Joannis Regum Toletani.

Item, composuit librum in honorem Conceptionis Virginis Mariæ, quem intitulavit de vita B. Virginis Mariæ, super illa verba: Nondum erant Abyssi; in cujus fine determinat, Virginem fuisse Conceptam absque peccato originali, his verbis: Nondum erant Abyssi, & ego jam concepta eram: omnes devoti Mariæ exponunt hanc auctoritatem sic: Nondum erant Abyssi, *id est, profunditates originalis peccati, & ego jam Concepta eram;* Nam abyssus dicitur ab *ab*, quod est, *sine*, & *byssus*, quòd est quoddam luminosum, subtile, & candidum factum textrino opere, quorum contraria sunt in peccato originali: quod est tenebrosum per privationem lucis gratiæ, & grossum per damnum perpetuum, atque turpe per carentiam dilectionis divinæ. Nondum ergo erant abyssi, id est, peccati originalis profunditates, & ego jam Concepta eram, scilicet præveniente Dei gratia, &c. Hæc Alexander de Ales in prædicto libro, quam auctoritatem citat Gotschalcus Holen Ordinis S. Augustini, Doctor antiquus in sermone de Conceptione; signum ergo est evidens, quòd vidit, & legit librum. Eum etiam citat Daniel Agricola Auctor antiquus in sua corona fol. 175. Daza fol. 47. Wadding. fol. 9. Urzzanus fol. 160.

Item, si hic est Auctor summæ: Destructorium Vitiorum, ut affirmat Luc. Wadding. in Catalog. Scriptorum Seraphicæ Religionis, expressissimus fuit Auctor pro Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est infra.

Item aliquas ejus auctoritates adducit R. P. Franciscus Martini Carmelita, qui florebat, & scribebat anno 1390. in suo Opere, sive Compendio Veritatis Conceptionis Virginis Mariæ, in principio, & alias in quinto modo arguendi Magistrali argumento, ubi sic dicitur in margine: secundus Magister arguens, est Alexander de Ales Nequam; & in corpore libri, argum. 119. Ad idem sic: continuando materiam, arguendo per magistrum Alexandrum de Ales Nequam, in sacra pagina Magistrum, & Doctorem in Sermone hujus solemnitatis Conceptionis Virginis Mariæ, qui sic incipit: Fiat lux: arguitur sic ex pluribus, &c. Et antecedens patet per magistrum Alexandrum

Nequam Sermone, quo supra dicentem: *Sanctificata fuit Virgo MARIA in sua Conceptione*, ut ibidem dicit &c. Et libro quem de B. Virgine edidit, qui Tolosæ incatenatus extat in choro Ecclesiæ cathedralis, probat *ipsam Virginem* MARIAM, *Dei genitricem ab originalis peccati macula præservatam*; ubi etiam retractat, in contrarium quidquid dixerat in 3. sent. dict. 3.

Item in sequenti argumento: & antecedens est dicti Alexandri, Sermone quo supra dicentis. Ista Ecclesia tenetur Deo laudes referre, & gaudere, & gratiarum actiones Deo impendere, quia *illa portio carnis præelecta ab æterno*, est naturæ humanæ communicata, & data ad nostram redemptionem. Igitur, &c.

Item in sequenti argumento: & antecedens patet per Alexandrum Nequam Sermone quo supra dicentem: *Ex ossibus sanctorum facimus festum; & si talis portio in mentem alicuius Sancti, vel Prophetæ occurrisset, dum occurreret via reverentiæ mentali, talis cum honore, & reverentia talem portionem amplecteretur, quod non fuisset dignum, si sub culpa fuisset, &c.*

Item in sequenti argumento: & antecedens est Alexandri, Sermone quo supra dicentis: *Dies gratiæ à Conceptione Virginis MARIÆ initium sumpsisse à nonnullis perhibetur: quia in Conceptione Virginis MARIÆ*, erat quædam inchoatio temporis gratiæ, & inceptio hujus temporis, &c.

Item in argumento 112. & antecedens patet per dictum Alexandrum Sermone quo supra dicentem: *quantum bonum fuit mundo, & Angelis & hominibus ex Conceptione Virginis MARIÆ, quando data est nobis portio, ex qua verbum factum est, & habitavit in nobis*. Hæc & alia possunt videri in manuscr. Romano, & Parisijs apud PP. Carmelitanos majoris Conventus, ac etiam in eodem opere per nos impresso Lovanii hoc anno 1663. in Typographia Immaculatæ Conceptionis sub signo gratiæ in 4.

ALEXANDER ab Alexandria Ordinis Minorum, scripsit pro Virginis puritate, *& ipsam sine originali fuisse conceptam*. Ita Antonius Chucarus Episcopus Azernensis in elucidario suo pro Virginis Conceptione part. 2. fol. 63. Huius Auctoris solùm vidi expositionem super Evangelium Sancti Ioannis in Bibliotheca Minorum Toletana, & sic fides sit apud Auctorem.

ALEXANDER Anglus Theologus vetustissimus, & Fabri filius, ut in ejus libro dicitur, edidit summam: Destructorium vitiorum dictam, & 4. parte, cap. 38. fol. 136. ait: Unde Maria secundùm unam interpretationem idem est, quòd illuminatrix, vel stella maris; certè illa illuminata erat à Christo tamquam luna, & stellæ à sole, *per quam illuminationem præservata erat à peccato originali, actuali, & veniali*: & ideo meritò potest illa dicere illud Judith 13. cap. Custodivit me Angelus Domini, & hinc euntem, id est, *in hunc mundum venientem à peccato originali*, & ibi commorantem, id est, sine peccato actuali: & inde revertentem, id est, de mundo ad Patriam venientem, à peccato veniali; & non permisit Dominus ancillam suam coinquinari, *scilicet peccato originali, actuali, vel veniali*; & pro eo quòd hæc Virgo gloriosa taliter à Christo erat illuminata, sicut Luna à Sole, *& ab omni peccato præservata*, &c.

Item, in 1. p. c. 3. sic inquit: & quamvis parentes lapsi generare possint innocentem simpliciter de Dei potentia absoluta, *sicut de Beata Virgine MARIA*, tamen nisi fuerit in aliqua tali singulari persona *singularis præservatio divina*, omnes filii Adæ per propaginem communem geniti contrahunt culpam originalem à suis parentibus, &c. Lib. impress. Venetiis 1582. in 4.

ALEXANDER Barrata Italus, in Icone Civitatis Neapolitanæ in charta expansa, enumerat *Ecclesias, Monasteria, atque Conventus, qui sunt in prædicta civitate sub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Neapoli 1628.

ALEXANDER Calamatus Messanensis, edidit de *Immaculata Conceptione Virginis Mariæ Matris Dei*, Sermonem unum in libro, Sylva novissima conceptuum, f. 281. Impress. Messanæ 1640. in 4.

Item idem *de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ* Sermonem alterum in libro: Expectatio Verbi incarnati, pro Dominicis adventualibus. à fol. 65. usque 81. impress. Venetiis 1639. in 4.

Item, *de Immaculata Conceptione Virginis*, Sermon. alterum in lib. impress. Antuerpiæ 1652. in 4.

Item, in lib. cuius titulus est: Ghirlanda spirituale intercluſa di varie divocioni, fol 98. salutation. *ad Conceptionem Virginis Mariæ*, &c. Lib. impress. Neapoli 1646. in 12.

ALEXANDER Coli Lucensis Ordinis Matris Dei, in libro: Ghirlanda Virginea nella quale in discursi prædicabili si ragiona delli virtù più scelte che spichino nelle solemnita di la Beata Vergine. Discursu primo *de Conceptione Virginis Mariæ*; ad illud, tota pulchra es amica mea, à fol. 1. usque 87. latissimè agit de immaculata eius Conceptione, Lib. impress. Lucæ 1638. in 4.

ALEXANDER Donatus Senensis Societatis Jesu Italus, in libro de Roma Veteri, ac recentiori, inquit: Frater Antonius Barberinus S. R. E. Presbyter Cardinalis S. Onuphrii, Urbani VIII. Germanus Frater, *Templum Immaculatæ Virgini Conceptæ* Cappucinis Fratribus & cœnobium à fundamentis erexit. Primum lapidem sub ara primaria posuit Pontifex Max. Lib. 4. fol. 4. Impress. Romæ 1639. in 4. Vidi aram & titulum sæpe Romæ in Conventu PP. Cappucinorum.

ALEXANDER Farnesius Romanus, Cardinalis Hostiensis, postea Paulus Papa III. nuncupatus, cùm esset Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, & Protector Archiconfraternitatis immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis Mariæ in Ecclesia Sanctorum Laurentii, & Damasi de Urbe, &c. in rescripto expedito pro insigni Confraternitate Conceptionis Sancti Franciſci de Vinea Venetiarum, sic incipit: *Sinceræ devotionis affectus, quo vos solemnia immaculatæ, & ineffabilis Conceptionis gloriosissimæ semper Virginis MARIÆ*, &c. extat in lib. Anonym. prædictæ confraternitatis impress. Venetiis 1585. in 8. de hoc etiam Marrac. in purpur. Marian. fol. 15. Vide infra, verbum Paulus III. & Nodum indissolubilem fol. 86.

ALEXANDER Fichet, Societatis Jesu, Gallus, in libro dicto: Arcana studiorum omnium methodus, & Bibliotheca scientiarum, librorumq; eorum ordine distributorum universalis cap. 5. Maria Deipara. fol. 144. *de Conceptione Virginis MARIÆ*, & auctores, qui de ipsa scripserunt, & sunt pro pia sententia.

Item, auctor iste scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* in libro dicto: Cathedra coronata, ut ipsemet refert ubi supra, Lib. impress. Lugduni 1649. in 8.

ALEXAN-

ALEXANDER Florentinus recollegit coronam anni, ubi, fol. 50. extat cantio, seu carmina linguâ Italicâ *De Conceptione Virginis Dei Genitricis MARIÆ*, lib. impress. Romæ 1595. in 12.

ALEXANDER Gonzalez de Guadfaxara Hispanus Eques auratus S. Jacobi edidit orationem Panegyricam R.P. Placidi Antonii de Haro, in qua §. 3. fol. 13. extant aliqua verba *pro immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide in citato Auctore Serm. impress. Valesoleti 1652. in 4.

ALEXANDER N. Poëta Hispanus Limensis, scripsit cantionem *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est apud Didacum Cano de Concept. fol. 86.

ALEXANDER Nequam, vel Nekam Ordinis Minorum, secundùm Dazam cap. 6. fol. 46. natione Anglus, scripsit collationem super verba, tota pulchra es, *in qua V. MARIAM ab omni peccati originalis contagio fuisse liberam testatur*, ut scribit Daniel Agricola in corona Conceptionis, verbo Theologi. Hujus Doctoris etiam facit mentionem Alanus Parisiensis, qui scripsit ad ann. 1393. & Petrus de Candia, postea Alexander V. in suo opusc. de Conceptione, Joan. Molanus in sua Biblioth. atque Joannes Vitalis in suo Defensorio lib. 4. ancil. 7. de quo sic dicit: Alexander Nequam, qui primò adversarius existens in 3. dist. 3. posteà à Deo correptus retractavit sententiam in Sermone, qui incipit: Fiat lux. Secundùm aliquos fuit Canonicus Regularis, & vixit ad annum 1227. vel 1220. ita Pitseus, & Leon. clas. 11. Salaçar sæculo 15. Vide Euseb. Nieremb. in lib. Excep. cap. 27. fol. 519. Pistoiam, fol. 158. Quòd fuerit Ordinis Minorum, & idem cum Alexandro de Ales, ex multis rationibus comprobamus in Sole Veritatis secundæ Impressionis Signo 5. Vide ibi illa quæ hîc desunt, quæ pauca non sunt, ne eadem iterum repetamus. Sufficit enim pro nunc scire istum siue distinctum, sive eumdem tandem pro pia militasse sententia.

Item, super Cantica cap. 3. hæc scripsit verba: Ego firmiter teneo & dico Beatam Virginem (quamvis, ut aliæ Sanctæ mulieres, originale contraxisse peccatum ego credam) in sua conceptione non parum esse honorandam, imò talem diem sanctificandum fore, &c. Hoc dico, quia cùm paucis abhinc annis egomet ad hanc Oxonij Universitatem causa de hujusmodi festo disputandi vocatus fuerim, &c. & me constanter negante talem diem esse sanctificandum, accidit, quòd in tali die per multos annos ego dirissimis doloribus per totam diem cruciabar, & nescio quomodò; me autem postea palinodiam cantante, ab illis torsionibus liber euasi: *Concludendo igitur dico, quod propter honorem Virginis, ejus dies sanctificationis, id est Conceptionis, quia statim ac eius anima fuit corpori unita, fuit sanctificata, & à peccato originali mundata, celebrandus est*, &c. Extant hæc verba in quodam originali manuscripto Londini in Anglia, à quo istam notitiam accepimus, subscripto nomine Alexandri Nekan in Cantica, ex quibus verbis confirmantur tam hîc dicta, quàm in Alexandro de Ales.

ALEXANDER de Peregrinis, Presbyter Brixiensis in Martyrologio Romano à se emendato ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini nostri IESV CHRISTI* lib. impress. Venetiis 1553. in 4.

Item in suo Kalendario antiquo, semper adducit *Festum Conceptionis Beatæ Virginis duplex majus* ut videre est in lib. impress. Venetiis 1563. in 8.

ALEXANDER Peregrinus Societatis Jesu *in Conceptione Beatæ Virginis, indicem Concionatorium* in libro super Evangelium Matthæi Romæ 1638. in folio, & fortè jam revisores abstulerunt titulum immaculata, nam PP. Jesuitæ alibi semper sub hoc titulo loquuntur.

ALEXANDER Perettus de Montalto S. R. E. Cardinalis, Italus, Conventum S. P. N. Francisci propè Ecclesiam Lauretanam à fundamentis erexit cum hoc titulo, & inscriptione: *In honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis* Alexander Cardinalis Montaltus S. R. E. Vicecancelarius à fundamentis erexit. Vide purpur. Mar. fol. 22.

Item, pro Confraternitate *Societatis Conceptionis Valentiæ* Papien. Diœcesi expedivit Diploma unum anno 167. extat in nostro archivo Bullarum.

ALEXANDER Pesantius Romanus Comes, & Eques, in universam Theologiam Divi Thomæ in 1. 2. quæst. 81. art. 1. disp. 4. fol. 399. An, in Beata Virgine fuerit peccatum originale? ponit hanc conclusionem: *Dico, probabilius est Beatam Virginem conceptam esse sine peccato originali*. Contraria tamen sententia non est damnata erroris; ut patet ex Bulla Pii V. de hac re. &c. Lib. impress. Coloniæ 1617. in fol.

Item, in 3. part. q. 27. de B. Virginis Mariæ sanctificatione, fol. 838. ponit resumen articulorum S. Thomæ, nihil tamen ex proprio dicit *circa Conceptionem Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Venetiis 1606. & 1581. in fol.

ALEXANDER Picolomineus Senensis Episcopus Pinetinus in Tuscia, celebravit Missam die Jouis 17. Iunii anni 1546. & post sacrum promulgavit decretum de peccato originali, ubi declaravit Synodus non esse suæ intentionis, *Comprehendere sub peccato originali Beatam, & immaculatam Virginem MARIAM Dei Genitricem*. Vide Spondan. ad annum 1546. num. 6.

ALEXANDER Pinetus Poëta Hispanus in quodam poëmate fatetur *Virginem MARIAM fuisse absque peccato originali*: vide librum Alph. Feriol. in principio.

ALEXANDER Quintus Pontif. Maxim. antea Petrus de Candia, seu Philaretus vocatus, Novariensis Ordinis Minor. dum esset in Ordine edidit insignem quæstionem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quam manuscriptam nos habemus ex Conventu Sancti Francisci Assisien. & etiam habemus illam cum altera quæstione Mayronij, & incipit sic: *Quæritur, utrum caro ex qua formatum corpus Christi fideliter creditur, fuerit aliquando sordibus originalis criminis deturpata?* & habet, fol. 19. in 4. unde si caro numquam fuit maculata, necessariò fatendum est, Virginem fuisse sanctificatam in parentibus suis.

Item, dum esset in Pontificatu expedivit *constitutionem Apostolicam in favorem immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ex Marraccio in Biblioth. & in Catal. an. 1409. Vide infra Petrum de Candia, sive Philaretum.

Item instituit *festivitatem Conceptionis Virginis MARIÆ*, in curia Romana, ut refert Bartholomæus de Spina, Magister sacri Palatii, Ordinis Sancti Patris Dominici in Opusculis de universali corruptione generis humani ab Adam seminaliter propagati, parte 5. cap. 9. cujus inscriptio est: Unde processit celebratio officii de Conceptione,

fol. 95. colum. 4. lege Bustum Sermone 4. & 9. de Conceptione, & alios. Salazarium, Serranum Marrac. in Pontif. Marian. fol. 150 & in Bibliotheca Mariana.

Item, dicitur quòd an. 1411. in civitate Pisarum determinavit *controversiam circa mysterium Immaculatæ Conceptionis*, &c. quod fuit verum, sed nota, quòd hæc non fuit determinatio, decisio, seu definitio mysterii, sed circa festivitatem, quia tunc exorta fuit controversia circa celebrationem illius festivitatis, & de hac determinavit, & approbavit celebrandam esse, & ex tunc cœpit auctoritate Apostolica ejus solemnitas, de qua mentionem facit Concilium Basilienſe, in suo Decreto sic dicens: Renovantes præterea institutionem de celebranda sancta ejus Conceptione, quæ sexto idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebratur. Ita attestante Daniele Agricola in Corona Doctorum, verbo Decreta, fol. 176. sed fortè est error Typographiæ, quoad annum; nam Alexander Quintus regnabat anno 1409. & non 1411.

ALEXANDER Romanus, & Patriarcha Sextus, composuit Prosa de S. Anna Virginis Mariæ Matre, *in qua Dominam nostram Conceptam affirmat absq; peccato originali*. Sic Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Conceptione Virginis, verbo Patriarchæ.

ALEXANDER de Ros Canonicus Hispanus, scripsit Sermonem *de purissima Conceptione Virgin. Dominæ nostræ*, pro gratiarum actione in reductione Principatus Cathaloniæ, impress. expensis Confraternitatis Conceptionis Barchinone 1653. in 4. cum Imagine immaculatæ Conceptionis.

ALEXANDER Secundus summus Ecclesiæ Pontifex, in Concilio Mantuano, anno 1064. approbavit libros Ecclesiasticos, & missale Hispanorum Mixto-Arabicum, *in quo Missali Purissimæ Conceptionis extabat officium*, &c. Ita Ioann Euseb. in lib. Exception. cap. 8. fol. 17. & 25. & lib de perpetuo objecto Concept. cap 5. fol. 36.

ALEXANDER Septimus, antea Fabius Chisius Senensis, in initio sui Pontificatus pulcherrimam edi curavit monetam seu medallam *cum imagine Immaculatæ Conceptionis*, de qua latè agit R. P. Joannes Eusevius in speciali tractatu, ut dicemus suo loco.

Item, plurimas expedivit Bullas pro eodem mysterio Immaculatæ Conceptionis, de quibus ad manus nostras solùm pervenerunt aliquæ pro Provincia S. Antonij Charcarum in Regno Peruano, & alias duas pro confraternitate Immaculatæ Conceptionis sita in Capella Sancta Regali, Civitatis Parisiensis, de quibus diximus in Nodo Indissolubili fol. 99. propter quas vide in eadem Capella affixam chartam magnam cum hac inscriptione Gallica: Pardons & Indulgences de pleniere remission donnez à perpetuité par nostre Saint Pere le Pape Alexandre VII. à tous fidels Chrestiens de l'un & l'autre sexe, les Confreres & Sœurs qui sont, & entreront cy-aprés dans la devote Congregation *de l'Immaculée Conception* de la bien-heureuse Vierge Marie, & de S. Louis Roy de France, erigée au maistre-Autel de l'Eglise de la basse-Sainte Chappelle Royale du Palais de Paris, l'an 1659. au jour de leur entrée & reception en la dite devote Congregation, à l'article de leur mort, & aux jours & festes de l'Immaculée Conception, Annontiation, Nativité & Assomption de la Vierge, & de Saint Louis Roy de France, depuis les premieres Vespres jusques au Soleil couché des dits jours & festes. Est apud nos in charta expansa.

Item, præcepit Magistro Sacri Palatij Apostolici ut nullo modo impediret, ut diceretur *Immaculata Conceptio Virginis MARIÆ*, aut imprimeretur in libris; quo mansit annullatum decretum illud prætensum S. Inquisitionis, de quo in nostro Armamentario per totum; & D.D. Antonius Calderon in suo libro de Conceptione. Vide R. P. Hyppol. Marraccium in dedicatoria sui libri: Cæsares Mariani circa medium.

Item, nuperrimè edidit tale Decretum: *Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem sententiæ asserentis, animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione & in corpus infusione à peccato originali præservatam fuisse, editorum.* Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam, licet meritis & viribus longè impares, Dei optimi, maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anxiè tenet intentos & vigilantes, ut scandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest, pauciſsima exoriantur, utque exorta quam celerrimè, & quàm diligentissimè amoveantur: nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus verò præbentur, præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostri pastoralis officij debito, & damnum summopere dolemus, & discrimine assiduè urimur. Sanè, *vetus est* Christi fidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium ejus animam, *in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus* fuisse speciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis *præservatam, & immunem*, atque *in hoc sensu* ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit. Aucta rursus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem indulgentias, ita ut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam ferè omnes Catholici eam complectantur. Et quia ex occasione contrariæ assertionis in concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quòd nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissentiones, rec. mem. Paulus Papa V. etiam prædecessor noster vetuit horum opinionem præfatæ sententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregorius Papa XV. similiter prædecessor noster ad privata etiam colloquia extendit; mandans insuper in favorem ejusdem sententiæ, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac Divino officio celebrandis tam publicè, quam privatim, non alio quàm Conceptionis nomine uti quicumque debeant. Nihilominus, prout venerabiles fra-

tres

tres Episcopi ferè omnes Hispaniarum, cum Ecclesiarum Capitulis, datis ad Nos litteris exposuerunt, accedente etiam insinuatione *Charissimi in Christo Filij nostri Philippi earundem Hispaniarum Regis* Catholici, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem, *Venerabilem Fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum*, per quem etiam delatæ fuerunt ad Nos supplicationes Regnorum earundem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis assertores contra præfatas prohibitiones, tum privatim, tum publicè præfatam sententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui, & festo secundùm illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; imò Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui, juxta illam Beatæ Virgini exhibito favere negant, pios Christi fideles è sua pacifica quasi possessione deturbare conando; unde offensiones, scandala, & iurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorundem adversantium majora his incommoda in posterum prudenter, & meritò timentur. Quapropter super his, tam præfati Episcopi, cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quàm memoratus Philippus Rex, ejusque Regna Nobis pro opportuno remedio, instanter supplicari fecerunt. Nos considerantes, quòd Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super hoc officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem institutionem, quę à Sixto IV. prędecessore nostro tunc emanavit; volentèsque laudabili huic pietati, & *devotioni, & festo, ac cultui secundùm illam exhibito*, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem *nunquam immutato*, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatissimam Virginem, *præveniente scilicet Spiritus Sancti gratia, à peccato originali præservatam*; cupientèsque in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & iurgiis, motisque scandalis, conservare: ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam ac preces, Constitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem sententiæ asserentis, animam Beatæ Mariæ Virginis *in sui creatione & in corpus infusione, Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præservatam fuisse*, necnon & in favorem festi, & cultus Conceptioni ejusdem Virginis Deiparæ *secundùm piam istam sententiam, ut præfertur*, exhibiti, innovamus, & sub censuris, & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas *dictæ sententiæ, & festo, seu cultui secundùm illam exhibito* frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut sub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, siue sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, præter pœnas, & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacêre volumus, & per præsentes subijcimus; etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas ipso facto incurrere absque alia declaratione; à quibus pœnis non nisi à Nobis ipsis, vel à successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super ijs dispensari possint: necnon eosdem alijs pœnis nostro & eorundem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacêre volumus, prout subijcimus per præsentes, innouantes Pauli V. & Gregorij XV. superiùs memoratas Constitutiones, siue Decreta. *Ac libros*, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundùm illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibemus, sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expressè prohibitis haberi volumus, & mandamus. Vetamus autem Sixti IV. Constitutionibus inhærentes, quempiam asserere, quòd propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cùm à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus: quin potiùs contrariam illam opinionem hæresis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subjecit Sixtus IV. alijque prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus alijs pœnis subijcimus, quas in contra facientes huic nostræ Constitutioni superiùs infliximus. Volentes, quòd contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cujusvis Ordinis, & instituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & seculares personas cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati superiores, aliiq; locorum Ordinarii, quàm hæreticæ pravitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè præcipimus, & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, &

quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quòd contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat, quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentiùs pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel districtûs prædicatoribus, & aliis quibus expedire judicaverint, opportunè insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis imposterum quoquo modo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare. Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quòd præsentes litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur, quæ affixio & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectat, afficiat, & arctet; ac si illis personaliter intimatæ fuissent; & quòd illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus litteris adhiberetur si ostensæ, vel exhibitæ forent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die viii. Decembris M.DC. LXI. Pontificatus nostri anno septimo. *S. Vgolinus.*

Item, scripsit epistolam ad PHILIPPUM IV. Regem nostrum, tenoris sequentis: *Charissimo in Christo filio PHILIPPO Hispaniarum Regi Catholico.* Alexander Papa VII. Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro charitatis paternæ debito sedulam profectò curam adhibuimus extinguendis seminibus scandalosarum dissensionum, graviumque turbarum, quas à nonnullis annis occasione novarum alterationum de Beatissimæ Virginis Deiparæ Conceptione rursus in Regno Hispaniarum acriter excitatas esse, tùm è Majestatis tuæ, tùm è plurimorum Episcoporum, & aliorum ab hac sancta Sede remedium exposcentium litteris intelleximus. Nam post invocatam repetitis precibus Spiritus Sancti gratiam, sæpè viros insigniter doctos, & Religiosos auditos, habitas plures, præsertim Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Generalium Inquisitorum consultationes, de illorum consilio pariter, & assensu, Constitutionem edidimus, quam sanè (benedicente Domino) conscientiarum, & animorum quieti componendæ salutarem, piæ devotionis profectibus accommodatam, atque singulari, & in hac quoque re præclarè spectatæ pietati tuæ, magnoperè gratam fore speramus. Cuncta porrò distinctè magis ex venerabili Fratre Episcopo Placentino, pro hac agenda causa Oratore ad Nos tuo, cujus egregia doctrina, & religionis accensa studia, toto hujus negotii pertractati tempore Nobis benè cognita, & valdè probata sunt, tum ex Apostolico Nuntio nostro coram audies. Interim Nos Majestati tuæ Deum usque propitium, & aspirantem ex omni corde precamur, & Apostolicam benedictionem amantissimè impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die x. Decembris M. DC. LXI. Pontificatus nostri anno septimo. F. Florentin.

ALEXANDER Sextus Papa, antea Rodericus Borgia Hispanus, pro *Conceptione Virginis Bullam unam*, in qua confirmat constitutiones Sixti IV. Pontificis Maximi. Vide Velazquez, fol. 346. Marraccium in Pontif. Mar. fol. 162.

Item, dicentibus orationem: *Ave gratia plena Dominus tecum, tua gratia sit mecum; Benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna Mater tua, ex qua sine macula, & peccato processisti Virgo Mater, &c.* Concessit 30 mille annorum indulgentiam, ad annum 1494. ex Imagine impref. Parisiis. Quòd autem hîc loquatur de Immaculata Virginis Conceptione, non indiget probatione. De hac etiam concessione facta anno 1494. agit Constantinus Ghinius in libro Dialogorum de imaginibus sacris, fol. 107. num. 23.

Item, edidit constitutiones diversas, unam pro universali Ecclesia, alteram pro Congregatione Longobarda Sancti Augustini *in favorem mysterij Immaculatæ Conceptionis.* Ita Marrac. in Pontif. Mar. fol. 162.

Item, ejus tempore valde dilatatum fuit per totum terrarum Orbem *Immaculatæ Conceptionis mysterium*, multiplicatæ sunt Confraternitates in Hispania, & crevit Monialium Ordo, quem etiam ipse approbavit, &c. Marrac. ibi.

Item, edidit pro mysterio Conceptionis Bullas quamplures, ut videre est in nostro Indiculo Bullarij, à fol. 117. & præcipuè vocat ipsam Conceptionem Immaculatam in Bulla quæ incipit: Illius qui se pro dominici gregis, &c. 10. kal. Martij, Pontificat. sui ann. 11. dicens: *Eiusdem Immaculatæ Conceptionis Officium celebrantes*, &c. extat in libro Monument. fol. 157. in Firmament. fol. 58. in Specul. fol. 75. in Armament. col. 117. in Annal. Minor. fol. 38. & in nostro Nodo fol. 83.

ALEXANDER Sforcia Episcopus Parmensis, Italus, in Constitutionibus Synodalibus præcepit, ut observaretur *festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, vide Verbo Parmensis Ecclesia.

ALEXANDER Sperellus Protonotarius Apostolicus, Vicarius Generalis Parmensis, transtulit Italicè librum R. P. Ludovici à Ponte Societatis Iesv Hispani, sub titulo: Guia Espiritual de la Oracion, Meditacion, y Contemplacion; in quo Part. 1. tractat. 2. §. 3. fol. 542. inquit: *Quod Beata Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis fuit filia lucis, absque mixtura tenebrarum*, &c. lib. impress. Romæ 1628. in 8.

ALEXANDER de Strozzis Italus, & Episcopus Sancti Minniatis, in Synodalibus constitutionibus, sic inquit: sexto idus Decembris, *Conceptio Beatæ*

Beatæ MARIÆ Virginis absque macula originalis peccati, & colitur ex vniversali consuetudine in nostra Diœcesi; &c. impress. Florentiæ 1638. in 4. fol. 33.

ALEXIUS Figliutius, Ordinis Prædicatorum Italus, in Catechismo, seu institutione secundùm decretum Concilij Tridentini, ad illa verba: Natus ex Maria Virgine, inquit: Perche Maria la quale noi veramente confessiamo, & honoriamo come madre de Dio (perche hà partorito una persona che fu insieme homo è Dio) trase origine del Rè David. *Mà si come la Concettione vinse è superò al tutto ogni ordine di natura*; così parimente nel suo nascimento non se vede ne se considera cossa che non sea celeste, & divina &c. lib. impres. Romæ 1571. in 8. Cùm eodem modo loquatur Auctor iste de Conceptione, sicut de Nativitate Virginis, & istæ æqualiter fuissent extra omnem ordinem naturæ, igitur æquè fuerunt secundùm ordinem gratiæ.

ALEXIUS de Lannoy Ordinis Minorum Flander, in libello: Theses Theologicæ de prærogativis immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ, ad mentem Doctoris subtilis Theologorum aquilæ Ioannis Duns Scoti, disputandæ Gandavi sub Comitijs Provincialibus, habet totam epistolam Domino Antonio Triest Episcopo Gandavensi, *de Conceptione Immaculata Virginis, & eius à peccato originali præservatione*. Et fol. 1. agit latè, de ejus prædestinatione.

Item eodem folio à tergo in 1. conclusione: *De Conceptione virginis immaculata: In sua Conceptione, nec peccato originali obnoxia fuit, nec peccati illius ullam maculam, sive positivam, sive privativam, suæ animæ contraxit: imo nec contrahere debuit.* Nunquam enim fuit sub massa damnationis, in qua omnes filij Adæ peccati ipsius merito constituuntur; in quo omnes peccaverunt. Quia Deipara Virgo, nec moralis Adæ filia fuit; nec in illo peccante, peccavit, utpote nec legi primi illius peccati subjecta. Non enim pro te (ô purissima) sed pro omnibus hæc lex constituta est &c. Virgo enim illa sanctissima non fuit concupiscentiali concubitu procreata; sed eam parentes ejus velut virginitatis thesaurum, castè & sanctè munere suo functi, ac immaculati produxerunt &c.

Item, in tertia conclusione de productione ejus & existentia, agit *de ejus præseruatione à labe peccati originalis*. Et quarta Conclusio, *de Conceptione illius sancta & merito*; est tota de hac materia, & sic usque ad decimam conclusionem: ita ut meliùs possit dici tractatus, quàm theses. Fuerunt habitæ Gandavi die 5. Maij & impressæ Ipris anno 1656. in 4.

Item, in thesibus de Peccato originali habitis Brugis in Capitulo Provinciali, eo præside, conclusione prima defensum fuit: Christum, & Mariam non habuisse originalis peccati maculam, sicut posteri Adami; & conclusione 2. sic dicit in forma: *Hinc MARIA, ut conciperetur sine originali peccato Adami, excepta fuit*: ut conciperetur sine concupiscentiâ, & fomite peccati, de semine mundato, absque concupiscentia, & carnis pruritu à parentibus suis Ioachim, & Anna, sanctè & castè propagata fuit &c. impressæ Gandavi 1662 in 4.

ALEXIUS de Morales Canonicus Magistralis Civitatis de Loxa Hispanus, in oratione funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, fol. 19. *De devotione ejusdem circa mysterium immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, impress. Granatæ 1621. in 4.

ALEXIUS Segala è Salò Franciscanus, natione Italus, in lib. meditationum pro omnibus diebus anni, die 5. Ianvarii: Mysterium secundum *de immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, meditationem vnam, & est in ordine 5.

Item, 6. Ianuarij *de copiosa gratia, quâ fuit exornata Beata Virgo MARIA in sua pura, ac sancta Conceptione*. Meditatione 6. quæ extat à fol. 176. Vide ibi. Lib. impress. Venetijs 1653. in 4. & Brixiæ 1612. in 12. à fol. 12. & in Gallia.

Item, in Arte amandi, ac colendi Deiparam, siue, ut habet originale Italicum, in exercitijs spiritualibus ad Beatam Virginem Mariam, conditione 3. sic inquit: Divinus etiam ille vir Sanctus Dionysius sanctitatem definiens, ait: esse perfectam puritatem omnis peccati expertem, & nulla sorde fœdatam; quapropter verè pronunciare licet, puritatem nihil aliud esse, quàm culpæ cujuscumque immunitatem. Iam igitur pio lectori censendum relinquo, qua puritate nituerit anima Sanctissimæ Virginis Deiparæ, *quæ vna ac sola inter omnes meros Adæ filios libera, atque expers fuit omnis culpæ, non actualis tantùm, sed etiam originalis congenitæ*? quandoquidem, ut ait D. Anselmus, decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, &c.

Item cap. 3. licèt mendosè in Biblioth. nost. sic noster Segala; & cur, inquiunt (id est SS. Patres) ante sæcula omnia prædestinatione quadam prima in matrem Dei delata est? *Et cur in Sanctæ Annæ matris vtero Spiritus Sancti beneficio facta est Sancta, & Immaculata, nisi ut esset hospitium, & tabernaculum dignum filio Dei? cur Conceptio eius peccatum originale nescivit*, nisi quia Verbum Dei ex ejus carne carnem mundissimam, & maculæ omnis expertem sibi erat assumpturum? &c.

Item, de duodecim stellis, in declaratione stellæ 2. sic inquit: Altera stella, quæ Dominæ nostræ charissimæ magno ornamento est, vocatur dignitas sanctificationis, siue Conceptionis, per quam factum, ut cùm anima ejus sanctissima cæpit corpus ipsius animare, & velut connubio quodam copulare, *nec minimâ quidem peccati originalis macula contaminata est, nam Deipara in ipso ipsissimo Conceptionis suæ instanti* (vt scholæ loquuntur) *ampliori gratiæ cumulo dotata est, quàm antea unquam, aut postea, creatura quæcumque*, seu cœlestis, seu terrestris, &c. Vide totum caput, seu stellam, quæ extat in nostra Biblioth. fol. 271.

Item, de duodecim reverentiis, sive gaudiis, sic inquit: Secundò mihi gaudeo, tibique, & tecum toto pectore gratulor, ô Virgo gloriosa, *conceptam te incontaminatè, & sine originali peccato*, adeò ut pulchritudine, & puritate Angelos ipsos cœlestes antecellas. Hæc omnia reperies in operibus ipsius Segalæ italicè impress. Venetiis 1653. in 4. & in nostra Bibliotheca, sive Mari magno MARIÆ tom. 1. à fol. 179. & in originali impress. Brixiæ anno 1612. cum figuris in 12. Regal. Galliæ. 1614. & etiam Coloniæ anno 1630.

ALOYSIUS Lippomanus Ordinis Carthusianorum Episcopus Metonensis, & Veronensis, natione Italus, in libro: Catena in Genesim, cap. 15. in principio, ad illa verba: Noli timere Abraham, inquit: Sic itaque Deus protector est omnium in se sperantium, ac diligentium se, qui licèt interdum vincantur, & cadant, non ex divinæ protectionis defectu, sed ex protectorum infirmitate, & negligentia; sunt autem protectio-

nis divinæ diversi gradus, *nam Beatam Dei genitricem, non solum ab omni mortali, & veniali; sed etiam ab originali peccato protexit.* B. Thomas super 1. sentent. quæst. 44. art. 3. ad 3. dicit: Potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius in rebus creatis inveniri possit, si nulla contagione peccati inquinatum sit; *& talis fuit, puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.* Sanctificatos autem in utero, & confirmatos in gratia protexit deinceps ab omni mortali, ne laberentur in illud; indiguit verò Abraham protectione divina præcipua, quoniam in medio Idololatrarum, ac pessimorum tunc morabatur, ne cum perversis illis perverteretur. Hæc Lippomanus, quæ extant, fol. 192. à tergo, lib. impress. Parisiis 1546. & Lugduni 1657. in fol.

ALOYSIUS Novarinus Clericus Regularis Italus Veronensis in lib. de Vita Mariæ in utero Sanctæ Annæ, multa, & sanè erudita adducit *pro immaculata Conceptione Virginis MARIÆ:* Italicè impress. Veronæ 1641. in 16. & ex Marraccio ibidem 1645.

Item, *quòd Beata Virgo MARIA ab omni peccato, ac culpa etiam originaria immunis fuit.* In lib. super Lucam, cap. 1. sectione 9. num. 92. fol. 24. impress. Lugdun. anno 1643. in fol.

Item, in Umbra virginea, lib. 3. *Quòd sub Spiritus Sancti umbra ab omni concupiscentiæ æstu MARIA fuit immunis;* excursum unum, fol. 88. & est in ordine 15.

Item, *quòd sub Spiritus Sancti umbra omnem culpæ umbram Maria exclusit;* excurso 16.

Item, *quòd MARIA sub Dei umbra sine peccati originalis debito eximitur,* excurso 18.

Item, *quòd Virgo MARIA immunis extitit ab originali peccato,* cap. 32. fol. 351.

Item, *quòd Spiritus Sancto tribuenda est Virginis Conceptio,* cap. 35. fol. 357.

Item passim alia reperies *pro immaculata Virginis Conceptione,* in eodem libro impress. Turnoni. an. 1640. in fol.

ALOYSIUS Pariola Ordinis S. Augustini Mediolanensis in lib. dicto: Flores directorii inquisitorum adducit decreta Pauli V. & Gregorii XV. *pro Conceptione Virginis MARIÆ* cum attestatione Andreæ de Petinis, impress. Mediolani 1625. in 4.

ALOYSIUS de san Severino Princeps Bisiniani, Comes Saponariæ Italus, in lib. Collectaneum, seu Catena Sanctorum Patrum, & aliorum veterum in primos quinquaginta Psalmos Regis Davidis, &c. tom. 1. Psalm. 44. ad illa verba; adstitit Regina, &c. colum. 1282. *agit de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* eruditè, & latè, lib. impress. Neapoli 1635. in fol.

Item, tom. 2. Psalm. 77. ad illud: Et eduxit eos in nube diei &c. *de immaculata Virginis Conceptione,* latè à colum. 1637. impress. in fol. ubi citat plures antiquos Sanctos Patres.

Item, in libro: Considerationes devotissimæ respicientes mysteria Incarnationis Dominicæ, ex variis SS. PP. Doctrinis collectæ; & ad usum psalentium Sacratissimæ Virginis Rosarium &c. fol. 70. salutat hoc modo Virginem: *Ave solis ortus, qui nullum novit occasum,* & fuit impress. Neapoli 1640. in 4.

ALOYSIUS Sideræus Societatis Jesu Italus in opere prænotato: Iter ad cœlum, sive practicæ spirituales, laudat, & veneratur *mysterium immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ,* impress. Neapoli 1641. vide Vincentium Carrafa.

ALPHONSUS de Andrade Societatis Jesu Hispanus, in discursibus de Baptismo Dominæ nostræ, disc. 2. sub hoc titulo: Quæ estuvo tan lexos el Bautismo de menoscabar la opinion de la Santissima Virgen, que antes dio nuebos realces de honor à su pureza; vbi *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ agit.* Vide latè ibidem, impress. Matriti 1639. in 4.

Item, in lib. Guia de la virtud, i de la imitacion de N. Señora, &c. Lib. 2. cap. 4. sub hoc titulo: *De la Concepcion de nuestra Señora* y de la virtud de sus Sanctos Padres, con que la merecieron tener por hija, per totum à fol. 16. vsque 20.

Ibidem lib. 3. cap. 2. f. 151. del exemplo de virtud que nos dio la *Santissima Virgen desde el primer instante de su Concepcion,* per totum fol. 151. vsque 155. impress. Matriti 1642. in 4. Vide etiam Tom. 2. & 3.

Item quòd V. Maria Regina Angelorum fuit Concepta die octava Decembris, anno à creatione mundi 4072. in libro impress. Matriti 1646. in 4. fol. 501.

ALPHONSUS Aragonum Rex Quintus (ut dicitur in constitutione edita à Joanne Rege Aragonum 2. expedita anno 1451.) publicavit constitutionem, seu pragmaticam *circa sanctam, & purissimam Conceptionem Virginis MARIÆ, Dominæ nostræ,* &c. Sic in prælallegata constitutione Joannis, quę extat apud Ioannem de Pineda ad finem, & seorsim quater typis mandata linguâ Latinâ, Hispanicâ, & Cathalanâ.

ALPHONSUS de Avendaño Ordinis Prædicatorum Hispanus, in commentariis in Evangelium Divi Matthæi tom. 1. cap. 1. folio 56. inquit: Decebat enim, ait Paulus, ut talis nobis esset, Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus. Non ergo decuit, ut in polluto utero generaretur, qui tantam secum præferebat munditiem; sed sicut ipse flos est de radice Jesse, ita & radix florida esset & diceret ipse verus Rex Salomon: lectulus noster floridus, nam si radix sancta, & rami. Non quòd aliqua ex Matre sanctitas accesserit Christo, cùm ex unione hypostatica illam haberet, *sed quod maximè decuit tantam sanctitatem Matrem etiam omnis labis expertem habere. &c.* Clara est hæc auctoritas pro Virginis Mariæ immunitate; sed illud nota, sicut flos, ita & radix, sed flos iste fuit sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus ab instanti Conceptionis, igitur & radix Maria Mater fuit sancta, innocens, impolluta, & segregata à peccatoribus ab ipsa Conceptione.

Item, infra folio 39. col. 1. Unde idem Paulus dicit: ipse idoneos nos ministros fecit novi testamenti, simul eos elegit ministros, & simul idoneos fecit ad suum ministerium exequendum, sic de Beatissima Virgine philosophandum est, ipsam ad talem dignitatem evexit, ut Mater Dei diceretur, & esset talem ergo fecit, qualem ad tantum munus oportebat ut esset, tot decoravit virtutibus, tot gratiis, & privilegiis ditavit, quibus decenter ornata Mater tanti filii meritò videretur vocari, si ergo hoc mihi de ea referas, jam quidquid addideris, minùs apparebit. Si auri dominum hunc hominem mihi dicis esse, supervacaneè inculcas ipsum etiam æs, ac cuprum possidere, vel ferrum. Aurum

rum omnium metallorum pretiosius possidet, quid magnum, si ferrum, aut cuprum etiam habeat? Si Beata Virgo Mater est Dei, quid amplius de ea mihi dicere poteris? quòd Virgo concepit, quòd Virgo peperit, quòd Virgo in æternum permansit, *quòd gratiâ plena, quòd sancta in Conceptione, sancta in ortu, sancta in omni opere fuit, quòd super choros Angelorum elevata*, jam minora hæc apparent, quàm primum. Quid non pro tanta matre faceret, qui omnia potest, &c.

Item, infra folio 40 sibi ergo verus Salomon hoc fabricavit ferculum de lignis Libani; ligna alba, odorifica, ac incorruptibilia erant, nam integra ac incorrupta perseveravit Virgo semper, cùm enim circa eum deberet esse, quam ex incorruptibili materia lignorum fieri præcepit Deus, *decebat ut nullatenus eam corruptionis macula tangeret, atq; hanc munditiam redolebant ligna illa Libani*, unde Psal. 44. Myrrha, & gutta & casia â vestimentis tuis à domibus eburneis. Domus eburnea Virgineo candore præfulgens, Virgo Mater est, quæ statim myrrham redolet, quæ incorruptionem significat, & hic odor unicus erat in vestimentis ejus, hoc est, in carne, quæ nunquam sensit corruptionem. *Et hic odor ab anima etiam ortum habuit, quam nunquam fœtor ullius criminis coinquinavit, &c.* Libr. impress. Matriti 1593. in folio.

ALPHONSUS Avila Bellomontanus Hispanus, edidit conciones de festivitatibus Beatissimæ Virginis Mariæ, ubi de ejus *immaculata Conceptione absque originali peccato agit*. Impress. Antverpiæ, vt dicit Hippolyt. Marrac, in Catalago. ad annum 1610.

Item scripsit Epigramma, *pro immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 314.

ALPHONSUS de Ayala & Guzman, Doctor Hispanus, *de immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, in Parrochia Sancti Michaelis civitatis de Xerez de la Frontera, in die Apostoli Sancti Barnabæ 11. Junii, anno 1615. Sermonem unum, ubi probat immunitatem MARIÆ ex doctrina Sanctorum, præcipuè Sancti Thomæ Aquinatis. Impress. Hispali anno 1617. in 4. & 1615. etiam in 4.

ALPHONSUS de Bascones, Ordinis Minorum, Hispanus in 4. part. sub hoc titulo: Pictima del alma en vida, y muerte, quarta parte del Destierro de ignorancias, fol. 144. agit *De purissimæ Virginis Immaculata Conceptione*. Lib. impress. Valentiæ anno 1626. in 8.

ALPHONSUS Barrantes, Ordinis Prædicatorum, Hispanus, cum aliis ejusdem Religionis doctissimis, ac gravissimis Patribus, scripsit Epistolam ad Summum Pontificem *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quam integram adducit R.P. Joan. Euseb. lib. de Exception. cap. 34. fol. 414.

ALPHONSUS de Bohorques Ordinis Carmelitarum, Hispanus, in Sermone canonizationis S. Ignatii folio 6. inquit: Assi la Virgen, tota pulchra es amica mea: toda hermosa sois, y mancha no ay en vos, quiere decir, *toda hermosa fuisteis, i sois, y sereis, i no ubo, ni ay, ni aura mancha de pecado en vos amiga mia*, de manera, que muger ay sin mancha, mas varon, &c. Sermone impresso Hispali 1622. in 4.

ALPHONSUS de Bonilla Poëta Hispanus, in libro dicto Hispanicè: Peregrinos pensamientos de mysterios divinos, folio 3. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* poëmata sex, usque ad fol. 6. Et infra, *de eadem Immaculata Conceptione*, aliud poëma, folio 34. Et infra, *de eadem Immaculata Conceptione*, poëmata quinque, folio 130. Libr. impress. Baezæ 1614. in 4.

Item, scripsit librum sub hoc titulo: Nombres y atributos *de la impecable siempre Virgen MARIA nuestra Señora* en octavas, &c. Impress. Baezæ 1624. in 4. & ferè totus est de hoc mysterio.

Item, in quodam certamine poëtico edidit glossas *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in libro Antonij de Calderon folio 74. & 79. & 85. Et in certamine pro sacrario Toletano folio 58. inquit:

Y assi se ajusta con vos
La sin mancha concebida, &c.

Libr. impress. Matriti 1617. in 4. per Petrum de Herrera.

Item, aliud sub hoc titulo: Glosas *à la Immaculada Concepcion de la siempre Virgen MARIA*, glosando este verso que comunmente cantan los niños: todo el mundo en general, &c. Et incipit: *Sin macula de pecado*. Impress. Baezæ 1615. in 4. cum Imagine Immaculatæ Conceptionis. Et Vallisoleti anno 1618. in 4.

ALPHONSUS de Cabrera, Ordinis Prædicatorum, Hispanus, tom. 1. Considerationum super Evangelia, scripsit sermones tres de *Conceptione Dominæ nostræ*, à fol. 174. usque 228. in quibus sequentibus verbis suam declaravit sententiam. Sermone 1. ad illa verba: adjuvavit eam Deus manè diluculo, inquit: Pero ninguno fue ayudado al amanecer; esse privilegio es de la Virgen, que en el mismo punto que amaneciò en ella el ser natural, salga esta Aurora dorada con la luz, y arreboles de la gracia, &c. Y Dios no solo es poderoso para librar del cautiverio, y servidumbre, *sino para librar de la obligacion de venir en prision, &c.* Otra cosa es, non habentem maculam, sin mancha, sin lunar; essa es lindeza de la Madre de Dios, que es tota pulchra: aqui hizo el Señor demonstracion de su poder; porque estando el alma entre Faraon, y el mar atajada, esto es con obligacion de caer en peccado, por el mismo caso que avia de entrar en el cuerpo humedo por la concupiscencia, llega Christo divino Moyses con la vara de su virtud, y detiene al pecado para que no la cautive, y haze camino por donde passe à pie enjuto, &c. pero atajole Dios los passos, y quando fue su tiempo, hizo una Virgen tan pura, una carne tan limpia, y oloroſa, que de ella la pudo tomar Dios. La carne de Christo, no solo no pudo tener peccado, sino era la triaca, y contrahierva que quita los peccados del mundo, pues *convino, que la carne desu Madre, aunque le pudo tener como hija de Adan, de hecho no le tuviesse, ni olor, ni resabio del*, &c. MARIA de la qual naciò JESUS, como si dixera, estos supuestos nunca fueron pecheros: aqui paro la corriente del pecado; que se traduce con la generacion, no dice Padre, ni Madre de la Virgen, como san Pablo ponderò de Melchisedech, que lo introduce la Escritura sin Padre, sin Madre, sin genealogia, assi introduce S. Matheo à la Virgen, como advertiendo, que no heredò de ellos el pecado, sino el ser natural solamente, para que con verdad se diga de ella: Si-

cut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, como la azuzena blanca, nacida entre spinas; pero sin ellas, assi entre tantos Padres pecadores sale esta blanca flor *apartada de culpa*, de la qual ha de nacer el mejor fruto que Dios tiene. Mas ponela en cadena con su iugo, de qua natus est, para dar à entender la causa, y origen de su limpieza; porque assi como en las otras generaciones los hijos heredan de sus padres la mancha de la culpa, assi por el contrario en esta, la Madre heredò toda su pureza, y gracia de su hijo, &c. Pero mirad, que tambien se pregona, que no ofrezcan demasiado, no le deis la penitencia, que presupone peccado; essa joya en nosotros parece bien, mas en la Virgen es superflua; no pongais en ella *Resurreccion à gracia, que presupone caida, porque nunca cayò, ni pecò, ni ay en ella macula original, ni actual*, &c.

Item, Serm. 2. Esta fue la primera resistencia, aqui quebrò à la antigua serpiente la cabeza, y començò la ruina que se acabò en la Cruz. Y assi esta fiesta de la *limpia Concepcion*, que oy celebramos, &c. Delde el instante de su Concepcion, en que fue sanctificada con mayor exceso que los hombres, y los Angeles, &c. Sola esta Señora es monton de trigo, rodeado de açuzenas, todo grano, flor sin espina, toda llena de gracia, *sin rastro, ni olor de culpa original*, ni actual, mortal, ni venial, ni en el cuerpo, ni en el alma, que tener el cuerpo entero, y el alma violada con culpa original, fuera grande corrupcion, &c. Conuino que la Virgen resplandeciesse con tanta puridad, quo debaxo de Dios no se pudiesse entender otra mayor, dize San Anselmo. La pureza de Christo Dios, y hombre es no auer tenido peccado original, ni actual, ni poderle tener por naturaleza: lo que a este immediatamente se sigue, es la de la Virgen, que aunque le pudo tener por naturaleza, *fue preservada del por especial priuilegio de la gracia*, &c. La Virgen abogada; luego fue concebida sin pecado, naciò, y viuiò sin peccado, porque ruegue por nosotros, porque no se ocupe en rogar por si, y sea sin culpa santa, innocente, *sin macula, ni fealdad, ni sombra de peccado*, y por tal nos la dà el Espiritu Santo, diziendole a boca llena. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Alabo la diligencia, solicitud, è intencion, y animo deuotissimo de los Hermanos, y Cofrades *de la limpia Concepcion*, que son los defensores de la honra de la Madre de Dios, los Procuradores de su nobleza, testigos jurados, y rogados en la pureza de su hidalguia, y de que nunca fue villana, ni pechra de la culpa &c.

Item, Serm. 3. La fiesta de oy toda es limpia, y no se ha de tratar sino de limpieza, pues celebramos *la Concepcion limpissima* de aquella blanca Paloma, castissima tortola, y singular Esposa de Dios Maria. La tota pulchra, sin macula en el cuerpo, y en el alma, gloria, y ornamento de las mugeres, y alegria de los hombres, que vence a los Angeles en pureza, y a todos los Santos en santidad, y gracia, tan libre de pecado, que no le viò, ni pudo encontrar con ella, aunque venia por sus passos contados; confiado que la animacion de aquel cuerpecito virginal no se haria sin èl, como todas las demas de los hijos de Adan. Però quedose burlado, porque el Señor le ganò, y defendio la entrada, y le dio con las puertas en los ojos, &c. *Hizola llena de gracia desde el instante de su Concepcion.* Esto fue armarla sobre columnas immobles, &c. Pues la gracia de Maria toca a la de Christo, baxad vn solo punto de la gracia de Christo, que la immediata, y la mayor es la de la Virgen; con la gracia del menor Angel no hubo culpa aun levissima; y la gracia de la Virgen (que es incomparablemente mayor que la del supremo Angel) no auia de impedir la culpa original, que es mancha tan sucia, y que priua de la vista de Dios? &c. Pues si la Concepcion de Maria es dia claro, y sereno en que amanence la luz, y cessa la tempestad, si se cuenta entre los dias mas solemnes del año, y es la primera de las fiestas del nuevo testamento, antes llena de compañia, y concurso de Fieles deuotos de la Concepcion, que concurren a las Iglesias a loar a la Virgen, y predicar su limpieza, *como se puede pensar, que con tanta claridad, y admirable resplandor, se pudo causar la noche del pecado orginal*, &c. Alia quàm plura inuenies sparsa in prædictis tribus sermonibus pro immaculata Virginis Conceptione. Libr. impress. Cæsaraugustæ anno 1610. in 4. & Barchin. 1609.

ALPHONSUS Carrafa S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Neapolitanus præcepit, vt in toto Regno Neapolitano *coleretur dies præexcellentissimæ, & immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Deiparæ*, ut videre est in decretis Synodi Neapolit. f. 59. impress. Neapoli 1568. in 4.

ALPHONSUS de Cassarubios Ordinis Minorum, Hispanus, in libro: Compendium Priuilegiorum Fratrum Minorum, verbo: Conceptio Virginis, adducit Summorum Pontificum præcipuas concessiones, indulgentias, indulta, & alia, *pro mysterio, ac festi vitate, & officio Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*. Libr. impress. Venetiis 1532. in 8. folio 52. & Coloniæ 1619.

Item, ibidem folio 125. adducit Indulgentias Stationum de Urbe, *in Vigilia, & Festo Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, ut supra, & in libro impress. Parisiis 1578. folio 48. & 111.

ALPHONSUS à Castro Ordinis Minorum, Hispanus, in libro adversus Hæreses lib. 12. verbo: Peccatum. Hæresi 9. affirmat, *quòd Beata Virgo* Maria *singulari Dei gratia prorsus impeccabilis fuerit*, priuilegiumque hoc nulli alteri fuerit concessum, vide etiam lib. 1. cap. 7. fol. 17. Et quòd Virgo Maria *omni peccato caruit originali*, & actuali injeodem lib. impress. Parisiis 1571. in fol. & 1578.

Item, lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 8. littera A. fol. 67. inquit loquendo de vtraque sententia: *Ego quidem Virginem Deiparam sine peccato originali fuisse conceptam credo*, quia hoc magis pium est, & magis dignitati Matris Dei conueniens, &c. Et lib. 1. cap. 3. agit de hac propositione; Virgo Maria concepta est cum peccato originali, quam veritatem habeat. lib. impress. Salmanticæ 1547. & alibi.

ALPHONSUS de Castro Doctor Hispanus, edidit Hierogliphicum pro immunitate *Virginis MARIÆ à peccato originali*. Impress. Baezæ 1618. in 4.

ALPHONSUS à Castro Ordinis Prædicatorum Hispanus, correxit, emendavit, ac imprimi curavit Mariale, seu Sermones festivitatum annualium Beatissimæ Virginis Mariæ, R. P. Fr. Sanctij à Porta, in quo, Sermone de Incarnatione, *multa adduxit testimonia pro immunitate Virginis MARIÆ*. Vide ibi, & verb. Sanctius à Porta. Iste saltem non fuit contra.

ALPHON-

ALPHONSUS Ciaconius Hiſpanus, Chacon Biacenſis de Baeza, Ordinis Prædicatorum in vitis Summ. Pontific. in Gregorio VII. folio 340. inquit: Floruit ejus tempore Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis Monachus S. Benedicti, Doctor graviſſimus, de quo Vincentius Belvacenſis, qui inſtituit, ut in ſuo Archiepiſcopatu *celebraretur Feſtum Conceptionis Beatæ Virginis*, quam antea primus inſtituerat Patriarcha Aquileienſis, Monachus Benedictinus filius Caroli Regis Franciæ anno 841. Libr. impreſſ. Romæ 1601. in folio. Vide etiam fol. 981. ubi de feſtivitate Conceptionis à Sixto IV. inſtituta.

Item, in prima parte de variis devotionibus *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*. Commemoratio ad menſem Decembris. Lib. impreſſ. Romæ 1600. in 16. Et impreſſ. 1601. in 12. folio 296. qua ergo de cauſa dicendum eſt iſtum Doctiſſimum Scriptorem, militaſſe pro contraria opinione? vidi iſtius aliqua opera minora, ut de Cruce &c. ſed nec verbum habet pro opinione ſanctificationis; ergo cùm iſte nihil habeat contra directè, nec indirectè, non tota Religio Dominicana eſt contra piam ſententiam.

ALPHONSUS de la Cruz Ordinis ....., Hiſpanus in 1. part. Sermonum in feſto *immaculatæ Virginis MARIÆ*, diſcurſum Euangelicum, à fol. 25. vſque 50. lib. impreſſ. Barchinonæ 1600. in 4. & Matriti 1599. in 4.

ALPHONSUS Deza Doctor Compluten. Societatis Ieſu, Hiſpanus, affirmabat, *quod Chriſtus Dominus non eſſet in periculo contrahendi peccatum originale, etiamſi Virgo* MARIA *illud habuiſſet*. Ita refert Luiſius Turrianus in ſelect. diſp. cap. 1. diſp. 14. dub. 7. fol. 84. colum. 1. ad medium.

Item, dicere ſolebat, *quòd in materia immunitatis Conceptionis, ſeu præſervationis Virginis MARIÆ à peccato originali*, tenenda erat mens Sancti Thomæ Aquinatis non littera, ſed ſpiritu. Quod mirè explicabat, ut refert Ioannes Antonius Velazquez lib. 3. de Immaculata Concept. Diſſert. 2. annot. 6. fol. 382. De quo etiam dicebat mira R. P. atq; doctiſſimus Didacus de Zelada, cujus memoria in benedictione ſit.

ALPHONSUS Diaz Hiſpalenſis Poëta, in libro: Hiſtoria de Nueſtra Señora de aguas ſanctas Cant. 3. folio 42. & Cant. 8. folio 92. quòd Virgo MARIA contrivit caput ſerpentis, ac tandem folio 162. inquit:

Y eſta torre, eſte caſtillo
Donde pende tanto eſcudo
Guſanos no han de batillo,
Mas ſi la culpa no pudo
Como podra un guſanillo. Vide alia ibidem lib. impreſſ. Hiſpali 1611. in 8.

Item, in alio libro Hiſpalenſi folio 65. habet poëma pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impreſſ. Hiſpali 1616. & Matriti 1619. in 4.

ALPHONSUS Dominicus Ordinis SS. Trinitatis, Hiſpanus, in tractatu de myſteriis Canticorum ad diem octavam Decembris, adducit Indulgentias *Conceptionis Virginis MARIÆ* in Urbe. Lib. impreſſ. Romæ 1647. in 8. Iſte & alii hujuſmodi ſaltem ſunt proteſtativi; in una enim Militia & magna ſicut iſta, non omnes debent eſſe milites ſtrenui. Sufficit enim, ut ſint proteſtativi.

ALPHONSUS Ezquerra Societatis Ieſu, Hiſpanus, *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ* cap. 1. 2. & 3. in lib. Hiſpanicè inſcripto. Paſſos de la Virgen, impreſſ. Compluti 1629. in 4. cum, imagine immaculatæ Conceptionis in libri principio.

ALPHONSUS Fernandez Ordinis Prædicatorum, Hiſpanus, in libro de devotione & miraculis Roſarii atque de ſua origine, &c. in tabula Evangeliorum fol. 27. *De Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* indicem. Libr. impreſſ. Matriti 1627. in 4. Et alibi, ut diximus in Nodo indiſſolubili, à pagina 735.

Item, in hiſtoria de Annalibus Civitatis, & Epiſcopatus Placentin. libro 1. cap 28 folio 201. ad annum 1530. inquit: Por eſte tiempo fundaron el monaſterio *de la Concepcion* de Truxillo ocho monjas del Monaſterio de la *Concepcion* de Cabeza del Buey, fundacion de Don Martin Rol, comendador del horden de Alcantara, y no teniendo Igleſia el ſanto Pontifice Pio Quinto les aplicò la Parroquia de ſan Clemente, que eſtaba junto al Monaſterio, la qual acomodaron en el otro edificio, y ſuele tener el Monaſtrio cinquenta Religioſas. &c.

Item, en Medellin el Monaſterio *de la Concepcion* ſe fundò por ſoror Anna de Jesus, y por dos compañeras ſuyas año de 1551. Al principio fueron Terceras, y año 1568. recibieron y profeſaron la regla de Monjas *de la Concepcion*, donde viven treinta y cinco Religioſas. Libro impreſſ. Placen. 1625 in folio. Si iſte non adducitur cum ſufficienti fundamento pro pia ſententia, ut pariter clamarunt contra SOLEM VERITATIS Doctor incognitus de Parra, & alter cognitus de Prado, ſaltem debebant oſtendere aliud ſimile debile fundamentum ſuæ militiæ in contraria opinione, ut ex illo probarent illam univerſalem concluſionem: Omnis Religio Dominicana ſtat pro ſanctificatione: ſed de hoc latè dictum eſt in libello Hiſpanico: Soplos contra los Atomos &c.

ALPHONSUS Ferriol, & Caicedo Hiſpanus, edidit librum ſub hoc titulo: De las fieſtas que en honor *de la Immaculada Concepcion de la Virgen* MARIA *nueſtra Señora* celebrò ſu devota, y antigua hermandad en San Franciſco de Granada, año 1615. impreſſ. Granatæ 1616. in 4.

ALPHONSUS de Frias Ordinis Minorum, Hiſpanus, diſpoſuit, & typis mandauit Sermonem D. D. Petri Gonçalez de Mendoça, in Capitulo Generali celebrato in Toletana Ciuitate anno 1606. in quo fol. 15. loquitur *de Puriſſima Conceptione Virginis MARIÆ*, de Joanne Scoto, & Domina Beatrice de Silua, &c. Serm. impreſſ. Compluti 1608. in 4.

ALPHONSUS de Fuentedueñas Ordinis Minorum Hiſpanus, in lib. dicto: Titulo Virginal de nueſtra Señora, cap. 9. vbi comparat MARIAM cum ſole, totum eſt *de immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, ac præſervatione ipſius à peccato originali* à fol. 48. vſque 67. lib impreſſ. Pampilonæ anno 1499. in fol.

ALPHONSUS Gomez de Rojas, Canonicus, Doctor Hiſpanus, edidit ſermonem ſub hoc titulo: Sermon en la ſolemniſſima Octava que ſe celebrò en la Igleſia de San Gil de eſta Ciudad de Seuilla, *à la Immaculada Concepcion de la Santiſſima Virgen MARIA nueſtra Señora, à quien no tocò la primera culpa, ni el debito de ella*, &c. impreſſ. Hiſpali 1616. in 4. & incipit: Nunca los caſos, &c.

Item,

Item, edidit aliam concionem sub hoc titulo: Sermon del dia *de la immaculada Concepcion de la Santissima Virgen MARIA nuestra Señora*, en là solemne fiesta que celebrò la insigne Cofradia de la santissima Cruz en Ierusalen, en su Iglesia de San Antonio Abad, de la ciudad de Sevilla, en complimiento del voto que hizo de tener, y confessar la verdadera, y santa deuocion, de que la purissima Madre de Dios fue concebida sin mancha de pecado original. Impress. Hispali 1616. in 4. & incipit: El soberbio Aman.

Item, edidit alium Sermonem *de immaculata Virginis Conceptione*; impress. etiam Hispali 1617. in 4. & incipit: Poco importa.

Item, in Sermone funerali venerabilis Patris Didaci Granados Societatis Jesv, fol. 10. agit latissimè de devotione prædicti Patris *ad immaculatam, ac purissimam Virginis MARIÆ Conceptionem.* Impress. Hispali 1632. in 4.

ALPHONSUS de Herrera, Ordinis Minorum Hispan. in lib. cuius titulus est: Consideraciones de las amenazas del juicio, y penas del infierno, &c. Epistola dedicatoria, *est ad Virginem MARIAM Conceptam absque peccato originali.* Lib. impress. Hispali 1618. in 4. vide Dazam fol. 52.

ALPHONSUS Hurtadus de Mendoza, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem *pro celebritate immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; impress. cum alijs Granatæ anno 1651. fol. 365.

ALPHONSUS Januarius Patricius Neapolitanus; in libro sacrorum carminum ad Clementem VII. folio 105. ad divam Annam inquit:

Conceptu Anna tuo læta, & lætissima partu
Et meritò debes, & meritò esse potes.
Est Concepta tuâ, luce hac, tua filia in alvo,
Mater, & æterni sponsa futura Dei.
Qua nascente Deus gaudebit Matre futura,
Et qua nascentur gaudia, ubique nova.

Item, in diem, quâ orta fuit Maria Virgo, folio 91. & folio 119. adducit carmina, quæ tam respiciunt ortum Virginis Mariæ in utero per Conceptionem, quàm ex utero per Nativitatem. Vide ibi, libr. impress. Neapoli 1533. in folio. Iste vixit parum post Sixtum IV. & licet non sit expressus, tamen favet, & cùm nihil aliud habeat de hac materia in toto illo suo libro magno, videant in isto quomodo verificabitur illud: ante quadraginta, vel quinquaginta annos, omnes Scriptores sustinebant opinionem sanctificationis.

ALPHONSUS de Ledesma Segouiensis Hispanus, in lib. conceptûum spiritualium, habet cantiones *pro Conceptione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* à fol. 194. vsque 196. impress. Matriti 1602. in 8. cum imagine immaculatæ Conceptionis.

Item, in libro Dominæ nostræ de la Fuensisla, fol. 92. habet cantiones *pro sanctissima Conceptione Virginis MARIÆ*, & fol. 100. Ita Simon Diaz disc. 2. quæ etiam reperiuntur in lib. Hieronymi de Alcala, fol. 47.

Item, in libro Epigrammatum, & Hierogliphycorum, fol. 20. *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Matriti 1625. in 18.

Item, edidit colloquium *de immaculata Virginis Conceptione*, quomodò Congregatio Generalis Cismontanæ Familiæ Ordinis Minorum fecit votum in Civitate Segouiensi. Interlocutores sunt, Puer Jesus, & Sanctus Antonius Paduanus. Opusculum est impress. cum alijs in 8.

ALPHONSUS de Loarte Ordinis Carmelitarum Hispanus, in Sermone Purificationis Dei Matris folio 101. inquit: Las Sarras, las Rebecas, las quales buenas fueron para ropa de los que vistieron: pero para vestir à Dios, ninguna dejo de tener olor de Eva, ninguna fue bien sacada del batan, *todas tuvieron xuarda, y aceyte, aora ay ocasion, que MARIA mas limpia, que los mismos Angeles, &c.* Extat impress. cum alijs in sacrario Toletano anno 1617. in 4. Sub istis locutionibus Hispanicis existimo contineri expressam protestationem piæ sententiæ, & si aliquis huic voluerit contradicere, constituamus judices ipsos Patres Carmelitanos.

ALPHONSUS Lopez Abolasius, Magister, Hispanus, scripsit cantionem contra peccatum originale: *De Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum alijs Granatæ folio 313.

ALPHONSUS Lopez Barbon Poëta Hispanus, fecit cantionem quandam, *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis.* Impress. cum alijs Baezæ anno 1618. in 4.

ALPHONSUS Lopez de Haro, Historicus Hispanus, & à consilio equestrium: De fundatione Ecclesiæ & Collegij Villæ de Ossuna, *sub titulo Immaculatæ Conceptionis*, ac de voto, & juramento, ab ipsa Universitate faciendo, &c. Ad Genealogiam D. D. Joannis Tellez Giron, secundi Comitis de Ureña, & Ossuna, in suo Nobiliario genealogico Regum, & titulorum Hispaniæ lib. 5. cap. 7. fol. 387. impress. Matriti 1622. in folio. Nescio quare iste sit excludendus à Militia.

ALPHONSUS Ludovicus de Plessis de Richeliu, Gallus, Ordinis Carthusianorum Archiepiscopus Aquarum Sextiarum, postea Lugdunensis, ac S. R. E. Cardinalis, in triumphali pompa exhibita anno 1635. die 16. Augusti Romæ imagini Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ sitæ in Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso, fecit viâ Iuliâ erigi fornicem triumphalem cum hac inscriptione: *Magnæ Matri Deiparæ, sanctissimæ, integerrimæ, noxæ communis, & translatitiæ labis exorti*, arcum hunc triumphalibus insignem argumentis excitavit, antiquæ de peccati Principe monumentum victoriæ, &c. de quo latè loquitur &, magnificè R. P. Hippolytus Marrac. in Purpura Marian. fol. 26. & ego cùm essem Romæ vidi exaratum in lamina prædictum arcum.

ALPHONSUS de Madrigal, alio nomine, Tostatus, Episcopus Abulensis Hispanus tom. 1. suorum operum, in Epistolam Divi Hieronymi ad Paulin. cap. 6. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta absq; originali macula*, & quòd oppositum asserere non videatur magnus error, nisi pertinaciter dicatur, nolendo aliquid de perfectione Beatæ Virginis detruncare; extat, fol. 17. à tergo.

Item, *Quòd ex speciali privilegio Beatissima Dei Genitrix originalem culpam non contraxit; ipsamq; à prædicta culpa originali fuisse præservatam*: ibique asserit neutram opinionem esse damnandam, nisi Ecclesia, quæ Spiritu Sancto ducitur, alteram particulam definierit esse tenendam; interim tamen pium esse, Virgin. Beatam in hoc saltem, secundùm considerationem nostram, honorare. Super Exod. c. 34. q. 8. fol. 168. col. 1. lib. impress. Venetiis 1596. in fol.

Item, de Virginis Mariæ Assumptione, & *præservatione à peccato originali*, cap. unum in tomo 1. suorum operum, Paradoxa prima cap. 21. & in abreviat. cap. 6. vide nostram Bibliot. fol. 655.

Item,

Item, in cap. 34. Exodi, quæst. 8. fol. 283. latè tractat de Immaculata Virginis Conceptione, & concludit sic. Hæc autem sunt, quæ ad istam partem respondere oportebat, piè, & sine contentione tenentes, *Beatam Virginem sine originali fuisse conceptam*; cujus partis mitem assertorem, non pertinacem, nec contentiosum, donec Ecclesia(cui per omnia obediendum reor)oppositum definierit,me esse profiteor, &c. Lib. impress. Venetiis 1615. & alibi sæpè.

ALPHONSUS Maldonadus,Ordinis Prædicatorum, in libro Hispanicè inscripto: Chronica universal de todas las naciones,y tiempos,fol. 103. à tergo,loquendo de libro Flauii Dextri,sic inquit: Lo vigesimo quarto;Flavio Dextro entre los notas del tiempo en que se acaba el imperio de Diocleciano,y con elhijo Constantino afloxò la persecucion, y la religion Christiana comencò à en sancharse,tiene esta nota entre otras: *A prædicatione Iacobi celebrabatur in Hispania festum immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis* MARIÆ. Loqual parece tener dificultad, por que no se halla antes de los tiempos de S. Bernardo, y de S. Anselmo mencion de esta fiesta. Item,que en tiempo de las persecuciones, no se celebraban fiestas: digo que en tiempo de las persecuciones se celebraban y guardaban fiestas, y Domingos, y Pasquas y Quaresmas,y auia gobierno Ecclesiastico, y como las persecuciones no fueron poderosas, à hundir, ni atajar la Religion Christiana, asi tan poco ataxaron las fiestas. Y à lo primero digo, que si no se halla en otros, ya se halla en Flavio Dextro,y no se dever temer, ni sospechar, que esta clausula este añadida aqui por otro que no sea Auctor del Libro, por que esta vltima impresion la hizieron, y procuraron Religiosos de la orden de san Francisco, doctos, y graves movidos de aver oido, que avia esta clausula en Flavio Dextro, y no podia caber en tales personas,y para tal fin, falta defidelidad; pues fuera de ser vajeza, se pusieran à grande riesgo de su honor, y assi yo creo, y no dudo, que està asi esta clausula en el libro del Monasterio Fuldense. Tampoco se puede, temer infidelidad en los Monges del Monasterio Fuldense. Tam poco se puede temer que el libro sea de otro,que del mismo Flavio Dextro, porque no ay fundamento para temerlo. Tampoco se puede creer, que Flavio Dextro fingiese esta clausula, por lo qual creo y no dudo, que fue asi, como en ella se contiene, y que Flauio Dextro lo hallò asi publicado ô escrito, y escrito en el tiempo, que se acabaron las persecutiones; por que entonces se empezaron à lograr las fiestas. La fuerca del argumento,que de esta clausula se puede sacar para en la materia de la Concepcion, y la fuerza, que se saca, de que vemos ahora celebrar en nuestro tiempo esta fiesta universalmente en toda la Iglesia Catholica los Theologos la saben, y yo tambien, que profeso Theologia mas aqui no ay lugar de Theologia, sino de Historia, y en mi oficio de historiador he hecho lo que debo, y dicho lo que siento, como Theologo hablarè donde, y quando me lo mandaren los que pueden mandarmelo sin desdecir como Theologo, delo que he dicho como Historiador. Mas ruego yo à los Doctos, *que son devotos de la immaculada Conception*, y en particular à los que por serlo hicieron aora impremir este libro, miren, y examinen bien si habla Flavio Dextro de la fiesta de la Concepcion, que ahora celebramos à 8. de Diciembre, pues el nolo dice, ô si llama Conception à la activa, quando la Virgen Sancta MARIA concibio al hijo de Dios, por que Loayza en el indece de los Concilios Toledanos llama fiesta de la Conception à la fiesta de la Encarnacion, que celebramos à 25. de Marzo y le viene bien el nombre de Concepcion de nuestra Señora,como se llama fiesta de la Visitacion de nuestra Señora, quando ella visitò, y assi Concepcion, quando ella concibio, y digan, y resuelvan lo que les parecire que yo noles voy à la mano, antes he defendido su libro, y impression de Flavio Dextro, contra los que han salido à desacreditarle, y no lo he defendido por ganar la voluntad à este, ni à el otro, sino por decir loque siento, y finalmente siento ser Flavio Dextro Auctor grave, y que por ninguna cosa diria sino loque hallo escrito, ô platicado, &c. Libro impress. Matriti anno 1625. Hæc sunt omnia, quæ habet Scriptor iste pro hac materia, si sit vel non cum sufficienti fundamento adductus,judicet Lector: nam solùm veritatem desideramus, tamen pro certo tantúm affirmo, quòd in præallegato libro non fuit pro opinione contraria: si edidit alterum librum, eum exhibeant; nam ego illum non invenio.

ALPHONSUS Maldanadus, Poëta Hispanus; edidit sub hoc titulo: Glosa del persignarse *al misterio de la Immaculada Concepcion de la sacratissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin peccado original* & incipit: MARIA Virgen graciosa &c.

Item,Glosa sobre elPadre nuestro *en alabança de la Immaculada y purissima Concepcion de la sereniss. Reyna de los Angeles Señora nuestra, concebida sin pecado original*, incipit: Luego que el Rey eternal, &c.

Item, Glosa sobre el Credo, en alabança de la *Immaculada y purissima Concepcion de la serenissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original*; incipit: Por la Santa Trinidad: & fuerunt omnia hæc impressa Hispali anno 1617.

Item, edidit aliam Glossam en alabanca de la *Immaculada y purissima Concepcion de la serenissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin pecado original*, & incipit: Adonde Reyna divina, &c. Impress. ibidem.

ALPHONSUS Manrique, Hispanus S. R. E. Cardinalis, atque Archiepiscopus Hispalensis, ad annum 1501. dum esset Episcopus Pacensis, in Synodo habita die prima Maii ejusdem anni titulo 2. capite 20. præcepit, ut observaretur *Festum Conceptionis Dominæ nostræ*, ut videre est in ejusdem Constitutionibus, & refert D. Joannes Solano de Figuero ejusdem Ecclesiæ Canonicus in relatione ad me missa.

ALPHONSUS Martinez deLaguna,Hispanus, in Summa de Doctrina Christiana cap. 7. de Salutatione Angelica, inquit: *La que nunca caio en desgracia de Dios,la que nunca tubo pecado,&c.* Lib. impres. Salmanticæ 1555. in 4.

ALPHONSUS de Mergelina Montexus, Hispanus, scripsit doctum discursum iuridicum *pro immaculata Conceptione Virginis MARIÆ absque peccato originali*, lib. impress. Murciæ anno 1627. in 4.

ALPHONSUS Messia Galeotus, Poëta Hispanus, composuit Epigramma: *Pro Immaculata Con-*

ceptione Virginis MARIÆ. Impress. cum aliis Baezæ 1614. in 4. & Hierogliphicum de eodem fol. 76. & aliam cantionem, quæ stat folio 77. & alia Epigrammata quæ extant fol. 83. & 88.

ALPHONSUS Morgadus, Sacerdos Hispanus, in Historia Civitatis Hispalensis libr. 6. cap. 12. folio 153. de Monasterio *Monialium Conceptionis Dominæ nostræ*, fundato à D. Anna de Santillan Tertiaria Sancti P. N. Francisci, anno 1511.

Item, de altero *Monasterio Conceptionis* Hispalensi fundato à D. Eluira de Vargas Herrera in collatione Sancti Laurentii anno 1531. quæ Moniales primò fuerunt ex instituto Carmelitano, deinde sub Franciscana militant Regula.

Item, folio 159. de Monasterio Dominæ nostræ, del Socorro, cujus Moniales militant sub habitu, & Regula *Sanctæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, hoc fundavit D. Joanna de Ayala, anno 1522.

Item, de Monasterio Dominæ nostræ de la Paz, cujus Moniales militant sub habitu *Conceptionis Virginis MARIÆ*, & fuit hoc cœnobium fundatum à D. Andrea de Segura anno 1571. Libr. impress. Hispali 1587. in fol. cap. 14. & 15.

ALPHONSUS de Narbona, Doctor Hispanus, edidit Memoriale sub hoc titulo: Por Francisco de la Espada Clerigo Presbytero de la villa de Ocaña, y los Patronos del Hospital *de la Concepcion, que llaman de la Latina en Madrid, &c.* Impress. ibi in folio. Si iste non possit transire, excludatur: quia non dependet nostra Militia ab isto aut aliis hujusmodi.

ALPHONSUS Nuñez de Castro, chronologus generalis Hispanus, edidit lib. Exemplar de perfecion id cado en las illudas vidas venerables Matres Maria de S. Pablo, y Aña de S. Antonio, fundadores del religiosissimo Convento de S. Joseph de Jesus Maria, que lla man del Cavallero de gracia de Relgiosas descalzas *de la purissima Concepcion de N. Señora.* Impres. Matriti 1658 in fol.

ALPHONSUS Obesus de Oriona, Poëta Hispanus, edidit Cantionem de *Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. cum aliis Granatæ, 1651. folio 252.

ALPHONSUS de Olea, Doctor Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Dulcissimo, Sanctissimo ac Divino Nomini Jesu, Angelorum gloriæ, hominum saluti, Inferorum terrori, Salvatori clementissimo, & in laudem *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, & semper Virginis MARIÆ*, suæque, & suorum perpetuæ servitutis testimonium, opusculum hoc humiliter offert, æterna fide consecrat, &c. & opusculum est de cessione jurium, & actionum, impress. Matriti 1650. in fol.

ALPHONSUS de Orozco, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispanus, in libro Declamationum Deiparæ Virginis Mariæ, *in Conceptione Deiferæ Virginis MARIÆ*, Declamationem.

Item, habet quædam notatu digna, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; quæ omnia extant à fol. 1. usque 21. lib. impress. Compluti 1568. in 8. & 1578. in 8.

Item, in Commentariis Cantici Canticorum *pro immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* annotationem, fol. 389. ad illud: Nolite me considerare; & ad illud: Ferculum fecit; & ad illud: Una est columba, lib. impress. 1581. in 4. & in nostra Biblioth. tom. 1. à fol. 761.

Item, in tract. super canticum Deiparæ Virginis ad illa verba: Quia fecit mihi magna, fol. 282. sic inquit: Enimverò alma Dei Mater, magna Deus optimus tibi fecit, *Quando in tua candidissima Conceptione te sua gratia præservavit*, &c. lib. impress. Compluti 1579. in 8.

Item, in Catechismo super Symbolum Apostolorum cap. 6. fol. 27. ad illa verba: Et conceptus est de Spiritus Sancto, &c. *Quod Beatissima Virgo MARIA fuit exempta ab omni peccato*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1575. in 8.

Item, in libro de Corona Beatæ Virginis Mariæ cap. 4. *de privilegio puritatis, ac Conceptionis Dominæ nostræ*, &c. Lib. impress. Matriti 1588. in 12.

Item, in libro de septem verbis Dominæ nostræ Mariæ, verbo & Sermone 2. fol. 33. *Quod fuit concepta absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Metinæ à Campo 1568. in 8.

ALPHONSUS de Ortiz, Canonicus Toletanus recognovit, & emendavit, secundùm regulam Beati Isidori, Missale mixtum, seu Mozarabe, in quo, folio 413. *Est officium Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* Impress. 1500. Ubi dicitur jussu Rss. D.D. Franciscì à Zisneros Archiepiscopi.

ALPHONSUS Peñassiel & Aranxo, Societatis Jesu Hispanus, in lib. sub hoc titulo: Obligationes y excelencias de las tres ordines militares Saniago, Calatrava y Alcantara datas in lucem à D. Petro de Pineda. fol. 50. *de Missa Conceptionis Virginis MARIÆ* &c. Lib. Impres. Matriti 1644 in 4. Proponimus militem, Lector eligat.

ALPHONSUS Perez Poëta, Hispanus Beticus, edidit libellum sub hoc titulo: Glosas de deferentes Auctores *à la immaculada Concepcion de la Madre de Dios.* Sobre aquellos versos, que dicen. Todo el mundo en general. &c. impress. Malacæ apud Joannem Rene anno 1616. in 4.

ALPHONSUS Perez Seraphinus, Ordinis Minorum Hispanus Salmanticensis, in lib. cujus titulus est: Quexas de Lucifer, en gloria y honra de la Serenissima Reyna de los Angeles de los Remedios, &c. sparsim in toto libro agit *de incontaminata puritate Virginis MARIÆ*, ex quibus sequentia signo ex Estantia 36. & 67.

Y brote aquesta flor, mas sin espina.
Con el candor luciente de la gracia, &c.
Salve de Adam cobrada executoria, &c.

Lib. impress. Salmanticæ 1635. in 8.

Item, edidit cantiones regales in laudem *immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Matris*, quæ extant in lib. R. P. à Villachoaga, impress. anno 1619. in 4.

ALPHONSUS Pimentel, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Epigrammata pro illibata puritate Virginis & Conceptionis, incipit sic.

Virgo Patris magni non ultima gloria nostri,
Cui bene conveniunt gloria, primus honor:
Quâ te voce feram sine labe, & crimine Adami,
Conceptam ô Virgo, Virginibusque decus.

Extat in Historia Dominæ nostræ de la Salceda lib. 3. cap. 5. folio 4.

ALPHONSUS Quintus Aragonum Rex cognomento Magnanimus, suis temporibus construi curavit *Ecclesiam Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* in pago de Mathozinios, &c. ex qua ejus in hoc mysterium devotio dignosci potest.

ALPHONSUS Ramirez de Arellano, Archidiaconus, Hispanus, recepit juramentum factum à Confraternitate Sancti Hermenegildi *pro mysterio*

rio immaculatæ Conceptionis anno 1653. die 29. Februarii. Ex Leone.

ALPHONSUS Ramos Gauilan, Ordinis S. Auguſt. Hiſpanus, in libro: Hiſtoria del celebre ſantuario de nueſtra Señora de Copacauana, y ſus milagros, y inuencion de la Cruz de Carabuco, fol. 387. ſub hoc titulo: El primer dia ſe podrà conſiderar *el myſterio de la puriſsima Concepcion de la Santiſsima Virgen MARIA nueſtra Señora, concebida ſin pecado original*, latè vſque ad fol. 392. Lib. impreſſ. Limæ 1621. in 4.

ALPHONSUS Remon, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Hiſpanus, habet diſcurſus octo prædicabiles *de Conceptione immaculata Beatæ Virginis MARIÆ* lib. impreſſ. Matriti 1616. in 4. cum imagine immaculatæ Conceptionis.

Item, de Sorore Maria de la Columna, & *quàm devota extiterit myſterio immaculatæ Conceptionis MARIÆ* caput vnum in lib. 15. tom. 2. ſuæ Hiſtoriæ impreſſ. Matriten. 1633. in fol. Vide etiam lib. 7. cap. 18. de Beato Carmelo, & alibi ſæpè.

Item, in lib. Hetymoniepol, id eſt, interpretatio Nominum, quę Hæbraicè, & Græcè in Bibliis reperiuntur, part. 1. fol. 165. verbo Phares, *quòd Virgo MARIA præſervata fuit ab originali culpa, & eius Conceptio fuit ſine macula*, &c. lib. impreſſ. Matriti 1617. in 4.

Item, in lib. dicto: Pſalterio, y canticos Virginales, compueſtos por San Bonauentura, ab ipſo Hiſpanicè traducto, fol. 170. affirmat: *quod Virgo contriuit caput antiqui ſerpentis*, &c. lib. impreſſ. Matriti. 1618. in 16. & alibi.

Item, in Sermone de Sancto Petro Nolaſco, fol. 15. & alibi indicat, *Virginem MARIAM fuiſſe ſemper immunem ab omni peccato*, Serm. extat impreſſ. Matriti 1627. in 4.

ALPHONSUS de Rivera, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Exercicios è indulgentias del Roſario, in Kalendario ad diem 8. Decembris, inquit: *Conceptio Dominæ noſtræ cum Iubileo.* Libr. impreſſ. Matriti, 1641. in 24. Quando aliqui ejuſdem ordinis recenſuerunt iſtas indulgentias, mutarunt nomen Conceptionis in vocem ſanctificationis; iſte videtur aufugiſſe à tali termino proteſtativo.

ALPHONSUS de Roa, Ordinis Minorum Hiſpanus: *De fundatione collegij Conceptionis* de Zelaya; caput unum in Ordine 26.

Item: *Quod Villa de Zelaya atq; ipſius collegium ſunt erecta ſub titulo conceptionis*, caput alterum in ordine 27. in libro: Chronicon Provinciæ Sanctorum Petri, & Pauli de Mechoacan Ordinis Minorum in nova Hiſpania. Impreſſ. in civitate Mexicana anno 1635. in 4.

ALPHONSUS Rodriguez, venerabilis Societatis Jesu Pater, Hiſpanus, edidit, & quotidiè recitabat *officium Puriſsimæ, & immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ.* Extat impreſſ. Antuerpiæ 1625. à quatuor Epiſcopis approbatum, & poſteà fuit multis in locis impreſſ. & adducitur à R. P. Antonio de Balingen, in Parnaſo Mariano, fol. 37. & ab aliis, qui ſcripſerunt de Conceptione.

ALPHONSUS Ruſpagiari ex Regio, Italus, in libro dicto: Exercitio & amaaſtramento del buon Chreſtiano, &c. cap. 12. ad tertium articulum fidei folio 38. loquendo de Conceptione Chriſti Domini, ſic inquit: Che ſi come dall' egli di Spirito Sancto fù concetto, & per operatione divina; *coſi fù parimente pura la Madre, &c.* Impreſſ. Venetijs 1568. in 4. In quibus verbis ſolùm videtur diſtinguere vtramq; Conceptionem, quia vna fuit de Spiritu Sancto, alia verò non; ſed vtramq; habuiſſe ſimilem puritatem.

ALPHONSUS Saez Licentiatus Hiſpanus, edidit libellum ſub hoc titulo: Relacion de la fieſta que el Colegio Mayor de Santa Maria de Jesus, Vniverſidad de la Ciudad de Sevilla, hizo en la publicacion de vn eſtatuto en que ſe jurò *la Conception limpiſsima de nueſtra Señora, ſin mancha de pecado original*, impreſſ. Hiſpali 1617. in 4.

ALPHONSUS Salmeron, Societatis Jesu Hiſpanus, edidit diſputationem unam *de immaculata Virginis Conceptione.* Atque alteram, in qua argumenta, quæ contra immaculatam Virginis Conceptionem fiunt, tum ex Scripturis, tum ex Patribus, & rationum monumentis diſſolvuntur planè, ac refelluntur. Et alteram, in qua reſpondetur ad Sententias Sanctorum Patrum, quæ à quibuſdam proferuntur contra immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis privilegium. Deniq; alteram, in qua multis gravibus, ac ſolidis viis, ac rationibus immaculatæ Conceptionis Virginis veritas confirmatur maximè, & conſtabilitur. Extant quatuor iſtæ diſputationes in tom. 13. ſuorum operum ſuper cap. 5. ad Roman. à fol. 457. vſque 483. impreſſionis Colonien. 1604. in fol. & alibi.

Item, tom. 3. de infantia, ac pueritia Domini noſtri Jesu Chriſti, *de immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, ac eius præſervatione à peccato originali*, plura fol. 110. tract. 12. de cantico Beatæ Mariæ, ad illud; Quia fecit mihi magna, lib. impreſſ. Colon. 1612. & Antuerpiæ.

Item, ad Hebræos 7. verſiculo 26. ad illud: Segregatus à peccatoribus, inquit: Peccatum enim non fecit, & ſegregatus fuit ab illa inquinata filiorum Adæ maſſa, &c. Segregatus fuit Chriſtus à peccatoribus in iſtis, & erat maſſa, & inquinata; Chriſtus, ergo non fuit ſegregatus, vel ſeparatus à maſſa; ſed ab inquinamento, maſſa fuit Maria, à qua Chriſtus viuus panis formatus. *Si maſſa illa in ſua Conceptione fuit inquinata fermento filiorum Adam*; igitur neque ſegregatus, neque à peccatoribus, ſed ſi abſque nquo originalis culpæ, non ſegregatus fuit à maſſa, ſed ab inquinata diviſus, &c.

Item, tom. 3. tract. 30. fol. 244. colum. 1. prope finem inquit: *MARIA excellenti privilegio in ſuo Conceptu à peccati labe fuit præſervata, &c.* Quod probat ex duplici ratione, lib. impreſſ. vt ſupra.

ALPHONSUS Sanchez de Alcazar, Societatis Jesu Hiſpanus, *De Capella puriſsimæ Conceptionis* ædificata à Venerabili D. D. Franciſco Ximenez de Ziſneros Ordinis Minorum, ac S. R. E. Card. in domo ſua Archiepiſcopali Toletana: in oratione impreſſ. Compluti anno 1651. in 4. de qua etiam Petrus de Quintanilla. folio 348.

Item, in Oratione laudatoria pro venarabili memoria D. D. Franciſci de Ziſneros S. R. E. C. folio. 40. *De Capella puriſsimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ac de ipſius Confraternitate Toletana, &c. Impreſſ. Compluti 1650. in 4. Iſte quando non ſit expreſſus in verbis quoad perſonam, quoad ſuæ Religionis acta expreſſiſſimus erit.

ALPHONSUS Sanchez Zarçoſa, Canonicus Magiſtralis Rondenſis, edidit librum ſingularem ſub hoc titulo: *Thæſauri Conceptionis immaculatæ*

Virginis MARIÆ Dei genitricis, ex conspiratione totius fere sacræ Scripturæ cum Apocalypsi part. 1. impress. Antiquariæ anno 1631. in fol. cum imagine pulchra immaculatæ Conceptionis.

ALPHONSUS Sanctius, Hispanus, edidit conciones *de immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, primò in Hispania, postea Coloniæ excusas. Ita Hippolytus Marrac. in Catalog. ad ann. 1593. quis autem fuerit Hispanus iste, inuestigare non potui, & sic fides sit apud auctorem.

ALPHONSUS Sanctius Magister Hispanus, scripsit Libellum pro iuramento Complutensis Academiæ, circa defensionem *immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & epistolam missam ab eadem Vniversitate ad Paulum V. Pont. Max. pro eodem mysterio. Lib. impress. Compluti 1617. in 4.

ALPHONSUS de San Victores, Generalis Ordinis Sancti Benedicti, Prædicator Regius, & nunc Episcopus Zamorensis in libro dicto: Sol Occidentis tom. 2. discurs. 19. fol. 79. *Quod Virgo MARIA Regina Angelorum non ceciderit in originalem culpam.* impress. Matriti 1647. in fol.

Item, in Serm. de Præsentatione Virginis MARIÆ fol. 8. & alibi, indicat *Virginem fuisse conceptam sine peccato originali*. Vide impress. Matriten. 1638. in 4.

ALPHONSUS de Sanzoles, Ordinis Minorum Hispanus, *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Epitome ex Missali Romano, remissionibus ad libros vulgari Sermone conscriptos. Impress. Merinæ à Campo 1593. in 4.

Item, in libro dicto: Elenchus rerum omnium, quæ in libris omnibus R. P. Fr. Ludovici Granatensis, qui vulgari Sermone circumferuntur pro die Conceptionis dicit: *in festo Beatæ MARIÆ*. Lib. impress. Salmanticæ 1584. in 8. parvo.

Item, in Tabula remissionum rerum omnium, quæ continentur in libris R. P. Fr. Didaci Stella de Vanitate mundi, & de amore Dei &c. fol. 196. *In festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Elenchum. Lib. impress. Salmanticæ 1585. in 8. parvo, & impress. Compluti 1551. in 4. fol. 9.

Item, in Funerali, in exequijs defunctorum, adducit indicem *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Libr. impress. Salmanticæ 1585. in 8.

ALPHONSUS Sobrinus, Ordinis Carmelitarum Hispanus, primò edidit Opusculum sub hoc titulo: *Tratado de la immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora*, dirigido al Illustrissimo, y Reverendissimo Don Predo de Castro y Quiñones, Arçobispo de Sevilla, &c. impress. Hispali 1625. in 4. & incipit: No es el menor daño. R. P. Hippolytus Marrac. fol. 56. videtur indicare eum scripsisse alia de eadem immaculata Conceptione, sed existimo non esse alium tractatum seu librum hujus Auctoris, nisi relatum.

ALPHONSVS de Sotomayor, Comes de Belalcaçar Hispanus, qui postea factus Frater Minor, Alphonsus à Cruce est vocatus, propè Herreram. Toletan. Diœcesis oppidum, sibi subditum, Conventum Minorum *in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, à fundamentis erexit. Gonzaga in historia Seraphica, & Provincia Angelorum. Arturus à Monasterio in Martyrologio Franciscano ad diem octavam Novembris. Marraccius in principibus Marianis.

ALPHONSUS Spina, Ordinis Minorum, Episcopus Trinopolitanus, & Auctor libri: Fortalitium Fidei; erexit Altare Palentiæ pro sua sepultura sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, anno 1495. ut refert Antonius Daza in libro de Conceptione cap. 6. fol. 46.

ALPHONSUS de Toledo, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem prædicatum Ossunæ in festivitate Confratrum veræ Crucis, & Fratrum Tertiariorum, die 6. Februarii anno 1616. *de immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. impress. Hispali eodem anno in 4.

ALPHONSUS de Valdivielso, Ordinis Minorum Hispanus, in concione habita pro funerali pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, die 8. Maij Murciæ, folio 28. de ejus singulari devotione & diligentia adhibita *pro definitione mysterij Immaculatæ Conceptionis*. Serm. impress. Murciæ 1621. in 4. & ad finem habet imaginem magnam Immaculatæ Conceptionis MARIÆ, cum inscriptione: *Concebida sin pecado original*. Ex quibus cognoscitur ejus devotio.

ALPHONSUS del Valle, Societatis JESU Hispanus, de Civitate *Imperiali Conceptionis* in Imperio Peruano, & Provincia de Chile capita duo scilicet 20. & 21. libro 5. folio 192. in libro historiæ prædicti Regni de Chile. Impress. Romæ 1646. in folio parvo. Auctores Societatis JESU, sicut etiam Minorum cum solo nomine Conceptionis protestantur & rem.

ALPHONSUS de Vargas, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Relacion Votiva, ò Donaria de la antiguedad de la Imagen de nuestra Señora de de Huertas, que el Rey Don Alonso el sabio puso, y colocò en suprimera Iglesia en la ciudad de Lorca, &c. §. 17. à fol. 20. *agit latè de immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ac de eiusdem festivitatis institutione, vsque 23. Lib. impress. Granatæ 1625. in 4.

ALPHONSUS Vazquez de Miranda, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & nunc Abbas Sanctæ Anastasiæ Hispanus, in S. Ildephonso defenso, ac explicato, lib. 4. cap. 9. sub hoc titulo: Que San Ildefonso afirmò por quatro vezes, *que nuestra Señora fuè concebida sin pecado*, con una particular excelencia, &c. adducit, explicat, & defendit prædicta loca à f. 330. usque 339. impress. Compluti 1625. in 4.

ALPHONSUS de Vega, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, Hispanus, de interdicto levando *in die Conceptionis*, & per totam octavam ipsius; in summa sua Hispanica cap. 103. casu 5. & 6. folio 1060. Libr. impress. Matriti 1598. in folio. Fortè sentirent PP. Minimi, quòd istum excluderemus à nostra Militia.

ALPHONSUS de Villegas, Theologus Hispanus, in Floribus Sanctorum, sive in novo legendario de vita Beatæ MARIÆ Virginis ad diem 8. Decembris, scripsit Hispanicè de festo *immaculatæ Conceptionis Matris Dei* in lib. impress. Toleti 1582. & 1591. f. 405. in fol. Posteà historia hæc fuit Italicè translata, & impressa Venetiis. 1592. & 1602. in 4.

Item, de *Conceptione Dominæ nostræ* edidit discursum unum etiam Hispanicè, impress. Hispali 1602. in 4.

Item, quomodò *festivitas Conceptionis fuerit* posita in Missali Muzarabe, &c. in vita Sancti Isidori, fol. 380. vide Petrum de Quintanilla, fol. 93.

ALTHELMUS Schireburnensis, apud occidentales Saxones Episcopus, sive, ut alii vocant, Aldhelmus;

Aldhelmusin lib. de laudibus virginitatis cap. 22. inter alia dicit de Beata Virgine : columba inter sexaginta Reginas , & bis quadragenas pellices, *propter perenne puritatis privilegium obsidem sæculi, &c.* extat tomo 8. B. Vet. PP. folio 46. Ex eo , quòd fuit privilegium puritatis , & perenne , sequitur quòd puritas ejus non fuit peccato , vel macula interrupta , nam non est perenne, quod in principio deficit ; vel saltem iste Antiquissimus Auctor non est pro contraria opinione.

ALVARUS Cubillo de Leon , vel Aragon , Poëta Hispanus , scripsit cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum aliis Granatæ 1651. & aliam Glossam folio 296.

Item, alia Poëmata sub hoc titulo : Auto en alegoria del sacrilego , y detestable cartel , que se puso en la Ciudad de Granada contra la Ley de Dios, y su santissima Madre, &c. *Vbi de immunitate, ac puritate Deiparæ*, plura vide ibi impress. Granatæ 1650. in 4. cum aliis.

ALVARUS Gomezius , vel Gomez Toletanus Hispanus , in lib. de Rebus gestis à Francisco Ximenio de Cisneros Archiep. Toletano, lib. 2. fol. 43. inquit : annus ejus sæculi quintus elapsus jam erat , sextusque fermè ad finem properabat, quando Kalendis Novembris Sodalitas *Conceptionis Deiparæ* titulo, in nostra urbe promulgata fuit, quæ deinde in hæc usque tempora crevit fœliciter Ximenij auspiciis. In huius institutionis monumentum 4. nonas. Octobris , qui dies Beato Francisco religiosus est ; huic divo tanquam Ximenij tutelario Sodales sacra faciunt , quinquaginta sportas totidem egenis distribuunt, & anniversario, funebribusque hostiis Ximenij animam , & cognatorum expiant, &c.

Item, lib. 5. fol. 129. à tergo ad annum 1510. mentionem facit de æde Illecis fabricata , quæ est *in honorem Immaculatæ Conceptionis* , ut dicemus verb. Franciscus Ximenius. Lib. imp. Compluti 1561. in fol.

Item, in Thalichristia lib. 5. fol. 45. à tergo, inter alia carmina habet pro Conceptione Virginis :

Concipitur nimium fœlicia tempora fœlix
Conjugium, cunctis à crimine crimen inhærens
Arcetur de Matre Dei, culpæq; venenum
Stat procul hinc, &c.

Et ad marginem habet : *excipitur. Conceptio Beatæ MARIÆ à communi lege* propter finem , qui erat Incarnatio Verbi. Lib. impress. Compluti 1625. in 4. & 1522. & nota, quòd istæ impressiones inter se differunt ; lege ibi lib. 4. fol. 34.

ALVARUS de Inoxosa, & Carvajal Monachus Benedictinus in lib. Vitæ & miraculorum Sanctæ Agnetis fol. 238. *quod regulæ generales non loquuntur de Virgine MARIA , utpote exempta ab eis & præservata à Deo.* Lib. impress. Bragæ 1611. in 4. Iste satis ibi profestatur piam sententiam.

ALVARUS Lopez Arias de Vega Poëta Hispanus, in libro : Poëma Historico y descripcion del sitio, casa, y milagros de N. Señora la Virgen de Speranza : dedicado *A la purissima Reyna de los Angeles, &c.* Impress. anno 1653. in 4.

ALVARUS de Mendoza, & Aragon, Episcopus Iaquen, Ordinis S. Francisci Hispanus, de festivitate *purissimæ Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ* Serm. impress. Cæsaraugustæ anno 1630. in 4.

ALVARUS Pizanus de Palacios , Canonicus Corduben. Hispanus , edidit : Confirmationem, seu discursum primum *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei, Reginæ Angelorum , & Dominæ nostræ*, impress. Hispali 1615. in 4. & incipit : El supremo grado.

Item , idem *pro eadem Conceptione purissima* confirmationem alteram seu discursum 2. impress. Hispali 1616. in 4. & incipit : No es fiesta nueua : cum imaginibus immaculatæ Conceptionis.

Item, in Ser. de Sancto P. N. Francisco fol. 5. quòd Christus Dominus per naturam , *Virgo autem MARIA per gratiam fuit exempta, & præservata à peccato originali, &c.* Serm. impress. Hispali 1617. in 4.

ALVARUS de Vargas Poëta Hispanus , edidit cantiones *de illibata Conceptione Dei Matris MARIÆ*, quas affert Ferriol. Locr. in Tractatu de Conceptione , folio 7.

ALVARUS de Villegas Canonicus Hispanus , in Constitutionibus Synodalibus Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ , cùm esset præses , præcepit observari *festum Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* , ut dicitur in libro impresso Matriti 1622. in folio , pagin. 25.

AMATOR Arraez Ordinis Carmelitarum, Episcopus de Portalegre , in libro Dialogorum , dialog. 7. inter Antiochum, & Olympum cap. 4. *De Conceptione Dominæ nostræ*, dialogum integrum à fol. 238. usque 240. Impress. Conymbriæ 1598. in 4.

Item, in secunda impressione ejusdem libri , agit *de immunitate Virginis à peccato originali, &c.* cap. 10. & ultimo, & habet capita 85 : id est à fol. 258. usq; 346. Lib. impress. Conymbriæ 1604. in folio.

AMATUS Besson. Doctor Sorbonicus , & Ecclesiastes Collegiatæ Ecclesiæ S. Capitis, Ordinis Sancti Augustini, in lib. de triumpho Patriarchæ S. Joseph , exponens illa verba : Tota pulchra es amica mea , habet Sermonem in *festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Joan. à S. M. in supplici libello ad Innocentium X. f. 328.

AMBROSIUS Ansbertus, vel Autbertus, natione Gallus, ordinis Sancti Benedicti , locutus est de puritate Virginis MARIÆ , ut à multis citatur in Homil. cujus principium est : Creatoris Matrem (quam nos sub nomine Alcuini dedimus in Biblioth. Nostra) dicens : Tu ergo pulchra es ut luna, immo pulchrior lunâ : *Quia tota pulchra es & macula non est in te, neq; vicisitudinis obumbratio.* Extat in homil. Alcuini per Surium recognitis & auctis fol 925. Hic antiquissimus auctor est, & nihil habet contra. Citatur etiam in cap. 4. Canticorum ad illa verba : *Tota pulchra es MARIA , & macula non est in te.* Ita Joannes Antonius Velasquez de MARIA immaculatè Concepta libro 2. dissert. 2. adnot. 4. folio 150. Auctor tamen iste non scripsit in Cantica ; sed solùm in Apocalypsim, & fortè locutus est de antecedenti auctoritate : quæ est desumpta ex cantic. 4. capit. Martinus Philipp. de Convelt in Thesi excell. 55. Deiparæ tom. 2. adducit aliam auctoritatem : sed non est ita ad rem.

AMBROSIUS Blancus Poëta Italus, in Cantione ad Virginem Deiparam Regensem 15. ita inquit :

Mar, che nulla ritioni impuro incommodo ,
Marchene' onde tue nascondi a sole , &c.

Extat impress. cum alijs Poëtis in libro : Applausus sacri, Mutinæ 1619. in 8.

AMBROSIUS Capello ordinis Prædicatorum , & Episcopus Antuerpiensis die 25. Aprilis publicavit rescriptum flandricè, tenoris sequentis : Over-

mits syne Majesteyt Onsen Coninck ende Heere, brieven heeft overgesonden aen syne Excellencie den Marquis de Caracena Gouverneur van dese landen, te kênen gevende syne beliefte, van gedient te wesen dat in alle syne Coninckrycken ende landen, in alle kercken een solemnele Misse gesôgen worde, met eene predicatie tot danckseggh inghe van eene nieuwe Bulle die syn Heylicheyt den Paus Alexander VII. heeft wtgegeven tot voorderinge vande devotie ende Mysterie van de Heylige Ontfanckenisse vande Suyvere Maget ende Moeder Godts MARIA. Soo ist dat syne Excellencie voorseijdt goet gevonden heeft, dat wy door geheel ons Bisdom souden Ordineren in alle kercken den 30. deser loopende Maent Aprilis wesende Sondagh, sulckx souden int werck stellen, gelijck wij mits desen ordineren ende belasten aen alle onse Pastoors soo binnen als buyten de steden. Præcipua verba latinè hoc sonant: In gratiarum actionem pro nova Bulla, quam sua Sanctitas edidit ad promovendam devotionem, mysterij, sanctæ Conceptionis puræ virginis Matris Dei MARIÆ. Impress. Autverpiæ 1662. in charta exspansa.

AMBROSIUS Catharinus Ordinis Prædicatorum, Italus Senensis, & Compsæ Archiepiscopus, edidit librum insignem, *pro veritate immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis*, & ipsius celebranda à cunctis fidelibus festivitate ad sanctam Synodum Tridentinam; quæ disputatio est in duas partes divisa, impress. Romæ 1551. in fol.

Item, edidit *pro immaculata Dei genitricis Conceptione tuenda* disputationem alteram in tres libros distributam, impress. Senis 1532. in 4. & Lugduni 1542. Quam etiam inuenies in nostra Biblioth. Virginali tom. 2. in principio.

Item, in Summa de peccato originali, sub hoc titulo: Quo pacto renati in Christo ab eo peccato liberati sint, *tuetur Virginis immaculatam Conceptionem*, Lib. impress. Romæ 1550. in 4. à fol. 35. à tergo per totum ferè capitulum.

Item, in lib. Discept. de peccato original, discept. 3. quæ est de natura peccati originalis ad sacros Theologos, fol. 43. agit *de immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; Lib. impress. Romæ 1651. in 4. Sed adverte quòd hoc diversum sit Opusculum à supra citatos; nam vnum incipit: Duo sunt; alterum verò sic: Etsi valde difficile.

Item, edidit aliud Opusculum, seu Disputationem *pro immaculata Dei genitricis Conceptione*, quæ inter Opuscula Ambrosij extat. impress. Lugduni anno 1542. à fol. 1. vsque 103. in 4.

Item, scripsit magnum Opusculum sub hoc titulo: *Disputatio pro veritate immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ ad Patres, & Fratres Ordinis Prædicatorum*, impress. Senis 1532. in 4. & incipit Præfatio: Si omnes homines. Opus verò: Quo commodiùs.

Item, scripsit Expositionem, seu Controversiam inter se & quosdam de Patribus sui Ordinis exortam super ejusdem Immaculatæ Virginis Conceptione, sub hoc titulo: Explanatio errorum in Controversia *super celebratione Conceptionis immaculatæ Virginis* inter Fratres nostros, & Senenses Cives exorta, &c. impress. Senis cum antecedenti Opusculo.

Item, in Epistolam Pauli ad Romanos cap. 5. fol. 54. *Quòd MARIA in originali peccato, minimè concepta fuit ex privilegio speciali*; &c. Lib. impress. Venetijs in fol.

Item, in enarrationibus in quinque priora capita libri Geneseos, ad illa verba: Ipsa conteret caput tuum, à colum. 242. *eximit Virginem MARIAM à peccato originali*, præcipuè colum. 262. Lib. impress. Romæ 1552. in fol.

Item, in lib. Annotationes in Commentaria Cajetani denuò multò locupletiores, &c. lib. 4. à fol. 272. vsque 278. agit latissimè *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, contra Caietanum, & ejus Opusculum. Lib. impress. Lugduni 1542. in 8. Hujus insignis militiæ immaculatæ Conceptionis militis nullum transcribo verbum, quia solùm ejus præclara dicta integrum tomum expostulant.

AMBROSIUS Coriolanus, vel Coranus, sive Massarius de Cora, Ordinis Sancti Augustini Italus, & Generalis sui Ordinis, edidit orationem *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, habitam coram Sixto IV. Pont. Maxmo ad annum 1472. Ita Ioannes à S. M. in supplici libello ad Innocentium X. fol. 335. Favian. Justinian. in indice, fol. 101. Leon.

Item, Serm. de Assumptione Virginis dicit: *Quòd MARIA peccatum nescivit, quòd fuit sanctificata in vtero, & quod de ipsa, quando de peccatis agitur, nulla fieri debet mentio*: & alia pro ejus immunitate, in lib. impress. Romæ 1481. in 4. & extat in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 588.

Item, in Epistola ad Conuentum Parisien. facit mentionem omnium privilegiorum concessorum & indulgentiarum ad ejus preces à Papa Nicolao V. *pro Capella & Confraternitate Sanctissimæ Conceptionis* sita in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien; & hæc Epistola scripta & data fuit Perusiæ in Capitulo generali anno 1481. die prima Iunij cum sigillo, vbi præcipit vt omni hebdomada die Lunæ devotè decanterur, *Missa immaculatæ Conceptionis*, & recipit participesq; facit omnes Confratres talis Confraternitatis omnium bonorum spiritualium sui Ordinis, &c. Hæ litteræ sunt originaliter in eodem Conventu Parisiensi, & ipsas adducit Anonymus in Recollectione privilegiorum ejusdem Confraternitatis Gallicæ fol. 21. impress. Parisijs 1632.

AMBROSIUS Eremita Ordinis Sancti Augustini Neapolitanus, Episcopus Lamocensis in Italia, in libro Quadragesimalium Concionum, qui Gentilis inscribitur, Sermone 62. de Annuntiatione Virginis inquit: MARIA illa nubes est levis, supra quam ascendit Dominus. *Hæc autem dicitur nubes, quia carnem habet, dicitur levis, quia Virgo erat nullis oneribus gravata peccati*, &c.

Item, in eodem Serm. comparãdo Virginem cum rosa, ait: Quam divina charitas purpureo rubore tinxit, *quæ de terra parente progenita, nil tamen terrenæ fœcis inde suxisti*: En sancta civitas Sion, *cujus mœnia, nullus unquam Babylonis hostis aries pulsavit*; quam inexpugnabilibus monumentis tutatus extitit, qui natus est in ea, quamq; fundavit altissimus, cui videlicet ipse, & murus est, & antemurale.

Item, in alio loco, sic inquit: Tu sacratissimum pacifici Regis templum, in quod ille, quidquid est artis, quidquid opum transtulit tam religiosum, ut ejus additio unicum illud Sanctum Sanctorum crederetur. *Tam sacrum est, ut nulla vnquam peccati labe potuerit profanari.* Vide alia à folio 461. usque 471. libro impress. Venetijs anno 1523. in 4. extat

tat etiam in noſtra Biblioth. tomo 2. à folio 72. & ſi dixerint iſtum antiquum Scriptorem non eſſe expreſſum trutinent verba, an ex ſupra ſignatis poſſint deducere illam conſequentiam: ergo Virgo MARIA contraxit peccatum originale.

AMBROSIUS Florentinus, Camaldulenſium Abbas, ſcripſit *pro Immaculata Virginis puritate.* Ita Franciſcus Maria à Piſtoya coronâ 2. cap. 5. fol. 154. & Marrac. fol. 62.

AMBROSIUS Gomez, Benedictinus Hiſpanus, in libro: *El Moyſes ſegundo, nuevo Redemptor de Eſpaña N. P. S. Domingo de Mancada llamado aſta aora S. Domingo de Silos,* lib. 2. cap. 5. folio 148. inquit: *Valiente defenſor fue S. Domingo de la pureça original de MARIA ſombra dela original culpa era eſſe leproſo, &c.* Pues a donde MARIA eſta ſe avia de atribuir aun en ſombra eſt pecado original? &c. Impreſſ. Matriti 1653. in fol.

ALPHONSUS de Herrera, Ordinis ..... ſcripſit Gloſſas *pro Conceptione Dei Genitricis MARIÆ.* Impreſſ. apud Zapatam. Tract. de Concep. folio 124. & folio 157. & folio 169.

AMBROSIUS Machin, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, & Archiepiſcopus Calaritanus, Hiſpanus, ſcripſit de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis pro voto & iuramento civitatis Calaritanæ in honorem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem vnum, impreſſ. Calari, anno 1632. in 4.

Item, in Capitulo Generali celebrato Guadalphajaræ, vbi prædictus præfuit, facta eſt Conſtitutio *pro Immaculata Virginis Conceptione,* vt refert Sylveſter de Saavedra lib. de Sacra Deipara, ſectione 15. fol. 351.

AMBROSIUS Martinez de Buſtos, Poëta Hiſpanus, in cantione de puritate Virginis, inquit:

Hermoſa y ſin mancha alguna
Siempre lompra, y ſiempre pura.

Extat in libro Ludovici de Cuvillos folio 129. impreſſ. Granatæ 1650. in 4.

AMBROSIUS Mediolanenſis Archiepiſcopus ac ſanctiſſimus Eccleſiæ Doctor, libro 2. de Virginitate loquens de Virgine inquit: Quid Caſtius eâ quæ corpus ſine corporis contagione generavit? Nam de cæteris ejus virtutibus, quid loquar? *Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſyncerum adulteraret affectum. Hæc thalamos nuptiales immaculato ſervavit pudore &c.* Et infra: fateor, quòd ex hac Ambroſij auctoritate non poteſt deſumi argumentum pro immaculata Virginis Conceptione; dicere enim poſſent adverſarij, quòd Deipara fuit virgo mente, quia nec in minutiſſima lapſa eſt cogitatione contra puritatis virginalis integritatem: ſed adduxi iſtam auctoritatem, tum quia ab aliis ſcriptoribus adducitur, præcipuè à Roberto de Licio ſerm. de Sancto Joſepho ad finem, tum propter illud verbum immaculato, nam ſi virgo MARIA thalamum nuptialem immaculato ſervavit pudore, igitur nec ante nuptias, nec poſt maculavit, aliàs non eſſet, nec dici poſſet immaculatus pudor, ergo cùm Virgo MARIA vocetur abſolutè immaculata ab Ambroſio, & alijs, in tota vita ſua non habuit maculam, aliàs non poſſet dici Immaculata.

Item, libro 2. ſuper Lucam, inquit: Nec mirum ſi Dominus redempturus mundum, divinam operationem ſuam inchoavit à Matre, vt per quam ſalus omnibus parabatur, *eadem prima fructum Salutis hauriret ex pignore, &c.* Si redemptio Domini inchoauit à Matre, cur à ſanctificatione, & non à præſervatione, ſiquidem eodem modo fuit deſignata Mater in primo inſtanti ſuæ generationis, ſicut in ſecundo? ſi MARIA fuit prima, quæ fructum hauſit ex pignore, cur non in primo ſuæ generationis inſtanti? tandem non dixit Ambroſius fructum redemptionis, ſed fructum ſalutis; nam Chriſtus fuit ſalutaris Salvator, ac Redemptor reſpectu hominum: ſed proprijſſimè, & ex toto rigore loquendo MARIÆ fuit ſalutaris, cæteris verò Redemptor. Vide de hoc latè noſtram expoſitionem Cantici Magnificat verſ. 2. ad illa verba: In Deo ſalutari meo. Hanc etiam auctoritatem adducit Gloſſ. ordin. pro Conceptione Immaculata ad tom. 5. folio 71.

Item Sermone 2. de Nativitate, inquit. Rectè, inquam, MARIA velleri comparatur; de cujus fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur, Vellus planè MARIA eſt, ſiquidem de molli ſinu ejus agnus egreſſus eſt, qui & ipſe Matris lanicinium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere cunctorum operuit vulnera populorum. *Omne enim peccati vulnus Chriſti lanâ ſuffunditur,* Chriſti fovetur ſanguine, vt ſanitatem recipiat, Chriſti indumento veſtitur, &c. Si lana fuit caro Virginis, & hac Chriſtus peccatorum vulnera, ac populorum maculas ſuffulſit ac fovit, ergo ipſa lana abſque vulnere fuit, & macula: nota illud *omne,* igitur, & peccatum originale in Matre.

Item, in Pſal. 35. ad illud ego autem ſum vermis, inquit: ſed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nulla extrinſecùs admixtione alieni corporis, ſed de ſola & pura terra procreatur, ideo illum comparatum Domino: quoniam, & ipſe Saluator de ſola & pura MARIA generatur. Legimus etiam in libris Moyſi, de Manna vermiculos procreatos. Digna planè, & iuſta comparatio. Siquidem de Manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de Virgine procreatur. *Quin potius ipſam MARIAM Manna dixerim, quia eſt ſubtilis & ſplendida, ſuavis & Virgo, quæ velut* cœlitus *veniens* cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluit, &c. Interrogo, quando MARIA, ut Manna de cœlo deſcendit, vel quaſi deſcendit? nonne quando anima ejus à Deo creata, corpori fuit infuſa? Igitur ſi tunc fuit ut Manna, pura, ſubtilis, & ſplendida; igitur tunc nullam habuit impuritatem, vel umbram maculæ.

Item, libro 1. Epiſtola 7. ad Syriacum vocat *Virginem MARIAM immaculatam,* ſicut etiam libro 2. in Lucam capite 2. *immaculatum ſemen illius:* quæ omnia videri poſſunt in Melliloquio impreſſ. Lugduni anno 1556. & in noſtra Biblioth. Tomo 1. folio 793.

Item, in officio Immaculatæ Conceptionis Leonardi Nogarolis Lectione 4. ſub nomine Sancti Ambroſij dicitur: *Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec tortex actualis culpæ fuit.* Hæc auctoritas modò non invenitur in operibus Ambroſij, ſed ipſam adducunt quàm plurimi antiqui ſcriptores. Clicthoveus libro 1. de Conceptione, cap. 13. folio 18. à tergo. Antonius Chucar parte 2. Buſtus, Petrus, Montius, Pepinus. Citatur etiam *pro immaculata virginis Conceptione,* in Sermone de Gabaonitis, & in cap. 11 Iſaiæ, quæ auctoritates non reperiuntur, vide Cartagenam libro 1. tom. 19. Serran. libro 3. cap. 17.

Item,

Item, in Psalm. 118. oratione 22. ad illa verba: Erravi sicut ovis, &c. inquit: Veni ergo, & quære ovem tuam, jam non per servulos, non per mercenarios; sed per temetipsum, suscipe me non in carne, quæ in Adam lapsa est, suscipe non ex Sara, *sed ex* MARIA, *ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati*, &c. Quid clarius dici potest? Vide opera ejus impress. Parisiis 1632. in fol. & alibi, ut diximus in Sole Veritatis.

AMBROSIUS de Molina, Ordinis Cistercienſis Hispanus, in libr. discursuum Quadragesimalium, Discurs. fer. 6. Dominic. 2. Quadr. fol. 409. Quòd Virgo MARIA *singulari privilegio fuit præservata à peccato originali*, &c.

Item, Dominic. in Passion. *Quòd Deipara fuit exempta à lege communi, & privilegiata inter creaturas ordine naturali genitas*, &c. Lib. impress. Barchinonæ 1615. in 4.

AMBROSIUS de Montesinos, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Epistolarum, & Evangeliorum per totum anni circulum, fol. 366. *De Conceptione Dominæ nostræ Virginis* MARIÆ Epistola, & Evangelium. Impress. Vallisoleti 1528. in fol.

Item, laboravit, & edidit pro Monialibus Conceptionis Toletan. Breviarium *Immaculatæ Conceptionis Virginis* MARIÆ; de quo vide latè Armamentarium N. Seraph. & Tamayum de Salaçar, fol. 281. sed nota, quòd hujus Breviarij sunt duæ impressiones diversæ Compluti & Vallisoleti. Vide infra verb. Breviaria.

Item, in vita Christi tomo 1. in tabula, sic inquit: A los ocho dias, que es *la mundissima y santissima Concepcion de la Virgen Madre de Dios* es el Evangelio de S. Lucas &c. Lib. impress. Hispali 1537. in fol.

AMBROSIUS Neapolitanus Augustinianus, Doctor Theologus, Episcopus Lamecensis, Italus, scripsit Sermones Adventuales, inter quos unum *de Conceptione Beatæ Virginis Deiparæ*. Ex R.P. Ludovico Jacobo à S. Carolo in notitia manus. & de Auctore mentionem facit Elsius in sua Biblior. fol. 46.

AMBROSIUS Novidius Facius Ferentinaten. ad diem octavam Decembris, *de festo Conceptionis Virginis* poëmata, in libro 12. sacrorum fastorum fol. 159. impress. Romæ 1547. in 4.

AMBROSIUS Peuplus, Ordinis FF. Minorum Flander; in Præfatione ad Lectorem, Breviarii universæ Philosophiæ Scoto-Augustinianæ, adducit quoddam elogium de Scoto, in quo *de puritate Conceptionis B. Virginis*; ac etiam adducit revelationes B. Amadæi pro recommendatione Scoti, *circa Immaculatam Conceptionem*. Lib. impress. Leodij anno 1648. in 4.

AMBROSIUS Peñalosa, Societatis JESU Hispanus, & insignis defensor hujus mysterij, scripsit *Vindicias Deiparæ Virginis de peccato originali, & debito illius contrahendi*, rigore Theologiæ præstructas, & à nemine hactenus ex professo discussas, in quibus quæstiones variæ, tum ad Scholasticam, tum ad expositivam disciplinam spectantes noviter agitantur: librum unum divisum in duodecim disputationes, ibique de proxima hujus mysterij definibilitate doctè, & eruditè agit; impress. Antuerpiæ, anno 1650. in 4.

AMBROSIUS Salinerus Italus, in libro Hymnorum ad Beatissimam Virginem Dominam nostram, *de Conceptione Beatissimæ Virginis Deiparæ*, cantionem latissimam Italicè, à fol. 3. usque 8. Lib. impress. Florentiæ 1611. in 4.

AMBROSIUS Saxius Bononiensis Italus, Ordinis Minorum in lib. cujus titulus est: Catastrosis Philosophica, ac Theologica peripateticæ videlicet Scoticæ, atque universalis doctrinæ explicatio, &c. disp. 11. fol. 242. quæst. 4. sub hoc titulo: Utrum B. Virgo MARIA in capite libri vitæ collocari meruerit? Primus articulus est iste: Ratio hanc movendi quæstionem redditur, tituluſq; explicatur. Artic. 2. Beatissimam Virginem speciali favore prædestinatam fuisse ostenditur. Art. 3. *Puritas B. Virginis Matris ostenditur*. Artic. 4. Merita B. MARIÆ Virginis expenduntur. Artic. 5. *Gloriosam Deiparam Virginem, nedum ab omni peccato immunem fuisse, verum etiam peccare non potuisse*, rationibus & auctoritatibus ostenditur. Artic. 6. *Hujus gloriosissimæ Virginis impeccabilitas magis comprobatur ac stabilitur*. Art. 7. Quando Beatissima Virgo MARIA usum rationis habere incæperit: Præambulum artic. 8. ad quæsitum dictis resolutè respondetur, cujus conclusio est. Dico igitur primò cum Suarez, quòd B. Virgo habuit actualem usum rationis *à primo Conceptionis & sanctificationis suæ instanti*, &c. Et prosequitur latè usq; ad fol. 282. Lib. impress. Bononiæ anno 1642. in fol. magno.

AMBROSIUS Spiera Tarvisinus, Ordinis Carmelitarum, vel secundùm alios (& fortè verius) Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ Virginis, Italus, in lib. Serm. Quadragesim. de floribus sapientiæ, Sabbato primæ Dominicæ Quadrag. serm. 11. de puritate Virginis conclus. 3. fol. 82. *Quòd Virgo MARIA fuit Concepta absque peccato originali*, &c.

Item, Sabbato quartæ Dominicæ Quadr. serm. in ordine 32. fol. 222. sub hoc titulo: *De puritate Virginis quantùm ad originale peccatum*, Conclusionem latissimam unam usque ad f. 224. Lib impress. Basileæ 1516. in fol. & in nostra Biblioth. Virg.

AMBROSIUS Zanducius, Ordinis Sancti Augustini, Senensis Italus. Quomodò Virgo MARIA depicta à Sancto Luca in Ecclesia del Populo ostenditur in die *Immaculatæ, ac purissimæ Conceptionis*, & de tributo calicis argentei, & cereorum in prædicta festiuitate à S.P.Q.R. offerri solitis, fol. 82. Et infra, *quòd ab æterno fuit MARIA electa, præservata, & conservata absque omni macula peccati* fol. 120.

Item, de Indulgentia concessa à Sixto IV. *pro die Conceptionis purissimæ & Immaculatæ*, &c. oblatione facienda in ipso die à S. P. Q. R. fol. 128. & 129. Et ad diem 8. Decembris, de Indulgentia plenaria concessa à Sixto IV. *pro die puræ & Immaculatæ Conceptionis dulcissimæ* MARIÆ, fol. 146. in libro de Origine Templi in Vrbe dicati Beatæ Virgini Matri Dei MARIÆ iuxta portam Flamineam, sive del Populo, impress. Romæ 1646. in 4.

AMÆDEUS Lausanensis Episcopus Sanctus, & priùs Abbas Ordinis Cistercienſis, in opusculo de laudibus Virginis Virginum Homilia 2. quæ sub hoc titulo extat *de justificatione, vel ornatu Divæ Virginis*. Existimat R.P. Richardus Gibbosus Societatis JESU, esse de Conceptione Virginis Deiparæ, & sic eum citat in syllabo Auctorum, & videtur ex stylo homiliarum, quòd in hac agat saltem de creatione Virginis, quia loquitur ibi de ipsa, tanquam de puella, & de primo gradu vitæ ejus, & in sequenti agit de Annuntiatione secundo gradu, seu Incarnatione verbi, & fortè in hac homilia singulari cura, & præmeditatione usus est hoc termino justificatione, ut non uteretur illo æquivoco sanctificatione, ad denotandum, quòd Virgo MA-

RIA

RIA in primo instanti suæ animationis fuit iustificata, non verò sanctificata in illo sensu, & acceptione, quà volunt Adversarij: sed quidquid sit de hoc, in præallegata homilia inquit Amædeus: Repetamus, quæ dicta sunt, & eisdem demus gradibus commorantes: Dominum innixum scalæ, Angelos etiam ascendentes, & descendentes ad Virginem contemplemur. Mirantur enim puellam sanctissimam Matrem Domini cœliq; Reginam mox futuram, & in has erumpunt voces admirationis, & laudis: Quæ est ista quæ ascendit dealbata, *nisi albis vestibus ornata? ornata scilicet ornatu decoris, & honestatis, justitiæ, & sanctitatis &c.* ex istis Amædei verbis patet, quòd hic loquatur de ipsa virgine, quatenùs puella, quatenùs parvula, antequam esset Mater Dei, ut constat ex illis verbis: Puellam Matrem Domini mox futuram. Quòd autem etiam loquatur de ejus creatione, sive de ejus ortu, patet ex illis verbis: Quę est ista, quæ ascendit dealbata? Verba enim ista, vel respiciunt ejus ortum in vtero, vel ex utero, Conceptionem, inquam, vel Nativitatem; ego de ejus Conceptione intelligo, & explico verba Amædæi, nam in hac fuit dealbata justitia originali & ornata sanctitate; non verò de nativitate, quia ante nativitatem formaliter iam fuerat his exornata gratijs, & charismatibus.

Item, infra inquit: Color iste in fundamento ponitur, & cæteris coloribus substernitur, ut nobis innuat virtutem humilitatis in fundamento poni debere; si candorem quærimus, candet perpetua virginitate, & perfecta puritate, &c. Decebat enim, ut sicut per fœminam mors; sic per fœminam vita intraret in orbem terrarum, & sicut in Eva omnes moriuntur, ita in MARIA omnes resurgerent; illa male credula verbis serpentis, mortis venenum miscuerat, *hæc conterens caput serpentis antidotum vitæ cunctis ministravit, vt mortem occideret & vitam repararet, &c.* Extat hoc Amadæi opus impress. Basileę anno 1617. Audomaropoli 1613. in 12. & in Biblioth. VV. PP. Colonien. tomo 15. folio 308. & Lugduni 1633. in folio, & denique in nostra Bibliotheca tomo 1. fol. 739.

Item, Homilia 3. inquit: Descendit sicut pluvia in vellus: vellus cùm sit de carne, excrescit extra carnem, & carnis passiones ignorat, &c. Designat autem gloriosam Virginem, quæ in carne degens extulit se extra carnem, & carnis passiones mactavit robore Spiritus. Nam mansuetudine, & humilitate nulli similis extitisse dignoscitur; simplicitatem ejus & innocentiam dicere nullus sufficiet; Charitatem, qua humanum genus incessantèr protegit, & fovet, mentis intelligentia non comprehendit. Porrò præfata terra eandem Virginem demonstrat terræ nomine appellatam, propter quandam similitudinem: *Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumq; passa contagium formatus est, sic terris terra Virgo novum Adam procreavit, &c.* Hæc quasi expressa est auctoritas, nam si MARIA nullum passa est contagium, igitur neque originalis peccati: Hoc enim primum & præcipuum, imò solum contagium naturæ humanæ est.

Item, Homil. 7. de B. Virginis obitu, &c. sparsim hæc habet: Nulla peccati nube depressa, nulla vitæ macula respersa, &c. Contrivit caput serpentis. Ab initio prænuntiata, &c. sicut expers totius corruptionis, sic immunis ab omni molestia, &c. Mirantur illi animam meriti singularis, *exutam æterna labe, nullam carnis, aut sæculi maculam habere, &c.* Tota pulchra es mater mea, & macula non est in te! tota, ait, pulchra es, pulchra in cogitatu, pulchra in verbo, pulchra in actu, *pulchra ab ortu usq; ad finem, &c.* Omnia hæc omnimodam puritatem Virginis prædicant.

AMÆDEUS, sive Amodeus, vel Amator, Joannes Menessius in sæculo dictus, Ordinis Minorum, natione Hispanus, in sua Apocalypsi nova, raptu 4. plura scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione, ac ejus præservatione à peccato originali.* Quæ videre poteris in nostra Biblioth. Virginali, seu mari magno MARIÆ tom. 1. à fol 658.

Item, raptu 8. quamplures auctoritates Sanctorum Apostolorum, videlicet Petri, Andreæ, Iacobi Minoris, Thomæ, Matthæi, atque Mathiæ adducit, *pro stabiliendo mysterio Immaculatæ Conceptionis intemeratæ Virginis Dei Matris MARIÆ.* Quæ omnia in hoc libro suis dabimus locis. Harum revelationum Apostolorum fuerunt extracta plura originalia seorsim in fol. & nos habemus quatuor transumpta diversa, de quibus agemus lit. Q.

AMÆDEUS Salius, Theologus Hætæranus; scripsit librum sub tali inscriptione: *De retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis*, adversus Linum, & Cletum, contendentes reformatum à Gregorio XV. dictionarium, ex Apographo Reverendissimi Patris Joannis à Neapoli Ordinis Minorum de Observantia Generalis Ministri, dissertationem. Coloniæ Agrippinæ 1651. in 8. Ubi inter alia narrat §. 7. sed ut gens Francica, Deiparæ semper fuit addictissima, ita ut vix ullibi hanc ob causam majores fuerint turbæ. Thomas Valsinghamus Benedictinus, sic rem hanc describit in Hist. Anglicana 1386. Per idem tempus in Francia Fratres Prædicatores suam opinionem reassumentes *de conceptu B. Virginis*, in tantam efferati sunt superbiam, ut Episcopis illis indicentibus hujus rei silentium, noluerint obedire, postremò nec Regi, & proceribus id jubentibus: quapropter extra protectionem regiam facti sunt, jussi sunt etiam intra propria se habitacula cohibere: de labore manuum suarum intra loca sua vivere, egredi unquam præsumere sub pœna capitali: præceptumque est eis, ne de cætero quemquam ad Ordinem suum admitterent sub pœna præmissa, ut post hos qui modò vivunt, nullus esset qui eorum Ordinem continuaret. Sed existimo, quòd sit hoc nomen suppositum, nam est labor R. P. Theophili Raynaudi Societatis JESU.

AMICUS, (sic enim intitulantur Sermones antiqui impressi anno 1495. Basileæ per Nicolaum Keser in 4.) in Sermone de Nativitate Virginis, qui incipit: Egredietur virga de radice Jesse, &c. nota, quòd invenimus de B. Virgine, &c. Hoc dicit Propheta ad laudem B. Virginis, scilicet nascentis puritatem, Egredietur virga. Glossa: cui nullus fructus adhæsit, virga enim sine curvitate nascitur, & ira, sic B. Virgo immunis fuit ab omni peccato, nec etiam de radice contraxit originale. Bernard. fuit procul dubio, &c.

Item, Serm. 2. incipiente: Nova lux oriri visa est, &c. in verbis istis magnificatur, &c. sic inquit: Meritò ejus Nativitatem celebramus, *quæ non filia iræ, sed gratiæ nascitur, & hoc quantùm ad originale peccatum.* Trium tamen Nativitas celebratur, scilicet Christi, MARIÆ, & Joannis Baptistæ, isti fuerunt sanctificati, ideo filii gratiæ, alii omnes filii iræ nascuntur, &c. Et in Serm. 1. de Assumpt.

Beatæ Virginis sub themate: Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, inquit: Scimus, quòd Jeremias in utero sanctificatus erat, quia Propheta Domini erat; unde, priusquam formarem te, ait Dominus, in utero novi te, & antequam de ventre exires sanctificavi te, &c. Joannes Baptista in utero sanctificatus erat, quia Baptista Domini futurus erat, Lucæ 2. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, &c. Beata autem Virgo ideo in utero sanctificata fuit, quia Mater Filii Dei futura erat, & meritò, quia domum tuam Domine decet sanctitudo, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus personaliter. Nam dicitur in legenda, quòd Joachim Patri MARIÆ apparuit Angelus annuntians ei de conceptu MARIÆ & ait: Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Bernard. Fuit proculdubio Mater Domini sancta antequam nata: *MARIA autem non solùm in hac sanctificatione alios præcellebat, sed & puritate*, scilicet Prophetas, Patriarchas, imò & ipsos Angelos jam beatificatos: unde Bernard. quæ vel Angelica puritas, MARIÆ puritati audeat comparari? &c. Et infra: Beata autem Virgo adeò fuit gratia & virtutibus firmata, quòd etiam venialiter peccare non poterat, quantùm ad inclinationem ad peccatum, *fuit enim immunis ab omni peccato*. Serm. 2. Quæ est ista quæ progreditur, &c. inquit: Si enim vitam ejus & beatam conversationem intueri volumus, *invenimus eam immunem ab omni peccato*. Plura alia habet sparsim in prælegato loco.

AMPHILOCHIUS Episcopus Iconij, Sanctus, ac natione Græcus, Oratione 4. in Sanctam Deiparam, & in Simeonem, sic ad Mariam loquitur. *Ave vellus salutare, & spirituale. Ave lumen indutum, Mater splendoris, nesciens occasum. Ave intemeratissima Mater sanctitatis, Ave pellucidissime &c.* Quomodò fuit MARIA intemeratissima mater, si quando filia peccatum contraxit originale, & ante sanctitatem experta est culpam? quomodò nescivit occasum, si in ipso ortu occubuit?

Item, infra: Deique placitum in sanctissima Virgine ad communem salutem providè dispositum detrectas, atque renuis? Qui enim antiquam illam virginem sine probro condidit, ipse *& secundam sine nota, & crimine fabricatus est. Quid, quod est deforis, pulchrè fecit, etiam quòd intus est, ad domicilium animæ sanctæ pervenavit &c.* Quid expressius dici vel excogitari potest pro immunitate Virginis Deiparæ? Qui condidit primam Virginem Evam sine probro, fabricatus est secundam Virginem MARIAM sine nota & crimine: quare ergo iste Auctor antiquus non erit dicendus expressius ex tali propositione universali?

Item, infra, & nota verba; nam sunt notatione dignissima. Nam Christiani velut qui Deo morigeri sunt, & suasibiles obaudiunt divinitus inspiratas Prophetarum prædictiones, ita ubique de laudatissima Virgine clamantes: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio ejus, & non commovebitur: & iterum, homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Adversarij autem veritatis cùm carnales sint, nec habeant spiritum Dei, carnaliter spiritualia sapuerunt. Verum enim habet, quod sapienter dixit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, idcirco optarunt, à remotis doceri testimonium, non ex nostris & consuetis Virginem ad sanctitatem mutatam intelligere; atqui habent res manifestissimè ut obscuras velut subijciant oculis. Cùm ergo ferrum illud nigrum, & terrenum, quod suas illas à natura maculas, & nigredinem juxta positis, & tangentibus corporibus adspergat, vbi commercium cum igne habuit, subque ipso momento superiùs natura, meliorique conditione, cum flamma, quæ efficax succendit celerrimè comparata tactu in accessum reddatur, & quòd materiam quamlibet facile incenderit. Quid mirùm videtur, ut intemerata prorsus Virgo divini secreti, quæ à materia ignis accessu ad purum exarserit: ut quę omnibus concretis materiæ, & præter naturam deterfis, in naturę decore splendidè constiterit? Ita sanè ut deinceps inaccessa, & importabilis, inadspectabilisque, carnali vilitate degeneribus sit. Ac velut qui infusam vertici aquam susceipit, toto corpore à vertice ad ima stillantem gerit substantiam humidam; sic sanè, & divam Matrem Virginemque, divini spiritus advenientis sanctimonia *omni parte delibutam*, tunc demùm viventem Deum Verbum Virginali, vnguentaque præspiranti thalamo suscepisse credimus &c.

Item, in Homilia in Purificationem Dei genitricis MARIÆ, vel de occursu Domini, quæ incipit, Multi quidem; inter alia dicit de Matre Dei. *Vt cum Eua non communicans, & à dolore, & tristitia liberata, ut castitati adhærens, ut à gemitibus redempta, quippe quæ condemnationis sententiam non admisit &c.* Cum Eva non communicare, & esse à tristitia liberatam, & à condemnationis sententia, arguunt Virginem MARIAM fuisse immunem à culpa originali. Deinde, quid denotat esse à gemitibus redemptam, nisi ab animæ, non corporis, passionibus originarijs esse exemptam? Et quando hæc non sufficiunt, supra posita loquantur. Extat hæc homilia apud Laurentium Surium tomo 1. fol. 818. & in nostra Bibliotheca tomo 2. fol. 185. vide ibi latè; & paulò infra: *Nempe Virginem mirè excellenti divinèque decenti ratione intemeratis ulnis gestantem illum, qui verbo omnia portat &c.* Si, vt portaret Verbum carne indutum necessariæ fuerunt intemeratæ ulnæ, igitur ob eandem rationem intemeratus fuit venter, intemeratum corpus; nonne ergo fuit intemerata anima à prima sui conditione? Prædicta reperies in lib. impress. Parisijs per R. P. Fr. Franciscum Combefis Dominicanum an. 1644. cum operibus Andreæ Cretensis, & Methodii Patarensis in fol.

ANACOLYTUS Syrus, in Cantico de MARIÆ Nativitate, inquit: *Quæ ab æterno prædestinata fuerat, ut Dei domicilium*, divinumque sempiternæ naturæ templum foret, &c. Vide Joan. Euseb. lib. de Except. cap. 3. fol. 150. Iste non est expressus, vel saltem ex consequentia, tamen nihil habet contra piam sententiam.

ANASTASIA de la Encarnacion, Monialis Franciscana & Fundatrix Monialium de Lerma, in vita à se conscripta cap. 17. fol. 120. inquit: *El dia de la purissima Concepcion de Nuestra Señora, &c.* En el instante que comulgè seme vino à la memoria el dar muchas gracias à Dios como lo hize por la gloria de un alma que tal dia como aquel le avia hido agozar, y mostrome el Señor, como otras vezes me ha mostrado, la gloria de aquel alma que es mui grande, &c. Lib. manusc. in 4.

ANASTASIUS Abbas, qui vixit ad annum 800.

800. vel circiter, distinctus à Synacia; in libro contra Judæos, inquit: Si autem Dominus, & effector omnium, propter suorum servorum salutem carnem assumpsit, *& homo factus est absq; peccato, ex MARIA semper Virgine, &c.* Est antiquus Auctor, & nihil amplius habet, pro nec contra: igitur non omnes antiqui, ut dicunt Adversarii, tenuerunt ipsam in originali conceptam; & ad hoc adducuntur multi antiqui. Extat in B. VV. PP. Tomo 8. Colon. fol. 326. Fateor, quòd illa verba absque peccato, primò, & per se respicere videntur Christum, sed nullam, vel parvam violentiam faceret textui, qui illa conjungeret, ac construeret cum Virgine Maria.

ANASTASIUS Bibliothecarius, sive Collectarius, nam idem sunt, vt dicit R. P. Ludovicus Iacob à Sancto Carolo; in libro de exilio S. Martini, sic inquit: Positus est autem in tumulis sanctorum extra muros Chersonitarum Civitatis, quasi stadio vno, in pretiosissimo, & reverendissimo templo *sanctissimæ & præomnibus sanctis colendæ, castissimæ, & immaculatæ, super benedictæq;, gloriosissimæ & excellentissimæ omnium creaturarum, gratia plenissimæ gaudium facientis, & tribuentis Dominæ nostræ, propriè natura, & veritate solius Dei genitricis semper Virginis MARIÆ, quæ cognominatur Blacernes &c.* Ita P. Joannes Ludovicus dela Zerda, in Adversar. sacr. cap. 7. fol. 4. col. 1. Vbi etiam affirmat, quod hoc Anastasij elogium stare non possit cum peccato originali. Iste antiquus non est contra.

ANASTASIUS Synaita Monachus, aliis Anastasius Antiochenus, quia fuit Episcopus Antiochiæ, ac Sanctus, natione Græcus, Orat. 1. in Annuntiationem Dominicam, inquit: Quàmobrem cum omnibus generationibus te solam beatam in mulieribus dicemus, quam neque sol voluptatis flammam immittens adussit, neque fluxa vis lunæ, noctu læsit. *Non enim dedisti in commotionem pedem animi; sed eo fixo in petra indeflexa mansisti:* teque Dominus custodivit &c. Omnia hæc Anastasij verba indicant Virginem nullam admisisse maculam, vel culpam adhuc levissimam: Si enim nunquam dedit in commotionem pedem animi, quomodò anima lapsa esse potuit, cujus pedes non commoventur, sed sunt fixi in petra Deo ipsos custodiente? certum est ergo, quòd non cecidit.

Item, infra: Verbum caro factum est figmentum reformans, quod una cum maligni serpentis sermonibus ingressum peccatum corruptioni obnoxium fecerat, ac sicut per fœminam mors causata est, *sic oportuit dispensari salutem per fœminam.* Per illam deceptam voluntate omnes mortui sumus; per hanc vivificati sumus, &c. Nulli dubium esse potest, quòd hìc loquatur Anastasius de peccato originali introducto per Evam. Si ergo per fœminam Mariam fuit dispensata salus nostra, ergo & ipsa dispensata fuit ab illa communi lege, & peccato per malignum serpentem introducto, & à corruptione universali, cui obnoxii eramus.

Item, Serm. 2. de eadem Annuntiatione, sic inquit: Adusque te audierunt mulieres: in tristitiis parietis filios, inque omnes seu hæreditaria quædam successio divinum currebat mandatum. A te deinceps audiet fœmineus sexus: Avete fœminæ, quæ gaudii principium susceperitis, *solam illam inter Virgines gratiosam, pulchram, immaculatam, sanctam Dei Genitricem MARIAM, &c.* Si inter Virgines fuit Virgo Maria sola gratiosa in omnibus, si pulchra à planta pedis, usque ad verticem capitis, igitur & immaculata fuit in omnibus & per omnia; Extant Sermones isti in Auctario Biblioth. Patrum Tom. 1. fol. 849. impress. Parisijs 1648. in fol. & in nostra Biblioth. Virginali Tom. 2. fol. 787.

Item, lib. 6. Anagogicarum Contemplat. in Hexamer. inquit: Et quis mihi (dic quæso) aut ex hominibus, aut ex dæmonibus audebit dicere, quòd ea quæ est ejusdem simul cum Deo essentiæ (quod ad carnem attinet) non sit ad imaginem, & similitudinem ejus, qui ex ipsa natus est? *Quomodò enim est Mater hujusmodi Filij non ferens integram, & illæsam fœtus sui imaginem? &c.* Extat in Biblioth. VV. PP. Colon. Tomo 6. part. 1. fol. 655. Vide de hac auctoritate Joannem Antonium Velazquez, lib. 2. disser. 2. annot. 4. fol. 151.

Item, citant eum in lib. 2. Anagogicarum Contemplationum in principio fol. 635. quia ibi dicitur: Fecit Deus salutem in medio terræ, utpote qui habitaverit in medio terreni uteri Virginis, & salutem mundi fecerit compacto firmamento sancti sui corporis, *in medio incorruptæ matricis, fontis vitæ, puellæ Dei Matris, &c.* Illud incorruptæ intelligunt, pro omni incorruptione, tam corporis quàm animæ. Hæc & nihil amplius habet, hic antiquus Auctor.

ANDHELMUS de Valle Doctor Hispanus, laboravit *de Beatæ Virginis Deiparæ Immaculata Conceptione* librum unum pulchrum, licet parvum impress. Barchinonæ 1634. in 16.

ANDREAS de Acitores Palanciolanus, Monachus Cistercienſis, in Theologia Symbolica, sive Hieroglyphica pro tota sacra scriptura, &c. Decade 4. symbolo 2. & 3. agit de Beata Virgine Maria, & postquam plura verba protulisset generalia, ac universalia de ejus excellentijs, inquit: sicut Abacus est armarium, quod Principes conficiunt ut auri, & argenti vascula in eo recondant, suamque gloriam, & opes cunctis ostendant, *ita Regis Messiæ Mater erat armarium, quod Deus ipse construxit,* ut Messias in ea sedeat ad majestatis suæ gloriam mortalibus omnibus demonstrandam, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1597. in 4. Si Deus construxit, ac formavit Deiparam, ut omnes divitias suas in ea ostenderet, absque dubio in ipsa etiam justitiæ originalis pulchritudinem demonstravit. Et si iste non fuerit ad rem, excludatur.

ANDREAS de Almaguer, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Sermonem *de Purissima Conceptione MARIÆ Sanctissimæ Dominæ Nostræ*, impress. cum aliis Granatæ 1651. in 4. à fol. 62.

ANDREAS de Almansa, & Sigura, Ordinis Sancti Basilij, Hispanus, in Sermone Sancti Iosephi ad finem, inquit: prædestinò à la Virgen para Madre, con todos los dones, y gracias que essa dignidad pedia, y estos dados porlos meritos de su Redemptor, en virtud delos quales *la exemptuò del pacto hecho con Adán.* cuya hija fue en lo natural, &c. impres. Granatæ 1636. in 4.

ANDREAS Amicus, Beneficiatus Basilicæ Vaticanę, disposuit Ordinem recitandi officium divinum, in quo ad diem 8. Decembris dicitur: *Conceptio Beatissimæ Virginis* Duplex. Lib. impress. Romæ 1637. in 8.

ANDREAS Apostolus natione Galilæus, sic de Virgine Dei Matre inquit: Primus enim homo per lignum prævaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, ut per lig-

num passionis, mors quæ ingressa fuerat, pelleretur, & quomodò de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat, necessarium fuit, *vt de immaculata Virgine* natus Christus perfectus homo, qui est Dei Filius, qui primum hominem fecerat in vitam æternam, quam perdiderant omnes, repararet, ac de ligno Crucis, lignum concupiscentiæ excluderet, expandens in cruce immaculatas manus pro omnibus, &c. Sic Anonymus, Philaletus, Eusebianus de miraculis, ac passionibus Apostoli. fol. 24. pag. 1. in principio. Vide Velazquez lib. 4. Disc. 1. ann. 1. aliqua ex prædictis referentem ex Presbyteris Achaiæ.

Item, in Concione habita in transitu Beatissimæ Virginis, sic inquit: *Tu sola ab universali damnatione præservata fuisti, non tu mortua in Adam fuisti.* Vnica es, unica immaculata recessisti à quocumque peccato, recedere à peccato tam longè nemo potest, &c. Ita Amadæus in sua Apocalypsi Rap. 8. Marraccius in Apost. Marian. fol. 132. Velazquez de Concep. ubi supra.

Item, idem S. Apostolus loquens cum Virgine Maria, sic inquit: Tibi & filio nos commendatos fore velis, *ut quæ sine peccato semper fuisti*, nos, & posteros peccatores tua charitate complecti digneris, &c. Vide Auctor. citatos vbi supra, & præcipuè Velazquez fol. 309. Auctoritates istæ in nostra Bibliotheca, sic extant: Justum, & rationabile fuit, *ut Mater Dei tanta puritate splenderet, & tanta pulchritudine fulgeret*, ut sub Dei nostri pulchritudine nulla in terris, vel in cœlis major excogitari possit; *tota enim pulchra es, & nulla macula in te est, nihil in te horridum, nihil tetrum*, omnia splendent, omnia rutilant, omnia radiant.

Item, infra inquit: Quando totum humanum genus damnatum erat, totum perierat, totum hæreditate privatum fuerat, *tu sola ab universali omnium damnatione præservata fuisti*: electa enim eras in genitricem Dei, & omnium Reginam; ita si homo non peccasset, tu inter omnes, post Filium tuum prima in regno Dei esses, peccante verò homine, jam remedium paratum erat, labores, inquam, & dolores Jesu Christi filij tui, & Domini nostri, sicque decreto æterno firmatum erat, ut passio illius super omnes tibi prodesset, quamvis nondum exhibita esset, quæ tantùm valuit, quantùm à Domino Deo acceptata fuit. *Non ergo tu mortua in Adam fuisti, quamvis ratione propaginis tuæ* (quia sicut & alij ex vtroque parente nata es) *mortua fuisses.* Quamvis uterque illorum parentum sanctissimus fuisset, *vnica es columba sine felle, vnica & immaculata remansisti à peccato quocumque, recedere tam longè à peccato nemo potuit*, &. Vide N. Biblioth. Virginalem. tom. 1. pag. 712. colum. 1.

ANDREAS Barbatius Siculus, Archiepiscopus Panormitanus, & S. R. E. Cardinalis, scribens super decretales in capit. Conquæstus, titul. de Ferijs, tom. 3. fol. 143. loquens de Conceptione Virginis Deiparæ, sic inquit: Sed de Conceptione ipsius Virginis passiva, id est, quando ipsa fuit Concepta dubitatur. Specul. eo titul. in principio dicit, quòd hoc festum non est de præcepto, quia fuit Concepta in peccato originali, dicit tamen: quòd in multis locis celebratur ex devotione non improbanda. Joannes Andreæ in hoc ultimo contradicens, tenet Conceptionem illam, quæ fuit ex humano semine non venerandam, & dicit, quòd fuit in originali peccato concepta, ut not. de Consecr. dist. 3. cap 1. licèt post Conceptionem immediatè sanctificata, & ob hoc colit Ecclesia festum Nativitatis secundùm eum. Adverte, quia de hoc fuit longa altercatio inter Fratres Minores ex una parte asserentes Conceptionem fuisse sine peccato, & Fratres Prædicatores ex alia parte asserentes contrarium, &c. pro hac allego bonum textum & notabile in cap. Firmissimè de Consecratione, dist. 4. Sed credendum est Deum ab hac obligatione absolvisse à principio B. Virginem, ex qua debebat carnem humanam assumere; & hęc opinio mihi placet tanquam pia, & satis rationabilis; cùm enim non solùm peccatum originale deleverit, sed etiam omnem pravitatem, & concupiscentiam, adeò quòd peccare non poterat, vt notatur in capite 2. de Consecratione dist. 4. ibi vide per Glossam quid operatur peccatum originale; & cùm ipsum tollat Baptismus; *Potius credendum, quòd à principio illam exemit ab illa obligatione originalis peccati.* Et audio, quòd hanc opinionem Ecclesia approbavit, unde hodie fit festum celebre de Conceptione in qualibet Ecclesia, &c. Lib. impress. Venetijs 1617. in fol. scribebat hoc Archidiaconus ad an. 1423.

ANDREAS Bonfanti Italus, Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, in tabula illa curiosa, cujus titulus est: Sancti e Beati del Seraphico P. S. Francesco con le indulgenze è gracie concessoli sin qui da sommi Pontifici &c. Dicata sereniss. Mariæ Magdalenæ Archiducissæ Austriæ & Toscanæ. De indulgentijs concessis à Sixto IV. & Leone X. *pro die Conceptionis.* Impress. in charta expansa Florentiæ an. 1615.

ANDREAS de Bonilla Calderon, Prior Sancti Pauli civitatis Vbedæ Hispanus, in Discursu Theologico de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento fol 15. *Quomodo se ostendit Deus in præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali.* Vide ibi latè, impress. Baezæ 1612. in 4.

Item, scripsit Sermonem de *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, impress. Baezæ 1626. in 4

Item, edidit Glossas pro eodem mysterio *Immaculatæ Conceptionis*, vt videre est in lib. impress. Baezæ 1618. in 4. fol. 79.

ANDREAS Bosch Hispanus, in libro Summarium, Index, ô Epitome dels admirables, y nobilissimis titolis de honor de Cathalunia, Rosselion, y Cerdania. Dicatum est hoc opus immaculatæ Conceptioni Virginis Deiparæ cum imagine immaculatæ Conceptionis cum hoc titulo: Dirigit à la *immaculada Concepcio de diva Virgine Sanctissima Madre de Diu*, y Señora nostra. Et fol. 35. Colum. 1. loquitur latè de immaculata Conceptione Virginis Mariæ, & constitutione Joannis Regis Aragoniæ anno 1456. impress. Perpiniani an. 1625. in fol.

ANDREAS de Butrio Canonista, in capit. Venerabilem, qui filij sint legitimi, scribit *Virginem Deiparam Mariam ab originali labe fuisse immunem*: ut refert Daniel Agricola in corona Conceptionis fol. 175. Nescio, an hic sit distinctus ab alio Antonio Butrio Canonista, de quo infra.

ANDREAS Capilla Carthusianus, Episcopus Vrgelensis Hispanus, de *Immaculata Conceptione gloriosissimæ, & purissimæ Virginis MARIÆ Matris filij Dei*, meditationes duas super Evang. in 3. part. Meditationum impress. Venetiis 1591. in 12. & Matriti 1592. in 4. à fol. 19. usque 26.

ANDREAS Carcionus, Sacerdos Italus, impressit,

preſſit, atque edi curavit librum de candido lilio, ſeu Symbolo Virginitatis, Italicè conſcriptum à R. P. Eliſeo Vaſſallo Carmelitano, in quo vocatur *Virgo MARIA immaculata, gratiâ plena, abſque culpa, & macula*; & alia his ſimilia, & in prologo, & à fol. 191. uſque 207. impreſſ. Neapoli 1647. in 12.

ANDREAS de Claramonte, & Cortoy Poëta Hiſpanus, in Litania morali ad illa verba: Sancta Virgo Virginum fol. 28. ſic inquit hiſpanicè.

Deſpues por que en ſu pureza
Con las ſactas, que libra
No toque naturaleza
Paſando de Virgo en libra
La libra de fiereza.

Lib. impreſſ. Hiſpali 1613. in 8.

Item, edidit aliud opuſculum ſub hoc titulo: Corta ſumma del largo zelo que los artifices del oro y la plata ofrecieron en el comun gozo, que gano eſta Chriſtianiſſima ciudad en el Romano indulto: triumpho *de MARIA puriſſima en ſu primer inſtante, &c.* incipit: Paz ſea al cansancio graue, &c. Impreſ. Hiſpali in 4.

ANDREAS Creſtean, Ordinis Minorum Flander, ſub R. P. Franciſco Ronſel Sacræ Theologiæ Lectore defendit Inſulis die 13. Maij an. 1650. *Virginis Conceptionem à peccato fuiſſe originali præſervatam, & quòd hoc poteſt ab Eccleſia definiri, &c.* per plures Concluſiones. Impreſſ. Duaci an. 1650. in charta expanſa.

ANDREAS Croquecius, Ordinis Sancti Benedicti, in Catechesibus Matthæi Galeni, Cath. 17. fol. 57. Loquens de illa particula ab Adamo transfuſa uſque ad MARIAM, inquit: *Non ſunt equidem iſta prorſus impia, quatenus nimirum Catholicæ ſententiæ de Immaculata Virginis Conceptione ſuffragantur*, &c. Lib. impreſſ. Duaci 1574. in 4. & Lugduni 1593. & in noſtra Biblioth. tom. 3. à fol. 94.

ANDREAS Duvalius, Doctor Pariſienſis Sorbonicus, in ſuo libro de peccatis tract. 1. q. ultim. art. 7. affirmat latè *Virginem MARIAM præſervatam fuiſſe à labe peccati originalis*, ac redemptam ſanguine Chriſti Domini, &c. Vide Joan. Anton lib. 1. de MARIA immaculatè Concepta, Diſſert. 4. annot. 1. fol. 96. Chriſtoph. de Vega Paleſt. 3. certam. 20. fol. 133. Petrum Poſſinum in ſuo Vincentia victo, & alios.

ANDREAS D. L. Ordinis Minorum Gallus; in Sermonibus Adventualibus ſuper Pſalmum 28. fol. 173. pro ſecunda Dominica Adventus habet Sermonem de *Immaculata Virginis Conceptione* uſque ad fol. 198. Lib. impreſſ. Pariſiis 1630. in 8.

ANDREAS Eborenſis, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in lib. ſententiarum, & exemplorum, ex approbatiſſimis quibuſque ſcriptoribus, &c. f. 251. Verbo MARIA, inquit: MARIA ante ſancta, quàm nata, cæteris virginibus per partes præſtatur gratia; MARIÆ verò ſe tota infudit gratiæ plenitudo. Magna fuit ſanctificatio Hieremiæ, quâ potuit facilè vitare culpam mortalium: major Joannis Baptiſtæ, quâ potuit frequentiam vitare venialium, *maxima Virginis MARIÆ, quâ potuit vitare, immo vitavit omne peccatum, &c.* Alia adducit plura. Vide ibi lib. impreſſ. Venetiis 1585. in 8. & 1576. in 12. Regali, et alibi. Fateor, quòd vitare peccatum reſpicit hîc peccatum actuale: nam illud poſſumus vitare, non originale, ſed cùm iſte nihil aliud habeat pro nec contra in hac materia, videant in qua Militia collocandus ſit.

ANDREAS Favinus, in lib. 3. de Theatro honoris cap. 8. ſive Hiſtoria Navarræ git de ordine Equeſtri erecto à Borbomo Bono, cujus equites *in feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, procedebant cum magna gloria, geſtantes Imaginem ejuſdem B. Virginis. Ita Benedictus Gononus in Chron. Sanctiſſimæ Deiparæ ad annum 1370. fol. 316. & alii.

ANDREAS Fernandez de Cordoüa Hiſpanus, Epiſcopus Pacenſis, præcepit obſervari feſtum *Immaculatæ Conceptionis* in tota Diœceſi, in Synodo habita ad annum 1610. ut apparet in libro impreſſo eodem anno; & refert D. Joannes Solanus de Figueroa, & Altamirano ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, in relatione ad nos miſſa.

ANDREAS Geſſominus de Cortona, Procurator Generalis totius Ordinis Sancti Auguſtini, Italus, in lib. dicto: Teſero cœleſte della divotione di MARIA Vergine Madre di Dio cap. 20. agit latiſſimè de puritate Virginis, *& quòd nullum habuerit peccatum actuale, vel originale, ſed ab illo fuerit præſervata, liberata, atque ſingulariter redempta*; ſic ejus Conceptio fuit ſancta, & immaculata, pura, & plena omni gratia. In impreſſ. Venetiana, anno 1625. in 4. à fol. 215. uſque 228. & in impreſſ. Paduan. 1618. in 12. à fol. 314. uſque 320.

ANDREAS Gianetti de Salo, Ordinis Prædicatorum, Italus, in Roſario ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ compaginato, ex operibus R. P. Ludovici Granatenſis: De Annuntiatione Angeli ad gloriosam Virginem MARIAM, myſterio 1. fol. 15. inquit: Dovi enanzi de tutte le coſe dobbiamo conſiderare la purità, & ſantità di queſta gloriosa Vergine, *la quale ab eterno fu da Dio eletta* per la Incarnatione dell' Unigenito ſuo figlivolo: Per che ſi come nella creatione del primo huomo Adamo Id dio gli apparechio per ſua habitatione la caſa dou egli habitare doveva, che fu el terreſtre paradiſo, coſi quando mando' in terra il ſuo ſecundo Adamo che fu Chriſto, gli apparcehio primamente il luogo della ſua habitatione che fu il corpo & l'anima della ſacrata Vergine, & ſi come per l'Adamo terreno era conveniente una ſtanza terreſtre, coſi per l'Adamo che diſceſe da cielo, ſi convene una caſa celeſte ornata di virtu, è doni celeſtiali: & perche in Dio è una nobil conditione di far tutte le coſe atte aquel fine, per il quale egli l'ha ordinate, per cio habendo eletta queſta Vergine ſacra per ſi gran dignita, quanto è eſſere Madre di Dio, parimente gli diede maggior ſantità, è perfectionè, eccettuata quella del figliovo di Dio, & eſſendo Madre del Santo de Santi, le fu per alto, & divino modo donato maggior copia' di gratiè è privilegii che ſi concediſſero mai attuti i Santi & Sante. Tra i quali il primo & maggiore fu l'eſſere Madre di Chriſto. Il ſecondo non ſentire in ſe ſteſſa ſorte alcune di cattiva inclinatione, nè appetito diſordinato: il terzo non haver giamai in tutta la ſua vitta penſato non chè commeſſo peccato veruno, ne mortale, ne veniale: coſa certamente che ogni maraviglia eccede, &c. Lib. impreſſ. Venetiis 1587. in 4. & Romæ 1573.

Item, ibidem in explicatione ſalutationis Angelicæ fol. 190. inquit: Fu mandato l'Angelo Gabriele da Dio à MARIA Vergine, &c. Si dimoſtra etiam la dignita di queſta oratione per il tenore, & ſententie di eſſa, imperoche MARIA Vergine en quella è maſſimamente commendata. *Prima, perche in eſſa ſi manifeſta come fu puriſſima per che fu neta, & munda da*

ogni culpa, è però dice: Ave, cioè senza vè di peccato, & di macula alcuna, &c. Libr. impress. Venetiis 1607. in 4. & in alia impress. ibidem, facta anno 1587. etiam in 4. Sed verba supra posita cum tota explicatione Salutationis Angelicæ, desunt in impress. Romana facta anno 1573. in 4.

Item, in prima Oratione ad Virginem MARIAM folio 194. inquit: Iddio ti salvi ô Vergine misericordiosa, tanto desiderata dagli antichi Padri, rappresentata con diverse figure, & promessa con multè profetie, & revelationi, &c. *Iddio ti salvi Vergine soave, da iddio miraculosamente nel ventre de la Madre tua abbelita, & ornata di perfettioni & gratie, &c.* Hæc verba extant in tribus impressionibus supra relatis, quia cùm non ita clarè, & apertè exprimant mysterium Immaculatæ Conceptionis, sicut prima, etiam in impressione Romana prodierunt. Neque una, & altera auctoritas extat in impress. Venetiis facta anno 1573. in 12. Sed unde hæc diversitas proveniat, invenire non potui; ex quibus omnibus existimo istum fere esse expressum.

ANDREAS Guilielmus Dietelus, Germanus, in assertionibus ad Ferdinandum III. conclus. 38. inquit: *Quare nec peccatum originale contraxit Virgo, neque ita in pacto Adami fuit unquam,* &c. fol. 23. impress. Antuerpiæ 1630. in fol.

ANDREAS de Guzman, & Acuña Marchio de la Algaua, Marischalis Castellæ, &c. Hispanus, dotavit lampadem vt perpetuò arderet *coram Imagine Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in triumpho Granatensi. Ita R. P. Hieronym. Zapata in Sermone funerali, folio 8. & mortuus fuit hic pijssimus Princeps in die immaculatæ Conceptionis, vt refert idem, qui supra folio 12. & P. Zea. in alio Sermone fol. 13.

ANDREAS Hierosolymitanus Archiepiscopus Cretensis, sive Carthophilax, Sanctus, ac natione Græcus, in encomio de Nativitate sanctissimæ Deiparæ, quod incipit. Adest nobis præsens solemnitas, folio 3. vocat Virginem MARIAM *Immaculatissimam, ac viri nesciam Virginem hanc, ex qua gentium salus & expectatio* processit, &c. Hæc sunt Andreæ duo encomia diversa, atq; distincta; primum Immaculatissima, alterum viri nescia: illud respicit integritatem animæ, hoc corporis, & in Virgine vtrumque donum perfectissimum, & æquale, hoc est, quod sicut fuit viri nescia, ita à primo suæ vitæ instanti, fuit in anima immaculatissima. Et infra, dicit *Virginem MARIAM fuisse primitiam naturæ nostræ, quæ ex tota conspersione nihil inquinamenti suscepit, &c.* Hic Andreas expresè eximit Virginem à peccato originali, ut ipsemet P. Combefis Ordinis Prædicatorum ejus scholiastes fatetur nota 9. fol. 338. Nam nihil aliud est peccatum originale, quàm conspersio, qua inclinata fuit natura humana, & si illius aspersionis nullum inquinamentum habuit, igitur libera fuit à conspersione peccati originalis. Ibidem infra: Vocat Virginem *mundam & intactam.* & parum infra: *mundam prorsusq; Immaculatam.* Et infra: Quòd *ex Ioachimo & Anna generosus nobis fructus Virgo hæc Immaculatissima, &c.*

Item, in oratione in sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ Annuntiationem, in principio dicit de Beata Virgine, quòd Deus ipsam *velut rosam ex spineto* sibi omnipotens elegit, &c. Infra: Vocat Deiparam *ingenuam ac Davidis Filiam*, quæ ad vocem Angeli turbata fuit, quia *cogitationes suas statim convertit ad primi parentis lapsum, secum animo volvens deceptionis casum, &c.* Et infra: declarat, qualis fuerit illa turbatio & timor, dicens: Invenisti enim gratiam apud Deum, nimirum gratiam, quam Eva amiserat, dicendo gratiam, solvit quicquid sententia videbatur habere ambiguum, quodque hactenus visum erat insidiosum, &c. Et statim: gratiam, inquam, quam Sara non accepit, quam non cognovit Rebecca, quam Rachel nescivit: Invenisti gratiam, quam nec celebris illa Anna, nec ejus adversaria Phenenna consequi meruit, &c. *Gratiam invenisti, quam nullus à sæculo, sicut tu invenisti,* &. In his verbis respicit sententiam prolatam contra primos parentes, scilicet peccati originalis, hoc enim à principio mundi fuit insidiosum, & ambiguum, quia tam viris, quàm feminis insidiabatur, & ex eo quòd MARIA fuit gratiâ plena, totum hoc fuit dissipatum. Sermonem istum Divi Andreæ Hierosolymitani in S. MARIÆ Deiparæ salutationem, alia interpretatione, & fortè meliori, facta à M. Hoppero invenies in libro dicto Orthodoxographia Theologię Sacrosanctę, & sincerioris fidei, &. impress. Basileæ tom. 2. fol. 989. in folio.

Item, Serm. 1. de Dormitione S. MARIÆ, loquens cum Deipara, inquit: *congruam, quæ tibi gloriam, & splendorem pro commodata carnis assumptione, substantia adhibuit, &c.* Si contulit gloriam, igitur, & gratiam? non esset autem gratia congrua pro carnis assumptione, nec excellentissima, si illa in primo ipsius Conceptionis instanti careret. Et infra: Vocat Virginem augustum sinum, *vestem sine macula*, ovem, *vitulam jugi expertem*, saginati vituli mundissimum vellus, &c. Si enim MARIA fuit vestis sine macula, & vitula jugi expers, atq; mundissimum vellus non videtur credibile nec rationabile cum his elogiis, quòd peccatum contraxerit originale.

Item, Serm. 2. de Dormitione S. MARIÆ, vocat eam: *Immaculatissimam, cujus res omnes si narrando velim ordine prosequi, nimirum esse, Conceptionem, Nativitatem,* haudquaquam occurrat tempus, quod Sermoni sufficiat, aut Sermonis vis, quæ res exequare possit. Et infra: Vocat Virginem MARIAM *sine macula*; & impollutam. Infra, circa finem, inquit: *In Regina hac Immaculata, illustrissimaq; ipsius Matre, &c. De munda illa, & Immaculata, ac totius sanctitatis plenissima, &c.* Si munda, & Immaculatissima, igitur ab omni peccato aliena.

Item, Serm. 3. de Dormitione S. MARIÆ, dicit de Beata Virgine: *O purior omni auro,* & materia omni sensibus subjecta: ô virginalis terra, ex qua novus Adam, & secundo illo vetustior prodijt, quod te sepulchrum tecturum est? quæ te susceptura terra, quæ cœlum ac cœli naturam puritate supergressa es, &c. Et infra loquens cum eadem inquit: *Per te oblita est peccati occasio, mutatæ sunt, &c.*

Item edidit Canonem die 9. Decembris *de Conceptione sanctæ ac Dei Aviæ Annæ*, & incipit: Tuam hodie Religiosa Anna celebramus Conceptionem, quòd absoluta sterilitatis vinculis eam vtero conceperis, quæ eum potuit capere, qui nusquam capi potest. Sed nota, quòd hæc R. P. Francisci Combefis translatio distat plusquam cœlum à terra, à translatione R. P. Simonis Wranghereckio Jesuitæ. Hæc enim extensior atq; clarior est. Vide Canonem in Joanne Antonio Velazquez libr. 4 de MARIA Immaculatè Concepta, dissertat. 4 adnot. 1. folio 333.

Item, in Canone de natali Sanctissimæ Dominæ Dei-

Deiparæ ad diem 8. Septembris, vocat Virginem MARIAM: *Immaculatam agnam, virgam Iesse intemeratam.* Et sic per totum Canonem sparsim, ac frequentissimè dat Virgini MARIÆ hujusmodi epitheta. Et aliquando vocat Deiparam *Virginem velut à principio inviolatam*, sicut etiam, & Christum fructum Deiparæ intemeratum; quæ omnia ejus intemeratam, ac immaculatam Conceptionem respicere possunt.

Item, in magno Canone, pro Sancta MARIA Ægyptiaca, vocat Virginem MARIAM *intemeratam Deiparam, intemeratam Dominam, immunem*, quando verò loquitur de ejus Virginitate, vocat eam *incorruptam, viri nesciam.* Et infrà *totam meam massam, ô Salvator portasti, castamq; servasti; vuluam intemeratam.*

Item, in Trioda feriæ 3. Majoris Hebdomadæ etiam vocat ipsam *intemeratam Matrem, &c.*

Item, in diem festum mediæ Pentecostes similiter vocat MARIAM *intemeratam*, quæ omnia invenies in operibus prædicti Andreæ Cretensis græcolatinis editis à R.P. Fr. Francisco Combefis Dominicano, impress. Parisijs anno 1644. in fol. cum operibus Amphilochii, & Methodii.

Item, scripsit Canonem Ecclesiasticum in festo Sanctæ Annæ Concipientis, *siue de Anna Virginem MARIAM Concipiente*, quod est egregium de Immaculata Virginis Conceptione monimentum, latinitate donatum à R. P. Simone VVangnereckio Societatis Jesu, adductum verò à P. Velazquez. lib. 4. de MARIA Immaculatè Concepta, dissertat. 4. adnot. 1. folio 333. Vide SOLEM VERITATIS secundæ impressionis.

Item, in Mœnæis Græc. die S. Augusti, Ode 6. de SS. Machabæis, vocat MARIAM: *totius Trinitatis Idæam*, eam efficaciter repræsentantem, &c. Quomodò autem ex hac auctoritate, & epitheto illo Idæam colligatur immunitas Virginis à peccato originali. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA immaculatè concepta Dissert. 5 adnot. 2. fol. 345. Sed dices, quare hujus Doctoris tot, tantasque auctoritates adduximus, cùm aliquę ipsarum ad nostrum non videantur pertinere assumptum, ad quòd dico solùm, quod Adversarij citant ipsum pro sua opinione cum quadam auctoritate supposita, cujus nec uerbum extat in Andrea, & ut videant quòd pro Sole veritatis legimus totum, & ad hanc materiam pertinentia directè vel indirectè tantum invenimus relata.

ANDREAS Hondoiffius Germanus, de Historia memorabili apud Bernenses, *circa Conceptionem gloriosæ Virginis Matris Christi*, Caput unum fol. 75. in Theatro historico, sive promtuario illustrium exemplorum Francofurti 1509. in fol. De ista lamentabili Historia habemus tres tractatus, duos typis mandatos eodem anno scilicet 1509. & alterum manuscriptum.

ANDREAS à Lao, seu à Cruce, Ordinis Carmelitarum Cathanensis, in primam part. Divi Thomæ q. 12. art. 11. disp. 65. Quòd Virgo MARIA fuit libera à culpis, ideoque dicitur; *Tota pulchra es amica mea, & macula originalis non est in te* Cantic. 4. ubi à sponso ter invitatur vt veniat de Libano, id est, de triplici candore excludente triplicem maculam, scilicet peccati originalis, mortalis, & venialis, &c. vide pagin. 316. Lib. impress. Genouæ 1650. in fol.

ANDREAS Lucas de Arcones, Granatensis Hispanus Societatis Iesu, in elucidatione Isaiæ Prophetę litterali, mystica, & morali: *Pro Immaculata Virginis Conceptione, ac eius præservatione à peccato originali*, adducit plura sparsim per totum lib. præcipuè cap. 2. versic. 2. exposit. 6. discurs. 1. à fol. 281. Vide in Indice, Verbo MARIA, atque Verbo Deipara, lib. impress. Lugd. 1642. in fol.

ANDREAS Malevatius, Poëta Italus, in Cantione ad Virginem Deiparam fol. 75. ita cecinit,

Sole, che mai non hà quando tramonte,
Rosa che di peccato non ha spina, &c. Extat in libro dicto sacri Applausi. Impress. Mutinæ cum aliis.

ANDREAS Mendus, Doctor Salmanticensis, Societatis Jesu, Hispanus, scripsit tract. sub hoc titulo: Memorial ajustado de los fundamentos incontrastables *de la Immaculada Conception de la Virgen MARIA nuestra Señora*; Respuesta à las razones de la opinion contraria; concluyesse, que es proxime diffinible por misterio de Fé por la Sede Apostolica, &c. Habet fol. 20. impress. absque loco, anno 1621. in folio.

Item, in tomo de Iure Academico post librum 3. habet Appendicem de voto, seu juramento, quod ab Academijs, & studiosis emitti solet defendendi *præservationem Virginis à peccato originali*, in 1. editione à pag. 390. vsque ad 443. Lib. impress. Salmanticæ 1655. in fol. & in 2. idipsum adduxit.

Item, in tom. de Ordinibus Militaribus, disquisit. 12. quæst. 9. scripsit de voto *defendendi Immaculatam Conceptionem*, quod emittitur in tribus Ordinibus Militaribus, in 1. editione à fol. 389. vsque 393. & in 2. editione non pauca pro pia opinione addidit.

Item, in lib. cujus titulus est: Statera opinionum benignarũ in controversijs moralibus, scripsit propia sententia *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, dissert. 13. Miscellanea, q. 1. § 2. ubi se defendit à Fratre Dominico de Sancta Theresa Auctore tomi 4. Cursus Carmelitani, & liber iste sudat sub prælo.

ANDREAS Michaelis Bombergiæ Abbas, Rector Benedictinus, natione Germanus, scripsit lib. *de Conceptione Virginis MARIÆ*, vixit ad annum 1483. de quo Gerardus Joann. Vossius, lib. 3. cap. 6. Possevinus tom. 1. Apparatus, Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 92. Anton. de Leon, Classe 1. Hic fuit ex illis, qui tempore Trithemij scripserunt contra Wigandum, & Bandellum.

ANDREAS Molfesius, Clericus Regularis Italus, in promptuar. triplicis juris, Divini, Canonici, & Civilis tract. 1. num. 113. fol. 18. ad illud; Dominus tecum; *Quòd Virginis MARIÆ Conceptio fuit sine peccato originali.* Vide ibi.

Item, tract. 8. cap. 6. de divisione peccatorum n. 20. fol. 544. inquit: *Beatissima Virgo est etiam Concepta absque peccato originali*, quod explicatur inferiùs, agendo de defectibus peccatorum, &c.

Item, eodem tract. 8. cap. 11. nu. 19. quòd Virgo MARIA, licèt prodierit ex massa peccato obnoxia, *fuit tamen à peccato originali præservata*, nullus autem fuit magis liberatus, magis salvatus, magisque redemptus, ac nullus magis obligatus extitit Salvatori quam ipsa; non enim solùm salvata est, sed magis saluari magisque redimi non poterat; quæ enim labe nunquam polluta est, aut quavis sorde, neque dum esset, neque dum à Deo in æternitate intelligeretur (& hoc meritis Salvatoris nostri Deo prænotis) magis redimi non potuit, &c. Lib. impress. Neapoli 1615. in folio.

AN-

ANDREAS Mocenus Artium Doctor, in Pentateucum lib. 3. Theologię, sic inquit: Nihilominus antehac MARIAM totam Spiritus sanctus in eam prævenies, *à peccato in origine prorsus purgavit, in momento illo suæ Conceptionis* tollendo omnem reatum & debitum per appositam gratiam, æquè ac nos per baptisma mundamur, &c. Lib. impress. Venetijs 1511. in 8.

ANDREAS Nicolius Italus, de Ecclesia fabricata, & Altari *sub titulo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* in Conventu S. Francisci de Rovigo &c. In Historia ejusdem civitatis lib. 2. ad an. 1014. fol. 97. impress. Brixiæ 1589. in 4.

ANDREAS de Novo Castro (ut existimo:) Ordinis Minorum, Italus, tenuit, & scripsit pro sententia *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut expressè testatur Antonius Cucharus Episcopus Acernensis in suo Elucidario de Conceptione, parte 2. fol. 63. colum. 2. & ex hac notitia alij quam plurimi: Ita ut fere nullus sit qui istum non adducat.

ANDREAS de Olmos, Ordinis Minorum Hispanus, prædicavit in Indijs Occidentalibus, ac stabilivit *Devotionem immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIÆ*. Ita Antonius Daza lib. de Concept. cap. 61. fol. 44.

ANDREAS Perbenage, Societ. Jesu, scripsit libellum *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut magis devotè celebrarentur eius solemnia. Ita Philip. Alegambe in Biblioth. Societatis Jesu, fol. 28. Hippolyt. Marrac. in Bibliot. Mar. fol. 90. & in Catal. ad annum 1626. Pistoia, fol. 156.

ANDREAS Perbenedictus, Episcopus Venusinus Italus, in Synodo Diœcesana, præstitit modum denuntiandi, & observandi *festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Venusina Ecclesia.

ANDREAS Perez, Ordin. Prædicatorum Hispan. in Sanctorali tom. 2. in Sermone S. Th. Apost. art. 1. fol. 183. sic inquit: quando dixo Ezequiel, que vido una rueda entrañada en otra, y que en ambas Juntas estava un espiritu de vida, se deve entender que la rueda entrañada es Christo, en las entrañas de MARIA, *Y el espiritu de vida, que en ambas esta, es el espiritu de la vida de gracia, que estaua à Hijo, y à Madre, à el como à fuente de vida, à ella como à Madre, en quien entra el rio de la gracia con tal plenitud, que se puede la Virgen llamar la vida de gracia*, &c.

Item, in Serm. S. Matth. art. 1. fol. 315. ex S. Brunone, vocat Virginem MARIAM *Terram incorruptam*. Lib. impress. Vallisoleti 1622. in 4.

Item, Tom. 1. Serm. fer. 4. fol. 78. sub hoc titulo: Christo fue observantissimo honrrador de su divina Madre, inquit: Y porque nadie pensase que era Madre *immunda, o pecadora penitente*, &c. y para declarar *su limpieza*, dixo de su Hijo que era luz del mundo, en que confeso que si el Hijo era luz la Madre era *pura como el Sol*, &c.

Item, Serm. 2. Domin. fol. 371. loquendo de B. Virgine: Ella es la Semiramis, la Valasca, la Pantasilea *que quebro la cabeza al Demonio*, &c. Y la palma de ocultar el Verbo devajo de la humanidad, la gloria de su ocultez, la Virgen la gana; *donde no ay culpa*, no ay escusa, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1621. in 4. Signata hujus Auctoris verba, licèt non probent directè, tamen supposito quòd nihil dicat contra, pro nobis videntur ista esse; revolvi omnes Sermones, & nihil invenire potui in eis pro contraria opinione. Igitur non est vera illa propositio: Omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum sustinuerunt opinionem de sanctificatione.

ANDREAS Peruzzinus de Vrziano, Ordinis Minorum Italus, scripsit lib. sub hoc titulo; Analysis Purissimæ Conceptionis Deiparæ, in qua nec solùm suprà 300. Auctorum sententiâ, sacræ paginæ auctoritatibus, rationibus, festivitate, relationibus, Divinisque miraculis, luce meridiana clariùs, probatur, sed & auctoritate Doctorum ex aduerso allatorum, & præsertim (mirabile dictu) Divi Thomæ, ac rationibus Adversariorum, *eiusdem sacratissimæ Dei parentis à macula originalis immunitas*, apertissimè demonstratur &c. Lib. impress. Venetijs anno 1634. in 4. liber iste postea fuit ad compendium redactus per Fratrem Eugenium Martanellum de Gauardo, de quo infra.

ANDREAS Pianellus Lugdunensis, in libro Pietas Lugdunensis erga Deiparam Immaculatæ Conceptam, dictio sacra A. S. H. cùm Sodales parthenici, communi assensu ex nova formula Virgini absque labe originaria conceptæ se religiosè auctorarent. Lugduni 1657. in 4.

ANDREAS Pintus Ramirez, Societatis Jesu Hispanus, edidit tomum magnum, & insignem *de Deipara ab originali peccato præservata*, opus Cathedris & suggestibus non inutile; vbi postquam scholastico tenore quędam breviter expenduntur fusissimè deinde à Scriptura, & Patribus amæniores semina exerrat calamus. Impress. in folio.

Item, in lib. super Epistolas Apocalypsis, Epist. 5. fol. 361. num. 1382. & num. 1393. agit vniversalitèr de plenitudine gratiæ MARIÆ, concedens ei omnem gratiam, in qua etiam includitur *tam originalis, & gratia præservationis*. Lib. impress. Lugduni 1642. in folio.

Item, in lib. Parallela Iusti, & Iniqui ad cap. 14. Isaiæ, aliqua adducit *pro puritate Matris Dei MARIÆ* quæ caput Draconis contrivit, &c. vide Indicem, lib. impress. Lugduni 1645. in folio.

ANDREAS Piscara Costalilus, Clericus Regularis Italus, in lib. Praxis ceremoniarum, seu sacrorum Romanæ Ecclesiæ rituum lib. 3. sect. 12. cap. 2. fo. 484. inquit: *Quomodò festum Conceptionis Beatæ Virginis in propria Ecclesia solemnitèr celebratur* cum octava, exceptis die quarta, & sexta, in quibus de sancti occurrentibus fit, & quòd lectiones secundi nocturni erunt prout in festis Beatæ Virgini dicatis. Homiliæ diebus 2. 3. 5. ac 7. desumuntur ex infra octava Nativitatis, & in die octava habentur propriæ & assignatæ in ipso octavario. Lib. impress. Neapoli 1625. in folio.

Item, *de festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* apud Clericos Regulares, in libro sacrarum ceremoniarum juxta Romanum Ritum, ex usu Clericorum Regularium, libro 3. folio 143. Impress. Neapoli anno 1613. in folio.

ANDREAS Ranconis Gallus, in 3. part. Theologiæ, continens Divini Verbi Incarnationem, in appendice de Beatissima Virgine, cap. 1. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* latè à fol. 168. vsque 272. impress. Parisijs 1618. in 8.

ANDREAS Rescendius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, disposuit, & ordinavit Breviarium Ebornense, in quo est Officium *Purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de quo vide Joann. Tamai. de Salazar, ad ann. 1560. fol. 293. Si Salazarius dicit istum Scriptorem fuisse pro pia sententia, ego solùm deduco non esse contra illam.

AN-

ANDREAS Romanus, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Carmina quædam pro subtilitate Scoti *in materia Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. à folio 130.

ANDREAS de Salaçar Ordinis S. Benedicti Procurator Generalis, in lib. Historia de S. Gregorio de Peñava, Obispo de Hostia, &c. cap. 19. à folio 131. *de Eremitorio Purissimæ Conceptionis del monte de Torralva*, & de modo fundationis à Joanne Merino Presbytero, &c. prope Virginem de Codes. Pampilonæ 1614. in 4.

ANDREAS Sanz de Ricamora, Hispanus, in libro: Aparecimiéto, y milagros de la Virg. del buen Suceso, que esta en la villa de Madrid, &c. cap. 11. folio 47. *de Imagine Conceptionis Virginis MARIÆ* ibi existente. Vide lib. impress. Matriti 1638. in 8. Licet iste non sit expressus, nescio qua de causa sit excludendus ab hac Militia universali.

ANDREAS Saussai Protonotarius Regius, Episcopus & Comes Tullensis, Sacri Imperij Princeps, Parisiensis, in Martyrolog. Gallicano ad diem 8. Decembris, *Conceptio Sanctissimæ Virginis* Deiparæ, quæ ab æterno electa à Deo, & prædestinata, ut filij sui unigeniti, quem mundo dedit Redemptorem, digna esset Genitrix; innumeris dotibus, & privilegijs supra omnes creaturas decorata, ne qua illi perfectio, dignitas, ac gloria deesset, *in ipsa sua generatione hac divinitus gratiâ præventa est, ut nullius esset labis affinis*; decebat enim, ut illa, è qua edendus esset Immaculatus Agnus, & omnes à peccati macula mundaturus, omni esset à sorde immunis, &c. In cujus Mysterij recordationem pariter, & venerationem, iam pridem inducta, servataque apud Græcos hodierna celebritas; sic inde per Occidentem diffusa est, ut primùm à Gallia inciperet, ex qua deinceps cæteras apud gentes propagata, Sedisque Apostolicæ auctoritate probata, iam ubique magna religione servatur. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1637. in folio.

Item, habet paratum librum sub hoc titulo: Series Chronologiæ rerum in Ecclesia Occidentali gestarum circa celebrationem festi, cultumque mysterij *immaculatæ Conceptionis Sacratissimæ Dei genitricis Deiparæ, ab ipsius festi institutione, ad hæc vsque tempora, &c.* Hunc libellum vidi & legi apud ipsum Manuscriptum in Ecclesia SS. Lupi & Ægidij, ubi multa adducit scitu dignissima circa principium & progressum istius festivitatis, & à quo nos aliqua extraximus pro nostro Nodo Indissolubili, ut videre est fol. 228. & erat scriptus in folio parvo.

Item, in lib. Panopliæ sacerdotalis, seu de venerando sacerdotum habitu, eorumque multiplici munere, & officio Ecclesiæ Dei, part. 2. lib. 1. fol. 403. ex varijs Liturgijs, seu Missis, vocat Virginẽ *MARIAM immaculatam, puram, gratiâ plenam, intemeratam*, &c. Lib. impress. Parisiis 1653. in fol.

ANDREAS Scotus, Societatis Jesu, in Catalogo Catholicorum S. Scripturæ Interpretum, folio 48. cap. 31. *de Conceptione Beatæ Virginis*, & de ejus laudibus, missis privatis Patrum locis, quosdam citat Auctores, qui ex professo de hac re disputarunt. Lib. impress. Coloniæ 1618. in 4. Iste quia doctissimus, quia modernus, & denique quia ex Societate Jesu, non debet excludi, licèt ipsum non computemus inter expressos.

ANDREAS Semple de Tovar, Doctor Hispanus super Psalmum Miserere mei Deus, &c. docet Virginem Mariam fuisse immunem, purissimam, ac Auroram, *quam non comprehenderant tenebræ peccati originalis*, vers. 6. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. 5. 2. fol. 111. Impress. Matriti 1654. in 4.

Item, in Sanctorali serm. 2. de Eucharistia, fol. 66. *Quòd MARIA fuit vas semper gratiâ plenum*, &c. Lib. impress. Matriti 1644. in 4.

ANDREAS de Soto, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de vita, & excellentijs sanctæ Annæ Matris Deiparæ, cap. 7. *de gaudio, quod recepit Sancta Anna in Conceptione filiæ suæ MARIÆ*, ubi latè de ejus præservatione, à fol. 101. vsque 123. Lib. impress. Bruxellis 1610. in 12. regali.

ANDREAS à Thomatio, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, in libro de Ave Maria explicata, & prædicata, concione 1. super verbum illud, Ave: *Quomodo Virgo MARIA fuerit sine omni vè culpæ, non solùm actualis, sed etiam originalis.* Hoc enim docet concione 10. Quomodò Deiparæ fuerit data plenitudo omnis gratiæ; & Concion. 12. Quomodò omnes gratiæ, quæ conceduntur omnibus creaturis, fuerint in Maria collocatę, & vnitę; Concion. 19. Quòd Maria multo tempore ante Nativitatem suam fuit à Deo benedicta; & Concion. 26. *Quòd MARIA Virgo fuerit Concepta absque peccato originali*; & part. 2 Concion. 11. *de Virginis præservatione ab originali peccato* latè: Concion. 20. de eadem Conceptione Virginis Deiparæ plura sparsim per totũ librum, agit enim de hoc Immaculato mysterio fere semper. Lib. impress. Januæ 1651. in 4.

ANDREAS de Toro, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Sermone de dulcissimo nomine Mariæ, folio 6. *quòd MARIA fuit filia gratiæ, & in qua fuerunt omnes virtutes, & gratiæ, &c.* Vide ibi Serm. impress. Toleti 1623. in 4. Iste saltem à consequentia miles est, nam si concedit Virgini Dei Matri omnes virtutes & gratias, igitur & primam originalem.

ANDREAS Valadier, Doctor Theologiæ, Regiusque Cõsiliarius, Abbas S. Arnoldi Gallus, in lib. Paralleles, & celebritez Partenienes pour toutes les festes de la glorieuse Mere de Dieu, sermons, &c. Sermo 1. de Prædestinatione æternali & de præeminentijs supernis gloriosæ Virginis Matris Dei super omnes creaturas pro *festo Conceptionis* à folio 2. usque 55. Impress. Parisijs 1626. in 8.

ANDREAS Vavrentinus Serranus, in scholijs ad Baptistam Mantuanum, Partenices Marianæ, lib. 1. fol. 21. *de Immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, agit latè, Lib. Impress. Lugduni 1516. in 8. & Antuerpiæ 1576.

ANDREAS Vega, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. de Justificatione, de sexto incommodo secuto ex peccato Adæ, *pro Immaculata Conceptione Virginis*, habet notulam pulchram lib. 2. cap. 6.

Item, in eodem, lib. 14. cap. 18. fol. 645. Quòd Beatissima Dei Mater *nec minimum quidem unquam admisit peccatum*, in quo etiam comprehenditur peccatum originale.

Item, ibidem: *Quòd Beatissima Virgo MARIA non contraxit peccatum originale*; Verisimum tamen est, eam indiguisse redemptione, & justificatione non minùs, immò magis, quàm si verè contraxisset peccatum originale. Extant hæc omnia in prædicto lib. Coloniæ impress. 1572. in folio.

Item, pollicetur specialem tractatum circa hoc, quòd *Virgo MARIA non contraxerit peccatum originale*, in lib. 2. cap. 6. fol. 20. sed si fuit manuscriptus; numquam tamen typis mandatus.

ANDREAS Verna Venetus, Ordinis Minorum in lib. Meditationi spirituali à Christo Signore nostro sopra il Salmo 6. di Davide, primo de i sette penitentiali: Domine ne in furore tuo arguas me, fol. 129. Quòd Christus Dominus per naturam fuit impeccabilis, *MARIA Virgo præservata ex gratia*, alij verò sanctificati, &c. vide alia ibi. Lib. impress. Trevigij 1600. in 4.

ANDREAS Victorellus Theolog. Bassanensis Italus, in libro: Gloriosæ Memoriæ Beatissimæ Virginis Matris Dei, Italicè scripto: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit sancta in sua Conceptione*, caput unum. Lib. impress. Romæ 1616. in 8.

Item, in lib. de Angelorum custodia, lib. 2. fol. 16. inquit: Silentio præteream, *Sanctissima Virgo Deipara, ab originali macula vindicata*, nullâ levioris culpæ notâ respersa, aureis virtutum omnium monilibus decorata, Angelorum omnium ordinum proprietatibus, Magni Alberti testimonio insignita, Angelis ipsis præstantior, custodem Angelum à Deo accepit, &c. Impress. Patavii 1605. in 4.

ANDRONICUS Constantinopolitanus, in Dialogo contra Judæos cap. 38. sic ait: Judaico quidem libro, in quem Oristiade incidi apud Judæos Eliam legis peritum cognomine, is in Virginem debacchatus sic habebat: Quid tantopere MARIAM excolunt Christiani Cherubinis augustiorem, Seraphinis sine comparatione digniorem, *solaribus radiis puriorem appellantes?* Siquidem fœmina est Davidicæ gentis, Anna matre, Joachimo parente nata, qui Pantheri fuit filius, Panther, & Melchi fratres filij Levi stirpis Mathan, cui David Pater ex tribu Juda, &c. Euseb. Nier. libro Dissert. epist. 15. folio 272. probat ex signatis verbis puritatem Virginis ab omni peccato, quia si solaribus radiis fuit purior, ergo semper, & undique pura.

Item, cap. 12. quòd Scala Jacob typus Beatæ Virginis fuerit, & reliqua Jacobi Patriarchæ gesta, inquit: *Et reducam te in terram hanc, id est, in antiquam Adami nobilitatem restituam*, &c. In libro, quem ex variis Auctoribus tum græcis, tùm latinis in lucem emisit Petrus Estevarius Leodius. Impress. Ingolstadij 1616. in 4. Non esset restituta MARIA ad antiquam Adami nobilitatem, si non habuisset innocentiam originalem: Sed quando iste antiquissimus Auctor non sit pro pia sententia, quomodò, vel ubi est pro contraria opinione? Non ergo est vera illa propositio: Omnes sustinuerunt MARIAM fuisse conceptam in peccato originali.

ANGELA Bohema, Vladislai Regis filia, habuit specialem revelationem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*, de qua vide Armamentar. nostrum in Regest. col. 591. Novaes, fol. 202. & Marrac. in Heroides Marian. fol. 17.

ANGELA Paula Antonia de Nigris, Mediolanensis, in vita ipsius à Joanne Baptista Fontana de Conti scripta, habet Epistolam pro *Conceptione Virginis MARIÆ* laboratam anno 1546. & extat à fol. 151. usque 161. in qua piam de *immaculata Virginis Conceptione* tuetur sententiam, & *ipsam absque originali peccato fuisse conceptam* latissimè declarat, lib. Italicè impress. Romæ 1576. in 8. Hæc etiam venerabilis Matrona vocatur ab aliquibus Angelica Paula, cujus opera fuerunt approbata in Concilio Tridentino, vide Lezanam, & Pistoiam, fol. 229.

ANGELUS Amman, Ordinis Minorum Bohemus, in descriptione Provinciæ Bohemiæ num. 23. affirmat, quòd in prædicta Provincia & Conventu Cadanensi in confinibus Bohemiæ versùs Misniam, sint duo altaria miraculosa, unum Sanctorum quatuordecim Auxiliatorum; *alterum Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* An hoc non est protestare piam sententiam?

Item, Ecclesiæ *titulo Conceptionis*, una Neopragæ ad S. Ambrosium, simul Collegium PP. Hybernorum; altera Conventus Olomucensis, &c. Habeo hanc relationem apud me manuscriptam.

ANGELUS le Blanc, Rupeculensis Sabaudus Carmelita, Provinciæ Provincialis, scripsit Sermonem *de Conceptione V. MARIÆ*, inter Sermones Adventuales, quos vidit prælo paratos Ludovicus Jacob à S. Carolo, ut testatur in Catalogo Auctorum, qui scripserunt de B. Virgine.

ANGELUS de Clavasio, Ordinis Minorum Italus, in summa dicta: Angelica, tom. 1, verbo Feriæ, agit *de festo immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de Indulgentijs, &c. à fol. 520. Lib. impress. Venetijs 1582. in 4. & alibi sæpe. Citatur etiam à quibusdam in epistola ad Fratrem Ludovicum de Verona, sed in illa epistola approbat opus, & laudibus extollit, sed nihil speciale dicit de immaculata Virginis Conceptione.

ANGELUS Cœlestinus, Ordinis Minorum Italus, in lib. Raggionamenti Theologi, & Scritturalli intorno aquel che de Maria Madre de Dio dal primo capo del suo Vangelio escrive S. Luca, &c. Et sunt discursus quinque de *Integritate, puritate, & immaculato principio*, & vita Deiparæ, præcipuè ad illud, Ave gratiâ plena, à fol. 147. usque 214. Lib. impress. Neapol. 1609. in 4. Quòd autem isti Sermones sint de immaculata Conceptione, ipsemet Auctor affirmat in libro. impress. Venetijs 1620. in 4.

Item, in tractat. super Magnificat à collatione 33. passim affirmat *Beatam virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali.* Lib impress. etiam Neapoli. 1609. in 4.

ANGELUS Faxius Sangrinus, in agro Mantuano Ordinis S. Benedicti Abbas, in lib. Carminum de pietate in Deum, lib. 2. sub hoc titulo: *De purissima Intemeratæ Virginis MARIÆ Conceptione* habet poëma Latinum, à fol. 157. Lib. impress. Venetijs 1570.

ANGELUS Ferinus de Frascata, Ordinis Minorum Italus, edidit: Amoroso inuito per consecrasi doppo la sanctissima comunione *à agnosta gran Regina della immaculata Conceptione de MARIA Vergine*, &c. impress. Velletri 1639. in charta expansa cum imagine immaculatæ Conceptionis.

ANGELUS Franciscus Tignosus, Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ Italus, in lib. Regio Diadema di duodici pietre pretiose, per espositione del Cantico, Salve Regina, &c. ad 3. lapidem Saphirum, & ad illud verbum: Vita, dulcedo: *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*, à fol. 46. usque 147. Lib. impress. Mediolani 1603. in octavo.

ANGELUS à S. Francisco, Custos Provinciæ Angliæ ac Lector Theologiæ, Ordinis Minorum Anglus, in lib. Certamen Seraphic. Provinciæ Angliæ; in vita, & passione P. Bullaker fol. 37. c. 4. vocat *Conceptionem B. Virginis immaculatam*, &c.

Item, in vita, & passione P. Francisci Bell. cap. 8. fol. 148. agit de profesto *immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Duaci 1649. in 4.

AN-

ANGELUS Gabriel, Poëta Italus, in libro: Maria Virgo figurata in veteri Testamento, Canto. 1. de parentibus, & nativitate Virginis Mariæ inter alia dicit:

Anna spicco dal' arrichito seno
Parto di gratia, è sanctità vi pieno.

Lib. impress. Venetiis 1628. in 12. reg. Iste quasi expressiùs videtur, & si non, excludatur.

ANGELUS Giardina, & Bancherus, Clericus Regularis Messanensis, in libro: Sacrum stagnum sententiarum, &c. fol. 449. verbo Maria, *de eius Conceptione absque peccato originali* latè. Lib. impress. Messanæ 1645. in fol.

ANGELUS Gozadinus, Italus, & Episcopus Castellanus & Hortanus, in Constitutionibus editis pro sua Diœcesi, ponit *diem Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ*. Lib. impress. Rociglioni 1627. in 4. Igitur istæ duæ Ecclesiæ Castellana, & Hortana, pro pia sententia militant.

ANGELUS Grillus, Monachus Cassinensis, Italus, in lib. Italicè inscripto: Pietosli affecti, folio 600. Quòd Maria Virgo fuit pupilla oculorum Dei, *& ut talis præservata à macula originali*, Poëma unum. Lib. impress. Venetiis 1629. in 8.

ANGELUS à Lantusca, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ reformatæ Romanæ, folio 36. facit mentionem de Monasteriis *Immaculatæ Conceptionis* Prenestrin. & Albani. Et folio 7. de Conventu Sancti Francisci de Ripa, inquit: *In Capella Immaculatæ Conceptionis* sub statua S. Didaci, in quodam parvo tabernaculo asservatur reliquia authentica, nempe de brachio ipsius S. Didaci, quod pluribus coruscat miraculis. Infra folio 9. *in Capella Immaculatæ Conceptionis* est nobile depositum Vener. Fr. Innocentij de Clusis laici Sieuli, magnæ sanctitatis viri &c. denique infra folio 47. nonnulla adsunt Altaria *Immaculatæ Conceptioni Deiparæ* dicata, nempe in Ecclesia S. Francisci Trans Tyberim, in Ecclesia Montriopuli. Extat relatio ista apud nos manuscripta in folio.

ANGELUS Manrique, Ordinis Cistercienſis, ac Episcopus Pacensis, in Annalibus Cistercienſium, tom. 1. ad annum 1136. cap. 4. de celebritate festi Conceptionis, & quòd S. Bernardus non negavit *præservationem Virginis à peccato originali*, eruditè per totum capitulum, à folio 301.

Item, quid significet Conceptio, & an *Sancta* dicenda? de Pari sensium Scholæ diffinitione: & quid omnes Cistercienses in hac materia senserint, caput alterum, quod est in ordine quintum.

Item, ad annum 1141. cap. 8. num. 13. fol. 415. de celebratione festi Conceptionis in Monasterio Sacrameniæ, ac decreto Bertrandi Scalæ Dei Abbatis, cujus clausula principalis est: Supplicationi vestræ humili, & devotioni speciali, quam de S. Ildephonso in cordibus vestris geritis, piè inclinati, vobis auctoritate Ordinis, & Paterna, tenore præsentium concedimus, ut cum duodecim lectionibus, & responsoriis, ejus festum anno quolibet solemniter celebretis: *de Conceptione autem Beatæ Mariæ consimile vobis concedimus festum celebrare*, sicut in sua Annuntiatione, &c. Datum an. Dom. 1330. die Sabbati ante festum S. Gregorij Papæ.

Item, tom. 2. ad annum 1171. cap. 6. de Controversia *immaculatæ Conceptionis* inter Gallos, & Cistercienses, scilicet Petrum Cellensem, & Nicolaum, &c. per integrum caput.

Item, tom. 3. ad an. 1175. cap. 6. qualiter à Cœnobio S. Clementis Toletan. prodierit Ordo, quem vocant *immaculatæ Conceptionis* Sanctimonialium, qui nunc sub B. Francisci regula militat, &c. Lib. impress. Lugduni 1649. in fol.

Item, ad Serenissimam Reginam Angelorum, in die *suæ purissimæ Conceptionis* discursum unum, in Sanctorali Cistercienſi, à fol. 1. usque 16. impress. Burgis 1620. & Vallisoleti 1613. in 4.

Item, *de purissima Conceptione Virginis*, pro Religione illustri instituta à Domina Beatrice de Silva, in Collegio Conceptionis Orphanorum Salmanticæ, discursum unum, seu appendicem.

Item, ad gloriosam memoriam Virginis Beatricis de Silva fundatricis Monialium *immaculatæ Conceptionis*, discursum unum in 2. part. Sermonum Sanctorum, impress. Barchinone 1623. in 4. & Salmanticæ 1620. à fol. 177.

Item, jussu Regis Hispaniarum Philippi IV. scripsit Apologiam *pro Deiparæ immunitate, ac innocentia originali* ad SS. Innocentium X. Pont. Max. & incipit: Mariam Virginem, in fol.

ANGELUS Maria Verricellius, Congregationis Clericorum Regularium Italus, in libro dicto: Quæstiones Morales, & Legales, dicato Virgini Mariæ in Parergon, seu Calculo gratiæ Virginalis, ad quam exprimendam, undecim milliones, & ampliùs numerabilium figurarum requiri demonstrantur, fol. 460. *Quòd Virgo MARIA à primo instanti Conceptionis, & Sanctificationis suæ, habuit actualem usum rationis, & quòd in eodem clarè vidit Deum*, & quòd gratia ipsi collocata in primo instanti Conceptionis superavit totam collectionem gratiæ omnium creaturarum, &c. Vide alia ibi, lib. impress. Venetijs 1653. in fol.

ANGELUS del Paz, Ordinis Minorum Hispanus, *de immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* latè disserit, sub hoc titulo: Dei filius natus est ex Virgine, cujus dignitas, & claritas Mariæ nomine declaratur, in expositione Symboli, lib. 5. art. 3. cap. 22. impress. Romæ 1596.

Item, eximit *Virginem à peccato originali* in cap. 38. in Lucam. Lib. impress. Romæ, 1628. in fol.

ANGELUS Piecus, Italus, Archiepiscopus Amalphitanus, in Decretis Synodalibus præcepit, ut observaretur *festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Amalphitana Ecclesia.

ANGELUS Pientini, Ordinis Prædicatorum Italus, in suo libro de Magnitudine Virginis in sua Sanctificatione, incipit sic: *Consideratio illius magnitudinis ipsius gloriosæ Virginis, ad quam fuit exaltata in sua sanctificatione, vel præservatione, aut verè Conceptione absque originali peccato, &c.* Florentiæ 1589. in 8. Est ne expressus Auctor iste pro contraria opinione, aut pro pia sententia?

ANGELUS Rocca, Tagastensis, Ordinis S. Augustini Epis. & Sacri Palatij Apost. Sacrista, exornauit, & de nouo typis mandauit Stellarium Coronæ Gloriosissimæ Virginis, Auctore Pelbarto à Themesuar Franciscano, aliàs Pomerio, vbi plura *de immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Venetijs 1586. in fol.

Item, quando inceperit celebrari *festum Conceptionis* in Dei Ecclesia, in sua Bibliotheca Scripturali impress. Romæ 1554. in 8. cum citat P. Monteforte in suo lib. de Septem columnis; citationem autem inuenire non potui.

Item, expurgavit, ac typis mandavit opus R. P. Antonij Andreæ, Franciscani, super quatuor libros

bros sent. ac per consequens in 3. dist. 3. & quæst. 1. *De Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, ut videre est in libro impress. Venetijs 1578. in folio, proposui quod vidi ac legi, sed si iste non est numerandus inter milites piæ sententiæ, quia etiam typis mandavit August. de Ancona, quem Adversarij citant pro sua opinione, transeat.

ANGELUS Spatafora, vel Angelius, Ordinis Minorum Messanensis, edidit librum de præservatione Virginis, sub hoc titulo: *Vnigenita gratiæ MARIA, innocentiæ candore ornata*, &c. Impress. Messanæ 1640. in fol. ex Marrac. in Biblioth. fol. 104. & in Catalogo Mariano.

ANGELUS Vulpes à Monte Pilosо, Ordinis Minorum Italus Neapolitanus, pro immaculata Virginis Conceptione, habet sequentia: Quòd primum peccatum Adæ, scilicet originale, à primo capite humanæ naturæ traductum fuit in posteros, *exceptâ tamen Deiparâ Virgine*, in tom. 2. part. 3. sed mendosè, nam est tom. 3. part. 2. disp. 141. art. 1. fol. 341. & quòd traductio peccati originalis fit per naturalem originem in omnes homines, *exceptâ Virgine* MARIA, *cuius mysterium immaculatæ Conceptionis* plenè declaratur, artic. unum, latissimè, & est in ordine 2. *Et quòd Virgo MARIA per confirmationem præservata fuit ab omni labe*, ibidem art. 3. in Summa Sacræ Theologiæ secundùm Doctorem Subtilem Scotum, impress. Neapoli 1635. in fol. Et in primo tom. part. 4. *Quòd illud gratiâ plena dictum Virgini MARIÆ, includit iustitiam originalem*, disp. 3. artic. ult. fol. 43. ubi latè excipit Virginem à lege communi. Et quòd Virgo MARIA statim post Christum prædestinata fuit ad maternitatem, gratiam, & gloriam, deinde prævisus lapsus totius generis humani, &c. ibidem disp. 5. artic. 3. fol. 70. Lib. impress. Neapoli 1642. in fol. Et in tom. 3. part 4. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, disput. integram, quæ est in ordine 72. divisam in sequentes articulos. 1. An MARIA fuerit naturaliter concepta in instanti? 2. An concubitus Parentum MARIÆ ad eam concipiendam fuerit sine ulla concupiscentia? 3. Cur MARIA Virgo non fuerit ex alia Virgine generata? 4. Quomodò MARIA fuerit concepta sine peccato originali ex communi ferè sententia? 5. An MARIA fuerit veluti filia naturalis Adæ in statu perfecto iustitiæ originalis concepta, ut hanc in eo non amiserit? 6. An potiùs tanquam Mater Dei independenter omninò ab Adamo fuerit concepta MARIA in plenitudine originalis innocentiæ, ut in eo nec potuerit debitum peccandi contrahere? 7. An fuerit aliquando de fide MARIAM fuisse conceptam, aut sub originali culpa, aut sub plenitudine originalis innocentiæ? 8. An saltem nunc sit ab Ecclesia diffiniendum MARIAM sine originali culpa conceptam? 9. An fomes peccati in MARIA fuerit totaliter extinctus à primo suæ Conceptionis instanti? 10. An MARIA in primo instanti suæ Conceptionis naturaliter habuerit perfectum vsum rationis? 11. An MARIA in primo instanti suæ Conceptionis aliquid sibi à Deo meruerit. Quæ omnia reperies à fol. 293. vsq; ad 328. Lib. impr. Neapoli 1646. in fol. & tom. 3. p. 2. sive meliùs tom. 2. p. 3. dicatus Intemeratæ, Illibatæ, Immaculatæ, Virginum Virgini MARIÆ: Quòd iustificatio incipiens à simplici negatione in genere naturæ, & moris fuit in primis parentibus, in Virgine Christi parente, & in eiusdem Christi humanitate. Et ad marginem habet: Justificatio Virginis fuit non à culpa contracta, disp. 35. art. 2. fol 131. Et quòd maxima fuit in Deo misericordia, Virginem Christi Matrem à miseria culpæ originalis præservare, disp. 63. art. 1. fol. 419. Et quòd Conceptio Virginis immaculata, fuit figurativè in Esther; atque plenitudo gratiæ in MARIA continet statum innocentiæ, ibid. disp. 32. art. 2. fol. 81. Lib. impress. Neapoli 1640. in fol.

ANNA de Austria, Monialis apud Huelgas Burgen. Ordinis S. Bernardi: scripsit *pro defensione mysterij immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Epistolam vnam, quæ extat impress., Hispali 1616. in 4. fol. 81.

ANNA Catharina Gonzaga de Austria, Mantuæ Ducis filia, singulari devotione *in mysterium Immaculatæ Conceptionis* fuit propensa: quo modo, vide apud Hippolyt. Marracc. in Heroides. Marian. à folio 18.

ANNA Francisca Perez, fœmina Hispana, scripsit Hieroglyphicum circa *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*, & est apud Sanct. Zapata libro de Concep. folio 147. in ista & aliis piis fœminis sequentibus adimpletur illud S. Augustini dictum contra Julianum, lib. 2. cap. 10. vide libellum Hispanicè scriptum, Soplos contra los Atomos fol. 261.

ANNA de Jesus Sanctimonialis, ac Abbatissa Monasterij Incarnationis Granatensis, in vita venerabilis Elisabethæ de Avalos, sive de la Cruz, & aliarum Monialium, fol. 41. agit de Sorore Catharina de la Fuente Moniali Conceptionis Granatensis.

Item, fol. 100. agit de Moniali MARIA de la Concepcion, ac de ejus mirabili vita & conversione, latè vsque ad fol. 119. vbi sæpè vocat *Conceptionem Virginis MARIÆ puram & immaculatam*, &c. Lib. impress. Granatæ 1629. in 8.

ANNA Julia Garagoza, Baronissa, & Domina Sanarini, in oppido de Ragabulti Catanensis Diœcesis, fundavit *Monasterium Immaculatæ Conceptionis*, ut constat ex Bulla Urbani VIII. expedita anno 7. sui Pontificat. Ex nostro Indiculo par. 2. fol. 333. & Marrac. in Herod. Mar. fol. 39.

ANNA de Luna, fœmina Hispana scripsit Hieroglyphicum, ad illud: Quasi Stella matutina, *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, extat apud Zapatam, lib. de Concept. fol. 143.

ANNA de Robles, Monialis Sanctæ Elisabeth, Baecensis Civitatis, scripsit cantionem *pro Immaculata puritate Virginis Dei Matris MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 291.

ANNA de la Serna, Orgacensis, tertij Ordinis S. P. N. Francisci, Hispana, quæ diem clausit extremum 27. Septembris anno 1629. revelationem accepit: *Quòd Deipara Virgo MARIA absq; originali labe fuit concepta*, &c. Vide de hac Ludovicum Vellugam in vita Virginis MARIÆ, folio 178.

ANNA Zapata, fœmina Hispana, scripsit Glossam *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, & extat in libro Sanctij Zapata de Conceptione, folio 141.

ANNELLUS vel Agnellus S. Viti, Laicus Neapolitanus, in actis Synodalibus ab ipso conscriptis, & approbatis à Mario Carrafa Archiepiscopo Neapolitano, & Alphonso Carrafa S. R. E. Cardinali, & ejusdem Ecclesiæ, Archiepiscopo sanctæ Severinæ, hæc habet: *Ad recolendum diem præexcellentissimæ, & immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis*

Virginis MARIÆ Deiparæ, omnes vnanimi voto, atque consilio solemnem pro more ducendum, atque custodiendum esse senserunt, nemine, nisi uno eodem D. Stephano Masso discrepante, cui in faciem omnes restiterunt. Quare DD. Cardinalibus, Theologis, & Jurisperitis coram se adductis, eorum vota super his, & alijs diebus, quos vniversalis Ecclesia non præcepit, exploravit; & omnes in eandem sententiam venerunt. Lib. impress. Neapoli 1568. fol. 59. in 4.

ANONYMI Scriptores, id est, Libri sine Auctoris nomine editi (quia illorum Auctores, vel humilitatis causâ, vel propter aliam rationem noluerunt suum propalare nomen, imò aliquando neq; religionem necstatum) tam antiqui quàm moderni qui ut in plurimum clarè & expresè, sive aliquando insinuativè, & ex consequentia scripserunt, *Virginem Dei Matrem fuisse conceptam sine originali peccato, aut semper extitisse puram, sanctam, Immaculatam, ab omni peccato & macula liberam, &c.* in magno numero inveniuntur; & licèt isti ab aliquibus Nomenclatoribus, & construentibus Bibliothecas Auctorum collocentur sub littera A. & dictione ista Anonymus, sed quia littera ista crevit multùm, & communiter in concionibus & scriptis isti incogniti Auctores citantur sub nomine, Quidam Auctor antiquus, vel modernus in tali loco, &c. ideo omnes istos remittimus ad litteram Q. ne sic intacta pertranseat, & in sua acie habeat omnes istos quasi laruatos Anonymos, atq; incognitos Milites.

ANSELMUS Cantuariensis Archiepiscopus, ac Sanctus, Ordinis Sancti Benedicti, in luculentissima in omnes Sancti Pauli Apostoli Epistolas enarratione, in Epistol. 2. ad Corinthios cap. 5. ad illa verba. Ergo omnes mortui sunt fol. 171. inquit: *Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dempta Matre Dei, sive originalibus, sive voluntate additis: vel ignorando, vel sciendo, quòd justum est, &c.* Lib. Impress. Venetijs 1547. in 4. Et Parisiis 1549. fol. 114. colum. 1. lit. c. Et 1534. in fol.

Item, in lib. de Conceptu Virginali cap. 18. inquit: Quamvis ergo de mundissima Virgine Filius Dei verissimè conceptus sit, non tamen hoc ea necessitate factum est, quasi de peccatrice parente justa proles rationabiliter generari per hujusmodi propagationem nequiret: sed quia decebat, ut illius hominis *Conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret*, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam se ipsum diligebat, &c. Qualiter autem Virgo eadem per fidem ante ipsam Conceptionem mundata sit, dixi, vbi aliam rationem de hoc ipso, unde hîc reddidi, &c. Lib. Impress. Lugduni 1630. in fol. Et Parisijs 1549. in fol. Et Coloniæ 1612. Et in nostra Biblioth. tom. 2. à folio 363. & alibi. De auctoritate signata omnes Scriptores pro mysterio Conceptionis agunt, & illam explicant, nihilque nunc occurrit dicendum; solùm nota, vltima Anselmi verba, scilicet, quòd ante Conceptionem Verbi Maria mundata sit, cùm tamen tunc nihil sacratissima Virgo Maria habuerit, quod non fuerit purissimum, & mundissimum. Non ergo ex hoc termino mundare, colligitur necessariò aliquando fuisse maculatam; hoc dixi propter adversarios, qui ex hoc verbo mundare totum suum fundamentum desumunt, ad constituendam originalem maculam in Virgine.

Item, scripsit Anselmus Epistolas duas ad Coëpiscopos Angliæ, de Conceptione Beatæ Virginis, quarum prima incipit: *Conceptio venerandæ Dei Genitricis, &c.* secunda autem licèt incipiat eodem modo, habet tamen aliqua superaddita, de quibus nihil hîc dicimus, quia jam in nostro Armamentario à col. 1. ad litteram fuerunt positæ.

Item, scripsit officium primitivum *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Et extat in eodem Armamentario col. 3. & in nostra Bibliotheca Virginali tomo 2.

Item, scripsit librum *de eadem Conceptione Beatæ MARIÆ*, de quo loquitur Joannes Baccon in 4. dist. 2. quæst. 3. art. 3. & Franciscus Martini Carmelita pluries in libro de Conceptione. Hæc omnia invenies apud R. P. Franciscum Bibarium in suo Anselmo vendicato à fol. 353. & in nostro Armamentario in Regest. à col. 1. usque 20. in nostra Bibliotheca Virginali tomo 2. à fol. 384. & 790.

Item, in Oratione ad Beatam Virginem cum meditatione, & laude meritorum ejusdem, inquit: *Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit, ita tu, ô decus puritatis, per Filium tuum miseros homines ex peccato salvabis, &c.* Est hæc oratio in lib. Richar. à S. Laurentio col. 1088. Libr. impress. Duaci 1625. in 4. Regali. Sed nota Lector, quòd supra posita oratio non videtur aptè dispositа, secundùm Grammaticam, & si hanc velis corrigere legendo *salvasti*, videtur deviare à Fide Catholica; quare existimo aliquod prætermissum fuisse verbum, & sic erat complenda oratio: Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit, ita tu, ô decus puritatis, fuisti servata per Filium tuum, qui miseros homines ex peccato salvavit: quia Virgo Maria fuit servata, vel præservata per Christum, sicuti Angeli; alii verò homines salvati ex peccato contracto.

ANSELMUS Casimirus, Archiepiscopus Moguntinus, Sacri Romani Imperij Princeps Elector, Germanus, *scripsit pro decisione controversiæ illibatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis* epistolam vnam. Ex Hippolyto Marrac. in Biblioth. & in Catal. ad ann. 1625. & in Antist. Marian. fol. 576.

ANTIOCHUS Brondus Sardus, Calaritanus, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Hispanus, in libro de Arcanis Sacræ utriusque Theologiæ, Scholasticæ, & Positivæ, Disputationes sumptæ, & formatæ ex sensu, & interpretatione selectiorum Apocalyp. locorum, c. 3. fol. 686. inquit: Hinc ipsa de seipsa dicit illud Prouerb. 6. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; ubi in mystico abyssus sumitur pro peccato, iuxta illud, abyssus abyssum invocat, & sic est sensus: Nondum erant peccata patrata, & ego iam concepta eram pro peccatorum medicina: *peccatum namque Adæ, quid erat nisi abyssus? Item, peccatum Sodomorum, & Gomorrhæorum, quid erat nisi abyssus? & tandem cætera mundi peccata nihil aliud reputantur, quàm profundissimæ abyssi. Igitur nondum erat hujusmodi abyssus (ait Virgo gloriosa) & ego concepta eram in mente divina pro peccatorum medicina.* Quoniam Virgo gloriosa ab æterno electa fuit in Matrem filij Dei, &c. Lib. impress. Romæ 1614. in fol.

Item, in lib. Historia y milagros de nuestra Señora de Buenayre de la ciudad de Caller en la Isla de Cerdeña, &c. cap. 11. fol. 156. inquit: Pero en ninguna de todas ellas reposô Dios perfectamente, sino fue en Maria sacratissima, porque

en todas las mugeres siempre hallò algun genero de pecado, ô mortal, ô venial, ô original, *pero en MARIA sacratissima, ni aun hallò rastro de pecado, ni mortal, ni venial, ni original*, y assi hallandola tan limpia y pura, segun de ella estava escrito en estas palabras: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, reposò en ella Dios perfectamente, &c. Impress. Calari 1595. in 8. vide alia ibidem.

ANTIOCHUS Monachus, Homil. 21. dicit: quòd *Virgo MARIA nulli fuit obnoxia vitio, nulli obnoxia reatui, &c.* Vide Eusebium Nieremb. libro Except. cap. 13. fol. 121.

ANTIOCHUS Ptolemaidis Episcopus, in Pascha adversus Judæos, & in festo Nativitatis, dicit: Christum esse lucernam ex MARIA, *quia assumptus ex terra, & ex puro luto fictus est, &c.* Quæ verba pro puritate Virginis explicat Joannes Eusseb. lib. Except. cap. 13. fol. 250.

ANTIPATER Bostrensis Episcopus, natione Græcus, in oratione de S. Joanne Baptista, & de silentio Zachariæ, & de salutatione sanctissimæ Deiparæ, inquit: Ei autem dixit Angelus. *Ne timeas MARIA, invenisti enim gratiam, quam perdidit quæ primum fuit creata fœmina.* Illa sola suscepit deceptionem, tu autem sola attulisti solutionem deceptionis, &c. Extat hæc Homil. apud Surium tomo 3. fol. 908. & in nostra Bibliotheca tom. 2. fol. 441. Certum est, quòd gratia primò perdita ab Eva fuit originalis gratia; igitur si hanc invenit MARIA, illam invenit in primo suæ animationis instanti: tunc enim cœpit primùm creari, & esse fœmina. Alia hujus Auctoris citantur verba pro immaculata Conceptione, quæ videri possunt apud Eusseb. Nieremb. libro Except. cap. 13. fol. 147.

ANTOLINUS Perez, Ordinis S. Basilij Hispanus, in libro: Assumptos predicables en las festividades de nuestra Señora, *de immaculata Virginis Conceptione*, sermonem adducit à fol. 1. usque 45. Lib. impress. Matriti 1646. in 4.

ANTONIA de Mendoza, fœmina Hispana, scripsit Carmina *pro Immaculata Deiparæ Conceptione*; & extant impress. apud Sanct. Zapata, in certamine folio 152.

ANTONIA de los Rios, Monialis Sanctæ Crucis Cerduben. Hispana, scripsit Cantionem *de Immaculato Conceptu Dei Matris MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 271.

ANTONINUS Diana, Clericus Regularis Panormitanus, in octava part. Resolutionum Moralium, Tract. 7. Miscellaneo, resolutione 58. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, fol 40. Lib. impress. Lugduni 1647. in fol. & alibi.

ANTONIUS de Alvarado, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in libro: Arte de bien vivir, y guia de los caminos del Cielo, lib. 1. cap. 16. fol. 160. dicit: Quòd Virgo MARIA fuit libera à corruptione peccati: & infra: Dios te salue MARIA, verdadero velloçino de Gedeon, *en el qual solamente cayò el rocio de la divina gracia tan abundante, que te libro de todo pecado*, que dando todos los demas por lo menos, con el pecado original manchados, y secos, &c. Vide etiam infra fol. 162. Lib. impress. Hiracii 1608. in 4.

Item, in lib. Ramillete de flores, y excelencias de la Virgen N. Señora, y guia de los esclavos de su penoso destierro, cap. 2. fol. 118. inquit: *El segundo fue preservada de la culpa original, en que avia de caer por ser hija de Adan*, &c. y este concediò Dios a su Madre, à quien redimiò, preservandola de la culpa en que avia de caer, &c. Lib. impress. Pampilonæ 1617. in regali.

Item, in lib. Guia de los devotos, y esclavos de el SS. Sacramento, y de la Virgen desterrada, à fol 240. in explicatione salutationis Angelicæ, *de eius eminenti puritate, & gratia, & quomodo est rosa absque spina*, latè. Impress. Barchinonæ 1623. in 12. regali.

ANTONIUS Alvarez, Ordinis Minorum Hispanus, in 1. part. Silvæ spiritualis, habet considerationes undecim *pro die limpidissimæ, & immaculatæ Conceptionis Matris Dei*, iuxta S. Evangelium D. Matthæi, Impress. Salmanticæ 1591. & 1594. in 4. & Valentiæ 1592. à fol. 124. vsque 162.

ANTONIUS Amador, Ordinis Minorum Hispanus, actum sacramentalem edidit sub hoc titulo: El valle de lagrimas convertido en ritas por la Aurora MARIA, *libre de toda sombra en el Oriente claro de su Concepcion purissima*. Impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à fol. 92.

Item, scripsit sermonem *pro Conceptione immaculatæ Virginis MARIÆ, &c.* Impress. in eodem libro à folio 349.

ANTONIUS Andreas, Ordinis Minorum Hispanus, in 3. sent. dist. 3. *Vtrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato?* respondit: Quòd potuit Deus infundere gratiam animæ Beatæ Virginis in primo instanti suæ creationis æqualem, vel majorem eâ, quàm infundit in baptismo, quo facto, nunquam fuisset actualiter debitrix originalis justitiæ, *& per consequens nunquam fuisset cum originali culpa*, & quòd absurdum videtur, ex eo quòd fuit possibile aliter esse, quòd futura Mater Dei in aliquo instanti fuerit actu Deo odiosa, & Dei inimica, & digna damnatione, ita quòd si tunc fuisset mortua, fuisset damnata, &c. latè in lib. impress. Venetiis 1578. in fol.

ANTONIUS Angelicus Siculus, Italus, edidit ad SS.D.D. Innocentium X. Summum Pontif. *desolatæ Confraternitatis Sanctissimi Stellarij Beatæ MARIÆ Virginis* supplicationem pro illius instauratione, impress. Panormi 1648. in 4. *Est tota de Immaculata Virginis Conceptione.* Vide eam.

ANTONIUS Angelorum, Lusitanus, edidit triumphum glorioſæ Virginis MARIÆ, *in quo de Immaculata Deiparæ Conceptione* latè agit. Ita Hippolyt. Marrac. in Cat. ad ann. 1610. Quis autem fuerit Auctor iste, determinatè invenire non potui.

ANTONIUS de Aranda, Ordinis Minorum Hispanus, in veridica informatione Terræ Sanctæ, &c. cap. 23. folio 153. inquit: Debaxo de esta Iglesia visitamos una Capilla soterranea, donde comunmente se dice que naciò nuestra Señora, y debaxo de este titulo se visita de nosotros, y de todos los peregrinos, *aunque yo para mi tengo, que fue allì concebida, y no nacida*, porque conforma mas con las historias de los Santos que de esto hablan, &c. Lib. impress. Compluti 1563. in 8.

Item, in lib. dicto: Loores de la Virgen nuestra Señora, Madre de nuestro Redemptor Jesus, sobre la exposicion de las siete palabras que esta Virgen hablò, &c. cap. 2. folio 7. *Quòd Virgo MARIA fuit libera, & exempta ab omni culpa, tam actuali, quàm originali, &c.* citant etiam cap. 23. Lib. impress. Compluti 1552. in 4. cum imagine immaculatæ Conceptionis.

ANTO-

ANTONIUS Ares, Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula Hiſpanus, in libr. del Illuſtre origen, y grandes excelencias de la myſterioſa Imagen de nueſtra Señora de la Soledad, &c. art. 6. tit. 7. à fol. 98. uſque 190. latè *agit de myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide ibi, Lib. impreſſ. Matriti 1630. in 8.

ANTONIUS de Azevedo, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, in Elencho commentariorum in Pentateuchum Hieronymi ab Oleaſtro, Ordinis Prædicatorum, *adducit indicem, ſeu remiſſionem pro concione de Conceptione ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impreſſ. Barchinone 1588. in 8.

Item, in Catechiſmo myſteriorum Fidei, ac Symboli expoſitione cap. 5. §. 2. de Virtutibus Virginis Mariæ Dominæ noſtræ: *Quòd Virgo MARIA fuit præſervata à peccato originali*, per totum à fol. 117. uſque 119. Lib. impreſſ. Barchinone 1589. in 4.

ANTONIUS de Balinghen, Societatis Jesu Belga, in lib. dicto: Scriptura ſacra in locos communes, titulo: Maria Virgo Deipara, cap. 2. de ejus Conceptione, Nativitate, & pulchritudine: *Quòd B. Virgo MARIA Concepta fuit ſine peccato originis*, latè per totum, ex illo Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea; & Cantic. 2. Sicut lilium inter ſpinas; & Geneſis 3. Inimicitias ponam; & Job 3. Expectet lucem, & non videat; & Apocalyp. 12. Luna ſub pedibus ejus; ac tandem Lucæ 1. Ave gratiâ plena; & inveniſti gratiam. Vide ibi fol. 544. Libr. impreſſ. Duaci 1621. in fol.

Item, in Ephemeri, ſeu Kalendario SS. Virginis Dei Mariæ, fol. 607. die 8. Decembris, *feſtum Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, uſq; 677. Lib. impreſſ. Duaci 1629. & 1633. in 8.

Item, in libro: Parnaſſus Marianus, ſeu flos Hymnorum, & Rhytmorum de SS. Virgine Maria, tum ex priſcis Miſſalibus, tum Breviariis, &c. à fol. 4. uſque 48. *De Conceptione B. Virginis MARIÆ*, adducit Hymnos, & Officia cum notis. Vide ibi lib. impr. Duaci 1624. in 12.

ANTONIUS Barberinus S. R. E. Cardinalis tituli S. Onufrij, Ordinis Minorum, Epiſcopus Senogalienſis, in Diœceſana Synodo habita in Cathedrali Eccleſia S. Paulini in ipſo die feſto ejuſdem Sancti, 4. nonas Maij, anni 1627. hæc præcepit in inſtructione Prædicatorum: *Abſtineat à quæſtionibus ſubtilioribus, & inutilibus, ac ſigillatim à diſputatione de Beatiſſimæ Virginis Conceptione refellendo alteram partem, ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrenda, juxta Bullam Pij Papæ V.* Caveat ſimiliter à diſputatione de auxilijs, donec controverſia ab Apoſtolica Sede terminetur; ut videre eſt fol. 171. Lib. impreſſ. Romæ 1627. in 4.

Item, templum Fratrum Capuccinorum in urbe immaculatæ Conceptioni Virgini Mariæ Sacrum, à fundamentis erexit, ex quo extant, & vidi ſæpiùs in eodem Conventu inſcriptiones, & in porticu Eccleſiæ *eſt etiam imago Immaculatæ Conceptionis*. Vide Purp. Marian. fol. 30.

ANTONIUS Barberinus S. R. E. Camerarius Card. tituli S. Agathæ, nepos præcedentis, anno 1640. die 6. Iulij dedit quoddam reſcriptum, cujus initium eſt: Cùm nuper veneranda Archiconfraternitas *Immaculatæ Conceptionis* in Eccleſia S. Laurentij in Damaſo, &c. ſubſcriptio verò eſt die octava Januarij.

ANTONIUS Beatillus de Bari, Societatis Jesu Italus, in hiſtoria Vitæ, miraculorum, ac tranſlationis S. Nicolai Epiſcopi Myræ, lib. 5. cap. 19. fol. 237. *De modo, quo S. Epiſcopus Nicolaus apparuit Abbati Elpino, vel Helſino, & præcepit illi celebrare feſtum Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ, &c.* Lib. impreſſ. Neapoli 1645. in 4. & 1633. etiam in 4. fol. 288. citat Jacobum de Voragine, Petrum de Natalibus, Ribadeneiram, Arnoldum Wion, & Ferreolum, lib. 6. cap. 1.

ANTONIUS de Benavides & Bazan, Canonicus Toletanus, recepit votum emiſſum à Congregatione Pueri amiſſi, ſuccurſûs, & refugii, *pro myſterio Immaculatæ Conceptionis*, ut conſtat ex ejus voto facto die 12. Januarii 1653. Impreſſ. in folio eodem anno.

ANTONIUS de Bercellis, Ordinis Minorum, ſuſtinuit ſententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Daza fol. 50. ex Bernard. de Buſtis, ſerm. 8, à quibus iſta deſumpta eſt notitia, nam in Auctore nihil inveni.

ANTONIUS à Berghen, Prior Viridis Vallis, in opere locorum communium tomo 4. verbo Maria: *Quòd nunquam per aliquod peccatum à Deo fuerit diviſa*. Extat manuſcript. in fol. in Rubra Valle propè Bruxellas, cum aliis.

ANTONIUS Bernaldo de Quiros, Primarius Theologiæ Profeſſor, & Supremi Conſilii ſanctæ Inquiſitionis Qualificator, Hiſpanus, defendit *B. Virginem immunem ab omni labe à primo ſuæ Conceptionis inſtanti, non ſolùm quoad animam per infuſionem gratiæ habitualis*; ſed etiam quoad corpus per infuſionem qualitatis, quæ eſſet fomes virtutis, uti in nobis ob peccatum originale viget fomes peccati, & in noſtro mortali corpore regnat. Ita Salmanticæ pro Univerſitate publicas Theſes defendit typis datas anno 1636.

Item, Valliſoleti anno 1647. præfuit publicis Concluſionibus ibidem impreſſis de *Immunitate Beatiſſimæ Virginis ab originali peccato in ipſo primo Conceptionis inſtanti*. Vide ibi latè.

ANTONIUS de Bittonto de Mantellica, Ordinis Minorum Italus, in expoſitione Evangeliorum totius anni, in Sermone Aſcenſionis, ſic inquit: Nam quamvis ſacra Scriptura mentionem non faciat de Sanctificatione B. Virginis ex utero, ſicut nec etiam mentionem facit de ejus Nativitate; rationabiliter tamen B. Auguſtinus argumentatur, in Sermone de Aſſumptione ejus, ſic dicens: Rationabiliter creditur, quòd illa, quæ genuit Unigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis, majora privilegia gratiæ acceperit; unde Angelus illi dixit: Ave gratiâ plena, Luc. 1. Invenimus autem quibuſdam aliis hoc privilegium eſſe conceſſum, ut in utero ſanctificarentur, ſicut eſt Hieremias, cui dictum eſt: Antequam exires de vulva, ſanctificavi te, Herem. 1. & Joannes Baptiſta, de quo dicitur: Etenim manus Domini erat cum illo, Luc. 1. Rationabiliter ergo creditur, *quòd & ipſa Virgo, antequam ex utero naſceretur, præſervata fuerit à peccato originali, & numquam peccavit mortale aliquid committendo, vel veniale*; & ſemel, & iterum ipſam à peccato originali fuiſſe præſervatam aſſerit, & affirmat in Poſtilla, ſeu expoſitione myſtica Evangeliorum Dominicalium, fol. 33. Impreſſ. Bergomi 1496. in 8. regali.

Item, *in feſto Conceptionis glorioſæ Virginis MARIÆ*, Poſtillam, ſeu ſermonem ſuper Epiſtolam, ſeu caput octavum Proverbiorum, à fol. 168.

Item, *de eadem Conceptione*, quæſtionem unam in eiſdem

Postillis. Lib. impress. Lugduni 1569. & 1541. in 4. regali.

Item, *in Conceptione B. MARIÆ Virginis*, Sermonem, seu Postillam super Evangelium: Liber generationis JESU CHRISTI, qui extat in eodem libro, impress. Lugduni. 1569 fol. 286. Qui quidem Sermo prætermissus fuit in mea Bibliot. Virginali, sicut etiam Purificationis, & Assumptionis: extat etiam in impressione facta Lugduni 1541. fol. 203. Vide etiam nostram Biblioth. tom. 3. fol. 536. & 591.

In Biblioth. omnium SS. Florentiæ: extat Antonij Bitontini Quadragesimale, quod incipit: Castigo corpus meum, &c. quia hodie Sancta Mater Ecclesia; est Quadragesimale latinum de peccatis, & ad finem habet Sermonem *de Immaculata Conceptione*, M. S.

ANTONIUS Bohordus, Ordinis Minorum, in Regno Hispaniæ, & Provincia Immaculatæ Conceptionis, sustinuit Conclusiones sub R. P. Ioanne de Villamar, *pro immunitate Virginis ab originali peccato*, & in alijs assertionibus de hac materia, quæ videri possunt apud R.P. Ioannem Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 3. num. 7. fol. 292. Vide etiam verb. Ioannem de Villamar.

ANTONIUS Bonittus à Cucharo, Ordinis Minorum Italus, & Episcopus Acernensis, scripsit opus insigne sub hoc titulo: *Elucidarium de Conceptione incontaminata Virg. gloriosæ*, Neapoli 1507. in 4.

ANTONIUS Bonromeus, Artium & Juris utriusque Doctor, Comes, & Eques, edidit *Clypeum Virginis pro immaculata V. Conceptione*, cujus exordium incipit: Non hic est cœlo clypeus, quem sumpsit ab alto. Opus verò: Etsi Patres humana pietas nos moveat, &c. Impress. Venetijs ex officina Petri Liechtenstein 1508. in 4.

ANTONIUS Bonvicinus de Pescia, Clericus Regularis S. Pauli, Italus, in libro dicto: Giardino di delitiè dell' eterno Dio, MARIA sempre Vergine, dalle potentissime mani del supremo Artefice piantato, maffiato da gli inesausti influsi dello Spiritu Sancto è germogliante l' eterno Verbo di mortal carne vestito, doue con simplici è devoti discorsi si vagheggianno *l'interne, & eterne belleze della felicissima Imperatrice del Paradisso, MARIA Vergine, &c.* Ex quo titulo colliges multa esse in hoc libro pro immunitate Virginis MARIÆ. Lib. impress. Bononiæ 1645. in 4.

ANTONIUS Broickwy à Konigstein, Ordinis Minorum Novimagen. in enarrationibus super Evangelia, part. 1. art. 3. *Quòd MARIÆ tota se plenitudo gratiæ infudit, ac per hoc quidquid maledictionis insusum fuit per Evam, totum abstulit benedictio MARIÆ.* Lib. impress. Venetiis 1548. in 4.

Item, in lib. super quatuor Evangelia *pro Conceptione B. Virginis MARIÆ*, indicem concionatorium. Impress. Parisiis 1554. in 8.

Item, in Concordantiis brevioribus omnium ferè materiarum, ex sacris Bibliorum libris, *in Conceptione B. Virginis MARIÆ*, indicem concionatorium. Lib. impress. Parisiis 1549. in 8.

Item, in libro dicto: Breve Evangeliorum Monotassaron fol. 566. adducit pro Conceptione B. MARIÆ illud Romanorum 5. Sicut per unius delictum, &c. et Evangelium ejusdem diei. Lib. impress. Coloniæ 1542. in 8.

Item, in Postillis, sive enarrationibus in Epistolarum, & Evangeliorum Lectiones, parte Hyemali, in festo Visitationis MARIÆ, ait ad illud: Benedicta tu inter mulieres, etiam benedictas: verè inter omnes etiam laudatas mulieres benedicta, *quia immunis à maledictionibus, quæ super mulieres sententiantur, &c.* Et infra, ad illud: Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes, inquit: Videamus ergo, ne excludamur à generationibus, & generationibus quidem Dei, *quæ sola veræ sunt, dicendo eam in aliquo maledictam*, quin potiùs solam beatitudinem ejus cogitemus, quam Deus sic implevit gratiâ, sic supra mulieres benedictam reddidit, sic respexit, ut voluerit ab omnibus dici beatam, quòd si ab omnibus, ergo à nullo maledictam, &c.

Item, in festo Assumptionis Virginis MARIÆ, sic dicit: Ipsa Virgo Castellum, quod JESUS intravit, in quo tabernaculum posuit, carnem assumens contra diabolum pugnaturus: *Nihil enim unquam juris diabolus in hoc habuit Castello, &c.* Nam fomes radicatur in carne, & ascendit usq; ad mentem &c. In prima autem sanctificatione Virginis collata est ei tanta gratia perfectionis, ut redundaret in ejus sensualitatem in tanta abundantia, ut fomitem adeò reprimeret, quòd nullum effectum ad incitandum ad malum haberet. In secunda, in qua Spiritus Sanctus non tantùm descendit in mentem, sed etiam in carnem, cùm de carne operatus est, de ea mirabiliter carnem sine macula fabricando, reliquam ipsius carnem reddens immaculatam, extirpando in ea fomitem, & omnem concupiscentiam, &c.

Item, in Postilla de gloriosa Virgine MARIA, in communi multa dicit, *quæ ejus immunitatem à peccato originali respicere videntur*; quæ invenies in lib. impress. Parisijs anno 1550. in 8. Et in nostra Bibliotheca Virginali, tom. 2. à folio 734. vsque 764.

Item, in enarrationibus in Epistolam Divi Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 115. postquàm plura dixerat de peccato originali, tandem inquit: Sicut Adam immediatè à Deo de Immaculata terra est formatus, Gen. 2. *Ita corpus Christi de Immaculata Virgine virtute Spiritus Sancti*, &c. Lib. Impress. Coloniæ 1556. in 8.

Item, part. 3. art. 17. fol. 106. inquit: Eramus naturâ filij iræ, sicut & cæteri; *nemo enim liber ab hoc, nisi Christus naturâ, qui & matrem gratiâ præservavit.* Vide alia ibi, impress. vt supra.

ANTONIUS Brunus, Poëta Italus, in lib. dicto: L'tie gratiæ, habet Cantionem *de Conceptione Deparæ*. Romæ 1630. in 12. magno.

ANTONIUS Butrio, Jurisconsultus, in tomo 3. super Decretales, titulo de Feriis cap. 5. inquit: Quæro, quid de festivitatibus omnibus Beatæ MARIÆ, an illæ sint celebrandæ? dico quod sic, & sunt quatuor: MARIÆ Annuntiatio in vere, Assumptio in æstate, Nativitas in autumno, Purificatio in hyeme: Festum autem Conceptionis ipsius Virginis hic non includitur, licèt in multis locis celebretur ex devotione non improvanda; de quo in speculo 20. titulo post principium, ipse dicit: quòd festantes non improbat, & hoc quia fuit ex humano semine concepta, & in originali peccato, ut notatur de Consecratione distinct. 3. cap. 1. sed post Conceptionem immediatè sanctificata, illa dies bene posset venerari; & ob hoc colit Ecclesia Nativitatis festum: sic dicit Joannes Andreas: *Hodie audio Ecclesiam approbare opinionem Minorum, & illud*

& illud sequendum, quòd non fuerit Concepta in originali peccato. Vide item loco supra allegato num. 11. Lib. impress. Venetijs 1528. in folio.

ANTONIUS de Caceres, Ordinis Prædicatorum, & Episcopus Asturiensis, in Sermone Capituli Generalis celebrati Vallisoleti anno 1605. fol. 2. ad illa verba: MARIÆ verò tota se infudit gratiæ plenitudo, inquit: Dio à la Virgen el Spiritu sancto todos los dones y gracias junctas. Comunicole todas las prerogativas, que estaban repartidas en todos los demas Sanctos, *vertioſe, y derramoſe ſobre la Virgen todo el Eſpiritu Sancto llenandola toda ella, ſegun la capacidad mayor que puede hallarſe en una pura criatura*, &c. Serm. impress. 1605. in 4. Si ita in Virgine totus Spiritus Sanctus fuit diffusus secundùm illam capacitatem quæ fuit in Virgine, vel poterat esse in aliqua pura creatura, & in hac extat capacitas, ut possit concipi absque originali peccato; igitur hæc gratia, aut privilegium communicatum fuit Virgini. Vide Pistòjam fol. 162.

ANTONIUS Caignet, Doctor Gallus, in libro sub titulo: L' anne & Pastorale &c. Lib. 2. sub hac scriptione: *Les grandeurs & excellences du Myſtere de la Concepcion de N Dame*, &c. agit de Immaculata Virginis Conceptione à fol. 389. Lib. impress. Parisijs 1662. in fol.

Item, in lib. cui titulus: Les veritez, & les vertus chrestiens, tom. 1. à folio 343. usque 352. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* meditationem, ubi latè de præservatione. Impress. Parisiis 1655. in 12.

ANTONIUS de Calancha, Ordinis S. Augustini Hispanus, scripsit approbationem, seu epistolam ad D.D. Petrum de Perea Episcopum Arequipensem pro lib. ab ipso inscripto: *De Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptionis certitudine*, &c. an. 1628. quæ extat in lib. impress. in Civitate Regum 1629. in 4.

Item, in lib. suæ historiæ, seu Chronicæ, in dedicatoria agit *de Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. an. 1630. in fol.

ANTONIUS Calderon, Hispanus, & Archiepiscopus Granatensis. *pro titulo immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis*, adversus duos libellos Anonymos, librum unum, Matriti 1650. in 4.

Item, elaboravit librum sub hoc titulo: De assertore Dominicano, *circa Immaculatam Virginis Conceptionem*, quem ipse sæpe citat, & ego aliquando vidi, sed morte præventus, non fuit typis mandatus.

Item, scripsit librum sub hoc titulo: Relacion de la fiesta que la insigne Vniversidad de Baeza celebrò à la *immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora*, con la carta que la dicha Vniversidad escribio à su Santidad, y el singular Estatuto hecho en favor de la Concepcion. Impress. ibi 1618. in 4.

Item, ad finem libri habet Elegiam, & cantum Latino Sermone, metro Hispanico, vel potiùs Italico *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Vide ibi.

ANTONIUS Canalius, Ordinis Olivetani Italus, scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis*, ut ait Franciscus Maria Pistoia, de MARIA triumphante, cor. 2. cap. 5. fol. 161.

ANTONIUS Cano Montorus, Poëta Hispanus, scripsit Epigramma *pro Immaculata Concep. Virginis MARIÆ.* Impress. cum aliis Granatæ folio 287.

ANTONIUS Caraziolus, Clericus Regularis Italus. Quòd Ecclesia Neapolitana *commendatur à tutela Immaculatæ Conceptionis*, in lib. de præstantiâ Ecclesiæ Neapolitanæ cap. 1. fol 2. impress. Neapoli. 1645. in fol.

ANTONIUS Carpentier, Licentiatus in utroque Jure, Duacensis Belga, in lib. Les mervelles du mont-Carmel; ou les progrez du secors de la tres-Sainte Virge, &c. fol 43. in Eucharisticon ad Beatissimam Virginem MARIAM de monte Carmelo, sic inquit, loquendo de puero à morte resuscitato: *Tibi denique Virgo Immaculatè concepta*; ut puerulum, sub hoc titulo tibi oblatum, agnum anniculum sine macula efficeres, &c. Duaci 1656. in 8.

ANTONIUS del Castillo, Ordinis Minorum, & Commissarius Generalis terræ sanctæ, Hispanus, in libro dicto: El devoto peregrino, viaje de tierra Sancta, capit. 5. fol. 113. inquit: Aviendo caminado como quarenta passos por la calle à man derecha (loquitur de via probaticæ piscinæ) passamos por debaxo de vn arquillo, y entramos en la casa de la Señora Sancta Ana, Madre de la Virgen santissima. En esta casa fue concebida la Virgen; la Iglesia es bellissima, y muy hermosa, su fabrica esta entera, y muy bien hecha. Junto à la Iglesia esta un Convento, que quando era de Christianos Ierusalem, vivian Monjas en el; tiene sus celdas, y claustro, y en medio del hay unos naranjos muy hermosos, &c. Esta santa Iglesia, y Convento lo posseen Moros, y viven en ella; mas no pueden ser casados, ni pueden vivir mugeres en ella, porque luego mueren, y assi estan alli Moros Santones siempre, que guardan castidad, cosa rara entre los Turcos, y Moros: *Mas nuestra Señora quiere con esto darnos à entender la ſanctidad, y pureza de la Virgen ſanctiſſima, pues en lugar donde fue concebida, como ſu Concepcion fue tan pura, y ſin mancha de peccado, no quiere que aquel lugar jamàs ſea profanado con acto de ſenſualidad, y torpeza*, &c. Lib. impress. Matriti 1654. in 4. & 1656. etiam Matriti in 4. & 1660.

ANTONIUS de Castro, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Apologiam Hispanicè *pro myſterio immaculatæ Conceptionis*, & in laudem Solis Veritatis contra epistolam cujusdam Anonymi, & incipit: Remite me vm. esa carta que assi Jvizio y pareser me la pinta tan vituperable, y llena de falsedades, sin razon ni fundamento, &c. extat apud nos manuscrip. in fol.

ANTONIUS de Corduba, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit quæstionem unam diffusam, & pulchram: *Vtrùm Beata Virgo ullo tempore habuerit peccatum originale, vel actuale?* & resolvit quòd non.

Item, *Vtrùm in B. Virgine fuerit aliquando fomes peccati?* ubi partem negativam sustinet.

Item, *Vtrùm B. Virgo habuerit juſtitiam originalem, & ſimiliter Chriſtus?* ad quod affirmativè respondit.

Item, Utrum B. Virgo (si ei daretur optio) præeligeret perpetuam Virginitatem, sine maternitate Dei, an esse Matrem Dei sine virginitate? similiter, *Vtrùm præeligeret carere peccato originali, vel ad momentum, potiùs quàm Dei maternitate, vel è contra?* quæ omnia reperies in lib. 1. sui quæstionarij. Impress. Venetijs 1569. in fol. & 1604.

ANTONIUS de Croy Peralta, Mendoza, y Velasco, Marchio de Mondexar, & de Falces, in libello: Poëtica version al Psalmo 50. ad illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, inquit: O permitase a un afecto el pensar que este discreto Rey procura à la divina vista àzia la comun mancha, para que luciendo entre ella, *las purezas de la sin mancilla Madre Virgen*, en vez de detener à Dios el

astio de el peccado de David, al llegára su descendencia le apresure el cariño aquella perfeccion; ò yà como, porque avia de venir Jesus Saluador conseguia el Profeta la misericordia, porque avia de nacer Maria santissima interpone estos recuerdos conociendola beneficiadora siempre, *y hallandola en la gracia desde antes que se formasse la naturaleza, &c.* Lib. impress. Matriti 1656. in 4.

ANTONIUS Corsetus, Juris utriusque Doctor, Siculus, in suo Repertorio, verbo Conceptio, *pro Immaculata Virginis Conceptione* adducit remissionem ad Abbatem, &c. lib impress. an. 1486. in fol. magno, ut refert Ferdinandus de Vergara Cabeças in suo Defensorio jurid. fol 14. cap. 3.

ANTONIUS de S. Cruz, Ordinis Minorum, fuit Procurator in causa seu lite communiter dicta, de las cucharetas, Provinciæ Carthaginensis, *circa Conceptionem B. Virginis MARIÆ*, vt videre est in ipsa impress. anno 1508. in 4. & extat originalis apud nos.

ANTONIUS de la Cruz, Valdemoranus, ad annum 1600. edidit discursus Evangelicos *in festo Immaculatæ Conceptionis*. Impress. Barchin. Ita Hippolyt. Marrac. in Catal.

ANTONIUS de Cuellar, Ordinis Minorum Hispanus, ac Martyr in Indijs occidentalibus, cum alijs socijs, fundavit Conventum de Yzatlan, *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, vt refert Antonius Daza in libro Concept. cap. 6. folio 44.

ANTONIUS Cusanus, in suo Elucidario scribit latè *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ*. Ita Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 315. & Ægidius Lusitanus.

ANTONIUS Daza, Ordinis Minorum Hispanus, *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*, librum unum, Matriti 1621. in 4.

Item, in Exercitiis spiritualibus S. P. N. Francisci refert Antiphonam: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te*, &c. Lib. impress. Romæ 1625. in 16. fol. 95. & etiam Hispanicè.

Item, in vitâ Venerabilis Joannæ de la Cruz, fol. 69. *Quomodo Virgo MARIA à primo instanti suæ Conceptionis habuit usum rationis, &c.* Lib. impress. Matriti 1613. in 4.

Item, scripsit epistolam cum alijs ad Sanctitatem Pauli V. *pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis*, extat in suo libro, cap. 25. fol. 180.

Item, recollegit aliud opus ex diversis opusculis, tam impressis, quàm manuscr. sub hoc titulo: *Tesoro de la Immaculada Concepcion de N. Señora*, &c. Extat in nostra Biblioth. in fol.

ANTONIUS Dauroultius, Societatis Jesu, in libro dicto: Flores exemplorum, sive Catechismus historialis, cap. 1. titul. 30. §. 4. fol. 207. narrat quod contigit R. P. Jacobo Lainez, in Concilio Tridentino, *quando in decreto de peccato originali excepta est immaculata Virgo MARIA*.

Item, fol. 209 titulo 20. de immaculata eaque perpetua Mariæ Virginitate, num. 6. Concionator quidam *contrà puritatem Deiparæ Virginis* concionatus dicta recantare cogitur. Et narrat historiam Joannis Veri, Ordinis Prædicatorum anno 1497. tom. 4. suorum operum.

Item, tomo 2. capite 4. fol. 809. qua occasione sit institutus *dies Beatæ Virginis Conceptioni sacer*; & narrat historiam Clerici Regis Hungariæ Germani.

Item, ibidem, unde fuerit in Ecclesia Dei institutum *festum Conceptionis Beatæ MARIÆ* tempore D. Bernardi circa an. 1145. Lib. impress. in 4. & Duaci 1616. in 8.

Item, in libro: Pij Gemitus Catholicorum, in quibuscumque Ecclesiæ necessitatibus effundendi, fol. 155. vocat B. Virginem immaculatam, & fol. 222. in litanijs B. Virginis, inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos mediatrix nostra*, &c. Lib. impress. Duaci 1614. in 16.

ANTONIUS Delphinus, Hispanus, in libro de mirabilibus sanctæ Civitatis Romanæ folio 74. de stationibus Urbis, ad diem 8. Decembris, *in die Conceptionis Sanctæ MARIÆ Virginis in Ara Cœli, del Populo, Sancta MARIA de la Paz, & in Virgine de Montibus*. Lib. impress. Romæ 1649. in 8.

ANTONIUS Des Lions, Societatis Jesu Belga, in libro de cultu B. Virginis Mariæ *de Conceptione immaculata* Elegiam unam, quæ est in ordine 12. fol. 26. Antuerpiæ 1640.

ANTONIUS Escainus, Doctor Salodiensis, in omnes S. Pauli epistolas, in illam ad Romanos, cap. 6. fol. 33. sic ait: Et ideo Christus à participatione prævaricationis Adæ exceptus est, & non conceptus in peccato originali, ut qui, etsi ex sanguine mulieris Virginis immaculatæ originem ducens, ex semine Adæ traxerit suæ humanitatis generationem: attamen ex semine viri non propagavit, à quo profluit humanæ generationis contaminatio; sed ex Dei virtute superveniente, & obumbrante Virgini formatus est in hominem sanctum, innocentem, immaculatum, & à peccatoribus segregatum, qualem esse decebat humanitatem, quæ Verbi divinitati in eadem persona unienda erat; *sed & nihil adversatur, quin dicamus, & ejus sanctissimam Genitricem (utpote creditur) hoc peccatum non incurrisse, cum non sit impossibile apud Deum omne verbum*. Lib. impress. Venetiis 1589. in fol.

ANTONIUS de Escobar, & Mendoza, Vallisoletanus, Societatis Jesu, in volumine 3. ubi adducit Imaginem Immaculatæ Conceptionis, lib. 4. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, latissimè, & eruditè à fol. 182. usque ad fol. 300. Lib. impress. Lugduni 1648. in fol.

Item, in indice Evangeliorum Sanctorum: *Quid puritas Virginis MARIÆ in lumbis Parentum præparata fuit*. Vide verb. Maria. Lib. impress. Lugduni 1642. in fol.

Item, in libro Commentariorum moralium in Pentatheucum, *de Redemptione Virginis MARIÆ à peccato originali, ac de ejus purissima, ac Immaculata Conceptione*, sparsim in multis locis. Vide verb. Maria. Lib. impress. Lugduni 1652. in folio.

ANTONIUS de Fantis, Ordinis Minorum Tarvisinus, in tabula generali, sive Mari magno Scoticæ subtilitatis, ait: Quòd Maria maximè indiguit Christo, ut Redemptore, *quia ipsa contraxisset originale peccatum ex ratione propagationis communis, nisi fuisset præventa per gratiam Mediatoris*, & sicut alii indiguerunt Christo, ut per ejus meritum remitteretur eis peccatum jam contractum, ita illa magis indiguit Mediatore præveniente peccatum, ne esset ab ipsa aliquomodo contrahendum, & ne ipsa contraheret. Impress. Venetiis 1522. in fol.

ANTONIUS Farfan de los Godos, Doctor Hispanus, die 24. Julij 1622. in Ecclesia Sancti Antonij Abbatis, & confraternitate Nazarænorum, in quinzenario. vel quindenario festivitatum, pro Decreto Gregorij XV. *prædicavit Sermonem pro mysterio*

sterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ. Impress. Hispali 1622. in 4.

Item, in explicatione cap. 4. Epistolæ 1. ad Thessalonicenses, ad illa verba: Deinde nos qui vivimus, fol. 6. inquit: Y supuesto, que es de Fè, que murieron Christo, y MARIA, y es de Fè, que Christo no tuvo peccado, ni le pudo tener; y tambien es de Fè, que MARIA Santissima no le tuvo mortal, ni venial, *y està muy cierto de ser de Fè, que no le tuvo original*, bien se infiere, &c. Lib. impress. Hispali anno 1624. in 4.

ANTONIUS Feo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in tractatu de festivitatibus Sanctorum part. 2. Serm. de S. Iosepho Sponso Virginis MARIÆ discursu 2. folio 31. loquens de puritate Virginis, citat Sermonem Sancti Bernardini de Conceptione, & infra affirmat, quòd Ioseph viderat vitam Deiparæ esse irreprehensibilem, inculpabilem, & absque ulla minima culpa.

Item, Serm. de S. Anna, discursu 2. fol. 285. postquam dixerat MARIAM habuisse omnia genera virtutum, ex Petro Damiano, addit ex Sancto Ioanne Damasceno: chama S. Joano Damasceno à Virgen escada viva, que Deos fabricou para por ella descer do ceo à terra, à madeira de questa escala se fez foy à Carne de sancta Anna, estaba esta natureza humana delde Adam inficionada, estaba esta madeira verde, & incapaz dese poder facer della escada qual convenia para Deos descender por ella, ô divino brazo por meo da gracia do espiritu Santo gastou em aparelhar tantos annos quantos ella foi esteril, & esteve sem parir: *aparelhada ella le formoem suas entranhas aquel Sanctissimo fruito à Virgen* MARIA *May de Deos*, &c. Imp. Ulyssiponæ 1615. in folio & nihil amplius in ejus quatuor tomis reperire potui, quod immunitatem Virginis MARIÆ à peccato directè vel indirectè respicere possit.

ANTONIUS Ferdinandus Guevara: & Adornus, Hispanus, in libro: Dominicæ Passionis octo supra quadraginta Homiliæ, &c. in Monodia de Sancta Virgine MARIA ad Crucem, folio 236. cecinit.

Vnde dies semper Matri præluxit tuæ
Aperi si vales luces orientis seras, &c.
O casta, ô pura, ô lactea, ô Idia, ô gemma
Roseta inter duo nitentia, &c. Lib. impress. Matriti 1635. in 4. Si dies semper præluxit MARIÆ, ergo nunquam fuit in nocte culpæ.

ANTONIUS Fernandus Conimbricensis, Societatis Jesu Hispanus, in Commentariis de visionibus veteris Testamenti, ait: *Quòd sicut omnis hominum caro, massa quædam est peccati originalis, quadam quasi infusione subacta, ita singulari privilegio, caro Virginis in ejus Conceptione sanctitate compacta, & conglutinata est.* Vide Visionem 6. cap. 3. sect. 4. col. 195.

Item, Visione 13. sect. 8. columna 373. ait: Quòd Beata Virgo MARIA ex tortuosa radice generis humani in rectitudinem erumpens, omnem ignoravit nodositatem *& quòd de tortuosa radice peccati, ipsa prodierit recta, & sine peccato.* Lib. impress. Lugduni 1622. in fol.

ANTONIUS Ferreira, Lusitanus, in libro: Advertencias nuevas à la letra, y moralidades de los Evangelios de Quaresma &c. fol. 564. §. 2. tertiæ feriæ, Sermone 6. affirmat *Virginem fuisse conceptam absque peccato originali.* Impress. Matriti 1657. in fol. per Gasparem de Escalada & Castillo Canonicum Metinæa Campo editus.

ANTONIUS Ferrer, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Arte de conocer, y agradar à Jesus, &c. parte 4. Dialogo 2. de Oratione mentali, fol. 1107. inquit: *Pues, y que esto escrivo, es dia de su Santissima Concepcion, sin pecado original*, fiesta, y titulo, con que tanto se honra la Soberana Virgen, y que tanto lustre ha causado, y causa su defensa; à la Religion de mi Seraphico, y Glorioso Padre San Francisco. Vide alia in Indice, verbo MARIA Mater Dei; & in expositione Salutationis Angelicæ, in princip. Lib. impress. Oriolæ 1620. in 4.

ANTONIUS Fornerius Cuciacensis, Sacræ Theologiæ Professor, edidit: Dialogos de peccato originali, *& Conceptione intemeratæ Virginis MARIÆ*: Ubi latè & doctè per Dialogos agit de ejus præservatione. Impressit Parisiis hoc opusculum per Magistrum Antonium Denidel impressorem, propè Collegium de Coqueret commorantem: Laus Deo. Et est absq; anno impressionis caracteribus antiquissimis in 8. parvo.

ANTONIUS de Franca-Villa, Ordinis Minorum Italus, in libro: Circulus Seraphicus divini amoris folio 200. in Poëmate de Nativitate Virginis MARIÆ, *vocat ipsam puram, candidam, & rosam absq; spina.* Impress. Neapoli 1631. in 12.

ANTONIUS Franciscus Canonista, in additionibus ad Panormitanum, titulo de Feriis cap. fin. Conquæstus, tom. 3. fol. 144. inquit: In ista difficultate de Conceptione Virginis, mihi semper placuit, quòd ipsa Beatissima Virgo, quam Deus ab initio, & ab æterno præviderat incarnari, *quòd illa fuerit præservata ab æterno à Deo, à tali originali peccato*; fuit enim MARIA Mater Christi, ut Clem. fin. §. de pœnit. Nec est verisimile, quòd Deus non voluerit esse mundam ab omni labe peccati, & maximè, quia si diceremus eam fuisse conceptam in peccato originali, aut saltem non fuisse ab illo præservatam ex speciali privilegio, sequeretur, quòd omnino fuisset in peccato, cùm illud originale, etiam per Baptismum non tollatur quoad sui essentiam, licèt mitigetur, nèquis damnetur, secundùm Glossam in cap. Si concupiscentia 15. quæstione 1. & in cap. 2. de Consecrat. distinct. 4. unde impium est non credere, & tenere, quod dixi. Hæc Auctor iste.

ANTONIUS Fuequer, Societatis Jesu Belga, libro: Via vitæ æternæ iconibus illustrata, multoties dicit: *Quod Virgo MARIA nec fomitem habuerit peccati, quia fuit tota pulchra & sine macula*, &c. præcipuè folio 775. Lib. impress. Antverpiæ 1620. in 8. regali.

ANTONIUS de Fuertes, & Biota, Juris Consultus, & Regius Consiliarius Mediolanen. quondam Collega Bononiensis, Hispanus, edidit libellum sub hoc titulo: Sanctissimo, ac Beatissimo P. D. Alexandro VII. sanctæ, & universalis Ecclesiæ Catholicæ Romanæ Papæ, *votum de Beatæ MARIÆ Virginis Matris Dei pura Conceptione*, quod illi offert, &c. Impress. Bruxellis 1660. in 4.

Item, edidit alium ejusdem assumpti Hispanico Sermone, sub hoc titulo: A la Sacra, y Real Magestad de Philippo IV. el Grande, Rey de las Españas, y de las Indias, *Voto de la admirable, y pura Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora*, &c. Impress. Bruxellis eodem anno 1660. in 4.

Item, ut refert in prologo suprædictorum Opusculorum, elaboravit alia duo Opuscula, de quibus ipse sic inquit: Altera est, quòd de hoc articulo insignes aliquas lucubrationes exaraverim latine,

& Hispanicè, quarum Latina nuncupata, ac intitulata *Sixtina*, continet *commentarium ad Decretalem Sixti IV.* quam edidit de solemnitate Conceptionis miræ Beatæ MARIÆ. Hispanica verò intitulata est: *Historia de la Immaculada Concepcion*, quatuor libris comprehensa; utraque autem continet integram explicationem hujus mysterii. Quæ opera vidi Bruxellis Latinè & Hispanicè in 4. in ejus Bibliotheca.

Item, edidit Cantionem Hispanicè, sub hoc titulo: *De la Immaculada Concepcion de MARIA santissima Soneto.* Impress. in 4. Bruxellis.

ANTONIUS Gaëtan Italus, ac Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntius à latere Legatus, unà cum D.D. Eminentissimo Bernardo de Rojas, & Sandoval, Supremo, ac generali Fidei Quæsitore ad annum 1615. speciali decreto interdixit assertiones typis mandatas Hispali, in quibus *Beatissimam Virginem maculæ originali obnoxiam, imo conspurcatam*, absona locutione dicebant Adversarii fuisse; sed omninò excitatæ ex amborum præscripto, negata fuit ipsis facultas, ut publicè defenderentur. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 3. de MARIA immaculatè Concepta, dissertatione 3. adnotat. 3. fol. 292.

ANTONIUS Gaudier, Societatis JESU Gallus, in libro: de Vera Christi JESU Dei, & hominis imitatione, cap. 17. folio 117. *Quòd Beatissima Virgo fuit à Deo præservata, & prædestinata*, ut esset conformis ac simillima Christo Domino; ideoque dona illa omnia gratiarum, quibus abundavit, ad hanc in ea similitudinem efficiendam collata fuerunt, nec dubium ullum esse potest, quin ipsamet ab ipso primo Conceptionis Christi momento, & deinceps per totam ejus vitam filio suo conformis Christo extiterit. Lib. impress. Parisiis 1614. in 12. Hæc licèt Conceptionem Immaculatam non adstruant, multùm tamen Virginis puritatem commendant.

ANTONIUS Georgius Bononiensis, edidit Commentarium in vitam Beatissimæ Virginis MARIÆ, *& in eo Conceptionem ejusdem Deiparæ adstruit, & defendit.* impress. Romæ 1570. in 4. extat in Bibliot. D.D. Cardinalis Barberini, Pluteo 59. num. 1.

ANTONIUS Goffar, Protonotarius Apostolicus, Doctor Leodiensis Italus, in Compendio Bonacinæ, ait: Quòd omnes contrahunt peccatum originale ex Adamo per seminalem generationem propagati, nisi aliquis peculiari privilegio ab hoc onere eximatur, *vt de facto exempta fuit Beatissima Virgo*, quæ tamen debitum, seu obligationem habuit contrahendi peccatum originale, *sed de facto præservata fuit, ne cum peccato originali conciperetur, & nasceretur*, impress. Lugduni. 1630. in 12. magno.

ANTONIUS Gonzalez de Azebedo, Doctor Hispanus, edidit librum D. D. Petri Gonzalez de Azebedo Episcopi Placent. de elogiis sanctissimæ MARIÆ Virginis ex sacris monumentis ordinatis, *in quo multa extant elogia pro immunitate Beatæ Virginis à peccato originali*, ut videre est in lib. impress. Salmanticæ anno 1621. in 8.

Item, in notis ad prædicta elogia, *latè agitur de mysterio Conceptionis, ac festivitatis institutione*, à fol. 227. usque 237.

Item, ad finem adducit *Litaniam de Conceptione Virginis MARIÆ*, à fol. 177. usque 182.

ANTONIUS Gonzalez de Rosende, Clericus Minor Hispanus: *pro Conceptione absq; macula MARIÆ sanctissimæ Reginæ Angelorum, & hominum, &c.* Memoriale ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, & Dominum glorioſum utriusque mundi. Matriti 1645. in fol. incipit: En dos proposiciones.

Item, idem *pro diffinitione puritatis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* acclamationem communem, seu instantiam, in fol. impress. absque anno, & loco impressionis, & incipit: Las razones, &c. Hæc duo opuscula Hispanicè fuerunt conscripta.

ANTONIUS le Grand, Ordinis Minorum Anglus, in libello: Encomium sapientiæ humilis, seu Scotus humilis elucidatus, per totum librum seu orationem agit quomodò Scotus defendit *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem, & ejus præservationem &c.* sed maximè à folio 31. usque 61. Duaci 1650. in 24.

ANTONIUS de Guevara, Ordinis Minorum, & Episcopus Mindonienſis, Hispanus, in libro dicto: Monte Calvario, de 3. verbo quod Christus locutus fuit in Cruce cap. 2. fol. 73. inquit: Quien en esta vida entrò, ni entrarâ tan adentro de la bodega divina, como entro la Madre de Dios, y *Virgen sin mancilla*? en las entrañas divinas, y en las tabernas eternas, nadie tan dentro entrò, ni nadie de tantos vinos bebio, porque no dejò cuba, que no probasse, ni quedò gracia del Spiritu Santo, que no tuviesse. San Geronimo dice: à todas las otras Virgines les fue dada la gracia por peso, y medida; mas à la Madre de Dios, no le fue dada por peso, y medida, sino muy colmada. Lib. impress. Vallisoleti anno 1550. in folio.

ANTONIUS Herpin, familiæ Andegavensis, Ordinis Minorum Gallus, in sacra Facultate Parisiensi Baccalaureus Theologus; pro prima Sorbonica quæ est Fratrum Minorum Parisiensium die 4. Julij an. 1659. sustinuit, & defendit, agendo de peccato originali, nostram sententiam per hæc verba: Cùm de peccato originis agitur, nullam prorsus habere volo quæstionem de MARIA semper Virgine, scilicet propter honorem Domini; inde enim scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quòd concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Nec quis in contrarium obtrudat illam epistolam D. Bernardi ad Canonicos Lugdunenses, nisi priùs eam esse Bernardi probaverit. *Hujus immaculatæ Conceptionis* præcipuus, & maximus vindex extitit Joannes Scotus Minor; qui etiam plura argumenta in contrarium adducta in 3. dict. 3. ea dissolvit facilitate, quâ Samson olim Dalilæ ligamina in favorem Philistinorum posita disrupit. Hanc insuper sententiam suis inspiravit Alumnis pijssima & semper Orthodoxa facultas Parisiensis, eos sacramento speciali astringendo, ad propugnandam ubique, & stabiliendam *Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Sunt impressæ in charta expansa eodem anno.

ANTONIUS de Herrera, Societatis JESU Hispanus, & Catholici Regis Concionator, *De Immaculata Conceptione Deiparæ, orationem insignem* 1642. Panormi impressam secundùm Joann. Ant. Velazquez, fol. 372. & Marrac in Catal. Mariano, Pistoia fol. 156. num. 69.

ANTONIUS Hiquæus, Ordinis Minorum Hibernus, sive Dormitius Thadæus, *de Conceptione immaculata Beatæ Virginis* opus magnum manuscriptum Hippol. Marrac. in Catal. Mariano ad annum 1641.

1641. & in Biblioth. fol. 125. Wadding. nullam facit de hoc opere mentionem, licet de Auctore latissimam.

ANTONIUS Honcala, Yanguensis Hispanus Magister, & Canonicus Abulensis, in libro: Pentaplon, Christianæ pietatis instauricon, libro 2. cap. 14. folio 38. inquit de Beata Virgine juxta Crucem: O mulierem fortissimam, quæ quamvis oppressa esset amaritudine, inter tot tamen acerbissimas angustias sibi summa modestia constabat, unde nec inconsolabiliter doluit, spe proximæ resurrectionis erecta, nec mente consternata, corporalibusve viribus destituta, *ab statu suo cecidit*: alienum hoc esset ab illa, quæ summa virtute prædita erat, & in contrariis potestatibus terribilis, ut Castrorum acies ordinata, &c. O verè Mater pietatis, *quæ nostros miserata labores, in mortem ejus, qui vita est, inculpatè consentis*, ut per illum indigni vitâ reviviscant, te prædicent, te beatam dicant omnes generationes, & inter flores rosarum, & lilia convallium pulcherrimam, spiritus humani, atque cælestes reverenter adorent, &c. Lib. impress. Compluti 1546. in folio.

Item, in Commentarijs in Genesim cap. 3. folio 36. inquit: Ipsa conteret caput tuum; ipsa refertur ad mulierem, id est, beatam Virginem, quæ serpentis caput contrivit, non modo, quia Christum maximum illius contritorem, atque validissimum perbeatè perque opportunè genuit: *Sed etiam, quia ipsamet universos callidissimi tentatoris conatus, utpote summa virtute prædita, sapientissimè illusit*, superbum que illius caput mirifica comminuit modestia, &c. Lib. impress. Compluti 1555. in folio.

ANTONIUS de Idiaquez Manrique, Episcopus Segouiensis Hispanus, in certamine à se publicato pro festivitatibus Virginis Mariæ de la Fuencisla, an. 1613. sub Musa Caliope: *Prima fuit festivitas purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide Simonem Diaz, fol. 81. Lib. impress. Vallisoleti 1614. in 8.

ANTONIUS à Lantusca, Ordinis Minorum Italus, in Arbore reformatæ Provinciæ S. Thomæ Apostoli affirmat, quòd in prædicta Provincia *sint Altaria Conceptionis quatuor, Ecclesia verò una, sub titulo Conceptionis.*

Item, in relatione Provinciæ agit *de Conventu Immaculatæ Conceptionis* de Maei, *& de Monasterio Immaculatæ Conceptionis* Caballarij Majoris, quæ relatio extat apud nos M. S.

ANTONIUS à Leone Pinellus, quondam supremi Indiarum Senatus, & Cameræ à relationibus, deinde verò Hispalensis Consiliarius Regius, in libro relationis festivitatis celebratæ in civitate Limensi in Regno Peruano à Congregatione Expectationis Virginis Mariæ Collegij Societatis Jesu, *pro immaculatæ Virginis Conceptione* librum unum Hispanicè, impress. Limæ 1618. in 4.

Item, edidit *poëma singulare de immaculata Virginis Conceptione*, impress. ibidem.

Item, in panegyrica oratione de Præsentatione Virginis Mariæ, *agit de præservatione Deiparæ à peccato originali.* Lib. impress. Matriti 1651. in 4.

Item, in eruditissimo tractatu, cujus titulus est: El parayso en el nuevo mundo, lib. 1. cap. 4. *agit de Conceptione immaculata Virginis*, cujus initium iam typis mandatum est in fol.

Item, habet paratum singularissimum tractatum, cujus titulus est: *Annales immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ab Orbe condito, ad nostra usque tempora.

Item, in Biblioth. sive Catal. Mariano, in quo per 72. Classes, & plusquam triginta appendices, omnes Marianos Scriptores distribuit: Opus insigne, Latino Sermone scriptum, ubi quinque Classes, à septima scilicet, usque ad duodecimam *sunt de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut in hoc nostro lib. pluribus in locis citantur.

Item, in Kalendario Mariano, ubi ad instar Ephemeides Ferrioli Locrij, Antonij de Valinghen, & Georgij Colvenerij per singulos dies anni, agit de festivitatibus Sacratissimæ Virginis Mariæ per totum terrarum orbem celebratis. Ad diem 8. Decembris, agit latè *de immaculata Virginis Conceptione.* Vtinam tam insigne opus videat lucem!

Item, in tractatu, cujus titulus est Hispanicè: La Virgen Santissima en España, *plura de immaculata Virginis Conceptione* adducit.

Item, in tractatu, quem edere parat, sub titulo: El Patriarcado de las indias, *agit de eadem Virginis Deiparæ Conceptione.* Item, in Bullario pro Indico imperio jam prælo parato, *tangit sæpe Conceptionis immaculatæ Virginis mysterium.*

Item, in Musæo Mariano, id est, Catalogo omnium Auctorum, quorum proprium, & speciale assumptum est, agere in toto libro de sacratissimæ Virginis vita, encomijs, miraculis, elogijs, excellentijs, ac prærogativis, è quibus jam habet plusquam mille & ducentos *de Conceptione immaculata Virginis MARIÆ*; referens ferè omnes, qui hucusque scripserunt, & opera typis mandaverunt.

Item, in versione Hispanica Tractatus Aloysij Novarini, Clerici Regularis, de vita Jesu in utero Mariæ, *agit de Immaculata ejusdem Deiparæ Conceptione.* Mediolani. 1636 in 12.

Item, in Compendio devotionum erga Beatissimam Virginem Mariam, ex varijs Doctoribus, & modis colendi Deiparam selecto, *agit de ejusdem Immaculata, ac purissima Conceptione*; quæ omnia suprà relata, plena sunt eruditione, & studio singulari.

ANTONIUS de Leon, Poëta Hispanus, scripsit glossam *pro immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut videre est apud Ferriol. de Conceptione fol. 64.

ANTONIUS Leite, Societatis Jesu Hispanus, in Historia de Apparitione, & miraculis Virginis Mariæ de la Lapa, &c. lib. 5. cap. 13. fol. 158. inquit: *La Virgen MARIA representada na Aurora que semse quemar ardia, assi como ella entre ô fogo do peccado original ficou sem nodoa alguna em sua Conceiçaun*, et no tempo do parto con sua Virginidade, sem alguna corrupçaun, &c. Lib. impress. Conimbriæ anno 1639. in 8.

ANTONIUS Liperius, Ordinis Clericorum Regularium Hispanus: Lecciones sacras sobre aquellas palabras de que la Iglesia usa en el Ofertorio de la Missa de Difuntos: Domine Iesu Christe, &c. lectione 13. n. 16. fol. 153. inquit: La Virgen soberana, con todas y qualesquier obras, sabeis lo mucho que alcançava de gracia, y de derecho para la gloria, y con todo con ninguna dellas satisfacia por si; no porque las obras no fuesen satisfatorias, como eran meritorias; *sino porque como no avia cometido pecado alguno, actual, mortal, ni venial, ni contraido tampoco el original*, no tenia necessidad de satisfacer por si, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1632. in 4.

ANTONIUS de Livorno, Ordinis Minorum

Italus, in Cosinographia Seraphica, fol. 36. ait: *Quod Virgo MARIA non contraxit peccatum originale:* in una conclusione, seu Polo. Lib. impress. Romæ anno 1661. in 4.

ANTONIUS Litterius à Castellucia, Ordinis Minorum, in Theorematibus super oratione Dominica, Theor. 802. & 803. inquit: Qui natus est de Beata Virgine MARIA, *quæ ab omni peccato, ob Dei particularem protectionem, immunis fuit.* Qui natus est de MARIA Virgine, *quæ ex gratiæ inclinatione omni peccato vacavit, &c.* Vide alia ibi impress. Neapoli 1580. in 8.

ANTONIUS de Lor, Ordinis B. MARIÆ de monte Carmelo, Gallus, in Sermonibus Adventualibus à fol. 226. usq; 247. adducit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impress. Tolosæ anno 1623. in 8.

ANTONIUS Lupian Zapata, Hispanus, in libro: Epitome. España primogenita del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 1. de la venida y predicacion del Apostol Santiago à España. Cap. 2. Predica el Apostol Santiago el mysterio de la purissima Concepcion à los Españoles. Cap. 3. Que el mysterio de la Concepcion de nuestra Señora lo aprendio el Apostol Santiago de Christo Señor nuestro. Cap. 4. En que se prosigue el antecedente. Cap. 5. Que la fiesta de la purissima Concepcion de nuestra Señora quedò en los Missales, desde la Predicacion del Apostol Santiago. Cap. 6. En que se prosigue el antecedente. Cap. 7. Que tambien los Sagrados Apostoles S. Pedro y S. Pablo predicaron en España este mismo mysterio y fiesta de la Concepcion de N. Señora. Cap. 8. De las muchas inscripciones que de la Concepcion de nuestra Señora permanecen en algunas lapidas. Cap. 9. De otras lapidas que tienen este mesmo mysterio. Cap. 10. De muchas Iglesias que estàn fundadas en España del titulo de la Concepcion de nuestra Señora. Cap. 11. De otras muchas imagines de la Concepcion de nuestra Señora que ha manifestado el Cielo. Cap. 12. De la imagen de nuestra Señora de la Concepcion de Bivar del Cid cerca de Burgos, y de su aparicion milagrosa. Cap. 13. De las memorias de la Concepcion de nuestra Señora que permanecen en los Martyrologios de España. Cap. 14. Que prosigue la antecedente. Cap. 15. De las memorias que deste sagrado mysterio se allan en algunos Breviarios de España. Cap. 16. De las memorias que se allan del mysterio de la Concepcion en los privilegios y escrituras antiguas. Cap. 17. Que prosigue la antecedente. Cap. 18. De las muchas memorias que se allan de este santo mysterio, en las vidas de los Arçobispos de Toledo. Cap. 19. De algunas Bullas que han expedido algunos Summos Pontifices à España que confirman la mucha devoçion que siempre tubieron los naturales à este santo mysterio. Cap. 20. En que se averigua el año en que empeço la opinion contraria. Cap. 21. En que Santo Domingo de Guzman, Patriarcha de la Orden de Predicadores, defendio la contraria del Obispo Esteban. Cap. 22. Que los naturales Españoles se opusieron à la doctrina contraria, defendiendo la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 23. De las memorias que se allan en algunos Concilios del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 24. De las Cortes de Barçelona, en que ponen silençio à los contrarios con pena de destierro. Cap. 25. En que se prosigue el antecedente. Cap. 26. De los favores que hicieron los Sumos Pontifices à los Españoles en orden à este mysterio. Cap. 27. En que se prosigue el antecedente. Cap. 28. Del Concilio Tridentino, que no fue su intencion comprehender à MARIA santissima en el pecado original. Cap. 29. De la aprobacion de los demas Sumos Pontifices. Cap. 30. Que prosigue la antecedente, y el alboroço grande que tubo España de que el Sumo Pontifice, y la santidad de Urbano octavo favoreciese la devocion de este santo mysterio. Cap. 31. De los Españoles que han escrito del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 32. De algunos milagros que han experimentado los devotos de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 33. De otro continuo milagro que experimentan los devotos de nuestra Señora en el Hospital de San Antonio de Perpiñan.

Item, Elogios à las Religiones Regulares por affectas à la Concepcion de nuestra Señora. La de S. Benito, S. Bernardo, S. Basilio, S. Augustin de Canonigos Regulares, con todas sus familias, Premonstratense, la Carthuxa, S. Augustin Ermitaños, S. Jeronimo, la Trinidad, la de S. Domingo, S. Francisco, nuestra Señora de la Merced, los Servitas, los Minimos, la Compañia de Jesus, el Carmen, el Orden de Santa Brigida, la de S. Juan de Dios, Clerigos Menores, y los Teatinos.

Item, Elogios à las Ordenes Militares por affectas à la Concepcion de nuestra Señora. La de Santiago, los Templarios, Alcantara, el Hospital de Jerusalem, el Santo Sepulchro, la de Montesa, la de S. Juan, la de Christo, la del Tuson.

Item, Elogios à las illustres familias affectas al mysterio de la Concepcion de nuestra Señora. Los Reyes de España, el Almirante Henriquez de Cabrera, la cassa de Velasco, la cassa de Mendoza, la de Medinaceli, los Condes de Lemos, el Conde Duque de Olivares, cassa de Guzman, Duques de Bejar, los Duques de Avero, Vizcondes de Rochavarti, los Condes de Salinas, los Duques de Cardona, la cassa de Moncada, la cassa de Ossorio, Marqueses de Astorga, los Duques de Medina sidonia, los Duques de Ixar, los de Castelui en Catalunia, los Señores de la familia de Crespi, los Señores de Rocaful, los Señores de la familia de Pons en Catalunia, los Señores de la familia de Ximenez y Urrea, los Señores de la Passa de Exea en Aragon, y la cassa de Lupian, los Condes de Oñate. Quæ omnia sunt disposita ad prælum apud eundem Auctorem Matriti.

Item, scripsit super Chronicon Hauthberti Hispalensis, Benedictini, de quo suo loco subi extant quinque auctoritates *pro immaculata Virginis Conceptione*, ut ipse affirmat in indice suorum operum, num. 1.

ANTONIUS de la Magdalena, Ordinis Minorum Hispanus, *in festivitatibus purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, in Conventu Sancti Francisci Salmanticensi celebratis, Sermonem, impressum Salmanticæ 1619. in 4.

ANTONIUS Mancinellus Voliternus, Italus, in libro decem Sermonum, in Sermonibus de Assumptione Virginis MARIÆ, *vocat ipsam semel, & iterum Immaculatam, & intemeratam.* Et titulo 9. sexto sermone 1. inquit: Ipsa ergo dignissima cum Filio regnare, cum corpore etiam ad cœlum assumi: quia

quia putredo, & vermis humanæ opprobrium conditionis, à quo certè MARIA naturâ excipitur, quam Jesus de ea assumpsisse probatur, &c. Ex his verbis potest deduci, quòd Auctor iste vocavit Virginem MARIAM Immaculatam per ordinem ad culpam originalem, à qua fuit exempta. Argentorati 1610. in fol. & in N. Bibl. tom. 2. fol. 780.

ANTONIUS Maria Gallus Picenus Auximanus S. R. E. Cardinalis, omni qua potuit efficacia institit apud Paulum V. Pontif. Max. *ut Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ mysterium de fide declararetur.* Vide Marrac. in Purpura Mar. fol. 34.

ANTONIUS Maria, Italus, & Episcopus Amerinus, in Diœcesana Synodo, *Præcepit observari Conceptionem Immaculatam Beatæ Virginis MARIÆ.* Vide verb. Amerina Ecclesia.

ANTONIUS Marinarius, Ordinis Carmelitarum Procurator Generalis, in libro Consonantiæ JESU CHRISTI, & Prophetarum §. Christum è Virgine nasciturum, folio 42. post plura alia, inquit: Porrò perpetuam MARIÆ Virginitatem adumbravit *pura illa, & velut Virginea terra, ex qua primus Adam formatus est*, qui erat typus futuri, &c. eam etiam vocat puram, atque mundissimam. Lib. impress. Parisiis 1541 in 8.

ANTONIUS Marsilius Columna, Archiepiscopus Salernitanus, Italus, in Constitutionibus Synodalibus observandis in Palatio Archiepiscopali, *præcepit, ut observaretur festum Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ.* Vide verb. Salernitana Ecclesia.

ANTONIUS Martinez de Azagra Canonicus Calagurritanus, Hispanus, in libro, cujus titulus est: Camino à la vnion, y communicacion con Dios, fol. 232. *A la Concepcion purissima de MARIA*, caput unum, impress. Compluti 1630. in 8.

ANTONIUS Martinus de Salamanca, Hispanus, disposuit, & composuit *ordinem recitandi officium divinum in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod Leo X. motu proprio approbavit. Romæ per Antonium de Bladis de Asula 1520. in 8.

ANTONIUS de Medina, Ordinis Minorum Hispanus, in Itinerario Terræ Sanctæ cum stationibus, & mysterijs à Petro Vonfanti Italo Italicè translato, fol. 58. *de Conceptione Immaculata Beatæ MARIÆ Virginis*, & loco vbi fuit concepta.

Item, fol. 147. de domo B. Annæ, vbi Beata Virgo MARIA nata fuit, quam Mauri venerantur, *ac immaculatam prædicant* &c. impress. Floren. 1590. in 4.

ANTONIUS Mellus de Crema, Perusinus Ordinis S. Augustini, Italus, in Scala Paradisi correcta, ac disposita per R. P. Hieronymum Gratum de Cremona p. 1. cap. 6. folio 23. *Quòd Virgo MARIA nullum fecit peccatum, ideoque Augustinus de ipsa ait: Cùm de peccatis agitur, &c.* Lib. impress. Cremonæ anno 1611. in 4.

ANTONIUS de Mendoza, Eques Sancti Jacobi, & Secretarius Regius Hispanus, Poëta, scripsit vitam Beatæ Virginis MARIÆ absque originali peccato, &c. in qua de Immaculata Deiparæ Conceptione plura, & subtilia, & inter alia, inquit:

En la Concepcion tan pura
Que el legislador supremo
Para todos hizo leies
Y para vos privilegios.
En cuya valiente imagen
De Dios pincel sin defecto
Son todas las gracias sombras
Son todas las culpas lejos.

Vide ibi alia, extat manuscript. in Bibliotheca D. D. Ant. de Leon in 4.

ANTONIUS de Mendoza Escobar, Hispanus, in lib. sic inscripto: Historia de la Virgen Madre de Dios MARIA, *desde su purissima Concepcion sin pecado original*, hasta su glorisa Assumpcion, &c. est Poëma heroicum Hispanum; & cantus 3. est de immaculata Conceptione Deiparæ à fol. 19. usque 34. Lib. impress. Vallisoleti 1618. in 16.

Item, in lib. dicto: Nueva Hierusalem MARIA, cant. 1. *de Immaculata Conceptione MARIÆ absque peccato originali*, à fol. 24. usque 37. Lib. impress. Vallisoleti 1625. in 16.

ANTONIUS de Mena, Carthusianus, in libro dicto: Les celestes pensées & richesses de l'Ame, &c. beneficio 21. fol. 66. Quòd Virgo MARIA fuit post Christum, ut nobilior & excellentior præ omnibus creaturis tam mundi quàm cœli propter privilegium gratiarum & privilegiorum à Deo receptum; *cognita, electa & prædestinata à tota æternitate* &c. vocatque ejus *puritatem immaculatam*, &c. impres. Parisijs 1619. in 4.

ANTONIUS de Mijangos Bravus de Sobremonte, Hispanus, in libro: Trabajos, que padecio la Virgen Santissima en vida, y muerte, y passion de su hijo, bien, y Señor nuestro, &c. Trab. 14. folio 133. *Vocat Virginem MARIAM purissimam*, &c. Lib. impress. Matriti 1642. in 16.

ANTONIUS Mirandula de Bononia, Canonicus Regularis Italus, in libro: Aurore Mariali, *de Immaculata Conceptione MARIÆ Virginis*, discursum, seu Sermonem. Lib. impress. Bononiæ 1629. in 4. à fol. 1. usque 32.

ANTONIUS Molloy, Hybernus Ordinis Minorum, in disput. de Incarnatione, conclus. 15. ait: *Quòd in B. Virgine non fuit peccatum originale*, &c. Lib. impress. Græci 1645. in 4.

ANTONIUS de Molina, Ordinis Carthusianorum Hispanus, in lib. de Oratione mentali tract. 2. medit. 2. puncto 3. fol. 443. inquit: El segundo, que fue preservada de Dios con singular gracia, y prevencion para que no incurriesse, *ni le tocasse la manchada de pecado original*, en que avia necessariamente de incurrir por ser hija de Adan, &c. Burgis 1621. in 4. & alibi.

Item, invenio citatum Antonium de Molina *pro Immaculata Conceptione B. Virginis* in suo Rosario; an verò hic fuerit jam relatus, vel alter distinctus, nec scire, nec invenire potui.

ANTONIUS de Monelia de Ligure, vel Januensis, Ordinis Minorum Italus, in lib. inscripto: Sursum corda, tom. 2. lib. 4. de pertinentibus ad divinum cultum, cap. 22. num. 3. inquit: Virgo ergo MARIA quatuor circulos divinæ sapientiæ mirabilia opera in semetipsa recepit. *Primus est, præservatio à peccato originali; fuit enim immunissima ab omni peccato* Cantic. 4. Tota pulchra es. Secundus circulus est, præservatio corporis ab incineratione. Tertius, gravidatio sine corruptione. Quartus, parturitio sine Virginitatis detrimento, &c. impress. Bononiæ 1522. in 4. extat etiam in nostra Biblioteh. tom. 3. fol. 332. Vide alia ibi, præcipuè in principio, ubi ait: Ligna Setim ex quibus compacta est Virgo, sunt anima, & corpus; anima enim ejus imputribilis fuit, quia nullam spiritualis peccati sensit putredinem, &c.

ANTONIUS de Morales, Societatis JESU Hispanus, elaboravit Cantiones *in festivitate Immaculatæ*

Con-

Conceptionis Virginis MARIÆ. Ita Hippol. Marrac. in Bibliotheca folio 127. & in Catal. ad annum 1641. de quo etiam mentionem facit P. Alegambe. folio 4.

ANTONIUS Naldus Faventinus, Italus, Clericus Regularis, *de Conceptione Beatæ MARIÆ semper Virginis*, ex constitutionibus novis: verbo Prædicare, in Summa seu resolut. pract. Romæ 1635. in 4. & 1630. in 4.

ANTONIUS Navarro, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus, in Abecedario Virginali excellentiarum SS. Nominis Deiparæ, cap. 12. ait: Quòd in nomine Deiparæ continentur quinque specialia privilegia ejusdem Virginis: *probat immunitatem, ac præservationem à peccato originali in ejus sanctissima, ac Immaculata Conceptione* à fol. 111. usque 123. Lib. impress. Matriti 1604. in 4. vide etiam, fol. 104. de Mariæ præservatione à peccato originali.

ANTONIUS Navarrus Lerensis, Ordinis Prædicatorum, tomo 1. Sermonum de Sanctis, folio 47. in Sermone de Conceptione Beatæ Virginis, sic inquit: Hodie itaque Beata Virgo hoc bonum omnium aliorum bonorum primum accepit, videlicet esse. Deinde non solùm primum sui esse naturæ susceptit, sed insuper sanctificationem quandam, & prærogativam singularem hanc sortita est, *ut infectionis communis originalis peccati expers conciperetur*, quamvis cum viris ipsque sanctitate, & doctrina præstantibus aliter sentiam: pro nunc verò cum multis, ut conniveant multæ populorum turbæ aliter loquar. Vulgus etenim, etsi punctum hoc non attingat, audiens tamen, quòd absque originali labe genita Deigenitrix fuerit; ædificatur magis, majoremque sibi devotionem conciliat; & ut acclamatores assertionis hujus (esto quòd jam sive per invidiam, sive per contentionem, vel assentationem plebis eam prædicent) graves quasdam, & efficatiores rationes habeant, quamquam ridiculâ, interdum aliqui adducere in omnium suggestu solent. Dominicani enim, quamvis in hac opinione sicut in cæteris omnibus, miram Divi Thomæ eruditionem profiteamur usque ad mortem; non tamen ignoramus majores vires, quibus corroborari queat sententia altera; possumus etiam de ea si volumus, aliquantulum sapienter effari cum sapientibus adversæ partis Defensoribus. Ut autem radicitus, & plenè agnitum beneficium hujus puritatis Conceptionis Virginis multò pluris à cunctis fiat, scitote quòd homo ex natura sua habet, quòd sit passibilis, &c. Deinde præservationem Virginis Mariæ à peccato originali, ejusque immunitatem probat rationibus, auctoritatibus, ac congruentiis latissimè quidem, & eruditè. Deniq; folio 60. adducit alterum Sermonem de Conceptione Beatæ Virginis, qui incipit: Quoniam in præcedenti Sermone *satis profusè egimus, quàm immunis culpæ originalis fuerit Immaculata Virginis Matris Conceptio*, nunc qui utiliori plebi fructui afferendo intenditis, nonnullas, & solutas quidem super hodiernum Evangelium annotationes susscipite, &c. Quæ omnia reperies à fol. 45. usque 73. Lib. impress. Matriti 1593. in 4. Nolui hujus Auctoris omnia transcribere verba, quia latissima sunt, & liber communis est.

Item, Serm. de Purificat. inquit: *Sola Beata Virgo est, quæ peccati immunis prædicatur, & ex privilegio singulari Spiritus Sancti gratiâ præventa, decantatur immaculata, & Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

ANTONIUS de Nebrija, Regius Historiographus Hispanus, in libro Segmenta ex Epistolis Pauli, Petri, Jacobi, Joannis, nec non ex Prophetis, quæ in re divina leguntur per anni circulum, &c. *de Epistola pro Conceptione Virginis MARIÆ*: ad illud Proverb. cap. 8. In omnibus. Impress. absq; anno & loco impressionis, in 4.

Item, in libro de Hymnorum recognitione, &c. in orationibus, quæ in universali Ecclesia decantantur, ad diem 8. Decembris, adducit orationem *pro festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Granatæ 1557. in 4. & 1567. & 1539. etiam in 4. & 1549.

ANTONIUS Olivan de Maldonado, Carmelitanus, in libro dicto: Gobierno moral del alma, reformador de vicios, y instruidor de virtudes, &c. disc. 20. §. 2. fol. 451. ait: *Quòd Virgo MARIA præservata fuit à peccato originali*, latissimè usque ad fol. 634. ita ut potiùs sit tractatus.

Item, tom. 2. in conceptibus prædicabilibus ad diem 8. Decembris: *In festivitate purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Barchinonæ 1623.

ANTONIUS Olivano, Canonicus Caducensis, in Kalendario perpetuo ad divinum officium quotidiè recitandum, ad diem 8. Decembris, semper adducit *festum Conceptionis B. MARIÆ V. duplex majus.* Lib. impress. Caduci 1626. in 8.

ANTONIUS Orerius, Bibliopola Ianuensis, in operibus Thomæ ab Argentina recognitis, & typis mandatis, in 3. lib. sententiarum dist. 3. quæst. 1. An Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali? art. 1. talem præfixit resolutionem. *Cum Deo, haud fuerit impossibile B. Virginem ab originali culpa præservasse, congruit bonitati ejus, & maximè decuit hoc ipsum peregisse*; & licèt ipsa actuali culpæ nunquam subiacuerit, duæ tamen de ipsa feruntur sanctificationes, quarum neutra alicujus vitij ligamen fuit, seu extirpatio, sed potiùs ad decorem, & venustatem, nec non meritorum cumulum sibi exhibitæ fuêre. Lib. impress. Genuæ 1585. in fol.

ANTONIUS Ortiz, Hispanus, in libro: Relacion de la venida de los Reyes Catholicos al Collegio Ingles de Valladolid en el mes de Agosto de 1600. y la colocacion y fiesta hecha en el mismo Collegio de una imagen de nuestra Señora, maltratada de los hereges, &c. part. 2. folio 18. depicta fuit Virgo Maria caput serpentis conterens, & folio 31. in Carmine gratulatorio, inquit:

Salve labe carens, intacta puerpera salve
Ianua Cœlorum, Virgineumque decus, &c.

Alia quamplura pro hoc assumpto invenies ibi. Impress. Matriti 1600. in 4.

ANTONIUS de Pactis, Ordinis Minorum, in Viridario Concionatorum civitatis Hierusalem triumphantis, &c. *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ* adducit indicem concionatorium. Lib. impress. Venetiis 1617. in 4.

ANTONIUS Paduanus, vel Ulyssiponensis, Religionis Minorum Sanctus, ac natione Hispanus, Serm. in Parasceues, litt. C. fol. 112. à tergo inquit: Illusus etiam fuit ab Herode, vnde dicitur Lucæ 23. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba. Dei filius spernitur ab Herode vulpe; Ite, inquit, Lucæ 13. dicite vulpi illi, & ejus exercitui, cui Angelorum exercitus voce proclamat, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; cui, vt dicitur Daniel. 7. Millia millium, & decies

& decies centena millia assistunt, & ministrant, & illusit (inquit) indutum veste alba, *id est, carne ab omni labe peccati munda, à Virgine Immaculata sumpta.* Deus Pater filium glorificavit, quem Herodes sprevit; Pater veste alba induit, & Herodes illusit indutum, &c. Si Christus assumpsit carnem ab omni labe peccati mundam, à Virgine Immaculata ministratam, igitur in Virgine Immaculata fuit illa caro ab omni labe peccati munda; ergo absque peccato originali.

Item, serm. 2. Dominicæ 5. post Trinitatem, fol. 202. inquit: Item, tertiò thronus dicitur B. Maria, unde Eccles. 24. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis; quasi dicat: Ego in altissimis habito, apud Patrem elegi thronum, &c. in paupercula matre; & nota, quòd dicitur *columna*, quia nostram fragilitatem sustentat; *nubis, quia à peccato immunis.* Hic thronus fuit de ebore, quia Maria fuit candida innocentiâ, frigida sine libidinis ardore. Lib. impress. Parisijs anno 1521. in 8. apud Badium, & Parisijs anno 1541. in fol. Si vocat Virginem à peccato immunem, atque candidam innocentiâ, sequitur quòd fuerit immunis ab originali, & candida, atque innocens à primo sitæ Conceptionis instanti; non enim poterat dici immunis à peccato, si originale contraxisset: neque candida innocentiâ, si illam iustitiam originalem, quæ communiter innocentia vocatur, perdidisset.

Item, serm. 5. in Passione, fol. 218. secundæ impressionis, ad illud: Intravi domum tuam, inquit: Advertendum, quòd hoc dictum Salvatoris solùm tenet de illis, qui debitores fuerunt, *non de illis, qui fuerunt ab hujusmodi debito præservati, sicut qui fuerunt sanctificati in utero, de quorum numero fuit Beata Virgo*; tales enim plus diligunt, quia majus beneficium recipiunt, &c. & ad marginem habet: *Beata Virgo MARIA à peccato præservata.* Alias quamplures auctoritates extrahere poteramus ex operibus S. Antonij; sicut faciunt multi scribentes de Conceptione; consultò tamen illas relinquimus, quia judicamus has esse efficaciores; unum tamen advertere licebit, quòd hoc Ordinis Minorum lumen & decus citatur ab Auctoribus opinionis adversæ contra Conceptionem Virginis Mariæ, cujus tamen verba post exactam diligentiam factam invenire non potuimus, inveniuntur tamen in S. Antonino Florentino, Ordinis Prædicatorum. Vide nostrum Solem Veritatis primæ & secundæ impressionis, ubi latè agimus de eis.

ANTONIUS Paganus, vel secundùm alios Marcus Antonius Venetus, Ordinis Minorum Italus, in libro: Le Rime Spirituali, ad finem à folio 266. habet ad laudem Virginis Mariæ Cantiones 15. & in prima, sic inquit:

Tu benedetta fra le sconosciute
Done, è han per el paterno antico errore
Humidi gli occhi, è dal divin furore
Furon soggette à dura servitute, &c.

Et infra: vocat Mariam, rosam, & lilium, absque spina, puram, intactam, &c. Vide ibi lib. impress. Venetijs 1570. in 4.

ANTONIUS Palumbus, Ordinis Minorum Italus, fecit sequentia: B. Mariæ V. Immaculatè Conceptæ, ab omni culpæ contagio præservatæ, Christianos à peste liberanti, mundi Reparatrici Neapolis, & Cosentiæ Liberatrici, ac Protectrici: Hoc devotionis exiguum munus iterum consecrat:

In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.
Anagrammata pura ex dicto positivo.

IN nvicta vinco; ac tui Pestilentiam, ROMA, fugo:
EA apolis Civitati, ac minuto cum REGNO favit.

CONCEPTIONE
- itò fugat, perimit Luem, si innocua invocata.
- rtam Pestilentiam fugo; ac vi non victa vici.
- on ingrati vitam sulce: ô mitiùs accipe vota.
- ontagia, aut Pestem filiorum, invicta, vinco.
- n sic Contagium influit; at pro te, Amica, vivo.
- ugna ô Maria, cùm Cosentiæ Filii tuti vocant.
- u immunis (peccato victo) nova Filia Gratiæ.
- nimici mala fugat Protectio ejus: nunc vota.
- riginale peccatum à vitio non fuit cum ista.
- unc fugo, projicio à te, sat tuta inimica, Luem.
- n in tuto: piè fugatur à Scoto inimici macula.

TUA
- ui cùm Filij vocant: ô amans invicta protege.
- nigenita Filia Puritatis cuncta commoveo.
- t si inimici Contagia fluunt, te puram evoco.

VIRGO
- i mala invicta fugo; ac pro me tuti Consentini.
- tutè, ô Neapolis, cùm Contagia forti manu vici.
- isit in fuga peccati: ô metu malo vi non victa!
- ratiam cùm citò voces, non paveant Filii tui.
- mnes inimici fugiant à Prole tua, ac tuo ictu.

IMMACULATA
- tuta, ô vita mea, procul inficiens Contagium.
- etuens vivat: vi profligo inimica contacta.
- ortale nunc vitę Contagium ivit; ipsa facio.
- mica sis; en tuti: Procul fugite nociva omnia.
- ontagium mortis, vitę vitale nunc pia facio.
- ocavit Mariam? nunc Pestilentia citò fugio.
- ugent impii ô, tunc invocata, vitam reficias,
- lege communi non fui prostituta; ac ita vici.
- u tutè, ô Scote, in Unica, profuga inimici mala,
- ecipit vota: malum fugavit, non reijcit nos.

FUISTI
- acit, nè Orci, & Mali Contagium vivos puniat.
- ota accipio infirmi: Luge, & tunc vitam sano.
- nvocata: citò Pestilentiam vi fuga in Orcum.
- ancto Electuario, vani inimici potum fugat.
- ua an sola Protectio vicit? en fuga inimicum.
- privilegio intacta; fove nos, vitam cunctam.

Sancta es Dei Parens, et in Conceptione Immaculata. *Anagramma purum.*
En Neapolis Amicam invocat. Nunc ergo (ait) recedat pestis.

Sanctissima Dei Mater Maria sine peccato concepta.
Anagramma purum.
En pestem arcet. Jam dic Cosentia: sis Amica Patrona.

Conceptio illibatæ Mariæ Virginis et Matris.
Anagramma purum.
Cosentiam rarè protegit illa ab inimicis vitæ.

Virgo, et Mater, purissima, atque illibata.
Anagramma purum.
Abigit, pellitque tuę mortis auras Maria.

Immaculata Conceptio Beatissimę Virginis Marię.
Anagramma purum.
Sic meritò pestilentiam in ima cogis abire vacuam.

Maria Virgo Sanctissima, & sine labe Concepta.
Anagramma purum.
En nongravabit Pestis te, Amica carissima Cęlo.

MARIA Sanctissima Virgo, et sine crimine Concepta.
Anagramma purum
Innocuis armis inimica Contagia terres, ac Pestem.

In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.
Anagramma purum.
Sic innocua, vitam fulcit: à vę omnia protegit.

MARIA Immaculata.
Anagramma purum.
Jam, jam mala curat.
Aliud.
Jam Miracula amat.
Aliud.
Tam mala Arma vici.
Aliud.
Tu alma, amica, mira.

MARIA Virgo.
Anagramma purum.
Mira rogavi.
Aliud.
Vir, jam roga.
Sancta Maria.
Anagramma purum.
Ita cara amans.

Sanctæ Mariæ Conceptio.
Anagramma purum.
Et mirè peccata non scio.
Aliud.
Ecce Pesti omnia contrà.

MARIA illibata.
Anagramma purum.
Tria mala alibi.

O MARIA sei Concetta senza peccato Originale.
Anagramma puro.
Ecco Cosenza si eterna: è mia: Parta il Contagio.
Impress. Cosentiæ anno 1657. in charta expansa.

ANTONIUS Pasqualis, Ordinis Minorum Hispanus, part. 3. Philocosmiæ spiritualis, de oratione mentali, & via unitiva, & activa, platica 6. fol. 47. ait: *Quòd Sacratissima Virgo MARIA fuit Concepta absque peccato originali, &c.* Lib. impress. Valentiæ anno 1611. in 4. & 1622. etiam in 4. Vide explicationem salutationis Angelicæ, à fol. 43. sub titulo; Platicas, y exercicios espirituales.

ANTONIUS Paulus, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Concetti scritturali, in torno alla desiderata historia de gli stupendi miracoli della Madona del Sasso di Casentino, &c. *Pro puritate Virginis MARIÆ, ejus immunitate à peccato, innocentia, & omnimoda gratia*, dicit & affirmat quidquid excogitari potest in hac materia; salvo, quòd nunquam exprimat, fuisse conceptam absque originali. Vide totum librum impress. Florentiæ anno 1627. in 8. Ex hoc etiam Auctore colligitur, quòd non omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum sustinuerunt opinionem contrariam, ut aliqui moderni inconsiderarè affirmant.

ANTONIUS Perez, Ordinis S. Benedicti Hispanus, & Episcopus Vrgellensis, in libro dicto: Authentica SS. 4. Evangelistarum, part. 2. super Epistol. ad Roman. controv. 2. cap. 21. à fol. 201. usque 207. ait: *Quòd ex omnibus filijs Adæ, sola Virgo MARIA fuit ab omni peccato originali exempta.*

Item, ibidem ait: Quòd in sua Conceptione superavit diabolum calcaneo illius insidiantem, quòdque Christus Dominus fuit Salvator Virginis singulariter, quatenus redemit in pace animam ejus ab his qui appropinquabant, *utique à peccati labe, & interitu originali animæ jam cadentis*, &c. Impress. Lugduni 1626. in 4.

Item, *quòd MARIA sola ab originali peccato fuerit exempta, quòdque ejus præservatio sit opus solius Dei*; ibidem, num. 248.

Item, in Laurea Salmantina certam. 4. expositivo, scilicet: An Joannes Baptista fuerit inter omnes major? cap. 3. fol. 133. num. 37. columna 2. in principio, inquit: Excipiunt etiam ab eodem elogio Deiparam, non solùm, quòd (ut Galatinus ubi supra probat ex Gregorio Nazianzeno, ex Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, & Damasceno) *non fuit prolapsa in originali culpa*, ac proinde nec computanda inter natos mulierum, qui surrexerunt, &c. Impress. Salmanticæ 1604. in fol.

Item, in lib. dicto: Authentica Fides Matthæi controversijs Catholicis agitata, pariterque discussa, &c. cap. 85. & Matth. 6. vers. 9. fol. 382. num. 38. inquit: Licèt non sit homo, qui non peccet, *sabrem Deiparam scimus & verè credimus immunem à peccato fuisse, ex speciali quidem privilegio Dei, &c.*

Item, in indice annotationum ad conciones, *pro festo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ*, adducit indicem concionatorium. Lib. impress. Barchinone 1632. in fol.

Item, in lib. Serm. de Sanctis; *de Conceptione Immaculata Dominæ nostræ*, habet Sermonem à fol. 37. usq; 46. Lib. impress. Metinæ à Campo 1603. in 4.

Item, in Sermonibus Quadragesimalibus ad diem 8. Decembris, *de Conceptione & Nativitate SS. Virginis* indicem concionatorium. Lib. impress. Vallisoleti 1619. in 4.

ANTONIUS Perez, Societatis Jesu Hispanus, elaboravit *pro Conceptione incontaminata Deiparæ Virginis* tractatum unum, de quo Pistoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 6. fol. 156. num. 69 & alij plures.

ANTONIUS Philotheus de Homodeis, Jurisconsultus Siculus, scripsit *circa Decretum de peccato originali, & exceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ Deigenitricis*, in compilatione Decretorum & Canonum Concilij Tridentini. Lib. impress. Venetijs 1573. in 8. fol. 84.

ANTONIUS Pichoi, Episcopus Salutiarum, in statutis Synodalibus anno 1585. ab ipso editis, ad diem 8. Decembris, inquit: *Festum Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*, quod observari volumus, tum quia Ecclesia nostra sub ejus nominis memoria est dicata; tum quòd SS. Patres in conclusione sacri Concilij Tridentini, solemnem hunc diem habuerunt. Ita fol. 119. Lib. impress. Caramagnolæ anno 1585. in 4.

ANTONIUS Pinedo de Padilla, Poëta Hispanus, in quadam Cantione de Conceptione Virginis, sic inquit:

De la paloma Trinitaria ha avido
Quien cante en su pureza mil canciones.

Extat impress. in tractat. R. P. Joannis Redondi, Hispali 1616. in principio.

ANTONIUS Piquer, Societatis Jesu Hispanus, in Diario sanctissimæ Virginis MARIÆ P. Antonij Balinghen, Hispanicè traducto, à fol. 363. *de Immaculata Conceptione* habet plura. Lib. impress. Cæsaraugustæ anno 1654. in 4.

ANTONIUS Pocqueti, Cœlestinus Gallus, scripsit plurimos Sermones, inter quos sunt sequentes de *Immaculata Conceptione*: Sermo primus incipit: Quam plantavit ab initio & ante sæcula, dignitate & prævisione, &c. Secundus Sermo de eadem, incipit: Cœleste posteris clauserat oratorium, protoplastorum temeritas, &c. Tertius Sermo, *de eadem Conceptione*: Non vidit ortum surgentis auroræ, nox originalis culpæ, tantæ donum Dei, &c. Quartus Sermo, *de eademmet Conceptione*, incipit sic: Nihil est, quod æquè devotos delectet post suavem Christi memoriam, &c. Quintus Sermo: Universæ terræ fundatum exultatione sanctificavit eatenus tabernaculum suum Altissimus, &c. Sermo sextus:

Ab

Ab æterno prælecta, parata est incarnandæ Dei sapientiæ sedes perennis, &c. Sermo septimus: Egregium sibi solium præparavit in misericordia, &c. Sermo octavus: Impudenter nimis gloriæ nostræ crimen conantur inferre, &c. Sermo nonus: Verba iniquorum prævaluerunt super nos, bonum obedientiæ malum, &c. Sermo decimus: Defecerunt scrutantes scrutinio, & evanuerunt in cogitationibus suis, &c. In quibus omnibus acerrimè propugnat *Immaculatam Virginis Conceptionem*; suntq; manuscript. Parisiis apud Cœlestinos, & apud nos dispositi ad prælum, Deo dante, hoc anno cum aliis Opusculis.

ANTONIUS Poltus de Colle Mancio, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro, de Suprema felicitate cœli, libro 3. à cap. 7. usque 16. inclusivè agit de Virgine MARIA, quam passim *vocat pulchram, pulcherrimam, puram, & immaculatam.* Deinde habet, quæ sequuntur pro immunitate Virginis MARIÆ cap. 7. Che essendo l' anima de la Vergine, la piu excelente de tutti l' altre creature (ecettuando pero de Christo JESU) ne sigue meritamente chè lo corpo suo parimente fusse bellissimo, è perfetissimo sopra tutti gli altri corpi, che mai si trovarono nell' Universo, &c. Cap. 8. Anzi piamente potremo & senza errore di fede tenere, *che nella sua creatione l' anima sua excelentissima hàvesse da Dio infusseni tale specie, è similitudine delle cosse*: non mi parendo che tal dono manco se gli conveniisse che Adamo, &c. Inveniisti gratiam apud Deum. MARIA non titubare, è non valer temere d'havere da esser Madre di Dio: perche hai trovato grazia â preso de lui. Li quali parole non ci danno adintendere che ella veniisse prima nell' effetto de la gratia, essendo esso Angiolo stato prima creato con la gratia dal principio del mondo: mà le disse hai trovato: perche ella fu la prima à recuperare al'humana generatione, la gratia perduta; il che no fece giamai Adamo, &c. Et cap. 9. Quanto à questo dono de la Profetia, ella trasposò di gran lunga Abramo, Giacob, Mose, Davitte, Isaia, Geremia è tutti gli altri Prophete che mai sonno stati ô saranno. Hebbe etiandio la cognitione dello stato della giustitia originale, non meno di Adamo (anzi assai piu) anchoreche mediante le specie infuse senza discorso, mà per simplice intelligenza havesse ricevutto tanto lume, è cognitione del gran Dio, &c. Poterat dicere, quòd cognovit per scientiam experimentalem, sed dato, quòd cognoverit per simplicem intelligentiam justitiam originalem, sicut cognovit, Virgo totum habuit, &c. Et cap. 11. Che le fece Regina del Cielo, è della terra, è quello che piu oltre non ci possiamo imaginare fu assumta ad esser Madre de Dio: Ad essa finalmente diede tutti li doni delle gratie, delle dignitadi, delle scientie, delle beatitudine, è de meriti, &c. Et cap. 14. E perche ornamento veruno all' anima sua non mancasse, appresso tanti altri fui in lei etiandio la penitenza che è una parte della guistiza, anci in quella ritrovo piu perfettamente che in tutto il resto de viatori, come è chiaro; perche in tutti noi l' atto suo presuppone il peccato esser stato nell' anima, ô esser presente, essendo tal virtu un dolore de peccati commessi, *si che nella gloriosa nostra Regina non hebbe luogo: perche in lei ci fu ben l' atto penitentiale, ma senza colpa di sorte alcuna, &c.* Et cap. 16. Aquesto proposito dice il suo Alberto: In tutti gli altri tal dono non è senza contrasto per respetto del fomitte, & anco alcuna volta con la caduta al meno del veniale, eccetto pero la Vergine Madre che fu senza mortale, è veniale, in cui si trovò senza combatimento del fomite, &c. Lib. impress. Perusiæ 1575. in 4. Ex quibus verbis potest colligi, quæ & qualis fuerit hujus militis mens.

ANTONIUS Porteus, Episcopus Monopolitanus, præcepit observari *festum Conceptionis Beatæ MARIÆ*, ut videre est in Constitutionibus, & Decretis ejusdem, fol. 57. Impress. Romæ 1587. in 4.

ANTONIUS Possevinus Mantuanus, Societatis Jesu Italus, in Apparatu Sacro, tomo 2. Verbo MARIA Virgo, folio 66. inquit: *Tot enim, vel figuris, vel factis ab initio usq; mundi prænuntiata est*: ut post tres divinas personas, ac Dominum JESUM Dei filium, & hominem, Angeli, ac veteres illi Patres eodem spiritu acti collinearent ad ipsam Virginem Sanctissimam optandam, & prædicandam, &c. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1608. in folio.

Item, in Bibliotheca selecta de ratione studiorum ad disciplinas, & ad salutem omnium gentium procurandam, libro 10. cap. 9. folio 452: Vocat Virginem MARIAM omni morum, ac vitæ integritate, & sanctitate plenissimam, omnium virtutum genere muneribusque exornatam, ut sanctissimam, & perfectissimam omnium fœminarum, *cujus uterus fuit purissimus, ac mundissimus, & ipsa tota inviolata, & incorrupta, ac semper integra*, &c. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1607. in folio.

ANTONIUS del Pozo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, edidit Concionem sub hoc titulo: Sermon dia del regalado Apostol, y Evangelista San Juan, *en el Convento de la Concepcion de la misma Ciudad, &c.* Impress. . . . . 1625. in 4.

ANTONIUS Quintanadueñas, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto: Singularia Theologiæ Moralis, &c. folio 234. singulare 13. An extet privilegium concessum Minoribus, & ijs, qui cum eis privilegiorum communicatione fruuntur, Missam celebrandi, & Divinum officium recitandi *de Beatæ Virginis Conceptione* in Sabbatis, novem lectionum officio non impeditis?

Item, singulare 14. An in Sabbatis Adventûs & Quadragesimæ, nec non Quatuor Temporum possint Regulares uti privilegio celebrandi, & recitandi *de Conceptione Beatæ Virginis*?

Item, singulare 15. An probabilis sit opinio asserens, Sabbatis Adventûs, & Quadragesimæ posse Regulares recitare offic. *Immacul. Conceptionis*?

Item, singulare 16. Utrum omnes Moniales cujuscumq; Ordinis, sub Ordinariorum regimine viventes, possint uti privilegio recitandi quintis Feriis de Eucharistia, & Sabbatis *de Immaculata Conceptione* Beatæ Virginis MARIÆ, &c.

Item, singulare 17. Utrum Sacerdotes sæculares ex Tertio S. Francisci, Prædicatorum, Augustinianorum, & Carmelitarum Ordine possint recitare Officium, & Missam celebrare, *de Immaculata Virginis Conceptione* in Sabbatis, & de Eucharistia in Feriis quintis, in quibus Regulares, &c.

Item, singulare 18. Utrum sæculares in sacris portantes Chordam S. Francisci, vel Corrigiam S. Augustini, aut habitum parvum (vulgo habitillo) Carmelitarum, aut S. Mariæ de Mercede, aut S. Trinitatis, possint gaudere privilegio recitandi in quintis Feriis de Eucharistia, & in Sabbatis *de Immaculata Conceptione, &c.*

Item, in Appendice pro Jubileis, & festivitatibus Christi Domini, & Beatæ Virginis, ac aliorum Sanctorum concessis, tract. 3. folio 295. de Jubileo *Immaculatæ Conceptionis*, concesso ab Urbano VIII. pro domo Societatis Jesu Hispalensi.

Item, tractatu 9. dubio 1. folio 366. de Jubileo concesso à Leone X. in mortis articulo imaginibus *Immaculatæ Conceptionis*. Et dubio 6. folio 374. num. 9. Impress. Hispali 1646. in folio.

Item, in opere posthumo Theologiæ moralis ejusdem, tract. 1. singulari 5. folio 8. Utrum festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, post Bullam Urbani VIII. observari debeat?

Item, singulari 6. de Innocentij Bulla, seu Decreto, ut in Regno Hispaniarum celebretur festivitas Conceptionis Virginis Deiparæ Mariæ.

Item, singulari 7. Utrum in Regnis, ac locis Hispaniarum Regi subjacentibus, licèt in Hispania non sint, observatio festi Conceptionis Beatæ Mariæ obliget ex Bulla relata SS. D. N. Innocentij X. Lib. impress. ibidem 1652. in folio.

Item, in libro de Sanctissimo nomine Mariæ; folio 38. Quòd Virgo Maria *à primo instanti Conceptionis fuit consecrata à Deo in maiori gratia*, quàm ullus Sanctorum, &c. Impress. Hispali 1643. in 8.

Item, in libro Sanctorum Civitatis Hispalensis, ac de festivitatibus ejusdem Ecclesiæ, ad diem 8. Decembris, Folio 369. *De festivitate purissimæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis Dominæ nostræ*, usque ad fol. 374. Lib. impress. Hispali 1637. in 4.

ANTONIUS Ramirez, Poëta Hispanus, ut constat ex libro dicto: Panegyrica relatio voti, seu juramenti Equitum de Alcantara, scripsit Cantionem *pro Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ puritate*, extat fol. 67. Impress. Matriti 1653. in 4.

ANTONIUS Rampegolis, vel Rampelogis, Ordinis S. Augustini Januensis, qui vixit secundùm aliquos ad annum 1389. in libro dicto: Compendium figurarum Bibliorum, verbo: Maria Virgo, inquit: Venit ergo hic Magister reparans vas virgineum, id est, Beatissimam Mariam quam fecit ex eodem luto, sed sanctificavit eam, & fecit quemadmodum voluit, nam adeò replevit ipsam sanctitatis gratiâ, *ut ea tam ab originali, quàm ab omni actuali peccato deinceps esset munda*, &c. Et infra: Per hoc tabernaculum sanctificatum notatur Virgo Maria, quæ super omnes Sanctos sanctior est; nam in ejus sanctificatione *remota est omnis macula, etiam minimi peccati*, ut etiam Sanctos Angelos, secundùm Anselmum, superet per puritatem, &c. Bene igitur decuit terram illam fœcundam, quæ talem produxit fructum, *liberam fieri ab omni tributo peccati*: quod sic factum est gratia dispensante.

Item, infra loquens de vitrea fenestra, inquit: B. Virgo Maria fuit fenestra lucifera, id est, lucem ferens generi salvandorum, & tam corpus ejus, quàm spiritus adeò fuerunt solidati divinâ gratiâ, quòd licèt per ipsam lumen æterni Solis nobis illuxerit, *tamen neque per ipsam gutta peccati, neque macula culpæ unquam descendere valuit*, &c. Per arcam nota Beatissimam Virginem, in qua non Noe, sed vera requies, scilicet Dei filius requievit, sed cum hoc tantæ fuit soliditatis, *ut nec aqua alicuius peccati per ipsam, vel ad ipsam posset accedere*, &c. Lib. impress. Argentinæ 1516. & 1558. & Parisijs 1610. in 4. & Lugduni 1511. ac tandem Coloniæ 1609. in 12. & in multis locis vidimus manuscript.

Item, ad illud: Liberasti me Domine secundùm multitudinem misericordiæ tuæ, Eccl. 51. inquit: Signum magnum libertatis est civitatibus tributum solventibus, si illæ ex singulari privilegio tributum non solvant. Spiritualiter: Omnis creatura purè humana fuit peccato subjecta, & per consequens Diabolo tributaria, *exceptâ Beatissimâ Virgine, quæ ex privilegio summi Regis fuit ante sanctificata, quàm nata*; & sic fuit repleta gratiâ, ut à cujuscumque peccati tributo extiterit penitus aliena. Figur. Genesis 48. ubi legimus, quòd tempore illius magnæ egestatis tota terra Ægypti fuit tributaria Pharaoni, excepta terra sacerdotali, quæ libera erat ex Regis privilegio. Spiritualiter: Tempore quo fuit in mundo tanta egestas gratiæ, omnis humana creatura tributaria fuit peccato, *excepta Matre Sacerdotis magni secundum ordinem Melchisedech, quæ ex divino privilegio libera fuit*, &c.

ANTONIUS Remigius Apchin, Gallus, Ordinis Minorum, in oratione prælibanda, conclusa unica fuit. *Divus Michael primus Immaculatæ Conceptionis MARIÆ defensor*, in Thesibus Tolosæ impress. 1658. in charta expansa, pro Capitulo Generali Ordinis.

Item, edidit tractatum *de Conceptione Immaculata* in defensionem concionatoris, qui aliqua dixerat de hac materia; ubi defendit illum, & mysterium totis viribus, & incipit: Prodijt nuper famosus libellus, &c. Est apud nos manusc. in 4.

ANTONIUS Ricciardus, Doctor Brixianus, in suis Commentarijs Symbolicis, verbo: Accubitus affirmat *Beatam Virginem fuisse Conceptam absq; peccato originali*.

Item, verbo: Gaudens, ait: *Quòd Beata Virgo à Deo fuit præservata, ne à peccato originali tangeretur*.

Item, verbo: Nardus, ait: *Quòd Conceptio Beatæ Virginis dedit odorem puritatis & innocentiæ, cùm esset absq; originali peccato*.

Item, verbo: Pulchra, inquit: *Beatissimam Virginem fuisse futuram immunem peccati originalis in Conceptione, & omnium aliorum peccatorum in vita sua*.

Item, verbo: pulcher, inquit: *Messiam fuisse futurum immunem ab omni peccato tum originali, tum mortali, & actuali, quemadmodum & ejus Mater*.

Item, verbo: Rosa, ait: *Beatam Virginem inter alias mulieres esse sine peccato tam originali, quàm actuali*. Rosa enim licèt sit inter spinas, ipsa tamen non est spinosa, sed tota pulchra, & odorifica.

Item, verbo: Turtur, inquit: *Beatam Virginem utpote Messiæ Matrem fuisse sine ullo peccato, vel originali, vel actuali mentali*. Turtur est sine felle, & à principio sine eo creatur. Hæc & alia habet in libro impress. Venetijs 1551. in fol.

ANTONIUS del Rincon, Ordinis Minorum Hispanus, in Catalogo virorum illustrium Seraphicæ Religionis, agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Antonius Daza, cap. 9. fol. 52. de Auctore mentionem facit Wadding. cui tribuit librum: Monumenta Ordinis.

ANTONIUS Riquejus, Ordinis S. Norberti Hispanus, scripsit Sermonem, *de pura ac Immaculata Conceptione Virginis*, pro octavario facto Matriti die 5. Februarij, impress. ibidem anno 1651. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis.

ANTONIUS de Ricera, Ordinis Minorum Hispanus, cùm esset Commissarius Curiæ Romanæ, an. 1647. & cœpissent Adversarij evulgare quoddam decretum à sacra inquisitionis Congregatio-

gatione(ut dicebant)editum feria 4. die 20. Januarij anni 1644. ut scilicet titulus *IMMACVLATA* non tribueretur Conceptioni, sed Virgini, sub prætextu, & sparso rumore, quòd hoc jusserat Vrbanus VIII. Pont. Max. suo Decreto; & quòd Innocentius X. ut à prædecessore editum fuerat, sic promulgare decreverat. Prædictus Pater ad sacros pedes Innocentij X. provolutus totam rem patefecit, ac retulit, *causam agens pro celebri, ac debito titulo Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*; sed à Pontificis ore tale accepit oraculum: Ego usque ad hanc diem nihil de ejusmodi decreto scivi, nec aliquid circa hoc præcepi. Vide P. Christ. à Vega, in Theolog. Mariana Palest. 4. fol. 156.

Item, *pro purissima ac prorsus sancta Conceptione B. Virginis MARIÆ*, tract. unum, ex Hippolyt. Marrac. in Biblioth. & Fran. Pistoia, fol. 158. Tractatus iste nunquam lucem vidit, ut ab ipsomet Patre mihi relatum fuit.

Item, eodem tempore (obtentâ licentiâ à Reverendissimo Patre Sacri Palatij Magistro) typis edi curavit officium Sacratissimæ Eucharistiæ, unà cum officio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* prout à Fratribus Minoribus recitatur, sed tempore publicationis impeditum fuit ab eodem Sacri Palatij Magistro; postea tamen obtinuit licentiam, ut non obstante contradictione liberè publicaretur.

ANTONIUS de Rivera, Licentiatus, Hispanus Poëta, *de Immaculata Virginis Conceptione* Poëma, in libro impress. Hispali 1616. in 4. folio 70.

ANTONIUS de S. Roman, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Consuelo de penitentes, y Mesa franca de espirituales manjares, cap. 39. & 40. ait: *Quòd B. V. MARIA fuit Concepta absque peccato originali*, latè à fol. 131. usque 137. Impress. Hispali 1581. in 8.

ANTONIUS Rozado, Ordinis Prædicatorum Commissarius Sancti Officij, Hispanus, in libro dicto: Tratados en loumor do sanctissimo Rosario, è sobre ò cantico da Senhora: tract. 3. folio 160. sic inquit: Foi tanta à luz das graças, excellencias, prerogativas, dons, & virtudes conque Deos exclareceo à Virgen nostra Señora desdo *primeiro instante de sua Immaculada Concepcaun*, que à deixou, sendo de massa baxa, & vil, que se fora de natureza Angelica, ou Seraphica, &c.

Item, fol. 318. de Indulgentia *pro die Conceptionis*, et in Litania tractatu 5. fol. 385. *Per Immaculatam Conceptionem*, Nativitatem, & Beatam Præsentationem tuam, libera nos Domina, & passim in lib. impress. Ulyssipone 1622. in 4.

ANTONIUS Ruiz de Cabrera, Ordinis Prædicatorum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: Desagravios del Divino Sacramento del Altar, y de Maria sanctissima Señora nuestra, predicados en el novenario, que el Convento de Regina Angelorum de Sevilla hizo en las fiestas *de la purissima Concepcion de la Reyna de los Angeles*, este año de 1635. Serm. impress. Granatæ 1636. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Et, ut meliùs ex hoc sermone pleniusq; cognoscatur mens, & sententia hujus Auctoris, solùm sequentia transcribo ex fol. 4. Yentre estas espinas estuvo escondida la venenosa serpiente, cuyo mordaz diente difundiò el tosigo, que tan dilatamente cundiò; pero al concebirse esta Señora, no cayò entre essas espinas, que fue la cama de su Concepcion, comun con la de su Esposo: Lectulus noster floridus; y como en la suya, ni sintiò las espinas de la culpa, ni el veneno de la serpiente; tan poco Maria, que fue la cama de su Concepcion florida; y el aspid si se oculta en la rustica, groña de las espinas, y çarcas, no entre las flores del peinado, y culto jardin, como lo advirtiò Pompinio en el primero de sus Adagios: Vipera est in veprecula. Dè autoridad à mi pensamiento Galatino; y pues para el puso el primir borrador, eche las vltimas pautas, exponiendo todo aqueste lugar de los Cantares. *Quemadmodum ego absque originali labe concepta sum, ita tu quoq; amicus meus, & idcirco pulcher es & formosus lectulus noster; hoc est, Conceptio nostra est florida, & odorifera, absque peccati corruptione.* Mi Concepcion, y la vuestra querido Esposo mio (dize Maria) son tan semejantes, que como la vuestra, por aver sido entre flores, os dio la hermosura de todas; la mia, que no sue entre espinas, sino entre açuzenas, tambien tuvo las mismas prerogativas; y assisi vuestra Concepcion fue una fragantia de flores, en la mia no huvo mal olor de culpa; porque ni en una, ni en otra tuvo lugar la corrupcion del pecado.

ANTONIUS Ruiz, Societatis Jesu Hispanus, in illo libro dicto: Conquista espiritual, hecha por los Religiosos de la Compañia de Jesus, en las Provincias del Paraguay, Parana, &c. §. 50. & 69. *de reductione, sub titulo Conceptionis Virginis Dominæ nostræ MARIÆ*, &c. Lib impress. Matriti 1639. in 4.

ANTONIUS Rubius Legionensis, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Assertionum Catholicarum adversus Erasmi Roterodami pestilentissimos errores, &c. lib. 4. fol. 79. postquam dixerat, quòd B. Virgo Maria Mater Dei nulli subjacuit peccato, nulli ignominiæ succubuit, in nullius dedecoris præcipitio stetit, &c. 5. Insurrexerunt posteà; latissimè probat, & eruditè, *Virginem Deiparam exemptam fuisse à peccato originali, & communi lege.* Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1568. in fol. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 15.

ANTONIUS Sabedius Hispanus, ac Poëta insignis Latinus, edidit in laudem sacratissimæ Virginis Mariæ sequentia carmina, quæ (ni fallor) ejus immunitatem respiciunt.

> ..... *Sanctissima mirum,*
> *Arcano tua complevit penetralia verbo*
> *Scilicet ante mare, & terras primordia mundi*
> *Ante parens summo jam tunc electa Tonanti,*
> *Fœmineumque scelus, primæque horrenda parentis*
> *Crimina, nil meritos nimis heu læsura parentes,*
> *Ablueres sancti fœlice propagine ventris.*
> *Ergo velut nostri mulier caput una doloris,*
> *Principiumque mali: Tu fons, & origo salutis*
> *Humanæ, tu lætitiæ bona Virgo fuisti*
> *Inventrix, tu delictorum oblita priorum,*
> *Syderei nobis reserasti limina cœli.*

Extant in libro dicto: de Antiquitate Lusitaniæ, per Andream Resendium, & Jacobum Mendez de Basconcellos, Michaëlem Cabedio, & Antonium Cabedio elaborato, fol. 572. Impress. Romæ 1597. in 8.

ANTONIUS Sablonius, Ordinis Minorum Flander, aliquid scripsit, vel egit *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, ut colligitur ex epistola Joannis Hellsels Lovanienssis, apud Cornelium Schultingium fol. 46. quid illud fuerit, ignoro.

ANTONIUS Sanderus Gandensis, Canonicus Iprensis, vir eruditus in antiquitatibus; in Opus-

culis minoribus à fol. 1. usque 14. habet panegyricum de *Immaculata Conceptione*; & incipit: Non possum melioribus auspicari verbis. Lib. impress. Lovanii 1651. in 4.

Item, idem in indiculo variorum tractatuum, num. 3. alterum panegyricum *de eadem Conceptione V. MARIÆ*, Gandavi in æde Societatis Jesu habitum, dicatumq; Henrico Francisco vander Burch Archiepiscopo Cameracensi. Lib. impress. Ipris anno 1646. in 4.

ANTONIUS Scalagius de Altamura, Ordinis Minorum Italus: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit tota pulchra, & nullam habuit maculam, &c.* in libro: Ornamentum animæ, cap. 22. de ornatu Virginis MARIÆ. Impress. Neapoli 1557. in 4.

ANTONIUS Scayno, Salodiensis Presbyter, & Sacræ Theologiæ Doctor, in libro: Paraphrasis in omnes S. Pauli epistolas cum annotationibus, in epistolam ad Romanos cap. 5. fol. 32. à tergo sic inquit: Et ideo Christus à participatione prævaricationis Adæ exceptus est, & non conceptus in peccato originali; ut qui, etsi ex sanguine mulieris virginis immaculatæ, originem ducentis ex semine Adæ, traxerit suæ humanitatis generationem, attamen ex semine viri non propagavit, à quo profluit humanæ generationis contaminatio; sed ex Dei virtute superveniente, & obumbrante Virgini, formatus est in hominem sanctum, innocentem, immaculatum, & à peccatoribus segregatum, qualem esse decebat humanitatem, quæ Verbi divinitati in eadem persona unienda erat. *Sed et nil adversatur, quin dicamus, & ejus Sanctissimam Genitricem (ut pie creditur) hoc peccatum non incurrisse*, cùm non sit impossibile apud Deum omne verbum. Hæc in libro impress. Venetiis 1589. in folio.

ANTONIUS Serpensis, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Eucharisticæ Chronologiæ ab ipso mundo condito, per figuras legis naturæ depictæ, & enarratæ, &c. tom 1. *de Conceptione Immaculata virginis* adducit quamplura, ut videre est in indice, verbo MARIA, fol. 736. quæ brevitatis causa non transcribo. Impress. Parisiis 1648. in fol.

ANTONIUS Serranus, Doctor Hispanus, in libro: Modo de rezar el santo Rosario, como se reza en la Iglesia de S. Iuan de Madrid, &c. in Litaniis, fol. 106. inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Domina.* Lib. impress. Matriti 1638. in 16.

ANTONIUS de Setubal, Ordinis Minorum Lusitanus, in libro: Coroa de doze estrellas da Virgen senhora nossa: Quæstio 8. de prima stella, quæ agit de nobilitate spirituali Virginis Dominę nostræ. Tota quæstio est *De Immaculata Conceptione* ejus. Quæstio 9. De prima stella cœli, quæ agit aliquibus rationibus Theologicis de nobilitate spirituali Virginis: *Quomodò nunquam fuit captiva Dæmonis, siquidem non contraxit maculam peccati originalis*, latissimè.

Item, Quæstio 10. De prima stella cœli, quæ agit quomodò Virgo inter omnes puras creaturas habet primum, principalioremq; locum in divina prædestinatione; unde colligitur ejus nobilitas spiritualis, non fuisse aliquando captivam Demonis.

Item, Quæstio 11. De prima stella cœli, quæ agit cum Doctorum rationibus fundatis in sacra Scriptura, de nobilitate spirituali Virginis Dominæ nostræ, quomodò *nunquam contraxit maculam peccati originalis.*

Item, Quæstio 12. De prima stella cœli, quæ agit *de eadem materia Immaculatæ Conceptionis* Virginis Dominæ nostræ.

Item, Quæstio 13. De prima stella cœli, quæ agit, quòd non est bene animum Christianum ponere in dubio *nobilitatem spiritualem Immaculatæ Conceptionis* Virginis Dominæ nostræ.

Item, Quæst. 14. de prima stella cœli, quæ resplendet in corona Virginis, quæ agit, quomodò illi, qui ostenderint hanc Dominam lucidam, formosam *& absque macula aliqua peccati*, honorabuntur in cœlo; sed è converso, qui ostenderint maculatam, inhonorabuntur. Et ex hac prima stella facit sex radios pro Immaculata Virginis Conceptione, pro qua est totus primus liber, usque fol. 90. satis doctus, & eruditus. Impress. Ulyssiponæ 1632. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

ANTONIUS Simeon, Prior Conventus Prædicatorum Parisiensis Gallus, gallicè reddidit Sermones P. F. Petri de Valderrama Ordinis S. Augustini, quorum sex sunt, *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*, à folio 1. usque ad 146. Parisiis anno 1612.

ANTONIUS de Sobarzo, Ordinis Minorum, in libro de sacra Scriptura impleta, non impleta, & aliquando adimplenda, &c. lib. 4. cap. 5. pra. 8. n. 5. agit *de mysterij Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ definitione*, &c. extat manusc. apud eum quem ego semel, & iterum vidi.

ANTONIUS Solarius, in lib. de Veneratione & invocatione Sanctorum, agit de institutione festivitatis *Immaculatæ Conceptionis*, & aliis, quæ refert Joannes de Alloza, lib. 1. Cœli Stellati, fol. 4. num. 12. Hippolyt. Marrac. in Catal. Mar. ad annum 1517.

ANTONIUS de Solis, Secretarius Regius, ac Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Cum aliis impress. Matriti 1653. in libro: Relatio Panegyrica fol. 8.

ANTONIUS Sotomayor, Ordinis Prædicatorum ad an. 1618. Provincialis Provinciæ Castellæ, & postea Inquisitor Generalis in Regno Hispaniarum, scripsit epistolam cum alijs sui Ordinis Patribus pro festivitate, officio, ac prædicatione *mysterij Immaculatæ Conceptionis* in sua Religione, quam ad litteram adducit R. P. Joannes Eusebius Nieremberg, in lib. Excep. cap. 24. fol 414.

ANTONIUS Stabilius à Sancto Angelo de Fossanella, Ordinis Prædicatorum, in libro: Introductorium duplici ternario comprehensum, ad singula Quadragesimæ Evangelia, &c. libro 3. de MARIA Virgine, folio 379. inquit: Quando scribitur, quòd sapiens Artifex forte lignum, & imo tribise elegit, ut statuat simulachrum, quod non movetur, &c. Figurat quòd Deus elegit MARIAM Virginem in Matrem prædilectam, *quòd nunquam fuit aliquo peccato putrida*, vel ad illud per aliquam suggestionem inclinata. Augustinus de natura, & gratia cap. 36. Scimus enim, &c. Rabanus in Sermon. de Nativitate Virginis MARIÆ: Proprium peccatum non habuit, & ab innocentissimo corde ejus præsentiâ longè fuit, &c. Lib. impress. Venetijs 1610. in 8. Vide verbo MARIA, nam sæpissime ipsam vocat totam pulchram, absque macula, gratiâ plenam, & alia hujusmodi, quæ ipsius innocentiam, & immunitatem adstruunt.

ANTONIUS Tamariz de Carmona, Clericus Hispanus, in lib. cujus titulus est: Relacion y descripcion

cripcion del Templo Real de la Ciudal de la Puebla de los Angeles, en la nueba Eſpaña, y ſu Catedral, &c. folio 8. à tergo, inquit: En el medio de eſtos dos cuerpos eſta el quadro principal *de la Concepcion puriſsima de la Virgen* de diez varas de alto, &c. con un rotulo de letras de oro: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, &c.

Item, infra fol. 23. & 41. agit latiſſimè de *Immaculata & puriſsima Conceptione V. MARIÆ*, & Monaſterio Virginum ſub tali titulo. Impreſſ. in civitate eadem anno 1649. in 4.

ANTONIUS Tamayo, Ordinis ... Poëta Hiſpanus, edidit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; eſt apud Ferriolum de Concep. folio 28.

ANTONIUS de Tapia, Poëta Hiſpanus, edidit opuſculum parvum ſub hoc titulo: Treinta y una letras que continen: *MARIA concevida ſin pecado original*, tomando por guia y principio dellas las letras contenidas, & incipit: Maria Virgen reſplandor del ſuelo. Impreſſ. Hiſpali 1618. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

ANTONIUS Taxal, Hiſpanus, XV. Generalis Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, edidit tractatum inſcriptum: Roma ad auroram, in quo *de puriſsima Virginis Conceptione* agit per quæſtiones, & articulos. Ita Alphonſus Remo. in Hiſtor. libro 10. Marrac. in Biblioth. folio 136. & in Catalogo ad an. 1417. Piſtoia, fol. 162. num. 79.

ANTONIUS de Torres, Societatis Jesu Hiſpanus, in Manuali Chriſtiano, lib. 4. ſuper Ave Maria, fol. 134. *Quòd tota Sanctiſsima Trinitas fuit cum Virgine, ab inſtanti ſuæ puriſsimæ Conceptionis.* Lib. impreſſ. Valliſoleti 1614. in 12.

ANTONIUS à Trejo, Ordinis Minorum Generalis, & Epiſcopus Carthaginenſis Hiſpanus, *pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis*, Orationes duodecim compoſuit, quas adducit Pater Wadding. in ſua Legatione.

Item, ad ejus petitionem conceſſit Paulus V. Pont. Max. recitantibus *Antiphonam, & Orationem Immaculatæ Conceptionis*, centum dies indulgentiarum, ut dicitur in quadam charta impreſſa cum aliis opuſculis *de Conceptione*, in 4. Item, cum relatione facti, fuit impreſſa in folio abſque anno & loco impreſſionis, cum imagine *Immaculatæ Conceptionis.*

Item, in Theſibus habitis, & dicatis Philippo III. Hiſpaniarum Regi, habet: *Quòd Virgo fuit Concepta abſque peccato originali*, &c. Impreſſ. in charta expanſa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

ANTONIUS à Trinitate, Ord. Minorum Hiſpanus, in relatione Provinciæ Goënſis almæ Matris Dei, &c. facit mentionem de Monaſterio Monialium, quod exiſtit in Civitate Machao, in Regno Chinarum, ſub titulo *Conceptionis Virginis, ſeu Dominæ noſtræ de Conceptione.* Extat relatio apud nos.

ANTONIUS Tumba Faneſtrius, Ordinis Minorum Italus, in Kalendario perpetuo, ſemper ponit *Conceptionem Beatæ Virginis MARIÆ duplex majus 2. claſſis.* Lib. impreſſ. Venetiis 1620. in 4.

ANTONIUS de la Val, Gallus, in lib. Paraphraſe ſur les CL. Pſeaumes de David, &c. Pſalm. 45. fol. 303. *Quòd B. Virgo miraculosè fuit præſervata ab omni peccato tam actuali, quàm originali*, &c. in Lib. impreſſ. Pariſiis 1630. in 4. regali.

ANTONIUS Vaſconcelus, Societatis Jesu, in Anacephaleos de rebus Luſitaniæ in Philippo II. pag. 369. inquit: Quæ quidem pietatis deſideria, id eſt, *ut Virgo ſine originali peccato concepta teneatur*, quantùm communis hoſtis evertere conatus ſit, illud mihi ſatis indicat, quòd in Anglia ex peſtilentiæ Cathedra, originis labe infectam fuiſſe Deiparam, hoc ipſo tempore promulgavit, &c. Et ad marginem habet: Virginem originali peccato contaminatam certant. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1621.

Item. in 2. part. de Angelo cuſtode part. 2. cap. 7. fol. 539. *de feſto Immaculatæ Conceptionis Virginis*, & ejus Nativitatis, quomodoque concepta fuerit abſque peccato originali, &c. Et ſparſim latè. Lib. impreſ. Ulyſſipone 1622. in 4.

ANTONIUS de Velaſco, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut teſtatur Antonius Daza cap. 32.

ANTONIUS Verdexus de Agreda, Hiſpanus Poëta, edidit Cantionem *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impreſſ. Baëzæ 1618. in 4. folio 71. & aliam folio 73.

ANTONIUS Vigilarium Epiſcopus, & Nuntius SS. D.D. Pauli Papæ V. in partibus Germaniæ, in libro inſcripto: Apoſtolica inſtitutio, & Regulæ Confraternitatis ad honorem acerbiſſimæ Paſſionis Domini noſtri Jesu Christi, erectæ in Eccleſia Patrum Capuccinorum Coloniæ Agrippinæ, &c. cap. 5. fol. 58. *De Communione facienda à Confratribus in die Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Lib impreſſ. Coloniæ 1615. in 4.

ANTONIUS de Villagran, Hiſpanus Poëta; *pro Immaculata Virginis Conceptione* Poëma, quod extat in libro impreſſo Hiſpali 1616. folio 34.

ANTONIUS de Ulloa, Ordinis Minorum Hiſpanus, cum alijs Patribus Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, ſcripſit epiſtolam ad Sanctitatem Pauli V. *circa definitionem myſterij prædictæ Conceptionis.* Extat epiſtola apud Dazam, tractatu de Conceptione, folio 189.

ANTONIUS Wang, Philoſophus, ac Theologus, ſcripſit eruditum Sermonem *pro Conceptione intemeratæ Virginis MARIÆ.* Hunc citat Daniel Agricola cum alijs, in ſua corona de dictis Doctorum pro hoc myſterio, fol. 175.

ANTONIUS de Winghe, Ordinis S. Benedicti, edi curavit, & illuſtravit opera Venerabilis P. Ludovici Bloſij, ubi quamplura extant teſtimonia pro præſervatione V. Mariæ à peccato originali, præcipuè in tractatu de Sacello animæ fidelis, cap. 5. n. 5. fol. 264. in quo ex proprijs addit ad marginem: *Videtur hoc feſto, id eſt Conceptionis, declarare Eccleſia ab originali labe immunem fuiſſe Matrem Dei*; nam D. Thom. par. 3. q. 37. art. 1. eâdem formâ argumenti utitur ex feſto Nativitatis ab Eccleſia inſtituto, ut doceat B. Virginem natam eſſe in gratia, & ſine peccato. Vide librum impreſſum Antuerpiæ 1632. in fol.

ANTONIUS Ximenez, Ordinis S. Franciſci de Paula Hiſpanus, ſcripſit tractatum *de puriſsima Conceptione V. M. Matris Dei abſque peccato originali*, &c. & incipit ſic: Sino me huviera valido, &c. Impreſſ. Hiſpali 1616. in 4.

Item, in lib. inſcripto: Eruditio Evangeliorum, &c. lib. 3. tom. 2. ſtatione 2. §. 2. fol. 469. ad illud: Sed libera nos à malo, inquit: *Quòd in Chriſto Redemptore noſtro, at ejus benedicta Matre, non habebat locum hæc petitio, ſcilicet, libera nos à malo; quia Chriſtus fuit liber naturâ à fomite peccati, & ab infirmitate naturæ*

tura, atque etiam Virgo, quia fuit præservata, & per privilegium libera à fomite peccati, &c. Lib. impress. Hispali 1628. in fol.

ANTONIUS de Yepes, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Chronica generali sui Ordinis, ad annum 1109. de reverentia, ac devotione, quam semper habuit S. Anselmus ad Dominam nostram, *præcipuè, quàm devotus extiterit mysterio Immaculatæ Conceptionis*, caput unum in ordine 5. & de auctoritatibus S. Anselmi probantibus B. Virginem fuisse conceptam absque peccato originali, caput alterum à fol. 102. usque 106.

Item, de origine Religionis *Immaculatæ Conceptionis*, fol. 118. Lib. impress. Vallisoleti 1621. in fol.

Item, edidit Catalogum de scribentibus in sua Religione pro *Immaculata Virginis Conceptione*; ita Anton. de Lupian in suo indice, Auct. vltimo.

ANTONIUS Zapata, Episcopus Gadicensis, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, pro observatione Festorum, f. 10. ponit: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. 1594. in 4.

AQVILES Neapolitanus, in lib. dicto: Año Sancto, Meditaciones para todos los dias, &c. à fol. 883. adducit 6. Meditationes *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impress. Matriti 1658. in 4.

ARATOR Ligur, S. R. E. Diaconus, qui vixit ad annum 540. in lib. 1. Actor. Apostolicorum, sic inquit:

Porta MARIA Dei Genitrix intacta creantis
A nato ornata suo mala criminis Evæ
Virgo fœcunda fugat, nulla est iniuria sexus.
Restituit, quod prima tulit.

Sic extat in tom. 6. Bibliothecæ VV. PP. fol. 2. licèt alij aliter legant; nam ubi nos ornata, alij habent formata; & ubi nos fœcunda, alij dicunt secunda; potest esse, quòd in aliquo antiquo exemplari sic legantur prædicta carmina, sed quidquid sit de lectionibus, sententia ferè una, & eadem est pro puritate Virginis MARIÆ.

ARCHANGELUS de Alarcon, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Vergel de plantas divinas en varios metros spirituales, *in laudem Conceptionis absque macula gloriosissimæ Matris Dei, & Dominæ nostræ* Cantionem insignem, à folio 101. usque ad 111. Lib. impress. Barchinone 1594. in 8.

Item, ejusdem *pro eadem Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma aliud. Lib. impress. ut supra, folio 250. & 251.

ARCHANGELUS de Albano, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Basilicatæ, affirmat: Quòd in omnibus Conventibus illius Provinciæ est Capella, seu Altare *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, præcipuè in Ecclesia, & Conventu Potentiæ, Aviliani, Laurentianæ, Cassanij, S. Archangeli, Pistici, Bernardi, Ferrandinæ, Millenici, & Salandici; extat apud nos manuscript. relatio.

ARCHANGELUS Bollotinus Bononiensis, Ordinis Servorum B. MARIÆ, in lib. dicto: Dieci Discorsi sopra il santissimo nome di MARIA, discur. 1. fol. 48. *agit de Conceptione Virginis MARIÆ, & quòd ipsa fuit impeccabilis per gratiam, Christus autem per naturam.* Lib. impress. 1614. in 12. regali.

ARCHANGELUS Caraccia de Rivalta, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Institutione per dire il Sanctissimo Rosario, &c. in Diario indulgentiarum, ad diem 8. Decembris, folio 86. *de Indulgentiis pro festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Paduæ 1647. in 8.

ARCHANGELUS Granus, Ordinis Servorum Italus, in Centuria 3. Annal. sui Ordinis, lib. 1. cap. 1. ait: *Quantùm faciant Servitæ festum Conceptionis B. V. MARIÆ, ac quando, & quomodò illud cœperint celebrare* Impress. Florentiæ 1622. in fol.

ARCHANGELUS de Messana, Ordinis Minorum, ac Archiepiscopus Montis Regalis, auctoritate Apostolica *restituit officium Immaculatæ Conceptionis, ut modo recitatur in Ordine Minorum*, ut refert Antonius Daza, in lib. Concep. cap. 6. fol. 49.

ARCHANGELUS de Romanengo, Ordinis Minorum, restituit, ac reparavit, necnon edi curavit: *Statuta confraternitatis Charitatis, ac Conceptionis Virginis MARIÆ*, Conventus del Giardino Mediolanen. Patrum reformatorum, ut videre est in libro dictæ Confraternitatis, impress. anno 159[illegible] in 8. parvo.

ARCHICONFRATERNITAS Immaculatæ Conceptionis, quæ est sita in Ecclesia S. Laurentij in Damaso de Urbe, quę caput est, & mater omnium Confraternitatum mundi, quamplurima habet monumenta, & libros manuscriptos, quibus declaratur, ipsam fuisse institutam à Summis Ecclesiæ Pontificibus *sub expresso titulo & nomine Immaculatæ Conceptionis*; & sic à Senatu, Populoque Romano receptam, & veneratam, quorum aliqua hîc summatim referam.

In quadam tabella, quæ est in Sacristia, dicitur: Decreto stabilito nella Congregatione dell' Archiconfraternità dell' immaculata Concettione, acciò per l'avenire non si possino prestar quella voglia argenti, &c. In altera: Giorni nei quali si scopre *la miracolosa Imagine dell' Immacolata Concettione*, &c. In altera sic: Oblighi della venerabile Archi-confraternita della Immacolata Concettione, &c.

In libro, ubi scripta sunt, quæ pertinent ad Archiconfraternitatem Immaculatæ Conceptionis S. Laurentii in Damaso, præcipuè circa solutionem dotium, ab anno 1497. usque ad annum 1535. &c. dicitur: In nomine SS. & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & intemeratæ, gloriosæque MARIÆ semper Virginis, omni sique[illegible] genituræ macula cessante, divini mysterio Numinis conceptæ; cujus piæ devotionis intuitu, & nomine pientissima hæc Societas Conceptionis nuncupata, anno à salutifera Jesu CHRISTI Redemptoris nostri Nativitate millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, & die Martis primo post mirandam eiusdem Resurrectionem, Divino insufflante Spiritu exordium inchoavit, & ad ejus honorem conspicuum sacellum, quod capellam vocitant, cum celeberrimo Altari in insigni Collegiata Ecclesia S. Laurentii in Damaso de Urbe constructum, & dicatum extitit, &c. *Quæ pientissima ipsa Conceptionis Immaculatæ Societas* frequentiss. facit illud matrimoniandarum indigentium Virginum, &c.

In prædicta Capella Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis, sub arcu principali, in pulcherrimo marmore majusculis characteribus sunt incisa verba sequentia. Memoriæ sæculorum: Urbano VIII. P. M. favente; Francisco Cardinali Barberino S. R. E. Vicecancellario Protectore munificentissimo, *Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis, & Stellary B. Virginis*, ab hominum memoria in Urbe erectæ, & per totum terrarum orbem propagatæ: *ad augendam erga Deiparam sine labe conceptam*, crescentem quotidiè magis fidelium religionem

ligionem,antiquissimam hanc,& miraculis insignem conceptæ Virginis Iconem, magnificentissimo apparatu, ac pompa planè triumphali,plurimis passim fornicibus, statuis, columnis, aris, machinisq;ornatissimis excitatis,Ælia Arce ad publicum plausum instructâ XIX. Augusti,an.M.DC.XXXV. veteri Sacello restituto,& ornato,in triumphi speciem circumduxit,militaribus Vrbis copijs tribunilijs cum vexillis,præeuntibus prophanis, sacrisq; Ordinibus,Cardinalibus,&Procerum familijs subsequentibus;Senatu verò Romano,vnà cum Patriciis, populoque universo, insueto plaudentis pietatis sensu claudente triumphum, sibique mirificè gratulante *à Virgine ,omni vel originis labe immuni illustrari Vrbem suam*,quam illius potissimùm patrocinio ab omni semper Hæresum labe immunem agnoscebat. Valerico Valentino à Mollaria,Priore, Bruto Gottifredo, Francisco Franchechino Bellhono, Joanne Francisco Ferentillo Custodibus, Ascario Piroto Camerario, Joannes Franciscus Ferentillus, Prior, P.Vinc.de Caballeriis,Seraphinus Cincius, Franciscus Gottifredus, Custodes, Cæsar Valentinus à Mollaria Camerarius,posuêre monumentum.

In Constitutionibus ejusdem Sodalitatis passim vocatur *Archiconfraternitas Immaculatæ Conceptionis.* Impress.Rom.anno 1585.in 4.cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, in omnibus suis decretis uruntur Priores, ac Guardiani hac inscriptione : *Priori,è Guardiani dell' Archiconfraternita dell' Immaculata Concettione, è Stellario della Beata Virgine MARIA*; quorum infinita habeo apud me exemplaria.

Item, in tabella appensa in craticula ipsius Capellæ,est sequens oratio : *Devotissima oratio in festivitate Immaculatæ Conceptionis B. V. MARIÆ.* O Sanctissima semper Virgo Maria, Mater Domini N. Jesu Christi,&c. Et infra: Virgo Maria stirpe Regiâ concepta,gaude, quia Dei plena peperisti,&c. In medio est imago Conceptionis B. Mariæ V. Fuit charta hæc impressa Romæ, anno 1648. Superiorum permissu;Primò,quia imago ipsius Confraternitatis, quæ communiter depingitur, & est in prædicta Capella, & in Sacristia, habet hanc inscriptionem: Imago Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis,& Stellarij. Secundò,quia in libro Anniversarij prædictæ Confraternitatis, incipit sic:Il presente Anniversario lo fanno celebrar li Illust. Signori Priori, Guardiani, è Camarlengo dell'immaculata,è sanctissima Concettione, posta in S. Laurenço in Damaso, per li infrascriti frateli, è sorellæ benefatori sepelliti in questa S. Chiesa, &c. Et infra : Questi sono li Signiori Priore, Guardiani, è Camarlengo, è altri officiali eleti à llo servicio, è regimento di questa Venerabile Compagnia dell' Immaculata Concettione per il anno prossimo da venire 1538. Alia sunt ibi pro mysterio. Tertiò, quia in lib. Constitutionum prædictæ Confraternitatis, impress. permissu Superiorum Romæ apud hæredes Antonii Bladii,typog. Cameralis ann.1585.in prima pagina sic habetur: Constitutiones, & Statuta *Archiconfraternitatis Conceptionis,Gloriosissimæ,Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* sitæ in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi in Urbe. Atque in exordio,cùm hoc intelligerent utriusque sexus Fideles, aliquot sese addixerunt Sodalitati Sanctissimæ Conceptionis Virginis Beatissimæ Mariæ, &c. Ideo illius Immaculatæ Conceptioni addixerunt, erexerunt, & dedicarunt hanc Sodalitatem,quam de illius nomine appellandam meritò essejudicarunt,&c. Et infra: Eligunt in advocatam, fautricem, & protectricem, eandem Sanctissimam Virginem Mariam, *cujus Immaculatam Conceptionem venerari,& honorare, præcipuum ipsorum propositum fuit.* Et in cap. primo Constitutionum, cujus inscriptio est : Quod nomen, quæque Sodalitatis appellatio esse debeat. Quoniam verò in omni re laudabile est modum præfiniri, & formam;ideo venerabilis Sodalitas prædicta eodem anno, & consensu congregata, cùm priùs maturè deliberasset, instituit ac decrevit, ut semper, & perpetuò Sodalitas Immaculatæ Conceptionis B. Virginis vocaretur, ut sub patrocinio, nomine, & honore ejusdem propagetur, & præstet. Sæpissimèque per totam Constitutionem utitur vocabulo Immaculatæ Conceptionis.

Item, in quodam decreto facto die 8. Decembris 1635. inquit: *Solemnizare la festa dell Immaculata Concettione, &c:* Et infrà: Se debba solemnizare nella nostra Capella *il sancto mysterio dell' Immaculata Concettione*, &c. Et in fine: Delli primi Vesperi,sino al tramontare del Sol nel giorno della festa *dell' Immaculata Concettione.* In alio decreto 1638. Particularmente al venerare nella nostra Capella il mysterio *dell' Immaculata Concettione.*

Item, in omnibus libris ejusdem Archiconfraternitatis, semper vocatur *Immaculata Conceptio*, ut ex his paucis, omnibus constare potest. Protocolum instrumentorum *sanctissimæ Conceptionis* ab anno 1600. usq; 1613. Instrumenta venerabilis Archiconfraternitatis *sanctissimæ Conceptionis* ab anno 1620. usque 1625. Hic est liber instrumentorum concernentium, &c. Venerabilis Archiconfraternitatis *sanctissimæ Conceptionis* in Ecclesia S. Laurentij,&c. Et in lib. anni 1618. Liber instrumentorum Archiconfraternitatis *B. MARIÆ Conceptionis*, anno 1603. Protocolum instrumentorum *sanctissimæ Conceptionis*, anno 1601. Protocolum instrumentorum *Societatis sanctissimæ Conceptionis:* In nomine sanctissimæ,& individuæ Trinitatis,P.F.S. *ac sanctissimæ Conceptionis Immaculatæ Virginis*, Amen. Protocolum Archiconfraternitatis *sanctissimæ Conceptionis Immaculatæ Virginis*, ab anno 1587. usq; 1600. Et lib. anni 1617. Hoc est Protocolum singulorum instrumentorum spectantium ad venerabilem Archiconfraternitatem *Immaculatæ Conceptionis B. V. MARIÆ*, &c. Et lib. anni 1556. Dotium solutarum ab anno 1556. *Societatis sanctissimæ, & Immaculatæ Conceptionis B.V. MARIÆ, &c.* erectæ in Ecclesia S. Laurentij in Damaso,&c. Libro Maestro per la venerabile compagnia *della sanctissima Concettione de Roma, &c.* Copia diversorum instrumentorum pro venerabili Archiconfraternitate *sanctissimæ Conceptionis* S. Laurentij in Damaso, ad annum 1616. Et ann. 1632. Inventariò dell'case che chi sono *dell' sanctissimæ Concettione.* Registro di mandati, &c. *della sanctissima Concettione.* Libro delle case *della sanctissima Concettione.* Libro di pigionamenti, & spigionamenti delle case *dell' Immaculata Concettione.* Liber Dotium Archiconfraternitatis *Immaculatæ Conceptionis.* Statione *dell' Immalata Concettione.* Liber Guardianorum *Societatis Immaculatæ Conceptionis*, cum multis aliis 1499. Intrata, & uscitta dell' venerabile Compagnia *dell' sanctissima Concettione* 1621. Libro del Camarlengo della Compagnia *della S. Concettione*, 1560. Imma-

culata Concettione scriture diverse 1643. *Immaculata Concettione* scriture diverse 1644. *Immaculata Concettione* scriture diverse 1649. & 50. Liber in charta pecorea optimis characteribus conscriptus: Aquesti sono gli Signiori Priori, Guardiani, Camarlingi, & altri officiali eletti allo servitio, è regimento di questa venerabile Compagnia *della Immaculata Concettione* per il anno prosimo di venire di 1538. Et in altero: Anniversarij generali in S. Lorenço in Damaso, in ficondo di doppo la festa *della Immaculata Concettione*. Ex his omnibus, & aliis brevitatis causa prætermissis, evidenter demonstratur illam Archiconfraternitatem, quæ caput, & mater est omnium Confraternitatum Urbis & Orbis, fundatam, institutam, atque erectam fuisse sub nomine, titulo, & appellatione *Immaculatæ, purissimæ, & sanctissimæ Conceptionis.*

Item, eadem Archiconfraternitas scripsit Epistolam, ad Catholicam Majestatem Philippi IV. Hispaniarum Regis, cujus originale apud nos est tenoris sequentis. Sacra Catholica Majestà: La Archiconfraternita dell' *Immaculata Concettion di N. Signora*, sono circa sette cento anni che fiorisce in Roma con venerare per tanti secoli questo specioso Mysterio; sono anco secoli da che la Augustissima casa di Austria, singolare nella pieta, come in ogni altra prerogativa va procurando da Sommi Pontifici la totale definitione dello stesso Mysterio, accio cessando ogni coneroversia, sia da Fideli concordimente rive rito. Ha contesta Catholica Corona, sin hora sopra esso corsa piu de ogni altero felice carriera, havendo con la vltima constitutione Gregoriana da lei procurata poco meno che posto l'ultima pietra di questa gran fabrica. La stessa Archioconfraternita per tanto prostrata, à V. Maesta supplica adinclinare di novo il suoi pensieri Riali à cossi grande, opera, restando servita ordinare à suoi Oratori rappresentanti in Roma, che facciano apresso la Santita de Innocencio X. efficacissima instanza accio con una noua constitutione siano tuti fideli obligati uniformemente à revertire le purita originale di Maria Nostra Signora; aspetando il Mundo à V. Maesta riuolto un giubilo si universale con augurare à si gran Monarcha la gloria di opera tale, & implorare alla M.V. dalla stessa Regina trionfi terreni, è corone celesti. Roma xxj. Gennaro 1645. Di V. M. Cattolica divotissimi, & *dell' Archiconfraternita dell immaculata Conceptione, è Stellario di nostra Signora.* Alla Maesta Sacra del Ri Cattolico Philippo IV.

In quadam tabella litteris majusculis habentur sequentia verba sic disposita.

Bene sit Orbi,
Adam
Per noxam desine mori.
MARIA
Propter Adam concipitur,
ut Christus,
Pro omnibus oriatur.
Hæc

Ex voto publicè concepto Immaculatæ Conceptionis Archiconfraternitas. Alia quamplura invenimus in Archivo illius Archiconfraternitatis.

ARMANDUS Joannes de Plessis de Richeliu, Pictavus Gallus, S. R. E. Cardinalis, in tractatu de Perfectione Christiana, cap. 4. sic inquit: Solus Dominus noster Jesus Christus, ab omnibus passionum depravatarum, ac malarum inclinationum defectibus liber fuit; *& pariter sola ejus Sanctissima Mater ex speciali privilegio ipsi concesso, libera fuit ab omnibus peccatis, originali, & actuali,* &c. Lib. impress. Parisiis.

Item, in Catechismo, seu institutione Christiana, lect. 3. & 4. inquit: *Nos credimus Beatam Virginem in gratia fuisse Conceptam,* &c. Beata Virgo dicitur benedicta in mulieribus, *quia nulla fuit, nec unquam erit sine peccati macula concepta cum plenitudine gratiæ, sicut ipsa,* &c. Vide Purpuram Marianam, Marrac. fol. 43.

ARMANUS N. Ordinis Minorum, secundùm Dazam, composuit elegantem tractatum, qui incipit: Sapientia ædificavit sibi domum; *pro Immaculata Virginis Conceptione;* de quo mentionem facit Bernardinus de Bustos in Mariali, serm. 4. Andreas de Peruzzinis in Analysi, art. 2. fol. 99. Daza, cap. 6. fol. 48. Leon class. 6. Alij hunc citant aliter, ut Pistoia fol. 158. num. 72.

ARMENFREDUS Maillardus, Cantor Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis Leodiensis, habuit revelationem ad annum 1142. *circa Immaculatam Conceptionem B. Virginis,* de qua vide infra, verb. Engelbertus.

ARNALDUS Albertinus, vel Arnoldus, Canonicus, Inquisitor Apostolicus Maioricensis, ac tandem Episcopus Pacensis Ecclesiæ, in libro dicto: Repetitio nova, sive Commentaria Rubricæ, ad cap. 1. de Hæreticis, Lib. 6. *vocat Virginem Immaculatam & intemeratam;* vide finem libri, nec non tractatum de Secreto. Impress. Valentiæ 1534. in fol.

Item, in libro de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis, quæst. 17. inquit: *An sint assertiones scandalosæ hodie asserere Virginem MARIAM Dei Genitricem fuisse in originali conceptam,* & post mortem corporalem non fuisse assumptam corpore in cœlestem paradisum, &c. ubi plura dicit pulchri, & scitu dignissima. Lib. impress. Romæ 1572. in 4. regali; Panormi anno 1552. prodjit etiam Venetijs inter Tractatus DD. tom. 9. p. 2. fol. 526. Hanc quæstionem adduco in nostra Bibliotheca Virginali, tomo 3. folio 242. vide quæ ibi noto de impressione Romana.

ARNESTUS, vel Ernestus Parduviez, Bohemus, & primus Archiepiscopus Pragensis, in libro dicto: Mariale, sive de præexcellentibus, & eximiis sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ supra reliquas creaturas prærogativis, capite 29. de duplici sanctificatione Beatæ Virginis, & de virtute utriusque, ait: Et ipsa Beata Virgo tantam accepit sanctificationis plenitudinem, quantam cogitari non potest, (ut dicit Anselmus) creatura ullam mortalem accipere posse; unde de ista sanctificatione dicit ille egregius Majestatis amator, & indagator Magister Alexander in summa sua: Caro Beatæ Virginis duplicem habuit ordinem, unum ad suam beatam animam, & sic consideratur in se, non per considerationem ad aliam carnem; alium ad naturam, secundùm quod poterat esse principium alterius carnis per generationem. In prima autem ejus sanctificatione facta in utero matris, plenè sanctificata fuit quantum ad personam, secundùm quod caro ejus consideratur in se in comparatione ad suam animam. In secunda sanctificatione, quæ facta est in Verbi Incarnatione, sanctificata fuit in quantum potuit caro ejus principium esse ad carnem aliam per generationem, & sic sanctificatio respiciebat personam, secunda

cunda naturam; prima sanctificatio removit ab ipsa omne, quod potuit esse inclinativum ad peccatum, & ad motus carnales, qui serpunt in carne, sicut serpentes, &c.

Item, cap. 86. inquit: In speculo enim speculamur, & intelligimus Deiparæ puritatem, humilitatem, gloriositatem, veritatem, charitatem. Vitrum, ut tradit Alchimista, fit ex cineribus quarundam plantarum, quæ primò quidem clavellantur, deinde ponuntur in igne forti, donec fundantur; sicque cinis ille transit in vitrum, recipit omnem tincturam, mollificat, mundificat, liquefacit ferrum, & omnia corpora. De vitro autem fit speculum, plantæ verò ex quibus fit speculum, de quo loquimur, fuerunt Abraham, Isaac, & Jacob, & cæteri sancti Patres, qui in ejus genealogia numerantur; quæ quidem plantæ per mortem in cinerem sunt redactæ, scilicet postquam concepta Beata Virgo, quia clavellati sunt cineres; uti & massa parvula; deinde superveniente igne forti divinitatis, in tantum sanctificata est massa illa, quòd vitro meritò comparetur: Fuit enim ita sanctificata, quòd corpus, quod corrumpitur, non aggravabat animam ejus, *quia nullam habuit pravitatem* (fortè pronitatem) *ad malum*, &c.

Item, capite ultimo: Nam quinta ætate, dum quietum silentium tenerent omnia, ipsa Stella maris, quasi aurora consurgens, rutilans processit ad ortum; sicut enim aurora consurgens partem habet de caligine noctis, partem verò de luce diei, ita in Conceptione Virginis, duplex fuit actus, scilicet actus personæ, & actus naturæ; secundùm quod ibi fuit actus personæ, sic ibi fuit voluntas movens, & charitas, & gratia, & Spiritus Sanctus. Coitus quippe conjugalis potest esse meritorius, ut dicit Augustinus, sicut fuit in Abraham, quando Sara concepit Isaac, ex eo, quia per obedientiam hoc fecit; sed quod datum est Isaac, vel Hieremiæ, vel Joanni, non debet denegari datum esse gloriosæ Virgini, cui datum est, quidquid boni dari potuit: unde in parte ista, secundùm quod Conceptio illa consideratur ut actus personæ, sic fuit ibi spiritus sanctificationis, & quasi lux Dei; in quantum verò consideratur, ut actus naturæ, sic fuit ibi natura movens, & fomes peccati, quia sic fuit ille actus ordinatus ad peccatum Adæ, & fuit ibi libido, & quasi caligo noctis. Cùm igitur aves minutissimæ mox ubi ortum surgentis Auroræ perceperint, iubilare incipiant, & in Dei laudibus exultare; quare culpantur fideles devoti, *qui in die Conceptionis tanti luminis, in Dei exultant laudibus, & de tanto munere gratias agunt Domino bonorum omnium largitori*? Habent enim oculum, non ad opus naturæ, sed ad donum Dei, pro quo gratias referunt Creatori.

Item, habent oculum, non solùm ad Conceptionem, quæ fuit in infusione seminis susceptì à viro, sed ad illam, quæ fuit in infusione animæ data à Deo; tunc enim completa est Conceptio, quando animæ, & corporis simul facta est susceptio; *& in ista Conceptione potuit sanctificari, quod & factum fuisse piè creditur*; alioquin, quidquid boni puræ creaturæ dari potuit, ei minimè datum esset. Habent item oculum ad illam Conceptionem Virginis, de qua ab origine mundi gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei; unde ipsa ait: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; fundetur igitur exultatione universæ terræ Civitas Domini nova veniens de cœlo præparata, sanctificata, & ornata à Deo tanquam Sponsa viro suo, &c. Vide ibi, nam latè prosequitur.

Item, ad finem libri adducit Elenchum *pro festo Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis* MARIÆ, impress. Pragæ 1651. in fol. De hoc Auctore, & ejus doctrina latam Epistolam habet Eusеb. Nieremb. in Lib. Dissert. à folio 239.

ARNESTUS, Archiepiscopus Colonienſis, *scripsit pro pura Conceptione Deiparæ Virginis Ecclesiastico calculo firmanda* epistolam unam, ut dicit Hippol. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad an. 1624. illam ad litteram adducit in Antist. Marian. fol. 71. ubi ipsam videre poterit Lector.

ARNOBIUS Romanus, Junior, sive, ut alij dicunt, Philosophus, Lactantij Firmiani Magister, in Commentariis in Psal. 10. ad illa verba: Dominus in templo sancto suo, inquit: *In ipso Templo Sancto est, quod de Immaculata Virgine suscipiens*, sedet in cœlis ad dextram Patris, &c. Extat tomo 5. Biblioth. VV. PP. part. 3. folio 235. vide Serran. libro 2. cap. 16. num. 13. & 14. Leon. classi. 9.

ARNOLDUS Bostius, Ordinis Carmelitarum, natione Theutonicus, laboravit *de purissima Conceptione Dei Genitricis V. MARIÆ*, contra Vincentium de Castro novo, librum 1. apud Hippolyt. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1501. Suvertium, & Leonem, classe 6. Pistoia, fol. 155. Huic dicavit Gaguinus suum tract. de Conceptione.

Item, in libro de Patronatu Beatissimæ Virginis cap. 13. sic inquit: Ut multo laudum præconio efferendus D. Joannes de Segovia Præsul Cæsariensis non futilis Auctor testatus est: A tempore, cujus initium hominum memoriam longè præcedit, Reverendissimi DD. Cardinales, & tota ferè Romana Curia, ubicumq; resederit, si in eo loco sit Carmelitarum, peculiariorum Mariæ Fratrum & filiorum Cœnobium, solemniter conveniunt, fit ad Clerum Sermo *mysterij sanctæ & singulariter admirandæ Conceptionis MARIÆ*, cœtus Carmeli parentis, atque patronæ commendativus, & laudativus: celebratur quoque missa festiviore ritu communiter per aliquem Antistitem, & ut devotio confluentium reddatur augmentatior, Sanctissimus Pater Apostolicus convenientibus dat amplas indulgentias. Ita Daniel à Virgine Maria, Carmelita, in vineâ Carmeli cap. 24. folio 219. num. 436.

ARNOLDUS Cæsarius, Ordinis Minorum Gallus, in libro cujus titulus est: Hortus honoris Mariæ Beatissimæ Virginis cap. 1. ad illud: Ave Maria gratiâ plena, &c. sic inquit: Quòd purissima propter culpæ carentiam fuerit Maria; bene insinuatur, cùm dicitur: Ave, quæ ab omni væ culpę immunissima fuit, &c. Et cap. 3. fol. 26. sub hoc titulo: *Beatissima Virgo MARIA libera à væ originalis culpæ semper fuit*, & de hoc agit latè usque ad fol. 30. Lib. impress. Coloniæ 1647. in 16.

ARNOLDUS Carnotensis, Abbas Bonæ Vallis, in tractatu de laudibus sanctæ, ac perpetuæ Virginis Matris Christi Mariæ, inquit: Maria prædicarur gratiâ plena; manifestum est individuam esse Matris, & Filij gloriam, & commune esse utriusq; præconium, cujus diffinitio omnem superat intellectum, &c. Nec à dominatione, vel potentia Filii Mater potest esse sejuncta, una est Mariæ, & Christi caro, unus spiritus, una charitas, & ex quo dictum est ei: Dominus tecum, inseparabiliter perseveravit promissum, & donum. Unitas divisionem non recipit, nec secatur in partes, & licèt ex duobus

factum sit unum, illud tamen ultra scindi non potest, & Filii gloriam cum Matre, non tam communem judico, quàm eamdem, &c. Et post pauca sic concludit: *Neq; enim erat Christus in peccato conceptus, cujus solius est condonare peccatum*, &c. Extat in Bibliotheca VV. PP. tom. 12. parte 2. fol. 436. & in nostra Bibliotheca, tom. 3. fol. 254. Sed dices: Unde ex prædictis verbis deducitur, quòd B. Virgo fuerit concepta absque peccato originali? Dico quòd ex ultimis, quia si una indivisibilis fuit MARIÆ, & Christi caro, unus idemque spiritus; & Christus fuit conceptus absque originali macula, igitur & MARIA; aliàs frustra laborasset Arnoldus in unitate, & identitate probanda, si ex ipsiusmet verbis contrarium posset demonstrari. Item, quid sibi vult illud, *perseveravit promissum & donum*? Dominus fuit cum MARIA, & hoc perseveravit quousque Angelus dixit ei: Dominus tecum, & deinceps: igitur à principio fuit cum Virgine.

ARNOLDUS Cathius, Societatis JESU Belga, elaboravit officium Belgicè *de Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Alegamb. in Catalogo, folio 48. Marrac. in Catalogo ad annum 1628. & in Biblioth. fol. 148.

ARNOLDUS de Raisse, Canonicus Belga, ad diem 8. Decembris, *de festo Conceptionis*, in libro Auctario ad natales SS. Belgii, Joan. Molani. Impress. Duaci 1626. in 8. regali.

ARNOLDUS de Roterodame, Decretorum Doctor in Monasterio Viridis Vallis, in suo libro magno dicto: Vaticanum fol. 295. verbo MARIA, adducit plures auctoritates, præcipuè illas Petri Comestoris, & Petri de Riga in sua Aurora, deinde in sua Expositione, quæ incipit: Arca, Deipara fuit. Inter alia plura, dicit fuisse *sine felle mali*, & infra; Unam nec maculam natura dereliquit in ipsa, &c. ut in Aurora, lib. exist. in Valle Rubra prope Bruxellas, num. 1. in fol. magno.

ARNOLDUS Spillebeen, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus, & Gratia, sub R. P. Ludovico de Schildere, habitis die 21. & 22. & 24. Novembris §. 6. de Peccato habituali, sic dicit: *Dicta de originali, & illius debito, Deiparam non concernunt, quæ ab utroq; immunis fuit.* Impress. Lovanii typis Cornelii Coenestenii in 4.

ARNOLDUS Vesaliensis, Doctor Parisiensis, in Epitome singularium distinctionum in quatuor libros sententiarum, *de carne Christi, & Conceptione Virginis* distinctionem. Lib. impress. Parisiis 1605. in 4. regali, & Neapoli 1577. in 12. & etiam Parisiis 1556. in 12.

ARNOLDUS de Wion, Belga Duacensis Monachus Benedictinus de Mantua, Casinensis, in libro dicto: Lignum Vitæ 2. part. lib. 5. cap. 103. folio 834. ad illud: Nondum erant Abyssi, & ego jam concepta eram: de Sancto Anselmo Cantuariensi, *de institutione festivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* latè. Lib. impress. Venetiis anno 1595. in 4.

ARNULPHUS Lexoviensis Episcopus, atque Sagiensis Archidiaconus, natione Gallus, qui floruit ad annum 1141. in Carminibus de Nativitate Domini, sic inquit:

Virgineáque fide vetevem purgante reatum
Numinis adventu est sanctificata caro.
Credit & exhibuit mundam devotio Matrem,
Magnificatque Deum, magnificata Deo, &c.

Extant in Bibliotheca VV. PP. tomo 12. parte 2. folio 486. Ex propositis verbis leve potest deduci argumentum pro immunitate virginis à peccato originali; efficax verò ad probandum, quòd ex verbo sanctificationis vel purificationis, non necessariò deducitur præexistentia culpæ vel maculæ, nam secundùm istum Doctorem in Incarnatione Verbi, seu potius Nativitate fuit purgata, & sanctificata caro virginea, cùm tamen nihil tunc habuerit purgatione dignum. Vide Euseb. Nieremb. in libro Excerpt. folio 458.

ARSENIUS Crudeli de Poppi, Ordinis Vallis Umbrosæ Italus: In libro Sermonum super septem verba D. N. Jesu Christi in Cruce, traducto verò Gallice, Sermone 4. folio 51. à tergo: *Quòd nunquam fuit in MARIA aliqua culpa nec mortalis, nec venialis, nec eadem originalis*, &c. Impress. Parisijs anno 1604. in 8.

ARTHURUS Fillon, Doctor, ac Rector Universitatis Parisiensis, disposuit, ac sollicitavit retractationem propositionum R. P. Joannis Veri, Ordinis Prædicatorum, ut patet ex instrumento tenoris subsequentis. Noverint universi, & singuli, quòd anno Domini 1497. die 18. mensis Septembris in Congregatione generali Universitatis Parisiensis, apud Sanctum Maturinum solemniter convocata, comparuit scientificus vir Magister Arthurus Fillon, Rector Universitatis præfatæ cum Dominis Decanis superiorum Facultatum, tota Facultate Theologiæ, & quatuor Promotoribus quatuor nationum, in Cappis, & Epithogiis, & cum Bedellis deferentibus suas virgas, seu massas argenteas, præsentibus Magistris Roberto Pilbot, & Joanne Francfort Notariis publicis, Joanne Boeni, & Henrico Provionnio in Theologia Licenciatis testibus; Magister Berengarius Mercatoris, Decanus Sacræ Facultatis Theologiæ, exposuit qualiter Magister Joannes Veri, Doctor in Theologia, Ordinis Fratrum Prædicatorum, de Conventu Rothomagen. prædicaverat Deppe *in festo* Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis novissimè fluxo *contra puritatem Immaculatæ Conceptionis*, unde magnum est exortum scandalum Deppe, Rothomagi, & alibi, quod ad Sacram Facultatem Theogiæ pervenerat, cujus quidem scandali occasione ipsa Facultas tertiò super his congregata ediderat, ne quis deinceps auderet tales in præfatam Virginem blasphemias prædicare; nec hoc solùm contenta Facultas, informationem exactissimam fieri fecit per testes quindecim viros Deppe commorantes, sapientes, & probos, ac fide dignos, per litteras manu dicti Veri scriptas, quas suas esse in publica concione Facultatis confessus fuerat, nec testibus, aut eorum dictis in aliquo contradicere voluerat; nec ullum defensionis locum assumpserat, imò dictis litteris ab eo confessis, *& audita informatione ad terram prosiliens poplitibus flexis, & junctis simul manibus sui errati veniam deprecatus fuerat*, orans, & obsecrans, ut tali pœnæ genere afficeretur, quo facer Prædicatorum, & Dominicanorum Ordo minùs scandalizaretur, &c. Prosequitur instrumenti, & ponit aliqua circa appellationem ipsius Veri ad Summum Pontificem, & Curiam Parlamentariam, quæ modestiæ causa prætermittuntur. Extat instrumetum impressum antiquis characteribus in chartâ expansa in Archivo S. Francisci Matritensis, tom. 1. & originaliter in Archivo Universitatis Parisiensis, in tribus exemplaribus diversis.

ARTHURUS à Monasterio, Ordinis Minorum Gallus,

Gallus, *de Conceptione Immaculata gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIÆ* Scolium ad diem octavam Decembris, in Martyrologio Franciscano Parisiis impress. 1638. in folio.

Item, in libro: Sacrum Gynecæum, seu Martyrologium amplissimum, in quo Sanctæ, aliæque Christi ancillæ, Martyres, Virgines, &c. die octava Decembris: *Conceptio Immaculatæ gloriosæ semper Virginis* Genitricis Dei MARIÆ, & habet notam, ubi agit de Lippeloo, ac Beyerlinck tomo 2. Kalendarii Beatæ Virginis MARIÆ, & aliis. Impress. Parisiis anno 1656. in folio.

ARTHURUS Pitsæus, Doctor Anglicus, super cap. 1. Lucæ, in libro Observationum Catholic. in Evangelia, ait: Quòd MARIA fuit gratiâ plena, quia consecuta est maximam inter omnes creaturas dignitatem quoad puritatem; insuper quia plena fuit perfectâ gratiâ, *dum ab originali peccato præservata, nec in conceptu maculata, nec in reliquo vitæ.* Impress. Antuerpiæ 1632. in 4.

Item, in exposit. Evangel. super Sanctum Lucam, ad illa verba: Benedicta tu in mulieribus, inquit: Lutherus sermone de Conceptione, non posset dicere ad eam: Benedicta tu, *si aliquando maledictioni fuisset obnoxia.* Et iterum: Dignum, & iustum est *MARIÆ personam ab originali peccato præservari*, de qua Christus susceperus erat carnem, quæ omnia peccata superaret, &c. In lib. impress. Duaci 1636. in 4.

ATHANASIUS Alexandrinus Archiepiscopus, ac Sanctus, Ecclesiæ Græcæ Doctor insignis, in Evangel. de sanctissima Deipara, in quo Annuntiationis, & Incarnationis mysteria recensentur, inquit; Atque idcirco gratiâ plena cognominata est, eò quòd adimpletione Spiritus Sancti omnibus gratiis abundaret, & virtute Altissimi obumbraretur, quam virtutem per omnia tempora conceptûs eam habuisse confido, & post conceptum etiam retinuisse. *Neq; enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse*: quemadmodum, & nunc in præsentia, & in æternum usque, habet hæc Virgo sibi obumbrantem virtutem Altissimi, ut sit gratiâ plena, &c. Igitur si gratia in Virgine secundùm Athanasium, non fuit temporaria, sed semper eam habuit, ut verè diceretur gratiâ plena, non defuit illi in primo Conceptionis instanti.

Item, infra inquit: Nam ex carne ejus, & ex ossibus ejus, veluti ex veteri Adamo, novus iste Adam, ut vicem ejus expleret, costam sibi finxit, nimirum istam incarnationem, eamque semel indutam perpetuò gestat. Ac proinde ista nova Eva Mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viventium. *Dicimus eam igitur iterum, atque iterum, & semper, & undequaq; beatissimam, &c.* Tot, tantæq; universales propositiones non compatiuntur originalem maculam; quomodò enim esset undequaque beatissima, si in primo instanti suæ animationis fuit culpâ infecta? Lib. impress. Parisiis 1608. A folio 321. aliter refert hanc auctoritatem Renhardus Lutz. Sermone de Nativitate Virginis folio 470. fortè ex diversa versione Græca, vide ibi. Martinus Philip. in Theat. Excell. SS. Deiparæ, tom. 2. fol. 1205. sic adducit Athanasium: Spiritus S. cum omnibus gratiis essentialibus in Virginem descendit imbuens eam gratiâ, ut in *omnibus grata esset*, atque idcirco gratiâ plena cognominata est.

Item, sermone de descriptione Dominæ nostræ, inquit: Virgo enim scrinium incontaminatum permansit, *secundum cœlum nunquam est contaminatum, vas illud quod Deum continuit nunquam est conspurcatum, &c.* Esset autem contaminatum, & conspurcatum, si originale peccatum contraxisset. Extat sermo iste in nostra Bibliotheca Marian. tomo 3. folio 266.

Item, in tractatu de Incarnatione Verbi, ejusque corporali ad nos adventu, folio 21. ait: Nostrum corpus assumpsit, idque notique non quodvis; sed quod purum *ex illibata, impolluta*q;, ac viri nescia Virgine, &c. Si ultima verba respiciunt integritatem corporis; prima absque dubio connotant animæ puritatem: illibata enim, dicitur nullo modo tacta, neque in anima, neque in corpore.

Item, in oratione de Occursu Domini, inquit: Nec enim Deus ita, ut nudus ipse naturam habens efficitur infans, ac maternarum valvarum amplexu stringitur, & definitur, sed quà assumpsit naturam mortalem, *seu potius quà prorsus sine ulla peccati labe effectus est veritate homo*, quî verò, ac qua ratione? Nequeo, inquit, dicere, res enim est omnino ineffabilis inexplicabilisque, necdum mihi, verùm ipsi puerperæ, ac neque illi tantum, *Nam etiam ipsa humanæ naturæ particeps est, quanquam dona homine majora divinâ largitate consecuta sit*: verum etiam naturæ ipsi experti materiæ, quæquæ à prima ac divina natura prima est, &c. Confer, ô Lector, signatas has clausulas Athanasij, & in prima invenies quomodò Verbum sumpsit naturam à Virgine *prorsus* sine ulla peccati labe, illud *prorsus* emphaticum est. Si enim natura assumpta à Verbo fuisset in Matre infecta labe; non diceretur natura Verbi assumpta absque labe, in illa enim addita particula *prorsus* indicat Athanasius, quòd in assumpta natura, neque formaliter, neque radicaliter fuit labes peccati: sed quidquid sit de hoc, si Verbum assumpsit naturam sine ulla peccati labe, & ipsa etiam MARIA fuit hujus naturæ particeps ex divina largitate: ergo & MARIÆ humanitas ex divina largitate fuit prorsus sine ulla peccati labe. Discursus enim Athanasii talis est: Nullus homo mortalis potest explicare, quomodò vel qualiter Verbum divinum assumpsit naturam humanam sine ulla prorsus peccati labe, imò nec Virgo MARIA hoc explicare potest, quia etiam ipsa homo est, & naturam participavit humanam, quamquam aliter ipsam participavit ex divina largitate, &c. Si ergo participavit naturam humanam MARIA aliter quàm cæteri homines, & hoc non fuit, nec potuit esse quoad substantiam, igitur fuit quoad modum, quia alij participant ipsam cum peccati labe; MARIA autem prorsus sine ulla peccati labe, sicut Filius ejus, sed hoc non ex natura, sed ex divina largitate, dono, ac gratia. Invenies hanc orationem in nostra Biblioth. Virginali tomo 2. folio 798.

ATTICUS Constantinopolitanus, tomo 2. Concilii Ephesini capit. 28. inquit: Nam si Deo turpe est, in Virgine habitare, modis omnibus turpius erit Virginem formare, *quòd si verè condere turpe non est, nec opus inhabitare, turpe erit.* Quomodò verba ista militent pro Immaculata Conceptione, vide latè apud Euseb. Nieremb. cap. 13. Exception. fol. 210.

AUBERTUS Myræus, Canonicus Antuerpiensis in Chronica ad annum 1484. hæc habet: *Sixto*

Quarto Papa defuncto succedit Innocentius VIII. Conceptionistarum Monialium Ordinem in honorem Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Toleti inchoat Beatrix à Silva, nobilissima virgo Lusitana. Utuntur autem tunica & scapulari albis, ac chlamide cerulea. Innocentius porrò VIII. Pont.Max. rogante Isabella Hispaniæ Regina, Beatrici & Sodalibus ejus anno 1489. concessit, ut veste, & nomine Conceptionis Deiparæ à se excogitatis utentes, sub Regula Cisterciensis Ordinis, & Diœcesani Præsulis obedientia imposterum Deo servirent. Beatrice anno proximo sequente defuncta, tandem Sodales eius anno 1494. Sanctæ Claræ Regulam, sed sub Conceptionis habitu, & nomine amplexæ sunt. Julius demum II. Pontifex, ipsas, & à Cistercienſium & Clarissarum ordine eximens, Franciscanorum, ut vocant, Observantium curæ anno 1511. commisit, & Franciscus Angelicus Castellæ Minister Vicarius Provincialis, qui post ordinis Seraphici Minister Generalis fuit, ipsis statuta quæ hodie servant, an. 1516. præscripsit. Eodem Francisco Angelico agente, Mariana Cardona fœmina nobilissima suis opibus in urbe Romana, ad radices Montis Capitolini, titulo: Sancta Maria libera nos à pœnis inferni: Monasterium hujus instituti an. 1515. ædificavit, & cum alijs mulieribus, ejusdem Ordinis habitum assumpsit. Lib. impress. Antuerpiæ an. 1608. in 4.

Item, *de origine Monacharum Immaculatæ Conceptionis Virginis*, &c. in libro originum Monasticarum Religionum lib. 5. cap. 13.

Item, in Fastis Belgicis, atque Burgundicis ad diem 8. Decembris fol. 717. sub hoc titulo: De varijs locis Divæ Virginis, cultu ac miraculis per Belgium claris. Vbi quamplures recensèt Imagines Deiparæ, *sub titulo Conceptionis Immaculatæ Beatæ Virginis MARIÆ.* Aliàs, quo titulo ponerentur die 8. Decembris, in qua Ecclesia solùm celebrat festum Conceptionis? Vide lib. impress. Bruxellis 1622. in 8.

Item, in Bibliotheca Carthusiana à R. P. Theodoro Putreio concinnata, & ab ipso Myræo recognita, & typis mandata, refert Scriptores, *qui de Conceptione Virginis MARIÆ tractatus, seu libros scripserunt.* Lib. impress. Coloniæ 1609. in 8.

Item, in Chronica rerum toto orbe gestarum à Christo nato, ad nostra usque tempora, ad annum 1501. de Ordine Annuntiatarum Beatæ Mariæ à Joanna de Balois fundato, inquit: Utuntur autem Annuntiatæ Moniales veste talari leucophæa, seu grisea, ut vulgò loquimur, in testimonium vitæ pœnitentis, quam profitentur, chlamydem verò prorsus candidam ex humeris in pedes defluentem gestant *in memoriam Virgineæ puritatis Deiparæ, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 4.

Item, in notitia Ecclesiarum Belgic. cap. 178. adducit diplomata Balduini Comitis acta *in solemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, anno 1195. Vide loc. citat. & Euseb. object. Concep. f. 70.

Item, in libro: Elogia illustrium Belgij Scriptorum, qui vel Ecclesiam Dei propugnarunt, vel disciplinis illustrarunt, Centuria, decadibus distincta folio 142. loquens de F. Carolo Fernando Brugis Flandrorum nato, inquit: Licèt cæcus tantos in studijs processus fecit, ut Orator & Poëta, Philosophus ac Theologus insignis audiret, & sacras etiam litteras Parisiis publicè interpretaretur; post spretis omnibus D. Benedicti Regulam institutumq; in Vicentianio apud Cenomanos Monasterio (quod Cassalinum vulgò dicunt) amplexus, scripsit (quæ quidem typis Badianis sunt edita) de animi tranquillitate libros duos, totidemque *de Immaculata Virginis Conceptione, adversus Vincentium de Nouocastro*, & collationum Monasticarum lib. 4. aliaque edidit, &c. Piè moritur anno 1496. &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1602. in 8.

AUGUSTINUS Antolinez, Archiepiscopus Ecclesiæ S. Iacobi Compostelan. quondam Lector primarius, & iubilatus in prima Theologiæ Cathedra Salmanticen. ad libr. D.D. Petri de Perea, Episcopi Arequipensis, *pro Immaculata Virginis Conceptione* fecit non solùm approbationem, sed & comprobationem latissimam ex multis Sanctorum dictis pro ejus præservatione, ut videre est in lib. impress. Limæ, anno 1629. in 4.

Item, peculiarem edidit tractatum, in quo docuit *quod B. Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis acceperit Diuinam essentiam.* Ita Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 339.

AUGUSTINUS Barbosa, Episcopus Hispanus, in collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum, lib. 3. Extravag. communium, in titulo de Reliquijs & veneratione Sanctorum, adducit decretum Sixti IV. cum præexcelsa, &c. *Quòd qui Conceptionis B. MARIÆ Virginis, in ipso die, Missam, & officia Sixti IV. celebraverit, vel dixerit,* aut illis horis Canonicis interfuerit, eandem prorsus indulgentiam, & peccatorum remissionem consequatur, quam lucrantur illi, qui iuxta Clementinam primam hoc titulo, Missam, & horas Canonicas in festo Corporis Christi celebrant, dicunt, aut Missæ, officio, & horis hujusmodi intersunt.

Item, ad Extravagantem, Grave nimis, secundam, & ultimam, *circa venerationem festi Immaculatæ Conceptionis*; adducit decreta Pauli V. & Gregorij XV. tom. 3. Impress. Romæ 1629. in fol.

Item, tom. 1. titulo 9. de Ferijs, refert inter festivitates Virginis glorioſæ, *festum Conceptionis.* Lib. impress. Romæ 1629. in fol.

Item, in libro Pastoralis sollicitudinis, sive de officio, & potestate Episcopi allegat. 50. num. 109. plura adducit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, quam tuetur, & defendit: ubi memorat casum notatu dignissimum, citatque pro hac sententia quàmplures Doctores.

Item, allegat. 105. num. 82. *adducit decretum Gregorij XV. circa celebrationem officij diuini, sub hoc titulo Conceptionis.* Lib. impress. Lugduni 1628. in fol.

Item, in declarationibus Concilij Tridentini, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* declarationem, seu remissionem. Impress. Lugduni 1631. in 4. & Coloniæ 1620. in 8. regali.

Item, circa duas Extravagantes, seu constitutiones Sixti IV. incipientes; Grave nimis; *de Immaculata Virginis Conceptione* explicationem, in lib. 3. Extravagantum, ut supra.

AUGUSTINUS Barreti, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro Sermonum, sermone de excellentijs Virginis fol. 35. ad illud: Gratiâ plena, dicit multa & concludit sic: Sovengavi (scriturali) della valorosa Guidith, di cui registra la Scritura, che vittoriosa si ritornando d'Oloferno venne cantando vivit Dominus, qui custodivit me ingrediendo, commorando, & egrediendo sia benedeto il Signiore (diceva) che de aquel impio me ha preservata entrando, stando, è partendo. Giudith è Ma-

RIA Vergine, lei sola puo dire: Vivit Dominus, qui custodivit me ingredientem, commorantem, & egredientem. Si, si alma Regina *che Iddio ti custodi è preservo mentre entrasti nil Mondo, perche nascesti al Mondo, senza peccato: Pulchra es amica mea, & macula non est in te* (canta la chiesa) &c. Lib. impress. Parisiis 1616. in 4.

Item, in Sermonibus sub hoc titulo: Sermons sur les Evangeles, & Festes de l'Advent, folio 116. adducit Sermonem *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*, sub themate: De qua natus est Jesus. Et folio 148. alium *de eadem Conceptione Virginis*, usque ad fol. 182. in quibus defendit & adstruit præservationem Virginis ab originali macula. Lib. impress. Parisiis 1617. in 8.

AUGUSTINUS de Benavente, Abbas Ordinis S. Benedicti, in 2. part. libri, Parte segunda de de las luzes de Dios, resplandor de las llagas de Christo Señor nuestro, y su santissima Madre, &c. lect. 6. art. 3. sub hoc titulo: Virgen santissima Madre limpia de coraçon, y como à Dios, &c. *de ejus Immaculatæ Conceptione, ac præservatione à peccato originali*, agit latè à fol. 329. usque 340. Lib. impress. Vallisoleti 1647. in fol.

AUGUSTINUS Bernal Magallonensis, Societatis Jesu Hispanus, in lib. de Incarnat. disp. 10. sect. 3. fol. 78. *Quòd B. MARIA nec habuit originale peccatum, nec ejus debitum, Christumq; Dominum pro illa satisfeciisse, sed non propriè, nec ipsam redemisse propriè, sed præservativè*, &c. vide ibi. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1639. in folio, vide etiam disp. 17. sect. 4. à num. 65. quia ibi agit de hac materia.

AUGUSTINUS de Carrion Ponce, & Medina, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, &c.* Impress. Toleti 1654. in 4. & ad finem adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in libro dicto: Segunda parte de Sermones varios de festividades de nuestra Señora, y Santos, fol. 17. Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut videre est à fol. citato, usque ad fol. 37. Impress. Toleti 1660. in 4.

AUGUSTINUS de Castro, Societatis Jesu Hispanus, Theologiæ olim Professor, nunc Catholici Regis opinatissimus Concionator, in voto, ac iuramento facto sub honorato consilio Regali Mestæ, ac Cabañæ, die 15. Martij, anni 1654. prædicavit sermonem *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & extat impressus unà cum prædicto iuramento Matriti 1654. in 4.

AUGUSTINUS Collado, Hispanus Poëta, in Cantione pulchra de Virgine Dei Matre, inquit:

Que esenta à la ley comun . . . .
Si fue en el como Dios, naturaleza,
Gracia en ella fue, como criatura.

Vide alia ibi, folio 18. sed præcipuè in alia Cantione posita folio 71. ubi dicit:

Por ti esta Madre doncella
Que al primer pie dichoso
Que su concepcion vio pura
Rompio al Lucero los ojos.

Extant in libro Petri de Herrera Sacrar. Toletani. Impress. Matriti 1617. in 4.

AUGUSTINUS Crepliskius, Ordinis Minorum Polonus, descripsit anno 1619. Conventum Siracoviensem, qui extat ad plagam Occidentalem majoris Poloniæ *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, ut refertur in Chronologia Provinciæ Poloniæ, folio 608.

Item, fecit relationem Conventus Lancizienſis, *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis MARIÆ*, folio 630. in fol. regal. scripta.

AUGUSTINIANORUM Parisien. Conventus magnus erexit Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ, ante annum 1442. cum pulcherrima Capella, in qua erant aliquando innumeri Confratres, & concursus maximus populi quotidie, & maximè die festo illius; ita ut multoties coactus esset concionator ob tantam gentis copiam facere concionem in magno Refectorio. Hæc Confraternitas fuit prima totius Civitatis Parisiensis, unde dilatata est per totam Galliam; ut apparet ex litteris Caroli VIII. expeditis anno 1486. Hujus Conventûs studentes, & Religiosi, maximè juvenes, cantant ex mera devotione omnibus Dominicis, & Festis solemnibus cum organis, & diversis prosis, Missam *Immaculatæ Conceptionis* horâ septimâ, ut refert Anonymus Augustinianus in recollectione antiquitatis & Indulgentiarum Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis. Impress. Parisiis 1632. in 16.

AUGUSTINUS de Cupiti de Eboli, Ordinis Minorum Italus, in libro: Corona di duodici Rageonamenti di Sancti in voce della duodici stelle delle quali coronata, &c. *de Virgine Matre Cœli Regina, quæ nata est ut columba pura, vixit ut phœnix rara, & sola volavit ad cœlum, quasi aquila magnanima, & supracœlestis.* In Sermone facto anno 1591. in Conventu Aracælitano. Et impress. Neapoli 1608. in 4. Ubi quamplura adducit de præservatione à peccato originali, à folio 251. usque 282.

AUGUSTINUS Dathus, Senensis Italus, in Oratione 12. de laudibus gloriosæ Virginis Mariæ Matris Dei, sic inquit: Una cunctis sæculis extitit, quæ mortalis conditionis dignitatem antecelleret, & gloriam, Maria inclyta Regina cœlorum, *quæ vel in ipso matris utero à totius peccati labe, atque culpæ omnis exempta contagio, æternæ prædestinationis fœlicitatem auspicata est.* Lib. impress. Senis an. 1503. in fol. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 380.

AUGUSTINUS de Felleries, Abbas Bonæspei Ordinis Præmonstratensis Belgas in libro: Sermons sur l'Ave Maria; Sermone 1. & 2. super illa verba: Gratiâ plena, fol. 79. *Quòd Virgo sacra fuit tam citò sancta, quàm concepta, & in suo principio tota cœlestis, &c.* Latè agit de hoc mysterio per totum librum. Impress. Bruxellis 1653. in 4.

AUGUSTINUS Ferentillus, Episcopus Conversanus Italus, schedulas impressas omnibus tam Ecclesiasticis, quàm laicis *erga Immaculatam B. Virginis Conceptionem* distribui curavit, quibus vnicuique tam diû, quam noctu, hora ad orationem, & ejusdem Immaculatæ Conceptionis cultum peragendum assignabatur, &c. De ejus devotione ad mysterium vide Hippolyt. Marrac. in Antist. Marian. fol. 582. discessit è vita hic Augustinus anno 1641. ætatis suæ 33.

AUGUSTINUS Ferentillus, Doctor Italus, in compendio Catechismi Concilij Trident. part. 1. art. 3. fol. 22. vocat *Virginem MARIAM purissimam*, ex cujus purissimo sanguine formatus fuit Christus. Lib. impress. Venetijs 1570. in 8. Video quòd iste non sit expressus, sed nihil habet contra.

AUGUSTINUS Galea, Canonicus Alexandrinus Italus in libro: Predicabili discorsi sopra il santissimo Rosario della gloriosa Virgine, &c

1. Mysterio gaudioso de Annuntiatione ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Secundo, quanto al soggeto che recive la gratia per che nel homo si trova anima, è corpo, le quali parti non sono ambe due ne giusti riempite di gratia, essendo che la gratia che hanno non tolle dalla carne loro l'ribellioni contra lo spirito, è il fomite del pecato; questo fù privileggio singolare della Virgine, alla qualle con la anima, è corpo fu perfettamente sotto posta à Dio, è levato il fomite del pecatto, hebbe la carne totalmente soggeta alo spirito, è cossi per ogni parte piena di gratia. *Terzo, quanto alle cose che sono contrarie alla gratia, come i peccati, originale, mortale, veniale, da quali tutti per la excellenza de la sua gratia fu sempre la Vergine lontanissima*, &c. Lib. impress. Taurini 1628. in 4.

AUGUSTINUS Gothoutius, Ordinis Minorum Januensis, *de Carne Verbi, & B. Virginis Conceptione* juxta distinctiones Magistri sententiarum, Epitome, Parisijs 1605. in 8. regali.

AUGUSTINUS Humneus, in lib. de Sacramentis Ecclesiæ: Christi axiomata, &c. quinto indice, ad finem libri pro verbi Dei concionatoribus, adducit Elenchum *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Bene verum est, quòd in indice 3. verbo MARIA, refert quæstiones, & sententias S. Thomæ circa sanctificationem Virginis; sed in indice 5. ubi ex se loquitur, non utitur verbo sanctificationis, sed Conceptionis, quo ostenditur, quòd nostram secutus fuerit sententiam. Lib. impress. Romæ 1586. in 8. regali.

AUGUSTINUS Lampugnanus, Prior Congregationis Cassinensis, in libro Italicè intitulato: Setti stralci di Amore, &c. caput unum, ubi ait: *MARIA concepta absque peccato originali.* Impress. Bononiæ 1640. in 4.

AUGUSTINUS Lanzelottus Peruzinus, Abbas Olivetanus, Ordinis S. Benedicti, in lib. cujus titulus est: Deus opifex, habet quæst. unam, à fol. 537. usque 545. disp. 11. de Amissione statûs innocentiæ, sect. 25. ubi ait: *Quod Beatissima Virgo fuit à Deo præservata, & in momento Conceptionis per gratiam præventa, quominus originalem culpam contraheret*; est communis, ut diximus, & exceptis aliquibus Thomistis, ab omnibus defenditur, &c. Lib. impress. Romæ 1639. in folio.

AUGUSTINUS de Leonissa, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Sermonibus super Dominicam orationem Pater noster, ac Angelicam salutationem Ave MARIA, Serm. 2. de triplici væ à quo B. Virgo fuit immunis, folio 72. *primò à væ culpæ originalis*, de quo Hieremias: Væ mihi mater mea, &c.

Item, cap. 3. *Quòd peccatum originale habet multa nomina, & MARIA ab omni fuit immunis*, latè; vide ibi. Lib. impress. Coloniæ 1503. in 8. parvo.

AUGUSTINUS Mafeardus, Italus, patriâ Genuensis, in libro suarum orationum, folio 110. ait: *Quòd B. Virgo MARIA in utero Matris ad modum lapidis pretiosi refulsit sine macula culpæ originalis, & primò clarificata radijs gratiæ, quàm luce Dei illuminata*, &c. Impress. Genuæ 1622. in 4.

AUGUSTINUS Mannus de Canthiano, Congregationis Oratorij de Vrbe, in sua selecta Historia rerum memorabilium in Ecclesia gestarum, in ordine 72. habet caput unum historiæ fœlicissimi ortûs B. MARIÆ ex clarissimis parentibus, & de ejus sancta educatione, ubi affirmat: *Quòd Anna concepit MARIAM sanctam, puram, illibatam, & prorsus immaculatam totam, cui se gratiæ plenitudo insuluit propter ejus Conceptionem.* Lib. impress. Romæ 1612. in 4.

AUGUSTINUS Nuñez Delgadillo, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de MARIA sine originali culpa concepta*, edidit tomum unum, ut testatur Marac. in Biblioth. fol. 166. & in Catalog. an annum 1632. Casanate in paradiso Carmelitarum, pag. 499. Leon classe VI. & Reverendus P. Ludovicus Carolus à S. Jacobo in Biblioth.

Item, in libro dicto: La Victoria de los Justos, celebrada por David, en el Psalm. 17. in principio operum suorum faciens Catalogum, promittit opus *de Immaculata Virginis Conceptione*; sed eo morte prævento, non est editum.

AUGUSTINUS Olivanus, Canonicus Cæsaraugustanus Hispanus, typis mandavit Sermones Eminentissimi, totiusque Barchinonensis gregis Tutoris acerrimi, nec non inaccersibilis, Sacræ Theologiæ paludamento insignis Martini Garcia, in quo adducit Sermones quatuor *pro Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 402 usque 412. Cæsaraugustæ absque anno impress. in 4.

AUGUSTINUS Oregius, SS. D.N. Urbani Papæ VIII. Theologus, ac Cubicularius, deinde S. R. E. Cardinalis, Italus, in lib. de mysterio Incarnationis, habet quæstionem, *Vtrum B. Virgo fuerit in utero Matris sanctificata?* Impress. Romæ 1633. in 4. regali, & 1637. in fol.

Item, habet ibi quæstionem alteram, Vtrum Beata Virgo, tantam in primo instanti suæ Conceptionis gratiam habuerit, ut ei non potuerit addi fieri? in quibus adducit quamplurimas Sanctorum auctoritates, ac citationes, *pro stabilienda B. Virginis Conceptione Immaculata.* Vide ibi.

AUGUSTINUS Osorius, Ordinis S. Augustini Hispanus, *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ habet Sermonem*, prædicatum in Civitate Barchinon. anno 1618. ad instantiam Administratorum Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis, &c. Impress. Barchinone 1618. in 4.

Item, Tractatum *de Conceptione Immaculatâ Virginis*, impress. Venetijs 1648. in 4.

AUGUSTINUS Paoletti, Ordinis S. Augustini Doctor Theologiæ, & Provincialis Senensis, in discursibus prædicabilibus in Dominicas & Festa incurrentia ab Adventu usque ad Dominicas Quadragesimæ, fol. 29: *De festo Conceptionis S. Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ*, argumentum: *Sanctissimæ Virginis, & Matris MARIÆ Immaculata Conceptio* multis & gravibus argumentis ostenditur. Sermo est impress. Coloniæ 1661. & Venetijs 1641. & 1647. in 4.

AUGUSTINUS Reghinus, vel Rechnius, Ordinis Minorum Ferrariensis Italus, in lib. Sermonum Adventualium, *adducit Sermonem de Immaculata Conceptione Dei Genitricis V. MARIÆ*, impress. Venetijs 1591. in 4.

Item, in lib. Sermonum Quadragesimalium, Sabbato 2. de Nativitate Virginis MARIÆ, *ipsam immunem fatetur ab omni peccato.* Sic Andreas de Vrzano, in Analysi Conceptionis, fol. 97. Pistoia fol. 158. vocat eum Antonium, sed fuit error typographi.

AUGUSTINUS Serranus, Hispanus Poëta, scripsit Carmina *pro Immaculata Conceptione Beatæ Virginis*, impress. cum alijs apud Sanctium Zapata fol. 159.

AUGUSTINUS Suarez, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro Constitutionum ejusdem Ordinis

Ordinis, adducit Bullam Nicolai V. Pontif. Max. *in favorem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Hispali 1573. ex Marrac. in Pontif. Marian. fol. 145. & Oxeda de Concept. cap. 1.

AUGUSTINUS Tassus, Ordinis Minorum Italus, in tomo primo Sermonum in honorem B. Mariæ Virginis, super Evangelium: Exurgens Maria, serm. 6. fol. 246. ait: *Quòd Beata Virgo descendit è cœlo, quasi ros matutinus, absque strepitu alicujus peccati in campum mundi, simul cum manna divinæ gratiæ.* Impress. Venetiis 1587. in 4.

AUGUSTINUS Torniellus, Clericus Regularis Italus: Quare Mater Ecclesia non solùm in festo Nativitatis, sed etiam Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, recitet Evangelium: Liber generationis, incidenter ad annum 4077. Antuerpiæ 1620. in folio.

AUGUSTINUS à Trinitate, Ordinis Eremitarum S. Augustini Hispanus (cujus profundam doctrinam Tolosana, & Burdegalensis Academiæ admiratæ sunt abhinc septuaginta annis) peculiarem edidit tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Ita Joannes à S. Maria, in supplici libello, fol. 335.

AUGUSTINUS de Sancto Ildephonso, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in lib. Theologia mystica, & Scientia, ac Sapientia Dei, &c. Medit. 5. in Sabbato, fol. 674. inquit: Pareceme Señorà, que os han executado por el pecado del hombre, *culpa, que ni vos, ni vuestro Hijo aviades cometido*, &c Impr. Compluti 1644. in 4.

AUGUSTINUS à Virgine Maria, Gallus, Carmelita Provinciæ Turoniæ, & observantiæ Rhedonensis, Theologiæ Professor, in suo Cursu Theologico, tract. de peccatis & gratia, disp. 9. quæst. 1. positivè defendit, *B. Virginem Dei Genitricem non contraxisse peccatum originale, &c.* quæst. 2. asserit, *ipsam nec debitum proximum illud contrahendi*, sed tantùm remotum incurrisse.

AUGUSTINUS Wicmans, vel Wichmanus, Antuerpiensis, Canonicus Norbertinus in Turgerloo, in libro: Brabantia Mariana tripartita, libro 1. cap. 1. fol. 4. inquit: Judæi ergo, perfida licèt, atque perversa generatio, præclaras admodùm de Sanctissima Deipara laudes sæpè sæpiùs decantarunt, quales sunt, quæ apud sacrorum eorundem Interpretes (Rabinos vocant) reperiumur, utpotè Petram esse primariam, unde Messias abscinderetur, *Primam generis humani creaturam, Primam hominum à peccato prorsus immunem*, Propheticam Prophetarum Dominam, ac Magistram, &c. Et citat ad marginem Locrium in Maria Augusta lib. 1.

Item, infra inquit: Neque Christi solùm, sed & Mariæ nomen blasphemantes castigant Mahumetanis: sic enim lege cautum est: Si quis sive Christianus, sive Turca, vel Maurus, vel Arabs, Christum, illud Verbum Dei, quem virtute Spiritus Sancti à Maria procreatum credimus, *vel etiam ipsam Virginem, quam Deus omnibus creaturis puriorem fecit, & excellentiorem blasphemaverit*, præter mulctam pecuniariam, sexaginta fustiarij plagas sustinebit.

Item, infra inquit: Mausolæum quoque Virginis Mahumetani crebrò invisunt, & precibus honorant; in summa namque æstimatione etiam Virginem Mariam habent, quam & ante, & post partum Virginem semper permansisse constanter credunt; eamq; Alcorani testimonio *tamquam à Deo electam, & summis virtutibus ornatam cunctis mundi mulieribus anteponunt*, atque omni laude dignissimam fatentur.

Item, infra inquit: Quippè ni? Gravissimas siquidèm de Beata Virgine in suo Alcorano has legunt voces: *Nullus de filijs Adam nascitur, quem non tangat Sathan, & ideò plorat vociferans ex eius tactu, præter MARIAM & Filium ejus.* Et ibidem illa etiam præclara vox resonat: O Maria cunctis viris, fœminisque præclarior, soli Deo perseveranter studens! *O MARIA utique Deus elegit te, & purificavit te, & utiq; elegit te, claram super omnes mulieres sæculorum*, &c. Hæc Wicmans ex Alcorano.

Item, eodem lib. 1. cap. 7. fol. 92. de Sodalitatibus erectis nomine Virginis Mariæ, & Confraternitatibus sub auspicijs *Virginis Conceptæ, Natæ, Annuntiatæ, Visitantis, Purificatæ, & Assumptæ, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1642. in 4. regali.

Item, lib. 3. cap. 29. pag. 672. inquit: O ter B. P. N. Norberti corpus, quod tali amictu meruit esse contectum, & hoc (ut habet Monasterium in Hispania nostrorum traditio) *in testimonium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, &c.*

Item, in libro cujus titulus est: Sabbatismus Marianus in exercitio piæ hebdomadæ, de septem gaudijs Virginis Mariæ, enumerat primum *in eius Conceptione, seu gaudium Conceptionis*; & secundum ejusdem Nativitatis. Impress. Antuerpiæ 1628. in 8. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 444.

Item, in libro: Apotheca spiritualium pharmacorum contra luem contagiosam aliosq; morbos, ex sacra Scriptura & Sanctis Patribus, authenticis historijs, &c. in Diario Ecclesiastico de Sanctis contra pestem Tutelaribus, ad diem 8. Decembris fol. 93. adducit *Immaculatam Conceptionem* latè. Lib. impress. Antuerpiæ 1626. in 4.

AULUS Burdegalensis, sive Halus, vel Halonis, in Poëmate de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, alludens ad Bernardi Archiepiscopi Toletani devotionem erga Immaculatam Conceptionem, in Dedicatoria ad eundem, *vocat Virginem MARIAM intemeratam & intactam*: Vide de hoc apud Euseb. Nieremb. lib. Dissertat. epist. 15. fol. 266. & Tamayum de Salazar.

AURELIUS Augustinus, Hypponensis Episcopus, natione Afer, & Sanctissimus Ecclesiæ Doctor, tom. 7. libro de Natura, & Gratia contra Pelagianos, cap. 36. fol. 161. sic inquit: Deinde commemorat eos, qui non modò non peccasse, verùm etiam justè vixisse referuntur; Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Jesum Nave, Phineen, Samuel, Nathan, Eliam, Elisæum, Michæam, Danielem, Ananiam, Azariam, Misael, Ezechiëlem, Mardochæũ, Simeon, Joseph, cui desponsata erat V. Maria, Joannem; adjungit etiam fœminas Debboram, Annam Samuelis Matrem, Judith, Esther, alteram Annam filiam Phanuel, Elisabeth; ipsam etiam Domini, ac Salvatoris nostri Matrem, quam dicit sine peccato confiteri necesse esse pietati: *Excepta itaque Sancta Virgine MARIA, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæstionem.* Inde enim scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos Sanctos, & Sanctas cùm hîc viverent congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Utrum hoc, quòd iste dicit, an quòd Joannes A-

postolus ? Quantalibet fuerint in hoc corpore excellentiâ sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, una voce clamassent : Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, &c. Hæc Augustinus : Ex quibus verbis evidenter constat, eum excepisse Virginem Mariam à peccato originali, quod sic breviter probo. Primò: quia exceptio illa est absoluta; nam si fuit sine peccato, ergo sine originali. Secundò : quia his verbis, & sequentibus probat Augustinus enumeratos Sanctos veteris Testamenti fuisse peccatores, quia saltem habuerunt originale peccatum; ergo si ab his excipit Virginem Mariam, clarum est, quòd fuerit absque originali. Tertiò: quia probabilissimum est, primum & ultimum; scilicet Abel, & Joseph solùm habuisse originale, & adhuc ab his excipitur Maria; igitur nec originale habuit. Quartò : cùm dicat Augustinus: Nullâ prorsus habere volo quæstionem; ergo clausit ostium etiam ad quæstionem de peccato originali. Quintò: quia si Maria vicit ex omni parte peccatum, igitur etiam ex parte originalis, quia si ex hac parte victa esset Maria; ergo non est data ei gratia, ut ex omni parte vinceret peccatum. Sextò: quia secundùm Augustinum illa gratia data fuit Mariæ, ut conciperet, & pareret eum, qui nullum habuit peccatum, scilicet nec originale; ergo gratia, quæ fuit sufficiens ad concipiendum eum, qui nullum commisit peccatum, fuit etiam sufficiens, ut ipsa nullum contraheret. Septimò : quia confirmavit, & approbavit Pelagij sententiam dicentis: Domini, ac Salvatoris Matrem sine peccato esse, confiteri necesse esse pietati. Hæc pauca breviter prænotasse sufficiat; nam ferè nullus est de Conceptione Scriptor, qui hanc non adducat auctoritatem, & illam secundùm suum explicet captum. Vide N. Hauzeur, in Anatomia, & in Collatione totius Theologiæ.

Item, Sermone de Annuntiatione, inquit : *Magnifica illum, ô Virgo Beatissima, qui te ab omni peccato super omnes præservavit!* Quis enim dicere potuit: Sine peccato sum natus, aut : Mundus sum ab omni iniquitate, dicere audebit, nisi Virgo illa prudentissima, animatum templum Dei excelsi, quam Deus sic elegit ante mundi constitutionem, ut Sancta, & Immaculata Dei esset Mater, & Filia, ab æterno præservata incorrupta ab omni labe peccati? Ita Ferdinan. de Vergar. in defensorio Immaculatæ Conceptionis ad finem, & in officio antiquo Nogarolis, lection. 2.

Item, ibidem: Summa Dei Sapientia nullam in massa humani generis invenit viam per quam, ut dispositi, in mundum veniens ejus subveniret luctuosæ perditioni, donec ad illam, de qua loquimur, Virginem ventum est. Tanta omnis boni virtute perfectè resplenduit, ut eam Dei Sapientia veridicè iudicaret, *ut per ipsam in hominem veniens, non tantùm reatum priorum parentum hominum, sed totius mundi peccata deleret, &c.* Extat hæc auctoritas eâdem lectione 2. primi diei Festivitatis.

Item, lectione 4. inquit: O Mater Domini, sicut in prima fœmina abundavit delictum; ita & in te superabundavit omnis plenitudo gratiæ, *& ideo super omnes ignara delicti, &c.*

Item, ibidem ait : Charitas fecisti; ut non solùm Maria non peccaret, sed nec peccatum cogitare potuerit, *& super cunctos reservasti ab omni labe peccati, &c.*

Item, in Meditationibus cap. 40. sic ad Deiparam orat: *Sancta, & Immaculata Virgo Dei Genitrix Maria* & Mater Domini nostri Jesu Christi intervenire pro me digneris, &c. Ergo si Immaculata in anima, & corpore; & tota vita, à primo instanti suæ Conceptionis etiam inclusivè.

Item, l. 5. contra Julianum c. 15. inquit: Illud sanè magnum verumque dixisti, sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit Petrus 1. Epistol. Nullum eum fecisse peccatum, &c. omnino verissimum est. *Profectò enim peccatum etiam major feciisset, si parvulus habuisset:* Nam propterea nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis ex ortu, &c. Si hæc est legitima, & necessaria consequentia secundùm Augustinum; non habuit peccatum actuale, ergo non contraxit originale; & de Sacratissima Maria fatentur Augustinus, Concilia, Patres, ac omnis Ecclesia, quòd nullum contraxit actuale peccatum; ergo consequenter fatendum est non contraxisse originale.

Item, lib. 5. Hæres. cap. 5. contra Manichæos in Christi persona ait : Ego Matrem, de qua nascerer, feci, ego viam meo itineri præparavi, atque mundavi. Hanc, quam tu despicis Manichæe, Mater mea est; sed manu fabricata est mea. *Si potui inquinari, cùm eam facerem, potui in illa inquinari, cùm ex ea nascerer, &c.* Igitur ex hac auctoritate constat quòd Maria, nec ut Concepta, nec ut concipiens inquinari potuit, seu ut genita, & facta, velut generans Christum. De his, & aliis Augustini auctoritatibus videat Lector N. R. P. F. Mathiam Hauzeur in Collatione totius Theologiæ tomo 1. quæst. 5. de sanctitate Deiparæ, & in Anatomia Augustini sæpe, & Florentium Conrrium Archiepiscopum Tuamensem in lib. edito de hoc solo assumpto, impress. Antuerpiæ 1615. in 4. denique Gundisalvum Cervantes Augustinianum, libro dicto: Parecer de San Augustin en favor de la Concepcion purissima de la Virgen Maria, impress. Hispali 1618. in 4. in quibus invenies omnia quæ hîc brevitatis causâ omittimus, fusè tractata.

Item, Sermone 4. de Assumptione, inquit: Non enim talis conceptus, talisque partus, nisi Deum decuerat, qui venerat redimere quos voluit, creare profectò potestate, redimere humilitate, *humilitatis naturam sumens sanctam de sanctificato corpore, & immaculatam de immaculato* : ineffabilem enim sanctificationis gratiam, quam concipiendus præbuit, conceptus, & natus non abstulit, &c. Et quia de ejus corpore, & anima loquendum est, quod ipse præter naturalem usum sanctificavit, & gratiam contulit, non aliena nos dicere patiatur, &c. Maria ergo etsi communicat ærumnis Evæ, non communicat parturiendo cum dolore, promeruit enim hoc singularis Sanctitas ejus & singularis gratia, quâ susceptione Dei singulariter æstimata est digna. *Non immeritò ergo excipitur à quibusdam generalibus uerâ æstimatione, quam tanta servat gratia, & attollit dignitatis prærogativa:* Quantùm enim Christi potestas possit, mundi ostendit universitas, quantùm gratiæ, Mariæ monstrat integritas, quæ sicut diversa est à natura, ita diversa est ab usu. Quid ergo, si in tanta diversitate eam dicimus humanæ sortis mortem obisse, nec tamen ejus vinculis retineri, per quam Deus voluit nasci, &

& carnis substantiam communicare, nunquid impium erit? Scimus enim Jesum omnia posse, qui de seipso ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, &c. Qui enim in vita præ cæteris illam gratiâ sui Conceptûs honoravit, pium est credere singulari salvatione eam in morte, & speciali gratia honorasse. Potuit eam à putredine & pulvere alienam facere, qui ex ea nascens potuit Virginem relinquere. *Putredo namque est vermis, humanæ est opprobrium conditionis*, à quo opprobio cùm Jesus sit alienus, natura Mariæ excipitur, quam Jesus de ea suscepisse probatur, &c.

Item, ibidem infra: De cuius potestate si nullus dubitet Ecclesiasticorum, quin posset Matrem sine corruptione in perpetuum servare, cur dubitandum est voluisse, quod attinet ad tantæ benignitatis gratiam? Si elegit divina voluntas solâ gratiâ inter crepitantes vehementium ignium flammas, non solùm puerorum corpora servare illæsa, verùm & ipsa vestimenta servare inusta, cur abnuat in Matre propria, quod elegit in veste aliena? Jonam servare in ventre ceti præter naturalem ejus voluit incorruptum solâ misericordiâ, Deiparam incorruptam præter naturam non servavit gratiâ? Servatus est Daniel ab intemperatissima fame leonum, non servanda est Deipara tantis donata meritis dignitatum? Hæc cuncta quæ diximus, quia naturam non servasse cognoscimus, in B. Virginis integritate plus potuisse gratiam, quàm naturam non dubitamus: sic per hoc dignè videtur lætari Maria lætitiâ inenarrabili anima, & corpore in proprio Filio, per proprium Filium. *Nec ullam sequi debere corruptionis ærumnam, quam nulla secuta est tantum Filium pariendo integritatis corruptio, ut sit semper incorrupta, quam tanta perfudit gratia, sit integraliter vivens, quæ omnium integram perfectamque genuit vitam*, &c. Omnia Augustini verba in Sermone isto adducta si probant de Assumptione, de Conceptione videntur concludere, & tantò magis, quantò anima excellit corpus, atque peccatum detestabilius est corruptione.

Item, ipse Augustinus interrogans: Quare Christus dicatur novissimus Adam, cùm primus Adam fuerit contemptor divini præcepti, hic verò Agnus innocens & mitissimus; unde de eo dictum est: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; sic dubitationi Augustinus respondet pro Immaculata Virginis Conceptione, dicens: Sicut primus homo per lignum prævaricationis mortem induxit, necessarium erat, ut per lignum passionis mors, quæ ingressa fuerat, deleretur; *& quoniam de terra immaculata factus fuerat, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulit, necessariò de Immaculata Virgine* natus est perfectus homo, in quo Dei Filius, qui primum fecerat hominem, vitam æternam per Adam perditam repararet, &c. Hanc auctoritatem adducit Albertus utriusque juris Doctor, qui floruit anno 1340. (teste Possevino, in suo apparatu) in Dictionario, littera A. folio 7. & Franciscus de la Cueba in informatione pro Immaculata Conceptione, folio 14. Velazquez libro 4. de Maria Immaculatè Concepta, folio 308.

Item, Serm. 11. in Natali Domini, inquit: Cùm dixit Angelus: Ave, Salutationem illi cœlestem exhibuit; cùm dixit: Gratiâ plena, ostendit ex integro iram exclusam *primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam*, &c. Si ergo Maria contraxisset originalem maculam, nec esset ab illa prima ira ex integro exclusa, nec plena benedictionis gratia in illa restituta.

Item, Sermone 18. de Sanctis, dixit: Impleta est Maria gratiâ, & Evæ evacuata est culpa. *Maledictio Evæ in benedictionem mutatur MARIÆ*, &c. Si in Maria tota maledictio Evæ mutata fuit in benedictionem, & Evæ maledictio prima, ac præcipua fuit originalis culpæ: igitur & hæc mutata fuit in benedictionem. Alias auctoritates adducunt Joannes de Segovia, & alii; sed vide Solem Veritatis 2. impress. præcipuè pro una de novo reperta.

AURELIUS Corbellinus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Gallus, in libro de Fæstivitatibus Sanctorum, habet elegantem Concionem *pro festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Ita Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 338.

AURELIUS Filuccius de Pesaro, Italus Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Sermonibus pro omnibus Dominicis, ac Festivitatibus anni, fol. 174. habet Sermonem de Fæstivitate *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, usque ad fol. 176. Impress. Venetijs 1586. in 8.

Item, in Sermonibus de Consolatione mortis, Serm. 47. super illud: Ave Maria gratiâ plena, fol. 48. ait: *Quòd Virgini MARIÆ dictum fuit Ave, quia absque peccato & maledictione.* Lib. impress. Venetijs 1599. in 4.

AURELIUS Prudentius Clemens, Consiliarius, Hispanus Poëta, in Apotheos. inquit:

..... *Verbo perstrinxit viscera puræ*
Virginis, & verbo struxit puerilia membra, &c.

Extat tomo 4. Biblioth. VV. PP. impress. Colon. folio 895. Ex eo enim, quòd vocat puellam Mariam puram, datur intelligi, quòd nullam habuerit maculam. Lege Salazar, & Leon classe 9.

AYME Bession, Doctor & Theologus Parisiensis, Ordinis S. Augustini Gallus, in libro dicto: Le Triomphe du Patriarche Joseph, à folio 166. *pro festo Conceptionis Dominæ nostræ* adducit Sermonem, incipit: Tota pulchra es amica mea, &c. latè usque ad fol. 183. Impress. Lugduni 1617. in 8.

AYMO Halberstadiensis Episcopus, Homil. in Epist. de Assumptione Mariæ, inquit: In ipsa hæreditate Domini morata est Maria, *quæ non peccando à possessione Domini non discessit, sed integram suam animam à concupiscentia, & carnem à corruptione servans, portio hæreditatis Dei effecta est*, &c. Vide Solem Veritatis, nam hic adducitur ab Adversariis, pro sua opinione, de quo referunt quatuor auctoritates, sed sine fundamento.

AZO Vice-Comes, ac Dominus, & Princeps Mediolan. ad significandum suum in Deiparam amorem, Ecclesiam, sive Capellam pulchram fecit penes suam Curiam ædificari, quę nunc communiter appellatur S. Botrardus, quam Ecclesiam consecrari fecit solemniter à multis Episcopis, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis, Virginis MARIÆ*, præcepitq; ut per totum dominiù suum omnes facerent *festum in die Conceptionis eius*. Ordinavit etiam prædictus Princeps devotus Ord. FF. Minorum, ut certus numerus ex eisdem Fratribus ibidem moraretur, qui die noctuq; divinis officijs deserviens Immaculatam Virginem laudaret; ac præter hoc, certa ædificia erigi fecit, & usui Fratrum deputavit; post mortem verò ipsius Domini Azonis, inclusis dictis ædificijs cum eadem Ecclesia in Curia Ducali, & non valentibus prædictis Fratribus ibidem commodè permanere, ac festum prædictum celebrare, ex or-

dinatione illustrissimæ Ducissæ primæ Mediolani, prædictum festum Conceptionis translatum fuit ad Capellam Beatæ Virginis Mariæ, quæ sita est in Ecclesia S. Francisci. Ita Bustus in Mariali, serm. 9. de Conceptione, part. 1. Marraccius in Principibus Marianis, fol. 52.

A.P.E.V.S.I. sub his litteris scripsit quidam Societatis Jesu Pater, librum sub hoc titulo: Manuale Sodalitatis B. Mariæ Virginis, ac Juventutis universæ selectè Gymnasiorum Societatis Jesu, &c. ubi parte 2. fol. 85. adducit considerationes de Conceptione, & 3. talis est: *Considerabis Conceptionem B. Virginis fuisse purissimam, nullius labis affinem*, è qua immaculatus Agnus, &c. Lib. impress. Fleriæ anno 1610. in 12. magno.

B.

BALDUINUS Comes Flandriæ, & Hannoniæ, dedit duo diplomata cum his subscriptionibus, primum sic: Actum *in solemnitate Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*, 1195. alterum verò: Actum mense Decembri *in Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ* 1195. sic Myræus in notitia Ecclesiarum Belgii capite 178. Eusseb. Nieremb. folio 70.

BALDUINUS Junius, Ordinis Minorum, natione Belga Pordracensis, in Manuali Theologico continente præcipua totius Theologiæ fundamenta, libro 14. de Incarnatione, cap. 15. de sanctificatione B. Virginis, fol. 900. adducit quatuordecim dogmata, seu conclusiones, in quibus probat, quòd Beata Virgo fuit per gratiam sanctificata in utero; quòd potuit à Deo præservari, & quòd de facto non fuit præservata ab antecedentibus, & consequentibus peccati originalis; quòd habuit debitum incurrendi, & contrahendi ex vi suæ generationis, *tamen ex gratia & privilegio speciali fuit à peccato originali in sua Conceptione præservata*, &c. Vide alia loco citato; lib. est impress. Moguntiæ 1615. in 8. régali.

Item, in libro Concionum parvo impresso Antuerpiæ 1613. habet concionem *de Immaculata Conceptione* fol. 22. sub themate: Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Arcam de lignis setim compingite, &c. usque ad fol. 41. Lib. impress. ut supra in 8. & anno 1618.

Item, in libro majori Concionum impress. Coloniæ 1616. habet præter supra positam, alias duas *de eadem Immaculata Conceptione*, quarum prima incipit: Figurata fuit B. Maria per arcum, &c. Et altera incipit sic: Olim mulier quædam, &c. Libr. impress. ut supra in 4.

Item, in Chronico morali, parte 4. folio 768. ad annum Christi 1484. *de fundatione Monialium Conceptionis, ac decreto Pauli V. circà Conceptionem Virginis MARIÆ*, latè. Lib. impress. Coloniæ 1622. in 4.

Item, scripsit de puritate Mariæ, sub hoc titulo: *Lilium inter spinas; sive, de Beata Virgine MARIA Christi Matre*; impress. Antuerpiæ 1631. Vide Wadding. in Catalogo, folio 46. & Marrac. in Biblioth. Mar. fol. 176.

BALTHASAR Alvarez, Societatis Jesu Hispanus, Provincialis Provinciæ Toletanæ, vir pietate clarus, de Consolatione spirituali, habita *in die Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Vide etiam ipsius scripta per Ludovic. de Puente cap. 26. fol. 111. Lib. impress. Matriti 1615. in 4.

BALTHASAR Andreas, Juris Consultus Hispanus, *ad Decretum Concilii Tridentini, de Immaculata Virginis Conceptione* fecit additionem latam, & eruditam, vt videre est in lib. impress. Lugduni anno 1631. in 4.

Item, adde quæ ipse refert his verbis: Quam (id est sententiam) *de Immaculata Virginis Conceptione*, & nos triginta abhinc annis adversùs Gloss. verbo Nativitas, in cap. 1. de Consecrat. distinct. 3. & verbo Miracula, in cap. 2. de Consecrat distinct. 4. dum hæc iura publicè in nostra Academia docebamus, libenti animo secuti fuimus, varijs rationibus, ac fundamentis illam comprobantes. Et postmodùm anno 1618. cùm hujus nobilissimæ Civitatis Cæsaraugustæ Supremum Consulatum exercebamus, unà cum alijs ejusdem Civitatis moderatoribus, copiosaque Nobilium, ac Civium, & Equitum multitudine in Angelico sacello Serenissimæ Deiparæ, ac Immaculatæ Virginis del Pilar communiter à nostratibus nuncupatæ, ejusdem piæ assertionis defensionem solemni iuramento firmavimus, &c. ibidem.

BALTHASAR Arias, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. Sermonum de Sanctis, in festivitate purissimæ Conceptionis Virginis sanctissimæ, à fol. 33. usque 47. Hispanicè pro puritate Virginis, ac ejus præservatione habet sequentia: Porque à la luz del dia, se le sigue la noche; *pero à la luz de la gracia de la Virgen santissima jamàs precedio noche de culpa mortal venial, ni original*, &c. La Virgen fue sicut dies cœli, dia sin noche, luz sin tinieblas, gracia sin culpa, ni antes, ni despues. Pues si la Virgen santissima tuuo adornados los pies, y la cabeça, pues tuuo el adorno de la gracia no solo en los pies, que fue el fin de su vida; pero en la cabeça, que fue el principio della, pues no solo estuvo en gracia à la hora de su muerte, sino tambien en la Concepcion, *siendo concebida en gracia, y sin pecado alguno*, &c. En la Concepcion le entrò à la Virgen la luz de la divina gracia, y no el agua del diluvio general, que fue la culpa del peccado original, que se estendiò generalmente por todo el linage humano; porque deste diluuio general del peccado original, solo el Arca de Noe, que fue Maria santissima, y el que estuvo dentro della, que fue Christo nuestro Señor, se libraron &c. Et infra: Aunque Christo, y Maria fueron impeccables, pero en diferente manera; porque Christo lo era por naturaleza, y Maria por gracia, y privilegio particular; porque segun la ley general, que publicò el Apostol. San Pablo: Omnes in Adam peccaverunt: perece averlo incurrido; pero no, porque desta ley general exceptuò Dios nuestro Señor, y privilegio à Maria santissima, &c. *Assi la ley de incurrir en el pecado original para todos es, mas no para la Virgen Sanctissima*; ella sola fue la privilegiada, y la libre de esta ley, &c. la fabrica de la Virgen en la Concepcion, no tuvo golpe de culpa, ni pecado alguno. Vltra de todo lo dicho, si la Virgen fuera concebida en pecado, fuera esclava del demonio, como lo son todos los pecadores. *y en tal caso pudiera el demonio dezir à Dios dos dedos de la barba, andad, Señor, que sois Hyo de esclava, lo qual parece seria gran mengua de Dios*, &c. Deinde repetit millies, & probat Virginem Mariam fuisse immunem, & exemptam à peccato originali, in gratia conceptam, & alia quamplura scitu digna, quæ non transcribo brevitatis causâ. Lib. impress. Valentiæ 1614. in 4.

BAL-

BALTHASAR Bunikem, Magister in Theologia, *fuit zelosissimus disputator, ac defensor sententiæ, pijssimæ, & Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod his eisdem verbis refert, & dicit Daniel Agricola, in Corona Doctorum pro immunitate Virginis, fol. 175. à tergo.

BALTHASAR de Bustamante, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermone Capituli Provincialis Limensis, in die Visitationis Virginis MARIÆ, inquit: Exurgens: Que se levanta MARIA, dize el Evangelista, *à levantarse en su Concepcion en las entrañas de su Madre Santa Ana, donde sin caer, en vn instante fue lo mismo concebida, que levantarse*, oy concebiendo al Verbo se levanta tambien &c. Est sermo impress. 1651. in 4.

BALTHASAR Chavasius, Societatis Jesu, in libro de vera, perfectaque prudentia lib. 4. cap. 4. folio 999. affirmat: *Quòd in Virgine MARIA fuerunt omnia dona, ac gratiæ cumulatim collocatæ, ut fieret dignum Redemptoris nostri habitaculum, &c.* Lib. impress. Lugduni 1622. in 8. regali. Sed justitia originalis enumeratur inter dona gratuita, immò fuit præcipuum donum; igitur. Et si iste non debeat computari in Militia, quia non est expressus, transeat.

BALTHASAR Castilionius, Clericus Regularis Congregationis Sancti Pauli Italus, edi curavit ordinem recitandi divinum Officium, in quo ad diem 8. Decembris *habetur Conceptio Beatæ MARIÆ duplex*, Romæ 1601. in 8.

BALTHASAR Corderius, Societatis Jesu Belga, in Viennensi Academia Bibliorum Interpres, in 3. tom. Psalm. *adducit indicem concionatorium pro die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi plura citat ex Patribus Græcis pro hoc mysterio. Vide ibi. Impress. Antuerpiæ 1646. in fol.

Item, tomo 2. in indice concionatorio, *adducit Elenchum pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Impress. ibidem.

Item, tomo 1. in Psalmum 45. fol. 884. columna 1. ait: *Quòd Beata Virgo manè diluculo, scilicet in ipso primo instanti, quo concepta vitam habuit, divino est præsidio adiuta, ne caderet in originale peccatum, &c.*

Item, in indice concionatorio ad diem 8. Decembris, adducit plura *pro Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1643.

Item, in lib. Job elucidatus, ad diem 8. Decembris, *adducit Elenchum concionatorium pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1646. in fol.

Item, in libro: Catenæ in S. Lucam, *in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, adducit indicem concionatorium. Impress. Antuerpiæ 1629. in fol.

BALTHASAR Elisius de Medinilla, Hispanus, *scripsit librum Hispanicè de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Matriti 1617. in 8.

BALTHASAR Gracianus, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto Hispanicè: El Comulgatorio, capite 1. folio 1. *agit latè de Immaculata Virginis Conceptione*, impresso Cæsaraugustæ 1655. in 24.

BALTHASAR Joannes de Balaguer, Hispanus Poëta, scripsit Poëmata *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ad annum 1486. & extant cum aliis apud Ferrant. Diaz.

BALTHASAR Jordanus, Doctor & Poëta Hispanus, edidit Epigramma *pro Immaculatæ Deiparæ à peccato originali immunitate*. Impress. Baëzæ, cum aliis 1618. in 4.

BALTHASAR Lipius, Episcopus de Portu, sive Portuensis, Hispanus, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, titulo de Ferijs, & Jeiunijs, folio 35. inquit: *Item, dies Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ ferietur, & ieiunetur*. Lib. impress. in Portuensi Civitate, anno 1541. in fol.

BALTHASAR de Moscoso, & Sandoual, Hispanus, ac S. R. E. Cardinalis, Decanus, & Patronus meus amplissimus, in Constitutionibus Synodalibus Giennensis Ecclesiæ, inter festiuitates observandas *enumerat Immaculatam Conceptionem Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Ita libro 2. titulo 11. de Ferijs, & Vigilijs.

Item, concessit indulgentias *pro voto Immaculatæ Conceptionis* facto à Mesta, & Cauaña regali, ut constat ex ejus epistola, data 12. Martij, & extat in libro de ipso voto. fol. 11. Impress 1654. in 4.

Item, scripsit Epistolam omnibus Hispaniarum Episcopis, & Prælatis, *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ absque peccato originali conceptæ*, & Missionem D. D. Francisci de Guevara, ad Curiam Romanam, pro sollicitatione ejusdem mysterij. Impress. Hispali ann. 1655. in folio, cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, pijssimo rescripto prohibuit, ne imprimantur Juramenta, seu vota *pro defensione mysterij Immaculatæ Conceptionis*, absque ejus licentia. Extat impress. in charta expansa, die 15. Februarij 1653.

BALTHASAR Pachecus, Ordinis Minorum Hispanus, in quatuordecim discursibus super Pater noster, petitione 4. discursu 10. cap. 2. fol. 433. ait: Quòd Virgo sanctissima non habuit, *ni rastro, ni imaginacion de pecado*. Et pro *festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, habet indicem concionatorium latissimum, fol. 67. Lib. impress. Salmanticæ 1603. in 4. & 1596. & 1604.

Item, in Sermonario de Sanctis, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, habet Sermones duos, impress. Salmanticæ 1605. in 4.

BALTHASAR Paëz, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Canticum magnum Moysis: Audite Cœli, quæ loquor, Exodi 15. *in festo Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis*, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Antuerpiæ 1619. in 4. & Ulyssipone 1628. in fol. tom. 2.

Item, in Canticum Ezechiæ: Ego dixi in dimidio dierum; *in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Lugduni 1623. in 4.

Item, in Commentarijs super Epistolam B. Iacobi Apostoli, *in festo Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis*, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Ulyssipone 1613. in folio parvo.

Item, in Sermonibus Septimanæ sanctæ, in Sermone de Sepultura Domini nostri, folio 578. ait: *Quod Virgo MARIA fuit præventa, præservata, atque in ea effectus passionis, & redemptionis anticipatus, &c.* Lib. impress. Ulyssipone 1630. in 4.

Item, in pompa funerali Philippi II. Hispaniarum Regis, in Salutatione, agit de ipsius devotione *ad mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Serm. seorsim impress. Ulyssipone 1611. in 4.

Item, dicitur, quòd scripserit Mariale de festivitatibus, ac laudibus Virginis, *in quo etiam de Immaculata Conceptione ejusdem*. Ita Marrac. in Catalog. ad ann. 1640.

BALTHASAR Porreñus, Scriptor Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: *Libro de la limpia Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios, y Señora*

nuestra, recogido de lo que se halla escrito en favor deste mysterio, en Concilios, Papas, Revelaciones, Milagros, Iglesias, Patriarcas, Cardenales, Arçobispos, Obispos, Doctores de la Iglesia, Emperadores, Reyes, Religiones, Universidades, y Mugeres santas, &c. Impress. Conchæ 1620. in 4.

BALTHASAR de Roca, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Summario de la devocion, Confradia, è Indulgenitas del Rosario de la Madre de Dios, &c. folio 84. de Indulgentia concessa à Pio IV. *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Valentiæ 1596. in 8.

BALTHASAR Sorius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro Sermonum de Deipara, Sanctisq; per circulum anni, à fol. 19. usque 23. habet *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem super illud thema: Præparavit viam ante te; in qua dicit sequentia pro ejus immunitate à peccato: Quia igitur maximè Virgo cum Christo conversabatur, necesse fuit eam omni gratia, & virtute perfici, &c. Quamvis autem creatura omnis Deo comparata, sit imperfecta, Virgo tamen sacratissima, quæ remedium inter Deum, & hominem erat ponenda respectu hominis, debuit esse perfecta, *ut nihil penitùs perfectionis hominibus posset concedi, quod in ea contingeret non reperiri*; ut si Deo relata veraciter fuerit, & apparuerit creatura, comparata tamen cæteris, videretur insigne præferre Divinitatis, &c.

Item, infra: Fuit igitur Virgo præparatum Deo Mausolæum ut sanctum in carne, & sanctum in mente, ut utrique receptioni utrimque congrueret habitaculum, *& nihil in Virgine Deo reperiretur contrarium*. Unde Augustinus contra quinque hæreses: Quid est Manichæe, quod te permovet in mea Nativitate? non sum libidinis conceptus cupiditate, ego viam itineri meo præparavi; quæ siquidem præparatio in anima fuit secundùm plenitudinem gratiæ; in corpore secundùm remotionem fomitis, seu concupiscentiæ; ut nulla inesset animæ culpa, nec ulla carni inesset corruptionis concupiscentia, &c.

Item, infra: Quantùm ad primam conclusionem, licèt hodie Virgo concepta non fuerit secundùm animæ infusionem, nec secundùm gratiæ sanctificationem, quâ immunis fieret à peccato, ut sancta esset antequam nata, tamen quia in hac die ad Conceptum illius parentes carnaliter convenerunt, neque enim in Spiritu Sancto fuit concepta; nec osculo (ut quidam hæreticaliter asserunt) generata, sed parentum concubitu carnali producta; ideo spiritualis Conceptionis intuitu, quâ denuò gratiâ repletur, hodie Conceptus ipsius in Ecclesia solemniter celebratur; *in ipsa autem incæpit plenitudo gratiæ reperiri, quæ toto tempore legis nequit haberi, &c.* Infra affirmat, quòd habuit puritatem carnis, & plenitudinem gratiæ in anima, ut de immaculata Matre, immaculatus Filius procederet.

Item, ibidem dicit: Supernæ denique benedictioni præparabatur terra in hominem procreata, ex qua nascitura esset gloriosissima Virgo, quæ cœlesti benedictione, singulari replenda erat privilegio, &c, Qui ergo in se nihil peccati habet, nihil habet, quo Deo repugnet, unde Deo proximum esse oportet. *Talis est Beatissima Virgo, cujus vita semper fuit immunis ab omni peccato, & inter peccatores conversata, nulli unquam fuit peccato subiecta, omnia à se peccata abjiciens, nullum in se peccatum habens, nulli unqam peccato consentiens, &c.* Et post aliqua prosequitur: Hoc diluvium, scilicet inundatio peccatorum, omnes contingit in hoc mundo viventes, quia si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est, 1. Joan. 1. Virginem autem contingere non potuit, quoniam peccatorum fluctus calcavit; unde Augustinus, in lib. de natura, & gratia: Excepta ergo Sancta Virgine, si omnes Sancti, &c. In Conceptione autem Virginis cœperunt cantus passerum, id est, Prophetarum innotescere, & impleri; unde quod sub Prophetis, atque figuris quondam latebat occultum, oriente Virgine cœpit fieri manifestum, &c. Lib. impress. Dertusæ 1538. in 4.

Item, libro contra septem blasphemias, contra secundam blasphemiam, scilicet, quòd S. Joseph fuerit sine peccato originali conceptus, in protestatione, capit. 1. inquit: Itaque hostili hac calliditate inspecta, apertè protestamur & dicimus, *nihil contra Virginis nos machinari Conceptum, aut aliquid quorumlibet parvum persuadere, quòd Deifera Virgo purissima originale susciperet peccatum concepta traxisse*; scimus enim fidelium devotionem toto pœnè jam orbe diffusam, quam Ecclesia sancta non reprobat, sed de hæreticis illam damnantes, meritò prodidit esse damnandos; nam quod pro pace Ecclesiæ ab ea permittitur, piè si improbè ab aliquo non reprobatur; unde nec temerario ausu Apostolicis sanctionibus contradicere, nec illius decretis obesse, nec æquum duximus simplicem devotionem fidelium impugnare, &c.

Item, cap. 2. cujus titulus est: Quòd, Joseph esse sine peccato originali conceptum, sit apud omnes fideles hæreticum, inquit: *Ob hoc quidem fidelium pia devotio congruentiam conceptûs Virginei adjiciens sine peccato originali, dicit eam divinæ gratiæ munere esse præditam, & à peccato in sua Conceptione præservatam*, quoniam Dei Mater erat electa, tabernaculum Christi futura, templum Dei facta, ubi necdum per gratiam inhabitaret, sed de ejus utero carnem assumens, intra ejus viscera corporaliter requiesceret, ut sicut corpus Christi in ea novo ordine, sic quoque ex sancta nasceretur radice. Resolve omnia dicta cunctorum huic devotioni innitentûm, & si quid aliud reperies, adijce, nihil enim aliud hactenus est præsumptum, nihil & hactenus suspicatum, nisi quòd ideo dicitur, *à peccato in conceptu fuisse immunem*, quia Dei filius esset ex purissimis ejus sanguinibus, &c. Deinde capite 3. proponit: Quòd si aliqui fuissent præservati ab originali, maximè fuissent parentes Virginis, & qui in Christi genealogia continentur. Et cap. 4. Quòd minùs videtur obviare Scripturæ, Joannem Baptistam esse ab originali præservatum, quàm Joseph, licèt utrumque repugnet. Et cap. 5. Quòd lumine Fidei manifestum est in Fide Catholica, Ioseph esse in peccato originali conceptum. Et cap. 6. Quòd ex eo concludit Apostolus, Joseph in peccato conceptum cum cæteris, quia Christus est mortuus pro omnibus. Et cap. 7. Quòd ex verbis Apostoli, quibus Christus dicitur Mediator, Joseph apertè dicitur fuisse peccator. Et cap. 8. Quòd Apostolus non admittit distinctionem in hujusmodi. Et cap. 9. Quòd Joseph apertè videatur in peccato conceptus, quia verè fuit Domini nostri Passione redemptus.

Item, capite 10. cujus titulus est: Quòd redemptio præservativa per Passionem Christi à peccato originali in nobis, determinationi Ecclesiæ adversatur, ait: At, inquiunt, reprobanda non est ista redemptio, quia redempta dicitur esse Beata Virgo, ut pariter asseratur redempta, & ab originalis

transgressionis incursu divinitus præservata. Ego mihi rectiùs cum Ecclesiæ Fide suadeo, non huiusmodi fictione redemptionis moveri sacrosanctam Ecclesiam, devotionem Virginalis Conceptûs non reprobantem, sed suadentem; cùm ea redemptio antiquissimæ Fidei fundamentis, & ipsius Ecclesiæ apertissimè adversetur decretis. *Si Ecclesia S. tenet, si permittit, si non reprobat Dei Genitricem Virginem sanctam à peccati contagio fuisse immunem, non propterea falsam Christi fingit humani generis redemptionem, nec ideo asserit præservatam, quasi ex præservatione dicat cum cæteris esse redemptam; aliunde habet, si hoc habet, &c.* Hæc sunt, quæ in toto illo libro invenire potui de Conceptione Virginis; nam postea cap. 11. dicit: Quòd non dubitet Fides Catholica, Joseph esse in peccato conceptum. Et 12. Quòd Ecclesia non illuminatur contra ea, quæ divinitus sunt ipsi per sacram Scripturam ostensa. Et 13. Quòd testimonijs veteris Testaméti convincitur, Joseph esse in originali conceptum. Et 14. Quòd Salvatoris sententiâ, liquet Joseph medico indiguisse. Et 15. Quàm validissimè Augustinus, acriterque invehitur in hunc errorem. Et 16. Quòd mors Joseph apertè innuit, in peccato esse conceptum. Deinde 17. est epilogatio omnium præmissorum, & finis tractatûs. Lib. impress. Valentiæ 1511. in 4.

Item, hic Auctor in suo Mariali habet de Virginea Conceptione Sermones quinque à fol. 1. usq; 28. in quibus præcipuæ propositiones pro materia ejusdem Immaculatæ Conceptionis, sunt sequentes. Sermone primo ait: Cùm ergo nullus actus Virginis fuerit malus, *eò quòd nunquam peccatum commisit*, nec bonum aliquod, quod agere teneretur omisit; &c. In hodierno festo Conceptionis illius admiratur Ecclesia, *videns eam in mundum introeuntem cum tanta perfectione, & pulchritudine, quantam nescivit unquam ipsa natura, &c.* Porrò sicut non ea necessitate factum est, ut Dei Filius de sancta fœmina, & matre purissima nasceretur, quin de communi, & peccatrice nasci potuisset, ut argumentatur Anselmus; sed quia decebat, nempe ipso testante, & decens erat, ut Virgo ipsa eâ puritate niteret, quâ sub Deo major nequit intelligi; *sic quoque decebat, ut de pulcherrima Matre speciosus formâ nasceretur, cuius pulchritudine major in natura non posset reperiri &c.* Utramque autem pulchritudinem, & corporalem, & spiritualem, oportuit repræsentari in Virgine, quæ totius imaginem gessit Ecclesiæ, &c.

Item, Sermone secundo: Secunda conclusio; *plenitudinem gratiæ, quam lex nunquam habuit, prima omnium Virgo in primordio suæ Conceptionis obtinuit*, &c. Et sic comparatio magis congruit huic proposito, ut in principio creationis gratia inesset Virgini, si conformitas exordij Virgini debeat adaptari: quia si etiam homo & Angelus sine gratia creati essent in eis, sic Ecclesia minimè inchoasset, &c. Vellus autem de carne trahitur, sed carnis pinguedine, & passionibus non inficitur, & Virginalem designat uterum, *de carnis propagine propagatum, sed carnis maculis non infectum, &c.*

Item, Sermone tertio: De stabilitate etiam gratiæ patet, quòd cunctos excesserit, *cùm magis à contrario gratiæ, scilicet peccato immunis extiterit, utpote quæ nullum prorsus in se admisit peccatum*; quod Augustinus, lib. de natura, & gratia tractans, sic inquit: Omnes Sanctos, &c. usque, quem constat nullum habuisse peccatum, &c. *Beatissima autem Virgo in via facta est per gratiam impeccabilis*; nec tamen impeccabilitas ejus meritum diminuit, &c. Claudi ambulant, quia progressa est hodie Virgo sine claudicatione. Cantic. 7. Quàm pulchri gressus tui in calceamentis Filia Principis! Leprosi mundantur, quia Beatissima Virgo in mundum egressa est sine carnis concupiscentia, & totius corporalis, & spiritualis immunditiæ macula.

Item, Sermone quarto, inquit: Secundò, ex columnis argenteis, in quibus designatur puritas animæ, & interioris hominis, quia proculdubio anima ejus plena fuit gratiâ septiformi Spiritus Sancti. *Argentum istud fuit purissimum, nullius peccati rubigine deformatum.*

Item, Sermone quinto, ait: Primò per omnimodum à contrario puritatis recessum, *quia in se nullum admisit peccatum.* Sed si sola negatio peccati attenditur, & peccati immunitas, cùm nec Angeli, nec Beata Virgo peccatum admiserint, negatio autè non suscipiat maius, & minus, esset hinc inde puritatis excessus, &c. Adam, & Eva, quinimo & Angeli apostatæ nihil fomitis habuerunt, *sed ad gradum Virgineæ puritatis in recessu à peccato non pervenerunt*; neque ipsi quidem tantùm, quos culpa reddidit à specie Creatoris totius speciei deformes, sed nec illi Beati Spiritus, qui semper Deo fuerunt conformes, &c. Lib. impress. Detursæ 1518. in 4.

BALTHASAR de Torres, & Salto, Canonicus Ecclesiæ Hispalensis, Hispanus, in Sermone, ad illa verba: Beati pauperes spiritu, & ad illa: Ego sum Pastor bonus. fol. 14. sic inquit: *El segundo fuerte es, la Concepcion purissima de la Virgen, Soberana Madre de Dios, y Señora nuestra, &c.* ubi latè agit de hoc mysterio. Serm. impress. Hispali 1624. in 4.

Item, in Sermone funerali D.D. Imperatoris Mathiæ, &c. inquit: *La Immaculada Conception de MARIA soberana sin macula, ni sospecha de pecado original, &c.* Serm. impress. Ulyssipone 1619. in 4.

Item, in Sermone funeralis pompæ Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 33. agit de ipsius devotione, *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Hispali 1621. in 4.

Item, in Sermone funerali D. Eleonoris Bezerræ, ad illa verba: Hæc est autem voluntas, &c. in salutatione, ait: *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali.* Impress. in S. Jacobo Compostellæ 1617. in 4.

BALTHASAR de Zepeda, Hispanus, edidit Testimonium litis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Poëma. Hispali 1616. in 4.

Item, edidit aliud Poëma; sub hoc titulo: Testamento, y ultima voluntad de un fiel devoto, y piadoso, acerca *del sacrosancto mysterio de la Immaculada limpieza de la Concepcion de la Virgen Santissima*; à cuyo exemplo los devotos de esta soberana Señora le deven imitar, &c. Impress. Hispali 1617. in 4.

Item, in Lunario, y Pronostico general de las verdades, que sucedieron en el año de 1617. *cerca de la limpieza de la Concepcion de la Virgen MARIA, &c.* Impress. ibi eodem anno.

Item, edidit aliud Poëma sub tali titulo: Letra curiosa al intento *de la Immaculada Concepcion, &c.* Et incipit: Lo que dicen del peccado. Impress. Hispali cum aliis.

BAMBA, seu Wamba, Rex Hispanorum Gothus, quidquid S. Isidorus à Concilio Toletano XI. edoctus, de Ecclesiasticis officiis, *sanctè verò de solemnitate puræ Conceptionis*, tam in Missali, quàm in Breviario disposuerat, seriò, & constanter constabilivit.

bilivit. Verba sunt Joannis Antonij Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè Concepta, dissert. 10. adnot. 1. num. 7. fol. 375. Vide Petrum de Oxeda, in Informatione, cap. 8.

Item, observantissimus fuit *festivitatis purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Marrac in Reg. Marian. fol. 33. ex Ægidio Lusitano, lib. 3. quæst. 6. fol. 384.

BANDINUS Metlici, Theologus doctissimus pervetustus, in quatuor lib. Sent. tract. de Incarnat. fol. 301. inquit: *Christi autem caro non fuit peccatrix in Christo, hoc est, alicui peccato obligata, quia ex carnis delectatione nata non est, nec postea peccavit: fuit verò peccatrix in Matre, sed superveniente Spiritu Sancto, tota mundata est; quinimò (vt ait Augustinus) ipsi Matri ex tunc collatum est sic devincere peccatum, vt ei soli inter omnes sanctos non conveniat illud: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.* lib. recognito, & typis mandato à Benedicto Celidonio Abbate Viennæ ad Scotos, impresso Lovanij 1557. in 8. Vide de hoc in Sole Veritatis, classf. IX.

BAPTISTA de Castiglione, Ordinis Minorum Mediolanensis, edi curavit *Quæstionem de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Francisci Lycheti, ut videre est in lib. impresso Parisijs 1520. in fol.

BAPTISTA Fanetius de Ferraria, Ordinis Carmelitarum Italus, *scripsit sermonem de Conceptione Immaculata Dei Matris MARIÆ*, quem citat inter Carmelitanos Daniel Agricola, in Corona Conceptionis, fol. 175. & Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 331.

BAPTISTA Fanti, Ordinis Carmelitarum, in suo Sermonario, serm. 18. sub hoc titulo: de Puritate Beatæ MARIÆ, in Nativitate, Purificatione, ac Conceptione, in prima conclusione, ait: Quòd *MARIA fuit absque originali.* Lib. impress. Bononiæ 1506. in 4.

BAPTISTA de Ferraria, Ordinis Minorum, in 3. lib. Senten. dist. 3. quæst. 1. *Scripsit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Sic P. Salazar. & Leon, classf. 9. Joannes Eusebius, in lib. Excep. fol. 519. Pistoia, fol. 158. num. 72.

BAPTISTA Fiera, Mantuanus Medicus, *de Conceptione Virginis Deiparæ* Librum unum Venetijs excusum, secundùm Gesnerum. Vide Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 186. Pistoia corona 2. cap. 8. fol. 226.

BAPTISTA de Genoua, Monialis, & Canonica Regularis Lateranen. in libro dicto: Opera Spiritualia, in tribus tomis divisa, tom. 2. cap. 16. fol. 161. Quòd B. Virgo MARIA gaudens semper Angelicâ naturâ, tantam acceperit gratiam, ut semper postquam fuit creata, & confirmata in ea viderit faciem Patris: Ista *che mai no è stata machia da peccato, &c.*

Item, tom. 3. cap. 8. Quòd totaliter fuit B. Virgo Deo plena magis, quàm dici & capi potest. *May per un solo instante non andò nelle tenebre, non potendo quella felice anima in niuna minima culpa incorrere.* Et ad marginem habet: MARIA may in colpa non incorse. Lib. impress. Venetiis 1588. in 4.

BAPTISTA Mantuanus, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, Italus, *de Conceptu Virginis MARIÆ in utero Sanctæ Annæ* Poëma doctum, latum, & eruditum, in Parthenices 1. libro 1. à folio 1. usque 9. impress. Antuerpiæ an. 1579. & Compluti 1528. in 4. & 1576 in 8.

Item, *de Immaculata Conceptione Virginis*, Poëma alterum, in libro 12. de Sacris diebus, ad diem 8. Decembris, impress. ibi, & Compluti 1507. in 8. & Lugduni 1516. in 8. & alibi.

BAPTISTA Platina, Cremonensis Italus, in Sixto IV. Pontif. Max. *de Tractatu Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* ab ipso Summo Pontifice, antè Francisco de Ruvere vocato, edito, ut videre est in lib. impress. Parisijs 1530. in 8.

BAPTISTA Trovamala, sive Nouamala, Ordinis Minorum Italus, in summa dicta: Rosella, verbo Festum, folio 187. col. 3. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ, & quod præservata fuit à peccato originali*, lat. Lib. impress. Venetijs 1499. in 8.

BAPTISTA Valentinus, Italus, & Episcopus de Peña, in officio gloriosæ Virginis, *agit de ejus Immaculata Conceptione absque peccato originali*; impress. Romæ 1618. in 4. & sparsim in eodem libro, præcipuè super Magnificat, fol. 163.

BARBARA Amigo de Cariñena, fœmina Hispana, *edidit glossam pro Immaculata Dei Matris Conceptione*, ut videre est apud Sanct. Zapata, libro de Conceptione, fol. 138.

BARNABAS de Gambellara, Ordinis Minorum Italus, de imagine Immaculatæ Conceptionis erecta in horologio Mantuano; de recitando sollario; *atque de Conceptione Immaculata ejusdem Virginis MARIÆ*, relationem latissimam manuscrip. quam apud me habeo.

BARNABAS de Herrera, Hispanus Poëta, scripsit Hieroglyphicum *de illibata Virginis MARIÆ Conceptione*; & extat cum aliis in libro Sanctij Zapata, folio 146.

BARNABAS Kearnæus, Casselensis Hiberniæ Societatis JESU, in libro dicto: Heliotropium, à fol. 835. adducit Concionem primam, *pro Immaculata Virginis Conceptione*, sub themate: Sapientia ædificavit sibi domum, usque ad fol. 862.

Item, in eodem libro, super illa verba: Domum tuam Domine decet sanctitudo, à fol. 862. usque 882. adducit aliam Concionem *de Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impress. Lugduni anno 1622. in 8.

BARNABAS de Matute, Societatis JESU Hispanus, *in festivitatibus, & octava purissimæ Conceptionis Virginis* celebrata, in insigni Conventu S. Francisci Salmanticensis, Sermonem impress. ibidem 1619. in 4.

Item, idem *de eadem Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, Sermonem alterum impress. ibidem.

BARNABAS Verges, Doctor Hispanus, in libro dicto: Norte Spiritual, ad diem 8. Decembris, de Indulgentiis Ecclesiarum Urbis, in die *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Romæ 1630. in 12. folio 253. inquit: Este dia se celebra la fiesta de la *Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, con la infrascrita Indulgencia en Santa MARIA la Mayor, del Populo, de la Minerua, de Loreto, de la Rotunda, in Trevio, de Campocaileo, del Horto, en San Lorenço in Damaso, San Pedro in Vaticano, en la Trinidad de Ponte Sixto, en S. Pablo fuera de los muros, en San Basilio, en Santa Barbara, en Santa MARIA de Campo Marzo, y en Santa Cruz à Montecitorio; en todas las sobredichas Iglesias este dia se gana Indulg. plenaria, &c.

BARTHOLOMÆUS N. Doctor antiquus, scripsit opus sanè eruditum appellatum: Florarium, in quo discurrit per omnes materias, & fol. 150. de MARIA Virgine, inter alia quam plura, inquit:

Propterea

Propterea versificator ait: His brevibus verbis plenè laudatur MARIA: *Omni labe caret, omnia laudis habet.* Et infra: *Ab omni immunditia & malitia purissima fuit.* Lib. manusc. in Rubra Valle propè Bruxellas in fol.

BARTHOLOMÆUS Angelus de Neapoli, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Rosario della gloriosa Vergine MARIA, in tractatu de Indulgentiis, folio 83. ad diem 8. Decembris; de Indulgentiis in festivitate, ac die Conceptionis, & per totam octavam. Lib. impress. Florentiæ 1604. in 12. Vide etiam librum de Consolatione pœnitentis, impress. Venetiis 1617. in 8. de Indulgentiis concessis pro die Conceptionis.

BARTHOLOMÆUS Apostolus, Sanctus, ac Christi Domini Discipulus, natione Galilæus, ut refert in ejus vita Anonymus Philetus Eusebianus, cap. 2. fol. 54. à tergo, postquam plura de Beata Virgine dixerat, tandem sic concludit ad Polymium Regem: *Primus ergo homo Adam dictus est, hic de terra factus est, terra autem, ex qua factus est, Virgo fuit, quia nec sanguine humano polluta fuerat, nec ad sepulturam alicujus mortui fuerat adaperta; par ergo erat, ut dixi, ut qui Filium Virginis vicerat, à Filio Virginis vinceretur, &c.* Terra Damascena, à qua Adam, duplicem habuit prærogativam, & virginitatis, & integritatis, sive impolluta fuerat à sanguine humano, & à sepultura mortui, id est, à culpa, & peccato primogenito. Terra Mariana, à qua secundus Adam Christus, & fuit intacta, & fuit immaculata, & fuit Virgo corpore, & mente, Virgo in Conceptione activa, Virgo mente in Conceptione passiva, id est, non polluta per culpam, seu peccatum ullum.

BARTHOLOMÆUS de la Bella, Ordinis S. Dominici Italus, in libro: Mariale perfettissimo delle feste ordinarie, & extraordinarie della gloriosissima Vergine MARIA Madre di Dio, &c. composito linguâ Hispanicâ, à Christophoro de Avendagno Carmelitano; deinde tradúcto Italicè à prædicto Auctore, *de solemnitate purissimæ Conceptionis Virginis Dominæ nostræ*, Sermonem unum, à fol. 1. usque 23. Lib. impress. Venetiis 1633. in 4.

BARTHOLOMÆUS Cairasco de Figueroa, insignis Poëta Hispanus, in lib. Templo militante, Flos Sanctorum, y Triumphos de sus virtudes, parte 4. *in solemnissima festivitate Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ*, in qua poëmate primo agit de ejus præservatione, deinde de historia Conceptionis; & in principio habet imaginem Immaculatæ Conceptionis, quæ omnia reperies à fol. 211. usque 217. Lib. impress. Ulyssip. 1615. in fol.

BARTHOLOMÆUS de Caravias, Ordinis Minorum Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, sermonem unum, impressum Salmanticæ 1619. in 4. & fortè est iste, quem Antonius Daza, cap. 6. folio 49. vocat Bartholomæum de Covarruvias.

BARTHOLOMÆUS Caro, Hispanus Poëta, edidit Glossam *pro Immaculata Conceptione Dei Matris MARIÆ.* Impress. in libro Concep. Sanctij Zapata, folio 133. & aliud Poëma folio 166.

BARTHOLOMÆUS Carrança, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Toletanus, in Summa Conciliorum, & Pontificum à Petro usque ad Paulum III. succinctè complectens omnia, quæ alibi sparsa sunt, loquens de Concilio Basilien si, fol. 399. inquit: Hactenus difficilis quæstio in diversis partibus super Conceptione ipsius gloriosæ Virginis MARIÆ Matris Dei, & exordio sanctificationis ejus facta est, &c. Nos diligenter inspectis auctoritatibus, & rationibus, quæ iam à pluribus annis ex parte utriusque doctrinæ allegatæ sunt, aliisque etiam plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, doctrinam illam differentem gloriosam Virginem MARIAM, præveniente, & operante divini Numinis gratia singulari, nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctamque, & Immaculatam, *tamquàm piam, & consonam cultui Ecclesiastico, Fidei Catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, approbandam fore, tenendam, & amplectendam diffinimus, & declaramus*; nulliq; de cætero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere; renovantes prætereà institutionem de celebranda sancta ejus Conceptione, quæ sexto idus Decembris antiqua, & laudabili consuetudine celebratur. Hìc sistit prædictus Bartholomæus, & nihil ampliùs. Lib. impress. Venetiis 1516. in 8. & alibi.

Item, in libro Hispanico, cujus titulus est: Commentarios del Reverendissimo Señor Fray Bartholome Carranza de Miranda Arzobispo de Toledo, &c. sobre el Catechismo Christiano, divididos en quatro partes, &c. las quales contienen todo lo que professámos en el Santo Bautismo, como se vera en la plana siguiente, folio 404. inquit: Lo segundo, que todos los que vivimos en esta vida somos peccadores en la presencia de Dios, y por tales nos havemos de conocer y cõfesar: porque no ay nadie que se tenga por limpio en todo; por ventura abra algunos que en el juicio humano sean justos, pero en el juicio Divino ninguno ay tan justificado que no tenga alguna deuda que pagar; desto nos amonestò S. Juan diciendo: si dixeremos que no tenemos pecado nosotros mismos nos engañamos, y no ay verdad en nosotros. La Escritura dice en otra parte: Quien puede decir limpio esta mi corazon, y yo limpio estoi de pecado? y en otra parte: No ay hombre que no peque; *en esta regla general no se entiende nuestra Señora la Madre de Dios, como lo dicen, y declaran los Santos, y la Iglesia*, pero no se puede exceptuar otra persona, &c. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1558. in fol.

BARTHOLOMÆUS Cluniacensis, in Sermonibus de tempore & Sanctis, qui incipiunt: Quàm jucundè videbit æternum Dei Tabernaculum, &c. Sermone de Purificatione S. MARIÆ, qui est sub themate: Postquam impleti sunt dies purgationis, &c. inquit: Videtur, dilectissimi Fratres, purgatio MARIÆ, magnum quoddam arcanum significare; & (ut verbis Originis utar) sentio grande in his verbis esse nescio quid, & tale quod nullus Auctorum exenteravit, quibus refertur intemerati pudoris purgatio, *& ipsam purgari, quæ nullatenus potuit purgari, quippe non habens maculam, neque rugam.* Nam tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vide ibi plura alia, &c.

Item, in Sermone de Annuntiatione, qui incipit: Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum, &c. Salutatio ista quantò est plenior, &c. sic inquit post medium: Pietas verò Filij *Matrem suam ab omni pulvere offensionis voluit esse immunem, nec eam permisit qualicumque tenui aura jactari.* Unde B. Augustinus in libro de Natura & gratia, Salvatoris Matrem dicit sine peccato confiteri, necesse esse pietati: De qua inquit, &c. & adducit auctoritatem

S. Augustini explicando illam pro omnimoda gratia Virginis. Hic liber est M. S. in Monasterio S. Mariæ Dunarum Brugis, in 4. classe 6. num. 64.

BARTHOLOMÆUS Cucala, Hispanus, & Magister Theologus, in libro dicto: Baculus Clericalis, folio 45. in Oratione ad B. Virginem, inquit: Pues todo quanto ay en vuestra Magestad, *es gracia, puridad, caridad, y inocencia*, &c. Lib. impress. Cæsarangustæ 1547. in 4.

BARTHOLOMÆUS DiazGiral, Hispanus, ac Judex Ecclesiasticus Metropolis Hispalensis, fecit informationes juridicas contra aliquos asserentes *Virginem MARIAM fuisse Conceptam in peccato originali*; quæ cum aliis 26. fuerunt typis mandatæ Hispali anno 1615. in folio.

BARTHOLOMÆUS de Escobar Hispalensis, Societatis Jesu, in libro Concionum super omnes Beatæ Virginis Deiparæ Mariæ festivitates; *de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione* Sermones octo pro hujus festivitatis octavario, super librum generationis Jesu Christi, &c. incipiunt: Cùm invictissimus Macedo, à fol. 1. usque 194. impress. Parisijs 1624. in 4. Extant etiam sermones isti seorsim impressi in libro Hispanico, sub hoc titulo: Libro de la Generacion de Jesu Christo nuestro Señor, y de su Madre Santissima Señora nuestra, reverenciado en ocho sermones, à cerca de ocho partes del libro, para los ocho dias del octavario *de la purissima Concepcion desta soberana Reyna de los Angeles*. Lib. impress. Ulyssipone 1622. in 4. & incipiunt sermones: Quando el invictissimo Alexandro.

Item, *quòd Beata Virgo MARIA immunis fuit ab Evæ peccato, & redempta*, sed cum differentia, quòd reliqui à peccato contracto, Maria verò præservata virtute Crucis Dominicæ, &c. in tom. Quadragesimali, serm. 6. de diluvio, fol. 140. Impress. Lugduni 1617. in 4.

B. la Farge, Ordinis Minorum Gallus, sustinuit actu publico in domo Minorum Parisien. sub præside R. P. Damiano Renault Baccalaureo Parisiensi ejusdem Ordinis, die 2. Septembris anno 1661. *Beatam Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, vallatam à momento Conceptionis forti muro puritatis, nec debito contrahendi culpam fuisse obnoxiam*, &c. latè. Impress. eodem anno in charta expansa.

BARTHOLOMÆUS Feltrensis, Ordinis Minorum Italus, octo rationibus à se excogitatis aggressus est Vincentium Bandellum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, in celebri controversia habita Ferrariæ, ipsasque adducitipse Bandellus in suo opere 1. & 2. de Conceptione, à fol. 100. usque 109. Lib. impress. 1502. in 4.

BARTHOLOMÆUS Ferrariensis, Inquisitor Italus Ord. Prædicatorum, in lib. de Christo Jesu abscondito pro solennitate corporis ejus, &c. lib. 2. fol 72. comparans gratiam Deiparæ cum gratia Christi, inquit: Primus gradus est respectu sui ipsius, & sic dicimus, quòd fuit prima gratia in materno utero, in proprio utero, in cœlestis paradisi utero &c. Post aliqua, inquit: Ecce quomodò habemus declarationem hujus quintæ prærogativæ, in qua declaramus, quòd sicut nullus fuit sanctior Christo, id est mundior, *sic nullus fuit post Christum mundior B. Virgine*; Sed quoniam quidam piè moti, & cum reverentia gloriosæ Virginis asserunt, quòd sicut Adam, & Eva in statu innocentiæ procreassent filios cum originali justitia; sic Virgo gloriosa per sanctificationem in utero: unde volunt, quòd gratia sanctificationis id operetur in Virgine, quod donum originalis justitiæ in Adam & Eva, ut recitatur part. 2. quæst. 27. art. 3. in medio, & hoc volunt quantum ad moralem remotionem fomitis, ideo ad hujus declarationem: Quę fuit maior munditia, an munditia Evæ in statu innocentiæ, an munditia V. gloriosæ in statu sanctificationis? ut autem id clarius eluceat, dicam particulariter dona innocentiæ & dona gratiæ sanctificationis, &c. Et postquam latissimè ista explicarat, inquit: Unde dixit illi Angelus: Ave gratiâ plena, & verè gratiâ plena, scilicet *sanctificationis*. Plenagratiâ maternitatis, namque in utero materno fuit præparata ad filij Dei maternitatem, &c. Secundò declaratur ejus sublimitas puritate: *quoniam in utero materno adepta est puritatem inclinantem ad bonum*. Venetiis 1555. in 8.

BARTHOLOMÆUS Gavanto, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, Italus: *de festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ac de ejus institutione*, &c. in Commentarijs supra rubricas Missalis, & Breviarij Romani, sect. 7. cap. 2. de festis Sanctorum mense Decembri. Lib. impress. Romæ 1628. in fol.

Item, elaboravit, & disposuit *officium pro infra octavâ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, quod fuit à sacra Rituum Congregatione approbatum, ut dicitur in octavario Romano; Neapoli 1628. in 8.

BARTHOLOMÆUS Giecchetta, Clericus Italus, in libro: Modo è prattica de visitare, è consolare l'infirmi, & aiutarli al ben morire, fol. 44. inquit: La Beata Vergine se chiama Maria, che in altro modo vol dire iluminata; è non senza divina dispositione gli fu imposto questo nome: per che la Sanctissima Trinità *dal primo instante della sua Conctione rempi MARIA di gratia*; in maniera tale, che diede piu gratia à lei, che à tuti gli Angioli, è Sancti insime, &c. Lib. impress Neapoli 1636. in 12.

BARTHOLOMÆUS Guerrero, Ordinis Minorum Hispanus, edidit tractatum inscriptum: *Expositio in controversiam, de Immaculata Virginis Conceptione*, breviter, & copiosè ambiens omnia, quæ Sancti Patres, & Doctores usque adhuc scripsêre. Lib. impress. Matriti 1620. in 4. cum imagine parva Immaculatæ Conceptionis; cujus unica conclusio totius operis est: Beatissima Virgo Mater Dei, in primo suæ Conceptionis instanti fuit sanctificata, & ab originali peccato immunis.

BARTHOLOMÆUS de Latona, Ord. Minorum Hispanus, in quadam epistola scripta Reverendissimo P. Generali totius Ordinis, circa divisionem Provinciarum Philippinarum, *fatetur Virginem MARIAM Dei Matrem fuisse conceptam in gratia & gloria*, &c. quæ epistola est in mea Bibliot.

Item, in Sermone de S. P. N. Francisco, §. 2. *de pura Virginis MARIÆ Conceptione*, &c. impress. in Civitate Mexicana. ann. 1652. in 4.

BARTHOLOMÆUS à Ledesma, Ordinis Prædicatorum Hispanus, & Episcopus Guaxaquensis in Indijs, in lib. dicto: Summarium, sive de Sacramentis in genere, tract. de Baptismi Sacramento, difficult. 13. folio 146. inquit: Nec tantùm Apostolos Baptismum Christi suscepisse tenendum est, verum etiam rationi multò consonantius est, & ita *piè tenendum Beatam Virginem, etsi non ut primam gratiam reciperet, quia ab instanti Conceptionis illam habuit, ut tamen characterem Baptismalem, & Christiano insigniretur, quo fieret membrum Ecclesiæ, fuisse baptizatam*, & ita piè tenendum est, &c. Lib impress. Salmanticæ anno 1585. in fol.

BAR-

BARTHOLOMÆUS Leonardus de Argensola, Hispanus Poëta celeber, in suis operibus, folio 365. habet Cantionem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, & incipit: A todos los Espiritus amantes. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1634. in 4.

BARTHOLOMÆUS de Loaysa, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de Immaculata Conceptione B. Virginis Reginæ cœlorum, absque nævo peccati originalis*, triumphum. Lib. impress. Hispali 1616. in 4. incipit: Vno de los amorosos, &c.

Item, idem *de eadem Virginis MARIÆ Conceptione absque macula peccati originalis*, triumphum alterum, impress. ibidem, & incipit: Aunque es cierto, &c. Et sunt omnes discursus modo concionatorio.

BARTHOLOMÆUS de Medina, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in 3. part. D. Thomæ Art. 2. q. 27. in Comment. litteræ, folio 347. inquit: Partem affirmativam hujus quæstionis probant argumenta sequentia, &c. Primum argumentum, &c. Tertiò, idem demonstratur ex sententia omnium Sanctorum: Universi enim Sancti approbant universales fidei regulas superiùs cõmemoratas, excipientes solum Dominum ab originali peccato, & quamplurimi illorum expressè & distinctè dicunt Beatam Virginem in originali peccato fuisse conceptam. Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Fusebius, Remigius, Maximus, Beda, Anselmus, Bernardus, Erardus Episcopus & Martyr, Sancti ex Ordine Minorum tres, Antonius Paduanus, S. Bernardinus, D. Bonaventura. Ex Ordine Prædicatorio item tres, D. Thomas, S. Vincentius, D. Antoninus, Sententias istorum Patrum fidelissimè referunt Caietanus, in tractatu de Conceptione Beatæ Virginis, cap. 4. Cano, lib. 7. de locis, cap. 1. Vincentius Bandellus, tractatu de Conceptione, cap. 8. His Sanctis Patribus consensit vetus omnis Theologorum Schola cum Magist. in 3. dist. 3. Sed & prædictus Vincentius, diligentissimus Auctor, in opusculo prænotato, cap. 22. refert quatuordecim Doctores ex Ordine Cistercienst, idem sentientes, & in cap. 24. refert ex Religione Ordinis Minorum duos supra triginta, & in cap. 25. ex Ordine D. Augustini numerat quindecim, idem prorsus decernentes. Ex Ordine Carmelitarum enumerantur viri doctissimi, Guido, & Paulus de Perusio, & in cap. 28. ejusdem opusculi recenset Sanctos Pontifices, Innocentium II. Innocentium V. Clementem VI. idem credentes: libet tamen, &c.

I. CC. Hæreticum dogma est, si quis dixerit Beatam Virginem sic fuisse à peccato originali præservatam, ut nihil illius incurreret, &c.

II. CC. Si sit sermo de macula peccati originalis, utraque propositio est probabilis, & sine errore utrinque defendi potest, videlicet, quòd fuerit mundata, & sanctificata à peccato originali, & quòd non fuerit mundata, sed præservata, &c. Sed circa conclusionem aliquot dubitationes breviter sunt explicandæ. Prima est: Utrum expediat definire alteram partem? cui respondit Caietanus in opusculo jam prænotato, non expedire, immo non posse Ecclesiam definire, quòd Beata Virgo fuerit à peccato præservata, cùm de hac re nullæ sint Scripturæ authenticæ, aut revelationes antiquæ; Ecclesia enim in definiendis rebus fidei, non utitur novis revelationibus, sed utitur testimoniis sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum, &c.

2. Dubitatio est: Utrum sit de fide, quòd utraque pars probabilis sit, &c. non est de fide, quòd utraque pars sit probabilis, &c.

3. Dubitatio est: Nam si utraque opinio est probabilis, consequens est, ut qui alterutram partem determinatè sequitur, & certò adorat Conceptionem Immaculatam Beatæ Virginis, exponat se grandi periculo erroris; nam fortassis adorat id quod falsum est, unde videtur non esse colendam absolutè Immaculatam Virginis Conceptionem, sed sub conditione, si vera est. Quemadmodum, qui rationabiliter dubitat, num hostia sit consecrata, non debet illam adorare determinatè, sed sub conditione.

III. CC. Ad hoc dicendum est, quòd, ut nullus sit error, nec speculativus, nec practicus in celebrando Conceptionis festo, securissimus modus est celebrare illud punctum, in quo justificata est, plenitudine gratiæ decorata, abstinendo, an sit concepta cum peccato originali, nec nè, &c.

4. Dubitatio petit: Quæ illarum opinionum verior sit? & respondetur, quòd Deus scit, & cui voluerit Deus revelare, sed, ut exponam sensum meum de hoc, sit 4. CC. Pars affirmativa hujus quæstionis est magis consentanea Scripturis, Sanctis, Sanctorum omnium documentis, & regulis Fidei Catholicæ; negativa verò pia est, & devotioni populi accommoda, & humanæ rationi magis conformis, &c. 5. CC. Pius V. anno Domini 1570. statuit, ac per Apostolica scripta mandavit, &c. 6. CC. Sententia illa, quæ asserit Beatam Virginem fuisse Conceptam in peccato originali & ab eo mundatam, facilè explicat hujus rei modum, faciléque argumenta in contrarium dissolvit; opposita verò sententia difficulter, sed tamen piè & probabiliter, &c. Deinde respondet ad argumenta pro utraque parte, tam affirmativa, quàm negativa, tam ex sacra Scriptura, quàm ratione desumpta. Item, idem in 1. 2. quæst. 18. ad art. 3. Utrum primum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines? fol. 430. lib. impress. Venetiis 1602. in folio, sic inquit, in expositione prædicti articuli.

Hęc conclusio habetur in sacris Scripturis, Rom. 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, &c. In quo omnes peccavèrunt, & egent gloriâ Dei, & 1. ad Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificantur, & 2. ad Corint. Si unus pro omnibus mortuus est: ergò omnes mortui sunt, & Job 25. Nullus mundus à sorde, nec infans unius diei: atque hanc veritatem sub eodem tenore verborum, quo affirmat eam D. Thomas, defendunt Concilia contra Pelagium celebrata, Milevitanum & Arausicanum, atque etiam Augustinus. Sed observet Theologus, quòd sicut non est dogma hæreticum asserere, quòd aliqui ex particulari privilegio non morientur, sicut de Elia & Henoc, & quidam Doctores docti, & pij asserunt, quòd illi, qui viui in die iudicij reperientur, non morientur, cui privilegio non derogat lex illa generalis: Statutum est omnibus hominibus semel mori, ad hunc modum non est hæreticum dogma asserere, quòd aliquis ex peculiari privilegio liber fuerit ab originali delicto, quodque illud dogma sit probabile, piumq; de diva Virgine, patet ex Extravagante: Grave nimis, in qua Sixtus IV. anathematizat eum, qui dixerit alteram opinionem errorem continere? eandem constitutionem innovavit Concilium Tri-

dentinum,&c. Itaque,sicut in sacra Scriptura habetur, quòd omnes in Adam peccaverunt,sic habetur,quòd mors in omnes pertransivit, & quòd est statutum omnibus hominibus semel mori, ideoque utrumque est æqualiter de fide: fides ergo docet, quòd est necessitas & obligatio, ut omnes descendentes ab Adam contrahant peccatum originis, sicut est lex imposita, & necessitas moriendi. Sed quia non est abbreviata manus Domini,sicut non spectat ad fidem asserere, quòd Deus aliquos à morte servavit,ita nec spectat ad fidem asserere, Deum aliquos à peccato originali præservasse,sicut aliqui de sanctissima ejus Matre arbitrantur. De quo agit D. Thomas 3. part. quæst. 27. & hic Cajetanus. Lib. impress. Venetijs 1602. in folio. Hunc Doctorem citat R. P. Hippol. Marrac. in Catal. ad annum 1578. pro nobis, ex illis verbis articulo 5. *Sed illud animadvertere dignum est, quòd hæc sententia de Immaculata Virginis Conceptione à paucis initijs profecta, crevit in immensum, quod est argumentum solidæ veritatis.* Hæc Medina; ex quibus colligit Marac. quòd fuerit problematicus.

BARTHOLOMÆUS de los Martyres, Ordinis Prædicatorum, & Archiepiscopus Braccharensis, Hispanus; lib. dicto: Catheciſmo, ò Doctrina Christiana, y platicas espirituales, &c. fol. 313. adducit Sermonem in festivitate Conceptionis Dominæ nostræ, fol. 317. *& vocat ipsam Conceptionem Immaculatam*, in libro traducto à domino Joanne de Aristizaval, Equite aurato Sancti Jacobi, impresso Matriti 1653. in 4.

BARTHOLOMÆUS Meduna, Ordinis Minorum Italus, in vita gloriosæ Virginis Matris Dei, & cœli Reginæ, &c. à folio 5. usque 10. *agit de generatione, ac Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Venetijs 1582. in 4.

BARTHOLOMÆUS de Mitanda, Ordinis Prædicatorum Hispanus, *sustinuit sententiam de Immaculata Virginis Conceptione*, secundùm Joannem Eusebium Nieremberg. capite 23. folio 356. & D. Ant. Calderon.

BARTHOLOMÆUS de Molina, Ordinis Minorum, in libro: Breve tratado de las virtudes del Conde de Oropesa, fol. 123. agit de quadam Moniali vocata de Conceptione, & quodam miraculo. Lib. impress. Matriti 1621. in 8.

BARTHOLOMÆUS N. Hispanus Poëta, Limensis, scripsit Carmina *de purissima Dei Genitricis MARIÆ Conceptione*, extant apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 95.

BARTHOLOMÆUS de Ortega, Cabrio Hispanus Poëta, in Cantione de Virgine sacra, inquit:

Que fu enterezza previno
Divina ciencia ab æterno. &c.

Extat cum alijs impress. Matriti an. 1615. in 4. folio 82.

BARTHOLOMÆUS Pectoranus, Ordinis Minorum Italus, in lib. intitulato: Propugnaculum Seraphicum pro plumbi laminarum sancti Granatæ montis doctrina, ex mandato sanctæ Inquisitionis Romanæ fabricatum, *tuetur, defendit, ac respondet ad omnes objectiones, quæ circa mysterium Immaculatæ Conceptionis, ex propositionibus in prædictis laminis contentis exoriri poterant*; quem manuscrip. Romæ vidi, & legi in 4.

Item, extraxit auctoritates, quæ in prædictis laminis continentur, *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & sunt sequentes. In libro fundamentorum Fidei ad Concilium Apostolorum, seu Symbolum eorum, est: Adam formatus est sine genitoribus, & Eva ex Patre sine Matre in gratia ad complementum formationis formatus est Jesus ex Matre sine Patre, & propterea MARIAM *non tetigit primum peccatum.*

In libro vitæ Christi, capite de Nobilitate illius: O Sancta MARIA gratiâ plena, Deus tecum, benedicta tu in mulieribus, & hæc benedictio fuit, quia puram eam servavit à primo peccato; quod non tetigit illam ex eo, quia Deus elegit eam ad hunc effectum: *nam præter eam, quemlibet post Adam comprehendit macula ob peccatum illud*; ipsam autem non comprehendit ob sui præservationem ab eo, & hoc unanimiter decretum est in Concilio Apostolorum, ut refertur in libro fundamentorum Fidei; & qui dissenserit ab illo, erit damnatus.

In libro Sententiarum S. MARIÆ Virginis, sent. 94. Cavete ab illo, cuius visitæ sunt frequentes, & custodite vos ab eo, à quo verè me custodivi. Interrogata fuit: O Sancta, quę visitæ frequentes illius, à quo nos custodire debemus, & ab eo verè custodisti: Et non respondit, sed suo silentio insinuavit ipsam se continere in isto, ex eo, *quia fuit prior mulier*, quàm Deus creasset in mundo.

In lib. primæ partis Divinæ potentiæ circa finem, littera A. ait: Si MARIAM tetigisset primum peccatum, evolassent utique ab ea sua dona, ac beneficia, illamque tetigisset probatio dolorum in conceptu, & in partu, malis eam afficiendo; *at Deus elegit illam ad hunc effectum, & posuit inter eam, & ipsum primum peccatum, velum, ac clypeum*; quod unanimi consensu decreverunt Apostoli veraces, verè confirmati Spiritu Sancto; & qui dissenserit ab aliquo illius, quod ipsi ibi decreverunt, erit infidelis, & damnatus; & assentiri illi est primum fundamentum legis Dei, recta ac excellentior via ad salutem. Vide alia ibi.

In libro secundæ partis Divinæ potentiæ, littera C. ait: Reparavit Deus hominem per JESUM, post prophetias suæ Incarnationis, in MARIA electa ob Virginitatem, *& puritatem à peccato*, quam & eminenter exaltavit super omnes mulieres sæculorum.

In eadem secunda parte præfati libri, littera C. ait: Enarrata est cum similitudine quatuor elementorum convenientia formationum Adæ, & Evæ, ac MARIÆ Virginis, quæ cum ipso JESU eas perfectè complevit; non habuit Patrem, nec Matrem Adam; Eva verò Patrem tantùm habuit, & MARIA Patrem, & Matrem; ipse autem verax Deus eam absque Patre habuit, quam *immunem* servavit.

In libro Colloquij Sanctæ MARIÆ Virginis, circa initium ait: Quæ est ista Mulier, quæ tecum est? Et ait illis: *Est MARIA Virgo immunis à peccatis omnibus*, Mater JESU Filij Dei; & tunc novem Chori Angelorum laudaverunt Deum.

In eodemmet lib. Colloquij, ait: Angelus autem custos Paradisi, dixit ad Gabrielem: Quæ Mulier est ista, quæ est tecum? Et dixit ad illum: *Est Virgo MARIA à peccatis omninò immunis.*

In ipsomet lib. Colloquij, paulò post prædicta: Dixit verò Adam ad Angelum Gabrielem: Quæ est ista Mulier speciosa, quæ comitatur tecum? Et dixit illi: *Est Sancta MARIA omninò pura à peccato*, Mater Filij Dei Jesu intercessoris tui, ac tuæ generationis, ob perditionem.

BAR-

BARTHOLOMÆUS de Pisis, Ordinis Minorum Italus, in lib. de vita, & Laudibus Beatæ Mariæ Virginis, fructu 7. cujus titulus est: Maria ut lux edita, à fol. 95, usque 129. agit de præservatione Virginis à peccato originali: Do solùm prima, & ultima verba ejus latissimæ expositionis; quia omnia transcribere, esset summa prolixitas. Incipit ergo sic: Habitaculum Dei vivi, anima scilicet, corpusque Mariæ, nullo peccati contagio maculatur; sed in infusione ipsius animæ corpori, sic gratia prævenit divina, ut ejus sacer Conceptus ab originalis peccati macula (ut piè creditur) fuerit mirificè præservatus, &c. Ultima verò sunt hæc: Ex his possunt multa inferri, quorum primum tale est, videlicet, quòd hæc Conceptio Beatæ Mariæ præ omnibus alijs natis ex concubitu, fuit singularis, non solùm, quia ex sterilibus parentibus progenita, *verùm quia id, quod omnes communiter progeniti tali concubitu contrahunt, ipsa non contraxit, scilicet originale peccatum*, & etiam, quia lex generalis in ipsa singularem exceptionem non contrahendo accepit. Secundum, quòd legem nouam, Deus in hac sacra Conceptione instituit, non solùm legem generalem arctando, sed gratiam dando in sua Conceptione, quam nulli puræ creaturæ unquam dedit; & quòd dederit, patet, quia aliter originale incurrisset, & etiam quia facta est in hac Conceptione rationis prædominatio ad carnem, & suppressa pronitas ad malum, & facultas ad bonum concessa, & sic B. Virgo ex tunc taliter accepta extitit, quòd nunquam odita. Deinceps, quia gratia semel data, nunquam fuit amota, quam gratiam statim habuit cùm fuit in esse; & sic fomes sopitus cum lege membrorum, & carnis, imò omnis fomes amotus, & sic etiam Virgo fuit sanctificata, quia gratia adiecit, usum pariter rationis in sua Conceptione habuit, &c. Lib. impress. Venetijs 1569. in 4. Si vis radicitus scire, quomodò Virgo fuerit præservata, lege solùm istum Doctorem, nam omnia, quæ sparsim dicunt Auctores moderni, in solo hoc uno Pisano reperies. Hoc tamen non obstante, Joannes de Turrecremata, capit. 32. parte 6. fol. 123. & Bandellus in opere 1. Aut. 118. & in opere 2. folio 86. & in opere 3. cap. 24. folio 46. à tergo citant ipsum pro sua sententia in Sermone Quadragesimali: Facta sunt Encenia: ubi nec verbum habet de hac Conceptionis materia.

Item, in suo Quadragesimali de Contemptu mundi, sive de triplici mundo, Sensibili, Microcosmo, & Architypo, in Sermone 37. Dominicæ Passionis, ubi loquitur de magnitudine hominis mundum contemnentis, qui incipit: Quis ex vobis arguet me de peccato? expressis, & eruditis verbis tenet *Virginem MARIAM, ex singulari Dei gratia fuisse immunem ac præservatam à peccato originali*, cujus auctoritatem ad litteram damus in Ventilabro veritatis, verbo Bartholomæus de Pisis, Ordinis Minorum. Lib. impres. anno 1498. in 4. Vide ibi, quia Adversarij hunc citant pro sua sententia absque ullo fundamento.

BARTHOLOMÆUS Riccius, Societatis Jesu, in Monotessaron Evangelico, adducit indicem concionatorium *pro Immaculata Conceptione Virginis*. Lib. impress. Augustoraci Pictonum 1621. in 8. regali, & Romæ 1607. in 4.

BARTHOLOMÆUS de los Rios Alarcon, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro Horizon Marianus, sive de excellentia Beatæ Mariæ Virginis, Tractatus novem, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* agit tractatu 1. à fol. 1. usque 91. latissimè. Impress. Antuerpiæ 1647. in fol.

Item, in libro Hierarchia Mariana, lib. 5. cap. 23. sub hoc titulo: *MARIA aucta justitiæ originalis dono, & à peccatis etiam minimis omni vitæ tempore libera*, &c. ubi etiam de ejus impeccabilitate, à fol. 560. Videetiam sparsim in alijs locis. Impress. Antuerpiæ anno 1641. in fol.

Item, in libro, linguâ Flandricâ: Regelē des broederschap van de Slaeven der Heylige moeder Godts, & in Litania 4. folio 85. inquit: *MARIA sine originali peccato concepta, ora pro nobis*. Lib. impress. Bruxellis anno 1641. in 16.

Item, in libro: Phœnix Thenensis è cineribus redivivus: *Quòd Virgo MARIA fuit ab omni labe originalis culpæ præservata*, folio 93. & 70. & alibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1637. in 8.

Item, in lib. Gallico: La guide des esclaves del Ave Maria, fol. 45. *Quòd Deipara fuit immunis à peccato originali. &c.* Lib. impress. Bruxellis, absque an. in 12. regali.

BARTHOLOMÆUS Rogatus Stubiensis, Societatis Jesu, *ad Beatam Annam, de Deipara Immaculatè Concepta*, Elegiam unam.

Item, *ad Deiparam primigeniæ labis expertem*, Elegiam alteram, quæ sunt in ordine 2. & 3. Lib. impress. 1641. in 8. parvo.

BARTHOLOMÆUS de Saligniaco, Eques & Jurisconsultus Gallus, in Itinerario Hierosolymitano, tom. 8. cap. 6. agit *de domo Ioachim, & Annæ, in qua Diva Virgo MARIA Concepta fuit, & educata annis teneræ ætatis suæ*, quæ domus est Mezquita Turcarum, &c. Lib. impress. 1587. in 4.

BARTHOLOMÆUS Salusthius, Ordinis Minorum Italus, in Schola divini amoris, folio 87. agit *de Conceptione Virginis Mariæ, & ejus puritate*. Lib. impress. Coloniæ. 1610. in 12.

BARTHOLOMÆUS Santius, Carpentanus Hispanus, *elaboravit Sermones de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, Salmanticæ impress. ad ann. 1623. ut refert Marrac. in Catalogo.

BARTHOLOMÆUS de Sicilia, Ordinis Minorum, pulchra ratione declaravit sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur S. Bernardinus Senen. tom. 4. Serm. 49. fol. 477. Daza cap. 6. fol. 48. Salazar, Leon, & Joannes Eusebius.

BARTHOLOMÆUS Valverdius Gandia Villenate, Doctor Hispanus, in libro: Salomonis de forti muliere Alphabetum tribus commentariis illustratum, in Alphabeto de Sanctissima Virgine, multa dicit pro puritate Virginis, sed præcipuè, fol. 24. inquit: Cùm adhuc esset nox in mediis ipsis erroris, & ignorantiæ tenebris; cùm tenebræ ipsam non comprehendissent. Quomodò enim Mater ipsa lucis, & prænuntia Veri Solis, Mater, inquam, vitæ, cunctorumque viventium in tenebris sedisset? &c.

Item, folio 49. inquit: Itaque cor ipsum Virginis dominandæ, quæ cor suum tradidit ad vigilandum diluculo, illud omne consilium manuum suarum, omnisque illius vitæ sanctitas, justitia, innocentia, quibus illa virtutibus veluti aliquod mundi spectaculum, & prodigium se præbuit admirandam, *Lucerna illa est, quam in nocte Salomon extinctum iri negat, &c.*

Item, folio 56. inquit: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum. *Portas, inquit, sive fenestras*

fibus tuas, Virgo venerandâ, per quas mors solet introire, ille conservavit, qui fecit tibi magna & potens est, & sanctum nomen ejus, filius, inquam, concluſit, earumq; vestes & seras opilavit, &c. Lib. impress. Romæ 1589. in 4. His verbis declaravit Auctor iste Immaculatam Virginis Conceptionem, & non aliis expressit; fortè quia, &c.

Item, in libro dicto: Ignis Purgatorius post hanc vitam, &c. in Apologetico ad Lectorem: *Vocat MARIAM non habentem maculam, neque rugam.* Vide ibi alia quamplura. Lib. impress. Patavij anno 1581. in 4.

BARTHOLOMÆUS Vazquez, Ordinis Carmelitarum, *scripsit Hieroglyphicum pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*; ad illud: Radicavi &c. impress. cum aliis à Sanct. Zapata, lib. de Conceptione, folio 147.

BARTHOLOMÆUS de Villalva, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Oracion Euangelica panegirica, â la mas pura criatura, immaculada Virgen Madre de Dios Señora nuestra: & initium Sermonis est: A la mayor honra, y gloria de Jesu Christo Redemptor nuestro, Hijo de Dios vivo, *y de la purissima MARIA Virgen Madre de Dios sin mancha de pecado original*, &c. Impress. Valentiæ 1651. in 4.

BARTHOLOMÆUS Ximenez Paton, Doctor & Poëta Hispanus, elaboravit Cantionem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Baëzæ 1618. in 4.

BARTHOLOMÆUS Ximenez de Valderrama, Doctor Hispanus, ac Vicarius Cathedralis Hispalensis, fecit instrumentum authenticum, circa aliqua scandala exorta ibidem, in materia *Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*, à Defensoribus opinionis affirmativæ, & typis fuit mandatum summariè cum aliis ejusdem argumenti 1615. in folio.

BARTHOLOMÆUS Zucchi de Monza, Italus, in libro de gloriosis trophęis Mariæ Reginæ Angelorum; *de festo Conceptionis Deiparæ*, Sermonem, seu Orationem, super illa verba: Liber generationis Jesu Christi.

Item, *de eadem Immaculata Virginis Conceptione*, Sermonem alterum, super illa verba: Perrexit Jesus in montem Oliveti; quæ omnia extant à fol. 76. usque 102.

Item, in petitionibus spiritualibus ad Deiparam, *de Conceptione Immaculata ejusdem*, petitionem vnam, à folio 178. Lib. impress. Mediolani 1618. in 12.

Item, in libro de historia, & origine translationis Sanctæ Domûs Lauretanæ, in dedicatoria ad Virginem Mariam, ait: *Quòd fuit mundissima, purissima, & absque omni quantumvis minimo peccato*, &c. Lib. impress. Venetijs 1629. in 8. & 1616. etiam in 8.

Item, in suis Concionibus particularibus, in Concione de Assumptione, fol. 72. *Quòd MARIA concepta fuit cumplenitudine gratiæ*, &c. alia quàmplura dicit. Lib. impress. Mediolani 1603. in 8.

BASILIUS de Arce, Ordinis S. Benedicti, Hispanus, in lib. Historia del origen, fundacion, progresso, y milagros de la casa, y Monasterio de Nuestra Señora de Sopetran, &c. milagro 4. fol 102. inquit: Año de mil seiscientos y nueve, huvo en un lugar, un quarto de legua de aqui, llamado Heras de arriba, que es de nuestra Feligresia, una gran peste, y mortandad, que casi no quedò persona, que no estuuiesse apestada, morian muchos de los pocos vezinos que avia en èl, afinarón con el remedio eficaz para tanto mal, que fue acudir à nuestra Señora de Sopetran, suplicandole les alcancasse salud para este Pueblo, *y que hazian voto de venir à esta Casa cada año en processon el dia de su purissima Concepcion, y que le ofrecerian vn cirio de cera al punto cesso la peste*, y los enfermos apestados se levantaron sanos, y buenos; y ha mas de cien años, que cumplen su voto los de Heras, ofreciendo el cirio cada año, y viniendo en procession â esta Casa el dia de la Concepcion de nuestra Señora, &c. Lib. impress. Matriti anno 1615. in 8.

BASILIUS Bozzinus, citatur in Manuali Mariano, *pro Immaculata Virginis Conceptione*; sed hujus nec vidi aliquam auctoritatem, nec inveni librum.

BASILIUS Macedonius, Græcus Imperator, & Pater Leonis sapientis, ad annum 886. *instituit, secundum aliquos, festum Conceptionis Virginis MARIÆ apud Græcos.* Vide Joannem Euseb. de object. Conceptionis, cap. 4. folio 28.

BASILIUS Magnus, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, Sanctissimus Ecclesiæ Græcæ Doctor, ac Pater. Homil. in Sanctam Christi Natiuitatem, sive de humana ejus generatione, fol. 1[illegible] inquit: Sed quomodò Deus adjunctus, constitutusque sit, causam requiris? Disce, ideo Deus in carne, quòd maledictam carnem hanc sanctificari, debilitatam corroborari, alienatam à Deo reconciliari, clapsam è Paradiso ad cœlum subvectari oportebat. Sed quæ hujus dispensandi negotii officina? Virginis corpus. Quæ princeps causa generationis? Spiritus Sanctus, &c. erat & Virgo, erat & viro desponsata, & idonea ad hujus dispensandi negotii mysterium dijudicata est, ut & virginitas ante omnia honoraretur, & nuptę conceptui non deessent &c. Habeo & aliam rationem nihilò superioribus ignobiliorem, videlicet, quòd idoneum illud tempus ad Incarnationem Domini olim præfinitum, & præstitutum à condito orbe, tunc instabat, cùm ab Spiritu Sancto, & virtute Altissimi deifera illa caro condenda esset. *Quia verò parem puritati MARIÆ hæc hominum ætas neminem habebat*, ut in se agentem spiritum reciperet, electa est Maria Virgo, &c. *Ex sanctitate igitur ea illa coalescens digna erat, quæ divinitati Vnigeniti adunaretur, &c.* in aliis est sic, de Christi Incarnatione: *ex sanctitate compacta caro MARIÆ digna, quæ* deitati Unigeniti uniretur. Mart. Philip. fol. 1[illegible] Hæc Basilii verba quamplures Doctores explicant de Immaculata puritate Virginis: nam si caro illa à Verbo assumpta, fuit in Matre ex sanctitate compacta, vel ut alii legunt, ex sanctitate coalescens, igitur nullam habuit maculam.

Item, in Liturgia seu Missa, folio 507. ter vocat *Virginem MARIAM intemeratam, atq; Sanctissimam*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1616. in folio magno. Ex originali Græco, intemerata, idem est, ac sonat, quod Immaculata.

Item, in cap. 7. Isaiæ, folio 632. inquit: Itaq; Emmanuel ex Sancta Virgine exortus est, Virgo hæc utique legi purificationis nequaquam obnoxia erat. Ipsa namque citra copulam seminis facta fit Mater Emmanuelis, *pura itaq; permansit, sancta, & intemerata*, & quando primus Adam non ex viri ac fœminæ congressu processit ad ortum, sed de terra formatus est, ultimus Adam, ut veteris illius contagionem corruptelamq; instauraret sua novitate, corpus assumpsit in virginali utero formatum,

matum, ut per carnem in similitudinem esset peccati, &c. Hæc Basilii verba, sic legunt alii. *Pura omnino sanctaq; ac Immaculata est, & post partum quoq; Virgo permanens*; quæ ejus omnimodam puritatem magis exprimunt; sed illis omissis notandum est, quòd Basilij discursus eò tendit, ut probet Christum Dominum processisse ex carne Virginis Mariæ, sicut primus Adam processerat ex terra incontaminata, pura, & absque ulla maledictione.

Item, in Liturgia, sic inquit: Credo, credo, credo, & confiteor usque ad extremum spiritum, hoc esse corpus vivificum, quod assumpsit Filius tuus Unigenitus Dominus Deus, & Salvator noster Jesus Christus à Domina omnium nostrûm Dei Genitrice *sancta, pura, Diva MARIA, & conjunxit illud cum divinitate sua*, &c. in libro Liturgiarum Sancti Basilii Magni, Gregorii Theologi, & Cirilli Alexandrini. Impress. Augustæ Vindelicorum anno 1604. in 4.

BASILIUS Ponce de Leon, Ordinis S. Augustini Hispanus, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, Sermonem unum, impress. Salmanticæ anno 1616. in 4.

Item, alium Sermonem sub hoc titulo: *Sermon predicado en la fiesta, que celebra la Universidad de Salamanca en su Capilla, el postrero Domingo de Octubre, en memoria del juramento, que por servir à la Virgen, hizo de defender la pureza de su Concepcion*, año de 1619. Et quia singularia, ex ipso fol. 62. transcribo sequentia verba: Con esse exemplo, y à imitation de Dios, no se contento nuestra Universidad, con ordenar Estatuto, y que se confirmasse, sino que là jurò tambien, y hizo pleyto omenaje à Dios de defender siempre la pureza de su Madre. Y hizò juramento al tiempo que se dezia la Missa, quando se celebrava el santo sacrificio del Altar, donde se consagra de por si el Cuerpo, y de por si la Sangre, y la Hostia se divide en dos partes, como diziendo la Universidad à una: Despedazados nos veamos todos, como en aquel santo, y verdadero sacrificio se representa la division del Cuerpo, y Sangre de Christo, si faltaremos en quanto nos durare el aliento, à la defensa de la Concepcion de la Virgen perservada de culpa, &c. Y esta fiesta de paz, que la Universidad quiere con todos paz, no es fiesta de flechas, ni dejaras para lastimar à nadie; para que quando de aqui adelante en siglos venideros vinieren estudiantes à ella, y luego por S. Lucas, el postrero Domingo de Octubre, que es el dia señalado, vieren que en la Orden de San Augustin, à quien la Universidad lo ha encomendado para siempre, celebra con tanta solemnidad Fiesta de la Concepcion de la Virgen, y preguntaren, que Fiesta tan anticipada es esta? Responda al novatillo el antiguo: Esta es vna Fiesta instituida en memoria de que tal dia como este, à nuestros mayores, y à la Universidad toda junta, hizo Dios tan señalada merced, que les dio lugar, à que ordenassen un statuto, y lo jurassen de leer, enseñar, predicar, escrivir, y defender en publico, y en secreto, que la Virgen Sanctissima Madre de Dios, fue en su Concepcion purissima perservada de culpa original. Lib. impress. cum aliis tribus Sermonibus Salmanticæ 1620. in 4.

Item, de eadem festivitate *Immaculatæ Conceptionis*, Sermonem alterum, impress. ibidem.

Item, *subscripsit, & approbavit Salmanticæ die 8. Decembris, anni 1616. miraculum factum Manresæ in Regno Cataloniæ circa Canonicum, qui adversus Immaculatam Virginis Conceptionem acriter dimicabat, qui pluribus transfossus vulneribus post quatuor horas revixit*, &c. Vide Christophorum de Vega, Palest. 3. certam. 26. fol. 121. columna 1.

Item, in suis opusculis, sive varijs disputationibus ex utraque Theologia, scholastica, & positiva, parte prima, relect. 3. quæ est 1. in petitione Cathedræ Scoti, anno 1608. sub titulo: Qua ratione factum fuerit, ut peccatum nobis nondum natis fuerit voluntarjum, fol. 246. ad finem, colum. 2. inquit: Quamvis non improbabiliter affirmari posset Beatam Virginem intuitu Christi prædestinati ante peccatum, juxta mentem Scoti, *etiam ab ipso debito contrahendi fuisse immunem*, ex eo solùm, quòd ejus voluntas non fuerit Dei ordinatione, cum primi Parentis voluntate, &c. Lib impress. Salmanticæ 1611. in fol.

Item, in Sermone pompæ funeralis Regis Hispaniarum Philippi III. Salmanticæ die 23. Aprilis, §. 4. de devotione Regis *ad mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Serm. impressi absque anno impressionis, & incipit: Baña ambas à dos mexillas, &c.

Item, in alio Sermone ejusdem assumpti, facto in civitate Tauri, die 5. Junij 1621. agit de Regis devotione, ac sollicitudine, *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, latè à fol. 6. impress. in 4. & incipit: Forçosa, y honrada, &c.

Item, in Sermone funerali pro exequijs R.P. Joannis Marquez, agit mentionem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*, fol 10. Impress. in 4. & incipit: Estas palabras, &c.

BASILIUS Porphyrogenitus II. hujus nominis Orientis Imperator, in Menologio Græcorum ipso præcipiente conscripto, in Nativitate Beatissimæ Reginæ N. Deiparæ semper Virginis Mariæ, sexto Idus Septembris, hæc habet: Eam igitur ob causam disposuit, ut nasceretur, quæ generaret Filium incarnatũ, *MARIA inquam, nullâ notata labe, nullâ aspersa lachrymâ*, ex Sanctis Patribus Ioachimo, Anna, &c. Ita ex Ferdinando Ughellio Hippol. Marrac. in lib. Cæsares Mariani, fol. 15. & 16.

BASILIUS Seleucus, Isauriæ Episcopus, Beatus, natione Græcus, in Sanctissimæ Deiparæ Annuntiatione, oratione 39. fol. 212. inquit: Limum Deus olim cepit, & hominem finxit; limum recepit ex Virgine (carnem, quæ ex ea loquor) & pro sua prudentia sibi affingens homo factus est. Quomodò qui primum credunt, secundo obloquuntur? ac in eo quidem Dei contestantur omnipotentiam, in hoc verò nihil ei dant sycophantiæ potestatis. Ipse enim est, qui & illud arte elaboravit, &c. *Alvum sanctam, Deique receptricem, in qua dirutum est peccati chirographum, in qua Deus factus est homo permanens Deus, &c.* Si in Maria dirutum fuit peccati chirographum, & hoc fuit peccatum originale ab Adamo in Paradiso exaratum; igitur ipsa illud non contraxit.

Item, infra: Si enim solis hujus, cum sordentia, fœtentiaque loca contingit, nullius inquinamenti contagione puritas inficitur: *Quomodò non magis Sol Justitiæ in integram effulgens Virginem, & eam per sanctum corpus delibans impartibilis in ipso persistit, ut Deo dignum est?* &c. illud nota, in integram, quasi in nullo fractam peccato, vel sorde, contagione, vel fœtore. Lib. impress. Parisijs 1621. in fol.

BAS-

BASSIANUS Catenagus Lodiggianus, Canonicus Regularis Lateranensis Italus, in libro de Magnalibus MARIÆ Virginis Matris Dei, *de Immaculata Conceptione ejusdem* Sermonem unum, seu discursum, à folio. 1. usque 24. Impress. Mediolani 1620. in 4.

BEATRIX de Silva, Hispana nobilissima, *instituit, ac fundavit Religionem Monialium Immaculatæ Conceptionis*, cum duodecim Virginibus, anno 1484. Vidè Marrac. in Fundat. Mar. cap. 29. fol. 264.

Item, *ipsi apparuit Virgo MARIA, cum habitu Immaculatæ Conceptionis*, sicut modò portatur ab ipsis Monialibus. Vide Bivar. Salazar & alios.

Item, ad annum 1489. impetravit ab Innocentio VIII. *confirmationem Ordinis Immaculatæ Conceptionis, Regulæ, ac officij Divini specialis.* Vide plura in lib. Lilia Mariana, folio 31.

Item, miraculosè invenit in capsula quadam sui Conventus Toletani *diplomata Apostolica confirmationis suæ Religionis Immaculatæ Conceptionis*, quæ naufragium passa fuerant in mari.

Item, ante mortem habuit quandam revelationem *de sacra Immaculatæ Conceptionis à se fundata Religione*, incremento, ac amplitudine. Vide de hoc Petrum de Salazar in Chronic. Provinciæ Castellæ, libr. 8. à folio 471. usque 480. Vegam, Palest. 3. cert. 16. fol. 141. Bivarium, Hilarionem à Costa in eius vita, & in illa Isabellæ Castellæ Hispaniarum Reginæ, Ferdinandi, Coningiæ; Ludovicum Jacob à S. Carolo in Bibliot. Fœminea, Arthurum à Monasterio in Martyrologio Fœmineo, & alios quamplures.

BEDA, Presbyter venerabilis Anglus Saxo, ad diem 8. Decembris, habet Kalendam in Martyrologio impresso Bruxellis 1564. in 12. ubi sic ait: *Cõceptio Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis.* Et in operibus ejus, tomo. 3. folio 356. impress. Coloniæ 1612. in fol.

Item, Sermone de Purificatione Virginis Mariæ, inquit: Intueamur, fratres charissimi, diligentiùs verba legis, quæ proposuimus, & videbimus apertissimè, *quàm Beatissima Dei Genitrix, & perpetua Virgo Maria simul cum Filio, quem genuit, ab omni fuerit legis subjectione liberrima*, &c. Extat tomo 7. fol. 328. & licet loquatur de lege Purificationis, illa universalis *ab omni*, comprehendit etiam legem peccati originalis.

BELLINUS de Padua, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, in Martyrologio Romano à se emendato, ad diem 8. Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini nostri IESV Christi.* Ut in libro impress. Venetiis 1509. in 4. & 1517.

BENEDICTUS Ægidius, Doctor Hispanus, in libro: Hortus animæ tripartitus, in prima parte, quæ Virgini MARIÆ sacra est, in explicatione Salutationis Angelicæ, folio 75. ad illud: Dominus tecum, inquit: *Verè benedicta tu es in mulieribus, quæ primæ matris opprobrium, quod omnes affecit, abstulisti*, &c. Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in 8. Per illud opprobrium intelligo peccatum originale, nisi alius aliter explicet.

BENEDICTUS de Angelis, Ordinis Olivetani Italus, edidit *pro Augustissimæ Dei parentis Immaculata Cõceptione* Opusculum unum, quem citatum inveni apud Franciscum Pistoia, folio 161. & Marrac. in Appendice, folio 456.

BENEDICTUS Arias Montanus Hispalensis, Hispanus, in libro generationis, & regenerationis Adam, sive de Historia generis humani part. 1. id est, de anima, ad finem libri, in testimonio primo Apostolico, pagina 548. Vocat *Virginem MARIAM puram semper, cui parem, nec terra vidit, nec potuit habere secundam.* Lib. impress. Antuerpiæ 1593. in 4.

Item, in cap. 1. Abacuc, inquit: Nam præter unum Christum omnes in Adam peccaverunt, inquit, Apostolus, & omnes egent gratiâ Dei, id est, etsi maximè quispiam per totam vitam integris semper virtutibus usus sit (quod etiam sine divina ope fieri nequit) sed tamen si maximè sit usus, ab illo tamen Adæ peccato, ab illa labe & macula, nemo præter unum Christum naturâ integer exitit; quicumque verò præter eum exiterit, is non naturæ suæ, sed Dei gratiæ ac dono integritatem suam acceptam referat. Talem tamen hominem neminem hactènus fuisse legimus, *Sanctissimam Dei Genitricem semper excipimus, cujus integritati summæ, cujus puritati, cujusq; admirandæ sanctitati tantum tribuimus, ut ipsam extra omnem humanæ conditionis aleam constituamus: & cùm de sanctitate, de integritate, deque omnibus virtutum ornamentis agitur, nihil quod ad hanc Virginem pertineat, in dubium, aut quæstionem venire patiamur*, &c. in libro super 12. Prophetas fol. 574. Impress. Antuerpiæ 1583. in 4.

Item, in scoliis Bibliorum ad cap. 1. Lucæ, folio 179. ad illud: Gratiâ plena, inquit: *Dilecta, grata, electa, ut gratiâ abundes. Dominus tecum, consilium, virtutem, & efficacitatem suam in te ostensurus.* Ita, ut manifestum orbi se Auctorem probet dignitatis tuæ, ea autem dignitas erit, ut in mulieribus sis benedicta, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1574. in 4.

BENEDICTUS à Benedictis, Doctor Italus: *Quòd festum purissimæ Conceptionis sit celebrandum*, folio 116. in lib. dicto: Jacula Ecclesiæ Christi Catholicæ. Impress. Venetijs 1608. in fol.

BENEDICTUS Bonsignorius, Abbas Florentinus, in lib. Homiliarum, tom. 1. Homilia de Adventu, explicans Canticum Magnificat, ad illud: Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, &c. folio 20. inquit, *Salvavit autem Beatam Mariam, immunem eam per gratiam præservando ab originali peccato, ab actuali, à corruptione carnis, ab opprobrio sterilitatis, & à gravitate, & doloribus partûs*, &c.

Item infrà, ad illud: Quia fecit mihi magna, &c. Quę magna? *Nempe, quòd me præservavit à peccato*, &c. quæ nec sibi conscia ullius labis fuit unquam: Vide fol. 23. & 24.

Item, Sermone de Assumptione, fol. 592. *vnà Virginem MARIAM Immaculatam*, de qua Immaculatus processit omnium maculas purgaturus, &c. Lib. impress. Florentiæ 1568. in 8. Hæc dixerim, ut videant omnes, quòd etiam apud nostros Auctores, Immaculata supponit pro omni immunitate, quando eodem modo vocant Virginem Immaculatam, sicut Christum.

BENEDICTUS Cellenus, Ordinis Minorum Italus, edidit librum sub hoc titulo: Le grandezze & magnificence della Casa de sancta MARIA delli Angioli de Assisi, &c. in primo folio manuscriptis characteribus habet, *MARIAM cœlorum Reginam, absque originali peccato Conceptam.* Lib. impress. Perusiæ anno 1611. in 4. & extabat in Bibliotheca D.D. Antonij de Leon, nunc autem in Matritensi nostri Conventûs.

BENEDICTUS Celidonius, Abbas Viennensis ad Scotos, imprimi curavit opera Bandini Mersici

Metlicl in 4. libros Sententiarum, in quibus tract. de Incarnatione, folio 301. eximit *Virginem à peccato originali*, actuali, licèt non à debito contrahendi ipsum. Lib. impress. Lovanii 1557. in 8.

BENEDICTUS Fernandez Borbensis, Societatis Jesu Hispanus, in Commentariis super Genesim, tom. 1. adducit varia pro Immaculata Virginis Conceptione: v. g. *Quòd Beata Virgo MARIA sine peccato originali fuit concepta*, & quòd lex peccati originalis pro omnibus, sed non pro MARIA constituta est, cap. 4. sect. 8. num. 6. & ibidem, quòd à prima peccatrice matre morbum detestabilem peccati originalis hausimus omnes, *exceptâ solâ MARIA*, quæ manè diluculo ipso primo instanti, quo concepta vitam habuit, divino est præsidio adiuta, ne caderet in originali cæno, &c. cap. 4. sect. 9. num. 6. Ibidem, *quòd immunis fuit ab omni culpa actuali, & originali macula*, cap. 4. sect. 13. num. 1. Ibidem, *quòd MARIA exempta fuerit à lege peccati originalis*, cap. 9. sect. 8. num. 1. Ibidem, *quod Beata MARIA, immunis ab originali reatu*, semper crevit in gratijs, cap. 9. sect. 9. numero 6. Denique, *quòd sola Beata MARIA culpam originalem non contraxit, nec fuit aliquando diaboli serva, vel filia iræ*, cap. 4. sect. 2. num. 2.

Item. tom. 2. Quòd Deus Beatam MARIAM non solùm ab omni mortali, & veniali, *sed etiam ab originali protexit*, & quòd Spiritus Sanctus fuit scutum protegens ipsam ab originali culpa, sect. 15. c. 2. num 8. & ibidem, *quòd Virgo MARIA immunis fuit ab originali reatu*, licèt à Nazianzeno vocetur purgata, cap. 22. sect. 39. Ibidem, quòd B. Virgo MARIA ex sterilibus Parentibus sine libidine, nec ex carnis concupiscentia fuit orta, capite 15. sect. 1. num. 6. & cap. 29. sect. 1. nu. 27. Ibidem, quòd omnis homo luto reatûs originalis scatet, donec per divinam gratiam ab omni fœce depurgetur, & quòd sola Virgo Mater post filium suum *in ipso suæ Immaculatæ Conceptionis momẽto* fons signatus extiterit, atque ita divino munere signatus, ac reclusus, ut in eum nulla posset labes, & macula ab Adversario induci, &c. cap. 27. sectione 1. num. 16. Ibidem, quòd Virgo Deipara à culpa originali perpetuò expers fuit, à qua præservarat illam Filius ejus, ita, ut nec momento quidem temporis, vel iræ filia, vel vas immundum, vel diaboli subjecta fuerit dominio, in ipsoque suæ Conceptionis momento simul *concepta & Immaculata* atque sanctificata extiterit, cap. 28. sect. 4. num. 12. per totum. Ibidem quòd Deus Beatam Virginem *ab originali labe præservavit*, quia originalis reatus filium dehonestaret, &c. cap. 29. sect. 4. num. 11. & 13. Ibidem, infra adstruit *Immaculatam Conceptionem Beatæ MARIÆ*, & quòd non peccaverit in Adam, cap. 29. sect. 6. num 18. & cap 45. sect. 1. numero 13. Ibidem, quòd Deipara concepta fuerit *sine originali reatu*, & quòd in ejus Conceptione acclamaverunt Deus, & creaturæ, cap. 29. sect. 8. num. 11. & 12. Ibidem, quòd Beata MARIA concepta fuit, ut in statu innocentiæ conciperentur fœtus humani, *& citra labem originalem*, & quòd Beatissima Virgo concepta fuit cum omnimoda puritate, cap. 19. sect. 14. num 4. & infra, quòd Virgo Beatissima non priùs concepta, quàm sanctificata, non priùs vitam, quàm gratiam, non ante primum temporis in rerum natura momentum habuit, quàm cœlestium gratiarum plenitudinem, cap. 31. sect. 2. num. 12. Denique, quòd Beata Virgo *fuit ab omni reatu originalis culpæ immunis* speciali privilegio, cap. 31. sect. 7. num. 9.

Item, tom. 3. quòd Beata MARIA immunis fuerit ab originali reatu, cap. 32. sect. 12. num. 15. & sect. 5. num 13. Ibidem, quòd tota Christiana Respublica videtur conspirasse *in Conceptionem Immaculatam Beatæ MARIÆ*, &c. Vide ibi. Insuper, quòd Virgo Dei Mater dono, & privilegio Filij sui ab omni labe, atque umbra etiam, tenuique suspicione peccati originalis fuit prorsus aliena, atque Immaculata ejus Conceptio ubique celebratur, cap. 33. sect. 10. num 13. Ibidem, quòd Beata MARIA corpore, animoque Immaculata, ita ut sine reatu originali concepta primam Dei gratiam, & sanctificationem cum vita pariter acceperit, cap. 34. sect. 1 num. 14. Item, quòd malum illud à primis Parentibus hæreditarium, quod omnes eorundem filij virili propagati semine incurrimus, *MARIA evitavit divino privilegio exempta*, atq; libera, cap. 35. sect. 4. num. 18. Ibidem, quòd nec quidem labes originalis reatûs illius Conceptionem maculaverit, & eodem cap. 35. sect. 7. num. 15. Ibidem, quòd ejus Conceptio non fuit descensus, quia non dejecta, vel unico temporis puncto in reatum originalem, uti omnes filij Adam, sed speciali quodam privilegio à communi illo descensu, *lapsuque præservata fuit*; ubi etiam de decreto Gregorij XV. pro Immaculata Conceptione, cap. 39. sect. 1. n. 8. & 9. Quòd V. Deipara, Dei privilegio à momento ipso suæ Conceptionis ab originali macula immunis facta est, eodem cap. 39. sect. 7. n. 7. Item, quòd B. Virgo ab ipso instanti suæ Conceptionis, vitæque momento, pura, ornata, Regina, Deo grata, ab omni macula immunis extiterit, cap. 41. sect. 2. n. 15. Item, quòd Conceptio B. Virginis Immaculata, & sine peccato originali fuerit, & quòd vera ratio redemptionis in B. MARIÆ Conceptione Immaculata cernitur, cap. 47. sect. 2. n. 12. & 13. Ibidem, quòd Immaculata extiterit Conceptio B. Virginis MARIÆ, & sine reatu originalis peccati, quia Dei Filius tenuit, & præservavit eam, ne inficeretur labe originali, cap. 48. sect. 2. n. 33. Ibidem, quòd absque originali peccato concepta, simulque sanctificata, & gratiâ plena extiterit, cap. 49. sect. 5. n. 19. Omnia hæc, & alia, quæ brevitatis causa prætermittimus, invenies in tribus libris prædicti Auctoris, impress. Lugduni, ab ann. 1621. usque 1627. in fol.

BENEDICTUS Fidelis de S. Philippo, Ordinis Minorum Italus, *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum in Sabbatho post Cineres, in suo Quadragesimali. Impress. Panormi 1633. in 4. & Venetijs 1636.

Item, *pro Immaculata Conceptione Matris Dei Dominæ nostræ* Panegyricum unum, & est in ordine 3. in sacris Panegyricis Sanctorum. Impress. Venetijs 1640. in 4. & incipit: Con quante figure.

Item, in lib. Theoremata moralia excerpta ex Psalm. 22. de augustissimo Eucharistiæ Sacramento, Theorem. 2. ad illud: Super semitas iustitiæ, fol. 298. *Quòd B. Virgo MARIA in utero B. Annæ fuit à peccato originali præservata, &c.* Lib. impress. Neapoli 1638. in 4.

BENEDICTUS Gononus Burgensis, Monachus Cœlestinus Lugdunensis, in suo Chronicon Sanctissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ, fol. 1. *Quòd B. Virgo MARIA fuit sine peccato originali*, ut docent

cent SS. PP. & Theologi, quibus suffragatur Concilium Tridentinum. Impress. Lugduni 1637. in 4.

Item, ad ann. 1370. fol. 316. inquit: Anno Domini 1370. Borbonius cognomento Bonus, regnante Carolo VI. Francorum Rege, cùm totam spem suam in Christo, & Beata Virgine posuisset, videns Francorum Regem ab Anglis diripi, instituit ordinem Equestrem Cardui B. Mariæ. Constabat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus, & nobilioribus totius Regni Galliæ; prædicti verò Equites, *in festo Conceptionis B. MARIÆ procedebant in magna gloria*, portabantq; in extremitate torquis aureæ imaginem Divæ Virginis Sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum Lunæ sub pedibus habentem, &c. Vide etiam ad ann. 1419. ubi refert miraculum de Conceptione, & ad ann. 1292. atque 1553.

Item, in Viridario SS. Deiparæ V. Mariæ ex variis figuris veteris Testamenti, &c. sparsim per totum lib. *agit de Immaculata Virginis Conceptione, ac immunitate à peccato originali.* Impress. Lugduni 1637. in 12. regali.

BENEDICTUS Gonzaga, citatur in libro, cujus titulus est: Vivæ flammæ Virginis Mariæ, *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, quem librum invenire non potui.

BENEDICTUS Haeftenus Ultrajectinus, Ordinis S. Benedicti Monasterij Affligemensis Præpositus, Belga, scripsit Meditationes sacras in singulas Deiparæ Virginis festivitates, & in illis agit *de Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impr. Antuerpiæ 1634 in 12. Vide Hippol. Marrac. in Bibliot. folio 213. & in Catalogo Mariano.

Item, in lib. dicto: Via Regia Crucis, lib. 1. cap. 5. fol. 32. cum imagine Virginis, habet hæc carmina:

Si Crucis haud expers sit Virgo criminis expers,
Noxia quid dubitas subdere colla Cruci?

Ibidemque vocat ipsam Virginem Immaculatam; lib. impress. Antuerpiæ 1635. in 8. & in lib. dicto: Panis quotidianus, sive sacrarum Meditationum libri sex; folio 49. *de Immaculata Conceptione gloriosissimæ & purissimæ Virginis Mariæ Matris Filij Dei*, usque ad fol. 64. agit latè de præservatione. Impress. Antuerpiæ 1629. in 12.

BENEDICTUS Justinianus Genuensis, Societatis Jesu, in omnes B. Pauli Epistolas, tomo 1. in Prolegomenis de Apostolatu, disp. 1. num. 8. fol. 25. *insinuat Virginem MARIAM immunem fuisse à peccato originali.*

Item, in explicatione Epistolæ B. Judæ, ad illa verba: Soli Deo Salvatori nostro, &c. num. 6. fol. 336. col. 1. *Quòd Deipara Virgo singulari privilegio ab originaria labe fuit penitus immunis.* Lib. impr. Lugduni 1621. in fol.

Item, in explicatione Epist. ad Timotheum cap. 2. ad illud: Qui dedit redemptionem, &c. fol. 453. *Quòd B. Virgo MARIA fuit ab originali peccato immunis* & tamen verè fuit redempta. Vide ibi.

Item, in explicatione Epist. ad Hebræos, c. 1. ad finem, n. 14. fol. 1631. col. 1. *Quod Virgo Beatissima, statim à suo Conceptu gratiam, sanctitatem, & justitiam originalem hauserit vnà cum natura*, & omnem labem anteverterit, &c.

Item, in eâdem Epistolâ, cap. 2. fol. 638. col. 1. *Quòd Beatissima Virgo eximio quodam, ac planè singulari Dei beneficio, primæva illa primorum parentum labe penitus caruerit.* Lib. impress. Lugduni 1613. in fol.

Item, in Epist. 1. B. Joan. Apost. ad illud: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c. cap. 1. vers. 8. habet *pro Immaculata Virginis Conceptione* explanationem latissimam à fol. 46. usq; 71. Lib. impress. Lugduni 1625. in fol.

BENEDICTUS Mandinus, Clericus Regularis Theatinus, in exposit. Hierem. Proph. cap. 1. *de Conceptione Immaculata V. MARIÆ* agit latissimè à fol. 304. usq; 414. ubi quamplura pro hoc mysterio invenies. Consule etiam indicem verbo *Conceptio*, & verbo *MARIA.*

Item, ad finem libri adducit indicem concionatorium *pro die Conceptionis V. MARIÆ.* Impress. Neapoli 1620. in fol.

BENEDICTUS Marabotus à Monte Regali, Monachus Benedictinus, edidit officium Sacri Rosarij B. Mariæ Virginis, pro prima Dominica Octobris, & in primo fol. habet pulcherrimam imaginem Immaculatæ Conceptionis circumdatam omnibus attributis, & illa subscriptione Dei Patris: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*; quæ omnia sunt protestativa piæ sententiæ.

Item, in primo Nocturno vocat Mariam Immaculatam, intemeratam, Virginem prudentem, & mulierem fortem, *quæ insidiatoris caput contrivit*, &c. Vide etiam lect. 7. & 8. Lib. impress. Mediolani 1579. in 12. regali.

BENEDICTUS Milanus, Complutensis Hispanus, de Equitibus *Deiparæ Virginis Concepta*, Elogiam unam. Romæ 1632. in 8. fol. 170.

BENEDICTUS de Montedoy, Hispanus Poëta, edidit Cantionem *pro integerrima Conceptione Deiparæ MARIÆ.* Extat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 76.

BENEDICTUS N. Canonista antiquus, citatur in capite Raynuntius, verbo: Et soboles, numero 20. & sequentibus, *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*: sed nescio quis, vel qualis fuerit ille Auctor.

BENEDICTUS Pereira, Societatis Jesu Hispanus: *Quòd B. Virgo MARIA peccato Adami nullatenus fuit infecta*, in Commentarijs super Danielem, lib. 5. impress. Rom. 1587. in fol. & Antuerpiæ anno 1594. in 4.

BENEDICTUS de la Serna, quondam Generalis Ordinis S. Benedicti Hispanus, scripsit integrum lib. sub hoc tit. *Triumpho de MARIA Santissima, declarase el modo de su præservacion de la culpa original*, y el lugar que tuvo en el orden de la gratia &c. Lib impress. Hispali 1655. in fol.

BENEDICTUS Uvaldus, Civis & Episcopus Perusinus, ac S. R. E. Card. erexit Bononiæ ante templũ B. P. N. Francisci columnã cum hac inscriptione: Ob suam erga sacrum Divi Francisci Ordinem propensam voluntatem, *hanc columnam immaculatæ Conceptioni erigendam curavit*, & tantæ suæ, suæque domus protectricis simulacro proprium nomen in adorationem submitti voluit, cùmque gubernatæ Civitatis tranquillitatem ejusdem Virginis nomine acceptam ferat gratiam, quam illi habet, hoc marmore testari jussit, ann. Domini 1637. &c. Vide Purpur. Marian. fol 52.

BENIGNUS à Genua, Ordinis Minorum Generalis Minister Italus, scripsit litteras patentes ad totam Seraphicam Religionem circa votum, seu juramentum præstandum ab omnibus Fratribus, Clericis, & Laicis *pro defensione mysterii Immaculatæ Conceptionis*, ubi etiam præstat formam juramenti.

menti. Habemus ejus patentes litteras originales expeditas die 31. Maij anni 1621. Extant etiam apud Antonium Dazam, in tract. de Conceptione, cap. 7. fol. 61.

Item, scripsit Epistolam ad Philippum III. Hispaniarum Regem, *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & incipit: Aunque el servicio, que V. Magestad, &c. data est die 15. Septembris, ann. 1618. & extat impress.

BENTUS Gil, Doctor Hispanus, in libro de excellentia salutationis Angelicæ, *Ave MARIA*, fol. 23. postquam dixerat, Ave intemerata, Ave singularis, Ave Immaculata, Ave inculpabilis, Ave purissima, Ave decora, &c. fol. 41. inquit: *Foy ahea de graza desde sua sacratissima Concepçaon, purissima, & preservada de toda culpa*; foy ò em toda sua vida sempre sancta, sempre pura, sempre milagrosa; Lib. impress. Ulyssip. 1613. in 16.

Item, in libro, seu tractatu explicationis Salve Regina, sparsim per totum lib. vocat B. Virginem *puram, purissimam, & altissimæ perfectionis à suo principio, pulchram*, &c. Auroram, electam ut Sol; Lib. impress. Ulyssip. 1617.

BERENGARIUS Mercatoris, Decanus sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, exposuit causam R. P. Joannis Veri Ordinis Prædicatorum coram Universitate, circa propositiones prædicatas Dieppæ, contra *Immaculatam Virginis Conceptionem*, ut videre est in testimonio, & instrumento impress. in charta expansa antiquis characteribus, quod extat apud nos. Vide verba Joannis Veri, & Arthuri Fillon.

BERNARDINUS Amicus de Gallipoli, Ordinis Minorum Italus, in Tractatu de Terra sancta cap. 38. fol. 49. *De Ecclesia Sanctæ Annæ, ubi Concepta fuit Beata Virgo Maria*. Lib. impress. Florentiæ 1620. in folio cum figuris.

BERNARDINUS de los Angeles, Ordinis Minorum Hispanus, typis mandari curavit duos tomos, in quibus *de Immaculata Virginis Conceptione* sunt diversi discursus. Impress. Hispali 1616. & 1617. in 4.

BERNARDINUS à Sancto Antonio, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum Hispanus, in libro: Epitome Generalium Redemptionis captivorum, &c. lib. 1. capite 10. fol. 48. agit *de Immaculata Conceptione*, & adducit carmina illa Roberti Gaguini: Non satis audenter tibi Virgo nescia sordis, &c. Et alia plura ex Roberto Gaguino, & Emanuele Reynazo de eadem Conceptione fol. 50. Lib. impress. Ulyssiponæ anno 1623. in 4.

BERNARDINUS de Arevalo, Ordinis Minorum, in quodam libro manuscr. existente in Conventu del Abrojo, de festivitate Conceptionis, inquit: *Festum est innocentiæ, & puritatis sacratissimæ Virginis, quæ ex quo cœpit esse, fuit sancta, id est, omni tempore, omni die, omni hora semper fuit sancta, & benedicta*. Ita Antonius Daza ejusdem Provinciæ filius, in tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 43.

BERNARDINUS Baldi de Vrbino, Abbas del Vastalla, in libro: Corona anni, ad diem 8. Decembris habet Cantionem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, fol. 50. Lib. impress. Romæ 1555. in 12. & 1556.

BERNARDINUS Bonavoglia, Fulginaten. Italus, in libro: Quintuplices sacræ, quadragesimales inventiones, Dominica 4. inventione 4. fol. 272. inquit: Tu dominaris potestati maris; & meritò ita hanc Dei actionem extollit David, cùm solus ipse potestati maris amarissimi, & salsissimi peccati dominetur, solus à peccato per naturam sit immunis, *cæteris hominibus (exceptâ MARIA per gratiam) hujus maris undis aliqua ex parte subjectis; tegunter enim aquis superiora nostra*. Impress. Romæ anno 1606. in 4.

Item, in Sermone Sabbathi post cineres, fol. 53. inquit: Auxilium denique erga Virginem in sua Conceptione tunc patuit, quando venit ad eam benedictus Deus, circa quartam vigiliam noctis; prima enim vigilia, fuit seminum commixtio; secunda, corporis organizatio; tertia, animæ infusio; quarta, gratiæ collatio in illo instanti, in quo de lege communi sub peccato esse debebat, & tunc in hac quarta, scilicet vigilia, *præservata fuit*. Ex impress. Colonien. ann. 1607. in 8. vide etiam fol. 351.

BERNARDINUS de Bustis, Ordinis Minorum Italus Mediolanensis, in suo Mariali, seu Sermonibus de Beatissima Virgine, tom. 3. sub hoc titulo: Articul. prim. in quo tractatur *de Immaculata Conceptione*, & peculiari nomine perpetuum silentium nuncupatur; *de Conceptione Virginis purissima* Sermones novem. Mediolani, anno 1494. in 4. & Argentinæ 1502. & 1498. & Coloniæ 1607. à fol. 1. usque 96.

Item, edidit opusculum *de Immaculata Conceptione* ad Innocentium VIII. quod incipit: Innocentissima Dei Virgo, Beatissime Pater. Impress. per Uldericum Scinzencher, anno 1482. in 4. & continet ea, quæ extant in Mariali.

Item, elaboravit officium egregium *de Conceptione Immaculata V. MARIÆ*, quod Sixtus IV. Pont. Max. approbavit. Impress. Argentinæ 1502. in 4. & 1498. & Lugduni 1502. in 4. fol. 150.

BERNARDINUS sive BERNARDUS Cardenas, Ordinis Sancti Basilij Hispanus, edidit Poëma *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Extat in lib. impresso Hispali 1616. fol. 33. Item, aliud Poëma *pro eadem Immaculata Conceptione* folio 97. Item, *pro eadem Immaculata Conceptione*, Poëma alterum folio 43.

Item, *pro Immaculata Conceptione* Poëma alterum fol. 62. Item, *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Poëmata triá linguâ Cantabricâ & Macaronicâ ibidem folio 68. & 69. Item, aliud Poëma pro eadem *Immaculata Conceptione* folio 70.

BERNARDINUS à Cherio, Ordinis Minorum Pedemontanus, divina revelatione intellexit fore, ut sæva lues, quæ Genuensem Urbem depopulabatur illicò cessaret, *si Senatus publicè ad Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis honorem supplicatione instituta, voto ab omnibus nuncupato, illius diei festum* perenni cultu celebraret, &c. Carolus de Aremberg, in libro dicto; Flores Seraphici. Impress. Coloniæ 1640.

BERNARDINUS Durantes à Neapoli, Theologus Italus, in lib. Decacordo magnifico in dieci discorsi, sopra il Cantico della Vergine, &c. discurs. 1. fol. 11. *Quòd Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis habuit usum rationis, & quòd fuit præventa, & præservata*, passim. Vide ibi, fol. 57. discurs. 4. Lib. impress. Neapoli 1615. in 4.

BERNARDINUS de Feltro, Ordinis Minorum, in Concionibus de perfectione vitæ Christianæ, plura scripsit *pro Immaculata V. MARIÆ Conceptione*, ut testatur Antonius Daza, lib. de Con-

ceptione Immaculata, capite 6. folio 42.

BERNARDINUS Gomesius Miedis, Archidiaconus Saguntinus, & Canonicus Valentinus Hispanus, in lib. seu Commentarijs de Sale, lib. n. 108. fol. 734. sic inquit: Quibus de causis, ut unico tandem ac præcellenti salis exemplo, tot, tantaq; ejus mysteria obsignemus, iamq; protractos in multam noctem sermones peroremus, perpulchrum equidem, atq; æterna dignum commemoratione cujusdam Oratoris factum, dictis subjiciam, quo ille pro symbolo sic usus fuit, ut per commendatum a se non verbis, sed facto salem non minùs propositum præmium, quàm nomen sibi gloriosum, ac sempiternum fuerit consecutus; idq; Lutetiæ Parisiorum, ubi tunc ipse aderam Philosophiæ auditor, ideoq; rem omnem fidelissimè narrabo: *Siquidem ad festum Conceptionis V. quod Galli colunt valde pie, in quodam ejus sacello*, propositum fuerat præmium eximium in illius laudem graviùs, atq; excellentiùs dicturo, si tamen is assumeret almam, & intemeratam Virginem, non modò Conceptùs puritate, ac privilegio, verùm sapientia, omnibusq; alijs excellentissimis sinceræ naturæ bonis, universis mortalibus præstitisse. De quo certè arduo, atq; inexhausto argumento, plerique suggestum ascendentes, graviter, copiosèque, ac præleganter dixerunt; nam collectis rerum naturalium apicibus, quidam à lapidibus, quidam à metallis, à plantis non pauci, ab animantibus plures, idemq; à singulis elementorum, atq; cœlestium astrorum facultatibus, proprias cujusq; rei vires decerpserant; quas quidem, aut ut exempla, aut ut similia sive per symbola, sive ænigmata in magna, ac præexcellenti Virginis laude posuerant. Tum omnium postremus Orator ille, quem proposui suggestum tanquam dicturus ascendit. Qui cùm ex longa mora, quasiq; indito silentio, omnium in se oculos atq; animos convertisset, candidum, ac perlucidum gemmei salis globulum è sinu protulit, ipsumq; è suggestu sericea appensum chordula dimittens; Dixi, inquit; ac protinus è suggestu descendit. Quæres in stuporem primò, atque in ipsum propè argumenti contemptum, & injuriam cunctos adduxit; verùm post magnam de ea re ab eisdem habitam commemorationem, totque divina de Virgine mysteria, per ipsasmet salis facultates, ac mysticos de eo sensus animo conceptos & regustatos, tam incredibilem Salislator ille admirationem omnibus injecit, ut non modò iudicum, sed spectatorum omnium communi sententia palmâ fuerit donatus. Quo in circulo, qui ex omnium scientiarum viris undiq; peritissimis concludebatur, si nostri interfuissent contubernales, atq; tam multa salis mysteria, quæ ferebantur intellexissent, profectò à sua perquàm insulsa de sale hæresi discessissent, mi Quintana, iamque salem nobiscum conversо animo laudassent. Lib. impress. Valentiæ 1578. in 4.

BERNARDINUS Kalisquius, Ordinis Minorum Polonus, edidit lib. sub hoc titulo: Lacolicum Novellæ Provinciæ Russiæ, *titulo Immaculatæ Conceptionis B. V. MARIÆ* insignitæ, aliquotvè ejusdem locorum, & Conventuum Myrrahothecium, &c. laborat. Leopoli 1647. in 4. extat apud nos manusc.

BERNARDINUS de Laredo, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. dicto: Subida del Monte Sion, in Iosephina, seu Relatione Mysteriorum S. Joseph, §. 5. fol. 204. inquit: Pues como la Sabiduria eterna tenia dende siempre querido, y determinado vestirse nuestra librea, aparejò desde siempre, ad initio, & ante sæcula una pieça de tal paño, qual cõvenia alque se avia de vestir. *Esta fue la Seremissima Virgen, preservada desde siempre de todo linage de peccado*, como convenia que fuesse el precioso relicario, en el qual una piedra tan preciosa queria Dios incorporar. Lib. impress. Metinæ 1542. in 4.

Item, lib. 2. cap. 12. folio 59. & 72. *Quòd Virgo MARIA fuit purissima, ac præservata ab omni peccato, &c.*

BERNARDINUS de Leon, Ordinis Præmonstratensis Hispanus, *de Immaculata Virginis Conceptione*, opusculorum tom. duos. Impress. 1626. in 4.

BERNARDINUS de Montoya, Hispanus Poëta, edidit Cantionem *de intemerata Dei Matris MARIÆ Conceptione*, quam invenies apud Canum de Conceptione, folio 75. & Glossas folio 79. & 81. & 82. & 87. & ad illud Psalm. Diligit Dominus portas Sion, &c. ibi folio 102. usque ad fol. 106.

Item, edidit aliam Cantionem regalem *de Purissima Conceptione Virginis MARIÆ* impress. in lib. Hippolyti de Olivares, ad finem.

BERNARDINUS Obicinus, Ordinis Minorum Italus, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, discursum. Venetijs 1621.

Item, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Sermonem unum, in lib Sermonum, à folio 58. impress. Venetijs 1613. in 4.

Item, in Sermone de Purificatione B. Virginis *Quod fuit munda ab omni peccato originali, & actuali.*

Item, in lib. cujus titulus Italicè est: Trattati de quatro novissimi &c. in Sermone de Nativitate Virginis, fol. 235. inquit: Maria trovò la gratia propiamente piu di tutti, quanto agli effeti principali d' essa gratia, che sonò de due cose, cioè a operar il bene, & a eschifar il peccato, è tal gratia trovò Maria perfettissimamente, che quanto al eschifar il peccato *non hebbe mai peccato alcuno attuale, ne anco venale, è fu preservata del originale nella sua Concettione, &c.* Lib. impress. Bergomi 1610. in 8.

BERNARDINUS Realinus, Societatis Jesu Italus, tam versibus, quàm soluta oratione *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptum celebravit*, ut refert Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 9. annot. 2. fol. 310.

Item, cùm primò lecto surgebat, ad sanctissimam Virginem ter dicebat orationem hanc, facto signo Crucis super cor: *Per sanctam Virginitatem, & Immaculatam Conceptionem tuam purissima Virgo, munda cor, & carnem meam, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra. Ita etiam in vita ipsius, scripta per Reverendum Patrem Alphonsum de Andrade Hispanum, cap. 17. fol. 29. Lib impress. Matriti 1651. in 4.

BERNARDINUS Rossinolius Ulmetanus, Societatis Jesu, in libro de disciplina Christianæ perfectionis, folio 225. & 254. & 370. dicit: *Quia in Virgine Dei Matre nullus fomes fuit: quia Dei gratia sopitus: in ejus utero fuit sanctitas, & innocentia singularis, utpote sanctissima, & plena omni gratia, quæ antecelluit Angelorum ordines, excepta Christi humanitate.* Lib. impress. Venetijs 1601. in 4.

BERNARDINUS de Sandoval, Canonicus Toletanus Hispanus, in lib. seu Tract. de officio Ecclesiastico canonico, par. 2. cap. 4. fol. 36. de celebr-

celebratione festivitatis Immaculatæ Conceptionis. Vide lib. impress. Toleti anno 1578. in folio.

BERNARDINUS Seguntius, Hispanus, edidit Sermones *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Sic Hippol. Marracc. in Catal. ad annum 1584.

BERNARDINUS Senensis, Ordinis Minorum Sanctus, natione Italus, scripsit tract. seu librum *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis B. Virginis:* ut referunt Nomenclatores, Gesnerus, Leon; quem vidit M.S. & legit Bernardinus de Bustos, ut ipsemet testatur in suo Mariali, & cùm ego essem Senis in cella ejusdem Sancti, anno 1655. ubi omnes Bernardini manuscripti libri asservantur, quæsivi, sed invenire non potui; in multis tamen locis suorum operum agit de hoc mysterio.

Item, tom. 4. suorum operum, Serm. in ordine 4. est *de Conceptione Virginis*, & incipit: Sicut sol oriens. Et quia Adversarij citant ipsum sanctum, ac Sermonem pro se, operę pretium erit omnia ejus verba ad nostrum assumptum pertinentia, hìc ad litteram transcribere; ait ergo, seu incipit sic: Sacramentum glorioſissimæ Virginis Matris Dei sublimissimum, ad reverendum devotissimum, ad tractandum dulcissimum, ad contemplandum hodie, dilectissimi, proponitur nobis: glorioſa equidem dies ista, quæ jubar solaris luminis nobis affert, dum conceptam nobis pronuntiat Dei Matrem. Elevemus igitur omnem pietatis affectũ, asferamus omnem nostrum ornatum; erigamus, & illustremus cunctis viribus intellectum ad illam, quę vigore, dulcore, atque splendore suo cunctas pias mentes inflamat, inflamatas illuminat, illuminatas corroborat, ut sciant, velint, & possint Filij sui vestigia imitari; quia sicut supra Ecclesiast. testatur, ipsa spiritualiter est sicut Sol oriens in mundo; in quibus verbis sapientia Dei describit triplicem gratioſum B. Virginis statum; primum *Conceptionis*; secundum Nativitatis; tertium Annuntiationis. Primum, scilicet ejus *Conceptionem*, dicit esse sicut Solem, quasi cùm est post montes in Aurora, quia adhuc clausa erat in utero Matris in tempore suæ Conceptionis; & de illo statu Virginis, Cant. 6. Angeli dicunt: Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens? Secundum ejus statum, scilicet Nativitatem, dicit orientem Solem, scilicet cùm ascendit à montibus orientis, ac irradiat mundum in ortu suo; & de duobus prædictis Propheta ait: Tu fabricatus es Auroram, & Solem, id est B. Virginem in *Conceptione* ejus, & Nativitate. Tertium ejus statum, scilicet Annuntiationem, & obumbrationem Spiritus Sancti dicit esse quasi Solem in mundo, id est, in altitudine cœli, cùm ascendit super hemisphærium nostrum in suo caloris æstu, sicut fuit Beata Virgo in Conceptione Filij Dei,

Item, art. 1. de quatuor admirandis gratijs, quibus repleta fuit B. Virgo in sua Conceptione. Primus status B. Virginis fuit suæ *Conceptionis*, & tunc fuit B. Virgo, sicut Sol in Aurora consurgens. In hoc statu contemplemur inter alios, quatuor ejus splendores; primus dicitur sanctitas; secundus claritas, seu luminositas; tertius charitas; quartus tranquillitas. De triplici sanctificatione sanctificatorum, & de admiranda sanctificatione B. Virginis in sua Conceptione, cap. 1. Primus splendor eius sanctitas dici potest; dimissis autem scholasticis bellis circa Virginalem Conceptum, triplicem sanctificationem ad præsens discutiamus. Prima est sanctificatio generalis, & hæc quidem est illa, quâ sanctificantur homines per Ecclesiastica Sacramenta, quod fit maximè per Baptismum, & talis sanctificatio duo bona in homine operatur; primò enim removet culpam; secundò confert gratiam; tertiò verò non remouet, sed remanet, scilicet peccati fomes, & pronitas ad peccandum, quia & venialiter, & mortaliter talis sanctificatus peccare potest. Et consecutivè prosequitur sic: Secunda est sanctificatio specialis, & talis per gratiam Spiritus Sancti condonatur. Ponit autem hæc sanctitas animam in statu iustitiæ consummatæ, & operatur in ea tria; primò removet culpam; secundò confert gratiam; tertiò removet pronitatem, ne possit faciliter homo mortaliter inquinari: Cùm igitur omnes in iniquitatibus concipiantur, neminem unquam mortalium inter materna viscera legimus sanctificatum, præterquam Hieremiam, & Joannem Baptistam, quamquam de Beata Virgine nulla sit ambiguitas, sicut dicitur in frà. Longè tamen maior sanctificatione Hieremiæ fuit sanctificatio Joannis Baptistæ; ille quidem in matris utero sanctificatus fuit, sicut legitur Hieremiæ 1. ubi dicitur: Priusquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te. Joannes verò Spiritu Sancto repletus annuntiatur, unde Lucę 1. ait de Joanne Angelus Zachariæ: Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ; multò quippe excellentius est Spiritu Sancto repleri, quàm à Spiritu Sancto sanctificari; ibi enim sanctificatio emundationem, hìc replerio ultra hoc gratiæ mundationem designat. Deniq; Apostoli, qui manibus suis tractaverunt de Verbo vitæ, cùm, ut dicitur Joan. 20. Spiritum Sanctum iam de Salvatoris accepissent afflatu; tandem quinquagesima à Resurrectione die, ad illum gradum ascenderunt, ut Act. 2. de eis diceretur: Repleti sunt omnes Spiritu Sancto; & licèt Spiritus Sanctus largiori tunc munere credentium corda repleverit; hoc tamen Joannes in utero legitur assecutus, quod Apostolica celsitudo largiori promissione meruit obtinere, quanquam Apostoli tunc fuerint tanta Spiritûs copiositate firmati, ut omne peccatum mortale faciliter potuerint vitare, & etiam frequentiam venialium; non tamen credo eos fore factos impossibiles ad peccandum, atque fideliter credo esse tenendum, quia illi duodecim Athletæ, veri mundi expugnatores, tantâ tunc gratiâ supervestiti fuerunt, quòd difficillimũ fuisset eos ruere in mortalem culpam; firmiter asserendum est, quòd postea nunquam mortaliter peccaverunt. Tertia verò fuit sanctificatio maternalis; *& hæc removet culpam originalem*, & confert gratiam; & hæc etiam removet pronitatem ad peccandum, tam venialiter, quàm mortaliter; & hæc fuit in B. Virgine Matre Dei. Sanè Deus ipse æternus, sicut mirâ suâ sapientiâ creavit omnia, sic illam benedictam Matrem suam talem condidit, & sanctificavit in tempore, qualem eam sanctam elegit in sua æternitate, & talem, tam nobilitate naturæ, quàm perfectione gratiæ condidit Matrem, qualem eam decebat habere suam glorioſissimam majestatem, quia in ea, & de ea debebat sumere, quod in æternum sibi erat unitum unitate personæ, de quo exiret pretium totius liberationis, & beatificationis humanæ. Et de hac Conceptione, Anselmus in lib. de Conceptũ Virginali, sic ait: Decebat, ut illius Conceptio de Ma-

tre purissima fieret, ea puritate, quâ puritate maior sub Deo nequit intelligi. Atq; de hoc rationem subiungens, ait: Cui Deus per unicum Filium, quem de corde suo genuit æqualem sibi, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius, quam & substantialiter Filius sibi Matrem facere eligebat, & de qua Spiritus Sanctus operatus est, ut de ea conciperetur, & nasceretur ille, de quo ipse procedebat, & per hoc decebat, ut illius hominis, scilicet Christi, Conceptio de Matre fieret, quâ puritate nulla maior sub Deo posset intelligi.

Item, art. 3. cap. 2. fol. 111. inquit: Secundus verò huius Virginis ardor *impeccabilitas* nuncupatur; licèt enim, sicut ex præcedenti patet, B. Virgo in sua Conceptione per gratiam adepta fuerit tantam fomitis restrictionem, quòd non posset in aliquod peccatum adduci; remansit tamen fomes in ea secundùm essentiam; sed sanctificatio hæc secunda in Conceptione Filij Dei superaddit in in ea omnimodam fomitis restrictionem, eradicationem, & extinctionem, & in bono confirmationem, ita ut quæ priùs poterat peccare, iam peccare non posset. Hæc duo expressit Angelus, Luc. 1. cùm ait: Spiritus Sanctus superveniet in te; & hæc quantùm ad primum; & de secundo subiungit, dicens: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Secundùm Bonavent. in 3. dist. 3. fomes peccati radicatur in carne, & ascendit usque ad mentem. In prima igitur sanctificatione Virginis tanta gratia perfectionis ei collata est, quòd in eius sensualitate tantum gratiæ redundaret, ut fomitem adeò reprimeret, quòd nullum aliquando affectum, vel incitamentum haberet. In secunda verò sanctificatione, in qua Spiritus Sanctus non tantùm descendit in mentem, sed etiam in ipsam carnem, & de carne operatus mirabiliter est, carnem eam sine macula fabricando, reliquit ipsius carnem immaculatam, extirpando in ea, & fomitem, & omnem concupiscentiam, ita quòd peccare non posset; & hoc sentit Bernardus, & Magister Sent. & Damascenus.

Item, art. 1. cap. 4. fol. 108. sic inquit idem Sanctus: Poterat tamen secundùm Thom. habere aliquos subitos motus non præordinatos à ratione; porrò in Domino Jesu Christo aliquid ampliùs fuit; nam sic inferior appetitus in eo rationi subiectus erat, quòd ad nihil mouebatur, nisi secundùm ordinem rationis, & hoc est, secundùm quòd ratio ordinabat, vel permittebat appetitum inferiorem moveri à proprio motu; hoc enim videtur ad primi statûs integritatem pertinuisse, ut inferiores vires subderentur totaliter rationi; quæ quidem subiectio per peccatum primi Parentis sublata est; & non tantùm in ipso, sed etiam in alijs, qui contrahunt ab ipso peccatum originale. In quibus etiam postquàm mundantur à culpa per gratiæ Sacramentum, remanet rebellio, vel inobedientia virium inferiorum ad rationem, quæ dicitur fomes peccati, qui nullo modo in Christo fuit, sed in Beata Virgine non erant inferiores vires totaliter rationi subiectæ, ut sic nullum motum haberent à ratione non præordinatum; tamen sic per virtutem gratiæ cohibebantur, quòd nullo modo moveri poterant contra imperium rationis; propter hoc dici solet, quòd in B. Virgine post primam sanctificationem remansit fomes secundùm substantiam, sed ligatus. Hæc Thomas.

Item, tom. 3. suorum operum Sermone 49. in die Martis post Pascha, de Amore glorioso, & incipit: Ecce quàm bonum, parte prima principali, fol. 427. inquit: Dico primò, quòd primus gradus istius tertiæ scalæ, est de pulchritudine Angelorum, & dico, quòd minimus Angelus existens in vita æterna, est decies pulchrior, quàm sit pulchrior anima, quam unquam fecerit Deus, & quàm anima Sancti Joannis Baptistæ, exceptâ animâ Christi, & Virginis gloriosæ; & licèt dicatur Matth. 11. quòd inter natos mulierum, non surrexit maior Joanne Baptista, tamen qui minor est inter Angelos in vita est minor eo valde. Et nota illud dicere, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista: vult dicere, quòd Joannis Baptistæ anima est maior omnibus animabus natis ex muliere; & Christus cavet se extra, & Virginem gloriosam occultè, si bene advertis suum eloquium, quia dixit: Non surrexit, quia nullus dicitur levare, seu surgere, qui non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, & similiter Beata Virgo; ideò non sunt in illa regula, quia non ceciderunt modo iam dicto, ideò non dicuntur surgere sicut omnes cæteri homines, qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citrà per peccatum originale. Tamen, utrum Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, Ecclesia non damnat, *sed magis pium est credere, quod non fuit in peccato concepta, quam credere quòd fit*: Et dum pridie essem in Monasterio Carceris Diœceseis Paduanæ in illo eloquio, cum quodam approbatæ Religionis viro, Domino Fratre Bartholomæo de Sicilia ibi professo, reddidit mihi unam pulchram rationem, quare non erat credendum, Beatam Virginem fuisse conceptam ex peccato originali; dixit enim mihi Danielis de Purgilijs, si benè percepi: Certum est, quòd Deus creavit Adam sine peccato originali ex limo terræ; deinde ex costa ejus creavit Evam, & sine peccato; & certum est, quòd Christ. incarnatus fuit Deus & Homo, & fuit major quàm Adam, & Eva & majoris dignitatis; & tantum interest inter eos, quantum inter creatorem, & creaturam, modò non est credendum, quòd ipse Filius Dei voluerit nasci ex Virgine, & sumere ejus carnem, quæ esset maculata ex aliquo peccato originali; immo credendum est, quòd voluit sumere carnem ex carne purissima, & quòd ejus Mater fuerit plus quàm Eva, & Adam, qui creati fuerunt sine peccato originali; quæ ratio mihi valde applausit. Etiam quæsivi, si repererit in scriptis, & respondit, quòd non, sed sic meditando sibi in mente occurrit.

Item, citant pro hac sententia illa Bernardini verba: Multiplicatio aquarum in arca Noë, denotat gratiarum plenitudinem in Maria, quæ elevaverunt arcam Mariam (in qua salvatum est universum semen generationis electæ) in sublime à terra, id est, ab omni terrenitate, & amore infecto, *quia ad hanc MARIÆ puritatem, & munditiam nulla pura creatura ascendit, neque Angeli, neque Virgines*. Vide Antonium Velazquez, fol. 343.

Item, in Serm. 51. cap. 3. tom. 2. *Congruebat, ut illa quæ placuit Altissimo, ita ut fieret illius sponsa, & Unigeniti Filij sui, sic esset Immaculata mente, sicut sua intemerata carne*, &c. Vide, quomodò fuit intemerata animâ.

Item, tom. 3. Serm. 11. art. 3. capite 1. inquit: Ubi est ergo summa plenitudo sanctitatis humanæ, & Angelicæ, ibi semper Virgo Dei Mater *prima sua*

ma suæ sanctitatis iecit fundamenta, ibi detinuit gradum, & plantam fixit Virgineam.

BERNARDINUS Juramini, Ordinis Minor. Italus, sub hoc tit. *Infœcunditas fœcunda D. Annæ Sanctissimæ Matris Dei*, Poëma, seu repræsentationem, ubi de præservatione. Romæ anno 1628. in 12.

BERNARDINUS de Villegas, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto: Favores de la Virgen Sanctissima à sus devotos, fol. 301. *adducit Officium in Conceptione Immaculata Beatissimæ Virginis MARIÆ*, ut habetur in horis quibusdam antiquis, fol. 307. impress. Murciæ 1636. in 12.

Item, in libro Soliloquiorum ad finem, plura scripsit *de puritate Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1642. in 16.

Item, cùm esset Magister Theologiæ Compluti, die 19. Martij anno 1638. defendit in Thesibus publicis hanc conclusionem: *Beata V. MARIA non contraxit originalis debitum*, vel quia in signo in quo initum est pactum, fuerat ab ipso positivè exclusa ex meritis Christi, vel quia licèt fuerit ingressa pactum, data est Virgini ex ejusdem meritis aliqua gratia diversa ab ea, quæ transfundenda erat ex Adamo; sic contraxit debitum carendi gratiâ ex Adamo, corporalemque mortem ex hac carentia secutam, secùs debitum culpæ. Impress. eodem anno, & asservantur in Collegio Societatis Jesu, Compluti.

BERNARDINUS Zanoneus à Reggio Longobardus, Societ. Jesu Italus, in lib. de vita Beatissimæ Virginis Mariæ, ac de ejus virtutibus, adducit *de Immaculata Virginis Conceptione Orationem præparatoriam*, ubi plura pro hoc mysterio, à fol. 89. usque 102. Impress. Genuæ 1613. in 12.

BERNARDUS vel BERNARDINUS Alderete Zamorensis, Societatis Jesu Hispanus, tom. 1. in 3. par. Divi Thomæ, in multis, ac diversis locis asserit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali peccato*. Vide verb. Maria in indice.

Item, disput. 22. sub hoc titulo: Utrum expeditiùs iuxta doctrinam præcedentis disput. quàm in alijs sententijs defendi valeat, *Virginem Deiparam carnisse debito proximo contrahendi culpam originalem?* de quo puncto agit latè per quatuordecim sectiones, à fol. 233. usque 265. Lib. impress. Lugduni 1652. in folio.

Item, tom. 2. disp. 60. sect. 1. num. 12. fol. 260. *Quòd Virgo MARIA votum Virginitatis emisit in primo suæ Conceptionis momento, &c.* Lib. impress. Lugduni eodem anno.

BERNARDUS Aldrete, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Cordubensis citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Paulus Aresius de Incarnatione. Sed vidi librum de origine linguæ Hispanicæ, Castellana dictæ, seu Romance, imp. Romæ 1606. in 4. & librum de varijs Antiquitatibus Hispaniæ impress. Antuerpiæ 1614. in 4. regali, & in his nihil extat de hoc mysterio, hic autem non potest esse suprapositus Societatis Jesu, quia Paulus Aresius scripsit prius.

BERNARDUS Andreas Tolosatis, Poëta Laureatus, ac Regius Historicus, in operibus partim completis, partim incompletis, habet hæc: *Officium Immaculatæ Conceptionis MARIÆ* Christi parentis carminibus, ad omnes horas, missam, & processionem editum, ad serenissimam Reginam Matrem. In indice manusc. in Collegio Navarræ Parisiis.

BERNARDUS Bahusius, Societatis Jesu Belga, Auctor lib. Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sidera cœlo: sic de Virg. Dei Matre Maria cecinit:

Nil illâ melius, nihil est à Numine majus
Summum cœligenûm, terrigenûmque caput.

Extat in libro Ericij Puteani, Pietatis Thamata in proteum parthenium, folio 103. Impress. Antuerpiæ 1517. in 4.

BERNARDUS Benedictus, Nicesiensis Episcopus, in Synodo Diœcesana, præcepit observandam esse *festivitatem Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Vide verb. Castellanensis Ecclesia.

BERNARDUS Bononiensis, & Episcopus Camerinensis, in Epitome universali, ac Sacrosanctæ Theologiæ, &c. In Commentarijs 3. part. cap. 27. fol. 324. *Quòd Virgo MARIA fuit in utero sanctificata, & gratiâ plena*, &c. Est interpretatio secundùm mentem S. Thomæ. Lib. impress. Lugduni, anno 1579. in 8. regali.

BERNARDUS de Bustis, Ordinis Carmelitarum, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 331.

BERNARDUS Cartasius, Generalis Ordinis Carthusiensis, edi curavit Breviarium sui Ordinis, in quo est officium *in solemnitate Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, cum lectionibus Sancti Brunonis. Impress. Lugduni 1587.

BERNARDUS Clareuallensis Abbas, Sanctus, ac Patriarcha suæ Religionis Cisterciensis, Serm. 4. in Vigilia Nativitatis Domini, fol. 46. inquit: Benedicta tu in mulieribus, ô beata sola inter mulieres, *benedicta, & non maledicta, sola à generali maledicto libera*, & dolore parturientium aliena, &c. Si generalis maledictio fuit illa peccati originalis (nulla alia generaliter assignari potest, nam hæc sola comprehendit viros, & fœminas) & ab hac fuit Maria libera: ergo fuit absque originali concepta. Item, quid est benedicta, & non maledicta, nisi exempta ab illa prima maledictione culpæ?

Item, Serm. 2. de Assumptione Virginis fol. 250. inquit: Intret ergo domum Salvator, & frequenter visitet eam, quam pœnitens Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internæ dedita contemplationi. Sed fortè curiosus quispiam requiret, cur in præsenti Evangelica lectione, nulla prorsus Lazari mentio fiat? arbitror sanè ne id quidem à proposita similitudine dissidere: Virginalem etenim domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum utique comminatur; *absit enim, ut proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur*, ut proinde scopa Lazari quæreretur. Quòd si originalem à parentibus maculam traxit, sed minùs à Hieremia sanctificatam in utero, aut non magis à Joanne, Spiritu Sancto repletam credere prohibet pietas Christiana; hæc enim festivis laudibus nascens honoratur. *Postremò, cùm omnimodè constet, ab originali contagio solâ gratiâ mundatam esse MARIAM*; quippe cùm & nunc in Baptismate sola hanc maculam lavet gratia, & sola eam raserit olim petra Circumcisionis; ut omninò pium est credere, *proprium MARIA delictum non habuit*; nihilominus ab innocentissimo corde, etiam pœnitentia longè fuit, &c. Hanc Bernardi auctoritatem miris laudant encomijs, quia existimant ipsis favere, sed immeritò, nam expressissimè pro nobis est, quia sic ex ipsius verbis intelligi, & explicari debet. In primis affirmat Bernardus semel, & iterum, Mariam nullum proprium inquinamentum, seu delictum habuisse. Secundò

affirmat,

affirmat, quòd originalem maculam à parentibus traxit. Ut ergo Bernardi mentem percipias, advertе, quòd tam ipse, quàm alij antiqui Patres vocabant peccatum originale, quod sonat ex vi vocabuli, id est, peccatum in origine, in radice, in parentibus, videlicet existens in illa concupiscentia, vel inordinato appetitu generationis activæ parentum. Ex hoc peccato originali primò, & necessariò præsuppositо in naturaliter genitis via communi ex viro & fœmina, resultabat vel necessariò consequebatur tamquam quoddam contagium peccatum generationis passivæ, seu prolis genitæ, seu filij, quod nunc propriè post Concilium Tridentinum vocamus originale proprium cujuscunque geniti, contractum in ipsa infusione, ac vnione animæ ad corpus. Inquit ergo Bernardus: MARIA originalem à parentibus maculam traxit, id est, fuit genita à parentibus modo naturali, & communi ex concupiscentia, & appetitu; sed proprium nullum inquinamentum, nec delictum habuit, quia ab originali illo contagio ipsa sola in toto mundo mundata fuit; & confirmatur ex eisdem verbis Bernardi. Absit enim, ut proprij *quicquam* inquinamenti, hæc *aliquando* habuisse dicatur; si enim habuisset originale in sua animatione, *iam quicquam, & aliquando* habuisset inquinamentum; nam in quæstione de Conceptione hoc quæritur, & controvertitur, an MARIA fuerit coinquinata, nec ne? Deinde clarè affirmat Bernardus, quòd MARIA non habuit illud contagium, & maculam, quæ in Baptismate lavatur, & in Circumcisione radebatur; hæc autem est propria, & passiva in animatione contracta, non verò illa activa in parentibus existens, vel à parentibus tracta ratione inordinati appetitus, vel concupiscentiæ; alij aliter explicent hanc Bernardi auctoritatem.

Item, Serm. 4. de eadem Assumptione, columnâ 256. inquit: Virum penitus non cognosco, nec filij desiderio, nec spe prolis (fortè dicendum erat, nec sponsi desiderio) Quanta verò, & quàm pretiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, *cum conscientia prorsus absque delicto*, imò cum tantæ gratiæ plenitudine, &c. Si MARIA fuit pura, innocens, & prorsus absque delicto: ergo non contraxit originale, nam cum ipso non stat innocentia, quia sub ratione delicti comprehenditur originale.

Item, colum. 1666. habet Sermonem sub hoc titulo: Sermo unde supra; vel potius debet legi, *in Conceptione Beatissimæ Virginis*, ubi sic inquit Bernardus, sive quisquis illius Auctor est: Germinat igitur virga Jesse de tortuosa radice generis humani, & Patriarcharum arbore, & in altitudinem, & rectitudinem erumpens, *omnem ignorat nodositatem foliorum, tenebras nescit, fructicosa quæque non habet*, &c. Ergo si virga illa Jesse MARIA ex tortuosa radice habuit rectitudinem, nec ullam habuit nodositatem, vel aliquod fructicosum, videtur indicare, fuisse absque omni peccato, etiam originali; nam illud indicat tortuosa radix generis humani.

Item, Serm. de verbis Apocalypsis, qui incipit: Signum magnum, & est in operibus ejus, col. 263. habet sequentia: *Nam & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis, seu corruptionis est*; excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, ut meritò sub pedibus ejus Luna esse dicatur, &c. Candidissimus sanè, sed & calidissimus hujus mulieris amictus, cujus omnia tam excellenter irradiata nоscuntur, ut nihil in ea, *non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed ne tepidum quidem aliquid, aut non ferventissimum liceat suspicari*, &c. Quid ergo sidereum micat in generatione MARIÆ? planè quòd ex Regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd generosa stirpe David; si id parum videtur, adde, *quod generationi illi ob singulare privilegium sanctitatis deorsum nescitur esse concessa*, quòd longè ante eisdem patribus cœlitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miraculis, quòd oraculis prænuntiata propheticis, &c. Hæc omnia Bernardi verba omnimodam prædicant Virginis MARIÆ puritatem, & innocentiam.

Item, Sermone sequenti deprecatorio ad Virginem, inquit: Hortus conclusus tu es Dei Genitrix, *ad quem deflorandum manus peccatoris nunquam introivit*, &c. Ipse enim Sol Justitiæ de te processurus, Hortum suum quadam matutina irradiatione præveniens, in te lucis suæ radios copiosè transfudit, quibus *potestates tenebrarum, quas Eva prædaverat, in fugam convertisti*, &c. Tu ergo pulchra es ut Luna, immò & pulchrior Lunâ, *quia tota pulchra, & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio*. Tu electa es ut sol, ille inquam Sol solis conditor; ille enim electus est ex millibus virorum; tu electa ex millibus fœminarum; ille electus ex omnibus, quæ sunt; tu electa ex omnibus, quæ per illum sunt, &c.

Item, Serm. 13. in Cœna Domini, columnâ 1351. inquit: Quis unquam hominum ex apostaticæ radice primi parentis exortus, potuit, vel poterit absque aliquo transgressionis nævo, cum omni efficacia charitatis, inconcussa, & immaculata Christi observare præcepta, sicut ipse in totum, & in partem sui Patris servavit mandata, qui peccatum non fecit, nec unquam peccare jam potuit, nec peccare jam voluit? Non est in filijs hominum magnus, & parvus tanta præditus sanctitate, nec tantæ Religionis privilegiatus honore, *qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem Immaculati, peccatum non facientis*, sed peccata mundi tollentis, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo habere quæstionem, &c.

Item, Sermone de privilegijs B. Joannis Baptistæ, col. 1685. inquit: Secundus honor est sanctificatio in utero Matris. Quicumque de massa prævaricationis mundum ingredimur, longam retem originalis peccati nobiscum trahimus; solus ille, qui peccatum non fecit, excipitur, quem Virginalis uteri thalamus ignorantis virum terris credit. Longè quippe aliter quàm nos, & dissimili modo, conceptus est, Spiritu Sancto tota majestate Virginem inundante, superans usum carnis, naturæ ordinem, viri commixtionem; sic quippe decebat, ut peccatum nesciret, qui peccatum tollebat, ut similitudinem carnis peccati susciperet, non autem carnem peccati; cùm igitur omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatū legimus præter Hieremiam, & Joan. Baptistam, *quamquam, & de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumcepta visceribus, sublimiori sanctificationis genere mundata sit*, utpote sanctuarium illud, in quo Deus, & Dei Filius carnem fuerat susceptурus: sed longè minor Hieremiæ sanctificatio, quàm Joannis; ille quidem in utero matris sanctificatus, hic Spi-

Spiritu Sancto repletus fuisse cognoscitur. &c. Attende obsecro diligenter, quàm ordinata dispositione Spiritus ille multiplex Hieremiam sanctificat, Joannem replet, *& supervenit in MARIAM*, & Hieremiæ quidem admiranda sanctificatio, quâ etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Antè enim quàm exiret de ventre sanctificatus est; nec poterat nasci non sanctus, qui in utero Matris erat sanctificatus. Mira res, & à transactis sæculis non audita! hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato. Joannem verò longè glorioſior virtus implevit, qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante Spiritu superfusus est, ut purgatus exeat, & repletus; verè magnus coram Domino, quem Angelus nuntiat, sanctificat Deus, Spiritus replet, vita commendat. *Ineffabiliori enim modo supervenit in Virginem, quam tota Divinitatis plenitudo sine mensuræ discretione perfudit, ut totum caperet, qui fecit totum*, ut non solùm à peccatis abluta & repleta Spiritu Sancto, sed & de Spiritu Sancto concepisse credatur, quia quod in ea natũ est, de Spiritu Sancto est. Inde est, quòd singulari prærogativa Fides Catholica Filium Dei natũ de Virgine, conceptum de Spiritu Sancto confitetur, ut divinitatis, & humanitatis indivisibilis adunata connexio, vocabulorum indifferentiâ designetur. Vides ergo, quàm remotiori privilegio speciosus forma præ filijs hominum à filijs hominum in concipiendo discretus sit: illi etenim de peccatis, & in peccatis concepti sunt; hic in Spiritu, & de Spiritu Sancto concipitur, &c. En omnia Bernardi verba ad litteram transcripta, atque unus ex præcipuis locis ab Adversarijs pro se adductus solùm probat, quòd Virgo Maria fuerit in utero sanctificata sublimiori longè modo, ac singulariori sanctificatione; neque ex supra allegatis verbis potest deduci, an fuerit in primo, vel secundo instanti sanctificata? Dices, quòd colligatur ex ultimis Bernardi verbis, fuisse post contractionem peccati; nam si omnes filij hominum de peccatis, & in peccatis concepti sunt, præter Christum; igitur omnes, Joannes, Hieremias, ac Maria concepti sunt in peccato, secùndum Bernardi sententiam. Sed respondeo, quòd hîc non assignat Sanctus Doctor differentiam Conceptionis Christi, & aliorum ex Conceptione præcisè in peccato, sed quia conceptus fuit in Spiritu, & de Spiritu Sancto, quod nec Hieremias, Joannes, vel Virgo Maria habuerunt. Deinde Hieremias fuit sanctificatus in utero, Joannes superexcellentiori modo, & sanctificatus, & Spiritu Sancto repletus adhuc ex utero Matris suæ; at Virgo Maria ineffabiliori modo fuit sanctificata, & ineffabilior modus fuit, ut explicat Bernardus, quòd tota Divinitatis plenitudo, sine mensuræ discretione eam perfudit, ut totum caperet, qui fecit totum; igitur Maria non solùm sanctificata fuit, nec solùm repleta Spiritu Sancto, sed secundùm totam Divinitatis plenitudinem in sua generatione fuit à gratia, sine aliqua mensuræ discretione sanctificata, & perfusa; hæc autem cum peccato originali stare non possunt, nam sic non esset secundùm totam Divinitatis plenitudinem superfusa, & sanctificata, ac per consequens esset cum mensura, & termino; siquidem Hieremias fuit sanctificatus; verbi gratiâ, à sua animatione post octo menses; Joannes post quatuor, vel sex; Virgo verò Maria post unum diem, vel horam; igitur hoc non fuit sine mensura sanctificari, nec secundùm totam Divinitatis plenitudinẽ. Si autem fuit sanctificata à primo suæ animationis instanti, fuit sine mensura, & secundùm totam Divinitatis plenitudinem: nam antequam esset, nec mensurabilis erat, nec poterat à Divinitate sanctificari, & sic totum capiebat, qui fecit totum, id est, totum tempus capiebat in sanctificatione Deiparæ, qui totum tempus fecerat, nempe Divinitas, & potentia ejus, cœpit facere in B. Virgine à primo suæ Conceptionis instanti; nisi etiam velis dicere, quòd cœpit facere ab ejus generatione seminis in utero Annæ, & ab illo primo generationis activę puncto cœpit facere totum Divinitas, secundùm omnem suam plenitudinem, ut totum caperet, quod erat Mariæ, & sic ab ipso puncto non solùm fuit à peccatis abluta, ut Hieremias, nec repleta Spiritu Sancto, ut Joannes, sed ineffabiliori modo à gratia superfusa: quia qui Hieremiam sanctificavit, Joannem replevit, superuenit in Mariam; quid enim est supervenire, nisi prævenire? sicut dixerat Angelus: Spiritus Sanctus superveniet in te; te præparando ad Conceptionem Verbi; sic (quantùm ad significationem loquor) supervenit in Mariam præparando materiam ad Conceptionem, seu infusionem animæ Virgineæ. Et hæc pro nunc dicta sufficiant.

Item, Sermone de Beata Maria, qui incipit: Ave Maria, col. 1691. inquit: Hæc Maria à naturâ reverenter conservata, & à lege diligenter veneranda, à gratia clementèr prælecta. Natura (quod suum est) illibatam Virginem servando, lex reverenter eam ab alijs distinguendo, gratia Virginitatem sine semine fœcundando; natura huic detulit, dum terra sine germine pareret in principio; lex, dum rubus arderet sine incendio; gratia, dum sine semine pareret Virgo; in hac enim habitavit Pater, & Filius, ut Creator in mundo, Imperator in regno, Pater familias in domo, Pontifex in templo, Sponsus in thalamo, *prius enim Altissimus sibi eam, quasi mundum specialissimum creavit*, quàm in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluentijs sapientiæ irrigaret, &c. Ex his liquidò Bernardus confert creationem Mariæ cum mundi creatione, discurrendo per singula, quæ facta fuerunt in illa prima rerum productione. Si ergo Maria specialissimus fuit mundus creatus à Patre luminum, primò in ipsa creavit lucem. Vide de hac auctoritate R. P. Velazquez, fol. 153.

De hac igitur Virginis creatione, sub figura Arcę loquitur Bernardus infrà sic: Bezeleel ergo cum socio Arcam testamenti fabricavit, sancta quoque Trinitas *Virginem sanctificavit*, ac templum sanctificatum consecravit, hospitiumque mundissimum sibi præparavit, thalamum quoque, de quo Sponsus præ filijs hominum speciosus ad publicum procederet, decenter præornavit, &c. Arca verò Testamenti de lignis setim facta est, & Maria in spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est; setim enim interpretatur spinæ; aliter Eua spina, Rosa Maria. Reverà Eva spinâ fuit; quæ & virum suum ad mortem punxit, & posteritati suę peccati aculeum infixit, &c. Deus de fœmina, sed Virgine descendente de spinosa Patrum origine dignatus est carnem assumere, ut similem simili redderet, contrarium contrario curaret, pestiferam spinam evelleret, peccati chirographum potentissimè deleret. Humilitas per sexum fœmineum

neum commendatur, gloria Virginis, & majestas opitulatur, peccatum gratiâ ejicitur. Eva ergo fuit spina, MARIA Rosa extitit; Eva spina vulnerando, MARIA Rosa omnium affectus mulcendo; Eva spina infigens omnibus mortem, MARIA Rosa reddens salutiferam omnibus sorte; de liquore spinei corticis fuit incaustum, unde scribitur, de carnali mente Evæ fluxus nascitur concupiscentiæ, quæ in ipsa, & Adam peccatum actuale, in posteris originale etiam fudit, &c. *quia licèt MARIA de Patrum natura per peccatum vitiata duceret originem, præelecta tamen per Spiritum Sanctum, & præservata ad purum,* Deum nobis obtulit, & hominem, &c. Quid clarius pro hac materia dici potest, vel excogitari?

Item, Sermone 4. super Salve Regina, columnâ 1743. inquit: Tu ergo nasus Ecclesiæ similis es turri, celsa videlicet dignitate, firma gravitate. Turris es Libani; Libanus mons, qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam tuam; *innocens fuisti ab originalibus, & ab actualibus peccatis; nemo ita præter te.* Unde auctoritas August. Cùm de peccatis agitur, nullam de Beata Virgine volumus fieri mentionem, ex eo enim majorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere, & parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum, *ex omni, inquit, parte originalis, & ex parte actualis peccati;* eâ ergo solâ excepta, cæteri omnes quid dicere possunt, nisi quod ait Apostolus Ioannes: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Ego quoque pia fide opinor, *in utero Matris tuæ ab originalibus te absolutam peccatis;* nec vana est fides, nec opinio falsa; denique & rationes, & auctoritates inveniuntur ista stipulantes; & quidem ratio sic: Si alij in utero Matris fuerunt sanctificati, multò magis Mater Domini; sed Hieremias, & Joannes, alter sanctificatus, alter Spiritu Sancto repletus, in utero Matris leguntur; ergo & tu MARIA Genitrix Dei, quæ sola totam Spiritus Sancti gratiam possedisti, quam alij habuêre per partes, &c. Hæc Bernardus, ex quibus iterum constat, quod supra notavi, scilicet in generatione prolis plura esse, vel dici originalia peccata: videlicet concupiscentia parentum, inordinatus appetitus, delectatio sensualis, & alia hujusmodi, de quibus passim apud Theologos; ab his omnibus fuit purgata, purificata, & absoluta materia illa, ex qua formatum fuit corpus MARIÆ, & in hoc sensu verissimæ est sententia Bernardi. Ab aliis pro nunc supersedeo.

Item, epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses, *de Conceptione Sanctæ MARIÆ*, col. 1537. ubi plura disserit de sanctificatione in utero Matris suæ, à cujus explanatione totaliter supersedeo, quia multi mentem Bernardi interpretati sunt. Vide quæ diximus in Sole Veritatis ex Henrico de Hassia, Angelo Manrique, Bivario, & aliis, &c.

Item, citatur tom. 2. serm. 51. par. 3. ubi sic habet: Congruebat, ut illa, quæ placuit Altissimo ita, ut fieret illius Sponsa, & Mater unigeniti Filij sui, *sic esset Immaculata mente, sicut fuit intemerata carne,* &c. Sed in carne nec minimam habuit labem: ergo nec in mente debuit habere; aliàs Deus plus sollicitus esset de carne, & corpore, quàm de anima, & spiritu.

Item, aliqui citant Bernardum *in quodam Sermone de Conceptione Virginis MARIÆ*; sed cùm Bernardus in novissimis operibus habeat tres Sermones de Conceptione, in quibus nihil reperio, existimo solùm fuisse adductum ad comprobandam antiquitatem festivitatis.

BERNARDUS Colganus, Societatis JESU, jussus, ut concionaretur ad diem octavam Decemb. exanimis existens inter sacrificandum opem à Deo, ac Dei Matre petivit; at illi Angelus è cœlo veniens clausam schedulam dedisse fertur; gluxit Bernardus, & dixit, seipsum quoque mirificè supergressus. Ita Joannes Hadasius in suis Annalibus Marianis, num. 1045. fol. 494.

BERNARDUS Escuderus, Clericus, Presbyter Hispanus, cum omni sua schola fecit votum, seu juramentum *pro tuendo mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Impress. Matriti die 23. Martij 1653.

BERNARDUS Gallemart, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus habitis Insulis in Capitulo Provinciali die 16. Aprilis 1662. defendit *Virginem non contraxisse peccatum originale*, &c. Sub R. P. Melithone de Fontaine. Impress. Duaci eodem anno in charta expansa.

BERNARDUS de Leon Burgensis, Ordinis S. Norberti Hispanus, scripsit primam partem Opusculorum *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ Matris Dei*. Impress. in Monasterio de la Vid, anno 1626. in 4. & habet capita seu opuscula [illegible]. Item, edidit secundam partem eorundem Opusculorum *de purissima Conceptione Dominæ nostræ*, &c. Impress. ibidem. 1626. in 4. & habet capita [illegible] quæ brevitatis causa sigillatim non enumeramus.

BERNARDUS de Leon, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, adducitur pro sententia *de Immaculata Virginis Conceptione*, à R. P. Francisco Pistoia, in MARIA Triumphante, coronâ 2. capite 5. fol. 162. Sed quis fuerit Author iste, invenire non potui; fortè extitit æquivocatio cum antecedente.

BERNARDUS de Lizana, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Historia de Jucatan, Devocionario de nuestra Señora de Izmal, y Conquista espiritual, &c. cap. 3. sub hoc titulo: *De la solemnidad con que se celebra la fiesta de la limpia Concepcion*, que es la propria *de esta santa imagen*, y dela muchedumbre de gente, que de todas partes concurre, à folio 34. Lib. impress. anno 1635. in 8. Ubi de omnia miracula, quæ de hac devotissima imagine recensentur, & in prædicto libro sunt, debent numerari inter miracula Conceptionis.

BERNARDUS Lopez Susarte, Ordinis Cisterciensis Hispanus, in Tractatu sacro de Christo, & Ecclesia, Sermonarium, demonstratione 6. de electione Virg. Matris Dei; & demonstr. 16. Quomodò Virgo fuit formata, ut lux mundi; *plura de Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 26. usque 138.

Item, in indice concionatorio adducit Elenchum *pro Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1614. in 4.

BERNARDUS de Lucemburgo, Ordinis Prædicatorum Colonienſis, in Collationibus de quindecim virtutibus gloriosæ Virginis, collatione 1. de Innocentia ejus, inquit: Vę habitantibus in terra, væ triplicatum propter culpam originalem, actualem, & culpam omissionis. Item, propter triplex peccatum cogitationis scilicet, locutionis, & operationis. Item, propter peccatum in Deum, in se, & proximum, à quibus omnibus re ipsâ libera fuit & immunis: *unde innocentia ut hîc sumitur.*

rur, est immunitas ab omni culpa. Augustinus: Innocentia est, ubi integritas est sine peccato. Et Ambrosius in Exameron: In primis parentibus apparuit, quando ante peccatum habuerunt innocentiæ statum, quem perdiderunt transgrediendo præceptum, & sic non solùm sibi, sed toti posteritati intulerunt nocumentum, quia omnes ex eis naturaliter propagati, & propagandi nascuntur filij iræ secundùm Apostolum; cum carentia innocentiæ & privatione originalis justitiæ: unde dicitur Exodi 34. Dominator Domine Deus nullus apud te per se innocens est. Dicitur notanter per se, scilicet sine adjutorio baptismatis gratiæ, per quam innocentia in Adam perdita restituitur, & sine pœnitentiali gratia, per quam baptismatis innocentia actuali peccato ablata redit. Nullus præter Christum, *& ejus Matrem ab omni culpa innocens fuisse traditur, &c.* Impress. Coloniæ 1517. in 4.

BERNARDUS, Montis Alvani Episcopus, retulit anno Domini 1436. die Sabbathi 21. Aprilis in Concilio Basilienſi, quando priùs fuit facta allegatio publicè *de materia Immaculatæ Conceptionis*; qualiter eo equitante super pontem fluvij, qui est circa Civitatem Ebredunensem, & oppidum S. Crispini, ipse pons erat ruptus in medio, & à loco super flumen ubi erat maius periculum habens magnum foramen, & eo inadvertente, equus quo equitabat transiens ex illa parte, ubi pons erat ruptus, posuit duos pedes anteriores super dictum foramen vacuum; cùmque rueret præceps in aquam, & iam caput equi esset quasi infra pontem concluſum, pavore magno invocavit Beatissimam Virginem Mariam in auxilium suum, *vovens celebrare annuatim festum de sua Conceptione*, & nesciebat referre qualiter exivit, sed statim absque læsione aliqua, & equi, vidit se positum in securo ab altera parte foraminis; unde ex tunc maiori semper cum devotione continuavit celebritatem dictæ solemnitatis. Ita Jacob. de Voragine, in Lombard. Histor. & Eusebius, fol. 298.

BERNARDUS de Nieva, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in summario Manuali informationis Christianæ conscientiæ, excommunicatione 77. *Contra los que afirman caer en heregia ô en pecado mortal los que tienen, que la bienaventurada Virgen N. Señora fue preservada de peccado original, ô los que tienen la contraria opinion* &c. Et infra in explicatione hujus tituli, inquit: Esta censura es universal quanto â las personas comprendiendo â tres obras, que son la primera: osar afirmar, que los que creen ô tienen que la Virgen Nuestra Señora Madre de Dios fue preservada en su Conception de macula de peccado original, son por eso inficiodados con alguna mancilla de heregia, ô que pecan mortalmente, ô que los que celebran el oficio de la Concepcion, ô los que oyen los Sermones de los que afirman aver sido concebida sin tal macula incurren obligacion de algun pecado. La segunda leer ô tener por verdaderos los libros, que estas tales afirmaciones cõtienen, despues de tener noticia de lo contenido en esta Extravagante. La tercera osar afirmar, que los que tienen la contraria opinion, es à saber, aver sido con pecado original concebida la gloriosa Virgen Nuestra Señora incurran crimen de heregia ô pecado mortal, &c. Lib impress. Metinæ à Campo 1556. in 4.

BERNARDUS Ollerius, vel Bernardinus Oliensis, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis Maioricensis, qui floruit ad annum 1330. scripsit librum unum *de Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ.* Ita Marrac. in Catalogo, & in Biblioth. ex Paradiso Carmelitarum, Taxand. & Lucius, & Leon, Pistoia fol. 155. Gesnerus, fol. 118.

BERNARDUS de Pedrera, Hispanus Poëta, scripsit Cantionem in certamine Granatensi, *pro Immaculata Conceptione B. Virginis.* Impress. cum aliis fol. 243.

BERNARDUS Puiol, Perpinianensis Canonicus Elnen. Hispanus, libro de Sacro adorationis cultu, &c. disput. 2. sect. 6 Assert. 6. folio 177. *Quòd sanctitas eximia Virginis MARIÆ excedit omnes perfectiones, quæ in puris creaturis reperiri possunt, & est major tam ratione gratiæ, quàm maternitatis,* &c. Lib. impress. Perpiniani 1608. in 8.

BERNARDUS Roberti à Crypta Minervæ, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Virginis Conceptione* scripsit Itinerarium ad palmam Virgineam; de divinali Conceptione in mente divina, Ramusculum unum, fol. 1.

Item, *de figurali Virginis Conceptione* in mente Prophetarum, Ramusculum alterum, fol. 6.

Item, de corporali Virginis *Conceptione* in utero Matris Annæ, Ramusculum alterum, fol. 21.

Item, de purissimo hospitio Virginis, dum adhuc parvula hospitaretur *in utero Matris suæ Annæ*, Ramusculum alterum, fol. 29. Quæ omnia reperies in lib. Itinerarium animæ ad palmam Virgineam, à folio 1. usque 35. Impress. Neapoli 1647. in fol.

BERNARDUS de Sandoval, & Rojas, Supremus, ac Generalis Fidei Quæsitor, ac postea Cardinalis Toletanus, cùm Hispali typis mandarentur ad annum 1615. Assertiones contra præservationem Virginis Mariæ à peccato originali, in quibus absque ullo pudore & reverentia dicebatur, Beatissimam Virginem maculæ originali obnoxiam, imò spurcatam fuisse; prohibuit, ac interdixit facultate negata, ne unquam publicè defenderentur; de quibus nos habemus publicum instrumentum. Vide etiam Velazquez, libro 3. de Maria Immaculatè Concepta, dissert. 3. annotatione 3. fol. 292.

Item, cùm Fratres Ordinis Minorum Toleti, ad ann. 1616. haberent Assertiones prælo mandatas, in quibus sequens continebatur propositio, seu concluſio: *Beata Virgo MARIA non contraxit debitum peccati originalis*; & ab Adversarijs delata fuisset ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, post diligentissimum propositionis examen semel, & iterùm factum, præcepit atque declaravit, nihil esse, quod impediret quominùs prædicta doctrina typis excusa defenderetur, & Toleti prædictas Assertiones tueri liceret, &c. Vide rem latè apud P. Salazarium, Granados, & Velazquez ubi supra, fol. 290.

Item, huic possunt adscribi omnia, quæ habentur in libro Sacrarij Toletanæ Ecclesiæ, *de Immaculata Virginis Conceptione*; etenim ejus devotione, ac iussu acta, & edita fuerunt, ut ibidem dicitur. Lib. impress. Matriti 1617. in 4.

Item, cùm esset Episcopus Pampilonensis, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, lib. 2. de Ferijs, cap. 1. ad diem 8. Decembris, *festivitas Conceptionis Dominæ nostræ.* Lib. impress. Pampilonæ 1591. in fol.

Item, cùm esset Archiepiscopus Toletanus, in Synodalibus Constitutionibus, constitit. 1. fol. 27. præcepit, ut observaretur festum *Conceptionis Dominæ*

nostræ Virginis MARIÆ, ut refertur in libro impress. Toleti. ann. 1601. in fol.

Item, approbavit, & edi curavit Breviarium, in quo fol. 117. extat officium *de festo Conceptionis Virginis* duplex maius. Impress. Matriti 1593. in 4. & Antuerpiæ 1616. in 4. regali.

BERNARDUS de Sandoual, & Rojas, Archidiaconus Talaverensis Hispanus, scripsit Sermonem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, & incipit: Dos grandes, &c. Impress. cum alijs in lib. Sacrarij Toletani, Matriti 1617. in 4. à fol. 1. usque 10.

BERNARDUS de Santander, & Barcenilla Hispanus, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, edidit Mariale de Sacratissimæ Virginis Mariæ festivitatibus, in quo adducit Sermones *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Josephus Pintre eiusdem Ordinis, in quadam relatione, & in suo opusculo de Conceptione Virginis Mariæ, de quo suo loco: invenire tamen non potui, quando iste scripserit; sicque fides sit apud suum Chronologum.

BERNARDUS, vel BERTRANDUS Stephanus, Ordinis Carmelitarum, natione Gallus, qui floruit circa annum Domini 1500. scripsit librum unum *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*. Ita Hippol. Marrac. in Catalogo Mariano manuscripto, pro mysterio Immaculatæ Conceptionis, de quo sæpe in hoc opere mentionem facimus; & in sua Biblioth. folio 234. ex Augustino Biscareto, Pistoia folio 155. in nullo tamen alio prædicti Auctoris notitiam invenio.

BERNARDUS Toletanus Archiepiscopus Hispanus, qui vixit Alphonsi VI. Castellæ Regis tempore, ad annum 1037. erat Beatæ Virgini devotissimus, is faciebat celebrari festum eiusdem Dominæ cum magna devotione, & fecit celebrari devotiùs *festum Immaculatæ Conceptionis ejus*, quod prædicavit in Hispania S. Iacobus, & incepit ab Apostolis in Concilio decernentibus, &c. Ita Julianus Perez in Chronicon. Lib. impress. à Domino Laurentio de Prado, Parisijs anno 1628. num. 697. Vide Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè Concepta, dissert. 1. annot. 1. n. 10. fol. 311. Euseb. in lib. Excep. fol. 471. Marrac. in Antist. fol. 91. Joannes à S. M. in supplici libello.

BERNARDUS de Toro, Canonicus Hispalensis, scripsit Epistolam, *circa institutionem militaris Religionis Immaculatæ Conceptionis, &c.* ubi plura de militia, & mysterio Conceptionis scripta ex Curia Romana die 8. Februarij, anni 1624. Impress. Matriti in folio; extat eum altera Matthæi Vazquez, cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & hac inscriptione: In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

Item, edidit Relationem sub hoc titulo: Verdadedera, legal y puntual Relacion del favor, origen, y principios que huuo de la devocion, que en estos tiempos se ha excitado, no solo en los Reynos de Espaňa, pero en los de las Indias Orientales, y Occidentales, Reynos de Italia, y otras partes, cerca de la Devocion, *de la purissima Concepcion de la Virgen nuestra Señora, concebida sin Mancha de pecado original*; quam habeo apud me manuscr. in folio, & incipit: En varios tiempos.

Item, cùm esset Romæ, recollegit varia monumenta, & singularissima manuscripta *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, de quibus sæpe agit Hippol. Marrac. in suis opusculis, & aliqua extant apud R. P. Thomam de Leon, Societatis Jesu, Granatæ.

BERNARDUS Torrentis, Tarraconensis Hispanus, scripsit Carmina in laudem Virginis Dei Matris Mariæ, in quibus hæc habet:

Hic te primorum reprobet pia Virgo parentum
Crimine, quem mira Lullius arte dedit,
Multi te veterum maculârunt crimine Patrum
Iustitia natos commaculante alios,
Sed te servavit magni fabricator Olympi,
Cum Genitrix esses alma Futura Dei, &c.

Sic in libro de Conceptu Virginali Raymundi Lullij, folio ultimo. Lib. impress. Valentiæ anno 1518. in 4.

BERNARDUS de Vargas, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, agit de quodam venerabili Religioso, ac sanctæ vitæ, qui in hora mortis deprecatus est, ut dicerentur sibi tres Missæ; prima de Sanctissimo Sacramento; secunda *de Immaculata gloriosissimæ Virginis MARIÆ Conceptione*; tertia de Requiem. In tom. 2. suæ Chronicæ. Impress. Panormi 1622. in fol. capite 78. fol. 450.

Item, ibidem tom. 1. lib. 2. cap. 33. agit de revelatione venerabilis Fratris Carmeli, de quo sic dicit: O Patres, & Fratres mei, quàm bonum & meritorium opus est Virgini Mariæ deservire! quàm gratissima, simulq; pulcherrima est, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur! *Tota es pulchra, & macula non est in te, &c.*

Item, lib. 1. cap. 15. pag. 36. loquens de S. Petro Nolasco, inquit: Quæ inter alia mihi dixit, voluntatem sacratissimi sui Filij, & suam esse, ut in hac nostra Civitate Ordo ilico fundaretur, qui operi redemptionis, quod optamus, assiduè incumberet *cujus Fratres in honorem suæ sacratissimæ puritatis*, vestes omninò albas, cum signo Crucis in pectore semper, & ubique gestent, &c. Quòd autem hæc puritas fuerit Immaculatæ Conceptionis Virginalis, constat ex. P. Saauedra, libro de Sacra Deipara, disp. 16. sect. 14. fol. 349. numero 953.

BERNARDUS N. in Resolutionibus Theologicis, tract. 15. artic. 3. pag. 370. & 380. agit latè *de mysterio Immaculatæ Conceptionis*, quem sæpe citat, & adducit Anton. Fuertes Biota in suo voto, fol. 12. 71. & 73. Nota hoc Lector, pro Bernardo Stephano, Ordinis Carmelitarum Gallo, qui scripsit librum unum de *Conceptione Immaculata B. Virginis*, de quo mentionem facit Marrac. in Bibliotheca, fol. 234. ex Augustino Biscareto, & Pistoia.

BERTRANDUS à Sancto Dionysio, sive Magister Adam in Monasterio S. Victoris Parisiensis, habet Sermones manuscriptos n. 631. fol. 149. & cum eis extat Anonymus quidam Sermo de Assumpt. sub themate: Ducta est Esther ad cubiculum Regis Assueri; & explicans illud: Ave gratiâ plena, inquit: Primò obtulit ei officiosam Salutationem, cùm dicit Ave, ideſt, *sine væ culpæ originali*, sine culpæ actualis, sine væ, id est culpæ venialis, & maximè hoc post Filij Dei Conceptionem. Unde dicitur in Cant. 4. cap. Tota pulchra es amica mea, *quia purificata es ab originali peccato in uterina sanctificatione*. Tota pulchra, quia immunis ab omni culpa mortali, & sequitur: & macula, scilicet culpæ venialis, non est in te, &c.

BERTRANDUS Fortin, Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis, in libro: Precationes piæ ac devotæ, in præcipua totius anni festa, &c. folio 155. adducit Orationes, sive Meditationes in solemnita-

nitatibus B. Dei Genitricis MARIÆ, & primò *die festo Conceptionis ejusdem*, ubi latè agit de præservatione à peccato originali in quatuor Orationibus, usque ad fol. 160. Lib. impress. Parisijs anno 1570. in 16.

BLASIUS Ascensius, Hispanus Poëta, scripsit ad annum 1486. aliqua Poëmata Hispanica *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis B. Virginis*, quæ extant apud Ferran. Diaz.

BLASIUS Caballeros de Cabrera, Hispanus, edi curavit Sermones fratris sui Joannis Caballeros de Cabrera, Canonici Limensis, ubi in principio sunt Sermones duo *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, à fol. 1. usque 25. Lib. impress. Matriti 1649 in 4.

BLASIUS de Castro, Regius Concionator Societatis Jesu Hispanus, edidit Sermonem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 19.

BLASIUS Cialdinus, Canonicus Regularis S. Salvatoris, Italus, traduxit Italicè omnia, quæ *de Immaculata Virginis Conceptione* scripserat R. P. Placidus Mirtus Frangipane, & sunt octo discursus sub titulo: Il Triompho della Vergine nostra Sign. &c. Lib. impress. Venetijs 1636. in 4. Nota tamen, quòd illa verba, quæ extant in titulo à Frangipane edito, scilicet: Que publica y declara los de su limpia Concepcion, quæ sunt verba essentialia, immo assumptum totius libri, desunt in hac Italica impressione, & hoc meo judicio ortum habuit à Censore librorum Venetiarum, quod & sæpe contigisse, notabo in hoc Opere.

BLASIUS à S. Gregorio, Ordinis Minorum Italus, in descriptione Provinciæ Principatûs, inquit: Ecclesia nostri Conventûs, in Civitate Campaneæ, est *sub titulo sanctissimæ Conceptionis, in cujus majori altari, magnificè est accommodata statua ipsius*, &c. Item, in Conventu S. Nicolai Salerni, est situata Capella *Sanctissimæ Conceptionis Beatæ MARIÆ, cum statua ipsius*, &c. Item, in Conventu S. Francisci Majoris, est magnifica Capella *Sanctissimæ Conceptionis*; similiter in Conventu Surni, & Altavilæ. Item, in Conventu S. Francisci Cavæ, in altari majori, est accòmodata statua miræ pulchritudinis *Sanctiss. Conceptionis*: similiter in Conventu Pollç, Vatollæ, & Pali, &c. Item, in Conventu Neapolis, est altare privatum *Sanctissimæ Conceptionis*: similiter in Conventu Padulæ, Dianæ, S. Angeli, Arceni, Montis corvini, Cetoriæ, Tramontis, & Montis aurei, sunt altaria particularia *Sanctissimæ Conceptionis*; in Conventu verò Toy, noviter est erectum altare *cum statua sculpta Sanctissimæ Conceptionis* admirandæ pulchritudinis, & devotionis, &c. Item, in Arbore prædictæ Provinciæ affirmat, quòd in ea sunt Ecclesia *Conceptionis* una, Capellæ quatuor, & altaria quindecim.

BLASIUS de Guiza, Ordinis Minorum Hispanus, in Relatione nova, & vera locorum Terræ Sanctæ, in tract. de Processionibus, quæ fiunt in Ecclesia S. Sepulchri quotidiè, folio 103. & fol. 107. adducit Antiphonam illam: Tota pulchra es MARIA, &c. Vers. *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.* Oratio. *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c.* Lib. impress. Matriti 1622. in 8.

BLASIUS Ortiz, Doctor Hispanus in libro cui titulus est: Summi Templi Toletani graphica descriptio fol. 146. num. 38. *de Confraternitate titulo Conceptionis Virgineæ.* Lib. impress. Toleti anno 1549. in 8. ibidemque agit de alijs Monasterijs sub hoc titulo.

BLASIUS Viegas Eborensis, Societatis Jesu Hispanus, in Apocalypsim, ait: *Quòd Virgo MARIA nulla unquam ex parte serpenti antiquo subjecta fuit, utpote ab omni peccati labe prorsus immunis: & quòd in eo caput serpentis contriverit, quòd peccatum originis non contraxerit, quòd caput serpentis dicitur, quia ex eo peccato serpens vires omnes suas expromit tanquam ex capite, & radice cæterorum*, cap. 12. sect. 4. n. 3. fol. 620. Lib. impress. Lugduni 1602. in 4. regali. Vide ibi alia de palma, & victoria à Virgine reportata de antiquo serpente.

BONAVENTURA Baronius, Ordinis Minorum Hibernus, in suis Metris, fol. 47. *agit de mysterio Immaculatæ Conceptionis, à Scoto propugnato.* Lib. Impress. Romæ 1645. in 12.

Item, *Elegiam unam de Conceptione B. Virginis MARIÆ.* Impress. Romæ 1646. in 12.

BONAVENTURA à Balneo-Regio, Episcopus Albanensis, S. R. E. Cardinalis, Sanctus, ac Ecclesiæ Seraphicus Doctor, Ordinis Minorum, Eustachius Fidança communiter dictus, in 3. tom. suorum operum, Ser. 1 de Virg. MARIA, ac de cœlo, ait: Domina fuit virtutum, *uniformiter semper motum*, & cœlum stelliferum per omnium donorum, & gratiarum Dei copiositatem, &c. Si motus MARIÆ fuit semper uniformis: ergo nunquam deformis; esset autem deformis, si concepta esset in peccato originali, &c.

Item, ibi: Domina N. tota fuit purissima, omnî carens penitus macula, tam in corpore, quàm in anima; unde ipsi soli convenit illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Non solùm ait, pulchra es, in quo notat eam omnem pulchritudinem habuisse hominis, sed addit; & macula non est in te; in quo notat, *eam nullam maculam admisisse*, ut sic fuerit summè pulchra per omnis boni præsentiam, & fuerit absque macula per omnis mali absentiam, &c. Hæc verba expressa videntur pro Immaculata Virginis Conceptione.

Item, in Sermone 2. de eadem B. Virgine, sic inquit: Domina nostra fuit plena gratiâ prævenientе in sua sanctificatione, gratiâ scilicet præseruativâ contra fœditatem originalis culpę, quam contraxisset ex corruptione naturę, nisi speciali gratiæ præservata, præventaque fuisset; *solus enim filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo.* Credendum est enim, quòd novo sanctificationis genere in ejus Conceptionis primordio Spiritus Sanctus eam à peccato originali, non quod infuit, sed quod infuisset, redemit, atque singulari gratia præservavit, &c. Quòd autem Sermo iste fuerit S. Bonaventuræ, latè probavi in Sole veritatis, & constat ex antiquo originali. Impress. Casileæ anno 1602. in 4. fol. 70. colum. 4. ad finem. Ex quo constat, quòd mutauit sententiam à se scriptam in 3. sententiarum, distinct. 3. Vide Wadding. & Hippol. Marrac. in Purpura Mar. fol. 76.

Item, tomo 6. folio 240. in opere de Contemplatione, per singulas Hebdomadæ ferias distributo, in meditatione Feriæ 2. ad Nonam, columnâ 2. litt. E. sic inquit: Jesus promotor providus Maternæ dignitatis, &c. Tres fructus attende, *MARIÆ mirabilem Conceptionem absque inquinatione*; puellæ mirabilem educationem, in Templum oblationem, &c. Si igitur Conceptio MARIÆ fuit absque in-

quinatione;igitur absque originali peccato;nulla enim alia inquinatio est in conceptu fœtûs; imò etiam videtur relegare omnem inquinationem Patris,ac Matris in actu conjugali, scilicet libidinis,concupiscentiæ, &c. Omnia hæc invenies in impressione Romana 1589. & Moguntina, anno 1609. in fol. & sparsim alibi sæpe.

Item,in Speculo Beatæ Mariæ Virginis, lect. 1. fol.430.inquit: Quàm purissima propter cæretiam culpæ fuerit Maria bene innuitur, cùm dicitur Ave,*quæ ab omni væ culpæ immunissima fuit*;sic utique Matrem Dei decuit, Anselmo teste,qui ait:Decebat, ut hominis illius Conceptio de Matre purissima fieret;ut ea puritate, quâ maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium,quem de corde suo æqualem sibi genuit,&c.Nota illam universalem *ab omni*, & superlativam particulam *immunissima*,quæ verificari non possent,si contraxisset originale.

Item,lectione 2. sub hoc titulo:Quòd Beatissima Virgo Maria libera fuit *à triplici væ miseriæ originalis*, & à triplici væ pœnæ gehennalis, secundam partem probat latè;& inter alia dicit:Sed heu non solùm inest nascentibus væ infirmitatis,& miseriæ adultos ad peccatum inclinantis,sed etiam væ fœditatis,& culpæ, parvulos ad iram obligantis, de qua Apost. ait: Omnes nascimur filij iræ: O quàm immunis ab isto væ nascentium fuit sanctissima Nativitas Mariæ,quę non solùm ab originali culpa; sed etiam à fomitis miseria, in quantum ad peccandum ductivus erat,sic liberata creditur per sanctificationem in utero, ut nunquam ad peccatũ inclinata fuerit in hoc mundo, &c. Hucusque S. Bonaventura, & existimo hanc auctoritatẽ esse expressam pro immunitate Virginis, quia si Maria fuit immunis ab illo væ nascentium fœditatis, & culpæ parvulos ad iram obligantis, & hæc fœditas, &culpa in parvulo est solùm originalis macula:ergo ab ista,secundùm Sanctum Bonaventuram, fuit immunis.Item,quia si distinguit culpam originalem à fomitis miseria, & ab hac fuit libera in sua Nativitate, quia sanctificata fuit in utero à peccato originali, hoc factum fuit in primo instanti Conceptionis, aliàs non esset rectus Sancti Bonaventuræ discursus; nam si nunquam fuit inclinata ad peccatum in hoc mundo,& concepta fuisset in originali, pro illo tunc, & sequenti momenta temporis,necessariò esset inclinata ad peccatum originale; & non esset fomes; vel si esset fomes,non esset inclinativus ad peccandum,quod est contra naturam fomitis;igitur secundùm Sanctum Bonaventuram, Maria in sua Conceptione nec fomitem,nec peccatum originale habuit.

Item, lectione 5.ait: Ideò meritò apud Deum gratiam invenit,*veram utique & puram, nullâ adulterinâ mixturâ vitiatam*,&c.igitur non habuit mixturam,neque vitium peccati originalis.

Item,tomo septimo, parte tertia de Ecclesiastica Hierarchia,parte quarta, capite septimo,fol. 271. inquit: Cœli itaque puritatem in se habere debuit Maria,de cujus mundissimis particulis,illa purissima caro Verbi cœlestis unibilis est assumpta;cœlo igitur cœlica Virgo comparatur, quia cœlo nihil purius, nihil sublimius, nihil pulchrius,nihil utilius,nihil communius,nihil velocius, nihil perfectius,nihil durabilius inter corpora visibilia invenitur. Cælo igitur nihil est purius,& hoc propter naturæ suę transparentiam,& diaphanitatẽ;& hoc gloriosissimæ Virg. convenit,*propter omnimodam ejus munditiam,& castitatem;nam per sanctificationis gratiam in utero materno extitit ab omni originalis culpæ fœditate depurata*,& ad susceptionem Verbi vitæ,antequam nascereturdisposita, & præordinata, juxta illud Psalmi:Parata est sedes tua ex tunc,&c. Hæc S. Bonaventura. Et non te terreat,Lector,verbum sanctificationis,aut depurationis,nam Primò fatetur omnimodam eius munditiam,non autem esset omnimoda,si contraxisset peccatum originale.Secundò distinguit munditiam à castitate,non à Virginitate, quia loquitur de mũditia,& castitate parentum in eiusgenerationę;nam eorum concupiscentiam, vel libidinis ardorẽ vocat Bonaventura fœditatem originalis culpæ, quę fuit depurata in Virginis Concept. Tertiò,quia non dixit,ex utero materno exijt, sed in utero materno extitit:unde nulla existentia potest assignari Mariæ in utero materno,in qua non fuerit ab omni originalis culpę fœditate depurata.Quartò,&ultimò ex illa universali, *ab omni* originalis culpæ fœditate; antiqui enim Doctores (ut alibi sæpe notavimus) quamplures constituebant originalis culpę fœditates in carne,ex quibus anima contrahebat culpam,& peccatum:ab omni ergo originalis culpæ fœditate depurata fuit caro Virginis in utero materno, ut sic disposita, & præordinata esset abinitio ad susceptionem Verbi.

Item,infrà: Nam quæ ab æterno prælecta est, & prædestinata in Dei scientia,ut ad tantam gloriam assumeretur, *in materno utero ab Spiritu Sancto præventa est,& sanctificata*; ut in tempore à Patre luminũ præfixo Mater Dei fieri mereretur,sicut dicitur in Proverbijs: Ab æterno ordinata sum, & antequam terra fieret.Et in Ecclesiast. Abinitio,& ante sęcula creata sum,id est,quodam privilegiato modo creari prævisa,&c. Si in materno utero Maria fuit ab Spiritu Sancto præventa,&sanctificata:ergo sine originali;aliàs,quomodò diceretur præventa? quid enim est prævenire, nisi anteà venire? non enim antea veniisset,nec prævenisset Spiritus Sanctus, si peccatum originale præoccupasset locum. Itidẽ, quomodò fuisset privilegiato modo creata, si à peccato pręoccupata? Dices,quia hoc fuit privilegiũ,scilicet eius sanctificatio post lapsum.Sed contra,quia tunc non diceretur privilegium creationis, sed nativitatis. Si prævisum fuit ab æterno, quòd privilegiato modo Maria crearetur:ergo in ipsa creatione debemus assignare privilegium; & hoc non potest esse,nisi crearetur immunis à peccato;nam Joannes Baptista,non potest dici privilegiato modo creatus, licèt fuerit sanctificatus in utero,sed solùm privilegiato modo natus.

Item,infrà sic inquit: Hæc omnia de his sedibus dicta, puritati conveniunt Virginali, *quia pura fuit in utero*, purior in mundo, purissima hæc rutilat in cœlo,&c.Nota ascensum,pura,purior,&purissima, quæ verificari non poterant, si in primo instanti suæ animationis non esset pura,quia hæc tria comprehendunt principium, medium, & finem, existentiæ,vitæ,& mortis.

Item,infra: Ego quasi Libanus non incisus evaporavi,& sicut balsamus non mixtus odor meus: Libanus fuit per innocentiam, non incisus *per peccandi impotentiam*, & ideò evaporavit odorem balsamo impermixto suaviorem. Nam tota massa in Adam corruptioni fomitis est admixta: & sic per consequens adulterata. *Virginis corpusculum ab*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hac corruptela est per gratiam liberatum, & ideò effudit odorem suavissimum, tanquam balsamum impermixtum, &c. Vide, & nota Lector, quomodò Sanctus Doctor loquatur de corpusculo, & fomite; nam ex igne concupiscentiæ parentum manet in corpusculo genito fomes, ex isto fomite oriebatur corruptio in corpore, & macula in anima, ut loquebantur Doctores antiqui; ab hac igitur corruptela massæ, seu carnis Adami, fuit liberatum corpusculum Mariæ, & sic fuit balsamum impermixtum, vel non adulteratum per fomitem in corpore, & ideò nunquam corruptum, &c. nec per culpam in anima, & sic semper Immaculata.

Denique concludit S. Doctor: Aurora siquidem finis est noctis; & principium diei subsequentis, & indicium Solis iam in proximo orientis, *sic MARIA in suo ortu fuit quasi finis, & consummatio culpæ originalis*, & evacuatio omnis tenebræ spiritualis, &c. Et in Osee: Quasi diluculum præparatus est egressus ejus; dicitur ergo Virgo esse quasi Aurora consurgens per gratiam *ipsam sanctificantem, à corruptione spiritualis, & corporalis culpæ se erigens, quia non iacuit inclinata ex toto ad culpam originalem, sicut iacent non renati, nec sedit partim erecta, partim prostrata habens pronitatem concupiscentiæ, sicut habent baptizati*; sed dicitur, consurgens, id est, ex toto ad cœlestia se erigens, & extendens, quia nullũ in ipsa remansit inclinativũ, vel motivum ad peccandum, &c. Nota, ô Lector primò, quòd in Maria fuit consumatio culpæ originalis, non autem esset consumata in ea, si ipsam contraxisset; si enim in ortu Mariæ fuit finis culpæ originalis, quomodò in ipso ortu habuit culpam? Secundò nota, quòd S. Doctor constituit duplicem sanctificationem, scilicet à corruptione spirituali, & à corporali culpa (hoc meliùs intelliges transmutatis terminis, scilicet à corruptione corporali, & spirituali culpâ) nec unam, nec alteram habuit in suo ortu Maria, quia non habuit culpam originalem, quam habent non renati per Baptismum, nec habuit pronitatem concupiscentiæ, sicut habent iam renati, & baptizati; ergo Maria in utero, seu ortu suo sanctificata fuit à corporali, & spirituali culpâ. Hæc sunt omnia, quæ inveniuntur in operibus S. Bonaventuræ circà sanctificationem Virginis, ex quibus meo judicio evidenter patet, quomodò S. Doctor locutus fuerit in 3. sentent. ut Doctor Parisiensis; in alijs verò suis operibus, ut Ecclesiæ Doctor, ac Ordinis Seraphici decus, & gloria.

Item tom. 6. par. 2. in Psalterio minori B. Mariæ Virginis, à fol. 473. hæc habet sparsim:

Ave Virgo vena munda,
Ave Virgo flos de spina,
Ave Virgo par argento,
Quæ pudoris detrimento
Igne mundi non arsisti,
Quàm illæsa permansisti!
Ave Templum impollutum,
Cujus mundo cor exutum
Nullâ unquam sæculari
Lue quievit inquinari, &c.

Item, in cursu de compassione B. Virginis, inquit Bonaventura: *Mater carens contagio, dulci privatur Filio*, &c. Quomodò enim, inquit Hippol. Marrac. & optimè, Beata Virgo absolutè diceretur à Bonaventurâ caruisse contagio, si contagio originalis maculæ fuisset infecta?

Item, in laude B. Virginis: *Tu decus excellentiæ tu lux carens fuligine culpæ, tu splendor gloriæ, mundum decorans lumine, &c.* Si enim B. Virgo appellatur lux fuligine carens: ergo fuligine culpæ originalis non fuit obscurata.

Item, denique in Psalterio minori B. Virginis, sic inquit Bonaventura: Ave Virgo recti cordis, nec ullius *unquam sordis inquinata fœditate*, dono prolis illibatæ; Ave Virgo *rugâ carens*, da intacta Dei parens, ut laus tua cum dulcore, meo semper sit in ore. Ave parens *absque nævo*, ad te cor, & vultum levo, ut me quoque consoleris, quæ cunctorum misereris, &c. Tres clausulæ hic signatæ indicant omnimodam puritatem Mariæ; nam si nunquam fuit sordis inquinata fœditate, & rugâ caruit, & fuit absque nævo: ergo absque macula peccati originalis, nam ex affirmativa volunt semper, & ubique Aduersarij deducere maculam originalem; ex negativa deducetur contrarium.

Item, in vetustissimo codice Sermonum de Sanctis, ante centum triginta annos excusum, Serm. de Annuntiatione, inquit: *O quàm ergo gloriosa est Domina, quæ culpâ caruit, universaliter intellige, & de actuali, & de originali, &c.* Ita Lucas Wadd. in opusculo de Morte Virginis Mariæ, fol. 139. Vide Dazam, lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 41. à tergo, ubi affirmat, quòd liber prædictus, erat in Conventu Sancti Stephani de los Olmos, Provinciæ Burgensis.

BONAVENTURA Belluto, Catanensis Ordinis Minorum, in disp. de Incarnatione fol. 272. art. 2. *An Virgo fuerit immunis à peccato originali, & à debito etiam illud contrahendi?* partem affirmativam tenet. Vide ibi latè totum lib. impress. Catanæ anno 1645. in fol.

BONAVENTURA Blanchi, Cotignolanus Italus, in suo Quadragesimali, ad finem adducit Sermonem communem *de Præsentatione, puritate, id est, Conceptione, Annuntiatione, & festo Nativis Dominæ MARIÆ.* Bononiæ 1534. in 4.

BONAVENTURA à Calatagirone, Ordinis Minorum Generalis Minister Italus, in Constitutionibus à se editis præcepit, *ut in festo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, semperque Virginis MARIÆ proprium ejus officium, nempe: Sicut lilium inter spinas, &c. ad formam tamen novi Breviarij redactum ex concessione Sixti V. Summi Pontificis ubique recitetur, ac ejus octava quoque omnino celebretur*, cap. 3. fol. 46. Impress. Venetijs 1558. in 4.

BONAVENTURA Claverus, Ordinis Minorum Neapolitanus, & Episcopus Potentiæ, *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis*, Opuscula. De quo latè Hippolyt. Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 240. Pistoia, fol. 158. num. 72.

BONAVENTURA Dernoye, Ordinis Minorum Belga, in lib. Medulla Evangelij per Christum dictata S. Francisco, in sua Seraphica Regula exposita moraliter, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, indicem copiosum. Lib. impress. Antuerpiæ 1647. in fol.

Item, in libro dicto: Recollections, ou conversation familiere de l'ame avec la glorieuse Vierge Marie, &c. fol. 3. Recollectio 1. *De præservatione sanctissimæ Virginis contra peccatum originale in sua Conceptione*, agit latè. Brugis 1637. in 8.

BONAVENTURA Fassanus, Ordinis Minorum Italus, in descriptione Prouinciæ Sancti Nicolai, refert, quod in Conventu Sanctæ Mariæ veteris Civitatis Andræ, *est Capella & Altare Immaculatæ*

culatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ex indulto Gregorij Papæ XIII. privilegiatum in perpetuum: ibique etiam est Confraternitas Immaculatæ Conceptionis erecta an. 1605. in qua quolibet anno maritantur duæ puellæ Virgines.

Item, in Conventu Cathaldi Corati, extat *imago Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quæ innumeris coruscat miraculis, de quibus promittit librum integrum se editurum.

Item, quòd in Conventu S. Antonij Abbatis Fassani, est *Capella, & Confraternitas Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ.*

Item, dicit in Conventu S. Bernardini Melfitti, extare *Capellam, & Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.*

Item, in Conventu S. Mariæ de Gratia, seu S. Rochi, *est etiam Confraternitas Immaculatæ Conceptionis Virginis* Mariæ.

Item de Civitate Minerbini, num. 52. inquit: Pro hujus Monasterij fundatione testavit quondam Elisabeth de Rogerijs, Civitatis prædictæ an. 1585. ut ex sua domo, omnibusque mobilibus Monasterium Monialium Clarissarum, *sub titulo Immaculatæ Conceptionis* intra eamdem Civitatem construeretur; inceptum à Joanne Vincentio de Michaelis, Episcopo Minerbinen. ad culmen perfectionis attingere non potuit; unde post multos annos, ex devotione excellentissimus Martius Pignatellus ejusdem Civitatis Princeps, Marchio Spinozolæ, & Sabelli Dominus temporalis, ad perfectam structuram propriis sumptibus reduci curavit, imo & dotavit, &c. Vide alia ibi de hoc Monasterio, num. 94. omnia ex supra dicta relatione.

BONAVENTURA Gonzaga, Ordinis Minorum Italus, super cant. Magnificat, tenet *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, ut refert Antonius Daza, tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 48. sed fortè erit in alio tract. quia hunc ego legi, & nihil inveni.

BONAVENTURA Eremita, id est, Ordinis S. Augustini, alijs S. Bonaventura, Ordinis Minorum, scripsit *pro Immaculata Virgine absque peccato originali concepta*, teste Dan. Agricola, in cor. DD. pro Conceptione, verbo Eremitæ, fol. 175.

BONAVENTURA Marentus, Ordinis Minorum Brixianus Italus, quæstionem de Immaculata Conceptione Doctoris Petri Tartareti, marginibus illustravit, in quibus est quæstio, & marginalis nota *pro eadem Immaculata Conceptione*, ut videre est in lib. Venetijs impress. 1583. in fol. & 1607.

BONAVENTURA à Passerolus à Nola, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem latissimum. Impress. Neapoli 1605. in 4.

Item, in officio gloriosæ Virginis Mariæ edito à Joanne Baptista Valentin, *eximit Virginem à peccato originali*. Lib. impress. Romæ 1618. in 4. & ibidem super Magnificat passim.

Item, edidit pulcherrimum Stēma, seu Gentilitium, vel Conclusiones *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ubi tres apes Barberinas tribus Divinis Personis accommodat, gratiam Maternitatis, præservationis, & gratificationis subornantibus. Inferni tres Ursi, tres significant fallaces, fallentesq; noxarum notas originariæ, læthalis, & venialis culpæ, à quibus uti non oppressam, ita nec tantisper repressam Virginem confidenter pronuntiat. Extat hoc impressum cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis, in charta expansa, Romæ 1623.

BONAVENTURA de Salinas, Ordinis Minorum Hispanus, & Commissarius Generalis Novæ Hispaniæ, approbauit & comprobavit Librum, seu Epistolam D.D. Petri de Perea Episcopi Ariquipensis, *pro certitudine præservationis Virginis a peccato originali*, ubi plura ex suo adducit pro hoc mysterio. Extat in libro impress. in Civitate Regum, ann. 1625. in 4.

Item, in Oratione Paneg. de S. P. N. Francisco, fol. 7. *agit de pura & Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, &c. Impress. Limæ 1646. in 4.

BONAVENTURA Sigaud, Ordinis Minorum Gallus, Grationopolitanus; die 20 Octobris an. 1657. ab octava ad meridiem sustinuit in Thesibus: *Virginem MARIAM ab instanti suæ Conceptionis fuisse illibatam, & non contraxisse peccatum originale*, &c. Impress. in charta expansa eodem ann.

BONAVENTURA de Stronconio, Ordinis Min. Italus, in Relatione Provinciæ Sancti Francisci, fol. 84. agens de Conventu S. Francisci Stronconij, inquit: Conventus iste distat à terra Stronconij ad quartam partem milliaris, quem ex publicis, & communibus ejusdem terræ eleëmosynis conterranei construi curarunt parum post mortem S. P. Francisci, & non an. 1328. veluti fatetur Pater Gonzaga in Provincia S. Francisci, conventu 32. quod clarè patet, nedum ex quadam imagine ejusdem S. Patris, *in Altari Sanctissimæ Conceptionis MARIÆ Virginis* depicta cum habitu, & figura capucij aliquantisper acuminati, & cum parva rotunditate ad pectus. Et folio 90. facit mentionem *de Confraternitate Sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ibidem fundata.

BONAVENTURA Tattis à Genua, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Prov. Genuensis Observantium, in Conventu Viqueriæ S. Mariæ Gratiar. descripsit Sacellum elegantissimo ornamento decoratum, *pro sodalitio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, anno 1578. inceptum; finitum verò, & perfectum anno 1607.

Item, in Conventu Cairi descripsit Sacellum pro societate Chordigerorum, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Quæ omnia extant in prædicta relatione à folio 54. usque 60. manuscrip. in 4. Et in Arbore illius Provinciæ enumerat Altaria *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* viginti octo, & Capellas septem.

BONAVENTURA à Vera Cruce Aquavivus, Ordinis Minorum Italus, super Antiphonam *Immaculatissimæ Conceptionis B. MARIÆ*: Quàm pulchri sunt gressus tui, &c. Poëma Italicum, in lib. de Assumptione Virginis. Impress. Leceiæ 1642. in 8.

Item, Scenâ 3. actu 1. fol. 24. *quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*. Vide ibi.

BONETUS N. Ordinis Minorum, scripsit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, interrupto dialogo jussu Clementis V. Ità Henricus Wilotus in suis Athenis, Leon, classe 6. Pistor, fol. 158. Hunc existimo fuisse diversum ab Antonio Boneto Episcopo Acernensi: quia iste non scripsit per modum Dialogi, nec tempore Clementis V. qui regnavit ad annum 1305. sed tempore Julij II. circa annum 1500. de quo diximus supra in Antonio Cucharo Acernensi.

BONIFACIUS Caietanus S.R.E. Cardinalis, Archiepiscopus Tarentinus, in Constitutionibus à se

à se editis, ad diem 8. Decembris, præcepit, *ut Conceptio Beatissimæ MARIÆ Virginis intra Civitatem observaretur.* Ita cap. 10. fol. 27. Lib. impress. Romæ 1615. in 4.

BONIFACIUS de Ceva, Ordinis Minorum Gallus, *de Immaculata Conceptione glorioſissimæ Virginis MARIÆ* Sermonem unum, ubi latè agit de ejus præservatione, in suo Adventuali, fol. 22. Impress. Parisiis 1518. in 4. & etiam 1512.

BONIFACIUS IX. Pont. Max. creatus circa annum 1389. approbavit revelationes S. Brigittæ, in quibus *de Immaculata Virginis Conceptione* sæpe expressis verbis loquitur, ut adnotarunt Serranus, lib. 2. capite 8. num. 6. Leon, class. 9. Tempore hujus Summi Pontificis dedicatum fuit Romæ *Templum Conceptioni Virginis Mariæ* in campo Floræ, quia in ejus fundamentis reperta fuit inscriptio in charta pecorea, cũ his characteribus. ANN. M. CCC. VC. IND. II. DIE MARTIS VIII. DEC. TEMP. BONIF. IX. CONSECRATUM ANN. SUO. VI. HOC ALTARE CUM ECCLESIA, IN HONOREM CONCEPTIONIS BEATISS. MARIÆ VIRG. Ita Balinghen, in Kalen. Marian. folio 673. & Tamajus de Salazar.

BORBONIUS cognomento Bonus, Gallus: Regnante Carolo VI. Francorum Rege, cùm totam spem suam in Christo, & B. Virgine posuisset, videns Francorum Regem ab Anglis diripi, instituit Ordinem Equestrium Cardui B. MARIÆ. Constabat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus, & nobilioribus totius Regni Galliæ: *Prædicti verò Equites in festo Conceptionis B. MARIÆ procedebant in magna gloria*, portabantque in extremitate torquis aureæ imaginem Divæ Virginis sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum lunæ sub pedibus habentem. Vide de hoc Benedictum Gononum, in Chronicon Sanctissimæ Deiparæ, ad annum 1370.

BORDAS Magister, Ordinis Prædicatorum, & Prior Murcianus, prædicavit Sermonem egregium *pro Immaculata Virginis Conceptione*, de quo mentionem facit R. P. Eusebius Nieremberg. in Epist. ad Summum Pontificem Alexandrum VII. & R. P. Didacus Celada, qui præsens fuit, nonnulla mihi retulit ex eodem Sermone.

BORGARUCIUS à Borgaruciis, Magister Italus, opera spiritualia R. P. Thomæ Maleoli à Kempis, Canonici Regularis disposuit, ordinavit, atque coaptavit, in quibus serm. 6. de excellentiis, meritis, ac privilegiis B. Virginis MARIÆ, fol. 373. dicitur: Quòd Virgo Deipara nata est ex Patriarchis, & ex ipsorum stirpe, tanquàm rosa inter spinas, sed absque spinis, *& quòd fuerit pura, ac libera ab omni macula, &c.* Lib. impress. Venetiis 1568. in 4. & alibi.

BOUCHER, Ordinis S. Francisci Gallus, in libro: Les magnificences divines, chantées par la Vierge sur les montaignes de Judée, &c. Sermone 8. fol. 184. Quòd *fuit absq; peccato originali*, & alibi de hoc agit inter privilegia Virginis MARIÆ, privilegio 3. Extat liber gallicè impress. Parisiis anno 1620. in 8.

BRANDOLINUS Saxo, Ordinis Minorum, in lib. de laudibus Virginis MARIÆ, affirmat *ipsam fuisse præservatam à peccato originali*, ut notat Antonius Daza, tract. de Concept. cap. 6. fol. 48.

BRAULIUS N. recollegit Opera seu Poëmata Marci Maximi Episcopi Cæsaraugustani, ubi extat *Hymnus de Conceptione Virginis MARIÆ.* Vide Bivarium in Marco maximo, fol. 53. Lib. impress. Matriti 1651. in fol.

BREVIARIA, quæ ante vel post reformationem Tridentini, & Pii V. tam in Romana Ecclesia, quàm in aliis particularibus ipsius Christianitatis habebant officium *Conceptionis* sub hoc expresso titulo, vel *Immaculatæ*, vel *purissimæ*, vel vocibus æquivalentibus, in titulo, vel in corpore officii; quæ ad manus, vel notitiam nostram pervenerunt, sunt sequentia, ordine alphabetico disposita.

Abricense Breviarium, habet officium *de Conceptione*, sicut in die Nativitatis, ut constat ex Missali impress. Rothomagi, anno 1505. in 4. Vide Missalia.

Abulense, fol. 643. habet rubricam, seu titulum: *Festum Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Salmanticæ 1579. in 4. De alio, absque principio, & fine mentionem facit D. Tamaius de Salazar, fol. 313.

Alnense Ordinis Cistercienſis in Belgio, habebat Breviarium ac Missale cum officio *Conceptionis*, sicut in Nativitate. Vidimus ibi duo, & etiam Ordinarium ejusdem Abbatiæ.

S. Amandi Benedictinorum Monasterium Diœcesis Tornacensis, habebat Breviaria ac Missalia varia manuscripta in pergameno, & vocem, *Conceptio*, cum aureis litteris, summum minus duplex cum cappis. Vidimus ipsa ibi.

Ambianense, duplex majus officium particulare *Conceptionis.* Impress. Rothomagi 1540. & aliud erat ad usum majoris Monasterii sub titulo Conceptionis duplex. Impress. Turonis, an. 1545. in 8. Vide infra Missale hujus Ecclesiæ.

Andegavense, sub titulo *Conceptionis.* Extat impressum anno 1502. & alterum 1624. in 4.

Rituale Andegavense ad Romani formam expressum, R. in Christo Patris D. D. Guilielmi Episcopi Andegavensis auctoritate editum, 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis duplex*, rubeis litteris. Impress. Parisiis 1626. in 4.

Anglicanum, ut habetur in Martyrologio impr. 1640. in 8. ad diem octavam Decembris, ubi sic dicitur: *Conceptio gloriosæ & Immaculatæ Virginis MARIÆ*, quod festum cœpit celebrari in Anglia per Monachos Ordinis S. Benedicti, & S. Anselmum Archiepiscopum Cantuarienſ. prope an. 1070. & postea fuit confirmatum à Sancta Ecclesia Romana, & jussum quòd illius festum per totam Christianitatem celebretur, ad augendam devotionem fidelium ad tam magnam Dominam, & Protectricem, &c. Constat etiam ex Concilio celebrato Oxoniæ anno 1222. ut videre est Centuriâ 13. c. 9. columnâ 842. & in libro impresso Basileæ, anno 1575. in fol.

Anicienſe, in officiis particularibus auctoritate Justi de Serra Episcopi, &c. sub titulo *Conceptionis Immaculatæ B. MARIÆ.* Impress. ibi anno 1624.

Anonymum, absque principio, & fine, sed antiquum, in solemnitate *Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ad Vesperas: Conceptio gloriosæ. Extat in Bibliotheca Collegii Romani, litt. D. plut. 4. &c.

Anselmi officium de *Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus rubrica est: In vigilia, ad Vesperas Psalmi, & Antiphonæ sicut in Nativitate, &c. Extat impressum in Armamentario, & Bibliotheca nostra, & apud Bivarium.

Antiqua Breviaria tam impressa, quàm manuscripta, habentia officia diversa *de Conceptione*, in-

venimus pœnè centum, sedcùm non haberent cujus Ecclesiæ essent, illa decrevi omittere; do tamen aliqua exempla.

Antiquum Breviarium manuscr. existens in Bibliotheca Patrum de Nazareth Tertii Ordinis,& aliud manuscr. ibidem, propè templum Parisiis: *De Conceptione B. MARIÆ*, ad Vesperas: Gaude Mater Ecclesia, &c. Hymnus: Sponsa Christi fulgida, &c. est specialis. Oratio: Deus ineffabilis,&c. Lectio: Anselmus Cantuariensis,&c. Responsoria, Antiphonæ, & alia sunt rarissima in charta pellicea in 4. Et in alio ibidem existente: Tu quæ furentem Leviathan serpentem tortuosumq; & vectem collidens,damnoso crimine mundum exemisti, &c.

Antiquum manusc. in charta pecorea minutissimis characteribus *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ officium*,& incipit prima Lectio: Anselmus venerabilis Cantuarien.&c. Ex Biblioth. D.D.Cardin. Barberini.

Antiquum officium Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ,impress. Venetijs 1481. reperitur in Biblioth. Fratrum Minorum Provinciæ Coloniæ. Initium: Sicut lilium, Collecta: *Deus,qui per Immaculatam Virginis Conceptionem*,Invitatorium: *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ, &c.*

Antiquum in charta pecorea manusc. ad finem adducit officium sub hac rubrica: *In festo Conceptionis, vel sanctificationis Sanctissimæ MARIÆ Virginis*;Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ. Prima Lectio: Conceptio veneranda,cum reliquis,ut in S. Anselmo. Est in Bibliotheca D.D.Cardinalis Barberini, numero 1841.in 4. magno.

Antiquum manuscrip. minutissimis characteribus in charta pecorea, adducit officium in festo *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, quod incipit: Gaude Mater Ecclesia.In Bibliotheca D. D. Cardin. Barberini in 8.

Antiquum in charta pecorea manuscr. fol. 338. *In Conceptione B. Virginis MARIÆ*, totum officium sicut in Nativitate, præterquàm ubi nominatur nomen Nativitatis, mutatur in nomen *Conceptionis*. Breviarium hoc fuit scriptum per Fratrem Stephanum de Busaria,Monachum Sancti Bartholomæi de Florentia, anno 1487. ut dicitur ad finem ejusdem,in Biblioth.D.D.Cardin.Barberini,num. 1847.in 16.

Antiquum in charta pecorea manuscr. fol. 314. adducit officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*,quod incipit: Gaude Mater Ecclesia. Lectiones primi Noct.In diebus illis erat vir nomine Joachim,&c. secundi verò: Sermo Sancti Anselmi Episcopi. Anselmus Cantuariensis, &c. Extat in Biblioth. D.D.Cardin.Barber.num.1843.

Antiquum in charta pecorea manuscr.pulcherrimis characteribus: In solemnitate *Conceptionis B. MARIÆ Virginis*,omnia dicuntur,sicut in Nativitate eius,præter Lectiones,& nomen,ubi dicitur Nativitas,dicatur *Conceptio*. Lectiones: Anselmus Cantuariensis, &c. & sunt novem Lectiones. In Bibliotheca D.D.Cardin.Barberini,absque num.in capsa speciali.

Antiquum manuscr.in charta pecorea subtilissima, adducit officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Gaude Mater Ecclesia. Lectiones primi Nocturni: Crescente Mundi, &c. est officium singulare. In Biblioth.D.D. Cardin.Barber. num.1844.

Antiquum in charta pecorea existens in Bibliot. Societatis Jesu Matriten.ad medium,adducit officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Extat ibi manuscript.in 8. magno, & incipit: Gaude Mater Ecclesia, &c.

Breviarium antiquissimum in charta pellicea die 8. Decembr. *Conceptio B. MARIÆ duplex majus* rubeis litteris. Ad Vesperas Antiphonæ: Gaude Mater Ecclesia. Capitulum: Dominus possedit me. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem Genitricis filij tui,semperque Virginis Mariæ voluisti solemnitate annua venerari: tribue quæsumus,&c. Invitatorium: Eia pervigiles Domino jubilemus fideles: Conceptum Sanctæ dignum celebrantes Mariæ. Antiphonæ ad Nocturnum: Gaude fidelis concio, &c. & sunt particulares. Lectiones: Crescente religione christiana, &c. Et est historia particularis festivitatis. Breviarium est absque principio, & fine in Bibliot. D. D. Cancellarii Parisien. Et in alio antiquo Breviario, in festo S. Annæ in quodam Responsorio sic dicitur: *Beata, cujus ubera fuxit virgo puerpera omni labe munda*, &c.

Antisiodorense, solemne *de Conceptione* sine octava. Extat impress. Parisiis apud Petrum Roph. absque anno impressionis.

Aptense, habet officium *de Conceptione*, cujus rubrica est: Breviarium secundùm usum majoris & Cathedralis Ecclesiæ Aptensis,noviter impressum & emendatum. 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis duplex majus*, rubeis litteris: Duplex majus solùm ponit die Nativitatis Domini & illo mense. Et folio 292. in festo Conceptionis B. Mariæ Virginis duplex majus; in primis Vesperis Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Est officium particulare, & Hymni ijdem cum illis Aquens. Lectiones: Conceptionis glorioſæ Dei Genitricis,&c. & sunt singulares. Impress. 1532. in 8.

Aquense, cujus rubrica est: Incipit ordo Breviarij secundùm morem & consuetudinem Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Aquensis,6. Idus Decembris: Conceptio Beatæ Mariæ Virginis, novem Lectiones,quatuor cappas. Et folio 253. *Festum Conceptionis Beatæ MARIÆ*, est festum quatuor capparum,Antiphonæ duplicantur. Ad Vesperas Antiphona: Gaude Mater Ecclesia, &c. Et sunt particulares. Capitulum: Ego quasi vitis. Hymnus: Novum surgat in gaudium, vox, mens, sensus, cor, ratio, plebi datur humilium Dei Matris Conceptio. Jam grata lux producitur, nunciat superni muneris, à quâ mox umbra pellitur primi labis originis, &c. Oratio: Deus qui B. Mariæ Virginis Conceptionem, &c. Ad Matutinum Invitatorium: Eia pervigiles Domino jubilate fideles, Conceptumque piè solemnizate Mariæ. Hymnus: In plausu grati carminis adsit nobis lætitia, dum Dei Matris Virginis,sacra dantur initia. Columba mitis, humilis,quę felle caret criminis,ferat signum clementiæ, ramum virentis gratiæ, &c. Totum est officium singularissimum. Impress. antiquis characterib. absq; loco & anno in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini in 8.

Arelatense, habet officium Conceptionis; et impressum anno 1640. cum Breviario Ecclesiæ Ultrajectensis, Coloniæ; & antiquum, cujus rubrica est: Breviarium recens ad usum Arelatensis Ecclesiæ, ex veteri ac novo Testamentis, &c. tum ex Homiliis & Sermonibus Sanctorum, approbatorum Doctorum: de novo per Reverendissimum

in Christo Patrem ac D.D. Joannem Ferrerium dictæ Arelatensis Ecclesiæ Archiepiscopum bene meritum, absolutè instauratum: est 8. Decembris: *Conceptio Virginis MARIÆ* duplex majus, rubris litteris. Et fol. 503. Conceptio Virginis MARIÆ duplex majus, omnia dicuntur sicut in Nativitate ejusdem, exceptis Oratione, & tertia Lectione, &c. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem, &c. Lectio. 3. Augustinus: Magnifica illum, qui te ab omni peccato præservavit, &c. Dominicus: Sicut primus Adam, &c. Omnia ex dictis Sanctorum. Impress. Aquis an. 1549. in 8.

Arcatensе Breviarium, habebat officium *Conceptionis*, sed carebat principio, & fine.

Argentinense, habet officium sic: Incipit Breviarium per circulum anni, secundùm Chorum Ecclesiæ Argentinen. fol. 819. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis*, ad Vesperas Antiphona: Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, & oculi tui columbarum, alleluia. Psalmus: Lætatus sum, &c. Et omnes Antiphonę sunt particulares desumptæ ex Canticis. Capitulum: Dominus possedit me. Hymnus: Gaude viscеribus Mater in intimis, &c. Oratio. Supplicationem servorum tuorum Deus, &c. Ad Completorium omnia singularia, & ad Matutinum Antiph. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, &c. Lectio prima: Tempore illo, quo diuinæ placuit majestati, &c. Est historia Helsini. Habet Lectiones pro octava ex S. Anselmo, & totum officium est singularissimum. Est antiquum absque ann. impress. in Conventu Patrum Tertij Ordinis B. MARIÆ de Nazareth, Parisijs in 8. & aliud ibidem ad mandatum R. P. & Principis D. Ruperti Episcopi, & Ducis Bavariæ, &c. impress. ann. 1478. in fol. & alterum impress. anno 1520.

Item, in alio sic dicitur: Horarum Canonicarum tam diurnalium, quàm nocturnalium secundùm Breviarium, & ordinarium Chori Ecclesiæ Argentin. *In Conceptione S. MARIÆ* ad Vesperas Antiphona: Quàm pulchra es amica mea, &c. Antiphonæ speciales. Hymnus: Gaude viscеribus Mater in intimis, &c. Specialis Oratio: Supplicationem. Lectiones: Tempore illo &c. Et sunt tria miracula Helsini, Levitæ Hungariæ, & Clerici Galli. Et Orationes particulares. Hujus festi memoria colitur per octavam in Matutinis. Et adducit Lectiones particulares pro octava. Impress. Argentinæ 1478. in 4. charta pellicea.

Asturicense Breviarium, habet officium *Conceptionis Virginis Mariæ*. Impress. anno 1564.

Athanense etiam Breviarium, ut colligitur ex ejusdem pervetusto Missali, ubi Oratio erat ista: Benedictæ Virginis MARIÆ *Immaculata Conceptione* gaudentes, te supplices deprecamur omnipotens Deus, ut qui ineffabilem ejus innocentiæ puritatem sincera devotione confitemur; ad contemplandam ejus gloriam in cœlesti Palatio, ipsa intercedente sublevemur. Per Dominum nostrum, &c.

Atrebatense, habet hanc rubricam: Prima pars Breviarij secundùm usum insignis Ecclesiæ Atrebatensis. In Conceptione B. MARIÆ Virginis ad Vesperas Antiphona: *Beatissimæ Virginis MARIÆ Conceptionem devotissimè celebremus, &c.* Capitulum: Surge propera, &c. Hymnus: Quem terra, pontus. Oratio: Supplicationem. Lectiones: Tempore quo divinæ placuit pietati, &c. Est officium singulare. Parisijs 1514. in 12. & Parisijs 1514. in 8. & aliud 1505. & officia omnia Atrebat. anno 1632. Vide Missalia.

S. Audohemi Rothomagen. Auctore, ut ibidem dicitur, Mariano de Camosnio, recitabat de *Conceptione*. Vidimus etiam Annuale, sed erat sine an. impressionis.

Audomarense, sub hac rubrica: Ordinarium Sanctorum Cathedralis Ecclesię S. Audomari; die octava Decembris. *Conceptio B. MARIÆ Virginis duplex*. Decanus, Cantor. Impress. Antuerpiæ anno 1633. in 4. & in alio impress. 1550. dicitur: Duplex, Decanus.

Aversanum, quod impressum fuit, ut ibidem dicitur, Alexand. Pont. Max. & Ferdinando Rege Sapientissimo regnantibus, folio 67. habet officium *Conceptionis Sanctæ MARIÆ*. Impress. 1499. in 4.

Augustacense in Germania, in festo S. Annæ habet Responsorium octavum sic: O Mater Anna orabilis, oliva pulchra, fertilis, alta, fructu fœcunda, beata cuius ubera suxit Virgo puerpera, *ab omni labe munda, &c.* Impress. primò Venetijs 1495. deinde, Augustæ absque anno.

Augustense, cujus rubrica est: Breviarium secundùm ritum almæ Ecclesiæ Augustensis, Pars æstivalis: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis*. Venetiis anno 1519.

Aurelianense, recitat de *Conceptione Virginis*; dicitur enim in impressionibus 1542. & 1602. Officium totum proprium, hoc est: Ant. pro 1. Vesper. Matutino & Laudibus. Item, Invitatorium & Responsoria Matutinorum rythmica omnia, initium: Gaude Mater Ecclesia. Vide infra, Missalia.

Aurense, fol. 110. habet officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*, impress. sed caret principio & fine; extat in Ecclesia Toletan.

Bambergense, habet officium *Conceptionis*. Impress. Vilingæ, anno 1575. fol. 658.

Basileense, in festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis, quàm plura habet pro Immaculata Virginis Conceptione, quorum hæc pauca transcripsimus. Invitatorium: *Verbum Patris, Matrem præservans à labe peccati*, venite adoremus. In Responsorio secundæ Lectionis: Filius Dei Patris fundans eam in sua Conceptione, gratiam Virgini contulit singularem, *& ipsam ab originali macula præservavit*. Vers. MARIAM sui Genitricem sublimiori sanctificationis genere redemit, *& ipsam ab originali peccato præservavit*. Et in Responsorio tertiæ Lect. dicit: *Immunem semper fuisse MARIAM ab omni originali, & actuali culpa*, sanctamque, & Immaculatam, *& quòd nunquam Virgo subjacuit peccato*, est consonum Fidei, sacræ Scripturæ, & rationi. Item, in Responsorio quintæ Lectionis: *Ab omni peccato originali* Dei Matrem constat fuisse immunem, per quam maledictio Evæ Matris est soluta, & omnibus benedictio condonata. Vers. Nullis quando nata est, delictis subjacuit, *nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit*, &c. Et in Responsorio 6. Lectionis: Sacrarium Spiritûs Sancti, Virgo Beatissima in suæ Conceptionis exordio non est destituta gratiâ, *& à servitute omnis peccati fuit liberrima, &c.* In Responsorio 7. Lectionis: Ex pungente spina pulchrè rubens oritur rosa, & radice vitiata, sine vitio prodijt virga Jessè MARIA, &c. Item in Responsorio 8. Lectionis: Ad summum puritatis MARIA pervenit, *nulla contagione inquinata peccati, sed fuit ab originali, & actuali immunis*. Vers. Purissima namque fuit,

quæ neque originale incurrit peccatum, mortale, aut veniale, sed, &c. In prima Antiphona ad Laudes: *Conceptio gloriosæ Virginis MARIÆ* digna est omni laude, quam fundavit Altissimus sublimiori sanctificationis genere, &c. Alia brevitatis causâ prætermittuntur. Impress. Basileæ 1515. in fol. Extat in Bibliotheca D.D. Cardinalis Barberini.

Item, in Directorio sic dicitur: Directorium Basileense, novo restituto Breviario accommodatum, Jacobi Christophori, Episcopi Basileensis iussu editum; die octava Decembris, *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis* duplex, rubeis litteris. Impress. Friburgi Brisgoiæ 1585. in 4.

S. Bavonis, juxta Gandavum habemus antiqua Breviaria manuscripta, cum singulari Antiphona, & Oratione *de Conceptione*.

Bellovacense, vetus habebat *officium Conceptionis*; ex P. Guyeto. Est etiam ex impress. anno 1554.

Benedictinorum, Breviaria diversa vidimus sexdecim, & omnia adducunt festivitatem *Conceptionis*, quorum rubricæ sic se habent: Breviarium Monasticum Pauli V. Pont. Max. auctoritate recognitum, pro omnibus sub Regula Sanctissimi Patris Benedicti militantibus, folio 719. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ duplex*. Conceptio gloriosæ. Parisiis 1628. in 8. Processionale Ordinis S. Benedicti, in proprio de Sanctis, à fol. 4. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Responsorium, rubeis litteris: Conceptio gloriosæ, &c. cum Hymnis, versiculis, & statione in Cantic. Rothomagi 1613. in 8. & Ingolstadij anno 1589. in 16. & aliud impress. Ipris.

Benedictinum Observantium Congregationis Cassinensis, aliàs S. Justinæ de Padua, ex decreto Capituli Generalis anno 1584. reformatum, & per D.D. Gregorium XIII. confirmatum, fol. 273. officium proprium, & singulare *de Conceptione V. MARIÆ*, usque ad fol. 276. Impress. Venetijs 1586. in fol. in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini, & & aliud impress. ibid. ann. 1589. in 4. Item, S. Benedicti Congregationis Vallisoletanæ, habet aliud officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*, impress. Salmanticæ 1567. in 8. Item, aliud secundùm Regulam S. Benedicti, cum officio *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. 1613. fol. 627. Item, aliud cum eodem officio *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. 1555. fol. 220.

Bichense, in Regno Aragoniæ, habet officium *Conceptionis*, extat cum Breviario Helanensi. Ita D. Ant. de Lupian. Zapata, cap. 15.

Bisuntinum, *de Conceptione*, duplex. Extat impress. Parisijs 1524.

Bituricense, ut dicitur in libro: Praxis universa Canonica, fori Ecclesiastici Gallici, &c. Auctore Joanne Chenu J.C. in Constitutionibus Synodalibus factis à Reginaldo de Beaune Archiepiscopo, in Kalendario dierum cessationum jurisdictionis Ecclesiasticæ, die 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ*. Paris. 1621. in 8. & 1528. ut in Assumptione: Regina mundi. Lectiones S. Anselmi. Breviarium insignis Patriarchalis, Primatialis, & Metropolitanæ Bituricensis Ecclesiæ. 6. Idus Decembris *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, Succentoris, rubeis litteris, & fol. 363. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* ad Vesperas Antiphona: Regina mundi, & Domina, &c. & sunt speciales. Ad Magnificat: Gloriosæ Virginis MARIÆ Conceptum dignissimum recolamus, &c. Oratio: Supplicationem. Totum officium est singulare. Impress. Bituricis 1587. in 8. Manuale Sacrorum, seu instructorium, & officiarium Sacerdotum, &c. ad usum Biturice Diœcesis. 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex, rubris characteribus. Impress. Parisijs absque loco & anno.

Biternense manuscriptum, cujus initium est: Hodiernus *B. Virginis Conceptus*, tergit nexum, &c. Sine anno & loco impress.

Bittrense habet officium *Conceptionis B. MARIÆ Virginis* cum rubrica singulari, & officio particulari, & est impress. apud Augustinianos, Ipris.

Bivar del Cid, prope civitatem Burgen. in Conventu Monialium, ad imaginem B. Virginis ex signoso formatam, habuit Breviarium antiquum cum festivitate Conceptionis. Ita D. Anton. Zapata in sua Hispania primogenita, cap. 12.

Bolonense editum à Francisco Porrochol: *Conceptio B. Virginis* duplex solemne 2. classis, & celebrabitur etiamsi venerit in die Dominica. Impress. Parisijs 1647. in fol.

S. Brigittæ Breviarium, habet officium Conceptionis cum octava. Extat impress. Coloniæ 162[illegible]

Briocense, cujus rubrica in Manuali est: Ad usum Ecclesiæ Briocensis. 8. Decembris: *Conceptionis B. MARIÆ Virginis* IX. L. D. F. Impress. in charta porcorea, rubeis litteris. Vide verbo Missale.

Braccarense, à D. Roderico à Cueva, Archipresule, &c. *In festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis* solemne. Impress. 1543. in 4. Ad Vesperas Antiphona: Gaude Mater. Capitul. Dominus possedit me. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, fol. 611.

Brionense recitabat *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad annum 1443. ut constat ex ejus Missali. Vide infra.

Bripinense, habet hanc rubricam: Psalterium & Breviarium Ecclesiæ Bripinensis, Magistri Joannis Angeli, viri peritissimi diligenti correctione, &c. folio 258. *In Conceptione Beatæ MARIÆ* omnia aguntur sicut in festo Nativitatis ejus, præter quòd non solemniter in Responsorijs Horarum, & Antiphona super Magnificat agitur: & loco dictionis Nativitas, ponitur Conceptio. Lectio prima: Tempore illo quo divinæ placuit pietati, &c. Est historia Helsini.

Brugense in Belgio, id est, Sancti Donatiani Brugis, habet Officium *Conceptionis B. MARIÆ*, & in Hymno inquit:

Ut sydus inter nubila,
Ut in spinis resula,
Apparuit hæc virgula
Fructum præbens per sæcula.
Hæc Virginis Conceptio
Est laus, & exultatio,
Angelorum collectio,
Mundumque replet gaudio,

Ita Antonius Balinghen, in Parnasso Mariano, fol. 20.

Bruxellense in Belgio, Ecclesiæ S. Gudulæ *de Conceptione B. Virginis* duplex majus. Impress. Parisijs 1516.

Burdegalense in Gallia, ut videre est in Breviario antiquissimo manusc. cujus rubrica est: Incipit officium Beatæ MARIÆ secundùm morem Monasterij S. Crucis Burdegalensis. Ad diem octavam Decembris. *Conceptio Beatæ Virginis*. Ad Vesperas Capitulum: Dominus possedit me. R. Solem justitiæ. Hymnus: Ave maris stella. Oratio: Deus ineffabilis

ineffabilis misericordiæ, qui primæ piacula mulieris, &c. Ad Matutinum Invitatorium: Corde & voce simul, &c. Lectiones sunt 12. & prima incipit: Ad honorem, & laudem Beatæ, & gloriosæ Dei Genitricis Mariæ enarrabimus, qualiter Conceptionis dies solemnis agi institutus est. Tempore, quo Willelmus Dux Normannorum, &c. & prosequitur historiam latè. Ad Sextam Oratio: Deus, qui Beatæ Mariæ Conceptionem, &c. Ad Nonam: Omnipotens sempiterne Deus, supplices te rogamus, ut B. Mariæ semper virginis, *cujus venerandam colimus Conceptionem*, pia interventione, conjungi mereamur gaudijs civium supernorum. Per Dominum nostrum, &c.

Burgense in Hispania, ad diem 8. Decembris, incipit: *Officium Conceptionis B. MARIÆ.* Ad Vesperas super Psalm. Antiphonæ, & omnia necessaria, exceptis quæ hic continentur, quære in Nativitate Sanctæ Mariæ. Attende, ubi dicitur Nativitas, dicatur *Conceptio*, &c. Deinde adducit officium, quod in nostro Choro Castrorum devotè integrum dabimus. Item, extat alterum sub hoc titulo: Incipit *Officium Conceptionis B. MARIÆ*, &c. Non habet principium, neque finem, neque foliationem; integrum tamen extraximus ex Biblioth. D. Cardin. Barberini. Extat aliud officium speciale ejusdem Ecclesiæ, impress. ann. 1538. fol. 163. & alibi in 4. regali, fol. 270. de quibus in nostro Armamentario, colum. 201. Item, aliud antiquum manuscrip. editum ann. 1218. per D. Episcopum Mauritium de Burgis, quod servatur in Ecclesia S. Gadeæ, Archiepiscopatus Burgen. de quo latè agit Anton. de Lupian. in suo Memoriali.

Calagurritanum, folio 311. habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, carens principio, & fine. Impress. anno 1496. cum sequenti, fol 10.

Calceatense cum Calagurritano sub titulo *Conceptionis*, & est speciale, & alia tria apud D. Rui Gomez Ducem de Hijar. Impress. cum Calagurritano anno 1496. *Conceptio B. Virginis*: Gaude Mater Ecclesia, in 4. fol. 10.

Calcedonense, recitabat de *Conceptione Immaculatæ*, ut colligitur ex quodam Episcopali, cujus titulus est: Episcopale pro R. D. Domino Jacobo Armeri Episcopo Calcedonen. & Doctore Theologo; in medio habet hanc rubricam: Sequuntur benedictiones dicendæ in festis Sanctorum, & Sanctarum. *In Conceptione B. MARIÆ*: Omnipotens Dei Filius, qui suæ Matris hodie sanctificavit initia, errorum vestrorum expurgare dignetur vitia. Amen. Et qui sanctissimæ Genitricis nos facit gaudere solemnijs, &c. Est MS. in charta pellicea characteribus antiquis in Monasterio S. Genovefæ Parisien. in 4. Item, ibidem aliud Pontificale habet eandem benedictionem, & est in fol. in charta modernioribus characteribus.

Calvariæ, ut constat ex Ceremoniali Gallico, cujus rubrica talis est: Ceremonial des Religieuses de la Congregation de nostre Dame de Calvaire, erigée en France selon la premiere institution de la Regle de Saint Benoist: cap. 2. de Ceremonijs observandis omnibus anni mensibus fol. 224 §. 1. de mense Decembri: Die octavo *officium Immaculatæ Conceptionis Sanctæ Virginis* fiet officium duplex 2. classis, cum octava, ut Patronæ specialis nostræ Congregationis. Et est in hoc die Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias nostras, &c. Deinde adducit rubricam: Si quando propter Dominicam sit transferenda, non tamen Indulgentia transfertur, quia sic est de mente S. Patris. Et si aliqua ex ejusdem Ordinis Ecclesiis sit dicata ad honorem Immaculatæ Conceptionis, ipsi faciunt officium duplex 1. classis, in quacumque inciderit Dominica, &c. Parisijs 1661. in 8.

Camaldulense, in Kalendario sic habet: *Conceptio S. MARIÆ Virginis* solemnitas plenissima. Lib. impress. Venetijs apud Joannem Variscum, absque anno impressionis.

Cameracense, in Nicrologo, seu Kalendario manuscripto, extat hæc memoria: 6. Idus Decembris. *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, quatuor libras. D. Erlebaldus Presbyter, Henricus, & Oibaldus filius ejus, vigiliam cum Missa, & apponit plures alios fundatores quorum nomina ex antiquitate ferè legi non possunt. In ipsa Cathedrali vidimus plura Breviaria manuscripta, & Missalia; extat etiam impressum Breviarium ann. 1559. cum ✠. in signum festivitatis.

Canonicorum Regularium S. Augustini vidimus per totum Belgium diversa Breviaria manuscripta, verbi gratiâ Cameraci, *de Conceptione Virginis MARIÆ* unum, & aliud incipiens: Gaude Mater Ecclesia. Item, aliud ubi dicebatur: Conceptio S. Mariæ Virginis duplex majus. Item, aliud impressum, & sic possum numerare viginti Breviaria manuscripta inventa in diversis aliis Abbatiis. Impressa verò solùm duo; unum impressum Parisijs 1585. ubi festum Conceptionis erat duplex solemne in 12. & alterum absque anno, & loco impressionis. MS. alia etiam vidimus aliqua.

Capuanum in Italia, sic habet: in vigilia *Conceptionis B. MARIÆ Virginis*; ad Vesperas Antiphona: Dum esset Rex in accubitu suo, &c. Impress. ann. 1489. fol. 502.

Carmelitanum Capituli Generalis decreto restitutum, & auctoritate Apostolica approbatum, &c. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & incipit: Hæc est Regina Virginum. Impress. Lugduni 1587. fol. 662. Extat & aliud sub hoc titulo: Antiquæ professionis Regularium Beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ex usu, & consuetudine approbatæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ, & S. dominici Sepulchri, &c. fol. 426. *Conceptio Immaculatæ Virginis MARIÆ*, totum duplex. Incipit: Sicut lilium. Impress. Venetijs 1579.

Carmelitarum, vidimus quam plura Breviaria impress. unum 1598. & in ordinario Divinorum officiorum dicitur sic: Decreto Capituli Generalissimi celebrati Paduæ 1532. &c. insuper in Capitulo Generalissimo Vincentiæ celebrato 1539. diligenter recognitum, &c. in rubricis Sanctorum, fol. 102. *In Conceptione Beatæ & gloriosæ Virginis MARIÆ* totum duplex, rubeis litteris. Ad Vesperas Antiphona: Hæc est Regina, &c. Psalm. Laudate pueri, &c. reliqua, sicut in Annuntiatione. Capitulum: Ego quasi vitis, &c. Oratio: Deus ineffabilis, &c. & est officium particulare, & rubrica satis longa. Lib. impress. Venetiis 1544. in fol.

Item, in alio sic dicitur: Breviarium de Camera, secundùm usum Carmelitarum. 6. Idus Decembris: *Conceptio gloriosæ Virginis MARIÆ* totum duplex, rubris litteris. Et 18. Kalendas Januarij Octava Conceptionis semiduplex. Item, in rubricis: Item, fiat festum totum duplex, de omnibus illis Sanctis, & octavis, in quorum diebus, & octa-

vis Indulgentiæ in Mari magno concessæ sunt. In primis est Nativitas Domini, dies Parasceves, Pascha, Pentecostes, *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ*, Nativitas ejus, &c. Et fol. 370. Incipit officium Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ, editum per Reverendum Patrem Dominum Nogarolum, &c. Sicut lilium, &c. impress. Venetiis 1460. emendatum per Venerabilem sacræ Scripturæ Bacchalareum Fratrem Joannem Mariam de Pollucijs, seu Prandinum de Novolaria. Item, aliud Breviarium à Reverend. P. Joanne Baptista Rubeo, & Jacobo Maistret emendatum, & typis mandatum Lugduni 1575. in 16. adducit idem officium. Aliud Breviarium per Reverendissimum Sac. Theologiæ Magistrum, Baptistam Venetum de Cathaneis, idem officium. Venetiis 1548. in 8. Item, Breviarium idem impress. Venetijs 1495. in fol. Officium cum octava.

Carnotense editum à Nicolao de Thou, adducit officium particulare *de Conceptione Virginis* duplex solemne. Impress. Parisiis 1584. Et in Manuali ponitur duplex, ut in Nativitate. Parisiis 1604. Item in alio dicitur: Breviarium Carnotense à R. in Christo Patre Domino Nicolao de Thou Episcopo Carnotensi, unà cum deputatis à Venerabili suo Capitulo emendatum, ac ex sacra Scriptura, & probatis Sanctorum historiis accuratè restitutum. VI. Idus Decembris *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex solemne; quam notam solùm ponit in die Nativitatis Domini illo mense. Et fol. 340. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex solemne. Ad primas Vesperas super Psalmos diei, Antiphonę sequentes: Hæc est Regina Virginum, &c. & sunt singulares. Oratio: Famulis tuis. Lectiones secundi Nocturni, incipiunt: Nemo est sanè Ecclesiæ doctrinâ imbutus, &c. Ubi sic dicitur: At Beatissima Virgo MARIA, sic à mundi constitutione selecta est, sibique præparata, ut ejus Conceptio singularis fuerit, nec ullas Adæ maculas admiserit: licèt carnem ex eo sumpserit, incorrupta tamen ab omni labe permansit, &c. de quo late; & Lectione 6. Verè dignum & justum est, gratias & laudes Deo referre de mira Immaculatissimæ Virginis Conceptione, &c. Reliqua omnia sunt rara & singularissima. Impress. Parisiis 1584. in 8.

Carthusiense, ab anno 1509. semper recitavit sub titulo *Conceptionis*, solemni ritu, ut videre est in impress. Lugdun. an. 1587. & altera 1541. & Salutiis 1556. & 1551. in 12. Carthusiense ex decreto, & ordinatione Capituli Generalis, cura verò, & iussu Reverendissimi P. Domini Bernardi Cartassij, totius Ordinis Generalis Moderatoris restitutum, correctum, & impressum: *In solemnitate Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, omnia sicut in Nativitate eiusdem, mutato nomine Nativitatis, in nomen Conceptionis. Impress. Lugduni 1587. Lectiones sunt ex S. Brunone, serm. 2. de laudibus Beatæ MARIÆ. Item, eiusdem Ordinis Breviarium: In solemnitate *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis, &c.* Lugduni 1642. Et aliud impress. Parisijs 1511. in 12. fol. 253. Vide de his, & alijs Breviarijs in Sole Veritatis, verbo Officia Ecclesiastica, ubi latiùs examinantur. Vide verb. Missalia, & Constitutiones, sive Statuta antiqua: ubi in Repertorio hæc habentur: Festum Sanctificationis B. MARIÆ amodò celebretur sub nomine Conceptionis. Cap. 1. tertiæ Compilationis §. 46. In hoc festo fiat officium, sicut in Nativitate ejusdem, mutato nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Sunt illa Francisci à Puteo.

Cassalense, sive Cassalis, quę Congregatio est specialis Ordinis S. Benedicti, recitabat de festivitate *Conceptionis* duplex majus, ut uidere est in Breviario impress. Parisiis; & alterũ adducit P. Guyotus in sua notitia, & alterum vidimus absque anno & loco impressionis, cujus initium erat: Tota pulchra, &c. Item, in Diurnali sic dicitur: 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex maius. Antiphonæ ad Vesperas: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Oratio: Supplicationem servorũ tuorum Deus, &c. Antiphona: Conceptio gloriosæ. Impress. Parisijs 1534. Item, Breviarium Parisijs 1586. festum adducit rubeis litteris, & officium particulare. Item, aliud Diurnale, habet idem rubeis litteris.

Cassinense Congregationis S. Iustinæ, habet officium particulare *Immaculatæ Conceptionis*. Impress. Venetijs 1511. in 4. De alijs vide supra, verbo Benedictinum.

Cassinense Congreg. alterius notissimæ PP. Benedictinorum, recitabat *de Conceptione Virginis MARIÆ* duplex majus, ut videre est in impress. Venetiana, anni 1621.

Cathalaunense, impressum jussu Reverendiss. D. Henrici Clauste, enumerat inter festa illius Diœcesis, *festum Conceptionis*. Antiphona: S. MARIA succurre miseris, & totum officium, atque Hymni sunt particulares. Impress. Cathalauni 1636. in 8. Et alterum ab Ægidio, Lucemburgo Episcopo revisum totum duplex. Extat absque an. impress.

Caurience, fol. 577. habet officium *Immaculatæ Conceptionis* particulare. Impress. ann. 1559. in 4.

Cecilienſe, habet officium *de Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus solùm inveni Missale. Impress. Parisiis, anno 1640.

Cæsaraugustana Breviaria, quæ adducunt officia *de Immaculatæ Conceptione*, à nobis visa, sunt sequentia. Impress. anno 1497. & est: Sicut lilium, &c. Item, in altero, fol. 54. Lectiones tertii Nocturni in die octavæ, sunt ex Decretali Sixti IV. Cùm præexcelsa. Item, in alio impress. anno 1562. fol. 243. officium est: Gaude Mater Ecclesia, & in altero impress. anno 1527. fol. 343. rubrica est: In vigilia Conceptionis: Sicut lilium, &c. & sic etiam in impress. 1556. fol. 539. Item, aliud ejusdem fol. 539. habet officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, sicut in officio Fratrum Minorum. Impress. anno 1545. in 4.

Cælestinum, manuscriptum sic: Breviarium secundùm consuetudinem Religionis B. Confessoris, quondam Papæ, Cælestini: *Conceptio B. MARIÆ* duplex: omnia fiant sicut in Nativitate ejus, mutato nomine Nativitatis, in nomen Concept. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, qui primæ plasmatæ mulieris, &c. Est MS. antiquis characteribus, in Bibliotheca S. Vedasti Benedictinorum Atrebaten. Vidimus etiam Diurnale, secundùm usum Fratrum Cælestinorum. VI. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex majus. Extat in Biblioth. PP. Fullensium Parisiis, MS.

Cistercienſe, habet officium, fol. 375. *de Conceptione Beatæ Virginis*. Impress. Parisijs anno 1601. in 12. & incipit: Hæc est Regina Virginum, &c.

Civitatense, cum depicta *imagine Conceptionis*, fol. 371. habet rubricam *in Conceptione purissimæ B. Virginis MARIÆ*. Impress. anno 1515. in 4.

Cluniacense

Cluniacense, sub titulo Conceptionis recitat semper, ut videre est in Breviarijs impressis Parisiis 1544. rubris characteribus, & 1547. cum duodecim Lectionibus, & est officium particulare, & 1559. alterum. Item, in alio extat hæc rubrica: Breviarium secundùm ritum ac reformationem Venerabilium Patrum celeberrimi Monasterij Cluniacensis, &c. fol. 271. *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, Ad Vesperas super Psalmos. Felix namque. Capitulum: Egredietur virga, &c. Impress. illo, &c. Historia Helsini. Reliqua sunt specialia, & singularia Parisijs 1584. in 8. Item, sunt Horæ in laudem *B. MARIÆ Virginis* ad usum Sacri Monasterij Cluniacensis, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex, rubeis litteris. Et folio 421. de quinque festis B. MARIÆ: Ave cujus Conceptio, solemni plena gaudio cœlestia, terrestria, novâ replet lætitiâ, &c. Parisijs 1625. in 12.

Cœnomanense impress. auctoritate Caroli de Beaumanit Parisijs 1633. & antiquum, habet hanc rubricam: Breviarium ad usum insignis Ecclesiæ Cœnomanensis, auctoritate Reverendissimi Domini Cardinalis à Rambulieto Episcopi Cœnomanensis, &c. per Canonicos Dominum Hennyer, & Dominum Bonsart emendatum, &c. & per Magistrum Joannem Moreau Doctorem Theologum recognitum, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* semiduplex, rubeis litteris, sed in Ecclesia Cathedrali duplex. Et hoc verbum semiduplex, etiam ponitur in die S. Stephani, & S. Joannis: sed duplex solùm mense illo in die Nativitatis Domini. Item, in festis observandis per annum in Curia: *Conceptio MARIÆ Virginis* festum semiduplex; sed in Ecclesia Cœnomanensi festum duplex; in primis Vesperis Antiphona: Hæc est Regina Virginum, &c. Capitulum: Hodie conceptâ est. Oratio: Supplicationem. Lectiones: Erat vir in Israel, nomine Joachim, &c. Et omnes novem Lectiones sunt de historia, absq; Evangelio, totumq; officium est singularissimum. Nota, quòd de isto festo fiunt octavæ, sed non solemnes, sicut in die, &c. Impress. Parisijs anno 1582. in 8.

Colonense, habet officium speciale in impressione 1500. fol. 170. & 1518. in 8. & 1614. Item, in libro: Decreta, & Canones Concilij Provincialis Colonensis celebrati, ann. 1536. fol. 32. de festis solemniter in illa Diœcesi celebrandis, mense Decembri: *Conceptionis B. Virginis*. Impress. Parisijs 1550. in 8. Vide etiam Missale.

Comense in Italia, Patriarchinum nuncupatum, fol. 364. *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* duplex, incipit: Conceptio gloriosæ Virginis. Impress. Comæ ann. 1552.

Compostellanum, fol. 287. habet titulum, seu rubricam: *Conceptio Immaculatæ Virginis MARIÆ*, & est sicut in officio Nogarolis. Impress. Salmanticæ 1569. De alio huius sanctæ Ecclesiæ Breviario impress. anno 1469. mentionem facit D. Joannes Tamaius de Salazar, fol. 313. & dicit esse secundùm officium Nogarolis: Sicut lilium; de quo multùm dubito, quia fortè fuit error typographiæ, nam num. 4. futurus erat 5. & sic coincidit cum supra posito, à me viso, & recognito.

Conceptionistarum Monialium, Religionis Immaculatæ Conceptionis, nuperrimè revisum, & emendatum, tam in singulorum officiorum lecturis, quàm etiam in kalendario, &c. & extat cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio; prima verò rubrica principalis, hæc est: Incipit Breviarium, secundùm ordinem, *S. ac Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, indultum, concessum, & confirmatum à Sacrosancta Romana Ecclesia, per Beatissimos Pontifices, atque Dominos; scilicet Sixtum IV. & Innocentium VIII. præfatum Ordinem, & Religionem instituentes, & Alexandrum VI. & Iulium II. dictum Ordinem, & Religionem, & officium approbantes, atque multiplicibus gratijs, & indulgentijs eam corroborantes, & faventes; quæ indulta, & gratias, etiam D. Leo Papa X. demum multipliciter ampliavit, & alias de novo concessit, &c. Impress. Compluti per Joannem Brocarium 1551. in 8. parvo, & Toleti 1508. in 12.

Conchense Breviarium, fol. 322. habet hanc rubricam: *Officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod approbavit, publicavit, & confirmavit Sixtus Papa IV. cum illa indulgentia illud celebrantibus, quæ habetur per totam octavam Corporis Christi; &c. Impress. Conchæ 1560. in 4.

Conimbricense: ibidem Martyrologium antiquum S. Crucis Conimbricensis: *Conceptio Immaculatæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, quæ privilegio libera à peccato fuit.* Lupian, cap. 4.

Cordubense, adducit *officium Immaculatæ Conceptionis*, sicut in Breviario Minorum; tam impress. ann. 1489. quàm illud impress. ann. 1508. Et aliud 1557. Extat etiam alterum eiusdem Ecclesiæ antiquis characteribus manuscriptum in Bibliotheca D. D. Laurentij Quoqui *cum officio Conceptionis Virginis MARIÆ*, in 8. parvo, & charta pecorea.

Constantiense Nicolai Briroy, duplex in Nativitate & 1609. in 12. In alio antiquo sic dicitur: Incipit Breviarium secundùm modum Ecclesiæ Constantiensis ordinatum per R. in Christo Patrem & Dominum Hugonem de Landeberg, &c. 6. Idus Decembris: Conceptio S. MARIÆ summum. Et fol. 321. à tergo *de Conceptione B. MARIÆ Virginis* omnia quæ recipiuntur in Nativitate ejus, etiam recipiuntur in hoc festo, præter quòd Nativitas mutatur in Conceptionem, & Invitatorium canitur: In honore Beatissimæ Virginis MARIÆ jubilemus Domino; & sic observat Chorus Constantien. Inclinatione tamen ad historiam habentibus historiam subsequentem tradimus. Ad Vesperas Antiphona: Gaude fidelis concio, &c habet multa particularia. Lectiones ex historia Helsini, & in Oratione ad Nonam: Cujus sacræ Conceptionis solemniter lætatur se debita laude venerari, &c. Missa: Gaudeamus; & venerandam vocat in alia, &c. est officium singulare. Et aliud impress. in Rutlingen cum officio diverso ann. 1482. in 4. Item, Kalendarium perpetuum ejusdem Ecclesiæ. Augustę impress. 1501. in 4. & in alio: Libellus utilissimus dans modum, & ordinem orandi secùndum ritum Ecclesiæ Constantiensis. 6. Idus Decembris: *Conceptionis Sanctæ MARIÆ* summum, quam rubricam affert solùm pro die Nativitatis Domini in illo mense, & est quasi Kalendarium perpetuum. Impressum Augustæ 1501. in 4. Et in alio: In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, ac gloriosæ semper Virginis MARIÆ, & sanctorum Pelagij Martyris, Conradi Confessoris, ac Pontificis, Patronorum hujus Ecclesiæ Constantien. Incipit: Directorium, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio*

ceptionis B. MARIÆ summum, & eandem rubricam habet solùm in die Nativitatis Domini. Et postea dicitur: Festum summum est, quod speciali Completorio, & Prima adornatur. Absque anno impressionis in 4. antiquis characteribus.

Croningense, habet officium Ecclesiæ Ultrajectensis. Impress. ann. 1640. Coloniæ.

Dauentriense, recitat de *Conceptione Virginis*, cujus officium est impressum Coloniæ cum illo Ecclesiæ Ultrajectensis 1640.

Dervience, ut colligitur ex Missali illius Ecclesiæ, quod manuscriptum vidimus Parisijs in Bibliotheca PP. Fullensium.

Dertusense, fol. 389. incipit titulus sic: *Officium Immæculatæ Conceptionis, &c.* Impress. 1547. in 4.

S. Dionysij, cujus rubrica est: Breviarium juxta ritum regalis Cœnobii Christi Martyris Areopagitæ Dionysii, nunc primùm accuratissimè Parisijs excusum 1550. in 8. die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* semiannuale. De Conceptione, omnia ut in die Nativitatis, & ibi alterum Actuale Divini officij, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* manuscrip. in S. Dionysio, & in altero absque an. impressionis dicitur: *Conceptio* semiannuale.

Dominicani habuerunt diversum modum recitandi de hac festivitate, aliquando sub titulo *Conceptionis*, & ab anno 1494. sub titulo Sanctificationis. Breviaria & Missalia, sub titulo ultimo, pertinent ad Solem Veritatis, & nunc solùm referam illa officia Ecclesiastica, quæ invenire potui sub titulo Conceptionis. Et manuscripta pulcherrimis characteribus extant duo Breviaria in Bibliotheca manuscriptorum S. Laurentij Scorialis, & alia duo manuscripta in Conventu Annuntiationis, Ordinis Prædicatorum Parisiis, in via S. Honorati, & etiam est ibi Missale manuscriptum, & aliæ Horæ sub titulo Conceptionis. Item, est aliud antiquum impressum sub eodem titulo, quod vidimus in collegio Insulensi Societ. Jesu; sed carebat principio & fine. An. 1582. fuit impress. Venetiis Breviarium Ordinis Prædicatorum cum titulo *Conceptionis*, & Missale cum eodem titulo. Anno 1619. & anno 1604. Parisiis alterum Missale in quo dicitur sic: Missale Dominicanum, in quo omnia quæ in Kalendario, cum titulo *Conceptionis*, plenè perscribuntur, sed in aliis remittuntur &c. Et in corpore Missalis adducit Missam de Purificatione fol. 134. Extat impress. Parisiis in officina H. de Maffret, apud Dionysium Cavellat. In Monasterio PP. Norbertinorum Florefiensi, propè Namurcum, inveni aliud Missale, quod in Kalendario Mensium, habebat titulum *Conceptionis*, sed in corpore Missalis ad diem 8. Decembris, nullam adducebat Missam pro tali die, tanquam si illa festivitas non esset in Ecclesia Dei, nec in mundo. In Hispalensi Civitate, anno 1550. fuit impress. Breviarium cum titulo & officio *Conceptionis*, sicut in die Nativitatis, & alterum simile, anno 1571. Et etiam fuerunt impress. anno 1639. pro Fratribus Prædicatoribus, sub titulo *Conceptionis*, Horæ communes, & aliæ Horæ Ordinis Prædicatorum sub titulo *Conceptionis*. Impress. apud Simonem Bostræ. In Martyrologio impress. Venetiis 1582. in 4. sub titulo: Martyrologium secundùm Ordinem Fratrum Prædicatorum cum eiusdem Ordinis Constitutionibus, & Regula B. Augustini, auctoritate Reverendiss. P. Fr. Seraphini Cavalli Mag. Generalis, &c. in Kalendario ad diem 8. Decemb. inquit: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, totum duplex. Et in Martyrologio, fol. 4. *de Conceptione Sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi*, festum totum duplex Ceremoniale. Impress. in eodem libro anno. In Kalendario ad 8. Decembris dicitur *Sanctificatio Beatæ MARIÆ Virginis*, totum duplex. Explicit Breviarium secundùm usum Fratrum Prædicatorũ accuratè castigatum, ac correctum secundùm tenorem libri dicti Ordinis per quosdam Fratrem Conventûs Parisien. impressum expensis venerabilis Bibliopolæ Almæ Universitatis Parisien. Joannis Petit, commorantis in vico S. Jacobi ad Interunguium lilij aurei anno 1519. die 5. mensis Martij. 6. Idus Decembris, totum duplex rubeis litteris, ut in die S. Thomæ, & Nativitatis. Et in proprio Sanctorum, folio 5. à tergo dicitur: Notandum, quòd in festo *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, fiunt omnia sicut in festo Nativitatis eiusdem, mutato vocabulo Nativitatis in vocabulum Conceptionis; Quære officium in fine libri deest tamen finis.

S. Donatiani Brugen. in Belgio diœcesis Tornacen. recitabat de *Conceptione* ut duplex solemne, ut videre est in Breviario impresso anno 1520. die Missali manuscripto anno 1420. fol. 190. est Missa de Conceptione: Gaudeamus. Extat in S. Augustino, Ipris.

Dononiense iuxta Valencenas in Belgio, habet Breviarium manuscript. in pergameno, anno 12[illegible]. In quo, die 8. Decembris *habet festum Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, de quo vide Eulebium Nieremberg. in lib. Except. cap. 27. fol. 500.

Dunense Ordinis Cistercienses, habebat officium Conceptionis, & habebat 12. Lectiones, & in Missali erant duæ Missæ pro festivitate Conceptionis.

Eborense, dispositum à D. D. Henrico ejus Archiepiscopo, & posteà Cardinali, ac Lusitaniæ Rege opera, & studio cuiusdam Patris Ordinis Prædicatorum, habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ* de quo vide nostrum Armamentarium, col. 202. & Tamaium de Salazar, fol. 312.

Ebroicense, recitabat de *Conceptione* triplex, cum cessatione ab omni opere, de quo vidimus duo Breviaria diuersa sine an. & loco impressionis. Item in Rituali sic dicitur: Auctoritate Reverendissimi in Christo Patris & D. D. Francisci de Pericard, Colonensis Episcopi. Die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, duplex primæ classis, seu triplex, quam rubricam habet in illo mense pro die Nativitatis Domini. Ebroicis 1621. in 4.

Edunense, de *Conceptione B. MARIÆ Virginis* quadrum cum octava, & habebat duo officia, unum Sixti IV. & alterum sicut in die Nativitatis, ut constat ex Missali. Impress. Parisijs 1536. in 8.

S. Emiliani de la Cogulla, recitabat officium *Conceptionis* cum octava, & inter alia habet hæc verba: In ea nunquam delictum originale fuit, sed semper gratia: quare scripsit Apost. Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia; sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi ceciderunt, & mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. Abundavit, & superabundavit gratia Dei super eam, quia non cecidit ex delicto peccati, sed semper fuit in luce puritatis. Ex Antonio de Lupian, in Hispania primogenita Eremi-

Eremitarum S. Augustini Diurnale antiquum manusc. apud Norbertinos S. Michaëlis Antuerpiæ: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* 9. Lection. rubeis litteris in 4. & adducit tres Orationes.

Item, Breviarium eiusdem Ordinis, pulcherrimis scriptum characteribus in charta pellicea in 4. est ibidem.

Eremitarum S. Pauli, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, erat Breviarium sub titulo *Conceptionis*, ut refert P. Carolus Guyetus in sua notitia mihi transmissa.

Eyestense, cujus rubrica est: Breviarium Cathedralis Ecclesiæ Eyestensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, rubeis litteris. Impr. antiquissimis characteribus in Collegio Claramõtano in 8. lit. M.

Fœlicis de Girona, in Principatu Cathaloniæ, ut refert Anton. de Lupian, cap. 15. manuscriptum anno 1241. & alterum scriptum à Domino Mauritio de Burgos, manu sui Capellani Gundisalvi, an. 1216. cujus originale permanet in Parochiali Ecclesia Sanctæ Gadeæ Archiepiscopatûs Burgen. adducit Conceptionem.

Fontis Ebraudi sunt multa Breuiaria, unum editum ann. 1526. & alterum 1538. & aliud manuscriptum ann. 1461. In alio est hæc rubrica: Breviarium Sanctimonialium sub regulari observantia Fontis Ebraudi degentium, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* majus duplex, rubeis litteris. Est pars æstiv. absque anno, & loco impressionis, sed antiquum, id est, ad initium typographiæ. Vide verb. Missalia.

Fontis Braiden, *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, duplex maius. Extat impress. absque loco, & anno.

Fullense, recitavit semper sub titulo *Conceptionis*, ut vidimus Parisijs in ipso monasterio, quorum aliqua dabimus infra verb. Missalia.

S. Gadea in Hispania, habebat Breviarium antiquitus sub titulo *Conceptionis*, de quo D. Antonius de Lupian Zapata, singularem nobis communicavit notitiam.

Gandavense: in rubrica dicitur: Duplex majus officium Decani in quatuor, ad medium quintæ. *De Conceptione Virginis MARIÆ*, &c. Impress. ann. 1640. Vidi istud in S. Augustino Iprensi.

S. Genovefæ, cujus rubrica est: Breviarii insignis Ecclesiæ S. Genovefæ Parisiis, Canonicorum Regularium S. Augustini, die 8. Decembris: *Conceptio S. MARIÆ* duplex, rubeis litteris. Et in mense in corpore Breviarij hæc habet: *In Conceptione B. MARIÆ Virginis* omnia fiunt, ut in Nativitate; ubi dicitur Cõceptus, &c. MS. characteribus pulchris, & antiquissimis, &c. in Biblioth. eiusdem Monasterij in charta pellicea in 4. Vide Missale.

S. Getrudis Lovanij, duplex *de Conceptione B. MARIÆ*, &c. Impress. anno 1551.

Gerundense, *de sanctificatione, vel Conceptione B. Virginis MARIÆ*, de quo latè agimus in Sole Veritatis, uerbo Officia Ecclesiastica.

Giennense, fol. 147. habet hanc rubricam: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* festum est, &c. Et est particulare, absque foliatione & impressione. Aliud extat eiusdem Ecclesiæ, quod fol. 435. habet etiam officium speciale *de eadem Virginis MARIÆ Conceptione*; de quibus egimus in nostro Armament. Regest. col. 200.

Glandatense, cujus rubrica est: In nomine D. nost. Jesu Christi, incipit Missale secundùm usum Ecclesiæ Cathedralis Glandatensis, & Ebredunensis. 6. Idus Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex majus. Et fol. 240. *In Conceptione B. MARIÆ* ad Missam, officium: Gaudeamus. Oratio: Deus qui Beatæ Mariæ Virginis Conceptionem, Angelico vaticinio parentibus prædixisti, &c. MS. in Biblioth. D. D. Card. Mazarini, pulchris imaginibus, & picturis.

Gothicum officium antiquum, fuit distinctum à Muzarabe, ut colligitur ex Missali, de quo Antonius de Lupian, in sua Hispania primogenita cap. 6. fol. 20. loquens de Missali existente in Civitate Onatensi, adducit hæc verba: Virgo Dei Genitrix Maria, cujus hodie veram Conceptionem celebramus; quæsumus indigni, & peccatores, &c. Principium hujus Missalis dicit esse: Conceptionis glorioſæ Virginis Mariæ, sic nos juva subsidio, ne nostro exigente merito tradamur inferno, &c. Et in Oratione: Tribue per intercessionem Conceptionis glorioſæ Virginis Mariæ, persecutionum tempestates in tui nominis confessione devincere.

Granatense, fol. 306. habet pro titulo: *Incipit officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. ann. 1544. in 4. Est etiam aliud impress. 1506. *cum officio Immaculatæ Conceptionis*, per totam octavam, de quo in nostro Armament.

Græcæ Ecclesiæ officium *de Conceptione S. Annæ*, ut adducitur à R. P. Franc. Combefis, Dominico Gravina, & Simone Wagnereckio, de quo vide latè in Sole Veritatis. Et in Menologio extant hæc verba. Salutatio: Venite, & harmonicè inter nos ac sine intermissione collaudemus in Hymnis illam, quam prædixerunt olim Prophetarum chori, quam Apostoli semper Virginem docuerunt, quam Martyres confessi sunt veram & propriam Dei Genitricem. Venite, Dei Matrem magnificemus, & voce Gabrielis dicamus Virgini: Salve Procuratrix gaudij. Salve Solutio maledicti. Salve Revocatio exulis Adami. Salve Evæ Redemptio. Salve omnimodè & mundissimè ornata lætitia. Salve Angelorum gloria. Salve Abyssus humanis oculis difficilè visibilis. Salve universorum admirabile Tabernaculum, & Reclinatorium, & Palatium, & Vellus roriferum. Salve divinum imbrem vehens lucida Nubes, & te beatificantium animas illuminans. Salve virga Aaron; & Rubus ardens. Salve Urna aurea, Mannæ reconditorium. Salve conscripta Tabula Deo dilecta, & Porta concluſa. Salve nova mundi salvifica Arca, & Scala cœlestis, per quam descendit Deus, & ascendunt mortales. Salve Natura supra naturam. Salve undequaq; laudatissima Virgo. Interminabilis Dei-Hominis Sponsa Maria Deipara, *expers labis, omnimodè Immaculata, inviolata, omnimodè Sancta.* Salve sacratissima Mensa proponens diuinum Panem, & te piè confitentes, te tamquam Dei Matrem dignè adorantes, enutriens. Salve Regina hominum. Domina Angelorum. Harmonicum Monochordium. Plenitudo gratiarum. Spes desperantium. Sanitas infirmorum. Salve cadentium Erectio. Securitas mortalium. Concordia Ecclesiarum. Principum Gloria. Nobilitas Regum. Fortitudo exercituum. Corona Sacerdotum. Gloria Monachorum. Salve Lampas lucida inconsumptibilis luminis. Ductrix errantibus. Cæcorum baculus. Gaudium afflictorum. Injustorum Liberatrix. Salve Abyssus absconditorum mysteriorum Dei. Salve puella. Salve Nympha. Salve Porta con-

cluſa, & Fons ſemper ſcaturiens. Salve ſponſa. Salve omnium lætitia & opitulatio. Salve Angelorum exaltatio,& dejectio Dæmonum. Salve incarnati Dei omnium Creatoris Puerpera. Thymiamatorium aureum. Pons deducens ex terra in cœlum peregrinantes. Salue Fortitudo. Salve Nutrimentum.Stola. Merces.Gloria.Præſes. Purpura Deo tincta.Urna.Sceptrum. Vellus. Diviſio & nebula lucis. Salve Dei Mater, perfectio irreprehenſibilis & incontaminata.Salve purior Cherubim ,& ſanctior Seraphim. *Salve ô tota pulchra Virgo,tota nil niſi nitor & ſpecies lucis*, diem ac Deum adferens. Vulnerati ſumus à ſingulari amore te glorificandi.Salve, in qua ſola Deus reperit cauſam,ut ſimilem nobis indueret naturam. Salve ſuper omnes fulgens puritas, ab æterno munda & poſſidens Juſtitiæ Solem.Salve ſplendor integritatis, & virginalis pulchritudo. Salve dives gratiarum, *quæ te ab omni ævo fecerunt labis immunem*, ut ſola digna eſſes ſancti partûs honore.Salve apparens Adami filia, ſed re ipſa Genitrix Dei & Adami in integrum reſtitutrix. Salve Nubes lucida, & luminis Porta.Te Paradiſum agnoſcimus ô puriſſima Virgo Mater, ex qua nobis flos myſticus Creator Chriſtus germinavit. Salve Primitiæ immortalitatis.Rationalis Paradiſus. Grandis orbis terrarum Theſaurus: quia mors torrentis inſtar ruens, apud te Virgo, viribus ſuis omnibus fuit ſpoliata.Salve, quam Architectus& Dominator omnium Deus humani generis Primatem creavit.*Salve Domina nulli unquam reprehenſioni obnoxia.* Salve Mundi Primas & Dominatrix, & cum Filio gaudens privilegijs Primogenitorum. Salve Throne ignibus coruſcans, in quo reſidet Jeſus Dominus univerſorum. Chriſtum Sanctum Sanctorum peperiſti, ô Sanctum Sanctitatis Tabernaculum. Salve Solis inacceſſi vehiculum. Salve mens divinorum ignium excubijs fulgens.Salve ſplendor ſcintillans, ut fulgur. Salve Cœlum novum, ex quo ſe diffudit radius Divinitatis. Salve cadentis Mundi Recreatrix, *nulli unquam culpæ ſubjecta. Salve macularum omnium expers.* Salve Lignum vitæ, ſolius Chriſti auctoris vitæ Germinatrix. Te glorioſa Anna ſupernaturaliter fœcundata ſuſcepit per Verbum, quæ Verbo eras gravidanda.Te genuit Cœlum in terra, quæ artificem Cœli eras paritura. Te beatificamus. Te glorificamus. Te canimus honoratiorem Cherubinis. Te veram & incorruptam Dei Genitricem dicimus glorioſiorem Seraphinis. Te veram Dei Matrem magnificamus. Wratislaviæ 1662. in 8. In Anthologio, ſive florilegio Græco totius anni,fol.89.adducitur officium *de Conceptione Virginis*,ubi fere extant omnia, quæ in Menologio, de quo dicemus in Sole Veritatis,verbo Officia Eccleſiaſtica.Lib.impreſſ. Venetiis an. 1639. in folio.

Græcolatinum diſtinctum à præcedenti, nam ſunt Horæ *B.MARIÆ Virginis*,&c. per Fredericum Morellum Pariſijs Profeſſorem Regium,die 8.Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex: & fol. 279. *In feſto Conceptionis B.MARIÆ* habet Antiphonam,& Orationem. Impreſſ. Pariſijs 1609. in 16.

S. Gudulæ Breviarium, habet officium *de Conceptione B. MARIÆ*. Extat impreſſ.Pariſijs anno 1516. in 4.

Guilielmitarum, de quo Pater Auguſtinus Carcat, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Gallus, in libro: Ordinarium, ſive Ceremoniale Eremitarum S. Auguſtini Provinciæ Communitatis Bituricenſis, aliàs S.Guilielmi, fol. 38. cap. 16. de rebus præparandis ante Miſſas ſolemnes, & primas,inquit: Item, in feſtis primæ, & ſecundæ claſſis, & quoties habentur plenariæ indulgentiæ atque *in feſto Conceptionis B. MARIÆ*, velum Subdiaconus deferet ad Credentiam, &c. Pariſijs anno 1631 in 8.

Hangienſe,de quo in quodam libro ſic dicitur: Supplementum ſecundùm uſum Eccleſiæ Sanctorum Ioannis Baptiſtæ,& Evangeliſtæ Patronorum in Hang. *In feſto Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ad Veſperas ſuper omnia: Laudate. Antiphona: Egreditur Davidica,&c. Nonne tu qui ſolus es, quæ vis potes actum facere à ſordibus mundum, & intactũ,&c.Sunt particulares. Hymnus: Feſtum originis canat Eccleſia Beatæ Virginis, &c. Oratio: Deus qui glorioſam Virginem MARIAM mirabiliter concipi voluiſti,& ut eſſet Mater unigeniti Filij tui,ante ſæcula prævidiſtis; præſta nobis, &c. Super Nunc dimittis. Antiph. Fideles piè credite hoc præſens feſtum colite, &c. Omnia Reſponſoria, Antiphonæ,& alia ſunt notabiliſſima. Impreſſ. Coloniæ 1575. in 8.

Helnenſe, cum Bichenſi & Tarraconenſi, ut dicit D. Antonius de Lupian in ſua Hiſpania primogenita, cap. 13. & 15. recitabat de Conceptione,imo,& in Martyrologio Helnenſi dicebatur ſic: Martyrologium Helnenſe ſuffraganeum Tarraconenſis Epiſcopatûs : *Conceptio Immaculatæ ſemper MARIÆ Virginis, Genitricis Domini noſtri Jeſu* Chriſti; quæ Angelis purior ſublimata eſt, &c. Fuit ſcriptum ad annum 903. Lupian, cap. 13. & cap. 6. fol. 20.

Herbipolenſe, *in feſto Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*,ad Veſperas Antiphona: Hortus conclusus.Eſt officium ſpeciale. Impreſſ. 1518. in 4. in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini. Et in alio libro, ſic dicitur: Speciale Miſſarum ſecundùm Chorum Herbipolenſem,fol.66. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, Introitus: Gaudeamus, &c. Collecta: Deus ineffabilis. Et in menſe,rubeis litteris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, &c. Eſt antiquiſſimis characteribus abſque loco, & anno impreſſionis in Collegio Claramontano,litterâ M. V. 13. in fol. Item, Breviarium ejuſdem Eccleſiæ Sexto Idus Decembris: Conceptio MARIÆ novem Lectiones, rubeis litteris. *In feſto Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*, Ad Veſperas,& ad omnes Horas ſervetur per totum, cum legenda de Conceptione, ſicut ſervatur die Nativitatis ejus, ſed nomen Nativitatis mutatur in nomen Conceptionis. Collecta: Deus ineffabilis, &c. Nota, ſi hoc feſtum in Dominica venerit, in feriam ſecundam poſtponatur in choro, ſed non in foro. In Collegio Claramontano littera M. abſque loco,& anno impreſſionis in 8.

Hieronymianum,id eſt, ſacræ Religionis S. Hieronymi, fol. 6. habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. anno 1502 in 4.

Hieroſolymitanum,habet officium *ſub titulo Conceptionis*.Impreſſ.ann. 1501.in 4. Item,in alio Breviario eſt idem officium ejuſdem Eccleſiæ,ſub titulo *Immaculatæ Conceptionis*.

Hildeſenenſe, de *Conceptione B. Virginis MARIÆ* cum octava;& extat impreſſum ann.1516. à Melchiore Lotheo.

Hiſpalenſe,in ſolemnitate Conceptionis, rubri-

ca:

ca: *Festum Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* est festum primæ dignitatis, habet octavas solemnes, & in eis non dicitur de aliquo festo, præter de S. Lucia. Impress. 1510. & 1531. & 1555. 1593. in 4. Omnia vidimus, sed brevitatis causâ, non transcripsimus verba.

Horæ variæ à nobis visæ, quæ habent officia *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* diversa, sunt plus quàm viginti; de quibus, vide verb. Horæ.

Jacense, simùl cum Osciensi, habet *officium Conceptionis*. Impress. ann. 1505.

S. Jacobi, id est, Militiæ Breuiarium ex Sacra Scriptura, & probatis Sacrorum Doctorum expositoribus, f. 403. *Conceptio B. Virginis MARIÆ*, quatuor capparum. Est officium speciale. Impress. Conchæ, anno 1563. in 8. magno. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. De hoc Yepes, Centuriâ 7. cap. 5. & etiam D. Ant. Lupian.

Illerdense in Hispania, habet *officium Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, sicut Nogarolis, quod vidimus absq; principio, & fine, & incipit: Sicut lilium.

Insulense in Belgio, impressum ann. 1533. officium *Conceptionis B. MARIÆ*.

Joannis Hierosolymitani, habet *officium sub hoc tit. Conceptionis*, ut diximus in nostro Sole Veritatis.

Breviarium, secundùm usum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani: *Conceptio Beatæ MARIÆ* rubeis litteris. In primis Vesperis, Antiph. Gaude Mater Ecclesia, &c. Capitulum: Ego quasi vitis. Ad Magnificat: Quàm pulchri sunt, &c. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Invitatorium: Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, &c. Lectiones: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, &c. Per octavam Conceptionis Invitatorium, & Hymnus, ut in die, &c. Lugduni 1551. in 8. Est officium singulare.

Iprense, & est officium MS. repertum in Monasterio S. Joannis ejusdem civitatis, ubi sic dicitur: *Conceptio B. Virginis* duplex 2. classis, in 4.

Kalendaria impressa, ac MS. antiqua, diversa inter se in substantia, Sanctorum, ac in modo dispositionis, vidimus in Bibliothecis triginta sex, & omnia adducebant festum *Conceptionis V. MARIÆ* die 8. Decembris, ex impressis excepto uno, & ex manuscriptis, tribus. De aliquibus specialiter mentionem facimus infra, verb. Kalendaria.

Laudunense editum à Valentino de Glas, extat Manuale, ubi dicitur: *De Conceptione V. MARIÆ sicut in Nativitate*. Rhemis 1584.

Legionense, *officium sub hoc titulo Immaculatæ Conceptionis*, & est singulare. Impress. ann. 1532. fol. 321. Vide verb. Missale Legionense; & in alio extat rubrica singularis.

Lemovicense, in Manuali continente modum administrandi Sacramenta Ecclesiæ, &c. 6. Idus Decembris, *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, &c. rubeis litteris. Impress. Lemovicis 1518 in 8.

Leodiense: de hac Sancta Ecclesia vidimus multa Breviaria, scilicet impress. Antuerpiæ 1550. apud Michaëlem Gilenium: *De Conceptione*, sicut in Nativitate. Et impress. 1540. Parochiale Leodij 1592. Leodiense, cuius rubrica est: *In festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* duplex; si hoc festum venerit in Dominica, fit officium de ipso festo: incipit verò: Hortus conclusus. Impress. Leodij 1622. fol. 659.

Lervardense, recitabat de *Conceptione Virginis MARIÆ*; & extat impressum cum officio Ecclesiæ Ultrajectensis, Coloniæ 1641.

Lexoviense, in rubrica: de *Conceptione Virginis MARIÆ* duplex solemne. Impress. Parisijs 1624.

Livellense, vidimus manuscriptum antiquum in Collegio Insulensi: *De Conceptione Virginis MARIÆ*: Gaude Mater Ecclesia, &c.

Lingonense, in Missali sic dicitur: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* cum octavis. Lectiones: Anselmus, &c. Impress. Parisiis 1516. Vide infra Missale istius Ecclesiæ.

Lubicense, *de Conceptione B. MARIÆ*. Impress. Nurimbergæ in 4. Vide verb. Missalia.

Lugdunense antiquum in charta pecorea manuscrip. ad diem 8. Decembris, nigris characteribus: *Conceptio B. MARIÆ*. Ad Vesperas, &c. Egredietur virga. Extat etiam impress. Lugduni 1584. & 1619. in 8. Et in alio sic dicitur: Breviarium Cameræ, ad usum Ecclesiæ Lugdunensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*. D. Eger, rubeis litteris, quam notam ponit pro die Nativitatis Domini. Absque anno impress. antiquum in Biblioth. D.D. Cardinalis Mazarini, in fol. Item, Psalterium ad honorabilem ritum Lugdunensis Ecclesiæ Galliarum primatis, &c. VI. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ*, novem Lectiones. Impress. Lugduni apud Jacob. Modernum, in 4.

Manuscriptum existens apud Tertiarios de Nazareth, Parisiis, habet hanc Prosam *de Conceptione V. Virginis MARIÆ*: Prosa pro die purissimæ Conceptionis: *Hanc diem sacram celebremus, &c.* Est specialis, & indicativa ejus puritatis & præservationis.

Item, aliud Breviarium MS. existens apud Augustinianos, Ipris: *Conceptio B. MARIÆ* solemne, sicut in Nativitate. Item, aliud Insulis in Collegio apud Patres Societatis Jesu MS. *Conceptio B. Virginis*, rubeis litteris. Item, alia duo MS. Ipris apud Augustinianos, adducunt officium singulare de Conceptione. Item, aliud vetustissimum MS. apud PP. Societatis Jesu Bruxellis, adducit *Conceptionem V. MARIÆ* cum octava. Et ibidem sunt duo alia antiquissima cum festo Conceptionis, taliter quòd in ipsis non apponatur festum S. Thomæ, nec aliorum ejusdem temporis, quod est signum magnæ antiquitatis. Breviarium pervetustum MS. characteribus antiquis existens in Bibliotheca Fratrum Minorum magni Conventûs Parisijs, 6. Idûs Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex festum. Non habet principium, neque finem. Vidimus etiam plura alia in diversis locis.

Manuscriptum *officium Conceptionis*, in 8. quod incipit: Gratulare, & lætare, &c. satis pulchrum, extat in Biblioth. Regia Scorialis, pluteo 4. litt. H. 20. Item, aliud ibidem pulcherrimis characteribus scriptum, cum imagine Joachim & Annæ, *& officio Conceptionis*, pluteo 3. A. 8. Item, alterum manuscriptum, habet officium pulcherrimum sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*, cujus prima Antiphona incipit: Dixit Dominus Deus ad serpentem; inimicitias ponam, &c. quod antiquis characteribus habemus apud nos. Item, manuscriptum aliud Breviarium in charta pellicea apud D. Vincentium de Lastanosa, habet officium sub titulo *Conceptionis B. MARIÆ Virginis*. Manuscriptum aliud, quod extat apud D. Rui Gomez Ducem de Hijar, & absque dubio fuit exaratum in charta pellicea ante typographiam, habet officium Sanctorum Ioachim, & Annæ, & de Conceptione sic in Kalendario: *Conceptio S. MARIÆ Virginis*, festum duplex: & signatur tanquam festiuitas observanda.

Marchianense Monasterium in Belgio, ab antiquo recitabat de Conceptione, ut apparet ex Breviario antiquissimo manusc. existente in Biblioth. ejusdem Monasterij. Est officium sicut in Nativitate duplex, & idè alibi triplex. Hoc etiam satis clarè videtur in septem Missalibus manusc. existentibus ibidem, ubi talis est rubrica: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* principale, & in aliquibus summum; sunt q; antiquissimis characteribus scripta.

S. Martini Lovanienſis Monasterium Canonicorum Regular. habet officium speciale manusc. in Bibliotheca: *In Conceptione Virginis MARIÆ dupl.* rubeis litteris. Vide Missale.

S. Mauri Congregatio, recitabat de Conceptione, ut apparet ex Ceremoniali sub tali titulo: Ceremoniale Monasticum, sive secunda pars Constitutionum Congregationis S. Benedicti, aliàs Cluniacensis, & S. Mauri Ordinis S. Benedicti, fol. 510. de divisione festorum: Festa secundi Ordinis, *Conceptio B. Virginis*, & fol. 507. num. 15. *In festo Conceptionis B. MARIÆ* ad Antiphonam: Regalibus, non mutandum, sed dicendum, exorta; non autem, concepta refulget. Parisijs 1639. in 8.

Mechlinienſe, habebat officium de *Conceptione*, ut colligitur ex Pastorali. Impress. Antuerpiæ 1589.

Mediolanense, dictum communiter Ambrosianum, habet officium solemne *in festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Impress. Mediolani ann. 1582. & 1588. fol. 725.

Melbiense, sub hac inscriptione: Breviarium Benedictinorum Ecclesiæ Melbien. & Sublacen. & sacri Specus, die 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis* summum minus, rubeis litteris. Et fol. 3. *In Conceptione B. Virginis*, ad primas Vesperas super Psalmos Antiphonæ: Adest namque Conceptio, &c. Capitulum: Dominus possedit me. Oratio: Famulis tuis. Est officium singulare. Impress. Nurembergæ an. 1493. in 8.

Meldense, auctoritate Illustriss. & Reu. in Christo Patris D. D. Dominici Seguier, Meldensis Episcopi, & ejusdem Ecclesiæ Capituli consensu editum, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* solemne, rubeis litteris, & officium ut Ecclesiæ commune. Parisijs 1640. in 4.

Item, in Manuali impress. Parisiis 1546. in 4. apponitur festum Conceptionis, & in alio Breviario dicitur: Breviarium secundùm usum insignis Ecclesiæ Meldensis novissimè correctum, & emendatum, omnibus q; viris Ecclesiasticis ejusdem Diœcesis observari iniunctum: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* annuale, rubeis litteris. Parisijs 1546. in 8.

Mercenarium, id est, B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, fol. 216. habet *officium Immaculatæ Conceptionis*, desumptum à Leonardo de Nogarolis, sive proprium Ordinis Minorum. Impress. 1556.

Mindense, ut colligitur ex Missali, fol. 245. *Conceptio B. Virginis*. Impress. Nurembergæ 1513. in fol. habebat officium singulare. Vide Missale.

Minorum, antiquum, & modernum semper sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*, de quibus latè egimus in Regest. nostri Armamentarij Seraphici à colum. 165. & in Sole Veritatis verbo Officia num. 231. In Nomine Domini, incipit Ordo recitandi officium FF. Minorum secundùm consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* duplex, rubeis litteris. Et in mense: In vigilia *Conceptionis Virginis MARIÆ*, in primis Vesperis Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Capitulum: Dominus possedit me. Hymnus: Vergente mundi Vespere. Versus: Conceptio est hodie. Antiphona ad Mag. Ave decus Virgineum. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem, &c. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis; Helsinus Rameſensis Cœnobij Abbas. Et officium singulare MS. in Bibliot. D. D. Cardinalis Mazarini pulcherrimis, & antiquis characteribus, in charta pellicea.

Moguntinum, Danielis Esse Archiepiscopi auctoritate, &c. *Conceptio B. Virginis*. Coloniæ 1570. & Moguntiæ 1602. & 1611.

Item, Breviarium secundùm morem Ecclesiæ Moguntin. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* novem Lectiones, rubeis litteris. Est pars æstivalis impressa Venetijs 1495. in 8.

Monasterienſe, ut colligitur ex Missali, & ex Diurnali, sub tali rubrica: Diurnale Ecclesiæ Monasterienſis, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex. Parisijs 1511. in 16. & Breviarium Coloniæ 1520.

Monasticum, 6. Idus Decembris: *In festo Conceptionis B. Virginis, festum annuale*, rubeis litteris: Responsoria, & Antiphonæ sicut in festo Natiuitatis; excepto, quòd nomen Nativitatis, mutatur in nomen Conceptionis. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis Archiepiscopus, &c. Est manusc. in Bibliotheca Regia Parisijs num. 1305. in 8. & aliud manusc. Gandavi apud S. Petrum; & aliud impress. 1515. totum duplex. Item, Horarium ejusdem Ordinis.

Monasticum Ceremoniale Romano accommodatum denuò recognitum, & diligenter emendatum, impress. Parisijs 1634. in 8. parte 4. fol. 167. cap. 3. de festis tempore Adventûs occurrentibus, *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, num. 6. hæc habet: *Festum Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, celebratur ritu festorum secundi Ordinis, &c.* In primis Vesperis Conceptionis, fit Commemoratio S. Ambrosij, præterquam in Ecclesijs sub nomine Conceptionis B. Virgini dedicatis.

Monialium Deo dicatarum Virginum, Ordinis Fonte-Braiden, &c. ad diem 8. Decembris, rubeis characteribus: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* maior duplex, & est cum Cruce in signum diei festivi. Impress. Parisijs absque anno, in 8.

Montis Aragonum Ecclesiæ, fol. 507. in præclara festivitate *Immaculatæ Conceptionis*, absque anno impressionis.

Montis Martyrum, sub hoc titulo: Proprium Sanctorum Regalis Abbatiæ, & inclyti Monasterij Montis Martyrum, Ordinis S. Benedicti, fol. 19. die 8. Decembris: *Festum Conceptionis Dominæ nostræ duplex solemne secundæ classis.* Ad vesperas, Antiphona: Sicut lilium inter spinas, &c. ut in nostro Breviario omnia. ℣. *Immaculata Conceptio* est hodie Sanctæ Mariæ Virginis. ℟. Cuius innocentia inclyta cunctas lætificat devotas animas. Oratio: Deus qui per Immaculatam. Ad Matutinum, omnia ut in nostro Breviario, cum duodecim Lectionibus, & Evangelijs: Liber generationis, & Loquente Jesu, &c. Impress. Parisijs 1635. in 8. & 1638.

Monialium Montis Virginis Breuiarium, habet officium sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*.

Morinense: *Conceptio Virginis MARIÆ* duplex. Antuerpiæ 1585. & Parisijs 1514.

Mormatiæ, sub hac rubrica: Incipit Breviarium æstivale

æstivale secundùm ordinem, & rubricam Mormatien. die 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis*, novem Lectiones. Caret principio, & est in Biblioth. D.D. Card. Mazarini in 4. characteribus antiquis.

Muzarabe, seu S. Isidori, cuius rubrica est: *In festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, omnia dicuntur, ut in Assumptione Virginis MARIÆ, & ubi dicitur Assumptio, dicatur Conceptio. Extat fol. 354. & incipit: Virgo Israel. Impress. anno 1502.

Nanetense: *Conceptionis B. MARIÆ* duplex, sicut in Nativitate. Impress. Rhemis per Carolum de Bogne, & Joannem Masse in fol.

Narbonense: *Conceptio B. Virginis* duplex. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis. Est officium particulare. Lugduni 1602.

Neapolitanum, cum diversis alijs officijs, sub tit. *Immaculatæ Conceptionis.*

S. Nicolai in Nusia; die 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ.* Vide Missale hujus Ecclesiæ.

Nivellense in Belgio: *Conceptio B. MARIÆ.* MS. in Collegio Societatis Jesu, Insulis.

Nivernense, Jacobi Episcopi auctoritate recognitum: *Conceptio B. Virginis* solemne, sine octava. Impress. Parisijs 1524.

Nivernense etiam modernum, habet Hymnum proprium pro Vesperis: *Ecce nova solemnitas*; quem P. Carolus Guyetus Societatis Jesu commentatum edidit: *Lux ecce consurgit nova*, &c.

Nogarolis, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Venetijs 1495. & 1575. & 1543. & alibi sæpissime.

Norbertini, sive Præmonstratenses, in quadam Constitutione antiqua anno 1322. de qua Servatius Lartelz Abbas Lotharingius, cap. 2. dicunt: Eò quòd *de Conceptione ejusdem Virginis*, per omnes Ordinis nostri Ecclesias fiat duplex festum; de ea in officio tam diurno, quàm nocturno, fiat per omnia sicut de ejus Nativitate mutatis nominibus, prout in Antiphonarijs & in Missalibus reperitur, folio 97. Item, Breviarium Præmonstratense: Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis, triplex. *In Conceptione Beatæ Virginis*, ad Vesperas: Hortus conclusus es Dei Genitrix, &c. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem Genitricis filij tui, semperque Virginis MARIÆ, voluisti solemnitate annua venerari, &c. Antiphonæ singulares. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis. Ad Laudes: Conceptio gloriosæ. Capitulum: Adhuc terram non fecerat. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Parisijs 1547. Item, aliud ejusdem Ordinis: Gaude Mater Ecclesia. Oratio: Deus ineffabililis, &c. Lectiones: Anselmus. Parisijs 1598. in 8. Est officium diversum à superiori.

Noviomense, fol. 597. adducit singulare officium, *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. Noviomi 1630. in 8. Et in Manuali ponitur *Conceptio* duplex 2. classis, seu annuale. Impress. ibidem 1631. & recognitū à D. Henrico de Uradad Episcopo. Et in alio Manuali impress. Parisijs 1549. *Conceptio B. MARIÆ Virginis* annuale, non oratur. Et aliud cum eadem nota. Parisijs 1564. in 4. Et in Sacerdotali, impress. Noviomi 1631. *Conceptio B. MARIÆ* duplex.

Numantinum, ut colligitur ex Diurnali à Jacobo Nella Numantino correcto, &c. *Conceptio Virginis* duplex majus. Officium: Sicut lilium, ut in Breviarijs nostri Ordinis. Impress. Compluti anno 1593. in 16.

Officia particularia *Immaculatæ Conceptionis* invenimus plurima, & rara, damus tamen hæc pauca brevitatis causâ.

Officium *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* speciale, cujus 1. Antiph. est: *Deus ante luciferum in sinu sui Patris prævidit salutiferum Conceptum suæ Matris*, &c. apud Patres Societ. Jesu, Bruxellis. Et in Biblioth. D.D. Cardinalis Mazarini, extat liber impress. in 4. absq; principio, in quo sunt septem officia *de Conceptione Virginis MARIÆ* pro tota Hebdomada, & incipit die Dominica ad Matutinas: Sub tuum præsidium, &c. Et in Oratione dicitur: Ut qui nunc *tuam Sanctam Conceptionem* devoto affectu recolo. Et ad Completorium Antiph. est: Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. Versicul. *In Conceptione tua Virgo Immaculata permansisti*, ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti. Oratio: Deus qui *per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. & sic extant etiam fol. 30. pro feria 2. & fol. 77. pro feria 3. & fol. 113. pro feria 4. Breviaria officij divini, majus duplex, manuscrip. in S. Augustino, Ipris.

Oscense Breviarium, fol. 479. habet *Officium Immaculatæ Conceptionis*, secundùm Nogarolum, & caret impressione. Item, apud D. Vincentium Ioannem de Lastanosa, extant alia duo Breviaria hujus Ecclesiæ, quorum unum, folio 489. impress. anno 1547. cùm esset Episcopus D. Petrus Augustinus, & aliud impress. 1505. habent officium sub titulo *Immaculatæ Conceptionis.* Item, aliud impress. 1505. de festivitate Conceptionis B. MARIÆ V. fol. 288.

Oxomensis Ecclesiæ antiquum existens in Conventu Fiterensi. *In die Conceptionis*: Gaude Mater Ecclesia, &c. Impress. Venetiis 1487. in 8.

Oxoniensis Ecclesia in Anglia, recitabat ab antiquo de Conceptione, ut apparet ex Concilio celebrato ibidem, Centuria XIII. cap. 9. de Concilio celebrato Oxoniæ, anno 1222. ubi de festis dictis colum. 842. sic inquit: Hæc sunt festa, in quibus, prohibitis alijs operibus, conceduntur opera Agriculturæ & Carruearum. Statuimus, quòd festa inscripta sub omni veneratione serventur, videlicet omnes dies Dominici, quinque dies Natalitij, Circumcisio, Epiphania Domini, omnia festa B. MARIÆ, *præter festum Conceptionis*, cuius celebrationi non imponitur necessitas, Conversio S. Pauli. &c. Basileæ 1575. in fol.

Pacense, habet, *officium Conceptionis B. Virginis MARIÆ* in Breviario vetustissimo Ecclesiæ Pacensis; cujus folia ad initium, & finem ipsa vetustate perierunt, unde certa annorum series sciri non potest. Arguitur tamen ejus antiquitas ex ipso compaginationis modo, pergameni; cujusvis folij parte octava, altitudine usque ad palmum exerescente, & tandem, quòd manuscriptum, & variè dilaceratum cum veneratione asservatur. Incipit à Dominica 24. post Pentecosten, quæ est ante Adventum, &c. desinit in communi Virginum. Inde extracta sunt, quæ ad nostrum institutum spectare videbantur. In festo *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, ad Vesperas Antiph. Gaude Mater Ecclesia, nova frequentans gaudia, lux micat de caligine, rosa de spinæ germine. Psal. Dixit Dominus. Antiph. Hæc est stella maris, per quam fulsit lux solaris, cujus festum celebramus, & iuvamen imploramus. Psal. Confitebor, &c. Antiph. O Maria clausus hortus, naufragantis mundi portus, placa nobis qui te fecit, matrem sibi quam elegit.

Psal. Beatus vir. Antiph. Adesto jam supplicibus, nostris favendo precibus, manum benignam porrige, vitamque nostram dirige. Psal. De profundis, &c. Antiph. Audi Virgo glorifica, post Filium spes unica, clemens, & imperiosa, nostras dele maculas; acceptans nostra cantica, impetra regna cœlica. Psal. Memento Domine David, &c. Capitulum: Dominus possedit me in initio viarum suarum, &c. Nota recitandi antiquitatem. Post Capitulum, Responsorium: Cordis, ac vocis jubilo pergamus laudes Domino, Cujus Matris Conceptio mundum perfudit gaudio. ℣. Suscipe devotæ præconia, Christe, catervæ. Cujus Matris, &c. Gloria Patri. Cujus Matris, &c. Hymnus: Ave Maris. ℣. Sancta Dei Genitrix, &c. Ad Magnificat, Antiph. Ave decus Virgineum, ave jubar æthereum; nobis præsens solemnitas, da sit perpes jucunditas: tua namque Conceptio, summa est gratulatio. Alleluia. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, qui primæ piacula mulieris per Virginem expiandam sanxisti: da nobis Conceptionis ejus dignè solemnia venerari, quæ unigenitum tuum Dominum nostrum Jesum Christum Virgo concepit, & peperit, Qui tecum, &c. Ad Matutinum, Invitator. Eia pervigiles Domino jubilate fideles, Conceptumque piæ solemnizate Mariæ. Venite exultemus, &c. Hymnus: Quem terra, pontus, &c. In primo Nocturno, Antiph. Gaude fidelis Concio: adest ejus Conceptio, quæ delet Evæ maculam, vitæ redonat insulam. Psalm. Domine Dominus noster, &c. Ant. Cui Eva obediit, hæc serpentis caput trivit; jugum spernens nuptiarum, Dei novit cælibatum. Psalm. Cœli enarrant, &c. Antiph. Prophetis præcinitur, & figuris ostenditur, quòd mulier præcederet, quæ Deum Virgo pareret. Psalm. Domini est terra, &c. ℣. Adiuvabit eam, &c. Lectio prima, secunda, & tertia continent partem historiæ Abbatis Elsini, scriptæ ab Anselmo Archiep. Cantuar. ℟. 1. Fulget dies hodierna, digna laude sempiterna. Qua Concepta est Maria, per quam patet vitæ via. ℣. Germine Regali, nec non & Pontificali. Qua Concepta est, &c. ℟. 2. Abrahæ stirps generosa, Virgo procedit gloriosa. P. Quæ nullius per exemplum se sacravit Deo templum. ℣. Hæc admiranda cunctis: hæc est .... Quæ nullius, &c. ℟. 3. Sicut rosa inter spinas, illis addit speciem; sic venustat suam Virgo progeniem. Germinavit enim florem, qui vitalem dat odorem. ℣. Cujus cunctorum laus promitur ore piorum. Gloria Patri, &c. In secundo Nocturno, Antip. Ille rubus incombustus Moysem qui terruit; hæc est Virgo, quæ pudore salvo Deum genuit. Psalm. Eructavit cor, &c. Antiph. Virga Aaron fructifera Maria pium gesserat, quæ nobis fructum attulit, nostramque famem repulit. Psalm. Deus noster refugium, &c. Antiph. Isaias ille dignus secretorum Dei rivus, virgæ movens tentionem, pandit hanc Conceptionem. Psal. Fundamenta. ℣. Post partum Virgo, &c. Lectio quarta, quinta, & sexta prosequuntur historiam Elsini. ℟. 4. Prophetalis nubem levem vox dixit ascendere salvatorem, Ægyptique tenebras invisere P. Ut in mortis caligine sedentes lustret lumine. ℣. Diffugiunt tenebræ, panduntur secreta latebræ. Ut in mortis caligine. ℟. 5. Verbum Patris mundo fulsit Virginis per uterum, cujus mentem non gravavit onus premens scelerum. P. Ut super vellus pluvia, sic descendit in Maria. ℣. Solem justitiæ, &c. ℟. 6. Celebris dies colitur, qua Virgo concipitur, quæ per obedientiam mundo refudit gratiam. P. Ut quod ruit per Evam, relevetur per fœminam. ℣. Ista fuit digna transgressa tergere signa. Ut quod, &c. Gloria Patri. In tertio Noct. Antip. Abrahæ fit promissio, quòd illius successio velut arena cresceret, stellisque æqualis fieret. Psalm. Cantate Domino. 1. Antiph. Hoc promissum est impletum castæ per Mariæ festum, quæ gignendo granum sevit, de quo seges tanta crevit. Psalm. Dominus regnavit, &c. Antiph. Gratulare, & lætare, urbs optima Nazareth, hodierna fœcundaris ubertate gratiæ. Casus mortis, salus orbis, spes datur, & veniæ. Psalm. Cantate. Vers. Speciosa facta es, & suavis. Secundùm Matthæum. Liber generationis Jesu Christi filij David. Homilia: Lectiones septima, octava, & nona prosequuntur historiam Abbatis Elsini. Resp. O beata progenies, honoranda series, unde fugit, ut Aurora, Maria Virgo decora. P. Quæ produxit mundo solem, veram Dei Patris prolem. Vers. Hæc meritò dicta super omnes est benedicta. Quæ produxit, &c. Resp. 8. Patriarcharum homine, Prophetarum origine, Regum, atque Pontificum genus signat magnificum. P. Unde Virgo concipitur, Christique Mater eligitur. Vers. Nobilis & clara stirps est Domino quoque chara. Unde Virgo, &c. Nota recitandi antiquitatem. Responsorium 9. Gloriosa dicta constat de, te mundi Domina. P. Namq; Natum præloquuntur veridica carmina, tantum te ad risus morem generare Genitorem. Vers. Pro meritis claris per secula Virgo bearis. P. Namque natum, &c. Gloria Patri, &c. Vers. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. In Laudibus, Antiph. Conceptus hodiernus Mariæ semper Virginis noviter fit, sexum solvit vetustæ originis, mœstis reddit lætitiam, dat criminosis veniam. Psal. Dominus regnavit, &c. Antiph. Gloriosa semper Virgo Maria dulcissima, precibus te venerantur animæ pijssimæ, in offensas ne labamur, à te semper protegamur. Psalm. Jubilate. Antiph. Maria plena gratiâ, stirpe Concepta regiâ, assistentes tuæ laudi, miserando non exaudi. Psalm. Deus, Deus meus, &c. Antiph. O quam larga te perfudit Virgo, benedictio, quâ deletur, quam induxit Eva, maledictio: intende nostris laudibus, benedicta tu in mulieribus. Psalm. Benedicite, &c. Antiph. Dignare me laudare te, Virgo & puerpera: te laudantes ab arumnis leva super æthera, potes enim poli pandere limina. Psalm. Laudate Dominum de cœlis, &c. Capitulum: Dominus possedit me, &c. Hymnus: O gloriosa Domina, &c. Vers. Elegeam Deus, &c. Ad Benedictus, Antiph. Benedicta es Maria, laus nostra, spes, & Domina. Te cœli laudat, colit, ornat, trina mundi machina. In tua Conceptione congaudentes confove, per futura largiendo ... nasci remove. Alleluia. Ad Magnificat, Antiphona: Magnifica Christi Mater, Regina clara cœlorum, reparatum se lætatur gente cœtus Beatorum. In die tuæ Conceptionis confer opem intercessionis: ut per tua suffragia collætemur in gloria. Alleluia. Oratio, ut supra. In prædicto Breviario ad finem festorum propriorum, & ante commune Sanctorum, hæc verba reperiuntur. A Nativitate Domini M.CCCC. octuagesimo quinto anno, tertio Kal. Augusti, Joannes Valaalsai Varela, scripsit. Item, in Synodo facta D. Alphonsi

Alphonso Manrique, ejusdem Civitatis Episcopo, & postea S. R. E. Cardinali ac Archiepiscopo Hispalensi, die 1. Maij anno 1591. mense Decembri, inter festa de præcepto observanda in tota Diœcesi: *Festum Conceptionis Dominæ nostræ.*

Item, in eadem Ecclesia Pacensi, vulgò Badajoz, fuit fundata Capella, & in ea Confraternitas *Immaculatæ Conceptionis* à D.D. Vincentio Estevanez Episcopo ad annum 1351. ut apparet ex antiquis Constitutionibus existentibus apud D. Joan. Solano de Figueroa, Canonicum ejusdem Ecclesiæ.

Palentinum, fol. 508. habet *officium Immaculatæ Conceptionis*, secundùm Nogarolum. Impress. Metinæ à Campo 1565. in 4.

Pampilonense, fol. 437. adducit *officium Immaculatæ Conceptionis*: Sicut Lilium. Carebat principio, & fine, in 4. magno. Et aliud fol. 368. adducit idem officium.

Parisiense, hæc habet: Breviarium Parisiense manusc. *In Conceptione Virginis MARIÆ.* Nota, quòd in festo Conceptionis B. M. Virginis, dicitur totum, sicut fit in Nativitate ejusdem, ita videlicet quòd ubicumque fit mentio de Nativitate in Antiphonis, Responsoriis, Oratione, & Horis, fiat mentio de Conceptione, & non de Nativitate. Lectiones dicentur, prout inferiùs continentur: Tempore autem illo. Et aliud impress. sine principio & fine.

Breviarium secundùm usum Parisiensem, 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplum solemne, rubeis litteris. Et in corpore Breviarii: *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, debet fieri, sicut in Nativitate ejusdem: ita videlicet quòd ubicumque fit mentio de Nativitate, in Antiphonis, Responsoriis, Orationibus, & Horis, fiat mentio de Conceptione, non de Nativitate. Ad Vesperas, super Psalmos Antiphona: Hæc est Regina Virginum. Capitulum: Ego quasi vitis. Responsorium: Ad nutum Domini nostrum ditantis honorem, sicut spina rosam, genuit Judæa Mariam, &c. Oratio: Supplicationem servorum tuorum Deus, &c. Ad Completorium, Antiphona: Sancta Dei Genitrix Virgo. Oratio: Famulis tuis. Ad Matutinum, Invitatorium: Venerantes sacram B. Genitricis Dei Mariæ Conceptionem; æternum adoremus Dominum. Hymnus: O quàm gloriosa. Antiphonæ particulares. Lectiones: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus. Impress. Parisiis, operâ Magistri Georgii Wolff. 1492. in 8. & 1545. in 16. & 1529.

Horæ in laudem Beatissimæ M. Virginis, secundùm consuetudinem Ecclesiæ Parisiensis, &c. 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ.* Impress. Parisiis in Vico novo, apud Simonem Hadrot, sub signo Divi Joannis Evangelistæ, absque anno, antiquissimis charact. Est in Bibliotheca S. Germani de Pratis litt. K. Item, ibidem aliæ in charta pecorea: Ave cujus Conceptio. Oratio: Deus qui nos Conceptionis, &c.

Item, Institutio Catholica, quam vulgus Manuale vocat, auctoritate R. in Christo D. Eustachij de Bellay, Parisiensis Episcopi, &c. VI. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ*, ab omni opere manuali & servili, rubeis litteris, & est eadem notatio ac in Nativitate Domini. Impress. Parisiis per Andream Roffet, in 4.

Item, Manuale ad Sacramenta Ecclesiæ ministranda, reformatum ex Romano, & iis, quibus Ecclesiæ Gallicæ passim utuntur, &c. auctum, & recognitum. 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex, rubeis litteris. Impress. Burdegalæ ann. 1596. in 8. magno.

Item, Psalterium ad usum Parisiensem. VI. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplum solemne, rubeis litteris. Impress. Parisiis 1494. in 4.

Item, in Necrologio Sanctę Ecclesiæ Parisiensis. VI. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ duplex Pontificale.* Hodie in Matutinis fit distributio Canonicis, de tribus solidis Parisiensibus; in Missa, de duobus solidis Parisiensibus. Et Clericis Matutinarum pro omnibus horis, de 16. denarijs Parisiensibus, ex fundatione D. Ranulphi Episcopi Parisiensis super Præposituram de Caprosia, & per manus officiarii Matutinarum.

Martyrologium, hoc est Martyrum recensio, sive Cathalogus, &c. de mandato Ludovici Christianissimi, semperque Augusti conscriptus anno à Christo nato 1406. à Joanne Canonico B. Mariæ de Salis, Parisiensi Theologo, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio Virginis glorioſæ.* Impress. Parisiis an. 1536. in 4.

Horæ B. Mariæ Gallicæ antiquissimæ, 6. Idus Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ.* Et ad ultimum, Prosam: Ave cujus Conceptio, &c. Orationem: Deus qui nos Conceptionis, &c. MS. in Bibliot. Fullensium Parisijs.

Horæ insignis Ecclesiæ Parisiensis, 6. Idus Decemb. *Conceptio B. MARIÆ*, rubeis litteris. Impress. Parisijs 1498. in charta pellicea in 8. Ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Episcopale manusc. affert Præfationem *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* solùm: Et te in Conceptione, &c. cum punctis musicis. Est in Biblioth. D. D. Cancellarii Franciæ Parisiis in charta pellicea.

Item, in rubrica de festis observandis in Diœcesi Parisiensi, mense Decembri: *Conceptio Virginis MARIÆ* solemne. Si die Dominica advenerit, ad diem Lunę transfertur, & solemnizatur. Impr. Parisiis 1652. in 4.

Ordo recitandi Officium secundùm Ecclesiam Parisiensem. Extat in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini, quædam compilatio ab anno 1582. ubi sunt viginti ordines diversi facti pro distinctis annis, & in omnibus adducitur *festum Conceptionis B. Virginis*, rubeis characteribus. Omnes impressi Parisiis diversis annis.

S. Petri Ariensis: *Conceptio B. MARIÆ* duplex magnum, omnia sicut in Nativitate. Impress. 1513.

S. Petri de Buzgolio, in libro dicto: Capitula & Orationes Abbatiæ Regalis S. Petri de Buzgolio Ordinis Divi Benedicti, Diœcesis Andegavensis, die 8. Decembris: *In Conceptione S. MARIÆ.* Capitulum: Dominus possedit me, &c. Ad Magnificat, Antiphona: Ave decus virgineum. Oratio: Deus qui hodierna die Beatam semper Virginem Mariam, Angelico vaticinio concipi voluisti; præsta familiæ tuæ ejus ubique tueri præsidijs, *cuius Conceptionis sacra solemnia, devotione congrua veneratur, &c.* Et ad Horas habet Antiph. proprias, & Orationes. Liber hic reperitur in Bibliotheca D. Fucquet, antiquis characteribus exaratus, & pervetustus manusc. in 4. pelliceo. Ibidem sunt Horæ antiquæ manusc. in 4. Festum *Concept. &c.*

S. Petri Gandavensis: *Conceptio B. MARIÆ.* Extat ibidem manusc.

S. Petri

S. Petri Insulensis Collegiatæ, antiquum Breviarium manusc. ibidem: *Conceptio B. Virginis.* Et in impressione Parisiensi, anno 1533. *Conceptio* duplex. Antiphona: Gaude Mater, &c. Et in Diario Ecclesiastico ejusdem Ecclesiæ, impress. Insulis anno 1637. duplex 2. classis.

S. Petri Lovanienses, sub hac rubrica: Festa & officia particularia Ecclesiæ collegiatæ S. Petri Lovanienses: *De Conceptione sicut de Nativitate, &c.* Officium particulare. Antiph. ad Magnificat: Tota pulchra es amica mea. Oratio: Deus qui nos Conceptionis, &c. Lovanii 1616.

Breviarium Ecclesiæ S. Petri de Monticellis de Florentia, ut ad finem ejus dicitur, scriptum à Nicolao, anno 1406. die penultima Januarii, Sede Romanâ vacante Pastore. Die octava Decemb. *In Conceptione Sanctissimæ Virginis*, Ad Vesperas Antiphona: Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis sancta Dei Genitrix, &c. Capitulum: Egredietur virga, &c. Antiphona ad Magnificat: Castitatis Dei Genitrix ornata, &c. Oratio: Supplicationem servorum tuorum, &c. Omnia sunt particularia tam quoad Antiphonas, quàm Responsoria totius officii. Ad Matutinum Lectiones: Conceptio venerandæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ, dilectissimi Fratres, &c. Narrat historiam, & miraculum institutionis hujus festi per sex Lectiones. Evangelium: Missus est Angelus Gabriel, &c. Ad Laudes: O Sol indeficiens, &c. Illæsa Mater Virgo sancta, talem portans filium, &c. Est manusc. in Biblioth. Regia Parisiis, in charta pellicea num. 335. in 4.

S. Petri de Rodas, ut apparet ex Martyrologio cap. 14. Martyrologium S. Petri de Rodas: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ, quæ immunis, ab omni peccato libera fuit,* quoniam eam Dominus ab initio, & ante sæcula Matrem sibi elegit. Ita Ant. Lupian.

Placentinum, habet officium *in festo gloriosæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Extat impress. Hispali 1521. Sunt, & alia duo Breviaria eiusdem Ecclesiæ, *cum officio Immaculatæ Conceptionis*; unum impress. anno 1579. & alterum 1547. de quibus Tamaius de Salazar, fol. 313. & Armament.

Polonum; *In festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis.* Vide Missale.

Pontificale secundùm ritum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, &c. in Decembri: *In festo Conceptionis B. MARIÆ semper Virginis*; & folio 248. *Benedictio in festo Conceptionis B. MARIÆ:* Omnipotens Dei Filius, &c. Impress. Lugduni 1542. in folio. In Biblioth. S. Genovefæ est Benedictionarium pro aliquibus festivitatibus anni manus. in charta pellicea antiquiss. characteribus, & folio 54. hæc habet: *In Conceptione B. MARIÆ* Benedictio: Benedicat nos Deus Pater, qui cuncta prævidit sua benedicta prædestinatione, quique Matrem sui Unigeniti ab initio & ante sæcula gloriosiùs præordinavit pro ipsius Filii incarnatione. Amen. Et sicut in Conceptione ipsius Mariæ, Filii Dei præparabatur humanitas in materiali dispositione, *propter quod fuisse creditur sine peccati contagione*, ipse ob Matris suæ interventum vos mundet à peccatis sua gratuita largitione. Amen. Quatenus qui hoc festum & diem Conceptionis Beatissimæ Matris Dei celebratis cum devotione, ipse Filius ejus vos defendat à spiritibus immundis, *qui nunquam ipsam suam Matrem sub potestate dæmonis permisit.* Amen. &c.

In Monasterio Viconiæ, Pontificale, impressum anno 1542. fol. 248. Benedictio *in festo Conceptionis* Omnipotens Dei Filius.

Pragense, cuius rubrica est: *In Conceptione B. MARIÆ* præpulsatio fiat, & cappis in primis Vesperis, &c. & incipit: Adest namque Conceptio. Impress. Venetijs 1517. fol. 214.

Breviarium Ecclesiæ Collegiatæ B. Quintini Viromandensis, rubeis litteris fol. 19. *In Conceptione B. MARIÆ.* Ad Vesperas Antiphona: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Psalm. de Beata Maria. Antiphonæ: Sicut lilium, &c. Cap. Ego quasi vitis. Collecta: Supplicationem, &c. Lectio 1. Tempore quo Normanni Argiliam invaserunt, &c. Antiquissimum absque loco, & anno impress. in S. Germano de Pratis, Parisijs lit. K. Et aliud Ipris apud Augustinianos, sed carebat principio, & fine.

Ratisponense sub hac rubrica: Breviarium secundùm usum Ratisponensem, de jussu Reverendissimi D. D. Joannis Comitis Palatini Rheni, et Ducis Bavariæ, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio MARIÆ Virginis.* Et 18. Kal. Januarij: Octava Conceptionis Mariæ Virginis. Impress. Augustæ Vindelicorum 1515. in 8. ibidem lit. M.

Rhemense sic: Breviariù dispositum à Ludovico de Lotharingia Archiepisc. & Duce Rhemensi, Ducepare Franciæ, & Apostolicæ Sedis Legato. 8. Decembris, rubeis litteris: *In Conceptione MARIÆ Virginis*, Ad Vesperas Antiph. Concepta gloriosæ. Capitulum: Beata Virgo Maria, &c. Resp. Stirps fese. Hymnus: Quem terra. Ad Magnificat Antiph. S. Maria succurre miseris, &c. Oratio: Supplicationem, &c. Totum officium est particulare, nullique alij simile. Parisiis 1514. in 8. & ibidem 1515. duplex. & 1562.

Item, Breviarium insignis Ecclesiæ, & Metropolitanæ Rhemensis, juxta pristinam orandi formam digestum, &c. Et fol. 212. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis*, ad Vesperas Antiphonæ: Hortus conclusus, &c. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Capitulum: Beata Virgo Maria, &c. Hymnus: Quem terra. Oratio: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut B. Mariæ semper Virg. veneranda solemnitas, & præsens vitæ, &c. Rhemis 1572. in 8.

Breviarium secundùm usum percelebris Archicœnobij D. Remigij Rhemensis, S. Benedicti: *In Conceptione B. Virginis MARIÆ*, super Psalm. Dominicales, vel feriales, ad Vesperas sola Antiphonæ Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Est officium singulare. Impress. Parisijs an. 1540.

Item, in Manuali Rhemensi, ponitur *Conceptio Virginis* grossum duplex, & in rubrica de festis observandis per Diœcesim. Impress. Rhemis 1554.

Sacerdotale, vulgò Manuale, seu agenda, &c. ad usum Ecclesiarum Provinciæ Rhemensis juxta decretum Concilij Provincialis an. 1585. Rhemis celebrati, magnâ curâ digestum & editum, &c. 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, rubeis litteris. Item, inter festa observanda, in quibus ab omni opere cessandum: *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Rhemis 1622. in 4. jussu Cardinalis Ludovici à Guysia Archiepiscopi Rhemensis, &c.

Rhedonense sic: Kalendarium Rhedonense Romano conformatum, 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex, rubeis litteris. Impress. Rhedonis 1609. in 8.

Rodeti-

Rodense Breviarium, habet *officium de Immaculata Virginis Conceptione*, teste Antonio de Lupian Zapata, in suis Annalibus. cap. 14.

Romanum de Camera, novissimè impress. &c. fol. 261. *In Conceptione S. V. MARIÆ*, ad Vesperas *Conceptio gloriosa*. Oratio: *Deus qui per Immaculatam*. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis. Item, fol. 417. *Officium Immaculatæ Conceptionis*, editum per Leonardum Nogarolum. Impress. Venetiis 1550. in folio. Aliud est impress. Lugduni, per Ioannem Crespinum 1538. fol. 309. Aliud nuper impress. in quo tabula Parisiens. ad longum est ordinata: officia Fratrum Minorum, & Eremitarum separatim posita, & alia multa ad commodum dicentium officium, &c. fol. 374. Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, duplex maius. In primis Vesperis Antiphona: Sicut lilium. Est officium particulare, & ad finem illius dicitur: Finis Diurni, secundùm ritum Romanæ Ecclesiæ; Venetijs 1570. in 12. Item, aliud vidi absque principio, & fine, quod folio 241. adducit officium Conceptionis commune, sed folio 401. habet *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, secundùm Leonardum de Nogarolis. Aliud optimè recognitum, *in Conceptione Virginis MARIÆ* duplex maius, folio 247. Lectiones: Anselmus Cantuarienſis. Venetijs 1564. Item, aliud Romanum habet officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Sicut lilium. Impress. Parisijs, anno 1520. Vidimus innumera Breviaria Romana antiqua, & impressa; damus tantùm hæc quæ sequuntur, brevitatis causâ prætermissis aliis. Manuscriptum in charta pellicea, fol. 507. Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, editum per R. Patrem D. Leonardum Nogarolum, Protonotarium Apostolicum, Artium, ac Sacræ Theologiæ Magistrum famosissimum; & post ultimam Lectionem, habet hanc rubricam: Hac nocte non dicitur octavum Responſ. sed loco ejus cantatur à choro: Tota pulchra es. Antiphonæ ad Laudes sunt speciales, & Capitulum in secundis Vesperis: Vidimus Immaculatam descendentem de cœlo, sicut sponsam ornatam, &c. Et ad officium habet sequentem rubricam: Notandum, quòd si *festum Conceptionis* in Dominica venerit, fit de festo, quia specialis effectus Dei fuit in tali die, ideo Dominica transfertur ad diem sequentem, & hoc ex dispositione Pontificis. Extat hoc Breviarium pulcherrimum in Aracœlitani Conventûs Bibliotheca. Aliud: *In Conceptione Virginis MARIÆ*, omnia dicuntur sicut in festo Nativitatis, præter Lectiones; sed ubi dicitur Nativitas, dicatur Conceptio. Impress. 1545. fol. 245. à tergo; Lectiones primi, & secundi Nocturni, sunt ex S. Anselmo. Aliud est sub hoc titulo: Novissimè impressum, ordinatum, & omnia suis in locis imposita, &c. Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, editum per Leonardum Nogarolum Protonotarium Apostolicum, quod confirmatum fuit, & approbatum per Sixtum Papam IV. cum illa indulgentia illud celebrantibus, quæ habetur per totam octavam Corporis Christi. Impress. Venetiis 1550. in folio magno. Aliud Breviarium Romanum: *In festo Conceptionis B. MARIÆ*, omnia præter Lectiones primi, & secundi Nocturni, dicuntur ut in Nativitate eiusdem mutato nomine Nativit. in nomen Concept. Lect. 1. Noct. Ego ex ore Altissimi. secundi, ex S. Ambr. de Virginibus: Sit vobis. Romæ 1568. in fol. Item, aliud Romanum MS. extat in Bibliotheca S. Joannis Regum adducens *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Alterum Romanum editum & emendatum à D. D. Francisco de Quiniono, in quo est *officium Conceptionis*: Sicut lilium inter spinas. Impress. Lugduni 1538. fol. 550. & Venetijs 1547. fol. 485. Alterum cum notationibus in margine optimè revisum, fol. 223. *In Conceptione B. MARIÆ*. Impress. Venetijs. 1558 in 4. cuius prima Lectio est: Anselmus Cantuarienſis. Alterum etiam impress. Venetijs anno 1518. & correctum per R.P. Franciscum Feltrensem, fol. 256. adducit *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Aliud, folio 390. *In festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, duplex: Conceptio glorioſa, &c. Venetijs 1577. in 4. Aliud, cujus titulus est: Breviarium Romanum ex sacra potissimùm Scriptura, & probatis Sanctorum historijs nuper confectum, cum privilegio Summi Pontificis, & Regis Galliæ, &c. *Conceptio V.* duplex maius; est sicut in officio Nogarolis. Impress. Lugduni an. 1546. pag. 224. in 4. Item, aliud etiam impress. Lugduni, anno 1555. exactiùs quàm unquam fuerit, & emendatum, ut ibidem dicitur, fol. 129. Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item ibidem, anno scilicet sequenti 1556. fol. 769. fuit impress. alterum, *cum officio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, secundùm usum Fratrum Minorum. Aliud Romanum antiquissimum vidimus, carebat tamen principio, & fine: folio verò 309. adducebat *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Aliud sub hoc titulo: Ex ritu Romano, integris officijs, historijsque proprijs, &c. Impress. Venetiis fol. 233. Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ, &c.* Sicut lilium inter spinas, &c. Impr. Venetijs 1522. in 4. & Lugduni 1551. fol. 298. Item, ibidem in officiis extraordinarijs, fol. 565. habet Lectiones *pro octava Conceptionis*, quæ incipiunt: Venter intactus, venter sanctus, venter immaculatus, &c. infra: *Quia à longè prævisam præservavit*; & in altera Lectione: Talis perfectio laudanda est, quæ *sola super omnes electa est, & post ruinam, Dei gratiâ sola Immaculata concepta est*; & in Lectione altera: Excludunt omnes ab ista vivente actualem maculam; exclude igitur & tu *à veniente originalem*; & in altera: Sancta quippe viscera, sancta porta, sancti postes ostij, beatus qui observat, qui dicit, qui confitetur postes ostij, principium Conceptionis suæ immaculatum; & in altera: Si enim parvula sit, & ubera non habeat, si ex se ubertatem præservandi à macula non teneat, murus tamen esset ostium, &c. Alia quamplura adducuntur ex ipsis Lectionibus pro eadem præservatione Virginis. Alia extant Breviaria Romana, ipso anno 1563. in 8. & alterum impress. Venetijs anno 1596. in 8. fol. 363. & alterum impress. Venetijs 1564. folio 243. & alterum 1543. etiam Venetiis. Alia Breviaria, ex decreto Concilij Tridentini restituta, jussu Pij V. Clementis VIII. ac Urbani VIII. edita, hîc non enumerantur, quia unum, & idem *officium Conceptionis Virginis MARIÆ* continent, sicut in die eiusdé. Aliud Romanum, ex sacra potissimùm Scriptura, & Sanctorum testimonijs, &c. fol. 478. *Conceptio Virginis MARIÆ* duplex majus. Antiphona: Sicut lilium. Oratio: *Deus qui per Immaculatam* &c. Invitatorium: Immaculatam Conceptionem, &c. cum unica Lectione: Magnifica illum, qui te ab omni peccato præservavit. Est autem officium singulare, impress. Lugduni 1646. in 8. & 1566.

in 8. magno, & Antuerpiæ 1536. & 1557. & Lugduni 1518. & 1556. in fol. & Lugduni correctum à Reverendissimo D. Joanne Baptista Rubeo, & Jacobo Maistret 1575. & Venetijs 1543. & idem officium Nogarolis correctum per F. Joannem Mariam. Venetijs 1495. Hortulus animæ denuo repurgatus, in quo Horę B. V. Mariæ ad usum Romanum continentur. Ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ*, rubeis litteris; & fol. 354. *In festo Conceptionis B. MARIÆ*, Antiphona: Maria plena gratiâ, stirpe concepta Regia, assistentes tuæ laudi, miserando nos exaudi. ℣. Audi filia, &c. Oratio: Supplicationem servorum tuorum, &c. Parisijs sine anno. Carolus Guyet Turonensis, in lib. Ordo Generalis divini officij recitandi, juxta ritum Breviarij Romani, in perpetuum; die 8. Decembris, fol. 61. *Conceptio B. MARIÆ* duplex majus, &c. Est sic in omnibus Ordinibus. Impress. Flexiæ 1622. in 8.

Breviarium Romanum promulgatum à Paulo 3. an. 1539. part. 1. fol. 332. *Officium Immaculatæ Conceptionis*, est illud editum à Quiniono, & impress. Parisijs 1541. Breviarium MS. Ipris apud Augustinianos: *Conceptio B. Virginis* duplex. Et duo Breviaria Romana MS. antiquissimis characteribus, Brugis in Monasterio Dunensi: *Conceptio B. MARIÆ* duplum magnum, rubeis characteribus. Aliud: Incipit *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* editum per R. P. Leonardum Nogarolum Protonotarium Apostolicum, Artium, & sacræ Theologiæ Doctorem famosissimum, & per Papam Sixtum IV. approbatum: Sicut lilium, &c. Impress. Parisijs in fol. magn. Et infra habet officium Concilij Basilæensis, & incipit: Dominus possedit me. & Lectiones primæ sunt ex decreto Concilij Basilæensis; secundæ S. Anselmi Episcopi: Principium quo salus mundo, &c. tertiæ ejusdem Anselmi.

Rothomagense, sub hac rubrica: Divinum, ac ac salutiferum sacri Missalis officium celeberrimi Cleri, famosę insuper, & nominatissimę totius Ducatûs Normanniæ Metropolis Ecclesiæ Rothomagensis. 6. Idus Decembris: *Conceptio MARIÆ Virginis*, rubeis litteris. Item, in festis quæ observantur in Diœcesi, & civitate Rothomagen. singulis annis, in Decembri: *Conceptio B. MARIÆ*. Item, in proprio Sanctorum, fol. 3. à tergo: *Sequitur Conceptio B. MARIÆ* festum triplex. Ad Processionem, & Missam, omnia ut in Nativitate ejusdem, excepto quòd ubi dicebatur Nativitas, ibi dicatur Conceptio, & fiat memoria Adventûs. Celebretur autem hoc festum quacumque die occurrerit. Impress. Rothomagi 1504. in 4. Item, aliud ejusdem Ecclesiæ cum eisdem notis. Rothomagi 1585. in 4. & 1527. & 1508.

Ruremundense, & S. Quintini: *Conceptio B. MARIÆ*, fol. 9. Antiphona: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Lectiones: Tempore quo Normanni. Extat absque principio, & fine apud Augustinianos Ipris. Item, Pastorale ab Henrico Quyquio Episcopo editum: *Conceptio B. MARIÆ* duplex. Impress. Coloniæ 1549. in 4. & Ruremundæ apud PP. Carthusienses, vidi Breviaria impress. Venetijs 1549. in 8. apud Andream Thoresanum, & 1521. & 1551. sub titulo Conceptionis.

Saguntinum, fol. 474. habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, cum octava. Impress. 1560. in 4. *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ*, fol. 475. Impress. anno 1561. Est officium speciale.

Sacrificiale itinerantium non est officium, sed habet hęc, *in Conceptione B. MARIÆ*. Tropus: Conceptionem venerandam sanctæ Dei Genitricis perpetuæ Virginis Mariæ laudibus devotis celebremus canentes. Ad Missam, Introitus: Gaudeamus. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Sequentia: Hanc diem sacram celebremus: Odas laudis personemus, &c. & fol. 5. de Conceptione habet Antiphonam, & Orationem. Impress. Appenhein 1521. in 4.

Salmanticense, fol. 450. habet titulum, seu rubricam *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. 1572. Aliud extat ejusdem Ecclesiæ, fol. 43. sub hac rubrica: *In festo sanctissimæ Conceptionis B. MARIÆ Matris Christi*, fiat officium solemne, &c. & omnia sunt, ut in officio Nogarolis.

Samilianense, Hispanicè: Samillan de la Cogulla, habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, & quo videndus est D. Antonius de Lupian.

Salisburgense, habet *officium Conceptionis V. MARIÆ*, Parte æstivali. Impress. 1557. Parisijs. Et alibi ejusdem, sub hoc titulo: Libri agendorum secundùm antiquum usum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis, nunc recens recogniti, & ab omnibus mendis purgati, atque aucti. Prima pars, mandato & sollicitudine Rever. & Illust. D. D. Joannis Jacobi Archiepiscopi, ac Principis Salisburgensis, & S. Sedis Legati edita; fol. 189. *Conceptio* seu sanctificationis Beatæ Mariæ Virginis, quæ usque ad meridiem tantùm in foro celebratur. Dilingæ 1575. in 4. & Breviarium Parisijs 154. *Conceptio Virginis MARIÆ*, & 1557. in 12.

Sarum, ut apparet ex Missali impress. Londini anno 1508. *Conceptio Beatæ Virginis*, minus duplex novem Lectiones.

Seclinense Breviarium, habet *officium de Conceptione Virginis MARIÆ*, cum Hymno speciali, inque dicitur:

Lux micat de caligine,
Rosa de spinæ germine.

Ita refert Antonius Balinghen, in Parnasso Marian. fol. 19. & fol. 23. & 29. Existens MS. apud Patres Societatis Jesu, Insulis in Belgio: *Conceptio B. MARIÆ* duplex.

Segoviense, fol. 532. habet *officium particulare Conceptionis MARIÆ*, & fuit impress. anno 1517. Aliud extat impress. anno 1527. quod habet officium Nogarolis: Sicut Lilium.

Senonense: *Conceptio B. Virginis* semiduplex. Parisijs 1525. & in Manuali à D. Pelene Cardinali, Senonensi Episcopo: *Conceptio B. Virginis*, ex præcepto ab omni opere. Impress. ibidem à Joanne Sabin. Est antiquum, Ipris apud Augustinianos. Item, habet mentionem de Breviario hujus Ecclesię P. Gonetus Societ. Jesu. In nomine Domini nostri Jesu Christi, Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Stephani Protomartyris, totiusque triumphantis Curiæ: Ordo Psalterij secundùm morem, & consuetudinem, ac ritum Metropolis Ecclesiæ Senonensis, fœliciter incipit: Et 6. Idus Decembris in rub. *Conceptio B. MARIÆ Virginis* semiannuale. B. in corpore, quod est absque foliatione: *In festo Conceptionis B. MARIÆ*, ad Vesperas super Psalmos feria, Antiph. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Capitulum: Beata es Maria quæ Dominum portasti, &c. Oratio: Famulis tuis. Ad Completorium, Ant. Paradisi portæ. Hymnus Virgo Dei Genitrix. Ad Matutinum, Invitatorium In honorem Beatissimę Mariæ Virginis, jubilemus Domino. Hymnus specialis. Lectiones: Anselmus

Cantu-

Cantuariensis. Impress. Parisiis 1546. in 8. Horæ ad usum Senonensem, die 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ*; & ad finem, sequitur *officium de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*. Hymnus: Benedicta Conceptio Virginis Matris Mariæ, festivetur cum gaudio. Adsit dies lætitiæ: lætetur tota regio serviens Regi gloriæ, non obstante objurgio detrahentis invidiæ. ℣. In conspectu Altissimi Immaculata permansisti. ℟. Dei Genitrix, &c. Oratio: Deus qui pro salute humani generis carnem gloriosæ Virginis Mariæ assumere dignatus es, & *per ipsam sine macula concipiendam*, ante secula in matrem præelegisti: concede propitius, ut qui de ejus Conceptione, quæ fuit nostræ redemptionis, necnon temporum plenitudinis exordium, lætamur; ejus piis intercessionibus ab instantibus periculis, & à morte perpetua præservemur, &c. Impress. Parisiis per Joannem de Brie, in charta pellicea, in 8. Antiquissimis characteribus, extat in Collegio Claramontano lit. M.

Sepulchri sancti Breviarium, habet hanc rubricam: *In Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ, non secundum ordinarium; sed ex devotione, totum duplex*; & est offic. singulare. Etiam extat aliud Breviar. ejusdem Ecclesiæ Sepulchri, sub hac rubrica: Repertorium S. Sepulchri, Ord. S. Benedicti Cameracen. MS. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ V. &c.* & est ibi in Bibliotheca ejusdem Monasterij in 4. Sunt etiam ibidem septem Breviaria MS. ut credo ejusdem Monasterij, antiquissimis characteribus in charta pellicea; & habent officia singularia *de Conceptione B. MARIÆ* cum duodecim Lectionibus. Antiphonæ: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ad Magnificat: Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem. Oratio: Supplicationem, &c. Semper ponitur: Majus duplex.

S. Servatii Breviarium: *De Conceptione Virginis* totum triplex. Impress. antiquum apud Carthusianos Ruremundæ, sed non habebat locum impressionis, neque annum.

Servitæ, Religio Servitarum, communiter ipsius Patres dicti Servi Beatæ MARIÆ Virginis. Qualem, & quantam devotionem hæc sacra B. Mariæ Virginis Religio, habeat ad ipsius *Immaculatam Conceptionem*, ex Parte secunda Annalium ipsorum desumendum est; Centuria enim tertia lib. 1. cap. 12. num. 6. ad annum Christi 1444. & 445. hæc habent: Cùmque eisdem illis diebus, Decretum Basilæensis Concilij, *de festo die Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* solemni ritu quotannis celebrando passim, & ubiq; plausibili Reipublicæ Christianæ consensione divulgaretur brevique ab omnibus pia Religione coleretur, Ordo Servorum ut præ cæteris hujusmodi honores sacros Sospitatrici Patr. suæ Dei Matri promptiori animo exhiberet, annuas quasdam pro eo die rogationes, per urbes publicè instituit, quarum adhuc consuetudo nonnullis in locis viget, utpote Senis, & Perusij; ubi ex Senatûs consulto, & Eugenij indulto publicæ preces, & antiquæ vota servantur, &c. Prædicti Patres Servitæ recitant officium de Conceptione Beatæ Virginis duplex secundæ classis cum octava, & in primo die dicunt omnia, ut in Breviario Romano; pro alijs autem diebus infra octavam habent officium proprium, ut videre est in prædictorum officio proprio. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1629. Ibi etiam dicitur, quòd sunt approbata à sede Apostolica, officia propria festorum Patrum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis. Et fol. 81. habetur: *In festo Conceptionis B. Virginis* duplex secundæ classis, cum octava. Omnia ut in Breviario, sed præter hanc diem, primæ Lectiones de Scriptura occurrenti legantur. Mediolani 1628. in 8.

Sigense, id est, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, fol. 342. habet *officium in festo Conceptionis B. Virginis*, duplex solemne. Est particulare, & impress. an. 1547. in 4.

Sosmensis Ecclesiæ, cum hac inscriptione: Breviarii totius anni Pars prima, ab Adventu usque ad Trinitatem; ad usum insignis Ecclesiæ Sosmensis, &c. quod Frater Philippus Bartius Canonicus, Vicarius Generalis prædictæ Ecclesiæ, necnon curatus D. Martini Castri Thierrici, restituit anno 1547. folio 207. hæc habet: *In vigilia Conceptionis B. MARIÆ V.* ad Vesperas Antiphona: Hæc est Regina Virginum, &c. Oratio: Supplicationem. Sermo B. Fulberti Carnotensis Episcopi: Approbatæ consuetudinis, &c. & quatuor divers. Orationes ad Horas. In mense verò, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* magnum duplex, rubeis litteris. Est officium singularissimum. Impr. Parisijs 1648. in 8.

Spirense: *Conceptio B. Virginis*. Impress. anno 1591. Diarium Spiren. Ecclesiæ. 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis*, rubeis litteris duplex, & folio 265. à tergo: *In festo Conceptionis B. MARIÆ*, ad primas Vesperas super omnia: Laudate. Antiphonæ: Vidi speciosam, &c. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Capitulum: Dominus possedit me. Hymnus, versu Choriambico: Gaude visceribus mater in intimis, &c. Oratio: Famulis tuis. Lectiones: Anselmus Cantuariensis, &c. narrat historiam, & in Responsorio quarto dicitur sic: Diem festum præexcelsæ Genitricis Dei Virginis Mariæ solemniter celebremus, *quo inchoata est ejus fœlix Conceptio, &c.* Impress. Venetiis 1507. in 8. & 1509. in 8. Et in alio lib. sic dicitur: Diurnale secundùm ritum Ecclesiæ Spiren. 6. Idus Decemb. *Conceptionis MARIÆ* rubeis litt. à folio 204. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, ad Vesperas super omnia: Laudate. Antiphonæ: Vidi speciosam sicut columbam, &c. Sunt particulares. Hymnus: Gaude visceribus mater in intimis, &c. Oratio: Famulis tuis. Manusc. in Bibliot. D. Fucquet Parisijs prope Castrum Vincenæ. Item, Breviarium ejusdem Ecclesiæ manus. die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex; rubeis litteris. Ibidem.

S. Spiritus, Ordo & Militia: *Conceptio B. MARIÆ*. Impress. 1585.

S. Stephani de Monte, sub hac rubrica: Officia propria Ecclesiæ S. Stephani de Monte, fol. 253. die 8. Decembris: *Conceptio Virginis*. Responsorium: Missus est Angelus. Versus: Conceptio est hodie. Oratio: Famulis tuis. Est officium singulare. Parisiis 1649. in 8.

S. Stephani Tolosan. sub hac inscriptione: Breviarium secundùm consuetudinem, ac ritum insignis Ecclesiæ Tolosanæ S. Stephani, Archiepiscopalis, ac Metropolitanæ. 8. Decembris. *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex, rubeis litteris. Et folio 202. *In festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, 6. Idus Decembris duplex. Et nota, quòd quando festum Conceptionis B. Mariæ venerit in aliqua Domi-

nica Adventûs Domini, non differtur in proximam secundam feriam, sed in ipsa Dominica celebratur, & solemnis memoria fiat de Dominica ad utrasque Vesperas & Matutinum. Si verò in Sabbato venerit, Vesperæ erunt de Festo, cum Commemoratione Dominicæ ad Vesperas.

Strigoniense in Hungaria, *de Conceptione Virginis.* Impress. Augustæ 1480. in 4.

Suessionense in Gallia: *Conceptio B. Virginis* triplex. Impress. apud Simonem Bostre. Est officium particulare; & in alio quod carebat principio & fine, est eodem modo. Horæ ad usum Suessionen. die 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ*, rubeis litt. & folio 8. Ave cujus Conceptio, &c. Oratio: Deus, qui nos Conceptionis, Nativitatis, &c. Sunt Horæ particulares, in Biblioth. D. Cancellarii Parisiensis in charta pellicea, in 8. manusc.

Tarraconense, recitabat sub titulo *Conceptionis B. Virginis*, ut affirmat D. Antonius Lupian, in sua Hispania primogenita, cap. 15.

Templariorum Breviarium manuscriptum ad annum 1237. habet *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, de quo agit Antonius de Lupian Zapata, in suis Annal. cap. 14. Breviarium Equitum Templariorum, existens in Villa Asconis Cataloniæ Ordinis S. Joannis de Mata, scriptum an. 1237. adducit officium Conceptionis, & inter alia habet hæc verba: Dixit ei Angelus: Ave gratiâ plena, quoniam in ea nunquam fuit cortex, neque culpæ radix, sed pulchritudo: quare, si omnipotens Deus *eam ab omni genere peccati liberavit; immunis, & Immaculata semper fuit*, neque tetigit eam teter, nec culpa actualis, *nec originale peccatum*, sed semper illæsa manere probatur. Ex Lupian Zapata.

Teneramundense: *Conceptio B. MARIÆ* cum octava. Impress. anno 1528. in 8.

Theutonicum habet officium speciale, cum hac rubrica: *In Conceptione Beatæ MARIÆ*, totum duplex. Ad Vesperas, super omnia: Laudate. Antiph. Gaude Mater Ecclesia. Capitulum: Dominus possedit me. ℟. Cordis, ac vocis jubilo, pangamus laudes Domino, &c. Hymnus: Gaude Sion, quàm Cypressus super te extollitur, &c. Omnia sunt singularia, quæ (Deo dante) dabimus in nostro Choro Castrorum. Impress. absque anno, in ipsa infantia typographiæ in 8. Theutonicorum, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* totum duplex, rubeis litteris, quam rubricam solùm ponit in die Nativitatis Domini, & fol. 108. adducit officium particulare.

Tirasonense, fol. 534. habet *officium Immaculatæ Conceptionis*, secundùm Leonardum Nogarolum. Impress. 1541. in 4. Et in alio sic dicitur: Incipit officium Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ: Sicut lilium. Impress. Venetijs 1497.

Tironense S. Trinitatis, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Carnotensis: *Conceptio MARIÆ Virginis.* Parisijs 1506.

Toletanum Breviarium à D. Gregorio XIII. Sixto V. Paulo V. approbatum, & DD. Gasparis de Quiroga, & Bernardi de Sandoval iussu editum, fol. 559. die 8. Decembris, fit *de festo Conceptionis B. Virginis* duplex maius, ut in Breviario, cum Commemoratione feriæ, &c. Impress. Antuerpiæ 1616. in 8. regali; & in officijs impress. Matriti 1593. in 4. fol. 117. Alterum correctum, & emendatum iussu Illustriss. D. D. Ioannis Martini Silicei, cujus titulus est: *In Conceptione B. MARIÆ*, ad Vesperas Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. fol. 15[illegible] Impress. Lugduni 1550. Aliud extat antiquum, c[illegible] *officio Conceptionis Virginis MARIÆ*, impress. anno 1505. Alia extant manusc. Breviaria antiquissima in eadem Sancta Ecclesia, quorum aliqua habent *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, aliqua vero sunt sine illo. Aliud iussu D. D. Petri Gonzalez de Mendoza, cum *officio Conceptionis Deiparæ*, impress. Venetijs 1488. in 4. Aliud extat vetustissimum eiusdem Ecclesiæ, absque principio & fine, in quo, folio 522. extat *officium Conceptionis Virginis MARIÆ.* Aliud extat etiam impress. cum officio *Conceptionis Virginis MARIÆ*, Venetijs 1596. De Breviario Muzarabe, ac de Diurnali ejusdem Ecclesiæ, iam diximus suo loco.

Tornacense, ut apparet ex Missali, fol. 4[illegible] *In Conceptione B. MARIÆ Virginis*, Introitus: Gaudemus. Oratio: Deus qui B. Mariæ Virginis Conceptionem, &c. Grad. Ego quasi vitis. Sequentia: Stella maris ô Maria, &c. Est singulare. Tornacen. Ecclesię, ad amussim denuo recognitum, atq[illegible] tigatum, Antuerpiæ 1514. in 8. *Conceptio B. MARIÆ* duplex: In Conceptione B. Mariæ, ad Vesperas Antiphona: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Sunt Antiphonæ, & Psalmi particulares. Capitulum: Ego quasi vitis. Oratio: Deus qui B. Mariæ Virginis Conceptionem, Angelico vaticinio Patribus prædixisti, &c. Lectiones S. Anselmi: Omnium Sanctorum dilectissimi, &c. Responsoria, & Antiphonæ speciales. Ad Laudes: Conceptio gloriosæ, &c. Et omnia sunt specialia. Incipit aliud officium Conceptionis B. Mariæ Virginis: Gaude Mater Ecclesia, &c. Habet 4. Antiphonas. Capitulum: Ego quasi vitis. Et infra: Sicut cinamomum, & balsamum. Hymnus: Ante mundi principium, &c. in quo agitur de Conceptione, & prærogativis: Ut sydus inter nebila, & ut in spinis rosula, apparuit hæc virgula, &c. Est etiam officium singulare, tam in Antiphonis, quàm in Responsorijs Nocturnorum. Extat MS. in eadem Ecclesia antiquissimis characteribus aliud, ubi ponitur: *Conceptio* triplex; & idem in officijs ejusdem Ecclesiæ, impress. Duaci 1561. Etiam Kalendarium, 6. Idus Decembris: *Conceptio S. MARIÆ*, rubeis litteris manuscript. Etiam Breviarium ejusdem Ecclesiæ manuscript. antiquis characteribus. 6. Idus Decembris: *Conceptio S. MARIÆ.* Extant ambo MS. in Bibliotheca S. Amandi Benedictinorum Diœcesis Tornacensis in Belgio. Et in Monasterio S. Martini Tornaci, sunt decem Breviaria diversa cum titulo *Conceptionis.* Et Diurnale MS. Insulis, apud Augustinianos.

Trajectense: *Conceptio B. Virg.* summum. Hac de solùm dicitur Te Deum in Adventu. Carebat principio, & fine. Et aliud ejusdem Ecclesiæ, eodem modo adducit historiam Conceptionis. Est impress. absque anno, & loco. Ipris apud Augustinianos, officium autem est singulare. Vidimus etiam alia duo impressa Antuerpiæ 1514. & 1551. sub eadem nota Summum.

Trecense, ut colligitur ex Diurnali Ecclesię Trecen. 6. Idus Decembris: *Conceptio MARIÆ Virginis* duplex, rubeis litteris. Ad Vesperas: Gaude mater Ecclesia, &c. Hymnus: O quàm glorificata luce, &c. Et est specialis. Collecta: Deus qui B. Mariæ Conceptionem per Angelum parentibus prædixisti, &c. Totum officium est particularissimum, more Monastico dispositum, in Biblior. D. D. Cancel-

D. Cancellarij Parisien. in 8. charta pellicea, & antiquis characteribus scriptum. Inveniuntur similiter Horæ Gallicæ B. Mariæ Virginis: die 8. Decembris: *La Conception* MS. in Biblior. D. D. Cancellarij Parisien.

Trefitense, habet Collectas seu Orationes proprias, quarum initia sunt: Deus qui B. Mariæ Virginis *Conceptionem.* Deus ineffabilis misericordiæ, &c. Omnipotens sempiterne Deus, qui condoleris humanis miseriis, &c.

Trevirense, ut colligitur ex Officiali, impress. an. 1574. in 4. *Conceptio B. Virginis*, &c. & Episcopali, impress. Lugduni 1515. Item, aliud adducit officium de festivitate Conceptionis, cum Hymnis specialibus, ex quibus hæc pauca desumo.

Pangamus laudes Domino,
Cujus Matris Conceptio
Mundum perfudit gaudio, &c.
Gaude fidelis concio,
Adest ejus Conceptio,
Quæ delet Evæ maculas.
Hæc serpentis caput contrivit, &c.
Evæ maledictionem
Deus extirpaverat
Tuam per Conceptionem, &c.
Tua namque Conceptio,
Summis est gratulatio.

Extant apud Antonium de Balinghen, in Parnasso Mariano, à folio. 11. usque 14. & fol. 17.

Tridentinum, ut colligitur ex Manuali impress. Lugduni 1589. in 4. magno: *Conceptio B. Virginis.*

Trinitatis, id est, Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, à Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum, fol. 31. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex 2. classis, &c. Impress. Romæ 1641. Item, ejusdem aliud antiquum, fol. 10. habet *officium Immaculatæ Conceptionis*, sicut in officio Fratrum Minorum. Impress. an. 1545. in 4.

Trudonopolitanum in Monasterio S. Trudonis Trudonopoli; Horæ B. Virginis MS. *Conceptio B. MARIÆ* summum minus, in 8.

Tudelæ Breviarium, habet festivitatem Conceptionis, fol. 577. sub hac rubrica: *Conceptio Virginis MARIÆ* solemne. Impress. 1540. in 4.

Tudense, fol. 102. habet *officium Immaculatæ Conceptionis* speciale. Impress. Salmanticæ, anno 1564. in 4.

Tullense, sub hac rubrica: In nomine Domini Amen. Psalterium cum Antiphonis, Versiculis, Capitulis, & Hymnis ferialibus secundùm usum Tullensem, &c. fol. 243. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, ad Vesperas super Psalmos: Gaude fidelis concio, &c. Sunt Antiphonæ satis singulares. Capitulum: Ego mater pulchræ dilectionis. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Invitatorium: Stellam Mariam maris; Venite adoremus. Lectiones: Anselmus Cantuarienses, &c. Totum officium, Antiphonæ, Responsoriaque sunt particularia. Impress. Parisijs, anno 1510. in charta pellicea in 8.

Tungrense, ut apparet ex Diurnali sub tali rubrica: Diurnale Monasterij Canonicorum Regularium Tungrensium, MS. in Bibliotheca ejusdem Monasterij: *Conceptio B. MARIÆ* majus duplex, in charta pellicea in 4. Et in alio Breviario impress. Antuerpiæ 1545. *Conceptio B. MARIÆ* triplex.

Turonense, Francisci de le Guesle Archiepiscopi auctoritate, &c. die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex. Est officium particulare. Impress. Augustæ Turorum 1611.

Valentinum, habet *totum officium Immaculatæ Conceptionis*: Sicut Lilium. Impress. anno 1533. in 4.

Vallis Viridis prope Bruxellas, Canonicorum Regularium S. Augustini: *Conceptio B. Virginis* duplex, ut apparet ex tribus Breviarijs manusc. existentibus ibidem.

Vallis Umbrosæ, sive S. Ioannis Gualberti, folio 225. *In festivitate Immaculatæ Conceptionis*, officium proprium, & singulare: Sicut lilium inter spinas, &c. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. Et absq; principio, & fine extabat originale, quod vidimus Romæ. In nomine Domini nostri Jesu Christi, & Virginis Mariæ, & S. Ioannis Gualberti, incipit Breviarium secundùm Ordinem Vallis Umbrosæ, folio 257. *In festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, in primis & secundis Vesperis Antiphona: Sicut Lilium, &c. ut in nostro Breviario, sed cum quatuor Antiphonis. Oratio: Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Est officium singulare, & Lectiones ex dictis Sanctorum, & habet duodecim: reliqua, ut in nostro Breviario. Est absque loco & anno impressionis, quia caret principio, sed antiquis characteribus, in Bibliotheca D. D. Cardinalis Mazarini.

Vedastinum Monasterium Atrebati: *De Conceptione B. Virginis sanctæ Dei Genitricis MARIÆ* duplex, dies Eger. manusc. ibidem. Et in Libro: Festa principalia Monasterij S. Vedasti, antiquissimis characteribus scripto, est eadem nota. Et Pontificale ejusdem Monasterij adducit, folio 90. pro die Conceptionis S. Mariæ Virginis, Benedictionem: Omnipotens Deus sua nos dignetur protectione benedicere, qui hunc diem per Conceptionem Beatæ Mariæ fecit claresce re. Amen. Et habet alias Benedictiones. In eadem Bibliotheca sunt viginti Breviaria, Horæ Virginis Mariæ, & alia manusc. cum rubrica Conceptionis, rubeis litteris.

Vercellense, sub tali inscriptione: Breviarium secundùm ritum Curiæ Vercellensis. 6. Idus Decemdris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ* duplex maius, quod solùm ponit in die Nativitatis illo mense rubeis litteris. Et fol. 371. *In vigilia Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, in Vesperis Antiphona: Conceptio gloriosæ. Capitulum: Dominus possedit me. Ad Magnificat: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, &c. Invitatorium: *Verbum Patris Matrem præservans à labe peccati*: Venite adoremus, &c. Omnia alia sunt satis singularia. Absque anno impressionis antiquis characteribus reperitur in Bibliotheca D. D. Cardinalis Mazarini, in 8.

Viconiense in Belgio: *Conceptio Beatæ Virginis* dup. ut apparet ex tribus Missalibus manusc. existentibus in Bibliotheca eiusdem Monasterij.

S. Victoris Parisiensis Breviarium antiquissimum existens manuscriptum in Monasterio S. Victoris Parisien. num. 170. folio 122. à tergo hæc habet: 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* totum duplex; ad Vesperas, & ad Matutinum, & ad Horas, per omnia sicut in Nativitate ejusdem. Aliud eodem numero in charta pellicea: *In Conceptione B. MARIÆ Virg.* ad Vesperas Antiph. Hæc est Regina Virginum, sicut in Nativitate B.

Mariæ tam in die, quàm in nocte. Lectiones particulares: Beata & gloriosa semper Virgo Maria, &c. & sunt ex historia S. Anselmi de Conceptione. Et Nicasius de Ulmo, Canonicus Regularis Ecclesiæ S. Victoris Parisiensis, fecit scribi anno 1457. Constitutiones, ac Cæremoniale ejusdem Ecclesiæ, ubi die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* totum duplex 1. fol. 122. 6. Idus Decembris: Conceptio B. Mariæ totum duplex. Ad Vesperas, ad Matutinum, & ad Horas per omnia, sicut in Nativitate ejusdem, mutato tamen nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Ad maiorem Missam: Gaudeamus, &c. sicut in Nativitate ejusdem. Sequentia: Salve Mater. Credo. Et Præfatio: Et te in Conceptione. Et folio 145. ponuntur minora tota duplicia, quæ apud nos sunt, quatuor, & non plura. Primum est festum Dominicæ Circumcisionis. Secundum est B. Trinitatis. Tertium octavæ S. Victoris. Quartum est *Conceptionis Immaculatæ Virginis*, MS. Et in alio originali existente in eadem Bibliot. dicitur: Officia propria festorum Regalis Abbatiæ S. Victoris Parisiensis, Ordinis Canonic. Regularium S. Augustini. 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex primæ classis, tertij Ordinis, servata Commemoratione feriæ. Parisijs an. 1623. in 12. Præter relata invenimus in eadem Biblioth. In Ordinario divini officij S. Victoris Paris. in rubrica prima, de festis quæ contingunt in Sabbatis Adventûs Domini, & in secunda quæ agit de Dominicis diebus, agitur *de Translatione festivitatis Conceptionis*, & 6. Idus Decemb. rubeis characteribus inquit; *Conceptio B. MARIÆ* totum duplex solemne. Ad Vesperas, Matutinas, & Horas, per omnia, sicut in Nativitate ejusdem Virginis, mutato tamen nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Extat inter manusc. num. 738. In alio etiam exemplari dicebatur: Breviarium S. Victoris extra muros Parisiens. MS. *In vigilia Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, Antiphonæ, & Hymni sunt particulares. Extat MS. num. 740. ibidem.

Villarienſe in Brabantia: *Conceptio B. Virginis* totum duplex in duobus Breviarijs manusc. existentibus in Bibliotheca ejusdem Monasterij.

Virdunense, cuius rubrica est: *In Conceptione B. Virginis MARIÆ*, quocumque die venerit, sive in Dominica, sive non, solemnitas celebrabitur. Ad Vesperas Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Impress. Parisijs 1499. Et impress. ibid. 1560. habet festum Conceptionis.

Ultrajectense, & Episcopatuum suffraganeorum Arlemensis, Daventriensis, Lernardiensis, Goeningensis, &c. *Conceptio B. Virginis MARIÆ* duplex majus. Coloniæ 1640.

S. Waldetrudis Breviarium, adducit officium *de Conceptione Virginis MARIÆ*, cum Hymnis particularibus, ex quibus transcripsi hæc:

Conceptus hodiernus
MARIÆ semper Virginis
Nævum tersit, nexum solvit
Vetustæ originis.
MARIA plena gratiâ
Stirpe concepta Regiâ, &c.

Vide alia apud Antonium Balinghen, in Parnasso Mariano, à folio 14. & 19. & 29.

Warmiense: *Conceptio Virginis MARIÆ*. Impress. Coloniæ 1581.

Windesemense, sub hac rubrica: Ordinarium divini officij, pro Ordine Canonicorum Regularium Capituli, sive Congregationis Windesemensis, &c. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex majus festum. Et folio 1. à tergo. Te Deum. Gloria in excelsis. Sequentia, & Ite Missa est. non dicuntur per Adventum, præterquam *in festo Conceptionis B. MARIÆ*, & Patroni cujuslibet Monasterij. Impress. Dauentriæ 1521. in 4. Præter relatum invenimus itidem diversa Breuiaria ejusdem Ecclesiæ, impress. Antuerpiæ apud Henricum Ecqueret: & aliud ibidem anno 1557. & aliud Lovanij 1548. semperque apponunt: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* tantùm duplex, & est officium singulare.

Uxamense, fol. 1588. habet officium *de Conceptione Virginis MARIÆ*; carebat principio & fine, & sic non extraximus impressionem.

Xantonense in Gallia, ut apparet ex Missali impress. Pictauij, anno 1506. *Conceptio B. Virginis*, rubeis litteris. Vide verb. Missalia.

Zagrabiense, correctum & emendatum: *In festo Conceptionis B. MARIÆ*, Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Impress. Venetijs 1484. fol. 299.

BRIGITTA, Principissa Meritiæ de Regno Sueciæ, ac Sancta, lib. 1. Revelationum, cap. 9. folio 14. in persona Virginis Mariæ, inquit: Ego volo tibi dicere, quàm dulciter ipse dilexit corpus meum, & quàm dulciter animam meam, quantùm etiam honoravit nomen meum. Ipse filius meus, priùs me dilexit, quàm ego eum, qui Creator meus est. Ipse conjugium Patris mei, & Matris tanta castitate coniunxit, ut tunc non inveniretur castius conjugium, ut nunquam convenire vellent, nisi juxta legem solummodò causa suscitandi prolem; & cùm sibi nuntiatum esset ab Angelo, quòd Virginem parerent, unde salus mundi procederet; magis voluissent mori, quàm carnali amore convenire, & voluptas in eis mortua erat: tamen pro certo dico tibi, quòd ex charitate divina, & ex verbo Angeli nuntiantis convenerunt carne, non ex concupiscentia aliqua voluptatis, sed contra voluntatem suam ex divina dilectione; *& sic ex semine eorum per divinam charitatem caro mea compaginata est; facto autem corpore meo, Deus à divinitate sua animam creatam immisit corpori, & mea anima cum corpore sanctificata est, quam Angeli custodiebant, & servabant die, ac nocte. Cum autem anima sanctificaretur, & corpori conjungeretur, tanta Matri mea advenit lætitia*, ut impossibile esset dictu, &c.

Item, lib. 5. Revelationum, revelat. 13. in illa quæstionum, quæ est ultima in prædicto libro, fol. 472. explicans illud Ænigma: Vas clausum, & non clausum; inquit: Clausum diabolo, & non Deo. Diabolus quasi torrens vitiorum cupiebat me adinventionibus suis appropinquare cordi Mariæ *sed nunquam ad aliquod quantumcumque modicum peccatum valuit inclinare animum ejus, quia clausus est contra tentationes*, nam torrens spiritûs mei influxerat cor ejus, & spirituali gratia replevit eam.

Item, ibidem infra: Tertiò, fuit Maria vas vacuum, & non vacuum; *vacuum ab omni voluptate, & pulcritate*; non vacuum, sed plenum cœlesti dulcedine, & omni bonitate.

Item, infra: Quintò, Maria fuit vas mundum, & non mundum; *mundum verè fuit, quia tota pulchra, & tanta immunditia non inveniebatur in ea, nisi cujus acus infigeretur; sed non mundum fuit, quia de radice Adæ processit, & de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta, &c.*

Item, lib. 6. cap. 55. fol. 556. sic inquit (Maria

Dei loquitur) Quando Pater meus, & Mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quàm voluntas; & plus operata est ibi charitas divina, quàm voluptas carnis; nam hora, in qua ego concepta fui, bene potest vocari aurea hora, & pretiosa: quia alij conjuges convenerunt ex voluptate carnali, mei verò Parentes convenerunt ex obedientia, & præcepto Dei. *Bene ergo aurea hora fuit Conceptio mea; nam tunc incœpit principium salutis hominum, & tenebræ quasi festinabant in lucem;* Deus namque singulare quoddam, & à sæculo absconditum facere voluit in opere suo, quèadmodum fecit in virga aridâ florescente; *sed scito, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit*, quia voluit Deus, quòd sicut ante legem scriptam præcessit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, ut postea veniret lex scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus; sic placuit Deo, *quòd animas sui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas claresceret in tempore præordinato.*

Item, in Serm. Angelico de excellentia Beatæ Mariæ Virginis, quem ipse Angelus dictavit B. Brigittæ ex præcepto Dei, & ipsa ex eodem præcepto devotè conscripsit, feria 2. lect. 2. cap. 5. fol. 776. inquit: Convenienter itaq; teneritudo illa infantiæ tenebris similatur, quâ Deus non agnoscitur, & quid agendum sit nulla ratione discernitur; hanc itaque ætatis infantiæ teneritudinem, *tu, ô Virgo omnis peccati expers* innocentissimè transegisti, &c.

Item, ibidem Ser. 4. lect. 1. cap. 10. folio 781. inquit: O Anna Mater reverenda, quàm pretiosum thesaurum in tuo bajulasti utero, quando Maria, quæ Mater Dei fieri debebat, in ipso quievit! verè sine omni ambiguitate credendum est, quòd *materiam illam flatim quando in Annæ utero concepta & collecta fuit de qua MARIA formari debebat, ipse Deus plus diligebat, quàm omnia humana corpora à viro, & muliere generata, & generanda per mundum universum;* unde venerabilis Anna verè nuncupari potest omnipotentis Dei Gazophilacium, quia ipsius thesaurum super omnia sibi amabilem, in suo utero recondebat. O quàm propè erat jugiter cor Dei huic thesauro! ô quàm piè, & alacriter huic thesauro oculos suæ Majestatis infixit! quia postmodùm in Evangelio suo sic ait: Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum; & ideò bene credibile est, Angelos ex hoc thesauro non modicum exultasse, quando Conditorem suum, quem plus sejpsis diligebant, ita illum thesaurum diligere agnoscebant; quapropter bene esset conveniens, & dignum, quòd dies illa ab omnibus in magna reverentia haberetur, *quâ materia illa in Annæ utero concepta, & collecta fuit, ex qua benedictum corpus Matris Dei formari debebat*, quam ipse Deus & omnes ejus Angeli in tanta charitate peramabant.

Item, ibidem lect. 2. cap. 11. Deinde postquam illa benedicta materia congruo tempore formatum corpus habuit in alvo Matris, sicut eam decuit, tunc auxit thesaurum suum Rex omnis gloriæ, scilicet infundendo ei viventem animam, & quèadmodum apis arva florida circumvolans universa mollifera gramina diligentiùs perscrutatur, quia ex naturali scientia novit discernere ubi pullulat flos amœnior, quem si fortè ex folliculo adhuc erumpere non viderit, nihilominus tamen ejus ortum cum desiderio delectabiliter præstolatur, ut ad suum placitum ipsius dulcedine perfruatur: simili modo cœlestis Deus, qui omnia oculis suæ Majestatis clarissimè intuetur, quando Mariam in secreto materni uteri adhuc latitare prospiciebat, cui in æterna sua præscientia nullum hominem totius mundi in omni virtute similem novit debere existere, cum omni consolatione, & gaudio, ipsius ortum expectabat, ut per ipsius Virginis charitatis dulcedinem, sua superabundans divina bonitas panderetur. *O quàm clarè emicuit in Annæ utero Aurora consurgens, quando in eo MARIÆ corpusculum per adventum animæ vivificatum extitit, cujus ortum videre Angeli, & homines tantò desiderabant*, &c. Prosequitur alia quamplura, quæ de ortu in utero, vel ex utero possimt intelligi, quæ omnia reperies tom. 1. Impress. Romæ 1606. in fol. Item, impress. ann. 1492. Item, Antuerpiæ anno 1611.

Item, l. 6. c. 49. f. 547. Inquit (Mater Dei loquitur) Si alicui volenti jejunare, qui desiderium haberet comedendi, sed voluntas resisteret desiderio, præciperetur à Superiori (cui obediendum esset) quòd propter obedientiam comederet, & ille propter obedientiam contra velle suum comederet, illa comestio majori remuneratione digna esset, quàm jejunium. Per similem modum conjunctio Parentum meorum fuit, quando ego concepta fui, & veritas est, *quòd ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato: quia sicut Filius meus, & ego nunquam peccavimus; ita nullum conjugium fuit, quod honestius esset, quàm illud, de quo ego processi.*

BRUNO Carthusianus, inclytus, ac Sanctissimus Patriarcha suæ Religionis, natione Colonensis, in Expos. Psalm. 101. fol. 400. ait: Dominus de cœlo in terram aspexit, dum de regalibus sedibus in uterum Virginis venit; hęc est enim incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, *ab omni propterea peccati contagione libera*, per quam vitæ viam agnovimus, & promissam veritatem accepimus. Quæ, quia digna fuit, Dominus de cœlo in terram aspexit; sed ad quid? Ut audiret, inquam, gemitus compeditorum, id est, gemebundas preces eorum, qui pro peccato primi parentis in inferno compediti tenebantur vinculis tenebrarum: ad hoc enim specialiter Christus venit in mundum, ut mortuos liberaret ab inferis, & vivos solveret à peccatis. Unde sequitur: Et solveret filios interemptorum, id est, primorum parentum, qui fuerunt interemptores, & interempti, quia causam interemptionis, id est, *originale peccatum* ad filios transmiserunt, &c. Quòd hic agat Bruno de peccato originali, ex ipsius verbis evidenter patet: ab hac ergo peccati contagione fuit Maria libera.

Item, in Serm. 5. de B. Virgine, serm. 1. tomo 3. fol. 107. inquit: Est etiam terribilis, ut acies castrorum ordinata, ad quam omni virtute circumamictam *non audet aliquis hostis accedere*, ut quæ Spiritûs Sancti protegitur adumbratione, &c. Si nullus inimicus; igitur neque originale accessit ad Mariam.

Item, Serm. 2. de Nativitate Beatæ Virginis, inquit: Primum hujus lineæ caput est Adam, secundum verò Christus. Hæc linea incipit ab Eva, & desinit in Mariam. In principio mors, & in fine vita consistit. Mors per Evam facta est, vita per Mariam reddita est; illa à diabolo victa est, *hæc diabolum ligavit, & vicit.* Cùm enim ab Eva usque ad ipsam linea extendatur, in ipsa tandem ille

hamus

hamus ligatus, & incarnatus est, per quem captus est ille Leviathan serpens antiquus, qui est diabolus, & Sathanas, ut qui per fœminam in regnum intravit, per fœminam de regno extraheretur, & qui fœminam illusit, & suis sibi vinculis ligavit, *ab hac una fœmina illuderetur, & ligaretur, &c.* Quorum laudes inter omnes creaturas pulcherrima suscipere dignetur, cuius humilitate, & sapientia hic tantus hostis captus, & ligatus, & de regno, quod tanto tempore iniustè possederat, eiectus est, &c. Lib. impress. Coloniæ 1611. in fol.

BRUNUS Herbipolensis Sanctus, in Pentateuchum Moysis, ad c. 3. Exodi f. 94. inquit: Hæc autem prima visio Moysis, hîc primùm cum Deo loqui incipit: *Sed quid per rubum, nisi B. Virginem MARIAM? Quæ sic ex Iudæorum spinosa & peccatrice gente exorta est, sicut de rubi asperitate pulchra & odorifera nascitur rosa.* Hæc autem visa est ardere, sed non arsit, quia sine carnis concupiscentia, sine libidinis æstu S. Spiritu obumbrante concepit. Impress. Duaci 1648. in 4. Si aliquis dixerit istum non esse expressum pro pia sententia, transeat: nam saltem hoc habebimus expresè, quòd, cùm fuerit antiquus, non sustinuit opinionem contrariam: hoc enim dictum communissimum non solùm ab antiquis, sed etiam à modernis Opinionis contrariæ defensoribus, primò ac præcipuè intendimus debellare hac Militia.

BRUNUS Lother, Ordinis Carthusianorum Flander, edi curavit opera Joannis Justi Lanspergii, ubi quamplura extant Opuscula, seu Sermones *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in lib. impress. Coloniæ 1553. in fol. & 1555.

BRUNUS Neuser, Ordinis Minorum Provinciæ Colonienſis Theologus, in Summa sua Prædicabilium Sermonum, habet tres Sermones pro Immaculata Conceptione. Primum in Sabbato 1. fol. 48. sub hoc titulo: Canonistæ & Theologi remis rationum *à tempestate originali navem victricem propulsant.* Secundum fol. 176. sub hoc titulo: Maria tam decora in anima fuit, & tantam gratiam meruit, *ut in primo instanti Conceptionis omnes Sanctos & Angelos in ea superaret:* illa in utero matris cubans merebatur, & semper novam gratiam quasi infinitam obtinuit. Lib. impress. 1659. in 4.

Item, in 2. parte pro Sabbato Dominicæ Palmarum, fol. 458. sub hoc titulo: Maria palma victoriosa, *in valle Conceptionis peccatum vincit.* Lib. impr. eodem anno 1659. in 4.

BRUNUS Solerius siue Astensis, Episcopus Signinus, lib. 5. Sentent. de laudibus Virginis, cap. 1. agit, quomodò Deus fundavit Civitatem suam, id est, Matrem Mariam creavit; quod pro incontaminata puritate Virginis Deiparæ adducit P. Euseb. Nieremb. in lib. Sacro Syl. cap. 1. §. 2. sed præcipuè pro hoc mysterio faciunt verba ab eodem infra adducta. Hæc linea (id est generationis Christi) incipit ab Eva, & desinit in Mariam. *In principio est mors, & in fine vita consistit. Mors per Evam facta est, vita per MARIAM reddita est. Illa à diabolo victa est, hæc diabolum ligavit, & vicit.* Extant tom. 3. fol. 26. Lib. impress. Venetijs 1651. in folio. Alia habet verba, sed etiam extant in S. Brunone Carthusianorum Fundatore.

BRUTUS Gotifredus, Italus, scripsit *Triumphum miraculosæ imaginis Genitricis Dei MARIÆ ab Archiconfraternitate Immaculatæ Conceptionis*, & Stellarij, in Templo S. Laurentij in Damaso de Urbe religiosissimè cultæ; de quo Marrac. in Biblioth. tom. fol. 247. & ego cùm essem Romæ, hoc opus quisivi à fratre ejus, sed solùm extabat quoddam fragmentum.

BULLÆ Apostolicæ à diversis Summis Pontificibus expeditæ, sub hoc titulo præcisè *Conceptionis Virginis MARIÆ*, repertæ in Archivo S. Petri Vaticano, in Archivoque Brevium Romanæ Curiæ, & à nobis extractæ pro conficiendo Bullario Seraphico, videri possunt in lib. sub tit. Indices Bullarij Seraph. &c. Impress. Romæ 1655. de quibus dicimus hoc, ut quid singulare, & tatione dignissimum, quòd nunquam videamus aut legimus Bullam aliquam expeditam sub lo Sanctificationis: aut aliquod Rescriptum morum Pontificum, Sacrarumve Congregationum: imò semper, & ubique loquuntur in titulo Conceptionis; ut hinc appareat, quomodo Spiritus Sanctus, singulari assistentia suam Ecclesiam, prohibens intensibiliter, & ab ea talem Sanctificationis vocem. Vide Indissol. Sub expresso titulo Conceptionis culatæ, Sanctissimæ, Puræ, Miræ, Illibatæ, &c. in nostro Regesto sequentes. Sixtus IV. Pont. in 1. Bulla, quæ incipit: Grave nimis. edita 1282. sui Pontificatus II. agit de ipsius *latæ Virginis Mira Conceptione.* Et in altera Constitutione, quæ incipit: Grave nimis. edita 1473. Pontificatus sui anno 13. inquit: Ejus *Immaculatæ Conceptionis* officium celebrantes, Alexander IV. in Bulla, quæ incipit: Illius pro Dominici gregis, &c. expedita anno quit: Eiusdem *Immaculatæ Conceptionis* officium lebrantes, &c. Julius Papa II. in Bulla, quæ pit: Dum præclara meritorum insignia, &c. die 10. Julii, anno 1510. sui Pontificatus ait: Qui imaginem ejusdem Beatæ Mariæ Unigeniti ejus Filii, quam dilectæ in Christo Moniales filiæ, Ordinis *Sanctæ Conceptionis* Tolletanæ, &c. Idem, in Bulla, quæ incipit: Ad statum prosperum, &c. anno 1511. die 15. Octobris, Pontificatus 8. inquit: *Immaculatam Conceptionem* venerantes, &c. Et infra in eadem Bulla: *Immaculatæ Conceptionis* ejusdem Genitricis. Et Et gloriosæ Virginis piis in cordibus *Conceptionis* augeatur devotio, &c. Idem Julius Bulla, quæ incipit: Inter universa Divinæ jestatis, &c. expedita anno 2. sui Pontificatus quit: Et Monialium Monasterij S. Claræ, Ordinis ejusdem *S. Congregationis Conceptionis V. MARIÆ* Leo X. in Bulla, quæ incipit: Pia Christi lium, &c. data die 18. Febr. anno 1518. sui Pontificatus anno 6. dicit: Et præsertim *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Idem Leo Bulla, quæ incipit: Animas lucrifacere, &c. anno 1518. 13. Kal. Julii, sui Pontificatus 6. quit: Ob singularem devotionis affectum, quem ad *Immaculatam Conceptionem* gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, &c. Paulus III. in Bulla expedita pro Fratribus Tusciæ Florentin. quæ cipit: Exponi nobis nuper, &c. data die 16. Julii, anno 1548. Pontificatus sui anno 14. Vestri Ordinis, & observantiæ prædictorum invocatione *S. MARIÆ Immaculatè concepta Conceptione, cum Ecclesia, &c.* Gregorius XIII. Bulla, quæ incipit: Super gregem Dominicum, &c. data Tusculi 5. Idus Maii, anno 1582. Sub invocatione *Sanctissimæ Conceptionis, &c.*

mens VIII. in Bulla, quæ incipit: Grata devotionis, &c. data 9. Maii, anno 1600. Pontificatus sui anno 9. inquit: Capellas *sub Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis invocatione*, &c. Idem in alia Bulla, quæ incipit: Dignum, &c. data 11. Kalendas Februarii, anno 1601. Pontificatus sui anno 10. inquit: Simplex beneficium Ecclesiasticum ad Altare *Immaculatæ Concept. Virginis*, &c. Paulus V. in Bulla, quæ incipit: Regis pacifici. data die 6. Julij, anno 1616. Pontificatus sui anno 12. inquit: *Ejusdemq; Immaculatæ Conceptionis* officium celebrantes, &c. Idem in Bulla incipiente: Vitæ, ac morum, &c. expedita Pridiè Kalendas Septembris, anno 1607. sui Pontificatus anno 3. inquit: Beneficio Ecclesiastico sub invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, &c. Idem in alia Bulla, quæ incipit: De salute gregis, &c. data Kalendis Maij, anno 1614. sui Pontificatus anno 10. inquit: Confraternitas sub invocatione *Immaculatæ Conceptionis* ejusdem B. MARIÆ Virginis, &c. Idem in Bulla, quæ incipit: Dignum. data anno 1617. 4. Idus Maij, Pontificatus sui anno 13. inquit: Beneficium Ecclesiasticum sub invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, &c. Idem in alia Bulla ejusdem tenoris, expedita 9. Kalendas Julij, sui Pontificatus anni 13. inquit: Sub invocatione *Immaculatæ Conceptionis*. Et in alia Bulla, quæ incipit: Ex debito Pastoralis officii, &c. data 6. Idus Februarij, ann. 1619. Pontificatus sui anno 15. inquit: Monasterij Monialium *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis*, &c.

Item, ex Urbano VIII. de quo non verentur dicere, eum semper, & ubique renuisse adscribere Concept. titulum *Immaculata*, sunt in ejus Regesto Bullæ sequentes. Prima, quæ incipit: Illius vices gerentes, &c. data 9. Aprilis, anno 1625. sui Pontificatus 2. inquit: Confraternitas sub invocatione *sanctissimæ Conceptionis B. MARIÆ*, &c. Et in Bulla expedita anno Christi 1627. sui Pontificatus 4. quæ incipit: Dignum, &c. inquit: Sub invocatione *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ*, &c. Et in Bulla expedita Idibus Decembris ejusdem anni 1627. quæ incipit: Illius vices gerentes, &c. inquit: In Ecclesia *Conceptionis Immaculatæ Virginis* Aversan. &c. Idem anno Christi 1629. sui Pontificatus 6. Nono Kalendas Junii, in Bulla quę incipit: Ex commissi nobis, &c. sic inquit: Ecclesiam sub *Conceptionis Immaculatissimæ ejusdem Beatæ MARIÆ Virginis*, &c. Item, in Bulla quæ incipit: Dignum, &c. data anno 1631. Quarto Idus Novembris, sui Pontificatus 9. inquit: Sub denominatione *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ*, &c. Idem anno 12. sui Pontificatus, Christi 1635. die 12. Maii, in Bulla quæ incipit: Religiosos viros, &c. inquit: Omnibus & singulis Patribus, & Fratribus prædictæ Provinciæ *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ*, &c. Istæ sunt Bullæ, in quibus Summi Pontifices pro Cathedra sedentes cant, non Virginem, sed *ipsammet Conceptionem Sanctam, Puram, Immaculatam*. Alias vide in Nodo Indissolubili fol. 83. usque ad finem libri, & in nostro Indiculo Bullarii Seraphici, ubi inveneris signum istud *

BURCARDUS Zorillard, Ordinis Minorum Germanus, in relatione Provinciæ Austriæ affirmat, *quòd in illa Provincia sunt duo Altaria Conceptionis Dominæ nostræ*. Extat apud nos manusc.

BUSSE N. Societatis Jesu Gallus, laboravit Manuale Meditationum devotarum, &c. & in Indice festorum, pro *festo Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis*, Considerationes à fol. 281. usque 283. Impress. Parisiis 1647. in 16.

C.

CÆLIUS de Leon, & Quirinos, Canonicus Magistralis Hispanus, Serm. de S. Michaële fol. 3. inquit: Aparecio à Moyses en una çarça ardiente, cuyo fuego no marchitava su verdor, *por dar señas de la pureza de MARIA*, que en el milagro de la çarça conocen los Padres, &c. Serm. impress. Granatæ 1641. in 4. Puritas MARIÆ fuit, & in partu, seu Conceptione Filii Dei, & in propria Conceptione; de utraque loquuntur PP. sed hic loquitur absque dubio Cælius, de puritate Conceptionis passivæ, quia Granatæ sic ex voto sentiunt omnes.

CÆLIUS Pannonius, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, in suis Commentariis in Cantica, inquit: Porrò celebratur hoc Canticum decantatissimum, & de Deipara Virgine per appropriationem, quæ ideo tota pulchra fuit, *quia in ea nulla macula fuit, nec originalis, nec actualis peccati*, ut puriores Theol. cantant. Deus quippe summè puram esse voluit, quę candorem lucis eternę, & speculum sine macula conceptura, & intra viscera gestatura foret, *quæ singulari gratia præservata fuit*, ut non penetraret ad eam labes ista connaturalis, quando corpus affatu Spiritûs consecratum suscepit animam in plenitudine gratiæ creatam, quod citra altercationem potuit Deus facere, & fecit; alioquin non tantùm honorasset Pater Filium, si Matrem aliquando infamiæ malum subiisse passus esset, &c. Extat liber iste in Monasterio Lepoglave manusc. ut refert Joannes Eusseb. Nieremb. lib. Dissert. epist. 15. fol. 296. Laurentius Chrysog. in Mundo Mariano, dissert. 20. n. 11. Velazq. lib. 5. Item, in Collectanea in Apocalypsim, capite 12. punct. 3. fol. 158. ad finem, *vocat Virginem MARIAM intemeratam*. Lib. impress. Venetijs 1547. in 4.

CÆLIUS Sedulius, Presbyter ac Poëta antiquus, in lib. Mirabilium divinorum, lib. 1. §. de Adamo è Paradiso ejecto, inquit:

..... Vt unde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem,
Et veluti spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil, quod lædat habens, Matremque obscurat honore:
Sic Euæ de stirpe sacra veniente MARIA;
Virginis antiquæ facinus nova Virgo piaret,
Vt quoniam natura prior vitiata jacebat
Sub ditione necis, Christo nascente renasci
Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.

Lib. impress. Venetijs 1501. in 4. & cum Comment. Ælij Antonij Nebricen. Granatæ 1553. in 4. Si Virgo MARIA ex spinis, scilicet peccatis, vel maledictionibus Adami pullulavit ut mollis rosa, nihil habens quod lædat; igitur non contraxit originale; quia aliter haberet quod læderet, & non esset mollis rosa, sed spina acuta, sicut cæteri Evæ filij. Deinde illud notandũ. Quoniam natura prior vitiata jacebat sub ditione necis; natura prior fuit natura ut in Eva; natura posterior fuit ipsa natura prout in MARIA; illa fuit vitiata, sed hæc illæsa. Extat in Bibliotheca Veterum Patrum, & alibi sæpe manuscript.

CÆSAR Baronius, S. R. E. Cardinalis Soranus, tituli SS. Nerei, & Achillei Congregationis Oratorij, & Sedis Apostolicæ Bibliothecarius, tom. 12. suorum Annalium, ad ann. 1136. *de celebratione festi Conceptionis sanctissimæ Dei Genitricis*, quando inceperit, & quomodò, &c. fol. 247. Lib. impress. Romæ 1607. in fol.

Item, *de Conceptione gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIÆ*, annotationem unam in Martyrologio, ad diem 8. Decembris. Impress. Venetijs 1611. in 4. & Romæ 1630. in 4. & alibi.

CÆSAR Beeillus, Urbinatensis Presbyter Congregationis Oratorij de Urbe Italus, in Evangeliorum connexione faciens indicem per menses Evangeliorum, ad diem octavam Decembris, habet: *Conceptio B. MARIÆ Virginis. Liber generationis.* Mat. 1. Lib. extat impress. Romæ 1523. in 12. & 1614. etiam in 12.

CÆSAR Calderarius Bicentinus, Canonicus Regularis Lateranen. super Miserere, lectione 11. ad illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit, &c. Potremo dire, che duo sono i tempi, nei quali s' intende l' huome esser concerto nella generatione: primo, quando nel ventre materno vien riceuuta la virtu semina le innazi che s' introduca l' anima, oue poi si va organizando à poco à poco, in spatio di quaranta giorni, come vuole Aristotele, ò di 50. come vuole S. Agostino nei maschi; de 60. nelle femine. Di questa prima concettione s' intende quello, che mandò à dire Bersabè à David (concepi) Il secondo tempo nel quale s' fa la seconda concettione, è dop po la formatione del corpo, & organizatione, quando I Dio infonde l' anima rationale; in questa seconda concettione nell' unirsi, s' contrahe il peccato originale, quanto à la colpa formalmente, nella prima solo materialmente, e' seminalmente vi e il peccato originale, & in questa prima concettione, non vi e alcune essente dal peccato originale, pur che sia per copula di maschio, e di femina, forza è che si troue la materia infetta; puo esser poiche nell' atto della seconda concettione; cioe' nell' vnirsi dell' anima con il corpo organizato, Iddio habbi fatto privilegio à qualche creatura netando prima, & purificando quella materia carnale, onde puoi non viene à contraher colpa di sorte alcuna. Aquel modo s' alcuno correndo alla distressa in vn precipicio, quando è per traboccare fosse trattenutto, è salvato; cosi tutte l' anime trabaccano in questo precipicio del peccato originale, quando si fa la secunda concettione, *può esser che Iddio n' habbi tratenutto una, quella (dico) dell' Beata, & felice Madre di dio MARIA Vergine, la qual s' ben fose contrasse il peccato oreginale quanto alla prima Concettione, cioè materialmente non però alla seconda.* Questa è l' opinione mia, non derogando, ne reprobando l' altre, in torno questa benedetta Concettione, fol. 149.

Item infra: Altri puoi per li secondi furon no concetti in peccato originale, quanto à la prima concettione, cioè materialmente senza la colpa; ma non nella seconda: *& questa diremo, che fu MARIA Vergine, la qual non contrasse la colpa del peccado originale, essendo sanctificata la carne prima, che s' infondesse l anima* come ho detto. In libro ditto, concetti Scritturali in torno al Miserere. Lib. impress. Venetijs, cum licentia Inquisitionis, in 8. & Hispanicè Compluti 1594. in 4.

Item, in lib. Cõceptuum spiritualium super Magnificat, Hispanicè redditum per R. P. F. Jacob. Robulosa, Ordinis Prædicatorum, lect. 3. *festo sanctissimo die Conceptionis Dominæ nostræ, super illud Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* folio 24. usque 42. Lib. impress. Barchinonæ anno 1597. in 8. & Italicè Venetijs 1604.

CÆSAR Capaccius Italus, in Serm. de B. Virgine Maria, in principio 2. par. inquit: *Onde comminciava conli altri in natura ma non in colpa.* Ita Andreas de Peruzzinis, in Analysi Immacul. Conceptionis, art. 2. fol. 109.

CÆSAR Carena, Cremonensis, Juris Consultus Italus, de incidentibus in Constitutiones Sixti IV. Pij V. Pauli V. & Gregorij XV. *de Conceptione B. Virginis*, loquitur latè, ac tandem concludit, *quomodò loquendum, prædicandum, & disputandum sit de mysterio Conceptionis, &c.* in tract. de officio S. Inquisitionis, & modo procedendi in causa Fidei, part. 2. art. 17. §. 11. fol. 306. Impress. Cremonæ 1641. in folio, & 1636 in 4. regali, & Lugd. 1646. in fol.

CÆSAR Clemens, Presbyter Hispanus, in libro Historia de los Milagros, que en nuestra Señora de Monte Agudo cerca de Sichen en el Ducado de Bravante nuestro Señor a sido servido de obrar, &c. Historia traducta est ex lingua Gallicana. Prologo affirmat, quòd Virgo Maria conterit caput serpentis, & cap. 4. fol. 13. indicat, quod *Deipara concepta, & nata est in Civitate, & domo Nazareth, &c.* Lib. impress. Bruxellis 1604. in 8. & Lovanij 1605. cum imagine in principio, premente & conculcante draconem.

CÆSAR Clementinus, Italus, & Eques militiæ Sancti Stephani, *de Societate Conceptionis cum titulo Virginis MARIÆ in Ecclesia Sancti Servi Arimin.* in lib. de historia prædictæ Civitatis. Impress. Arimini an. 1617. in 4.

CÆSAR Eugenius Caraziolus, Neapolitanus, in lib. dicto: Neapoli sacra, fol. 541. agit *de fundatione Monasterij Sanctissimæ Conceptionis* pro Virginibus portantibus habitum cum parva imagine SS. Conceptionis in pectore.

Item, fol. 574. *de fundatione Ecclesiæ SS. Conceptionis, à Matre Ursula Benencasa, &c.*

Item, fol. 577. *de Collegio Conceptionis Neapolitan. & de Confraternitate Conceptionis* ibi fundata. Et folio 63. de Oratorio studentium, sub nomine Conceptionis, &c.

Item. fol. 601. de Conventu Capuccinorum, sub titulo *Conceptionis* Neapol. ac reliquis ibidem existentibus, &c. Lib. impress. Neapoli 1623. in 4.

CÆSAR Francciottus, Congregationis Matris Dei Italus, in Practica Meditationum pro Communione super Evangelia totius anni, part. 2. *de festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, Meditationem unam, cum Soliloquijs, à folio 15. usque 25. Lib. impress. Venetiis 1622. & 1618. in 12. Mediolani 1617.

Item, in lib. Il Jiouane Christiano ò vero institutione de Jiovani à la devotione fatta in gratia è per uso de Jiouani de la Congregatione della Madona de la Neve de Lua, fol. 12. à tergo num. 9. Per che fu sempre purissima, senza habere anco inclinatione al peccado, & fol. 19. l' eterno Dio dal cielo mirandola, disi di lei: Pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4. *Tanta pura che non solo non haveva alcuna sorte de machia di peccato ne cu-*

ne moriale, ne venialesma quel che di ni un altra, pura creatura, si dice: non vi habeva ancora inclinatione, per minima che fosse per esser sempre alci vicino, & assistente lo Spiritu Sancto, che la conservava, &c. Lib. impress. Venetiis 1622. in 4.

Item, idem parte 6. observationum, circa mysteria totius anni, fol. 387. Observatio circa *festum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, usque ad 390. Impress. Venetijs anno 1619. in 12.

Item, parte 5. Observatio circà *festum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, fol. 635. & in omnibus tuetur Immaculatam Conceptionem.

Item, in libro, cuius titulus est: Viaggio alla Santa Casa di Loreto, &c. giornata 5. fol. 297. in Oratione, inquit: Purissima Vergine, *ò Vergine senza macchia, &c.* Lib. impress. Venetijs 1616. in 12.

CÆSAR Gusagi, Generalis Congregationis Fesulanæ, in Corona Virginis Gratiarum de Brixia, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ Matris Dei* Kalendarium. Lib. impress. Brixiæ, an. 1604. in 12.

CÆSARIUS Heisterbacensis, Ordinis Cisterciensis, in libro dicto: Fasciculus Mortalitatis, sive Homiliæ de infantia Salvatoris, parte 1. super Missus est. fol. 7. ad illud: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, non solùm per essentiam Deitatis, sed etiam per vinculum charitatis, *& quia prius tecum fuit per misericordiam prævenientem*, nunc tecum est per gratiam operantem, & plenius erit per gratiam cooperantem.

Item, in Homilia de nomine MARIÆ, fol. 20. inquit: Stella maris, quæ polo vicinior est, & plùs cæteris rutilat, venerabilem Dei Genitricem designat, &c. Movetur quidem propter nos viscera misericordiæ, quæ nunquam sensit motum carnalis concupiscentiæ; *propter quod, & immobilis creditur fuisse totius peccati immunitate, &c.* Lib. impr. à R. P. Joanne Coppestein, Ordinis Prædicatorum, Coloniæ Agrippinæ 1615. in 4.

Item, elaboravit Sermonem unum de quinque festivitatibus Deiparæ, quem dicavit Alardo Monacho Presbytero, ut dicitur in Prologo incipiente: Exigis à me, frater charissime, ut clausulam illam de Canticis Canticorum, &c. clausula autem quam in illo Sermone explicat, est illa: Quæ est ista, quæ progreditur sicut Aurora consurgens, &c. Et prima Sermonis pars est de Conceptione, & incipit sic: Auroræ, sicut prædictum est, assimilatur in Conceptione, neque hoc sine ratione, &c. Hujus ergo Sermonis decrevi hìc adducere præcipua verba, tum quia in duobus Sermonariis Cæsarij & distinctis, impressis Coloniæ anno 1615. & 1621. & 1627. non extat talis Sermo, tum quia Auctor in sua sententia manet indifferens, tum denique, quia ex isto antiquo ac indifferenti Scriptore exactissimè cognoscetur modus loquendi antiquorum in hac Conceptionis materia. Proposito ergo in exordio, an Aurora pertineat ad diem, vel ad noctem? inquit: Hæc ad litteram præmissa sufficiant. Porrò secundùm intellectum spiritualem Aurora figurat B. Dei Genitricem MARIAM prærogativâ meritorum suorum in cœlo militantis Ecclesiæ rutilantem: significat tamen secundùm quod prædictum est, specialiter diem Conceptionis ejus, necnon & tempus illud, quod fuit intra horam Conceptionis & horam sanctificationis in utero, quando videlicet per Spiritum Sanctum mundata est ab originali peccato. Et sicut Aurora ex quo progreditur, per singulas horas atque momenta proficit in splendore; ita Dei Genitrix ex quo concepta est, gradatim profecit in corporis concepti formatione, augmentatione, & sanctificatione. Et signanter positum est progreditur, quia sicut Aurora progreditur, id est procul graditur, de tenebris videlicet usque ad ortum solis, ita B. Virgo procul, id est, de lumbis Adæ in quo natura humana est obtenebrata, per rationem seminalem est egressa, & secundùm legem communem, id est, carnis concupiscentiam ab utroque parente concepta. Propter quod dicunt diem Conceptionis ejus non esse celebrandam, ipsam Conceptionem tanquam ortum surgentis Auroræ trahentes ad noctem, id est, ad culpam. Quibus alii contradicunt, & licèt concedant ipsam concupiscentiam, quæ est in coitu, esse malam, utpote rem fœdam, pœnamque peccati; non tamen peccatum eam dicunt, sicut nec est si debito modo fiat, id est, amore prolis: nam ipsa delectatio, quæ est in carnali cognitione conjugii propter tria bona quæ illi adsunt, id est fidem, prolem, & Sacramentum, à peccato defenditur. *Hoc qui ante nos fuerunt considerantes, & quòd in re inanimata utpote semine concepto, culpa esse non posset intelligentes, propter Salvatoris honorem, quem de Spiritu Sancto Virgo concepit, ipsius Virginis Conceptionem carnalem judicabant esse sanctam & celebratione dignam. Hoc illi præfigurant, qui Auroram dicunt esse partem diei. Et quia in re non animata, id est materia concepta, nihil esse potest sanctitatis, virtutis, & gratiæ; consilio virorum prudentum nostris, ut dictum est, temporibus festivitas Conceptionis B. MARIÆ Virginis abolita est.* Solus verò spiritus rationalis capax est virtutis, & gratiæ. Quia Christus in sua Conceptione verus & perfectus homo fuit carnem habens humanam & spiritum rationalem, non conceptus de opere virili, sed de virtute Spiritus Sancti, dignissimè Conceptio ejus celebranda est, & adoranda. Providens in Spiritu Sancto Patriarcha David, &c. Per hoc etiam quod dicitur: Sicut Aurora consurgens, id est, simul surgens, *potest intelligi de secunda ejus Conceptione, quando videlicet anima infusa est corpori, fuit enim duplex ejus Conceptio: prima in seminum cõmixtione ubi nullum peccatum fuit in carne, sicut superiùs dictum est, & dicitur talis conceptio quasi simul captio: secunda Conceptio est naturarum, quando sexagesimo die anima infunditur carni, ex cujus corruptione mox peccatum anima contrahit, à quo peccato B. Dei Genitrix, tempore quo ipse novit qui illam sanctificavit, in utero mundata est.* Sequitur: Pulchra ut Luna, &c. Hæc sunt, quæ habet Cæsarius de Conceptione & ejus festivitate; unde aliqua colliguntur. Primum, quòd antiquitus celebrabatur Conceptionis festivitas absque ulla contradictione, quousque surrexerunt illi prudentes, quorum consilio festivitas abolita fuit. Secundum, quòd controversia fuerat exorta pro Conceptione secundùm carnem, id est, receptione seminis in matricem, quam dicebant illi viri prudentes non esse celebrandam propter concupiscentiam parentum, & quia ubi non est anima rationalis, non est sanctitas, nec gratia. Tertium, quòd istud erat potissimum argumentum illorum virorum prudentum, ut contradicerent festivitati Conceptionis, scilicet Christum Dominum in eodem instanti habuisse primam & secundam Conceptionem, seminis & naturæ: & sic meritò ejus prima Conceptio celebrabatur, quia in illa fuit gratia & sanctitas ratione

animæ in illo instanti unitæ ; quòd secùs contigit in prima Conceptione Virginis, cùm post sexagesimum diem fuerit illius carni anima unita. Quartum, est illa pulchra Cæsarij explicatio circa Conceptionem carnalem, nam affirmantes illam esse celebrandam consequenter dicebant, Auroram pertinere ad diem : è contra verò sentientes non esse festivandam, sustinebant Auroram pertinere ad noctem : quantùm autem isti aberraverint à veritate, de se patet. Quintum, est Cæsarij indeterminatio, nam non resolvit quando fuerit Virgo sanctificata & mundata ab illa infectione, & corruptione existente in carne, à qua anima contrahit maculam, relinquens hoc divinæ sapientiæ. In qua ergo militia collocandus sit, judicet Lector: nam mea solùm interest proponere veritatem Sermonis inventi manusc. Coloniæ apud PP. Cruciferos, litt. D. num. 24. in 4. sub hoc signo. Deinde in eadem Civitate inveni aliud originale manuscript. in fol. ubi extabat idem Sermo nullâ mutatâ syllabâ, & extat apud nos, ut fortè cum aliis lucem videat.

CÆSAR Mediolanen. Archiepiscopus, ac S.R.E. Cardinalis Sanctæ MARIÆ Trasspontinæ, edi curavit Missale, cuius principium pro die Conceptionis est: Lætemuromnes in Domino diem festum celebrantes ob honorem B. MARIÆ Virginis, *de cuius Immaculata Conceptione gaudent Angeli, &c.* Extat fol. 363. impress. anno 1640.

CÆSARIUS à Roma, Ordinis Minorum Italus, sculpsit Stellarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ MARIÆ, dicatum D. D. Petro Paulo Crescentio, Card. Prænestino, & Urbevetano, in sacro Immaculatæ Conceptionis typo, &c. super illud: Vas admirabile, opus excelsi, &c. ubi inter alia quàmplura habet:

Ave Rosa sine spinis
Tu, quam Pater in divinis
Majestate sublimavit,
Et ab omni va servavit, &c.

Extat cum pulchra imagine Conceptionis, & dictis aliquorum Sanctorum, ac Fratrum Ordinis Minorum. Impress. in charta expansa Neapoli, anno 1626.

CÆSARIUS Sanctus, Gregorij Nazianzeni frater, in Dialogo 3. inquit: Pro loco virginis, nimirum Evæ, perpetuam S. Virginem MARIAM Matrem suam suscitavit; pro illius pœna, huic salutem per proprium servum Gabrielem misit, *in hac sanans, quæ illa deliquerat, &c.* Extant Dialogi in operibus Nazianzeni, & in Bibliotheca Veterum PP. & nota, quòd non dixit: sanans eam, quasi morbum contraxisset, sed sanans in ea Evæ delictum, & morbum. Euseb. in lib. Excep. cap. 13. fol. 153. & in Sacro Syllab. §. 7.

CÆSARIUS Servita, Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ, adduxit rationes, & argumentatus est *pro Immaculata Virginis Conceptione, ac eius immunitate ab originali* contra Vincentium Bandellum de Castro novo, coram Duce, & Episcopo Ferrariæ, ut ipse refert Bandell. in opere 1. & 2. de veritate Conceptionis, fol. 1. & fol. 100. Lib. impress. anno 1502. in 4. & alibi sæpe.

CÆSAR Mellotus, Italus & Canonicus Sancti Laurentij in Damaso, traduxit Italicè librum de Oratione mentali D. Antonij de Molina, in quo tract. 2. fol. 196. ait, *quòd Virgo MARIA fuit præservata à Deo per singularem gratiam, & præventa, ut non incurreret, nec eam tangeret communis macula peccati originalis*, quod necessariò tenebatur incurrere, quia erat Adami filia ; & quòd in eodem instanti suæ Conceptionis, anima eius fuit decorata gratia, charitate, & omnibus alijs virtutibus, & donis Spiritûs Sancti, tam abundanter, quòd excedebat omnes Angelos, & Seraphim cœli ; ita ut ejus fundamentum, ac principium fuerint perfectiora, atq; excellentiora, quàm omnium aliorum Sanctorum. Lib. impress. Mediolani 1534. in 8.

CALIXTUS de Missanello, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. Regola, & Constitutioni, esercici spirituali, & ceremonie de osservarsi dall' Congregationi, è Compagnie del Sanctissimo Rosario, parte 9. capite 6. fol. 390. adducit Bullam Pij IV. quæ incipit: Dum præclara. circa indulgentiam *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Neapoli 1546. in 8.

CALIXTUS Secundus, Summus Eccl. Pontifex, sacrum Ordinem Præmonstratensium confirmat in gratiam, & honorem *purissimæ Conceptionis B. Virginis, &c.* Ita Eusebius Nieremberg. lib. de Excep. capit. 25. fol. 418.

CALOGERUS, seu Kalogerus Jacobus, Monachus Græcus, de quo ambigitur, an fuerit Benedictinus, Basilianus, vel Carmelita, elaboravit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Marracc. Biblioth. Mariana, fol. 258. ex Arnoldo de Wion, & Possevino.

CAMILLUS Bene, Mediolanen. Ordinis Minorum Italus, ad diem 8. Decembris, de indulgentijs à Summis Pont. concessis, *pro die Conceptionis* pro celebrantibus Missam ipsius, in Compendio Spiritualium Thesaurorum Seraphico Ordini concessorum. Impress. Romæ 1558. in 12.

CAMILLUS Camilli, Doctor Italus: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato*, in lib. à se Italicè traducto Magistri Joannis de Avila Hispani, super illud Psalm. Audi Filia, & vide. cap. 14. folio 18. Impress. Venetijs 1581. in 4.

CAMILLUS Cæsarius, Ebolitanus, Ordinis Minorum, in suis Sermonibus scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Antonius Daza, in tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 48. De hoc mentionem facit Wadding. fol. 87. sed solùm dicit, quòd scripsit de Christiana amicitia.

CAMILLUS Fanucius, Senensis, loquitur *de fraternitate sanctissimæ Conceptionis* S. Laurentij in Damaso, & quomodò in die festivitatis Confratres dotant triginta Virgines, dando cuilibet septuaginta florenos, &c. in tract. de Operibus pijs Urbis, c. 8. & cap. 9. lib. 3. folio 216. Lib. impress. Romæ 1602. in 8.

CAMILLUS Gualandus, Ecclesiæ Cœsenat. Episcopus, de observatione *festivitatis Conceptionis B. MARIÆ*, & celebratione Missæ, in Ecclesia Cœsenaten. fol. 73. loquitur in lib. de Synodo celebrata à prædicto Episcopo. Impress. Cœsenæ 1594. in 4.

CANOFILUS ... in suis Sermonibus Quadragesimalibus, Sabbat. 1. ad illud verbum: Ave MARIA, ait: Ave, id est, sine væ, *quia nec originale nec actuale* habuit, &c. Sic Andreas de Perusinis in Analysi purissimæ Conceptionis, art. fol. 97.

CAPOLEO Ghelfuccius, Castellanus Italus, libro: Il Rosario de la Madonna, Poëma heroico, &c. part. 1. Cant. 2. fol. 10. stantia 67. inquit:

Teco il Signor ch' anticipo da prima,
Le prime grazie è prorrogalle al merito
Ei ſiſe ſola in terra eſſer la prima
Cui non mordeſe mai culpa ò de merito
Ei coſiti præſerva ei te ſublimo, &c.

Lib. impreſſ. Venetiis 1616. in 4. & ibidem 1610. etiam in 4. & Mediolani 1616. Vide alia quamplura, præcipuè 3. part. Roſarii fol. 19. ſtantia 4.

CARBONEL... Epiſcop. Grationopolitanus, Ordinis Prædicatorum, exiliato Magiſtro Maſſemonell, quia in Eccleſia Valentina prædicaverat contra Immaculatam Virginis Conceptionem, Pontificali infula indutus, recepit juramentum à Doctoribus, & Magiſtris Univerſitatis Valentinæ, *de tuenda, ac defendenda Immaculata Virginis Conceptione*. Vide de hac re P. Morenum, in libro de Conceptione, cap. 5. fol. 363. & appendicem Regiſtri Armament. Seraphici, columnâ 665. Joannem Anton. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 8. adnot. 1. ad finem, Iuſtinian. Antiſt. fol. 12. pag. 1. Anonym. Franciſcan. auctore 28.

CAROLUS Antonius Gallela, Meſſanen. in libro: Patrum intelligentia, ſuper textum Evangeliorum, &c. Quòd ex puriſſimis ſanguinibus MARIÆ formatum fuit corpus JESU, fol. 8. & fol. 11. adducit illud: Decuit, ut MARIA tanta puritate niteret, quâ ſub Deo major nequit intelligi, &c. Et in indice, verbo Virgo MARIA, inquit: *Conceptio MARIÆ manifeſtatur*. Lib. impreſſ. Genuæ 1643. in 4.

CAROLUS Antonius Theſaurus, Societatis Jeſu Italus, Pœnitentiarius Apoſtolicus, *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, Decreta Summorum Pontificum Sixti IV. Pij V. Pauli V. & Gregorij XV. explanata, caput unum, in lib. de Pœnis Eccleſiaſticis, ſeu Canonicis, parte 2. folio 226. Impreſſ. Romæ 164.

CAROLUS de Aremberg, Bruxellenſis, Ordinis Minorum, in libro tam parvo, quàm magno dicto: Flores Seraphici, ſive Icones Fratrum Capuccinorum, variis in locis agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impreſſ. Coloniæ 1640. in folio magno, & parvo.

CAROLUS Auguſtinus Sales, Tullianus, in vita Venerabilis Franciſci à Sales, Epiſcopi Gebbenen. agit de fundatione Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, erectæ in Civitate de Puys à prædicto Epiſcopo, &c. Lib. impreſ. Lugduni 1624. & ut refert Joannes Tamaius de Salazar, folio 298.

CAROLUS Auſtriacus, & V. huius nominis Romanorum Imperator, *pro Immaculata Deiparæ Concept.* eiuſque Regia Confraternitate, promulgavit leges, ſeu ſanctiones, vel ut alij vocant, edictum quod nos originaliter habuimus. Vide Hippolytũ Marrac. in Bibliotheca, fol. 261. & in lib. Cæſares Mar. folio 33. Salazarium, cap. 22. & Oxedam, cap. 9. Lezanam, capite 22.

Item, in Armario Matritenſi, extant arma ejuſdem Imperatoris, inter quæ numeraui duodecim habentia in pectore *imaginem Immaculatæ Conceptionis*, de quibus etiam agit Gil Gonzalez de Avila, in Memoriali ad Philippum IV. & Marrac. ubi ſup.

CAROLUS Bertrandus, S. Theologiæ Lector Generalis Ordinis Minorum Flander, in Theſibus ſub hoc titulo: Venerabilis ſervi Dei Fratris Joannis Scoti Doctoris, circa graviores ex univerſa Theologia difficultates, mentì S. Romanæ Eccleſiæ, ejuſque luminis S. Auguſtini doctrinæ, &c. in Comitiis Provinciæ Flandriæ die 6. Maij, à fol. 7. excipit Virginem à peccato originali. Et infra fol. 12. ex tertio Sententiarum num. 3. agit de Immunitate Virginis ab omni peccato actûs & originis, imo & omni debito hoc incurrendi prorſus immunis, &c. & num. 4. ſic dicit: Hanc ſupra aſſertam *Immaculatè conceptæ Deiparæ omnimodam ab omni peccato, & peccati debito immunitatem, velut articulum fidei proximè definibilem*, ex Tridentino Conc. profitemur, &c. & adducit loca Scripturæ, & illum S. Auguſtini: Si potuit inquinari cùm eam facerem, &c. & quomodò Propoſitiones Baianas damnaverunt Pius V. Gregorius XIII. Urbanus VIII. & tandem Innocentius X. Impreſſ. Gandavi 1656. in fol.

Item, edidit Tractatum ſub hoc titulo: *Ad majorem Dei, & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ gloriam. Problemata ad elucidandum Immaculatiſſimam Conceptionem Deiparæ*, juxta ordinationem Capituli noſtri Generalis Toleti 14. Maij, 1633. in quo electus eſt Generalis Rſſ. P. Joannes Baptiſta à Campanea. Ubi §. 3. de obſervatione Regulæ, & Statuti Generalis ibidem conditi, mandatur ſub privatione officiorum irremiſſibiliter, ut in Conventibus ubi eſt Sacræ Theologiæ ſtudium, ſingulis quindenis proponatur Problema circa Immaculatiſſimam Deiparæ Conceptionem. Ad obſequendum igitur tam ſalubri mandato, idipſum quantùm in nobis eſt, exequi cupimus Ipris in ipſa octava Nativitatis Deiparæ, anno 1656. primùm, proponendo in ſcholis & diſputationibus conſuetis Problemata ſequentia: Problema 1. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, utrum filia Adæ? Problema 2. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, an communi propagatione concepta, ſeu concupiſcibiliter propagata? Problema 3. *An caro Immaculatiſſima Virginis MARIÆ ante animationem fuerit non ſolùm omnis labis, ſed & debiti eam contrahendi expers*? probat latè quòd ſic. Problema 4. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum vi ſuæ Conceptionis fuerit comprehenſa in legibus divinis tangentibus peccatum primi parentis*, ut capitis generis humani? Problema 5. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum fuerit debitrix mortis corporalis*? Problema 6. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum ex debito legis divinæ*, vel voluntariè fuerit obnoxia fami, ſiti, cæteriſque hujuſmodi mortalitatis aſſeclis? Problema 7. *Immaculatiſſima Virgo, utrum ex vi Conceptionis ſuæ, ſeclusa etiam quacumque gratia ſanctificante ſibi infuſa, contraxiſſet peccatum, vel fuerit debitrix illud contrahendi*? Problema 8. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, utrum in, & ex ſua Nativitate, ſuæ ſanctiſſimæ Matri Annæ partûs dolores more aliarum prolium cauſarit? Problema 9. *Immaculatiſſima V. M. utrum ex vi Conceptionis ſuæ* quamdiu vixit in mundo, intellexerit independenter à ſenſibus? Problema 10. *Immaculatiſſima V. M. utrum ex vi Conceptionis ſuæ intuitiva cognitione ſemper ab initio ſuæ animationis viderit ſuum Angelum Cuſtodem*, Gabrielem etiam tempore ſomni, & cum eo frequentiùs intellectualiter locuta fuerit? Problema 11. *Immaculatiſſima V. MARIA*, utrum unquam ab actu amoris Dei ceſſarit? Problema 12. *Immaculatiſſima V. M. utrum in ſua animatione ſummam gratiam creabilem, & puræ creaturæ infuſibilem acceperit*? Problema 13. *Immaculatiſſima V. MARIA*, utrum dominium proprietatis alicujus rei habuerit? Pro-

blema 14. Immaculatissima V. M. utrum votum paupertatis Franciscanæ emiserit? Problema 15. Immaculatissima V. M. utrum tantùm simplicis usum facti in hujusmodi rebus unico actu consumptibilibus habuerit? Problema 16. *Immaculatissima V. M. vi suæ Conceptionis, utrum in cœlum assumpta?* Problema 17. Immaculatissima V. M. utrum aliquod donum, maximè internum acceperit? Problema 18. Immaculatissima V. M. utrum Christum in Eucharistia naturaliter viderit? Problema 19. Immaculatissima V. M. utrum testandi capax fuerit? Problema 20. Immaculatissima V. M. excepto contractu matrimonij cum Sanctissimo Josepho, utrum usquam contraxerit? Problema 21. Immaculatissima V. M. utrum usquam permutarit, vendiderit, aut emerit? Problema 22. Immaculatissima V. M. utrum usquam mutuarit? Problema 23. Immaculatissima V. M. utrum usquam compserit? Problema 24. Immaculatissima V. M. utrum verbis, vel signis sensibilibus quid, & quem docuerit, vel didicerit? Problema 25. Immaculatissima V. M. num in cœlis stet, vel sedeat? Hæc omnia sunt MS. in Archivo Fratrum Minorum Ganden. & dicata cum Epistola præliminari R. P. Fratri Michaëli Angelo à Sambuca, Ministro Generali, in 4.

CAROLUS Beudorus, Delphus, Doctor Parisiensis, correxit, atque castigavit primam partem Sermonum R. P. F. Thomæ Illyrici de Auximo, Ordinis Minorum, in qua Sermo in ordine 26. & primus de B. Virgine, est *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ*, sub themate: Tota pulchra es amica mea. & extat à folio 122. usque 138. per modum Tractatûs, seu Opusculi conscriptus: de quibus omnibus lege Epistolam hujus Auctoris, ad finem libri. Impress. Tolosæ, anno 1521. in 4.

CAROLUS de Boechelioen, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij, die 7. Julij anno 1649. Thesi 14. agente de originali peccato, hæc defendit: *Ab hoc omniq, ejus debito, seu proximo, seu remoto, Deiparam liberamus.* Impress. ibidem in 4.

CAROLUS Borromæus, S. R. E. Cardinalis, in actis Ecclesiæ Mediolanensis, ad diem 8. Decembis, præcepit, *ut Conceptio Beatissimæ MARIÆ Virginis in urbe Mediolanensi observaretur*, ut extat cap. 6. fol. 982. tom. 2. Impress. Mediolani 1599. in fol.

Item, *quòd de Beatissimæ Virginis Immaculata Conceptione*, disputare non audeant Concionatores, &c. parte 4. folio 483.

Item, *quòd quicumque de Conceptione Beatæ MARIÆ Virg.* contra præscriptum Constitutionis Sixti IV. Pontificis, & Decreti Tridentini affirmaverit, vel Constitutionis Pij V. disputaverit, pœnam suspensionis à divinis incurrat, parte 6. folio 990. Vide verb. Mediolan.

Item, reparavit, ac restituit Confraternitatem Charitatis, *& Conceptionis Virginis MARIÆ*, erectam in Conventu del Jardin Mediolan. anno 1571. ut dicitur in libro istius Confraternitatis in Prologo, folio 2.

Item, edi curavit Breviaria Ambrosiana, in quibus est officium solemne, *in festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis.* Impress. Mediolani 1588. folio 725. & alterum 1582. in 8.

Item, in Rituali à se restituto pro Ecclesia Mediolanensi, ad Vesperas, & Laudes Hymn. *de Conceptione Virginis*, in lib. impress. Mediolani 1613.

CAROLUS Campegius, Ordinis Cœlestinorum Aurelianensis, Summam Catholicæ Fidei R. P. Petri Crespetij illustravit, & typis mandavit, in qua *MARIÆ Immaculata Conceptio adstruitur* latissimè, ut videre est in ipsa Summa, verbo Maria, folio 581. Impress. Lugduni 1598. in folio.

CAROLUS Fabri de Mandolfo, Juris Consultus, Italus: Quòd Beata Virgo Maria singulariter in sua creatione fuit sanctissima, *& ab originali peccato præservata*, & in utero matris singulariter habuit usum liberi arbitrij ad merendum, in lib. dicto: Scutum Christi, lib. 1. fol. 163. Impress. Bergomi, anno 1621.

CAROLUS Fernandus, Belga Brugensis, in prima ætate oculis captus, deinde Ordinis Benedictini Monachus, plura scripsit, & edidit Tractatum seu decertationem ex Venerabili P. Roberto Caguino contra Vincentium de Castronovo *pro Immaculata Conceptione.* Incipit: Non ambigimus id Apostolo olim dictum, & in Adam peccasse omnes, &c. Extat impress. Parisiis 1409. in 4.

Item, aliqui affirmant, *quòd scripsit de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* libros duos, de quibus nullam invenio notitiam.

Item, *de eadem Conceptione* ad Carthusianos librum unum, ad annum 1490. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol 293. & in Catalogo: de quo eam mentionem facit Alexander Pichet, in lib. Arena studiorum, folio 144. & Myræus, &c.

CAROLUS Fiamma, Venetus, Poëta Italus, in Opusculo dell' Vergine Sanctissima, sopra il Monte di Berga, vizino à Vinzenza, &c. in principio cum imagine Mariæ depicta, habet hæc: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Impress. Venetijs 1612. & extat cum alio lib. dicto: Il' Tempio, &c. fol. 389.

CAROLUS Franciscus de Abra, de Racoris Gallus, in 3. parte Theologiæ, de Incarnatione, & Sacramentis, fol. 227. in Appendice de Beatissima Virgine, ubi de Immaculata Conceptione latissimè agit, usque ad fol. 272. Propositio 1. *Verè Beata Virgo habuit debitum contrahendi peccatum originale, & peccavit in Adamo.* Propositio 2. *Verè præventa fuit gratiâ Beatissima Virgo in ipso Conceptionis instanti, ut ut nunquam peccatum originale contraxerit.*

Item, c. 2. *de immunitate Beatissimæ Virginis à fomite peccati.* Et c. 3. *Virum Beatissima Virgo habuerit rationis usum in principio Conceptionis, &c.* & addit, quòd hæc sententia est cōmunis ferè omnium, potissimùm in celeberrima facultate Theologica Parisiensi, *ut qui lauream Doctoralem recipiunt, sub solemni juramento teneantur eam defendere.* Liber est impress. Parisiis 1618. in 8.

CAROLUS Franciscus de Luca, Societatis Jesu Italus, scripsit: *Immaculatæ Virginis Immaculata Conceptio*, à Ferdinando III. Cæsare in columna dedicata, &c. Impr. Pragæ 1648. Ita Hippol. Marrac. in Catalogo Immaculatæ Conceptionis. Pitseus, fol. 156. num. 69. & fol. 227. num. 216.

CAROLUS Gabrielis de Ogobbio, Poëta Romanus, *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Poëma in lib. dicto: Rimæ Spirituali sopra le Feste correnti del' anno. Romæ 1620. in 4.

CAROLUS à Sancto Germano, Consiliarius & Medicus Regius, Gallus, scripsit librum Gallicè, & fundavit *Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis* & Sancti Ludovici in Capella Sanctæ Parisiensis quæ Regiæ

Regia est, & in Palatio Regij Parlamenti sita. Titulus libri fundationis huius Confraternitatis talis est: *L'Abregé des exercices spirituels de la devote Congregation de l'Immaculee Conception de la tres-Saincte Vierge Marie Mere de Dieu*, & de Sainct Louis Roy de France, erigée en la basse saincte Chapelle du Paris. Prima pars habet duodecim folia. Secunda verò est: Historia originis motiva, Regula, approbatio, institutores, administratores, & institutio devotæ Congregationis Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei, & S. Ludovici Regis Franciæ. Et hæc habet viginti folia. In tertia parte hæc continentur: Modus recitandi devotè parvum officium, *& coronam Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei.* Et habet folia 70. Alia pars talis est: Privilegia animarum devotarum *pro festo Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis Matris Dei.* Et habet folia 21. Alia pars sic se habet: *Officium parvum Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis, Congregationis ejusdem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & S. Ludovici, proprium. Et est officium singulare ex Ecclesiastico, & nostro confectum; ad cuius finem dicitur sic: *Hoc officium Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ V. MARIÆ Dei Genitricis* compositum fuit Romæ anno salutis nostræ 1640. &c. Deinde sequitur: Litaniæ *Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei*, & sunt singulares pro mysterio usque ad folium 48. Etiam fol. 49. facit relationem ex quadam revelatione facta Parisijs anno 1631. à quodam Juvene quatuordecim annorum, post quinque ab huius vitæ discessu menses, & quod petijt, ut recitaretur pro ipso unica vice parvum *officium Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ, &c.* Et infra: Avisamenta ad consequendas Indulgentias plenarias concessas à Sanctissimo P. N. Papa Alexandro VII. Confratribus devotæ Congregationis *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, & S. Ludovici Regis Franciæ. Etiam nomina primorum Confratrum receptorum die 8. Decembris, anno 1659. Dies est festum *Immaculatæ Conceptionis sanctæ Virginis MARIÆ* & primæ solemnitatis nostræ devotæ Congregationis, & numerat sexdecim. Lib. impress. Parisijs 1662. in 12.

CAROLUS Guyetus, Turonensis, Societatis Jesu Gallus, in lib. Hiortologia, sive de Festis propriis locorum, & Ecclesiarum, &c. lib. 1. cap. 14. quæst. 4. folio 117. loquitur de festis Ordinis Minorum, dicens: *Festo item Conceptionis Beatæ MARIÆ dignior ritus tribuitur, quod eam videlicet hujus Ordinis Doctores ab omni labe immunem contra secus sentientes præcipuè defenderint, &c.* In Hymnis variarum Galliæ Ecclesiarum, fol. 13. *In festo Conceptionis B. MARIÆ ad Vesperas*: Ecce nova solemnitas. Ex Breviario Nivernensi adducit Prosam singularem, quæ incipit: Lux ecce consurgit nova, &c. Lib. impress. Parisijs 1657. in folio magno. Habemus etiam hujus Patris aliquas notitias de Conceptione manusc.

CAROLUS Hanoque Gallus, in libro dicto: Nova Francia Orientalis, seu Alsatia exhilarata, fol. 447. ad diem 8. Decembris ad illud: Tota pulchra es amica mea, habet hæc Carmina:

Conceptus, omnes, noxam contingitis Evæ
Peccatum transit .... omnipotenti.

Lib. impress. Parisijs 1656. in 4. regali.

CAROLUS de Heredia, Comes Hispanus, scripsit Carmina *pro incontaminato Conceptu Virginis MARIÆ.* Impress. cum aliis in libro Sanct. Zapata de Conceptione, folio 193.

CAROLUS Heuver, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 20. Julii, anno 1638. Thesi 13. in Impertinenti: *Deiparam à debito peccati originalis vindicamus.* Impress. ibidem in 4.

CAROLUS Ludovicus Malcot, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 24. Julii, anno 1652. Thesi 12. de Peccato originali, hæc defendit: *Ab illo omnique, ejus debito Mater Dei exempta fuit.* Impress. ibidem in 4.

CAROLUS Maranta, Italus, Episcopus & Comes Palatinus, in Diœcesana Synodo Juvenacensi præcepit, *ut observaretur festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ut videre est verb. Juvenacensis Ecclesia.

Item, in Constitutionibus Synodalibus Januen. fol. 21. inter dies festivos enumerat *Conceptionem B. MARIÆ Virginis*, &c. Vide infra verb. Januensis Ecclesia.

CAROLUS Marulesius, Italus, in lib. Meditationum R. P. Ludovici à Ponte, agit *de Immaculata Conceptione*, in 2. parte, Meditatione 3. puncto 4. fol. 32. Lib. impress. Bononiæ, anno 1649. in 8.

CAROLUS Matthæi, Ordinis Minorum, Provinciæ Flandriæ Diffinitor, scripsit librum, cui titulus: Petite Guide des devots *à la Conception de la Vierge Mere de Dieu*, avec une addresse particuliere aux fideles enregistrez en la Confrairie de la Conception, erigée en l'Eglise des Freres Mineurs Recollets à Nivelle, &c. in quo adducit duo officia Immaculatæ Conceptionis Latinè & Gallicè, ac Statuta Confraternitatis, &c. Impress. Namurci 1641. in 12.

CAROLUS Moreau, Ordinis S. Augustini, edidit Gallicè librum: Zodiacus mysticus, sive analogia Zonæ Augustinianæ ac cœlestis, & fol. 221. sub hoc titulo: De donis naturæ & gratiæ B. Virgini collatis ab initio suæ Conceptionis, &c. *agit de Immaculata Conceptione* usque fol. 226. Lib. impress. Tornaci 1636. in 8. Hunc librum postea Joannes Nivius ejusdem Ordinis, latinitati donavit. Et fol. 288. in mense Decembri agit de Indulgentijs in die Conceptionis. Et Parisijs Gallicè an. 1624. in 8.

CAROLUS Musart, Societatis Jesu, natione Belga, in Lilio Mariano, sive de Sodalium Marianorum castitate, &c. Præsidio 1. folio 19. inquit: *Velim autem, ut id usurpes in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis*, non obscuris enim, neque suspectæ fidei testibus audio, singularem Immaculatæ Conceptionis cultum, plurimis ad castitatis amorem, & tutelam profuisse, &c. Lib. impress. Musiponti 1623. in 12. regali, & Duaci 1622. in 12.

CAROLUS de Noyelle, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis Lovanij die 4. Julij, anno 1644. Thesi 14. de Originali, hæc defendit: *Ab eo ejusque debito Dei Matrem eximimus.* Impress. ibidem & eodem anno in 4.

CAROLUS Nibemensium Dux, & Ferdinandus Mantuæ Dux cum Adolpho ab Althaim Comite, Religionis Equitum Militiæ Christianæ, *sub titulo Conceptionis B. MARIÆ Virginis Immaculatæ primi Auctores exiterunt, & Fundatores, juraverunt, ac promiserunt se semper pro viribus defensuros Conceptionem Virginis MARIÆ Immaculatæ, & in hac re, & in omnibus sanctissimæ Dei Matris gloriam promoturos.* Gerebant in pectore Crucem auream notis

tis vermiculatam cœrulei coloris, quæ in medio habebat imaginem Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ, quam Militiam confirmavit Urbanus VIII. Pontif. Max. &c. Vide Constitutiones prædictas & Bullar. tom. 4. constit. 11. 27. & 40. & Constitutiones prædictæ Militiæ fuerunt impress. in Camera Apostolica in 4. cum Bullis. Hippol. Marrac. in Principibus Marianis.

CAROLUS VIII. Francorum Rex, ad annum 1475. dedit quoddam privilegium Præmonstratensibus, in quo sic loquitur de Sancto Norberto: Habitum tamen album jam deliberaverunt assumere, de quo à Beata Virgine admonitus fuerat, aspiciebat enim in honorem suum, *& suæ purissimæ Conceptionis* candidum Ordinem præparari, &c. Vide Joan. Paige tom. 2. Biblioth. & Euseb. Nieremb. cap. 7. fol. 56.

Item, idem Christianissimus Galliæ Rex anno 4. sui Regni, dedit amplas pietateque plenas litteras pro omnibus Provincijs sui Regni, ut Gubernatores earum publicarent indulgent. & gratias Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis sitæ in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. ac etiam facerent pro viribus in suis civitatibus & terris, ut prædicta Confraternitas dilataretur & institueretur ubique. Litteræ incipiunt sic: *Charles par la grace de Dieu Roy de France, au Prevost de Paris, &c.* Datæ Beauvais, die penultima Septemb. 1486. Illas adducit integras ex archivo eiusdem Conventûs Anonymus Augustinianus, in libro Privilegiorum eiusdem Confraternitatis, fol. 28.

CAROLUS à Sancto Paulo, Abbas Generalis Fevillans Gallus, in libro inscripto: Tableaux des qualités eminentes de S. Joseph, cap. 2. fol. 88. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque originali culpa, utpote ab ea præservata, &c.* Lib. impress. Parisiis anno 1626. in 8.

CAROLUS Pelingotus, Romanus Italus, *edidit de B. Virgine concepta* Orationem, ab eodem in Congregatione Curialium S. Pauli in Platea Columnensi habitam, & seorsim impressam Romæ 1631. in 4.

CAROLUS le Prevost d'Herblay Gallus, in libro dicto: La vie de nostre Seigneur Jesus Christ, ou les concordances des Evangiles, in principio de sanctissima Virgine dicit: *Quòd fuit concepta die 8. Decembris absque originali peccato.* Et in fine fol. 5. adducit Litanias particulares B. Virginis, ubi sic dicit: *Virgo concepta sine peccato.* Liber extat impress. ..... 1653. in 4.

CAROLUS V. Gallorum Rex, cognomento Sapiens, circa ann. 1366. edidit Statuta Regia, seu leges *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ.* Ita Hippol. Marrac. in Catalogo & Biblioth. fol. 264. & in Regest. Marian. fol. 37. ex Tract. R. P. Lucæ Wadding. de scandalis exortis, in materia de Conceptione, §. 2. num. 6.

CAROLUS Ramellus Italus, edidit librum sub hoc titulo: De Beatæ Virginis præstantia, *eiusque sanctissima Conceptione, & sanctificatione,* & quàm perinde eius gloria in sancta refulgeat Ecclesia, cui tripartitum Psalterium additum est, quo Christi, & Mariæ magna trophæa canuntur, &c. & de Conceptione agit à folio 12. usque 50. per modum Sermonis. Impress. Venetiis 1621. in 12. regali.

CAROLUS Regius, Societatis Jesu Siculus, in libro: Orator Christianus, lib. 6. cap. 22. fol. 256. post multa, inquit: Quare sit Oratori Christiano Maria, & speculum, & exemplar perfectissimum, quod in omni genere causarum proponat in posterum peccatoribus *Immaculatissimum, ad cuius aspectum erubescat omnis inquinatus animus:* in illuminatione ut stellam fulgentissimam, &c. Lib. impress. Moguntiæ 1612. in 4. & Romæ 1612. Iste non videtur expressus, sed tamen favet.

CAROLUS Rousselus, Ordinis Prædicatorum Doctor Theologus Parisiensis, & Prior Conventûs S. Ludovici de Evreux; in libro dicto: La parfaite defense des grandeurs de la Vierge, & de son sainct Rosaire, &c. folio 200. Decimus discursus in quo agitur de proportione inter stellam matutinam, & Virginem, *& de ejus purissima & Immaculata Conceptione.* Latè usque fol. 226. de eadem ab originali peccato præservatione. Lib. impress. à Evrex 1625. in 12.

Item, in libro: La Couronne de la Vierge, où il est traicté de ses perfections, & prerogatives, &c. folio 100. *Quòd B. Virgo habuit usum rationis & visionem divinam essentiam à ventre Matris suæ Annæ eodem instanti quo fuit concepta, & quod fuit præservata à peccato originali, speculum sine macula, propter suam puritatem, &c.* latè. Lib. impress. Parisiis 1614. in 12.

Item, in libro dicto: L'ouverture des sept sceaux &c. sunt duo Sermones *pro Immaculata Virginis Conceptione,* quorum primus incipit sub themate: Liber generationis; & quid habet Esther, &c. Secundus: In hoc cognovi quoniam voluisti me, &c. Parisiis 1627. in 8.

CAROLUS VI. Francorum Rex Christianissimus, cùm in Dominicanam familiam ex animo & affectu pronus esset, *promior verò, & obsequentior in Deiparæ immunitatem,* Guilielmum Valoren. Episcopum Ebroicensem Dominicanum, similesque omnes omninò eiusdem Ordinis alumnos pia opinioni, id est de B. Virginis Mariæ Immaculatæ Conceptione, infensos à Regiis confessionibus submovit, donec Mariæ immunitati falces submitterent. Vide Henricum Spondanum in Annal. ad annum 1397. num. 7. Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 3. fol. 58.

CAROLUS Siciliæ Rex, ut apparet in Bibliotheca D. D. Cardinalis Mazarini, habet librum sub hoc titulo: Officium B. Virginis Mariæ completum & ordinatum per serenissimum Principem Carolum Dei gratiâ Jerusalem & Siciliæ Regem illustrem, & incipit: O fœlix *Virgo Virginum Concepta mirabiliter,* da merentibus laudare te sinceriter, &c. Et in tertia Antiphona: Ex David semine *pueles concipitur, quæ sancto Flamine repleta creditur Maria in utero.* Extat in charta pellicea pulchris characteribus in 8.

CAROLUS de Silva, Poëta Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma, quod extat in libro impress. Hispali 1616. in 4. fol. 6.

CAROLUS à Spiritu Sancto, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Episcopus Syracusanus, & Cardinalis electus, scripsit Tract. seu libros duos *de Conceptione B. Virginis MARIÆ,* de quo mentionem facit Hippol. Marrac. in Catalogo ad an. 1251. & in Biblioth. fol. 267. & in Purpura Mariana fol. 100. Pistoia, fol. 163.

CAROLUS Stappens, Societatis Jesu Belga, Thesibus de Peccatis, habitis Lovanij die 13. Novemb. 1638. Thesi 4. defendit *Virginem Mariam unicè fuisse exemptam à peccato originali, & illius debitis, &c.* Impress. ibidem in 4.

CAR

CAROLUS Stengelius, Ordinis S. Benedicti Flander, in libro de passione Domini nostri Jesu Christi, cap. 87. fol. 494. ad illud: Mulier ecce Filius tuus, inquit: Non dicit Mater, ne viscera eius æquo vehementiùs commoveret, sed Mulier, *quod vocabulum est non corruptelæ sed sexus, &c.* Adeò providus fuit Christus Dominus in Matrem suam, quòd noluerit eam vocare nomine corruptelæ, non fœmina, non Mater, sed mulier, scilicet nomine quo vocata est Eva, quando iustitiâ originali prædita formata est in Paradiso: ideo hoc nomine, & non alio vocavit Mariam, signans sic, quòd à corruptela peccati originalis erat libera. Lib. impress. Augustæ Vindelicorum 1622. in 4.

CAROLUS Thomasius, Clericus Regularis Italus, suppresso nomine, edidit librum sub hoc titulo: Esercicio divotissimo de la presenza di Maria, col quale si loda continuamente la sua purissima vita, è ad imitatione di quella, se divide, è regola la nostra con la providenza della sua gracia, &c. Agit de Immaculata Virginis Conceptione, à fol. 65. ubi inter alia habet hæc verba: Onde doppo nella pianeza di tempi essendo formato il vostro corpicciuolo nel seno della Sanctissima vecchia rela Anna, con quella stessa santita attuale, è purità s' hauerebbe formato prima del peccato nel Paradiso terrestre, è cosi perfetto, che eccedeua la perfettione Angelica, *il grande Idio v' infuse subito l' anima bella senza colpa originale, senza fomite al peccado, colma di tutte le perfettioni, santificata, confermata in gratia, è presso che creata beata; mentre il quel primo instante vidde alla suelata la bella faclia di Dio, &c.*

Item, infra in Corona prædicti exercitij, & Rosarij vocat sacratissimam Virginem, Immaculatam, purissimam. Et in Antiphona, fol. 158. *Ave sine væ concepta MARIA.* Vide ibi. Lib. impress. Panormi 1651. in 8.

CAROLUS Troctus Italus, Ferrariensis Episcopus, in Diœcesana Synodo Balneoregien. fecit Decreta varia circa modum prædicandi, ac *de observatione festivitatis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ, &c.* Vide infra verb. Balneoregien. Ecclesia.

CAROLUS Zevallos de Saavedra, Doctor Hispanus, in libro Idearum Concionatorum, tom. 1. Serm. de Nomine Mariæ, à R. Patre Fœlice Ortenso Paravisino elaborato, fol. 513. *de puritate B. Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Barchinone, an. 1638. in 4.

CASIMIRUS Jagellonius, Princeps Poloniæ, in Hymno ad Beatam Virginem, p. 2. inquit:

Pulchra tota, sine nota
Cujuscumq; maculæ, &c.
Quam non flexit, nec allexit
Fraus serpentis veteris.

Extat in libro de ejus vita Italicè conscripto, & impress. Panormi 1642. in 4. Hæc auctoritas meo judicio expressa est pro Virginis Mariæ immunitate à peccato originali. Extat etiam in Manuali Sodalitatis Beatæ Virginis Assumptæ. Impress. Parisiis 1629. folio 54.

CATHARINA Gudiel de Peralta, fœmina Hispana, in quadam Cantione de sacratissima Virgine Dei Matre, per allusionem ad ejus Conceptionem, inquit:

Fue la pequeña fuente
Quetuuo su principio entre christales
Breves, puros, y bellos.

Extat impress. in Sacrario sanctæ Ecclesiæ Tolet. folio 33.

CATHARINA Lezcano, fœmina Hispana, edidit Hieroglyphicum ad illud: Renovabitur ut aquilæ juventus tua, *ad Marianam Conceptionem Immaculatam.* Extat cum aliis impress. in lib. de Conception. Sanct. Zapatæ folio 145.

CATHARINA Medicea, Mantuæ Ducissa, quotidie recitabat *Stellarium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita ex Fulgentio Gemma, & aliis Hipp. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 83.

CATHARINA Vicecomes, & Ducissa prima Mediolanensis, ad ann. 1375. instituit, dotavitq; Capellam in Curia Ducali, ubi Fratres Minores celebrarent *festum Immaculatæ Conceptionis*, quam postea transtulit ad eandem Ecclesiam S. Francisci. Vide de hac Bernard. de Bustis, serm. 7. part. 1. & Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 99.

CATHEMERINUS Græcus, in invocatione Venerandæ Trinitatis, & Beatorum Sanctorum, sic vocat Deiparam: *Incontaminata, impolluta, incorrupta, Immaculatissima, sanctissima, illibatissima, venerandissima, &c.* Vide Joann. Eusebium Nieremb. in Epistola ad Cardinalem Tolet. fol. 24. & in libro Sacro Syllab. §. 9.

CENTINUS, Asculanus Episcopus, ac S.R. Ecclesiæ Cardinalis, anno 1614. in Conventu Capuccinorum Maceratæ, talem posuit inscriptionem: Hanc Ecclesiam *in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* consecravit, eandemque in ejus anniversario visitantibus 100. dies de vera Indulgentia concessit. Ex nostro Appendice Armamentarij Seraph.

CERRICUS Cassenellus, Episcopus Altisiodorensis & Doctor Parisien. multa egit *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ex Henrico Spondano, ad annum 1387. tom. 2. num. 7.

CESFRANCUS Cronein, Theologus Italus, sed incognitus, in libro dicto: Il merito della Beatissima Vergine Maria spiegato in vulgare, &c. *de privilegio Immaculatæ Conceptionis*, cap. 2. fol. 10. & fol. 70. sub hoc titulo: An Virgo meruerit sibi de congruo *exemptionem à debito peccati originalis?* & probat latissimè affirmativam, usque ad fol. 112. pulcherrimis rationibus. Impress. Barchinone anno 1646. in 4.

CHERUBINUS Ferrarius, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Alegrezze di Maria Vergine nell' Natale di N. Signiore; de gratijs, atque pulchritudine Virginis Mariæ, *ac de ejus Immaculata Conceptione*, Madrigalia duo, fol. 7. & 8. Lib. impress. Casali 1610. in 4.

Item, in Libro: Fiori delle gratie, & delle bellezze di Maria Vergine, &c. *de Conceptione Virginis MARIÆ sine macula*, Madrigalia duo, fol. 7. & 8. Lib. impress. Mediolani 1613. in 4.

CHERUBINUS de Spoleto, Ordinis Minorum Italus: *Quòd B. Virgo MARIA nunquam originale peccatum contraxit, utpote libera à triplici væ peccati, mortalis, venialis, & originalis*, in lib. suorum Serm. Quadragesimalium, serm. 16. de expositione Salutationis Angelicæ. Impress. Venetijs 1511. in 8.

CHEVALIER dell' Hermite Vancelle, Gallus, in Expositione super Ave Maria Gallicè, à fol. 10. *Quòd Virgo Immaculata fuit absque triplici væ, & absque omni maledictione, sed plena omni gratia, & absq; ullo peccato.* Vide ibi usque ad fol. 20. Lib. impress. Parisijs 1643. in 8.

CHISDASVINDUS Rex Hispan. *propter Deiparæ Virginis Conceptionem ab omni originali peccato immunem*, incredibili devotione, & affectu præcepit, ut quæ à Sancto Isidoro de festo ejusdem Conceptionis V. MARIÆ fuerant statuta, summa cum devotione observarentur. Ita Marrac. de Regibus Marian. fol. 46. ex Ægidio, libro 3. quæst. 6. & ex Ojeda, & aliis.

CHRISTIANA, vel Oringa à S. Cruce; Ordinis S. Augustini Beata, in Provincia Etruriæ, anno 1310. cùm in extasi vidisset Deiparam in fulgentissimo throno residentem, atque alba veste pretiosissima amictam, exultantibus circa ipsam omnibus Sanctis, & festum solemne agentibus, dictum fuit illi: Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ gloriosæ exhibetur, & quâ induta est veste; *sed scito hodie agi in cœlo celebritatem Immaculatæ Conceptionis ejus, quæ inde concepit, ac peperit verum Deum, & hominem, illibata semper Virginitate. Vestimenti ejus candor prærogativa est singularis innocentiæ*, &c. Propter hanc visionem voluit Christiana, Monasterio quod deinde erexit, nomen esse Sanctæ MARIÆ Novellæ, statuitq; ut in eodem (salva Sanctæ Sedis Apostolicæ, Summiq; Pontificis auctoritate, & reverentia) quotannis sacræ Conceptionis solemnitas celebraretur. Vide eius vitam apud Silvanum Razzium, & Bolandum in mense Januario, & Velazquez de MARIA Immaculatè concepta, lib. 4. dissert. 7. adnot. 1. fol. 354. & Hippolyt. Marrac. in Liliis Marianis, folio 329.

CHRISTIANUS Adricomius Delphus, in Theatro Terræ sanctæ, & Biblicarum historiarum, *de Domo S. Annæ Aviæ Christi, in qua concepta fuit Beata Virgo MARIA*, folio 153. num. 37. Infra: Quomodò S. Anna ad diem 8. Decemb. *concepit Virginem MARIAM, ipsamq; peperit* die 8. Septembris. Impress. Coloniæ, anno 1593. in fol. magno. Etiam in Chronicon ad diem 8. Decembris, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* fol. 194. Ibi & Hispanicè in 4.

CHRISTIANUS Hisekirius, Juliacensis, in libro: Hortulus animæ recens editus, &c. in Kalendario, adducit *Conceptionem B. MARIÆ Virginis*. Lib. impress. Lovanii 1551. in 12. & Antuerpiæ 1533. in 8.

CHRISTIANUS Maior Mengelbodensis, Societatis Jesu Germanus, scripsit Meditationes de festivitatibus Virginis MARIÆ, inter quas sunt Meditationes *de Immaculata Conceptione eiusdem Dominæ nostræ*. Impress. Coloniæ 1635. ex Alegambe, fol. 73. Marrac. in Biblioth. fol. 257. & in Catalogo.

CHRISTIANUS Masseus, Cameracensis, in libro Chronicorum multiplicis historiæ utriusque Testamenti, lib. 8. folio 98. loquendo de obitu Virginis MARIÆ, & eam anno quinquagesimo vitæ suæ, decimâ quintâ die mensis Augusti, feria 4. ad Dominum migrasse, mansisseque in sepulchro quadraginta diebus, & ita 23. Septembris die Dominico, etiam anno quinquagesimo, corpore simul & anima super omnes Choros Angelorum fuisse exaltatam; prosequitur: Hæc est mediatrix nostra post Deum, spes nostra, *quæ sine peccato concepta, semper immunis, & libera fuit ab omni labe*, secundum illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, ea namque puritate semper nituit, &c. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1640. in folio.

CHRISTOPHORUS de Aguirre, Canonicus Compostellanus Hispanus, folio 3. de Peccato originali: *Quod Virgo MARIA fuit exempta ab eodem peccato originali divina dispensatione*, in libro: Breve tratado de la Theologia moral. Impress. Parisiis 1661. in 8.

CHRISTOPHORUS à S. Antonio, Ordinis Minorum Hispanus, in illo singulari libro, cujus titulus est: Triumphus Christi Jesu contra hæreticos, dicato Virgini MARIÆ, tit. 7. condit. 2. fol. 155. colum. 4. inquit: *Nam consonat, & probat opinionem Scoti, & sequacium, quòd non solum in infusione animæ B. MARIÆ in corpore fuit à peccato originali, sed etiam ante infusionem animæ intellectivæ fuit cara Deo Virginis virtute Spiritûs Sancti mundata, & purificata*, & dedicata, ut esset sanctissima, ut in illo instanti, quo anima infundebatur non esset infecta, sed iam mundificata, & fugans dæmones, & sic non subdita dæmoni, &c. Ibidem, titulo 16. folio. 22. *Quod Virgo MARIA immunis fuit à peccato originali* latè ex verbis illis B. Job: Pereat dies. Ibidem, titulo 20. fol. 235. habet hanc orationem: Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum, Dominus tecum, Dominus tecum, & tu Domina mea semper mecum, Benedicta tu in mulieribus, *& benedicta Anna Mater tua, quæ sine peccato concepit, & peperit*, & benedictus fructus ventris tui Jesus Christus. Virgo sanctissima MARIA Mater Dei Domini nostri Jesu Christi, ora pro me & omnibus peccatoribus JESVM. Amen.

CHRISTOPHORUS l'Arbalettrie, Ordinis S. Augustini Belga; sub R. P. Francisco Faruacques defendit Lovanii in Comitiis Provincialibus habitis die 13. Maii 1658. ex S. Augustino libr. de Nat. & Grat. hanc Propositionem: *Diva Virgo non contraxit originale*. Fuerunt impress. ibidem in 4. eodem anno.

CHRISTOPHORUS de la Assumpcion, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* Poëma, quod extat fol. 41. *Et pro eadem Immaculata Virginis Conceptione* Cantionem unam, folio 58. Lib. impress. Hispali anno 1616.

CHRISTOPHORUS de Avendaño, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de pura, & Immaculata Conceptione Matris Dei* Sermonem, à fol. 73. usque 87. incipit: San Juan. Impress. Valentiæ 1623. in 4. & Vallisoleti 1629. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, idem habet *in solemnitate purissimæ Conceptionis V. MARIÆ* Sermonem alterum, in Marialia fol. 1. usque 14. incipit: El Glorioso. Impress. Buchinone 1629. in 4. & Vallisoleti 1629. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Venetijs 1633.

Item, in Sermonibus de Sanctis: *Quòd MARIA fuit fermentum, quo massa Adæ fuit fermentata, & quod nullam habuit culpam, &c.* in Serm. de S. Joseph.

Item, in Serm. de aliis festivitatibus Sanctorum, *in solemnitate purissimæ Conceptionis Matris Dei* Sermonem, à folio 24. usque 165. incipit: Quando la Reyna. Impress. Vallisoleti 1628. in 4.

Item, in Sermonibus Adventualibus, Serm. de *festivitate puræ, & Immaculatæ Conceptionis MARIÆ Matris Dei*, à fol. 124. usque 148. Impress. Valentiæ 1623. in 4.

CHRISTOPHORUS Bañez, Hispanus, scripsit Tractatum, seu Opusculum sub hoc titulo: Apologia in Assertu quodam Joannis Calcaci, & eius Præsidis, fautorumque, quibus in homine in statu inno-

innocentiæ,& in Christo Domino, eiusque Matre sanctissima extrema crassiora naturalis resolutionis,solius naturæ viribus inhiberi potuisse contenduit, &c. *ubi de Virginis Conceptione tanguntur aliqua.* Lib. impress. in folio, absque loco & anno impressionis.

CHRISTOPHORUS Barruechinus, Ordinis Minorum, in libro: Compendium Meditationum,Decem puncta meditanda *de admirabili puritate sanctissimæ Virginis in sua Conceptione*,Meditationem unam, in ordine undecimam,à fol. 84. usque 93. Impress. Venetijs, anno 1600. in 24.

CHRISTOPHORUS de S.Bonaventura,Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Cantionem *de integerrata puritate Conceptionis MARIÆ*.Impress. cum aliis Granatæ,fol. 255.

CHRISTOPHORUS Brignones, Clericus Italus, edi curavit unum librum, sub hoc titulo Italico: *La Nvebbia sgombata, difesa Dominicana, per la limpia, & Immaculata Concettione de la gran Madre di Dio MARIA*, composta in Castigliano, dal Doctor D. Marc. Antonio Palao, Decano d' Oriolo.Lib. impress. Panormi 1654. in 4.Extat ibidem Panegyricum pro Immaculata Conceptione R. P. Josephi Spuces, Societatis Jesu.

Item,ad finem extat Tractatulus sub hoc titulo: Patrocinio dell' gran Madre di Dio Maria, alla sua fœlice Città di Palermo, è fedelissimo Regno di Secilia, con la generosa expressione dell' antiquissimo affeto nell' solemne voto, è giuramento di propagare, & exaltare *la original innocença della Immaculata Concettione*,à 15. di Augosto 1624. protestata, è acclamata à nome della felice Città di Palermo dall' Eminentissimo Cardinale Arcevescovo D.Gioannetino Doria,&c. Lib.impress. ibidem.

CHRISTOPHORUS de Cabrera,Theologus Hispanus,in libro inscripto:Rosarium Beatæ, benedictæ, & almæ Genitricis Dei Mariæ, iuxta sanctum Evangelium, sacramque Scripturam, triplici lingua,Latina, Hispanica, & Italica, &c. in Decade 5. Ave Maria 8. Primò sic Hispanicè: *Benedita tu preservada del peccado original, &c.* Secundò sic Italicè: Benedeta tu ben præservata dal generale peccato originale. Tertiò sic Latinè: Munda, Concepta, Immaculata, super sidera sumpta, &c. Impress. Romæ 1584. in 8. magno.

Item, ad sacratissimam Virginem Dei Genitricem Mariam, ante ejus imaginem à Succursù vocatam, in Gregoriana Capella Basilicæ S. Petri Romæ, *die festo ejusdem Immaculatæ Conceptionis*,anno Domini 1580. in communem piarum animarum usum,&fructum recens excusum Carmen.Impress. Romæ,1590. in charta expansa.

CHRISTOPHORUS de Camera,& Murga, Episcopus Canariensis, in Constitutionibus Synodalibus Insularum Canariæ, fol. 127. ad diem 8. Decembris, *de festivitate Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* observanda. Lib.impress.Matriti, anno 1604. in 4.

CHRISTOPHORUS de Capite Fontium, quondam Generalis Minister Ordinis Minorum Gallus, in Compendio Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium à se recognito, verb. Conceptio Virginis, adducit Indulgentias, concessiones, ac privilegia concessa à Summis Ecclesiæ Pontificibus,*pro mysterio, & officio Conceptionis Virginis MARIÆ*,fol. 48.

Item, ibidem de stationibus Urbis, adducit Indulgentias, quæ habentur *in vigilia, & festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, folio 111. Extat lib. impressus 1578.

CHRISTOPHORUS à Castro, Societatis Jesu Hispanus, in Historia Deiparæ Mariæ, *de B. MARIÆ Conceptu* & ortu, caput unum. Moguntiæ 1610. in 4. & Compluti 1605. à fol. 61.usque 94. Prodijt etiam Coloniæ anno 1630.in 8. sub titulo: Rosetum Marianum,& de Conceptione Virginis agit latè à fol. 58. usque 96.

CHRISTOPHORUS Columbus Italus, primam à se reseratam Insulam in novo Orbe, vocavit, atque intitulavit *sub nomine Immacul. Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. fol. 375.

CHRISTOPHORUS Delgadillo, Ordinis Minorum Hispanus,electus Episcopus Tuycensis, in libro de Incarnatione,cap. 2. diffic. 2.fol. 174. num. 16. *Quomodò Virgo fuerit præservata ab originali peccato,tum ex decreto absoluto, tum ex prævisione mortis Christi,&c.* latè satis,& eruditè.Lib.impress. Compluti,1653.in 4.

CHRISTOPHORUS Fernandez de Figueroa Hispanus, scripsit Poëmata *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ*. Extant in libr. Zapatæ de Conceptione,fol. 79.

CHRISTOPHORUS Fernandez à Valtodano, Episcopus & Comes, imprimi fecit Missale Palentinum, in quo fol. 210. *est officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Palentiæ 1568. in folio.

CHRISTOPHORUS de Fonseca, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, *de Conceptione Virginis MARIÆ*, caput unum 1. par. de vita Christi. Barchinone 1587 in 4.

Item, *de Conceptione sanctissimæ Virginis* Tractatum latissimum, in 3.par.vitæ Christi. Matriti 1622. in folio.

Item, in Sermone de Nativitate Virginis declamato in Sacrario Toletano,agit *de Immaculata Conceptione Matris Dei*,fol.13. Impress. ibid. 1571.in 4.

CHRISTOPHORUS Gaviria, Eques Torquatus S. Jacobi, & Poëta Hispanus, edidit Cantionem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut videre est in libro dicto: Relatio Panegyrica. Impress. Matriti 1653. in 4. folio 81.

CHRISTOPHORUS Geardi Novariensis, & Episcopus Castrensis Italus, edidit Compendium vitæ Francisci de Sales, & pag. 112. & 262. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*.Lib. impress. Romæ Italicâ linguâ,anno 1648. ExMarrac. in Catalog. Vide Franciscum de Sales.

CHRISTOPHORUS Gebuoldius, in Notis ad librum: Metropolis Salisburgensis, tomo 3. *de festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* Notam, seu Capitulum. Lib.impress. Monachii 1620. in folio.

CHRISTOPHORUS Gonzalez, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro: Consideracion de agradecimiento Christiano, in dedicatoria, cujus titulus est: A la mas esclarecida de todas las ptras criaturas, Maria Madre de Dios Señora nuestra,&c. plura invenies *de præservatione Virginis à peccato originali*. Et considerat. 5. §. 6. & 7. *Quod Virgo MARIA fuit absque maculâ concepta*, à folio 98. usque 115. Lib.impress. Matriti 1606.in 4.

Item, in libro: Discursos espirituales, y predicables, sobre doze lugares del Genesis, discurs. 7. cap. 7. part. 2. fol. 34. *Quòd puritas sanctissimæ Virginis MARIÆ, omni alia puritate, excepta Christi Domini, fuit major, & excellentior.* Vide ibi latè. Impress. Matriti 1603. in 4.

Item, in libro Considerat. super Psalm. 133. Ecce nunc benedicite Dominum: *Quòd sanctissima Dei Mater fuit in sua Conceptione pura, Immaculata, & absque ullo minutissimo nævo.* Lib. impress. Matriti an. 1609. in 4.

CHRISTOPHORUS Granados de los Rios, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in libro: Historia de nuestra Señora de los Remedios de la Fuen-Santa, &c. fol. 44. & 84. & præcipuè 152. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, vocans eam miraculosam, & sanctam, &c. Vide ibi. Lib. impress. Matriti 1658. in 4.

CHRISTOPHORUS Guellen de Paz, Canonicus Civitaten. Hispan. in Serm. de Expectatione Dominæ nostræ, fol. 30. inquit: Pero hasta ahora no se ha provado; porque ni fue, ni su benditissimo Hijo lo permitiò, que no tuuiera tanta capacidad este circulo, quanta condecencia era necessaria, para encerrar en su circunferencia al que no cabia en los circulos, y orbes celestiales, si tuviera algun angulo de pecado, ni venial, que es en lo que todos concuerdan, y està assentado por el santo Concilio Tridentino, sess. 9. can. 23. *ni original*, en que algunos pusieron duda, &c. Serm. impress. Salmanticæ 1615. in 4.

CHRISTOPHORUS Hartmannus, Monachus Ordinis S. Benedicti, in libro: Annales Eremi Deiparæ Matris Monasterii in Helvetia, in Abbate 34. folio 439. ad annum 1509. inquit: Eodem anno, Bernæ quatuor Prædicatorum Ord. Monachi in Deiparam Virginem impii flammis extincti sunt Pridie Kalendas Junii: præsentibus Aimone Lausanensi, Matthæo Sedunensi, Aquille Castelli Episcopis, Apostolico Legato, insigni & immortali Bernensium Dei, & ejus intemeratæ Matris vindicum, & ultorum claritudine, &c. Quòd autem sit hoc propter illum casum *de Conceptionis*, de quo sæpe locuti sumus, per se patet. Lib. impress. Friburgi 1612. in folio.

CHRISTOPHORUS de Messa, Poëta Hispanus, in Cantione de Beata Dei Genitrice MARIA, in principio inquit:

Aquella que triunfo del bajo infierno
Quebrantando la cabeza à la serpiente
Vnica Musa .....

Extat impress. Matriti cum aliis, anno 1617. in 4. folio 42.

CHRISTOPHORUS Moreno, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit librum sub hoc titulo: Libro intitulado: Limpieza de la Virgen, y Madre de Dios, &c. & totus est *de Immaculata Conceptione Deiparæ*, & habet capita 9. Impress. Valentiæ 1582. in 8. Prodijt etiam sub hoc titulo: *De revelatione mysterij puræ, & Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Matris Dei, conceptæ absque macula originalis peccati.* Panormi 1625. in 8.

Item, *de Immaculata Conceptione B. Virginis Deiparæ MARIÆ* Sermonem, in Mariali manuscripto, quod extat in Conventu PP. Carthusian. del Paular.

Item, *de puritate, quam habuit gloriosa Virgo ab instanti suæ Immaculatissimæ Conceptionis*, in Interrogatione 14. cap. 19. per integrum.

Item, de figuris sacræ Scripturæ, *quæ tractant de purissima Conceptione Matris Dei*, cap. 20. 21. & 22. titulato Hispanicè: Segunda parte de la claridad intitulada lumbre del Christiano. Valentiæ 1577. in 8. & in Elencho à folio 808. usque 829.

Item, in Libro de excellentijs S. Joannis Evangelistæ, composito à R.P. Didaco Stella, & ab eo auctoto, cap. 10. art. 4. folio 451. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præservata in sua Conceptione.* Impr. Valentiæ anno 1595. in 8.

Item, in Tract. de Archiconfraternit. Chordigerorum S.P.N. Francisci, &c. à folio 41. de Indulgentijs concessis *pro die Conceptionis.* Impress. Barchinone, anno 1592. in 8.

CHRISTOPHORUS de Ortega, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Cantionem *pro immunitate Virginis, ac ejus Immaculata Conceptione*; ut videre est in libro impress. Granatæ 1650. fol. 23.

CHRISTOPHORUS Pardo de la Casta, Poëta Hispanus, composuit Glossam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Baëzæ 1618. in 4.

CHRISTOPHORUS Patricius, in Menologio Constantinopolitano, ad diem 8. Decembris *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Anonymus Gallus, in lib. de piet. Eccles. Orient. fol. Lib. impress. Parisiis 1645. in 8.

CHRISTOPHORUS de Robles & Vilches, Doctor Hispanus, edidit Concionem Evangelicam de Sacratissima Eucharistia, *in Regali Monasterio Conceptionis de Calatrava Matrit.* Lib. impress. Matriti 1646. in 4.

CHRISTOPHORUS le Roy, ex Ordine Carmelitarum Gallus, in libro: Le Jardin des prieres de la S. Mere Terese de Jesus, &c. fol. 19. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Rothomagi 1604. in 24.

CHRISTOPHORUS Ruiz de Villavitiosa, Prior Valdepensis, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. cum aliis Baëzæ 1611. in 4. & alia Carmina extant ibidem folio 88.

CHRISTOPHORUS Sanctoius, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, recognovit, ac restituit Scrutinium Scripturarum Pauli de Sancta Maria, Episcopi Burgensis, ubi dicit: *Quòd in omnibus hominibus habuit aliquam potestatem Satan, præterquam in IESV, & Matre eius*, &c. Ita c. 6. fol. 383. Lib. impress. Burgis 1591. in folio. Vide Paulum de S. Maria.

CHRISTOPHORUS Sanctotisius, Burgensis, Ordinis S. Augustini Hispanus, tom. 1. Expositionis Sancti Evangelii secundùm Matthæum cap. à fol. 66. latissimè agit de genealogia MARIÆ, ejus origine, ubi quamplures invenies laudes Virginis Deiparæ, quæ juxta subjectam materiam accipi debent, scilicet de ejus generatione, ortu ac Nativitate tam in utero, quàm extra uterum, quibus omnibus clavem apponit his verbis: Spectet, ac miretur qui velit pulcherrimam hujus mundi fabricam, atque gubernationem: *quidquid autem vel in cœlo, vel in terra creatum est, quantumvis amplum, excellens, illustreque videatur, ab hoc opere sapientiæ & divino, quod in MARIA tam electo vase peractum est, multis sanè modis superatur, atque offuscatur*, &c. Lib. impress. Burgis 1598. in fol.

CHRISTOPHORUS Scheurli, Juris Consultus Germanus, in Libello de Sacerdotum, ac rerum Ecclesiasticarum præstantia, fol. 462. ad Virginem MARIAM, inquit: Regina cœli, *tota pulchra*, tota amabilis.

mabilis. Lib. impress. cum alijs Tractatibus Francofurti 1613. in fol.

CHRISTOPHORUS Silvestranus Brenzonius, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Examen Theologicum in quatuor Sentent. ad Gregorium XIV. Pont. Max. in 3. lect. 15. fol. 28. super distinct. 3. Magistri Sententiarum, in qua ostendit, quomodò Virgo Maria fuerit sanctificata ante Verbi æterni Incarnationem, tractat latè quæstionem, & adducit argumenta pro pia nostra opinione, & sic concludit: Ideo dicit Magister in littera, nam dicit totum, quia ab omni peccato; dicit totum, quia non solùm in anima, sed in carne; dicit præveniens, quia cùm de sui conditione peccare poterat, præventa fuit Divinâ gratiâ ne peccaret; nam fuit Deus cum Maria uti amicus, qui videns aliquem necessariò casurum in lacum, spinas, & lapides, vel sumpturum venenum, & sic offendi, & mori, ipsum prævenit, & impedit ne cadat venenumque bibat. Sic Deus prævidit Mariam in originale ex concubitu casuram, venenumque bibituram, *ideo eam prævenit gratiâ suâ, & immunem, illæsamque servavit.* Concludo ergo sic cum Doctore nostro Joanne Bachonio, cum Michaële, & cum Scotistarum caterva: *eam nullam habuisse originalem culpam, &c.* Insuper dicamus, quòd inter acerrimos huius opinionis defensores fuerunt Carmelitæ apud Gallos; ideo quando Sedes Pontificia Avinione tenebatur, Summus Pontifex cum Cardinalibus in die Conceptionis, Sermonem in laudem Virginis audiebat à Carmelitis, Missamque maximo apparatu, ut dicit Joannes Bachonius, celebrabant. Deinde respondit ad argumenta Adversariorum. Lib. impress. Veronę, anno 1551. & 1594. in folio, & hic est, qui ab aliquibus vocatur Christophorus Silvester.

CHRISTOPHORUS Suarez de Vargas, Poëta Hispanus, in libro de Descensione Virg. Matris, Cantione 22. 45. 96. & 104. Vocat Virginem Mariam *Immaculatam, immaculati candoris, columbam præsertam, ac lilium nunquam contaminatum.* Lib. impress. Toleti 1636. in 8.

CHRISTOPHORUS de Torres, Ordinis Prædicator. Hispan. in Serm. de S. Thoma Aquinate, declamato Cordubæ §. 2. sic inquit: Escogio una pura criatura para hacerla Madre del Criador en la humana naturaleza, y darla dignidad infinita: y en virtud de esta eleccion, edificò su primera gracia sobre los montes altos de la naturaleza Angelica, vistiola de vestidura dorada con los rayos del Sol de justicia, puso debajo de sus pies por escabelo suyo, la Luna de todos los merecimientos de la Iglesia, coronola de estrellas poniendo en su cabeza la execuccion de la predestinacion, y de los medios necessarios para conseguirla, hiçola Reina de los Angeles y primera, y suprema persona entre todas las criaturas. Escoge al grande Thomas de Aquino como entre todos los hijos de los hombres, para Maestro de la verdad Catholica, y Doctor conocido por digno Maest. de toda la Iglesia, fuerza es, que le diese entre todos los hijos de los hombres, gracia escogida en el alma, Fe eminente en el entendimiento, firmissima esperanza de sugloria, charidad fuerte como la muerte, y dura emulacion como el abismo para deshaeer à fuerca de oraciones y raçones la fuerça de su potencia, y sosegar con su palabra la nave de la Iglesia, quando padeciese mayores borrascas, haciendole tal, que fuese un retrato de Jesus, que estaba solo en la tierra, esto es, elegit eum, erat Jesus solus in terra, Jesus solo escogido como para Redemptor, Maria sola como escogida para Deifica Madre suya. S. Thomas solo como escogido para Maestro del Orden de Predicadores, Doctor de Doctores, sol de las almas, luz de los entendimientos, ciudad de fortaleza contra los enemigos, fantasma terrible para asombro de los herejes, &c. Serm. impress. Cordubæ 1615. in 4. Sed dices, quorsum hæc? quia in supradictis verbis, nec minima quidem syllaba reperitur, quæ *Immaculatam Virginis Conceptionem*, vel à longè respiciat. Sed jam auscultа: Scopus præcedentis discursus, & mens hujus Auctoris est, non æquiparare, absit; sed comparare per quandam geometricam, latissimamque analogiam Magisterium S. Thomæ cum Maternitate sacratissimæ Mariæ, sive Angelici Doctoris sapientiam cum gratia Deiparæ Matris, quæ Propositio cum grano, imò cum monte salis intelligenda, & admittenda est: sed cùm loquatur catholicè, & inter catholicos admittimus libentissimè, & recipimus parallelum, similitudinem, seu analogicam proportionem suam. Deus enim unicuique tribuit illa, quæ sunt necessaria ad munus suum exercendum; & sicut dedit Mariæ ad dignitatem Maternitatis exercendam congruentissimam gratiam, contulit & Thomæ congruentem scientiam ad sacrum munus sui Magisterii. Tunc sic argumentor ad hominem dilemmate, meo videri, indissolubili, & interrogo: an Deus ita contulerit Thomæ illam scientiam perfectam, completam, & omnibus numeris absolutam, quòd in doctrina sui Magisterii nullo in puncto lapsus fuerit, vel erraverit, vel in aliquo puncto lapsus est, & erravit? Si in nullo puncto erravit, vel lapsus est Thomas, ergo in nullo puncto erravit, vel lapsa est Maria: aliàs ejus paritas esset frivola & inanis conferens scientiam Divi Thomæ, cum gratia Virginis. Si Divus Thomas non erravit, nec est lapsus calamo, ergo neque Virgo Maria lapsa est, vel erravit ab utero, nisi velis (quod absit) plus tribuere Angelicæ doctrinæ, quàm Marianæ gratiæ. Si doctrina Divi Thomæ est absque nævo, & absque macula, igitur anima Beatæ Mariæ fuit absque macula, & nævo, si vis in tua persistere similitudine: & si non vis persistere, transeamus ad aliud membrum dilemmatis. Vel S. Thomas in sua scientia & doctrina lapsus est, & erravit, vel non: quòd si hoc affirmas, quod mihi durissimum erit audire, in nullo alio erravit, vel lapsus est, nisi in sententia Conceptionis. Omnia quæ Sanctus Thomas scripsit de Christo sunt vera, sancta, & omni certitudine plena. Tu dicis, quòd in aliquo, vel in uno puncto erravit; hoc punctum nullum aliud est, vel esse potest, nisi punctum Conceptionis Mariæ; igitur Auctor iste quoquo se vertat, nostram tenet, vel debet tenere sententiam. Prætermitto, quòd idem Auct. in Serm. de S. Theresia folio 26. §. 12. vocat Virginem Mariam purissimam. Serm. impress. Matriti 1627. in 4.

CHRISTOPHORUS Varsebicius, in Lib. de Cognitione sui ipsius, de Beata Maria Virgine ex communi, *ubi de eius Immaculata Conceptione*, habet Opusculum speciale. Cracoviæ 1600. in folio.

CHRISTOPHORUS de Vega, Tubalensis, Societatis Jesu Hispanus, in primo tomo Theo-

logiæ Marianæ, seu Certaminum litterarum de Beatissima Dei Genitrice MARIA, palest. tertia, *ubi exagitantur aliqua ad Immaculatum Beatæ Virginis Conceptum conducentia, pro defensione immunitatis magnæ Matris à noxa originaria*, adducit sequentia Certamina. Deipara Virgo ab infectione originariæ maculæ vindicatur, ex Cantic. 4. Certamen primum. Eadem veritas ex alijs sacrorum Voluminum testimonijs stabilitur; Certamen secundum. Propugnatio, ac defensio Dominicana, pro Immaculata Beatæ Virginis Conceptione; Certamen tertium. Aperitur mens Sancti Thomæ, circa præsentem controversiam; Certamen quartum. Conciliorum auctoritate eadem immunitas magnæ Matris ab originali labe constabilitur; Certamen quintum. Diluuntur objecta insurgentia adversùs doctrinam superiorisCertaminis; Certamen sextum. Ecclesiæ mentem indagat; Certamen septimum. Gradum certitudinis eventilat sententiæ piæ, & statum oppositæ disquirit; Certamen octavum. Utrum sententia maculans Beatam Virginem labe originaria, ab Ecclesia ut probabilis habeatur? ampliùs disquiritur; Certamen nonum. An controversia de Immaculato Beatæ Virginis Conceptu, sit in statu proximo, ut dirimi possit per diffinitivam Ecclesiæ sententiam? Certamen decimum. An propter scandala exorta ex sententia minùs pia, possit Pontifex sententiam piam ultimò diffinire? Certamen undecimum. An Pontifex, vel Concilium cum illa sola ratione naturali per motum, vel etiam ex discursu Theologico, possit venire in diffinitionem piæ sententiæ? Certamen duodecimum. Nihil obstare Patres oppositũ sentientes ad diffinitionem piæ sententiæ; Certamen decimum tertium. Itur obviam rationibus aliquibus, quæ retardare aliquo modo poterant diffinitionem piæ sententiæ; Certamen decimum quartum. Utrum liceat impugnare opinionem minùs piam in publicis Concionibus, ac scriptis editis in lucem? Certamen decimum quintum. Ad examen vocantur habitæ de Immaculato Beatæ Virginis Conceptu Revelationes, & de miraculis eamdem veritatem contestantibus; Certamen decimum sextum. Insurgit adversùs eos, qui Icones cudi posse negabant Immaculatæ Conceptionis, sub inscriptione illa: Concepta sine peccato originali; Certamen decimum septimũ. An sententia pia, statum beatificationis, seu canonizationis nacta fuerit? Certamen decimum octavum. An inter Martyres numerandus sit ille, qui mortem subiret pro veritate Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis? Certamen decimum nonum. An vota, & juramenta de tuenda immunitate Virginis Deiparæ sint valida, licita & laudabilia? Certamen vigesimum. An, si Beata Virgo infecta fuisset peccato originali, Christus ex illa procedens, illo etiam inficeretur? Certamen vigesimum primum. An, si Beatæ Virgini daretur optio, mallet peccato originali carere, an cum illo esse Mater Dei? Certamen vigesimum secundum. Utrum majori odio prosequeretur Beata Virgo peccatum originale, quàm veniale? Certamen vigesimum tertium. Utrum in lumbis Abrahæ, Beata Virgo decimata fuerit, & an dempta Beata Virgine, alius purus homo immunis fuerit à culpa originali? Certamen vigesimum quartum.

Item, palestra 4. An titulus, vel vox Immaculata sit deneganda, vel potiùs affigenda Conceptioni Virginis Deiparæ? habet sequentia Certamina. Propugnatur titulus Immaculata, [illegible] obstante Decreto generalis Inquisitionis Roman[illegible] Certamen Primum. Duplex supplex libellus [illegible] versariorum refertur pro tuendo asserto Decr[illegible] Congregationis sanctæ, & generalis Romanæ [illegible] quisitionis; Certamen secũdum. Exhibentur tit[illegible] hujus justæ possessionis vocis Immaculata; Cer[illegible] men tertium. Assertores piæ opinionis præsumu[illegible] & realem facti, & juris possessionem habere pr[illegible] dicti tituli Immaculatæ Conceptionis; Certam[illegible] quartum. Satisfit Adversariorum objectis in p[illegible] ori supplici libello propositis; Certamen quint[illegible] Occurritur his, quæ asserunt Adversarij in pos[illegible] riori supplici libello; Certamen sextum. Pales[illegible] quinta; Utrum V. Deipara debitum peccati orig[illegible] nalis incurrerit? hæc habet Certamina. Præmit[illegible] tur via ad dissertationem, ac profertur senten[illegible] imponens debita peccati Beatissimæ Virginis; C[illegible] tamen primum. Virgo Mater, neque in Adã[illegible] peccavit, nec proprium culpæ debitum contra[illegible] Certamen secundum. An Deipara Virgo inci[illegible] fuerit in aliqua parte decreti cum Adamo in[illegible] Certamen tertium. Componitur immunitas à d[illegible] bito peccati originalis in Beata Virgine, cum r[illegible] demptione per Christum, & ordine decretor[illegible] Certamen quartum. Multiplex alius modus, q[illegible] hæc immunitas Mariana à peccato originali, e[illegible] que debito exponi solet, examinatur; Certam[illegible] quintum. An immunitas à peccato originali, e[illegible] que debito sit debita, & connaturalis substan[illegible] Marianæ præcisè sumptæ? Certamen sextum. Al[illegible] viæ aperiuntur ad eamdem immunitatem vindi[illegible] candam, & utrum ex vi formationis celerim[illegible] corporis Mariani, fuerit libera Beata Virgo à d[illegible] bito culpæ originalis? Certamen septimum. Qu[illegible] omnia scitu, & notatu digniſſima reperies in libr[illegible] impresso Lugduni anno 1654. in folio, à folio 5[illegible] usque 201.

Item, in libro Hispanicè edito, cuius titulus e[illegible] Deuocion à MARIA, passaporte, y saluoconduc[illegible] que dà passo franco para una buena muerte, &c. capite secundo, sub hoc titulo: Que la mayor[illegible] sonja para la Virgen MARIA, despues de la imag[illegible] cion de su pureza, es la defensa *de su Immaculad[illegible] Concepcion*; & sic latè à folio 198. usque 238. pulch[illegible] adducit pro hoc mysterio. Lib. impress. Valent[illegible] anno 1655. in 4.

CHRISTOPHORUS Verruchinus, Ordin[illegible] Minorum Italus, in suo libro Meditationum, Me[illegible] ditatione 11. versic. Non voglioamo quivi, &c. *est de Immaculata Virginis Conceptione*, fol. 84. sub hoc titulo: Diecci punti da contemplare la maraviglios[illegible] purità della sancta Vergine nella sua Con[illegible] cettione. Lib. impress. Venetiis 1600. in 24.

CHRISTOPHORUS Wratisau, Societatis JESU Belga, *de officio, & Rosario Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi Conceptionem sæpissimè vocat *Immaculatam, & intemeratam*, à folio 10. usque 23. in libro, cujus titulus: Maria agonizantium Mater. Impress. Monachij 1641. in 16.

CHRISTOVALINA Fernandez de Alarcon, fœmina Hispana, in Cantione ad Virginem Dei Matrem MARIAM, inquit:

Salio mas bella, que la bella Aurora
Vnida el alma pura al cuerpo puro, &c.
La carne, ven immaculada y pura.

Extat impress. Matriti, anno 1617. folio 10.

CHRY-

CHRYSOSTOMUS Cabero, Ordinis Cistercienſis Hiſpanus, in Aſſertionibus Theologicis habitis Compluti in Univerſitate: *Quod B. Virgo MARIA debitum peccati originalis non contraxit*; quod latè explicat. Extant impreſſ. Compluti in charta expanſa abſque die, & anno: Propugnator fuit D. Licentiatus Joannes Montero del Monte.

CHRYSOSTOMUS Henriquez, Monachus Ciſtercienſis Hiſpanus, in Menologio Ciſtercienſi, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ Genitricis Domini noſtri IESV Chriſti*, Kalendam. Ubi ad ipſam adducit aliam adnotationem *pro Immaculata Conceptione Virginis*, fol. 408. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1630. in fol.

Item, *de fundatione Religionis Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, à Venerabili Beatrice de Silva, atque de habitu illius, necnon & fundationis tempore, in Faſciculo ſacri Ordinis Ciſtercienſis. Impreſſ. Coloniæ 1631 in 4. regali.

Item, in Opuſculo prænotato: Bernardus immaculatus, *agit de Immaculata Virginis Conceptione*. Impreſſ. Bruxellis, ut teſtatur Hippol. Marrac. in Catalogo ad annum 1624.

CHRYSOSTOMUS Talenti Italus, Monachus Vallis Umbroſæ, edidit Cantionem Italicè *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ cum aliis prodiit in libro dicto: Il ſacro tempio, &c. folio 76. Impreſſ. Venetiis 1613. in 12. regali.

CHRYSOSTOMUS à Viſitatione, Ordinis Ciſtercienſis Hiſpanus: *Quomodò MARIA Virgo in primo ſuæ Conceptionis inſtanti fuerit à Chriſto ſanctificata*, & ipſa quare Deum ſuum ſalutare appellavit; Caput unum. Ibidem: *Dei Filius erga ſuam Matrem in ipſius Matris Conceptione quomodò ſe habuerit*. Ipſa Virgo Mater in matris ſuæ utero exiſtens multò perfectiùs in gaudio exultavit, quàm Joannes; Caput alterum. Ibidem: Maria ſtatim in primo ſuæ ſanctificationis inſtanti multò perfectiorem habuit rationis uſum, quàm Joannes; ipſa jam tunc in Deo ſalutari exultavit, *& pro ſua liberatione à peccato originali* gratias egit; Caput alterum. Ibidem: *Lex originalis peccati fuit velut univerſale diluvium, à quo duo tantum fuerunt liberati, Chriſtus, & ejus Mater ſanctiſſima*. Ipſe Chriſtus, multis licèt de cauſis Mariæ ſit ſalutare; noſtrum etiam eſt, ſi noſtrum eum facere velimus; Caput alterum, in libro cujus titulus eſt: De verbis Dominæ. Impreſſ. Venetiis 1600. in 4.

CHRYSOSTOMUS Willemſens, Canonicus Eccleſiæ S. Michaëlis Antuerpiæ, Ordinis Præmonſtratenſis Belga, in Concluſionibus ex univerſa Theologia in ſolemniis S. Norberti habitis, concluſ. 10. fol. 3. ſic dicit: *Deipara Virgo à peccato originali immunis fuit*. Impreſſ. Antuerpiæ, anno 1649. in 4.

CHUNR, Epiſcopus Ratiſponenſis, fecit inſtantiam apud Adamum Dei-Patientia Præmonſtratenſem Abbatem, *pro celebratione feſti Conceptionis B. MARIÆ Virginis* in Monaſterio Oſterhoben, Ordinis Præmonſtratenſis, ut refertur in libro Metropolitanæ Eccleſiæ Salisburgenſis, tom. 3. folio 45. Impreſſ. Monachij, anno 1620. in folio.

CIVITATES Catholici Orbis omnes profitentur, venerantur, ac recipiunt myſterium præſervationis Virginis Mariæ à peccato originali, ita ut nulla ſit in tota Chriſtianitate, quæ aliquam non habeat Eccleſiam Clericorum, Conventum Religioſorum, Monaſterium Monialium, Confraternitatem ſæcularium, vel adminùs Capellam, votum, vel Altare, *ſub titulo, ac patrocinio Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*; vel ſaltem diem octavum Decembris, in quo Virgo Maria concepta fuit, ex præcepto, aut devotione, ut feſtivum non cuſtodiat, vel ut ſolemnem non celebret. Hæc colligo ex libris impreſſis, quos habeo, & legi, de Conceptione Virginis Mariæ in toto hoc opere citandis, & præcipuè ex manuſcriptis Monumentis, quæ ſervantur in Archivo *Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, exiſtente Romæ in Eccleſia Sancti Laurentij, in Damaſo.

Item, omnes Civitates Hiſpaniarum per ſuos Procuratores in Comitijs Generalibus in Curia Matritenſi habitis coram Philippo IV. invicto Rege Catholico, & Sereniſſimis Caſtellæ Infantibus, die vigeſimo primo Novembris, anno 1621. ſequens emiſerunt juramentum, ac votum: Nos Civitatum horum Regnorum, viri Nobiles, qui cùm ipſarum Procuratores ſimus, totum repræſentamus Regnum, virtute facultatis à noſtris Civitatibus ad functionis præſentis effectum ſigillatim factæ, tam Regni totius, quàm noſtro, & noſtrorum ſucceſſorum nomine, promittimus Sanctiſſimæ Trinitati, nec non Sanctiſſimæ Virgini Mariæ Deiparæ, & Dominæ noſtræ, ab hac in perpetuum die *profiteri, colere, & revereri myſterium puriſſimæ Conceptionis ejus, in qua ab omni originaria labe præſervata fuit*. Itidem promittimus, tam nos, quàm futuros pro tempore Regni Procuratores in forma Regni, & Regnum repræſentantes, quotannis ſolemne feſtum in ipſius honorem cum octava, juxta regulas Miſſalis, & Breviarij Romani in perpetuum celebraturos. Sic vovemus, promittimus, & juramus; ita Deus nos adjuvet, & hęc Sancta Evangelia, &c. Ita in noſtro Armament. col. 409. & Joann. Antonius Velazquez, lib. 5. de Maria Immaculatè concepta, diſſert. 3. adnot. 9. fol. 435.

Item, prædictæ Hiſpaniarum Civitates per ſuos Procuratores in Comitijs Generalibus habitis in eadem Curia Matriten. anno 1644. exorarunt Regem Catholicum Philippum IV. ut à Chriſti Vicario *hujus myſterij, præſervationis videlicet Virginis MARIÆ à peccato originali*, diffinitionem impetrare curaret. Vide Velazquez ſupra cit. folio 436. & Armament. noſtrum in Regeſt. colum. 411.

Antuerpienſis, celebrat feſtivè *Immaculatam Conceptionem Virg. MARIÆ*, ex Fratre Lanavio, fol. 679.

Bernenſes in Helvetia, fuerunt olim devotiſſimi Virgini Mariæ, & præcipuè *circa myſterium Immaculatæ Conceptionis eiuſdem*, ut videre eſt apud Laurentium Surium, in Hiſtoria ad ann. 1509. fol. 52. & in additionibus, ſive Appendice ad Nauclerum, folio 550. & in libro dicto: Acta Bernenſium. Impreſſ. ann. 1509. in 4.

Bonnenſis in Germania, habet Conventum dicatum *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ*, & eſt Fratrum Minorum.

Bruxellenſis in Belgio, fecit votum defendendi hoc myſterium, & celebrat octavam ſolemnem *Immaculatæ Conceptionis* quolibet anno apud Patres Prædicatores, in Capella SS. Roſarij, & apud FF. Minores.

Cabilonenſis Civitas in Ducatu Burgundiæ, habet in Eccleſia Carmelitarum Confraternitatem *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Ex relatione R. P. F. Ludovici Jacob. à S. Carolo Carmelitani.

Camera-

Cameracensis in Provincia Marchiæ, habet ex voto *protectricem Conceptionem Virginis MARIÆ*, propter quoddam admirabile, quod contigit cùm prædicta Civitas esset obsessa ab inimicis; supervenit enim nebula adeò magna (facto voto in ipsa Civitate Conceptioni B. Virginis) ut inimici se invicem videre non possent, & sic liberata est. Ita P. Cletus Calcanus, in Relatione ejusdem Civitatis.

Complutensis in Hispania, celebrat octavam *Immaculatæ Conceptionis* in Conventu S. Didaci quotannis; ut videre est infra verb. Michaël de Soria.

Fanensis in Provincia Marchiæ, in Ecclesia Patrum Conventualium, *habet Capellam sanctissimæ Conceptionis, & Confraternitatem ejusdem.* Item, ad annum 1651. fuit ædificata Ecclesia *sub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Hispalensis, cum Archiepiscopo D. D. Petro de Castro, & Quinnones, cum suis Canonicis, anno 1617. die 8. Decembris, *votum fecit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione*, quod apud nos manuscript. authenticum habemus.

Huesca in Archiepiscopatu Toletano, fecit votum sub titulo: *Defensa del mysterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Señora nuestra.* Impress. Granatæ 1654. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Huete in Hispania, in Congregatione Nativitatis Virg. MARIÆ, sita in Collegio Societatis JESU, fecit juramentum & votum publicum, *pro defensione mysterij Immaculatæ Conceptionis.* Lib. impress. ann. 1653. in folio.

Januensis in Italia, fecit votum tenoris sequentis: Serenissimus D. Dux, Excellentissimi Gubernatores & Illustrissimi Procuratores Serenissimæ Reipublicæ Januensis, videntes grave bellum Reipublicæ imminere à potenti Principum exercitu jam in fines statûs ipsius Reipublicæ ingresso, & nihil magis flagella iræ Dei avertere, quàm ipsius, & sanctissimæ Virginis ejus Matris pium cultum, & divam intercessionem; propterea ad calculos decreverunt, & decernunt in perpetuum *sacrum solemne de Conceptione Immaculata Sanctissimæ Virginis celebrari facere*, quolibet Sabbato, in Ecclesia S. MARIÆ Pacis, extra portam S. Stephani, & pro eleëmosyna tot cibaria, vel quæ pondus RRRR. dictæ Ecclesiæ singulis annis, valoris librarum centum quinquaginta præberi; præterea pallium Capellæ B. Salvatoris in eodem Templo fieri facere, eum apud sanctissimam Virginem intercessorem invocantes. Hanc autem executionem Illustrissimis duobus Procuratoribus, pro tempore ad negotia matutina deputatis, dederunt, & dant, & stat, &c. 1625. 20. Martij. Joannes Baptista Panesius à secretis Serenissimæ Rei publicæ Januensis.

Machao in Regno Chynarum, *habet Monasterium Monialium Immaculatæ Conceptionis Virginis, seu Dominæ nostræ de Conceptione.* Ita Frater Antonius à Trinitate, in Relatione Provinciæ Reformatæ Matris Dei Goënsis, fol. 1.

Messanensis in Sicilia, fecit pro Immaculata Virginis Conceptione sequens Decretum: S. P. Q. M. Tibi, Virgines inter fœcundę, integerrimę Dei Parenti, cujus adhuc in utero Matris conceptæ virtutes eximiæ innumeris Cœlitum omnium meritis umbram fecêre. Quæ tenellis, nunquam tamen vacillantibus plantis, tortuosi colubri disiectis insidiis, ac multiplici cervice contrita, *labis originalis insciæ*, de averni extremis conatibus, de accidentali humani generis conditione, omnisque culpæ insolentia triumphum retulisti. Tibi miraculorum officinæ, per præpotentis Dei munificentiam mortalium necessitatibus patefactæ, nullus unde confugiens opem non hausit; sed hæc tua, præ cæteris, Messana summam indies agnoscit, quòd fidem illi tuam datis litteris obstrinxeris, in tuamque clientelam acceperis, teque præsentissimam nunquam non ostenderis. Tibi, quæ sola per orbem universum debacchantium audaciam hæreseon terere soles, minantibus toties excidium armis hostium aciem retundenti; ob hoc freto hisce nimbus, classibus, castris cœlitus fugatis, fractis. Tibi, quæ una vitam orbi peperisti, passim grassantem luem, totamque pœnè Siciliam devastantem, à tuis hisce populis Mamertinis, eorumque finibus avertenti, ac affatim extinguenti. Tibi, quæ Angelorum panem eminùs mortalibus attulisti, annonæ caritatem hanc sæpiùs Urbem afflictantem, in largitatem toties inspiratò commutanti, non irati modò freti fluctibus sedatis, sed exterarium quoque navium itinere ab extremis, remotisque oris in hunc portum præter navigantium opinionem directo, fœcundatis ipsius maris vorticibus, triticumque mirum evomentibus. Tibi, ad nostras preces semper promptæ, necessitatibus opportunæ, periculis obviæ, in maternis adhuc latebris delitescenti, sed gratiarum exultatione divinarum cœlo, mundo, inferis admirandæ. S. P. Q. M. jam olim tuus, tuorum memor beneficiorum, quibus identidem cumulatur, iterum, atque iterum se, sua, & hanc Urbem tuo patrocinio nunquam satis contentus dat, dicat, vovet, erectisque in D. Francisci ab Assisio *tibi conceptæ* aris, suspensisque donariis, Patronam tutelarem, Reginam, Dominamque suam humillimis obsequiis celebrat, invocat, veneratur, adorat. SENATORES D. Thomas Marquete, D. Joseph Romeo, D. Placidus Mariello, Thomas Yssuaglia, D. Octavius Seccussus, Regius Secretus Petrus Pelegrinus. Acta sunt hæc Messanæ in Palatio, de mandato Illustriss. Senatûs, Nonis Decembris primæ Indictionis 1647. Iacintus Saccarelli pro Secr. Coll. Sal. ex libro diversorum anni præsentis 1647. & 1648. Laurentius David Actuarius. Extat apud Thomam Geraze in lib. dicto: Adamas Mariæ. Impress. Panormi 1650. in 4.

Mons Albodius, terra in Provincia Marchiæ, in Conventu PP. Conventualium, habet *Altare suæ Confraternitate Immaculatæ Conceptionis.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Mons Sanctus Popus Provinciæ Marchiæ, habet Capellam apud Fratres Minores: *est Capella Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, cum pulcherrima inscriptione eius Immaculatum Conceptum indicante. Vide verb. Cletus Calcanus.

Montilla Civitas in Regno Cordubensi, Patronam elegit Virginem MARIAM *sub titulo Immaculatæ Conceptionis*, ut constat ex instrumento authentico, expedito anno 1651. existente in Archivo Curiæ Romanæ in Ara Cœli.

Neapolitana in Regno Italiæ, cum Proregę, Consilijs, ac omni Militia, solemne iuramentum præstitit *de tuenda Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Antonius Balinghen, in Kalendario Marriano, die 8. Decembris, Marrac. in Principibus Marian.

Pan-

Pampilonensis in Regno Navarræ, celebrat octavam solemnem *Immaculatæ Conceptionis* apud FF. Minores quolibet anno.

Pisaurensis in Provincia Marchiæ, in Cœnobio PP. Conventualium habet Capellam *cum Confraternitate purissimæ Conceptionis Virginis.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Rothomagensis in Gallia, ab ann. 1387. instituit annuum præmium versuum, seu poëmatum, *in honorem Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, quod usque modò observatur. Vide causam apud Henricum Spond. tom. 2. num. 7.

Sancti Angeli Civitas in Provincia Marchiæ, habet Capellam *cum Confraternitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Cletus Calcanus in Relatione.

Samana Terra in Provincia Marchiæ, in Cœnobio PP. Conventualium habet Capellam *cum Confraternitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Cletus Calcanus in Relatione.

Scylla Civitas Insulæ Siciliæ: ubi fuit erecta Ecclesia, & in frontispitio interiori supra ipsum Chorum, est sequens inscriptio: *Templum Archipresbyterale Immaculatissimæ Conceptionis MARIÆ Virginis*, ab immemoriali dicatum. Ita Thomas de Geraze, tom. 1. fol. 14.

Senensis in Italia, votum emisit *de colendo Immaculatæ Conceptionis festo in omni sua ditione*, quod approbavit Summus Pontifex speciali diplomate Civium laudando vota. Ambrosius Catherinus, in Præfatione ad Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum; & de controversia inter Senenses, &c. Vega paleſt. 3. certam. 20. fol. 136.

Viqueria in Provincia Januensi, in Conventu S. Mariæ Gratiarum Ordinis S.P.N. Franciſci habet Sacellum *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod cœpit anno salutis 1578. an. verò 1601. 4. Kalendas Julij, longè meliùs ædificatâ Ecclesiâ ampliori, à Fratribus dilatatum est; anno verò 1607. à sacra Conceptionis Societate elegantissimo ornamento decoratum, omnibus numeris extitit absolutum. Ita Bonaventura Tettis de Genua, in Relatione Provinciæ Januensis, fol. 57.

Vittoria in Vizcaya, habet Sacellum *Immaculatæ Conceptionis* apud Fratres Minores, & celebrat octavam quotannis solemnem.

CLARA Matraini, fœmina Lucensis in Italia, in libro de vita & laudibus Virginis Mariæ, in peroratione ad Virginem Mariam, folio 7. inquit: *Quella sola fu sempre, fin dentro al ventre della sua Genitrice senza macula alcuna di peccato*, &c. Vide alia ibi folio 13. Impress. Lucæ, anno 1590. in 4. & Mazeratæ 1646.

CLAUDIA à S. Michaële, Monialis sacræ nostræ Religionis, scripsit Glossam *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre est in lib. impress. Granatæ 1651. folio 302.

CLAUDIUS Bercier, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: La guirlande à douze étoilles, autrement le petit Chapelet à douze Ave, &c. cap. 13. fol. 174. de stellis quatuor principalibus: Quòd gratias agere Deo debemus, *eòquòd exemptam MARIAM fecerit à macula communi peccati originalis in sua Immaculata Conceptione.* Lib. impress. Charlevillæ 1619. in 8.

CLAUDIUS Boudanus, Ordinis Cœlestinorum Gallus, Monasterij Regij Parisiensis Prior & Vicarius Generalis, edidit Carmen hexametrum *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ*, super themate: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, Sap. 8. Opus verò incipit:

Principio cœlum & terram pontumq; creavit,
Verùm opifex, solo qui temperat omnia nutu, &c.

Mortuus est Parisijs, anno Domini 1573. cujus Opus est apud Patres Cœlestinos Parisien. manusc.

CLAUDIUS Dausquius Audomarensis, Canonicus Tornacensis Flander, in libro intitulato: S. Pauli Apostoli sanctitudo in utero, extra, in solo, cœlo, &c. lib. 1. cap. 1. Culpæ initialis virus viresque, &c. fol. 5. inquit: Ac ne in re luculentissima, hominique Catholico cognitissima pluribus immoremur, peccati originarij ulcus homines omnes ex Adamo progeneratos inquinavit, &c. *Excipienda quoque perplurimis Doctoribus videtur B. MARIA Dei Genitrix, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cùm de peccatis agitur, habere vult quæstionem D. August. &c.* Vide ibi. Lib. impress. Parisijs anno 1627. in 8.

Item, in alio opere ejusdem assumpti, sub titulo: S. Josephi sanctificatio extra uterum, &c. cap. 19. fol. 90. *de Immaculata Deiparæ Conceptione* affert aliquid. Lib. impress. Lugduni 1631. in 8.

Item, in lib. dicto: Divæ Mariæ Asperi Collis scutum contra Thuracium Agricolam Hæreticum, fol. 79. agit *de Immaculata Deiparæ Conceptione, ac ejus mirifica præservatione à peccato originali, &c.* & fo. 249. Quomodò ipsa fuit Mulier, quæ caput serpentis contrivit, contra eundem Hæreticum. Lib. impress. Antuerpiæ 1617. in 8.

CLAUDIUS Frassen Peronensis, Ordinis Minorum Baccalaureus Theologus, Sorbonæ habuit Theses pro prima Sorbonica, quæ est Minorum die 2. Julij, anno 1660. à sexta ad sextam, ubi sic inquit: Inde pestifera & sanguineis lugenda lachrymis originalis peccati labes, quæ in omnes homines ita pervasit, ut ab illo immunis unquam nemo conceptus fuerit, nisi Christus per naturam, *MARIA per gratiam, &c.* Et infra: Et Immaculata Virgo abundanti gratiarum cumulo, *quas ab instanti Conceptionis* ad ultimam vitæ periodum, &c. semper auxit. Sunt impressæ in charta expansa.

CLAUDIUS Guillaudus Bellijocensis, Theologus Parisiensis, in Homilijs Quadragesimalibus, Homil. de Annuntiatione, fol. 319. ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Verbum Ave, vox est bene precantis, quod nos dicimus: Salve: Bene sit tibi: Fortunet te Deus, & omne institutum tuum. En salutans rem cum nomine primæ prævaricationis mutavit: maledictionem illa attulit mulieribus, *quòd in peccato originali fœtus earum concipiantur; tu sine peccato:* quòd illæ cum dolore parerent; tu sine dolore, & apertione paries, &c. Licèt verba hæc pro activa Conceptione Virginis videantur sonare, meliùs de passiva explicantur; nam propter Virginem factum est, ut ipsius Mater Anna sine peccato conciperet. Et sic hic videtur pro nobis expressè. Item, infra: Et propter hoc benedicta tu in mulieribus; meritò benedicta, *nam cùm antea per Prophetas fuerit annuntiata, in utero Matris sanctificata, à Filio Dei electa, & à Spiritu S. in Templum Dei consecrata, &c.* Si ergo Virgo fuit electa à primo instanti suæ animationis; quis dicere audebit, quòd fuit electa à Filio Dei in secundo instanti suæ Conceptionis? Quòd si in primo instanti electa à Filio, in eodem instanti consecrata à Spiritu Sancto; quòd si electa, & consecrata in illo primo instanti; igitur & in illo sanctificata in utero B. Annæ.

hoc etiam confirmatur, quia Guilliaudus vocat infra Virginem MARIAM puram,& purissimam.

Item, in lib. Collatio in omnes divi Pauli Epistolas, Epistol. ad Romanos, cap. 5. fol. 37. inquit per similitudinem: Quia sicut Adam est caput,&vir Evæ;ita Christus caput, & sponsus Ecclesiæ; sicut in Adam omnes generati, sic & in Christo omnes regenerati: *sicut Adam de terra virgine, & non maledictæ;sic Christus de MARIA Virgine benedicta,&c.* Lib. impress. Lugduni 1544. in 4.

CLAUDIUS Perry, Societatis Jesu, in libro: Historie civile,pag.286. agit de duobus Tractatibus *de Immaculata Conceptione*, compositis à Joanne Germain Episcopo Cabilonensi. Lib.impress. Cabilonæ ann. 1659. in folio.

CLAUDIUS Ralle,Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Gallus, in Opusculo Roberti Gaguini ad finem,ait: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque originali peccato.* Lib. impress. Parisijs 1617. in 4.& Valentiæ in opere Martij Atos 1657. in fol.

CLAUDIUS Rapinas,Ordinis Patrum Cœlestinorum Gallus,in Sermone de Præsentatione Beatæ Virginis, qui incipit: Hodie Virginis egregiæ, Matris inclytæ,Templi denique Verbi Dei,&Thalami, &c. fol. 3. sic inquit: Cæterùm,dum cardines mundi Virgo Beata per *primariam Conceptionem* ingrederetur,curæ fuit Angelicis Spiritibus salutis humanæ ministris,hanc divinis obtutibus, gratiis, & virtutum decore splendido perornandam, &c. Cùm ergo pro consuetudine naturæ MARIA fuisset concepta, & mox futurum esset, ut secundùm communem cæterorum damnationem originali culpâ vitianda, turpandaque subesset: Angelica sollicitudo indignum tulit,*impuram vel ad modicum existere, quæ Auctorem puritatis, & omnium purificatorem, &c.* latè de eius privilegio, & præservatione ab originali peccato. Extat Sermo in regali Conventu Patrum Cœlestinorum Parien. in 4.& ibidem in alio originali,in folio magno.

Item, ibidem est Sermo ejusdem, *de Conceptione intemeratæ Virginis MARIÆ*, qui incipit: Præclara sanctæ diei hujus solemnia,Fratres charissimi,devotione præclara susciplamus, &c. Et est quasi Tractatus integer pro nostra acerrimus sententia manuscrip. apud eosdem Patres Cœlestinos inter alios Sermones in folio,& characteribus antiquis in 4.sudatq; sub prælo cum aliis ejusdem Ordinis.

CLAUDIUS à Rota, Ordinis Prædicatorum Lugdunensis, in legenda Sanctorum, sive ad historiam Lombardicam Jacobi de Voragine Januensis, addidit *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* legendam, quæ est in ordine 185. ut videre est ad finem libri impress. Lugduni characteribus antiquis,anno 1540. in 4. quæ etiam sub ejusdem nomine fuit impressa Lugduni 1554. in 4.

CLAUDIUS de Sainctes,Theologus Parisiensis & Episcopus Ebroicensis, in lib. Liturgiæ, sive Missæ SS. PP. Jacobi Apostoli & Fratris Domini, Basilij Magni,& Joannis Chrysostomi,&c. sepe vocat *Virginem MARIAM Immaculatam, atque intemeratam,&c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1560. &. Parisijs 1562. in fol.

CLAUDIUS Seissellus Sabaudiensis, Archiepiscopus Taurinensis,in lib. de triplici statu Viatoris, ex tribus S.Lucæ capitulis,tract. 2. prope finem,fol. 79. inquit:In MARIA igitur ex his supervenientibus indicijs, cæterisque eius pijs,sanctisque operationibus, non tam fides, aut charitas quoad effectum, quàm meritum utriusque virtutis,quemadmodum & cæterarum est auctum;*quandoquidem Deus speciali privilegio in instanti Conceptionis omnium virtutum excellentiam ejus animæ infuderit,&c.*

Item, tract. 5. fol.125. inquit: MARIA Christi Mater, etsi ab æterno & ante omnia sæcula prædestinata, & inter mortalibus cunctis à *summo Deo selecta sit, ab omnes culpæ reatu servata immunis*; quippe cui in instanti Conceptionis, & in ipsa animæ infusione,divinæ gratiæ, quam creatura capere poterat, collata sit plenitudo; ita ut nihil eâ in cœlo,aut in terra,præter Christum ipsum fuerit,esseve in futurum possit purius,sanctius,perfectius, excellentius, divinius, &c. mixta igitur cum gratiæ plenitudine in illa Beatissima Virgine fuit humana fragilitas, quæ & ignorantiam, & timorem, & affectum (quibus absque ulla culpa infirmior mens humana redditur)necessitate quadam naturæ contraxit,&c. Addit etiam in eodem lib. habet, *quòd cùm agitur de culpæ vel defectu gratiæ, nullus generalis sermo comprehendat MARIAM*;& alia quamplurima,quæ eius immunitatem indigitant.Lege indicem. Lib.impress.Taurini 1518. in fol.

CLAUDIUS Sequartus Gallus, Canonicus Rothomagensis,in libro:Theonomagium,sive sanctificatio divini nominis,&c. lib. 4. cap. 8. fol. 151. ait: Quid, quòd ex virgine terra, & nondum maledicta primus noster Parens efformatus? *quod & in secundo Adam ita, ut ex MARIA factum est, debuisse fieri,pulchrè annotavit Origenes,*& ex huius etiam,dum virginis costâ omnium mater Eva effecta est, atque in ea,qua nati sunt virginitate,donec peccarent,permanserunt,&c. Lib. impress.Parisijs 1507. in 8. Si secundus Adam Christus efformatus fuit ex Mariana terra nondum maledicta, proculdubiò si peccato originali subiacuisset, iam maledicta extitisset,& falsum esset dicere,quòd formatus fuerit Christus ex terra, vel Virgine nondum maledicta, & potiùs dicendum erat: formatus est secundus Adam ex terra,quæ iam priùs fuerat maledicta.

CLAUDIUS Spencæus, Doctor Theologus Parisiensis,in libro de Continentia,sparsim per totum librum *vocat Virginem MARIAM puram, Immaculatam, ac omni gratia præditam, intemeratam, integram, inviolatam*, &c. ut videre est folio 271. Impress.Parisijs 1605.in 4.& 1565.

Item, in Epitome Magistri Senten. inquit: *Mors Christi fuit præventa ab omni peccato*;caput unum.Lib. impress. Parisijs 1551. in 12.

CLAUDIUS de Villavicencia, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, *scripsit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, impress. Salmanticæ 1615. in 4. Antonius de Leon,in sua Bibliotheca classi. 9. adducit alterum Auctorem Ordinis Sancti Hieronymi, appellatum Claudium de Villavitiosa,qui scripsit pro Immaculata Conceptione; sed existimo fuisse lapsum Scriptoris.

CLEMENS Araneus, Raguseus,Ordinis Prædicatorum, in sacris Sermonibus à prima Dominica Adventûs, &c. Serm.15. de Assumptione Beatissimæ Virginis MARIÆ, folio 461. inquit: Animus erat *de Conceptione Beatæ Virginis* facere Sermonem, sed animadvertens tales Sermones in Christianitate potiùs esse quæstionum, quæ causant indevotionem, & concitationes circumquaque: & Paulus præcipit prædicantibus abstinere à genealogiis, & quæstionibus inutilibus, & per Isaiam dicit

cit Deus: Ego Dominus docens te utilia calamum retraxi: nihilominus causâ doctrinæ Prædicatores utriusque partis videant Cardinalis Cajetani, in Quodlibeto suo de Conceptione, perpulchram declarationem, quam ex obedientia Leonis X. pro Concilio Lateranensi fecit, in qua à sua Sanctitate postulabatur, quatenus scriberet, quid circa hoc tenendū sit: & (ut opinor) Sanctissimus Pontifex cum cæteris Patribus in Concilio congregatis, destitit super hoc quidquam determinare audiens hujus eruditissimi viri declarationem ad utramque partem, & quòd verior sit Sanctorum Ecclesiæ Doctorum in hoc assertio, & conformior Ecclesiasticæ veritati eorum declaratio omni ex parte, cùm secundùm S. Petrum, Spiritu Sancto spirati locuti sunt Sancti Patres. Vide super hoc in Decretalibus, quæst. 20. de quibus, & ad quos sit recurrendum, cùm sacræ Scripturæ auctoritas non occurrit. Adhuc vide dist. 38. Capitulum relatum, ubi reprehenduntur, qui proprio sensu innituntur, relinquentes Sanctorum Doctorum declarationes, quibus remotis destruitur domus Job tanquam urente vento, ad interitum donorum Spiritus Sancti; & virtutum Theologalium repræsentatarum in septem filiabus, & tribus filiis Job. Vide etiam Sermonem hujus diei in B. Antonino Florentino, ubi secundùm computationem Conceptionis, & Nativitatis Christi temporum, concludit Ecclesiam de Conceptione solemnitatem facere, in ordine ad sanctificationem ejus, &c. & hæc sufficiant. Item, Serm. 6. fol. 419. inquit: Prima prærogativa thalami virginalis est, quia fuit in matris utero sanctificata, & in gratia Dei firmata, quæ sanctificatio etiam in ejus uterum redundavit. Secunda prærogativa est Virginis ratione fidei animæ ejus, quæ per fidem fuit illuminata. Beata quæ credidisti. Tertia prærogativa Virginis, fuit sufficienter mundata ab omni macula. Tota pulchra es, & macula non est in te. Item, Serm. 16. fol. 463. inquit: Ipsa enim sanctificata fuerat in utero, ut de cætero nullum actuale peccatum contrahere potuerit, sicut dicit Sanctus Augustinus, quod nulli inter natos mulierum creditur fuisse concessum. Insuper, & si Angeli fuerint creati in gratia, at non confirmati in ea, nisi post primam voluntariam in Deum conversionem, & hoc ostendit casus eorum. Beatæ autem Virgini, data est simul & gratia, & confirmatio in ea statim post infusionem animæ. Gratia insuper plena per gratiam datam, &c.

Item, Serm. 1. de Dominica Adventûs, inquit: Angelus enim salutans eam, gratiâ plenam asserit esse, & quòd secum sit Dominus novo modo, quàm cum cæteris creaturis; ideo dixit sibi absolutè: Dominus tecum, quia cum cæteris intellectualibus creaturis est Dominus privatis modis, sed secum modo universali, comprehendens in hoc omnem modum possibilem creaturæ in participando Deum, &c. Tertiò ratione charitatis: quis enim unquam in humana natura post hominis lapsum, plus Deum dilexit, quàm Beata Virgo, quæ fuit sanctificata in utero Matris, ut nunquam secundùm Doctores etiam venialiter peccaverit? Unde Augustinus: Excepta Sancta Virgine, &c. & Bernardus: Quòd copiosior sanctificationis benedictio, quàm in aliis Sanctis, &c. Ex his gratiis conservationis ab omni peccato, certissimè argumentatur de ejus intensa charitate, &c. Lib. impress. Brixiæ 1586. in 4.

Item, Serm, 11. de Privilegiis Virginis Mariæ, inquit: Fuit Angelica salutatio per Ave, fuit præcipua sanctificatio, quæ eam deinceps conservaret ab omni peccato.

CLEMENS Barrera, Ordinis Minorum Italus, in novo Mariali, scripto Hispanicè à R.P.F. Joanne de Mata, Ordinis Prædicatorum, & à se Italicè conuersò, Serm. *in solemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ Matris Dei, ac Dominæ nostræ*, à fol. 26. usque 44. Lib. impress. Venetijs 1638. in 4.

CLEMENS Monelianus, siue Dolera, vel Olera, Ordinis Minorum Januensis, S.R.E. Cardinalis, in libro: Compendium Catholicarum Institutionum, in tract. de Symbol. Apostolorum, pronuntiavit Beatissimam Virginem dici specialiter carnem Christi, propter speciale privilegium *præservationis ab originali peccato*, &c. Vide Purpur. Marian. fol. 102. Lib. impress. Romæ 1565. & Fulginei 1562. in 4.

CLEMENS Papa Octav. approbavit, ac per totum Orbem diffundi jussit in Catechismo Cardin. Bellarmini clausulam illam: *Domina nostra gratiâ plena est, nam quantùm ad primum effectum attinet, nullius peccati maculâ, nec originalis, aut actualis, nec mortalis, aut venialis infectâ fuit.* Vide lib. impress. Romæ 1627. in 12. Velazquez, lib. 4. Alia vide in Nodo Indissolubili.

Item, concessit plures Indulgentias cum diplomatibus *pro festo Conceptionis*; Bullas, atque Brevia, pro Ecclesijs, Conventibus, ac Altaribus, &c. sub titulo Conceptionis, ut videre est in nostro Indiculo Bullarij Seraphici, fol. 266. & in lib. de Virgine Hallensi, folio 85.

CLEMENS Quint. Summus Ecclesiæ Pontifex, qui regnavit anno 1305. ex Concil. Viennensi ordinavit, quòd universaliter celebraretur *festivitas Conceptionis V. MARIÆ*. Ita Fœlix Antonius Brougnonius, in libro de Vita Christi, & Mariæ, fol. 19. Sed nescio, an rectè computet tempora Urbani IV. & Clem. V.

CLEMENS Sanchez de Verbejal, Baccalarius, & Archidiaconus in Ecclesia de Balderas Legion. in libro, cujus titulus est: Este libro es llamado Sacramental, &c. Paraque todo fiel Christiano sea enseñado en la fe y en lo que cumple à su salvacion, fol. 24. in Salutationem Angelicam, ad illud: Dominus tecum: Edice otro si, que por quatro cosas que del cielo le fueron otrogadas le fue dicho el Señor es cotigo; la primera, *porque fue sanctificada*. La segunda porque fue saludada del Angel. La tercera porque vino sobre ella el Espiritu S. La quarta porque el fixo de Dios recivio carne en ella. Impres. in fol. absque anno & loco impres.

CLEMENS Sept. Julius Medices antea vocatus, Italus, *edidit pro Ordine Monialium Conceptionis* litteras Pontific. Ita Marrac. latè, in Pontif. Marian. Item, confirmavit officium editum à D. D. Francisco Quiñones Cardinali, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut videre est in ipso Breviario, & Marrac. in Pont. Marian. fol. 183.

CLEMENS Sept. Antipapa, creatus ann. 1387. *damnavit Propositiones Ioannis de Montesono, Ordinis Prædicatorum, asserentis Virginem MARIAM conceptam fuisse in originali peccato, Incarnationemque Verbi non potuisse fieri, si Virgo maculam originalem non contraxisset*, &c. De quo videndus est latè Henricus Spondan. ad annum 1387. nu. 7. tom. 2. Articuli isti damnati reperiuntur in impressionibus Magistri Sent. ad finem,

nem & impressione antiqua Joannis Duns Scoti.

CLEMENS Sext. Summ. Ecclesiæ Pontifex, scripsit Tract. de Annuntiatione Virginis MARIÆ, super illa verb. Tota pulchra es; & super illa: Hęc est domus Domini, in quo *Deiparam MARIAM ab omni labe præservatam esse sustinuit.* Ita Daniel Meyer, sive Agricola, in Corona pro Conceptione Virginis MARIÆ, fol. 175.

Item, in Sermone de Conceptione B. Virginis, qui incipit: Erunt signa in Sole & Luna, &c. per plures rationes defendit *festivitatem Conceptionis esse celebrandam*; cujus auctoritatem integram, damus in secunda impressione Solis Veritatis. Extat hic liber manuscriptus in Biblioth. D. Fucquet, Parisijs prope Vincenas in charta pellicea in fol.

CLERICUS Julius de Ettorre, Ciuis Galatiæ in Regno Neapolitano, curavit ad annum 1614. ut Monasterium Monialium Tertij Ordinis esset sub clausura, *ac titulo Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ*, quod obtentum est anno 1643. ex mandato & Bulla S. D. Urbani VIII. Pont. Max. Ita in sua Relatione manusc. Frater Michaël à S. Eutino.

CLETUS Caleani ab Æsio, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, inquit: In Civitate Fanensi, in Ecclesia PP. Conventualium *est quædam Capella sanctissimæ Conceptionis*, cui est aggregata Confraternitas, sed ignoratur, à quo fuerit instituta, cùm antiquissima res sit. In eadem Civitate ad annum 1515. fuit fundata quædam Ecclesia, *cum titulo Conceptionis à Confraternitate talis tituli*, quę primò suas functiones in Ecclesia S. Floriani apud Conventuales faciebat.

Item, in terra Montis Albodi, in Ecclesia eorumdem PP. *est Altare Immaculatæ Conceptionis*, cum Confraternitate. In Civitate de Pisauro, est apud PP. Conventuales *Capella, & Confraternitas purissimæ Conceptionis.* In Civitate Sancti Angeli in Vado, *est Capella, & Confraternitas Conceptionis* apud eosdem PP. Conventuales. In Terra Sarnani, à PP. Conventualibus *fuit erecta Capella & Confrat. Conceptionis.* In Ecclesia nostra Montis S. Poli fabricatur quædam Capella Conceptionis, cum infrascripta inscriptione: *Rosa. Inter spinas non spinans. Nix. Ab ortu alba. Porta. Principi solium aperta. Columba. Inter Corvos unica candet. Iris. Vndequaque pulchra. Anguis. Cæsura læsa. Sol. Solem in speculo gignens, in neutro macula. Laurus. Inter alias arbores sola fulminis expers. Vnicornis. A me venena procul. Manus. Excipiens pomum cadens, non colliditur. Sinapis. Hinc longè virus. Mala punica. Vectigalis nescia. Mons Olympus. Fulmina percutiunt Montes, ego liber ab illis. Scirpus. Nullibi nodus.* Quæ omnia apud me manusc. habeo in charta expansa ab ipsomet Patre missa.

Item, *quomodo Virginis MARIÆ Immaculata Conceptio est protectrix, ex voto* à Civitate Camerinensi facto tempore belli eiusdem Civitatis, &c.

Item, agit de Ecclesiis, quæ sunt in prædicta Provincia *sub titulo Conceptionis*, scilicet in Conventu Reccineti, & in Conventu S. Iusti.

Item, de Capellis existentibus in eadem Provincia *sub titulo purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, videlicet: In Conventu Sancti Francisci ad altum Anconæ. In Conventu Sancti Sebastiani Amandullæ. In Conventu Sanctissimæ Annuntiatæ Fabriani. In Conventu Sanctæ MARIÆ Maveatiæ. In Conventu Sancti Francisci Matellicæ. In Conventu Sancti Francisci Montis Florentiani. In Conventu Sancti Francisci Murtivallium. In Conventu Sanctæ Crucis Montis Cassiani, & in Conventu Sanctæ MARIÆ de Rarano Raccineti.

Item, *de Altaribus Conceptionis Virginis MARIÆ* in Conventu Sancti Francisci Camerinen. In Conventu Sanctæ MARIÆ Novecani. In Conventu Sanctæ MARIÆ Gratiarum Montis Praudeni. In Conventu Sanctæ MARIÆ Montis Fortin. In Conventu Sanctæ MARIÆ Podij Ruiani. In Conventu Sancti Francisci Siroli. In Conventu Puritani. In Conventu Fausti, & in Conventu Sanctæ MARIÆ de Iesu, & Elpidij.

Item, in Descriptione Provinciæ reformatæ Marchiæ, inquit: *Altaria Conceptionis sunt quatuor*, videlicet: In Ecclesia Sancti Antonij de Monte Sancto. In Ecclesia Sancti Francisci de Belvideri. In Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ loci de Santo Montis Falcerum; & in Ecclesia Senogaliæ.

Item, *sunt Capellæ Conceptionis sex*, videlicet: In Ecclesia Sancti Francisci Teranij. In Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ Pisaurij. In Ecclesia S. Francisci Assij. In Ecclesia Sancti Thomæ Montis Nevæ. In Ecclesia Sancti Francisci Massæ; & in Ecclesia Sabini Asculi.

COELESTINUS Bruni, Ordinis Sancti Augustini Italus, in Quæstionibus Quodlibetalibus, quodlibet. 16. folio 656. *Quòd B. Virgo MARIA fuit semper præventa auxilijs, quod spectat ad peccatum, & reliquias peccatorum; & quòd fuit innocens, nec dubium innocentia, & puritate dubitaverit*, &c. Hoc sparsim docet latissimè per totum librum, impress. Neapoli 1641. in fol.

COLLEGIUM Societatis Iesu Eystettensis, in libro dicto: Templum honoris, in quo sapientia, & pietas, &c. parte. 3. cap. 4. An, & cur Christus, & B. Virgo sint Templum Dei? sic inquit: Tertium alterum illud Deo verè consecratum Templum est dulcissimum illud animorum mel, Virgo, ac Mater MARIA. Nam in ea tanquam venustissima Basilica sua peculiari modo à fundamentis quasi decorissimè excitanda, peculiarem curam ostendit Deus, *dum eam ab habita primi Parentis labe exemptam voluit.* Lib. impress. Ingolstadij absque anno impressionis in 4.

COLLEGIUM Vedastinum, Ordinis Benedictinorum, in alma academia Duacensi, defendit *quòd B. Virgo MARIA, in utero Matris suæ sanctificata, immunis extiterit ab omni peccato originali.* In recognitione speculi historialis Vincentij Belovacensis, tom. 4. lib. 6. cap. 65. Lib. impress. Duaci, anno 1624. in fol.

COMPENDIUM Privilegiorum Societatis Iesu: *De Indulgentia pro audientibus Missam Conceptionis Virginis MARIÆ*, §. 1. fol. 49. Lib. impress. Romæ 1586. in 12.

CONCILIA Generalia, multa statuerunt pro *immunitate Virginis MARIÆ ab omni peccato*, aliqua loquendo expressè *de Deiparæ Conceptione*: alia verò sub generalibus verbis, quorum, quæ reperire potuimus, hìc transcribimus.

Concilium Hierosolymis habitum ab Apostolis Christi Domini, hæc pro Immaculata Virginis Conceptione decrevit: *Illa Virgo, illa MARIA, ab omni præservata fuit à peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis, & libera ab omni culpa*, & qui ita non sentserit, non consequetur vitam æternam. Ita in libris plumbeis S. Montis Granatensis, in Curia Romana existentibus à P. F. Bartholomæo Pectora-

no Latinè traductis, de quo supra Velazq. lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, disser. 1. adnot. 1. fol. 309. Vide etiam Chronicon Juliani Toletani, editum à D. Laurentio Ramirez de Prado. Impress. Parisijs 1628. numero 697. & in Adversarijs num. 393. & alios quamplures, qui agunt de materia Conceptionis.

Item, in eisdem laminis Granatensibus, in lib. Arabicè conscripto de Domo gloriæ, sic dicitur: *Illa Virgo MARIA, illa Sancta, illa electa, à primo originario, peccato præservata fuit, & ab omni culpa libera,* atque hæc veritas Apostolorum Concilium est, quã qui negaverit, maledictus, & excommunicatus erit, & salutem non consequetur, sed in æternum damnabitur. Vide prædictum Velazquez, dissert. 3. adnot. unica, fol. 328. & Marchionem de Stepa, in lib. speciali de hac re edito, & verb. Bartholomæus Pectoranus.

Aquileiense Concilium, *determinavit festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis* esse diem festivum, ut dicitur in lib. Constitutionum Bellunensis Ecclesiæ, fol. 68.

Avinionense Provinciale congregatum ex tredecim Episcopis Gallis, Præsidente Petro de Fujo Legato à Latere, ac S.R.Ecclesiæ Cardinali, Ordinis Minorum, ac Alano Cœtiro, etiam S. R.E. Cardinali, edidit statutum, sanctionem, seu Canonem tenoris subsequentis: *Decretum in Concilio Basileensi de Conceptione Beatissimæ V. MARIÆ, statuimus inviolabiliter observari, districtè omnibus inhibendo sub Excommunicationis pœna, ne quisquam aliquid in contrarium prædicare, vel publicè disputare audeat, quòd si secùs aliquis fecerit, dictam sententiam eum incurrere volumus ipso facto.* Et in prima Synodo per Diœceses, per quemlibet celebranda prædicta statuimus publicari, & Curatis Ecclesiarum injungi, ut hæc populo manifestent. Datum in Ecclesia Cathedrali Avinionen. die 7. mensis Septembris, anno Incarnationis Dominicæ 1457. Pontificatûs D. nostri Calixti Papæ III. anno 3. Extat in Regest. nostri Armament. col. 45. & R.P. Hippolyt. Marrac. in Purpur. Mar. folio 8. & folio 369. ubi adducit nomina Episcoporum subscribentium; & cùm essem Romæ, dixit se habere prædicti Canonis instrumentum authenticum; Censores verò illius Curiæ nolle, ut typis mandaretur.

Basileense Concil. licèt non Canonicum, de Conceptione Virginis MARIÆ, sic inquit: *Doctrinam illam differentem, gloriosam Virginem Dei Genitricem MARIAM præveniente, & operante Divini Numinis gratia singulari nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab originali, & actuali culpa, sanctamque, & Immaculatam, tanquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam sore, tenendam, & amplectendam diffinimus, & declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, & docere.* Vide alia in sess. 36. prædicti Concilij, & Auctores citatos, in Regest. nostri Armament. Seraph. & Joannem Antonium Velazquez, de MARIA Immaculatè concepta, libro 4. dissert. 3. adnot. unicâ, fol. 328. & Nodum Indissolubilem. Item, idem Concilium edidit particularem Missam & Officium *pro festivitate, & die Immaculatæ Conceptionis,* cum Introitu, & Orationibus diversis, quæ communiter recitantur in officio Romano, vel Fratrũ Minorum; nam Introitus est: Gaudeamus, &c. Vide Missale impress. Lugduni 1544. in 4. & nostrum Chorum Castrorum.

Cæsaraugustanum celebratum anno 1078. postquàm vocavit Virginem MARIAM Immaculatam, ex clara stirpe David, sic concludit: *Sancta Synodo approbante statuimus, præcipimus, & ordinamus, volumus & mandamus, quòd de cætero festum Conceptionis ipsius Virginis, quod est 8. die mensis Decembris, tam à Clericis, quàm populis per Civitatem, & totam Cæsaraugustanam Diœcesim singulis annis, perpetuis temporibus celebretur, colatur, & servetur, ab omni servitio & feriali opere quiescendo.* Ita Euseb. cap. 8. Excep. fol. 78.

Cantuariense Provinciale in Anglia, determinavit festum Conceptionis Virginis MARIÆ esse celebrandum, ut refert Joannes Bacconius, his verbis: Concilium Provinciale Cantuariense, noviter anno 1328. mense Januarij declarat, quòd istud festum Conceptionis celebratur de B. Virgine, ut eius Conceptio prædestinata erat ad Filij Dei Incarnationem, & sic celebratur ut Matris Dei. Unde novam formam Statuti fecit dictum Concilium in hæc verba; *Quia inter omnes Sanctos memoria Beatissimæ Virginis, & Matris Domini eò frequentius agitur, atque festivius, quò majorem gratiam apud Deum (qui ejus Conceptionem prædestinatam ad Unigeniti sui temporalem originem veraciter ordinavit) creditur invenisse; Venerabilis Anselmus prædecessor noster,* qui, &c. Sic Baconius, tom. 2. Quodlibet. libro 13. quæst. 14. fol. 775. Petrus Ojeda, cap. 12. Alij citant hoc Concilium, ad ann. 1320. Alij verò 1326.

Constantinopolitanum, seu sexta Synodus Generalis, sub Agathone Papa celebratum, ad ann. 682. actione 8. sic pro puritate Virginis: *Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum Incarnatum esse de Spiritu sancto, & sancta, Immaculataque Domina nostra Dei Genitrice, semperque Virgine MARIA.* Item, actione 11. aliis 12. Verùm intactum ingressus Virginitatis puritate lustrata MARIÆ Sanctæ, pleraque & quæ Dei sunt sapientis, *& ab omni contagione liberæ, & corporis, & animæ, & intellectus* incarnatur, qui erat incarneus, & formam suscepit nostram; sive sit, ut alij legunt, ab *omni labe corporis, & animæ.* Ita apud Ferd. de Vergara, capite 1. fol. 3. Et etiam, actione 12. loquens de Christo Domino: *Quia sine peccato conceptus de Spiritu sancto, etiam sine peccato est partus de sancta & Immaculata Virgine Dei Genitrice, nullum experiens contagium vitiatæ naturæ.* Et infra, actione 18. Confitemur JESUM Christum *in vulva illibatæ Deiparæ Genitricis Virginis MARIÆ habitasse, & animam, & corpus per Spiritum sanctum ex sancta, & immaculata carne ejus in propria substantia carnem sumpsisse nobis consubstantialem.* Item, citant ex hac sexta Synodo, act. 11. & 12. verba illa: *A Divinitate assumpta est nostra natura, illa, quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitiata.* Vide circa relatas auctoritates Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immac. concepta, dissertatione 3. adnot. unica, fol. 228. Item, sic citantur verba hujus Concilij: *Quæ Immaculata semper extitisti ab exordio tuæ creationis, &c.* Et Epistola Sophronij, *MARIAM ab omni contagione, sive labe liberam fuisse;* & ad marginem sic: Nota de puritate Conceptionis Beatæ MARIÆ. Ita Novaes, in lib. Lilium inter spinas, fol. 212. Alij etiam citant sess. 8. & 18. hujus Concilij. Martin. Philipp, in Theatro, sæcul. 8. Vide omnes qui scribunt de Conceptione.

Ephesinum, *vocat Virginem MARIAM Immaculatam.* Ita Euseb. Nieremb. in lib. Excep. fol. 69. & propter

ter hanc vocem adducitur à multis pro mysterio Immaculatæ Conceptionis.

Lateranense celebratum anno 1515. tempore Leonis X. in quadam Sessione Decretum fecit, *non esse impium credere Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, &c. Ita Petrus Martyr de Angleria, illius temporis Scriptor, in lib. 28. Epistolarum, Epist. 545. fol. 124.

Nicœna Synodus secunda, actione 7. alijs 6. ad annum 600. loquens de veneratione imaginum, inquit: Maximè autem in imaginem Domini, & Dei Salvatoris nostri, *deinde intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ*, &c. Garcia Loaysa in notis ad Concilium Eliberitanum, fol. 30. Alij citant actionem 6. sic: Omnem apud Deum, qui ex eo genitus est habuisse libertatem, vox Græca, immunitatem. Vide Canysium, lib. 4. cap. 20. & Novaes in Lilio inter spinas. Verb. Concilia.

Oxoniense in Anglia, congregatum anno 1200. Canon. 1. de festis, inquit: *Et festum Conceptionis B. MARIÆ*, licèt adhuc celebre non fuerit per universum Orbem, &c. Ex Crespecio, & Leone, class. 8. Habemus originale.

Polonienſe, cap. 59. sic inquit: Niveum illud Gedeonis vellus, quod in area sicca maduit, cujus aliud præfigurabat simulacrum, nisi MARIÆ? *Quæ procul quidem à carnis contagio semota, verùm cœlesti rore tantùm compluta, Trinitatis opificio Deum pura concepit, pura enixa est, pura post editum partum permansit*, &c. Vide Euseb. Nieremberg. in lib. Except. cap. 8. fol. 79.

Sanctæ Severinæ Concilium Provinciale à sacra Congregatione Concilij nuper revisum, in titulo de dierum festorum observatione, ad diem 8. Decembris habet: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*. Lib. impress. Romæ, an. 1597. in 4.

Septima Synodus Generalis, ad ann. 787. alijs 754. actione 2. vocat passim *Virginem MARIAM intemeratam, Immaculatam, incontaminatam, & inculpatam*, &c. Ita Novaes fol. 112. Mart. Philippus sæculo 8. fol. 1206.

Tertia Synodus Generalis, ad an. 430. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*, ut refert Photius Patriarcha, in Epist. ad Bulgariæ Principem. Vide Novaes, fol. 212.

Toletanum 11. habitum in Urbe Imperiali Toletana, in Ecclesia S. MARIÆ, à septemdecim Episcopis, anno 4. Regis Wambæ, Era 713. Sept. Idus Novembr. sic inquit: Pater enim æternitatem habet sine nativitate; Filius æternitatem cum nativitate; Spiritus verò Sanctus processionem sine nativitate; de his tribus personis, solam Filij personam pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato *de sancta, & Immaculata MARIA Virgine credimus assumpsisse*. Ita in Concilijs à Garcia de Loaysa editis, fol. 546. Lib. impres. Matriti, 1593. in fol. Novaes in Lilio inter spinas, fol. 215. Nieremberg. Lib. Excep. cap. 8. fol. 74. Et citant Concilium Toletanum 4. ad an. 630. in quo Rex Sysinandus fecit Decretum *de Immaculatæ Conceptionis festivitate*. Novaes in Lilio inter spinas, fol. 258.

Tridentinum, sess. 5. postquàm egit de Adami prævaricatione, & lapsu omnium filiorum eius in peccato originali, inquit: *Declarat tamen hæc ipsa S. Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem MARIAM Dei Genitricem*; sed observandas esse Constitutiones Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis contentis, quas innovat. Vide nostrum Armament. Seraph. & Auctores ibi citatos, atque Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculata concepta, dissert. 3. adnot. unica. Hoc Decretum expeditum fuit à sancta Synodo, die Jovis, 17. Junij, ubi interfuerunt quinque Cardinales, novem Archiepiscopi, quadraginta novem Episcopi, duo Procuratores, duo Abbates, tres Generales Ordinum; prædicavit R. P. Fr. Marcus Laurens Caleber, Ordinis Prædicatorum; & Missam celebravit Alexander Picolomineus Senensis, Episcopus Pientinus, ut refert Spondan. num. 6. Et in Tridentinæ Synodi Actis, & Decretis, &c. adducit Decretum de Conceptione factum anno 1546. die 17. mensis Junij, &c. ut supra, ut dicitur in lib. impres. Mediolani 1548. in 12. regali. De hoc Decreto omnes Scriptores agunt. Item, in conclusione hujus Concilij Trident. Patres congregati *solemnem diem Conceptionis Virginis MARIÆ celebraturæ*, &c. fertè pro gratiarum actione, ut dicitur in libro Synodalium Constitutionum Saluthiarum Ecclesiæ. Impress. Caramagniolæ 1585. in 4. pag. 119. Item, in lib. dicto: Concilij Trident. Conclusiones ordine alphabetico, lit. M. *MARIA V. non comprehenditur à Concilio Tridentino, cùm agit de peccato originali*, sed renovat, ut observandas Constitutiones Sixti IV. Liber manuscrip. in Bibliotheca S. Francisci trans Tiberim in 4. Acta istius Concilij inveniri etiam apud P. Soave.

CONFRATERNITATES erectæ per totius terrarum Orbem, *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, sunt pœnè innumerabiles: quia nulla extat Civitas, Populus, Villa, seu Terra, imò quasi nulla Ecclesia, in qua non sit aliqua hujusmodi Confraternitas. Ut ergo hoc non existimetur gratis dictum, & ex aliqua saltem parte cognoscatur totum, decrevi hìc transcribere ordine alphabetico Confraternitates, quæ solùm ab ann. 1576. usque ad annum 1582. aggregatæ fuerunt Archiconfraternitati Immaculatæ Conceptionis Sancti Laurentij in Damaso de Urbe, ut reperiuntur in quodam parvo libello manuscripto ejusdem Archiconfraternitatis. Si enim ex solo sexennio tot, tantæque Confraternitates erectæ, & aggregatæ fuerunt illi Archiconfraternitati ex solâ ferè Italia; quæ erunt aggregatæ per alios annos? quot non aggregatę? quot denique existentes per alias mundi partes, ac Regiones totius Christianitatis? Quæ ergo extant in prædicto libello ut licè scripto, sunt sequentes.

Amatrice. Arpino. Andira. Arezo. in Toscana, & confirmata. Atella. Arriano città. Arimini città. Aversa. Alexandria città. Acquaviva de Bari. Avellino città. Auguletta terra in Regno. Atilia casale de Cosenza. Arena terra Diœc. de Militi. Ancona città. Alboto terra. Avellu Diœc. Nolen. Acerra città. Aquilla città. Asculi terra Diœc. de Trevisi. Ametia città. Argetti terra. Amalfi città. Aste città. Amantea città Tropien. Diœc. in Calabria. Angloni terra in Provincia in Abrusso. Aprigliano Diœc. de Cosenza. Aquipendente in Patrimonio. Anagni città. Assolo terra de Trevisi. Albeti terra. Altavilla terra. Altamura nullius Diœcesis. Alcana inferioris Bergamen Diœc. Ayerule Almafitan Diœcesis. Augubij in Ecclesia S. Francisci. Archo terra Trident. Diœcesis.

Bri-

Brisighella. Brisella. Brisello terra Ferrarien-
sis. Baroli terra. Brindessi città. Bergamo. Bene-
vento città. Burgo de Galeratta Diœcesi de Mi-
lano. Bagnolo terra Diœc. de Nusco. Burgentia
terra Diœc. Marsican. Bitonto città. Bari città.
Belloni città. Belgiobielo in Lombardia. Bressia.
Bovalini terra Geracen. Diœcesis. Burgo Terço-
distrito de Bergamo. Bellitre città. Buccini terra
Cosanen. Diœc. Busseti nullius, seu Cremonen.
Diœc. Bovini città in Ecclesia S. Francisci. Bolog-
na nella chiesa di San Giorgio di Servi. Burgo di
S. Sepulchro. Briença terra. Bassana Vicentin. Di-
œcesis. Bibiena in Toscana. Biamo terra Gera-
cen. Diœcesis.

Camerino. Cisterna città di Castello extra mu-
ros. Città di Castello intra civitatem. Cassale. Lis-
pasiano minori in Calabria. Cæsaraugusta Regni
Aragonum. Cassale. Castro Villa. Cirinola. Cag-
liari Casteldurante. Conversana. Castelpropaci.
Canturio Diœcesis de Milano. Canaya Assisiensis
Diœcesis. Corigliano Diœcesis de Rosano in Ca-
labria. Città de Avelino in Regno. Cilento Ca-
putaquen. Diœcesis. Castello in mare d' stabbia.
Città di Tricarrissi. Città di Rosano in Regno.
Città di Gaetta. Città de Avelino. Castel San Se-
condo Diœcesis Parmen. Castello Rebenga Pa-
lestin Diœcesis. Città de Chiesi Cancaro città in
Calabria. Citraro terra. Civitas Tabernarum.
Civitas Scalarum. Città de Como. Città de Riet-
te. Città de Luchera in Pulia, ò Calabria. Civittà
Ducal. Città Leocatæ Agrigentin. Cossenza
città. Crotone città in Calabria. Cantiano ter-
ra Diœcesi. de Augubio. Cropni terra in Ca-
labria. Cassalis martiorum Cossentin. Diœcesis.
Cassalis Diœcesis Caputaquen. Castillionis Are-
tin. Diœc. Colalto Diœc. de Ceneda in Friuli. Cer-
celi Beneventan. Diœc. Caettarum civitas fuit a-
liàs aggregata anno 1580. absque consensu Epis-
copi. Castri S. Poli Savinen. Capitis sileris Con-
sanen. Cassalis Paternij Cossentin. Cassalis Ye-
roie Oppiden. Diœcesi. Castri S. Quirici Piectirē
Diœcesi. Cropolati Rossanen Diœcesi. Cassalis B.
Nicolai Nicotren. Diœcesi. Castrigeni terra Tri-
dentin. Diœcesi. Civitas Regia in Calabria in Ec-
clesia S. Mariæ Annuntiatæ. Coquin civitas in
India, in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Guadalupe.
Chissonij Oppidum Bergamen. in Ecclesia S. Ma-
riæ Gratiarum. Castrum Franean. Diœcesi. in Ec-
clesia Sancti Antonij Conventualium. Castellana
città. Cremona città. Condignola terra Castel
Sanguine in Abrusso. Cassano terra Diœc. de Mi-
lano. Caravaggio Carnano terra. Castro in parri-
monio. Cagiano terra. Cassiano città in Calabria.
Città. Cingulo città nell' Marchia. Colonia terra
Diœc. Vicentin. Cessena città. Castellazara terra.
Comachio. Colognola Diœcesi. de Luca. Chuissi
città in Toscana. Crebalcore terra Comitatûs Pa-
noniæ. Celio terra de Novara. Clavari terra Ianver
Diœc. Curtis majoris Placentin. Diœc. Cassalis
majoris terra Cremonen. Carvia città. Castello
terra Provinciæ Baren. nullius Diœc. Castiglioni
terra Tridentin. Campibassi Robinen. Diœcesi.
Caruculi terra Reatin. Cuis Comen. Diœcesis.
Campli terra Aprutiæ. Capua città. Celalbe
castri civitatum Castellæ. Cito terra Braticen.
Caranice terra Sutrin. Diœcesi. Castro Regali
distrito di Messina. Capo de Istria città de Ve-
necia. Civitas Cabensis. Castilucia terra Caputa-
quen. Corpi terra in Ecclesia Sancti Nicolai
Bononien. Diœcesi. Cartecole. Valenca in Tos-
cana.

Dessantiva, aliàs Valenca. Diano nel' Princi-
pato in Regno. Decla terra Meritonen. Diœc.
Dalla posta terra Reaten.

Este terra Patavinæ Diœcesi. Empoli castello
Diœcesi. Florentin. Endena terra de Bergamo.
Florentia in Ecclesia Sancti Jacobi supra Arnū.
Item, in eadem civitate cum licentia Ordinarij,
in Ecclesia Sanctæ Crucis, Ordinis Minorum.
Fosambruno Ducatûs Urbini. Franca Villa in
Calabria. Fano. Fabriano nella Marcha. Ferrara.
Fundi. Franchica terra in Calabria Militen. Di-
œcesis. Fermo città nella Marcha. Foggia Diœ-
cesis de Troya. Feltren. città. Fercule terra Eu-
gubin. Diœcesi. Fontanelli terra Diœcesi. Par-
men. Franca Villa Teatin. Diœcesi. Faenza in
Romania. Forli città. Fichino terra. Friuli città.
Fossano città. Formiggine terra. Fridi terra seu
città. La Frama Diœcesis de Eugubio.

Guastala. Gravina. Galipoli città. Goleta nel'
Principato di Basilicata. Galleta Burgo Diœcesis
de Milano. Gimiliano Catacen. Diœcesi. Garg-
nagno terra Brigien. Diœcesi. Genua. Gifoni
terra de Salerno. Gavardi terra de Briscia. Gu-
asto terra. Guissi terra Reatinen. Gulonssi terra
Abrutin Diœcesi. Guastala.... Diœc. Gadini op-
pidi Bergamen. Gazanico terra Diœc. Borga-
ten. Gifini Salernitan. Diœcesi. Genua civitas in
Ecclesia S. Francisci. Gragnano terra Diœc.
Letren.

Hierra in Regno d'Neapoli. Horte città in Sa-
bina super flumen. Hiporrigiensis civitas in Ec-
clesia Sancti Francisci. Hidrunti civitas. Her-
bushei districtus Brixien.

Jera nell' Regno d'Neapoli. Jeshei terra Brix-
ien. Diœc. Jenua; vide G. Joja Provinciæ Bar. In-
dia Occidental. Maris. Julia nova in Regno. Im-
mola città. Ilareni civitas. Juliani terra Ferren-
tin. Diœc. Jonadi terra Militen. Diœc. Interа-
men città in Ecclesia Sanctæ Mariæ Gratiarum.
Josello in Lombardia.

Luca. Leccie. Lodi. Ligniano Diœcesi. de Arimī-
ni. Lorenzana in Basilicata. Lauretan. id est Lo-
reto. Luceria città. Lugo. Lima città in Jndia
Occid. Loreto terra in Abruzo. Leocta terra
in Sicilia Agrigentin. Diœcesi. Logiano d' Ari-
mini. Larina città in Regno. Lauria terra Poli-
castren. Lupsij terra Teatin. Diœcesi. Luzorio
terra Bissignianen. Lanate Diœcesi. Veronen.
Lauerani Provincia Estratibussen. Diœcesi. Led-
dinaria terra Adrien. Laurin Caputaquen. Di-
œcesi. Lauri terra Aquilanen. seu alterius Diœc.
Martina. Manopoli. Montepiloso. Misagna Di-
œcesi. de Brindis. Mirandula. Militi, seu Palestina.
Monsa. Mondovecia Latinè Mantua. Matera. Mo-
rano. Mendola Fotinen. Diœcesi. Monteleone in
Calabria. Monteleon Diœcesi. de Caserta. Mode-
na. Monopoli. Marturano, in Calabria. Miglio-
rico in Regno. Mirigliano Diœcesi. de Nola. Mā-
fredonia città. Marsive città in Regno. Monte
Melone Camerin. Diœcesi. Meianei, aliàs Mes-
sagna terra de Brixia. Monteopoli. Montefalco.
Mari terra de Melfi. Montesarchi terra de Bena-
vente. Matalone in Regno. Montecorbino Diœ-
cesi. de Acerni. Marchianisi Diœcesi. de Capua.
Marsico città in Regno. Mirabella terra Diœc.

de

de Avelino. Milano città. Montemurri terra in Regno. Martino terra in Regno Diœcef. Tarantin. Mileti città. Maximo terra Baren. Diœcef. Maide terra Nicaſtren. Martio terra d' Coſſenſa. Mertara Diœcef. de Villebani, in Eccleſia S. Bernardini. Monticello terra Vicentin. Diœc. Marigniano terra Diœc. d'Milano. Montidi Abrutin. Diœcef. Montisbodi terra Senogal. Diœcef. Martinengo Brixien. Diœcef. Maranole Cajetan. Diœc. Montelans Canen. Diœcef. Montis Falconi terra Ananen. Mercurani Regni Neapolis. Mondulà Senogalien. Monteſilino. Martorana. Montis Realis terra Reatin. Diœcef. Maire in Calabria Diœcef. S. Marci, in Eccleſia S. Mariæ, &c. Monte Bargii terra. Montis Sancti Angeli Manforden. Diœc. Majoricarum Amalphetan. Diœc. Montepulchiano città. Montebarchii in Toſcana. Monte de la Fedè. Modica terra. Monte Barchii terra Diœc. de Fieſſoli Dominio de Fiorenza.

Navara. Neapoli. Nola in Regno. Nicaſtro in Calabria. Nicotera città in Calabria. Nochera città. Noventa terra. Nercia Diœcef. Spoleti. Nochera città in Umbria.

Octaviano Diœc. de Nola. Orbieto. Ortone amare città. Orcinovi Diœc. Brixien. Oſſuna Villa Diœc. de Sevilla. Otranto città, Idrũtum Latinè. Oppidum civitas. Oriulo Provincię Calabrię Anglonen. Diœ. Parma. Potenza. Piaſſenza. Piſtoia. Poleſtina Diœ. de Melito. Ponteremolo. Puzzolo in Regno. Palermo città. Procero terra. Proraco de Camerino. Piſtiota Diœc. de Capaccia. Piſtici terra in Baſilicata. Pola terra Diœc. de Capazo. Poſta dell' Aquila terra. Polona terra in Calabria Militen. Diœc. Pietrapagana, ò Pieſco. Patri terra nullius Diœc. Pilci terra Anagninæ Diœc. Peruggia. Piſtoriæ civitas. Paduæ, in Eccleſia S. Antonij. Poſta de Macçlonę terra. Pitigliano terra. Palma terra Militen. Puntormo terra Diœc. Florentin. Pola terra Caputaquen. Papia civitas. Pabia, in Eccleſia S. Franciſci. Puolo terra Ducato d' Milano. Prato Albrino terra. Piſa. Priciti terra Diœc. de Luca.

Quinque Frondi in Calabria. Quintiano terra de Brecia.

Ruuo in Regno. Rocha contrada. Rutigliano de Bari. Roccha Secca. Reggio in Lombardia. Racle terra Neditonen. Diœc. in Calabria. Rocchaſpida Caputaquen. Diœc. in Regno. Ravenda. Roſano. Revenga caſtello Palentin. Diœceſ. in Hiſpania. Riette città. Rende terra Coſſentin. Diœc. Ripa terra Diœc. de Trento. Rogliano terra Diœc. de Coſenza. Regum terra Acumeli Aſſurlan. Diœceſ. Riciolis Brixien. Diœc. Ravena per ordine del Padre Octauiano, dell' Ordine de S. Franceſco. Raguſſi a città in Eſclavonia. Rivera, ó Riperi. Ripalta Cremonen. Diœceſ.

Santo Cipriano, Salernitan. Santo Germano. Santo Lorenço in Campo. Santo Angelo in Vado. Santa Maria in Avigliano Campanen. aliàs Sahinien. Sabia. Sala Coſtanen. Diœc. Salerno. Seminaria città d'Melito. Sarno città. Sorento città. Santo Severino Salernitan. Diœ. Santilano Diœce. de Tricarrico. Saponara Diœceſ. de Mileto. Santa Agata città in Regno. Soccino caſtello de Cremona. Santa Agata terra Beneventan. Sarno città Provinciæ de Abruza. Santo Severo Diœc. Salernitan. Sermoneta. Salſolo terra. Savigniano terra. Soma terra Novalæ Diœc. Speciano città de Coſenza. Santo Secundo Diœc. de Parma. Sereno Diœc. de Palermo. Servia città. Sonenno Teracinen. Diœc. Scaleà terra in Calabria. Stongoli terra in Calabria. Salmone città. Sinopoli Militen. Diœc. S. Agata terra in Apuglia Bovinen. Diœc. Sicli terra Syracuſan. Diœc. Saladio terra Brixien. Diœ. Scilla terra Squalacen. Diœc. Santa Maria de Pietro terra ſummæ Nolanen. Diœceſ. S. Maria dell' Grazie di Fratri Minori for di Arimini. S. Nicolai for della porta. Salmone di Fratri Minori. Sena civitas. S. Angelo città de Calabria. S. Angelo terra Faſſanellæ nullius Diœc. Sulmona città. Sale terra Caputaquen. Siſia città Reginen. Soliani terra Arminen. Senogalia in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum. San Remulo Albiganen. S. Joannis Rotondi in Puglia. Squilacij città in Calabria. S. Felicis Provinciæ Baſilicatæ. S. Joannis in Perſiceto Comitatûs Bononien. S. Fœmine terra de Nardi Spolceo. S. Remo Januen. Diœc. Sermito Caſtello Diœc. de Mantua. S. Caſciano terra in Toſcana. Silice terra in Sabina.

Taranto. Termini città. Terra Tramontis Diœc. Neapolitan. Tropea in Calabria. Turella terra in Regno. Toci Teatin Diœc. Troia città in Puglia. Terra Marſſenisi Capuan. Diœc. Terra Foccia Diœceſ. de Troia. Terra Cum Comes Diœc. Terra Sarconi in Baſilicata. Terra Terſicti. Torre del Grego. Terra della Poſta Reatin Diœ. Terranova in Regno. Tropea città. Toccio terra Diœc. de Chieſi. Taverna città in Calabria. Turſi città in Baſilicata. Terra S. Angeli nullius Diœc. Tino terra de Aliſo. Treviſij città. Termoli città in Regno. Terra Clararum Brixien. Diœ. Terra Plani Suanæ Diœc. Terra petra in Apuglia. Terra Pugliani Salernitan. Tridentina città. Terra S. Petri in Galatina Udentrin, in Eccleſia S. Catharinæ. Teano città, in Eccleſ. S. Antonij de Padua. Terra Leoni Diœc. S. Angeli in Regno. Tino terra Diœceſ. Galiſo, talia aggregata die 13. Maij 1581. Sed iuſtis de cauſis fuerunt de novo expeditæ litteræ. Treviglio terra. Teno terra ſeu Caſtriteni Diœ. de Trento.

Viterbo. Valencia, aliàs de Xativa. Villaverde. Vignale Diœc. de Salerno. Vitella Cremonen. Diœc. Venoſe città. Vareſe. Villarobreda Diœc. Toletan. Urbino. Urchenove Brixien. Diœc. Verma fù reſtituta la ultima Bolla conceſſa all' Frati di S. Marcello nella Chieſa d' S. Maria della Stella ſoto l' ſette di Marzo d' 1580. per ordine, & decreto della Congregatione. Vercelli. Villa Bolelagarinæ Tridentin. Diœc. Villanova Caſſalen. Diœc. Verona. Vicheria caſtello. Udene d' Venecia. Villa terra Diœc. de Trento. Verbicári terra Caſſanen. Venecia Vinearum civitas, in Eccleſ. Fratrum Minorum. Urſi Marſis Caſſinen. Diœc. Vallatæ terra Biſatiarum Diœc. Venaſtra città. Velliarum terra. Villaucaleonis Niquen. Diœ. Venoſa città duplicata per la ſeconda volta, die 23. Septembris, in Eccleſia Fratrum Conventualium. Vintimili città. Vaſtiterra nullius Diœc. Volaterrana extra mœnia in alio loco fuit aggregata. Ulisbona in Eccleſia S. Stephani. Viccus città. Aquen. Diœc. Vincença città.

Zare civitas. In alio libro prędictę Archiconfraternitati ab ann. 1637. uſque 1642. ſunt unitæ & aggregatę ſequentes Confraternitates: Monte Cſi dell' caſtello de S. Mariano. Stellicira. Fileto de la Abacia di San Benigno. Valleta dell' Inſula de Malta. Galloro Diœc. de Albano. Regniana Diœceſ.

Dicec. de Pela. Cancelli Dicec. de Fiessoli nella chiesa de Narbona della doctrina Christiana. Lagiara de Fontenallato Dicec. de Parma. Lesi città nella Chiesa di S. Foriano. Avio Dicec. de Verona. Giuglia in Dicec. Castellana. Villa de Nurcia de catel de S. Angelo nella Chiesa di S. Bovalene Dicec. de Verona, in Eccles. Archipresbyt. Pisonearum. Salutio Dicec de Lusino. Otano Dicec. de Arelo. Della Piebe Dicec. de la città de Castello. Encheſi Dicec. de Spoleto. Barbosarone Dicec. de Milano. Montesinero della terra de Iago negro Dicec. de Policrato. Reccia de Capraniа Dicec. de Mantua. Sarçan in Eccles. di S. Rufino Dicec. Berton. in Eccles. de S. Miniato, in Collegio del Monasterio Cluniacense. Matisionense. Embongonovo Dicec. de Piazenza. Nel Cassale di S. Vitorino Dicec. de Nola. Saccilo nella Chiesa Collegiata Dicec de Aquileia. Nella città de Minco Dicec. Syracusanæ. Nel luogo de Oreiatigo Dicec de Gualterra. Lumello Dicec. Papien. In loco Bardi Placentin. In terra Capracotæ Trivenariæ. Terræ Castri S. Joannis de Olutra Dicec. Placentin. In Civitate Biglibani. In Caramagnola Salutiarum. Nella città Terrebisi Montis S. Angeli Sipontin. In terra Archignani Bitontin. In città Nucheræ Paganorum. In terra Mede Papien. In Monte Maiori Fanen. Garfagnari Dunen. Farçanen. In città Gratz Salisburgen. In terra Itris Dicec. Geraçen. In Vincor Bissuntiæ. Turrichio. Piscіæ nullius Dicec.

Item, de civitate Altamuræ habemus quoddam instrumentum authenticum, quod incipit sic: Universis, & singulis præsentem procurationem per Epistolam inspecturis, visuris, pariter & lecturis, sit notum & manifestum, qualiter nos infrascripti Confratres *Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* civitatis Altamuræ, &c. expedirum 17. Novembris, anni 1581. ubi subscribunt quadraginta octo Confratres.

CONGREGATIO Rituum S. R. E. Cardinalium, edidit Decreti *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ* à Concil. Trident. facti declarationem, ut dicitur in lib. impress. Lugduni apud Laurentium Durand. ann. 1634. in 4.

Item, approbavit Concil. Provinciale Ecclesiæ Sancti Severini, coactum à Francisco Antonio Archiepiscopo, in quo præscribitur modus prædicandi *in die Conceptionis B. ac gloriosæ Virginis MARIÆ*, & præcipitur observatio prædictæ festivitatis, ut dicitur in lib. impress. Romæ, anno 1497. in 4. Vide verb. S. Severini Ecclesia.

Item, approbavit officium *Conceptionis B. Virginis*, & per totam octavam, ut in lib. impress. Neapoli 1628. in 8. Approbavit etiam *officium Conceptionis Virginis MARIÆ, pro Fratribus Carmelitis Discalceatis*, ut in eorum officijs dicitur impress. Romæ 1629. Approbavit etiam *officium Conceptionis Virginis MARIÆ Ordinis SS. Trinitatis*; ut dicitur in eius Breviario impress. 1641.

CONRADUS Klingius, Ordinis Minorum Exfordien, *in festis Conceptionis MARIÆ Virginis* indicem concionatorium, in lib. de locis communibus Theologicis. Item, l. 4. fol. 449. c. 43. Quòd Christus Dominus summo honore dignatus est Matrem honorare, *eam præservando à peccato, ita quòd neque originali, neque actuali peccato subiacuit.* Impress. Parisijs 1574. in 4. & 1565. & Coloniæ Agrippinæ, anno 1562.

CONRADUS Koellim, Ordinis Prædicatorum Ulmensis, in 1. 2. Divi Thomæ, quæst. 81 de traductione originalis peccati, explicat illud D Thomæ: Ad tertium, dicendum: *Quòd illa purgatio præveniens ad Beatam Virginem non requirebatur ad auferendum transfusionem originalis peccati*, &c. Et respondet ad finem quæstionis: Ista autem recenseo, non ut ego aliquid in ista re temerariè velim asserere, sed cōmemorare, quid senserit suo tempore D. Thomas post alios Sanctos loquens, qui nunc exponendus venit, &c. Impress. Coloniæ 1512. in fol. & Venetiis 1589. in folio, & ibidem 1599. folio 242. Et licèt ibi latè agat de propagatione peccati originalis secundùm legem communem; neque comprehendit, nec nominat Virginem MARIAM. Hunc existimo esse, quem Pater Vega in Theolog. Marian. folio 152. citat sub nomine Conradi præcisè.

CONRADUS Pellicanus Germanus, in quatuor Evangelistas, in cap. 1. Lucæ, fol. 208. ad illud: Invenisti gratiam, inquit: Sed illud tibi satis, quòd nacta es gratiam ac favorem apud Deum; quòd ab eo super omnes diligeris mulieres; quòd te super omnes benedixit; favorem ejus assecuta es; quòd te elegit præ cunctis ad mysterium sacrosanctum expediendum, quod erat ab exordio sæculi Patribus & Prophetis promissum. Non hic dicitur MARIAM invenisse gratiam Dei pro toto mundo, ut illam fidelibus ipsa largiretur: Christus ipse solus est, qui gratiam invenit tam pro ea sua Matre, *quà nunquam caruit electa Dei Mater ante mundum conditum*, &c. Lib. impress. Tigurii 1582. in folio.

CONRADUS Saxo, sive de Saxonia, cognomento Holxingarius, Ordinis Minorum, in salutationem Angelicam, scripsit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absq; originali peccato*, ut refert Antonius Daza in Opere de Concept. 1. fol. 48. Sed in eodem Tractatu citatur ab Adversariis pro sua opinione. Quid autem circa hoc dicendum sit, ignoro: nam invenire nequaquam potui prædictum hujus Auctoris Tractatum.

Item, citatur ab Adversariis Serm. 2. de Nativit. Sermo verò sic incipit: Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum, Proverb. 26. *Vas fuit purissimum B. Virgo MARIA, quæ rubigine ablata per sanctificationem in utero, sancta, & purissima hodie egressa est de utero.* Bernardus: Fuit proculdubio Mater Domini antea sancta, quàm nata, &c. Et nihil aliud habet de hac materia. Ex quibus non potest colligi ipsum contrariam sustinuisse sententiam, de quo in alio Tractatu agimus latè. Extat in Biblioth. Scorialis manusc. Plut. VI. F. 2. in pergameno.

CONSALUS Durantus à S. Angelo in Vado, Presbyter; in Notis ad Revelationes S. Brigittæ, lib. 1. cap. 9. fol. 15. num. 1. 2. 3. & 4. atque præcipuè 5. ad illa verba: Et mox anima cum corpore sanctificata est: *Quòd, ly sanctificatio, indicat ab originali peccato præservationem; nam sanctificari non accipitur pro eo, quod cùm prius esset immundum, postea mundaretur, & purgaretur; sed esse phrasim sacrarum litterarum, & significat sanctificari id, quod antea non fuit immundum*; quod probat auctoritate SS. PP. Scriptura, & Exemplis. Item, l. 6. c. 45. f. 547. ad illa verba: Et veritas est, quòd ego concepta fui sine originali peccato; latissimam facit notam, *ubi probat B. Virginem in sua Conceptione originale peccatum minimè contraxisse;*

traxisse, ex auctoritate Conciliorum, Sanctorum Patrum, ac modernorum Doctorum, latè.

Item, lib. 6. cap. 45. fol. 559. & 560. ad illa verba: Sed scito, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit; *agit de Conceptione Immaculata Virginis* per duas columnas tom. 1. Impress. Romæ 1606. de quo Armament. in Regest. à colum. 25. usque 28.

CONSTANTIA Barresò, Monialis Toletana Monasterii S. Clementis Toletan. devotissima fuit mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de cujus vita agit Anton. de Yepes, Centuria 7. & Lupian. in Epitome ad finem.

CONSTANTIA Gonzaga Lovii Marchionissa, ab adolescentia usque ad extremum suæ vitæ diem, semper induta incessit habitu *Immaculatæ Conceptionis*, recitabatque illam Antiph. Tota pulchra es amica mea, & *macula originalis non est in te*. Vide hæc & alia apud Marrac. in Heroid. Mar. folio 130.

CONSTANTIA Magalotta Barberina, inter cujus alia devotionis, ac pietatis signa unum fuit, sæpissimè repetere illa verba: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti, ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti*. Ita Marraccius in Heroid. Marian. folio 126.

CONSTANTIA Poloniæ Regina, Sigismundi III. conjux, scripsit pro diffinitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis* ad Sanctissimum Urbanum VIII. Epistolam, quæ incipit: *Eo semper pietatis affectu*, &c. Extat ad litteram apud Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 132. & in Biblioth. to. 1. fol. 359. licèt per errorem vocaverit ipsam Elisabetham.

CONSTANTINUS Ghimus, Senen. Canonicus Regularis S. Salvatoris Italus, in libro de Natali Sanctorum Canonicorum, ad diem 8. Decemb. *Conceptio gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIÆ*, cujus festivitas peculiari devotione à Canonicis Regularibus celebranda videtur: quia revelatio ejusdem facta est Helsino, sive Helpino Anglo Abbati, &c. Naufragium à SS. Virgine Conceptionem suam annuntiante liberato, &c. Cùm igitur in Ecclesijs Canonicorum, & à Canonicis hujusmodi festivitas in Breviario, & Missali primò sit recepta, & celebrata; deinde à S. R. Catholica, & Apostolica Ecclesia apposita; peculiari devotione celebranda, ac recolenda erit, &c. Lib. impress. Venetijs 1621. in 4.

Item, in lib. Dialog. de Imaginibus sacris, dialog. 7. fol. 107. num. 25. inquit: Papa Adriano VI. (est error typographiæ, nam fuit Alexander VI.) nell' anno in 1454. concesse indulgença di diecce mille anni per i' peccati mortali, è vinti millia per i' veniali à quelli che avanti l' imagine di nostra Signora con la sua Madre S. Anna, è del suo Figliolo Christo benedetto diecevano tre volte quella oratione: Ave Maria, gratià plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecum; benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit S. Anna Mater tua, *ex qua sine macula, & peccato processisti Virgo MARIA*, ex te autem natus est Jesus Christus Filius Dei vivi, Amen, &c. Vide alia ibi pro *Immaculata Virginis Conceptione*, præcipuè fol. 97. Lib. impress. Senis 1595. in 4.

CONSTANTINUS Massinus de Vercelli, Canonicus Regularis Lateranensis, in libro: Trattato della antichisma devotione del Santo Monte de Crea posto nell' Ducato di Monferrato, doue Iddio ad intercessione della Beata Vergine opera continuamente multi miracoli, par. 2. myst. 1. della *Concettione della Regina de Cieli, è Padrona nostra*, latè à folio 47. usque 54. Impress. Paduæ 1550. in 4.

CONSTANTINUS Pogonatus IV. Orientis Imperator, in Edicto à se publicato in 6. Synodo act. 18. sic inquit: Credo per spontaneam se exinanisse humilitatem, & in vulvâ illibatæ Virginis Deique Genitricis MARIÆ habitasse, & animatum & corpus per Spiritum, & *ex sancta & immaculata carne eius* in propria substantia carnem sumpsisse nobis consubstantialem, &c. Ex Georgio Cedren. in Compendio Historiæ, Hippol. Marrac. in lib. Cæsares Marian. fol. 44.

CONSTANTIUS Fœlix, Medicus Italus, ad diem 8. Decembris, *de festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* ab Ecclesia celebrato, in suo Kalendario historico impress. Urbini 1577. in 4.

CONSTANTIUS Leonida, Italus, in brevissima Cantici Canticorum Salomonis explanatione, ad Sanctissimum Paulum V. cap. 2. ad illa verba: Sicut lilium inter spinas, &c. folio 15 vocat Virginem MARIAM *Immaculatissimam, & inviolatam*, &c. Lib. impress. Venetiis 1610. in 4.

CONSTANTIUS Peregrinus, Flander, in lib. Conclave sacrarum Collationum piè atq; perdoctè distributum in Dominicas & Festa totius anni, fol. 23. Collatio 5. *in Conceptione B. MARIÆ*: Beata venter qui te portavit. Impress. Duaci 1631. in 8.

CONSTANTIUS Sarnanus, Ordinis Minorum Italus, S. R. E. Cardinalis, recognovit librum, & quæstionem: *Utrum Virgo fuerit concepta in peccato originali?* Petri Aquilani, seu Scotelli, ubi acerrimè tuetur piam sententiam, ut verus Scoti discipulus. Lib. impress. Venetijs 1584. in 4.

Item, quæstionem *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Francisci Lycheti, affirmativæ sententiæ opinionis piæ. Venetijs 1589. in folio.

Item, expolivit, vindicavit, marginalibus annotationibus, indicibusque exornavit Opus in 4. libr. Sent. R. P. Antonij Andreæ, ac per consequens distinctionem 3. *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ*. Lib. impress. Venetijs 1578. in folio.

Item, in dilucida conciliatione omnium controversiarum, quæ in doctrina summorum Theologorum Sancti Thomæ, & Subtilis Joannis Scoti passim leguntur, &c. in 3. controv. fol. 43. in conciliatione, inquit: Dupliciter peccatum originale contrahi potest, aut de facto, & debito, & *sic Beata Virgo non contraxit, ut dicit Scotus*; aut ex debito solo, nempe, nisi gratiâ præveniretur, contraxisset; & ita verum dicit S. Thomas; Christus verò nec ex facto, nec ex debito contraxit. Lib. impress. Lugduni 1550. in 8.

COOFRAUS Dardaneus, sive Nicolaus Coffeteau, Episcopus Suffraganeus Metensis, ex Ordine Prædicatorum, in Apologia ad litteras Regis Britanniæ, c. 7. Dum contra Molinæum omnes laudes B. Virgini MARIÆ ab antiquis tributas sustineret, inter quas una fuit, *quòd sine peccato concepta extiterit*, &c. sic Andreas Peruzzinus in Analysi Immaculatæ Conceptionis, fol. 62.

CORNELIUS Brederodius, Juris Consultus, illustravit multis modis Opera Didaci à Covarrevias, Episcopi Segovienfis, ac per consequens, quæ ipse refert *de Immaculata Virginis Conceptione*, in cap. Alma Mater. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1615. in folio.

CORNELIUS Cornelij à Lapide, Societatis Jesu,

Jesu: *Quòd gratia B. Virginis MARIÆ in primo instanti Conceptionis, superavit gratiam supremi Angeli*, tom. 2. Evangeliorum, in cap. 1. Lucæ, versic. 28. fol. 13. Lib. impress. Lugduni 1648. in folio, & Antuerpiæ 1635.

Item, super cap. 8. Proverb. part. 3. versic. 22. dicit: *Beata Virgo in ipso initio viarum suarum, ipsoq; momento Conceptionis, & vitæ à Deo sola possessa sunt, &c.*

CORNELIUS Curtius, in vita S. Oringæ, seu Christianæ, scripsit Apparitionem de die, quâ in cœlo celebratur *festivitas Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de qua latè Eusеb. Nierem. cap. 38. fol. 300. Vide verb. Oringa, seu Christiana.

CORNELIUS Donthers, in libro: Manuale precationum Catholicarum, Gallicâ linguâ, folio 458. in Litanijs ad Virginem MARIAM ex Scriptura sacra: *Speculum sine macula: Lilium inter spinas*, & alia hujusmodi dicit. Et ibidem: *Per sanctam Conceptionem tuam*, libera nos Virgo gloriosa. Etiam fol. 477. *Per sanctum diem Conceptionis tuæ*, O Domina succurre nobis. Lib. impress. Leodii 1606. in 12.

CORNELIUS Doyema, Ordinis Minorum Belga, in Assertionibus Theologicis de Virtutibus, Vitiis ac Peccatis, habitis Lovanii mense Decembri, anno 1616. defendit *Virginem MARIAM in suæ Conceptionis instanti non habuisse peccatum originale*, etiamsi habuerit debitum. Impress. Lovanii, typis Bernardini Masii, eodem anno in charta expansa.

CORNELIUS Gassius Carthusianus, auxit & locupletavit legendam *de intemerata gloriosæ Virginis Conceptione* à Zacharia Lipeloo editam; ut patet ex 4. tom. fol. 703. Lib. impress. Coloniæ, anno 1616. in 8.

CORNELIUS Jansenius, Episcopus Gandavensis, *solam Virginem MARIAM inter omnes mulieres* affirmat *maledictionis expertem*. Vide quæ dicit in Concord. Evangelic. cap. 3. ad illa verba: Benedicta tu. Lib. impress. Lugduni, anno 1582. in folio.

CORNELIUS Jansenius Leerdanensis, Episcopus Iprensis, in Explicatione Evangeliorum, tom. 2. in cap. 1. secundùm Lucam, ad illa verba: Ave MARIA, gratiâ plena, ait: *Quòd Mater Dei fuit omninò immunis à peccato, tam ab originali, quàm actuali, sive ab omni, quod quovis modo ad peccatum incitat, &c.* fol. 17. Lib. impress. Lovanij 1639. in 4.

CORNELIUS Impens, Ordinis Minorum Belgæ, in Conclusionibus Theologicis, habitis Lovanii, die 1. Junij sub R. P. Fratre Joanne Bosco; de Virtutibus, & Vitiis, ac Peccatis in Genere, Conclusione 15. de Peccato originali, sic dicit: *Non est improbabile, ab hac lege exemptam fuisse Deiparam Virginem, adeoq; neq; debitum proximum peccati originalis habuisse: saltem immunis fuit ab ipso peccato in suæ Conceptionis instanti.* Impress. Lovanii 1650. in 4.

CORNELIUS Lancilotus, Ordinis S. Augustini, in vita Sancti Aurelij Augustini, Hypponensis Episcopi, cap. 31. de devotione eiusdem Doctoris ad B. Virginem, postquam adduxerat illud: Per fœminam mors, per fœminam vita; per Evam interitus, per MARIAM salus, inquit: Familia Augustiniana imitatione sui Parentis, tantæ Virginis singulari studio accensa, in cuius quoque honorem alba veste utitur, id est, *in honorem Immaculatæ Conceptionis*, cum obligatione cuiusdam pensi Horarij, quod ei Choris alternantibus exolvit, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1616. in 8. regali.

CORNELIUS Loos Calidius, Germanus, in libro: Thuribulum aureum sanctarum precationum, &c. ad diem 8. Decembris, *de Conceptione MARIÆ Virginis*; & fol. 323. vocat MARIAM *præventam à gratia*, & alia hujusmodi. Lib. impress. Moguntiæ 1582. in 16.

CORNELIUS Mussus, Ordinis Minorum Italus, & Episcopus Bituntinus: *Quòd B. Virgo MARIA nunquam in anima habuit maculam, nunquam in ipsa fuit defectus ex aliquo peccato ipsam obscurante*, quia semper fuit lucida, semper splendore plena, semper plena gratiâ, & semper sancta, in Concione de Assumptione B. MARIÆ, tom. 2. Impress. Coloniæ in 8. & Januæ 1591. in 8. fol. 682.

Item, præcepit ut inter festivitates Beatissimæ Virginis MARIÆ, in Ecclesia Bituntina, *prima celebraretur Conceptio*; ut videre est in lib. de Bituntina Synodo, folio 243. Lib. impress. Venetijs, anno 1579. in fol.

Item, in Sabbato 4. Quadragesimæ, affirmat *Virginem MARIAM fuisse præservatam ab originali culpa*, latè à folio 137. in part. 2. suorum Sermonum. Impress. Venetijs 1588. in 4. regali.

Item, lib. 4. Concionum, Concione de mysterio Incarnationis, fol. 20. sic Italicè loquitur: Gia tolto il peccato hoggi, per che è generato nell' ventre di MARIA, & pure la carne della Madre che genera, & quella dell' figlivolo che è generato, *tutta è mundissima, sanctissima, immaculatissima, non nie pur ombra di peccato, &c.* Et infrà: E aquella santificatione tua tale, & tanta, che sotto Dio non fù mai cosa, si santa, ò Vergine, ò Vergine, ò Ave, ò Ave, ò sença guai, ò piena di gratie, &c. Lib. impress. Taurini 1579. in 4.

Item, lib. 3. Concionum, fol. 544. Concione de puritate, & sanctitate MARIÆ Matris Dei, facta Viennæ in Austria, anno 1560. *Quòd Virgo MARIA fuit tota pura, tota candida, & absque ullo peccato*, & alia quæ eius immunitatem, & præservationem à peccato respiciunt. Lib. impress. Venetijs, anno 1563. in 4.

Item, in Commentarijs super Magnificat compactis ex Cornelij nostri operibus, & latinitati donatis à R. P. F. Philippo Bosquerio, sub titulo: Chrysostomus Italorum, ut videre est tom. 1. suorum operum, ad finem fol. 1312. asserit Virginem MARIAM adeò fuisse elegantem, ut pulchritudinem omnem cœlorum antecelleret, adeò mundam, *ut nunquam illic atomus, aut pulviseulus ullus tenuissimus peccati cuiuscumque inventus sit.* Lib. impress. Coloniæ, anno 1621. in fol. Item, ibidem Concione 4. fol. 1332. *Quòd fuerit præservata, Immaculata, & concepta Beata Virgo absque peccato originali, &c.* Vide ibi Latinè, & Italicè, impress. Venetijs 1588. par. 2. fol. 137.

Item, in Epistol. Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 262. inquit: Quia efficacius Christi donum, quàm Adæ delictum. Privilegio quodam divinæ gratiæ per Christum possunt sanctificationem consequi etiam in utero infantes, sicut fuit de Hieremia, de Joanne Baptista, atque *de Virgine*, &c. Lib. impress. Venetijs 1588. in 4.

Item, in lib. de vita MARIÆ Virginis Matris Dei, fol. 6. affirmat, *quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta absque ulla macula peccati*. Lib. impress. Italicè Neapoli 1623. in 8.

CORNELIUS Schultingius Esteinunichius, Canonicus Colonien. in Biblioth. Ecclesiastica, seu Commentariorum sacrorum, tomo 2. par. 1. hyemali, fol. 3042. *de Conceptionis Beatæ MARIÆ festo.* Lib. impress. Coloniæ 1599. in fol.

Item, ex Concilio Basileensi, sess. 36. de renovatione *festi Conceptionis* cum rarissimis indulgentijs, & de sententia Concilij Basileen. eâdem sess. de controversa quæst. An B. MARIA in peccato originali concepta, nec ne? Item, Elench. eorum, *qui de Conceptione B. Virginis* in utramque partem propugnando, oppugnando, salva fidei compage, ut B. Augustinus loquitur, scripserunt. Item, quæst. *de Conceptione* ex Epistola Joannis Hessels, Doctoris Lovaniensis missa R. P. F. Antonio Sablonio tunc existenti Guardiano in Conventu Athensi Provinciæ Flandriæ, sibi ab amico communicata. Item, Patrum eorum testimonia, qui in originali peccato MARIAM conceptam esse prodiderunt. Et ibidem responsio ad PP. & præcipuè Bernardi sententias, quæ cum *illibata Virginis Conceptione* pugnare videntur. Item, de quarumdam Ecclesiarum ritibus *in huius festi Conceptionis MARIÆ* observatione. Et ibidem de ipso officio *Conceptionis*. Item, partes, & fragmenta Liturgiæ *Conceptionis*. Item, de Præfatione antiqua *in die Conceptionis*.

CORNELIUS de Snekis, Ordinis Prædicatorum Flander, scripsit Rosarium Beatæ MARIÆ, seu Sermones 21. super Confraternitates, de Serto rosaceo sacrosanctæ Dei Genitricis, &c. & Sermone 12. fol. 31. inquit: Quòd autem Virgo MARIA meritò se rosam appellaverit, & exinde modus orandi, id est, Ave MARIA (quo eam honoramus) justè Rosarium, nomine ex conditionibus rosæ, quæ ei pulcherrimè conveniunt, deduci potest; primò ex ejus colore: reperiuntur enim aliquæ rosæ albæ, aliquæ purpureæ, aliquæ rubræ, & omnes illæ sibi aptissimè conveniunt; & primò quidem rosa alba: quid enim tam album, tam candidum, tam purũ, & immaculatum, ac mundum in hoc mundo apparuit, sicut mundissima Virgo MARIA? O sedes pergrata Deo! quid purius unquam te fuit? quid sanctius, meliusve creatum? *Certè tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Decuit enim (ut Anselmus ait) Beatam Virginem ea nitere puritate, quâ major sub Deo nequit intelligi. Tu certè, serenissima Virgo, tu mundior auro, tu nive candidior, purior vitro, astris præclarior.

Item, Serm. 13. inquit: Si Paulus tantam gratiam à Deo accepit; quid de MARIA dicemus, cui non per partes, ut cæteris Sanctis, sed ipsa gratiæ plenitudo se infudit, &c. Rosa inter omnes flores est pulcherrima, & visui magis delectabilis, rectissimè Virgini conveniens, quæ fuit etiam dum viveret in hoc mundo omnium fœminarum fortissima, nedum spirituali mentis pulchritudine, de qua intelligi potest illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: sed etiam corporali pulchritudine, &c. ita quòd de ea dici potuit: Quia candor lucis æternæ, *& speculum sine macula*, saltem participativè, &c. Necesse est Filium fieri similem Matri, & Matrem è converso similem Filio; sed Filius ejus Christus est pulcherrimus juxta illud Psalmistæ: Speciosus forma præ filijs hominum, ita quòd in ipsum desiderant Angeli prospicere, ut ait Beatus Petrus in Canonica sua; est enim candor lucis, & speculum sine macula: ergo etiam Mater ejus Virgo MARIA, cui Filius erat similis, erat pulcherrima, &c. Lib. impress. Parisijs, anno 1514. in 4. Alia prædictis similia habet sparsim in reliquis Sermonibus.

CORNELIUS Suarez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Acclamatione funerali pro venerabili memoria R. P. F. Joannis Falconi, folio 3. inquit: Remanserunt contenebrati sicut nox. Luna es noche? *No, que no puede aver ocaso donde es nacido MARIA, &c.* Serm. impress. Matriti 1639. Si non occasus ubi est MARIA, ergo non fuit in Conceptione ejus.

CORNELIUS Tiraboscus Brixianus, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Cantici alla Beata Vergine Madre de Dio, &c. & sunt 12. Cantus hoc ordine disposita, ut ipsemet Auctor dicit in ultima pagina. Primo dell' alta preeminenza di MARIA Vergine. Secondo de la divina prescientia di MARIA Vergine. Terzo della Profetal praecognitione di MARIA Vergine. Quarto della venuta al mundo monda di MARIA Vergine. Quinto della egregia belleza di MARIA Vergine. Sexto della Angelica Annunciatione, &c. Ex quibus patet quòd adventum Virginis MARIÆ vocat mundum, & quòd Cantus tertius correspondet Conceptioni, licèt ipse occultet nomen Conceptionis sub his verbis, prophetalis præcognitionis. Hoc ex hoc libri; sed redeundo ad principium, Cantus secundus est sub hoc titulo: Comprende l'eterna divina præcognitione, & preelectione della Beata Vergine, ad illud: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea: Cantus verò 2. sub hoc titulo: Il quale abbraccia le divine revelationi fatte à Propheti che con varie figure capissero la Beata Vergine, ad illud: Viderunt illam filiæ Sion & beatissimam prædicaverunt, & Virginę laudaverunt eam. In hoc ergo Cantico habet sparsim pro immunitate Virginis à peccato, hæc quæ sequuntur:

E senza fin eterno, è senza segno.
Di ombrosa notte quest' è il Paradiso
Terrestre che mai lutto da anzirisso, &c.
De Gedeone & era per lei intesa
La lucerna nel tempio sempre accesa.
Tu somma Dea Tu Vergin gloriosa
Per l'imperio del mundo, è bel ciel nata
Fusti nel grembo del tuo del candore, &c.
Rosa campestre in Gerico pur nata,
Lontan da poggi, è da superbi colli
E tra le spine senza spine alzata, &c.
Tu Sion Sancta le cui forte mura
Guerrier non hebbe ardir di toccar mai;
Gerusalem pacifica, è secura
Contro nemici torre forte stai
Lucido specchio dove si affigura
Il Sol, &c.

Alia vide ibi à folio 1. usque ad 84. Lib. impress. Venetiis 1603. in 12.

CORNELIUS Vyttyers, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii, die 1. Julii, anno 1654. Thesi decima nona, de Peccato habituali & originali, hæc defendit: *Ab hoc, & illius debito proximo, & remoto immunis fuit SS. Dei Mater*, sive dependenter, sive independenter à prævisо Adami lapsu Christus decretus sit: commodiùs tamen immunitatem illam explicare potest, qui ante Adami peccatum prævisum, decretam admittit Incarnationem. Impress. ibidem in 4.

COSMAS Bracciolinus, Italus, in libro: De mira-

miracoli della sacra Imagine di la Humilità de Pistoia, fol. 64. Quòd habuit Virgo *omnes gratias possibiles humanæ creaturæ, &c.* Lib. impress. Florentiæ 1581. in 12.

COSMAS Damianus Hortulanus, Perpinianen. Hispanus: in Cantica Canticorum Salomonis explanatio, &c. cap. 3. ad illa verba: Egredimini filiæ Sion, &c. fol. 87. inquit: Virgo intacta concepit Christum Heroëm illum jàm olim ab Hieremia Propheta designatum. Virgo & Mater ejus MARIA *omni fulgens puritate*, Filium candido & purissimo humanitatis diademate ea die coronavit, &c. Nota illud: Omni fulgens puritate, si omni; igitur & primaria in Conceptione. Item, cap. 4. fol. 256. inquit: MARIA Virgo, quæ (ut testatur Hilarius) Angelos vincit puritate, & omnes Sanctos superat pietate, illa oculus fuerit amoris castissimi radios, velut sagittas in cor charissimi Filij, & Sponsi sui omnium potentissimè ejaculans: quam charitas ipsa (ut testatur Augustinus) præ cæteris omnibus *ab omni labe peccati præservavit*, & fecit ut numquam peccaret, sed nec peccatum quidem posset cogitare. Illa deniq; fuerit omnibus amoris gratijs micans oculus, quam gratiâ plenam honoris causâ, Dei verbis Gabriel Angelus salutavit, &c. Lib. impress. Barchinone 1582. in 4.

COSMAS Hierosolymitanus, in sua Theogenia, quam 13. Hymnis prosecutus est, Hymno 1. inquit: In Virgine verò habitans Verbum, *& carne accepta transiit, servatâ incorruptâ, quam enim non sustinuit à lapsu eximam, continuit innocuam.* Vide Euseb. Nicremb. in lib. Excep. cap. 13. folio 156.

COSMAS Magallanes, Societ. Jesu Hispanus, in librum Judic. cap. 4. versic. 7. annotat. 9. ostendit Beatam Virginem eximijs decoratam fuisse virtutibus *ab ipso Conceptionis instanti*, quia Mater erat futura, & Mater in Israel in Debora figurata. Annotationem aliam integram, quæ est in ordine 10. ubi ostendit, quàm grata sit opinio de Beatæ Virginis Conceptione, atque à Deo esse doctrinam asserentem immunem fuisse à peccato originali. Et ibidem, B. Virginem contra peccatum *muniri protectione divina*, quia Mater Dei est, & Mater in Israel, cui propterea conveniunt Civitates David, Arcę fœderis, Throni Salomonis, & aliarum rerum illustres figuræ; annotationem alteram in ordine 2. Item, quòd Beata Virgo in mundo fœlici ortu fuerit quasi Aurora; cum Luna, & Sole comparata fuerit, *concepta*, & nata; annot. alteram, quæ est in ordine 3. sectione 2. Lib. impress. Lugduni 1626. in folio.

Item, quòd propitius fuit Deus Beatæ Virgini *in Conceptione*; annotationes 3. in Canticum magnum Moysis, pag. 441. à num. 204. usque 245. Lib. impress. Lugduni 1619. in fol. agit latissimè de Immaculata Virginis Conceptione; & in impressione Romana 1619. libro 3. versic. 43.

COSMAS de Palermo, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Siciliæ Vallis Mazzariæ, refert de Monasterio *Sanctæ MARIÆ de Conceptione*, quod extructum fuit anno 1630. sub Sanctæ Clarę disciplina in Ædę D. Vito sacra, urgente potissimè Jamo Zummo, Equite Hierosolymitano, &c. Extat Relatio apud nos, & constat semper acerrimum Immaculatæ Conceptionis defensorem fuisse, ex multis rebus ab ipso pro hoc mysterio factis.

COSMAS Philiarcus, Pistoriensis Canonicus, & Theologus Florentinus, *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis*, ex sacris litteris; caput unum. Item, quòd privilegium *Immaculatæ Virginis Conceptionis* non deroget Christo, & fuerit conveniens; caput alterum. Et ibidem, quòd Beata Virgo fuerit *concepta sine peccato originali*, probatur auctoritate S. R. E. cap. alterum. Item, quòd pro contraria sententia nulla sit Antiquorum auctoritas, sed omnes sint *pro Immaculata Conceptione*; caput alterum. Item, de principio, & progressu hujus quæstionis *de Conceptione Virginis MARIÆ*, cum tribus fortissimis argumentis; caput aliud in Tractatu de præcipuis dogmatibus Christianæ Religionis, atq; tom. 2. de officio Sacerdotis, libro 3. à folio 505. usque 533. Impress. Venetijs 1597. in 4.

COSMAS de los Reyes, Poëta Hispanus, in Cantione de Dei Matre Virgineq; MARIA, inquit:

Y por pagar la siempre Imaculada
Virgen à su caudillo de defensa.

Si semper Immaculata, igitur & in Conceptione. Extat Cant. impress. cum alijs Matriti an. 1617. in 4. fol. 51.

COSMAS de Torres, S. R. E. Cardinalis, in Decretis Synodalibus Perusinis, cap. 10. de festis, fol. 49. adducit festum *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* observandum ex devotione. Lib. impress. Perusiæ 1632. in 4.

C. Platet de S. Mattheo, Gallus, in libro dicto Gallicè: Le Chapeau des fleurs de la glorieuse Vierge MARIE, &c. fol. 67. loquitur latè *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ, ac ejus à peccato originali præservatione*, & ab æterno prædestinatione, &c. usque ad fol. 69. & deinceps per totum libr. de ejus puritate. Impress. Parisiis 1612. in 8.

CRACOVIENSE Monasterium Carmelitarum Excalceatarum Provinciæ Poloniæ, fundatum fuit anno 1605. sub titulo *Conceptionis B. MARIÆ*. Ex libro fundationum Monasteriorum Carmelitarum R. P. Ludovici Jacob à S. Carolo.

C. Thuet, Doctor Gallus, in libro: Practique du Catechisme Romain, suivant le Decret du Concile de France, &c. in explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 1424. Quòd *Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali*. Lib. impress. Parisiis, anno 1634. in 4.

CURSUS Carmelitanus Salmanticensis, *pro Immaculata Conceptione* latissimè, à fol. 500. usq; 661. Lib. impress. Lugduni 1658. in fol. Liber est Anonymus; sed Auctor illius fuit Pater Dominicus à Sancta Theresia, de quo latè agimus in Trituratione Solis Veritatis.

CYPRIANUS Carthaginensis, Sanctus, Episcopus ac Martyr Afer, quem alij vocant Cæcilium Cyprianum, in officio Sixti IV. seu Nogarolis, Lectione 4. citatur sic: O Virgo justa, & omni justitiâ plenissima, *cujus Conceptio singularissima*, &c. Hanc citant ferè omnes Scriptores, sed in operibus modò existentibus non invenitur.

Item, idem Oratione, seu Sermone de Nativitate Christi, fol. 446. inquit: Spiritu Sancto obumbrante, *incendium originale extinctum est*; ideóque innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat justitia, ut illud vas electionis *communibus laederetur injuriis, quoniam plurimùm à cæteris differens, natura communicabat, non culpa*; eratq; ei proprium privilegium, quod nulla mulierũ, nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quòd erat simul Mater, & Virgo singulis titulis insignita; unde & Matri plenitudo gratiæ debeba-

tur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate insignis, spirituali, & corporali, intus, & extra Christi præsentiâ fruebatur, &c. Lib. impress. Parisijs, anno 1632. in folio & alibi sæpissimè.

CYPRIANUS Goldecius, Ordinis Minorum Polonus, in Relatione initij Reformationis Provinciæ Sanctæ MARIÆ Angelorum Minoris Poloniæ, adducit duo Sigilla prædictæ Provinciæ, & tam majus, quàm minus habet insculptam *imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre est in prædicta Relatione manusc. in 4. folio 117. elaborata verò anno Domini 1643.

CYPRIANUS Hubertus, Ordinis Prædicatorum, & Inquisitor in Diœc. Vercellensi Italus, in brevi Tract. de Incarnatione Italicè, fol. 11. Quòd conveniens fuit, ut sicut homo fuit factus *de terra virgine non maledicta*, non corrupta; sic Verbum in cœlo haberet Patrem absque Matre; & debuit habere in terra Matrem absque Patre. Et infra folio 21. Quòd illud Ave, vult dicere: *Senza doglia è senza guay*. Et ad illud: Gratiâ plena: Quòd *Virgo non fuit privata sicut primi nostri Parentes gratiâ*, &c. Hæc omnia expressa videntur. Item, infra fol. 23. Quòd habuit plenitudinem gratiæ: quia cæteris per partes, *MARIÆ autem tota se infudit gratiæ plenitudo*, &c. Et fol. 25. ad illud: Benedicta tu: Quòd Beata Virgo MARIA fuit benedicta, quia ipsa *superavit* auctorem omnium maledictionum: Ipsa conteret caput tuum, &c. Lib. impress. Vercelli 1589. in 4.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Carmelitarum Germanus, ad diem 8. Decembris adducit *in die Conceptionis* Indulgentiam plenariam &c. Item, in vigilia *Conceptionis* Indulgent. plenar. in libro dicto: Thesaurus Carmelitarum. Impres. Coloniæ 1627. in 12.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. cujus titulus est: Alusiones à la divina Escritura, à costumbres, ritos, y ceremonias antiguas, à propiedades de animales, plantas, perlas, y piedras preciosas, con que se declaran los mysterios que celebra la Iglesia santa, à honor de Christo nuestro Señor, y de su immaculada Madre, à quien se dedican, y consagran, &c. à folio 1. usque 83. ad illud: Mulierem fortem, Alus. 1. agit latissimè *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impress. Granatæ 1654. in 4.

CYRILLUS Alexandrinus Patriarcha, Sanctus, natione Græcus, in tertio Concilio Generali Ephesi celebrato tempore Theodosij Junioris, & Cœlestini Papæ contra Nestorium, ponit: Quòd in tempore gratiæ maledictio culpæ non definit, *sed in Christo, & in MARIA non fuit*, quia omnes prævaricati sunt; nec non; quòd tristitia partus dissoluta non fuit.

Item, scripsit librum per 15. capita asserens, post Filium, temerarium esse *in sacra Virgine ponere aliquam maculam, vel peccatum*. Ita ad litt. extat in defensorio Joann. Vitalis, libro 4. capite 7. & in Alano.

CYRILLUS Preud'homme, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus de Sacramentis in Genere habitis Tornaci mense Decembri, habet hunc titulum: *Sanctissimæ Dei Genitrici Virgini MARIÆ Immaculatæ conceptæ, &c.* Dabis hanc amori veniam magna Parthene Mater, si hoc munusculum (exiguum licèt, & tuis indignum meritis) *sacris Immaculatæ tuæ Conceptionis aris* appendamus, &c. & prosequitur orationem latam de ejus puritate. Fuerunt impressæ Tornaci, anno 1644. in charta expansa.

D.

DAMIANUS Giner Valentinus, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. 1. Sent. in vita Doctoris Subt. Scoti, inquit: Scotus verò noster pro integritate, & candore Virginis, ne minimum quidem id tribuere audet; sed potiùs *primo illo instanti labe originalis peccati immunem prorsus fuisse*, tanquam sumpto contra alios vexillo contendit, &c. Lib. impress. Valentiæ 1598. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

DAMIANUS à Goet, Hispanus, in lib. de rebus Hispanicis, Lusitanicis, &c. fol. 304. sub hoc titulo: In Nomine Domini Jesu Christi, Amen. Hæ sunt, quę de fide & religione apud nos Æthiopes habentur & observantur, &c. dicit: Ex altissimo suo domicilio descendit, & incarnatus est de Spiritu S. ex MARIA V. quæ MARIA duplici ornabatur Virginitate, *una spirituali*, altera verò carnali, &c. Et infrà: Credo Dominam sanctam MARIAM Virginem, *Virginem* (inquam) *spiritu* & carne, &c. Lib. impress. Coloniæ. 1602. in 4.

DAMIANUS Lopez de Haro, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Serm. de Assumptione sacratissimæ Virginis, seu potiùs Tract. cap. 3. fol. 6. Quòd *in Deipara nullum fuit peccatum, vel originale, vel veniale, &c.* Vide alia pro hoc mysterio ibi. Impress. Cocheæ 1621. in 4.

DAMIANUS de Lugones, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam per modum libelli D.D. Cardinali Zapata, sub hoc titulo: Dandole cuenta de la solemnissima fiesta y octavario, que el Convento de Sevilla hizo à la *Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora* en 8. Diziembre, de 1615. con todo el adereço de la Iglesia, &c. Impress. Malacæ 1616. in 4.

DAMIANUS de la Puebla, Ordinis Minorum, edidit Dialogum Poëticum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, impress. cum alijs Baëzæ 1618. in 4. & alius ejusdem Auctoris extat ibidem, fol. 78.

DAMIANUS de Vega, Eques Torquatus à Joannis in Conventu S. MARIÆ del Monte, Hispanus, edidit *Cantiones in laudem sanctæ, & Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei*. Toleti 1560. in 4. & Hispali, anno 1616. etiam in 4.

Item, *de Conceptione Immaculata Virginis* discursus. Matriti 1614. in 4.

DAMIANUS de Vegas, Eques Hierosolymitanus Hispanus, *de pura, nitida, & Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei conceptæ absque peccato originali*, Tractatum unum poëticum. Impress. Hispali 1616. in 4. Existimo, quòd iste sit diversus à præcedenti.

DANIEL Angelo, Orator Germanus, in Epitome Conciliorum, ab Incarnatione Domini, &c. usque ad annum 1619. fol. 90. de Concilio Basileensi, atque *de festo Conceptionis* & Visitationis B. MARIÆ ibi ordinatis. Lib. impress. Francofurti, anno 1620. in 4.

DANIEL Barbarus, electus Patriarcha Aquileiensis, in Catena aurea in quinquaginta Davidicos

cos Psalmos Doctorum Græcorum, Psalmo 14. ad illa verba: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, fol. 134. ex Chrysostomo inquit: Et quis hic est, qui immaculatam Dei viam ingreditur? Deus meus immaculata via eius. Qui non habet maculam peccati: & quòd peccatũ sit macula, dicit Scriptura de mendacio. Mala est macula in homine mendacium: fornicatio item, macula est. Item, de ebrio dictum est: Existimationem tuam maculâ aspersisti. Qui ingreditur sine macula. Quemadmodum, qui labem habet aut maculam in facie, ad Regem, aut Principem non accedit; ita fur, & mendax non potest ad Deum accedere, &c. Lib. impress. Venetijs 1569. in fol. Hic loquitur de Incarnatione Verbi in utero Virginis.

DANIEL Maillet, sive Damianus, Prior claustralis Conventûs S. Maturini Parisien. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Gallus, edidit librum Reverendissimi Patris ac D. D. Roberti Gaguini Decretorum Doctoris, quondam Generalis Ministri Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ*, contra Vincentium de Castronovo, & alia in eodem Poëmata; & in Epistola dedicatoria ad D. Ludovicum Petit, eiusdem Ordinis Generalem Ministrum, apprimè defendit *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ, & eius à peccato originali præservationem*. Lib. impress. Parisijs 1617. in 8. & Valentiæ in Opere Marci Antonij Alvis 1657. in fol. Est fragmentum.

DANIEL Meyer, seu Agricola, Ordinis Minorum Germanus, scripsit *de Immaculata Virginis Conceptione*, contra Wigandum, Apologiam, & est Tractatus de Conceptione. Super Epistolas, & Evangelia Postillam *de Conceptione*. Item, duos Sermones *de Conceptione*. Item, de hoc mysterio agit in tract. de Patriarcha Adam; & in alio tract. de Patriarcha Noë. Item, in Corona duodecim Stellarum. Composuit etiam *de Conceptione* diversa Carmina, & Prosas. Item, in decisionibus appositis ad scriptum Joannis de Colonia, ubi *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*. Item, compaginavit Coronam Doctorum ex millibus in unum, secundùm gradus, & dignitates, qui opinionem *de Immaculata Conceptione tenuerunt*; ut videre est in lib. quæstionum Magistralium Fratris Joannis de Colonia, fol. 175. Impress. Basileæ 1510. in 4.

Item, edidit specialem Tract. *de eadem Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, secundùm antiquos; qualis autem fuerit hic Tractatus, ignoro.

Item, super Magistrum Sententiarum, sub hoc titulo: Pia atque sobria Danielis Agricolæ expositio, ad honorem Dei Genitricis & S. Augustini *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, notam adducit pulcherrimam; ut videre est in operibus Petri Lombardi. Impress. 1616. in fol. & Parisiis 1413. fol. 116.

Item, in Corona duodecim Coronarum Beatæ Virginis Mariæ, in secunda Stella primæ Coronæ, sub hoc titulo: *Quòd B. Virgo ab originali culpa singulariter Dei munere fuerit præservata*. Vide nostram Bibliothecam Virginalem, tom. 2. fol. 222. Extat etiam hoc opus impress. in 4.

DANIEL ô Cleri, Ordinis Minorum Hibernus, fecit hæc Carmina:

Quippe Marianæ discussit originis umbram,
Seu levis, admotâ, diffugit umbra, face.
Luce MARIA Scoti fulget, Scotusq; MARIÆ,
Reddere concertat lucis uterq; vices.
Victrix per Scotum Virgo concepta triumphat;
Virginis & Scotus iure triumphat ope.

Sic in libro, seu tractatu de Joannis Scoti Doctoris Subtilis, Theologorumq; Principis vita, Patria, &c. à P. Joanne Colgano conscripto, & impresso Antuerpiæ 1656. in 8.

DANIEL Priezac, Consiliarius Regius Gallus, in libro dicto Gallicè: Les privileges de la Vierge Mere de Dieu, fol. 145. *de Conceptione miraculosa Matris Dei*, quartum privilegium. Item, à folio 181. *de Conceptione Immaculata Matris Dei*, quintum privilegium, usque fol. 247. & amplius latè. Parisijs 1648. in 8.

DANIEL de Purgilijs Italus, sustinuit sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, cuius eruditam rationem adducit Sanctus Bernardinus, tom. 3. serm. 49. fol. 427. Vide rationem ipsius supra in S. Bernardino.

DANIEL à Virgine Maria, Exprovincialis in Belgio Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, in libro: Vinea Carmeli, seu historia totius Ordinis, &c. impress. Antuerpiæ 1661. in 4. cap. 24. sub hoc titulo: Opportuna digressio de cœlitus indicato die Natalitio, *ac de antiqua solemnizatione festi Conceptionis B. Genitricis Dei MARIÆ*, deque speciali cultu ab Ordine Carmelitano eidem Augustissimæ Matri semper exhibito, latè agit.

DAVID Amauden, Decanus Bruxellen. in *festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, indicem concionatorium, in lib. super Tobiam. Impress. Antuerpiæ 1631. in fol.

Item, in libro: Discursus morales in decem Decalogi præcepta ad usum concionatorum, &c. in indice concionatorio adducit denuò *pro festo Conceptionis Beatæ Virginis* Sermonem. Lib. impress. Lovanij, anno 1527.

DAVID Castron Scotus, Doctor Theologus, additionibus illustravit, & notis auxit Opera Jacobi Almayni, ac per consequens quæstionem: *Vtrum Virgo MARIA Mater Christi fuerit aliquando maculata peccato originali?* ad quam respondetur negativè; ut videre est in lib. impress. infra in Jacobo Almayn.

DAVID Chrytræus, Doctor Germanus, in Catalogo Conciliorum, &c. fol. 126. ad ann. 1439. agit, quomodò in Concilio Basileensi (quod secundùm ipsum fuit in ordine Conciliorum 99.) confirmatum fuit festum, & mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ. &c.* Lib. impress. Argentoraci 1631. in 4.

DAVID Gregorius Cornerius, Ordinis S. Benedicti, & Abbas Gotturicensis Germanus, in Commentarijs Asceticis de vita Domini nostri Jesu Christi divino-humana, eiusque Virgineæ Matris Mariæ, tomo 1. fol. 49. inquit, quòd tom. 4. lib. 9. acturus sit *de ortu, & Nativitate Virgineæ Matris Christi*, ac libro 12. *de vita sanctissimæ Virginis MARIÆ usque ad Incarnationem Christi*. Lib. impress. Viennæ in Austria 1642. in 8. regali. Quid autem in illo dicat de ortu & Conceptione Virginis, nobis incognitum est.

DAVID L'enfant, Doctor Parisiensis, Ordinis Prædicatorum, in lib. Concordantiæ Augustinianæ, sive Collectio omnium sententiarum, quæ sparsim reperiuntur in omnibus S. Augustini operibus, verb. Maria Virgo, agit *de MARIÆ V. Conceptione activa & passiva*; sed nihil contra. Impress. Lutetiæ

1656.

1656. in fol. Item, Concordantiæ operum Sancti Bernardi in 4.

DAVID du Rieu, Ordinis Minorum Flander: Theses Philosophicas, quas Montibus habuit mense Decembri, anno 1645. sub R. P. Melithone de Fontaine, dicavit *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ, & eius immunitati*; ut videre est ad longum verb. Melithon: fueruntq; impressæ in charta expansa eodem anno.

D. Escabiac, Sacerdos Gallus, scripsit Gallicè librum sub hoc titulo: *Traicté de la Conception Immaculée de la Vierge*. Impress. Grationopoli 1662. in 8.

DESIDERIUS Erasmus Rotherodamus, Auctor damnatus, natione Batavus, in lib. de puritate Tabernaculi, sive Ecclesiæ Christianæ, tom. 5. fol. 253. inquit: Nemo non conceptus est in iniquitatibus (*de Virgine MARIA nihil pronuntio*) nemo non est natus filius iræ, &c. Lib. impress. Basileæ 1540. in fol. Et in Apologia ad libros Alberti Pij, inquit: Quàm magnificè sententiam de sacratissima Virgine declarat Pæan meus, & obsecratio iam toties excusa! Præterea Liturgia cum Concione, quam edidi adversùs obtrectatores Virginis! *semperq; favi sententiæ, quæ liberat eam ab omni peccato, etiam originali, &c.* Profiteor mihi magis probari sententiam illorum, qui MARIAM faciunt immunem ab omni peccato, &c. Quod ad originis peccatum attinet, omnes vetusti solum Christum eximunt ab omni peccato, nec hodie desunt qui in templis suis publicè doceant illam non fuisse immunem à peccato originali. Cùm ergo contrarium sentiam in libris meis, &c. Hæc Erasmus.

Item, in lib. Pæan Virgini Matri dicendus, tom. 5. pag. 1026. inquit: *Tu fœlix illa plantula de Iessæa radice subnata, nihil tamen inde genitalium sordium trahens, &c.* Tu sacratissimum Davidici Regis templum, tam magnificum, ut in eo Rex olympi præsideret; tam sacrum, *ut nulla unquam peccati labe potuerit prophanari, &c.* Et infra: Tui simulacrum præ se gerebat niveum vellus Gedeonis, *quæ à carnis quidem contagio longè semota*, & ter compluta, &c. Tu lilij convallium mater, lilium & ipsa medio in spineto *sine spinis enatum*. Tu fons signatus, cuius nitidissimas lymphas *nulla ferina unquam libavit affectio, &c.* Lege Rutilium Benzonium, lib. 2. super Magnificat cap. 22. dub. 7. fol. 247. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 2. quæst. 1. colum. 360. Joannem Andream Compest. lib. 1. cap. 12. fol. 131. Clavis Rosarij.

Item, super Lucam, cap. 1. fol. 47. inquit: Porro nomen Virginis erat MARIA: humiles delegerat Deus, ne quid in hoc cœlesti negotio sibi mundus vendicaret; *moribus inculpatissimis, ac purissimis delegerat, ne quid in hoc criminis posset impingi, &c.* Lib. impress. Basileæ 1540. in 8.

DESIDERIUS Ricarth, Ordinis Minorum Gallus, in lucem edidit victoriam Hebræorum adversùs Ægyptios, &c. elaboratam à R. P. Joanne Nodin Minorita, & ad caput 3. Exodi, ad illa verba: Rubus ardebat, & non comburebatur, perpulchrè agit de *intemerata, Immaculatissima, ac mundissima Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impr. Lugduni, anno 1612. in fol.

D. H. M. P. Clericus Regularis: sub his litteris suum expressit nomen eruditus Pater, qui edidit Elogium dicatum D.D. Infantatus Duci, Siciliæ Proregi, quod incipit: Ab universo condito, &c. ubi latissimè agit de *Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Panormi 1652. in charta expansa.

DIDACUS de Agreda & Vargas, Hispanus. Quòd Virgo MARIA Domina nostra fuit ante sæculà in mente Divina *præservata à culpa originali* ... esset digna Mater Dei, &c. in libro dicto Hispanicè: Novelas morales, Novela quarta, de Edmundo Rege Angliæ, folio 187. Impress. Valentiæ, anno 1620. in 8. Item, quòd *MARIA fuit concepta sine peccato originali, &c.* asserit satis acutè ibidem Novel. sexta, fol. 281.

DIDACUS de Alarcon Abbacessanus, Societatis JESU Hispanus, 1. par. Theologiæ Scholasticæ tract. 4. de Prædestinatione, disput. 1. cap. 9. num. 11. & 12. folio 294. Quòd *B. Virgo MARIA in primo instanti Conceptionis specialibus animi dotibus fuit ornata*, &c. Lib. impress. Lugduni 1633. in folio.

DIDACUS Alvensis Episcopus, ac Præses Regius, approbavit ac disposuit Breviarium suæ Ecclesiæ, in quo folio 642. est officium cum missa *Immaculatæ Conceptionis*. Impr. Salmanticæ 1567. in 4.

DIDACUS Almazan, Episcopus Canariensis, edi curavit Breviarium illius Ecclesiæ, cum officio speciali *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. anno 1559. in 4.

DIDACUS de Almeida, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Epitome sacra, seu panegyrica Oratione de sua Religione, fol. 3. agit de institutione festivitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. 1651. in 4.

Item, scripsit atq; disposuit votum, seu juramentum *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Civitatis Ceptæ. Impress. 1653. in fol.

DIDACUS Alphonsus Malvenda, manuscripta Immaculatæ V. MARIÆ Hispanus, scripsit sub hoc titulo: Memorial al sereniſſimo Señor Don Juan de Austria, Gran Prior de la Orden de San Juan en los Reynos de Castilla, y Leon, en razon de la grande conveniencia del voto, por la *Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, en la esclarecida Orden de San Juan, en los exercitos Catolicos del Rey nuestro Señor, &c. Lib. impress. Matriti 1653. in 4.

DIDACUS Alvarez à Medina, Ordinis Prædicatorum, & Archiepiscopus Tranensis, & Sulpetanus Hispanus, in lib. Commentariorum in Isaiam Prophetam, &c. tom. 1. lib. 1. cap. 8. fol. 208. inquit: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium: illa namque liber est cœli & terræ, in quo thesaurum sapientiæ, & scientiæ Dei Dominus conclusit, in quo absconditi à sæculis in Deo Sacramenta sunt descripta, ut ab omnibus in mysterijs sacri Roseti perlegantur: liber (inquam) sed Virginitate clausus & signatus, *quem nulla unquam corruptio reserat, &c.* Aut verò, quia *nunquam* actuali peccato ... anima sanctissima inveterata est, *vel macula*, ... semper novum hominem induta, veterem cum actibus suis nunquam agnovit, &c. Et lib. 2. cap. 19. fol. 303. Quòd Virgo MARIA fuit nubes levis, *quia nullo actualis peccati pondere pergravata est*, ... ascendit de mari, quia Virgo MARIA re, & nomine mari assimilatur, & eò quòd omnes aquæ cœlestes gratiæ, & donorum supernaturalium congregationes sunt in illa: Congregationes (inquit) aquarum appellavit maria, &c. Lib. impress. Romæ 1599. in 4. Fateor, quòd hic loquatur de actuali peccato, sed si originale contraxisset, aliquo gravaret pondere.

Item, *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem unum, in indice libri concionatorij impressi Trani 1622. in 4.

Item, in Disputationibus Theologicis in primam secundæ Divi Thomæ, quæst. 81. artic. 3. disput. 174. Utrum sit sic de fide, omnes per seminalem propagationem descendentes ex Adam contrahere de facto peccatum originale; an verò solùm sit de fide, quòd illud contrahant secundùm debitum? fol. 517. Postquàm retulerat sententiam Cajetani arbitrantis intelligendam esse quantùm ad debitum, & necessitatem incurrendi peccatum originale, non autem de facto, inquit: Tertiò probatur: solùm est de fide, quòd B. Virgo fuerit subjecta peccato originali secundùm debitum, *non autem est de fide, quòd illud de facto contraxerit*; est enim probabilis sententia asserentium, *quòd B. Virgo fuerit præservata à tali peccato*, ut patet ex Concilio Tridetino, Decreto de peccato originali, Canone ultimo, &c. Deinde posita prima Coclusione, quòd solus Christus non habuit debitum contrahendi peccatum, ponit has Conclusiones. Secunda Conclusio: Etiam est de fide, quòd omnes descendentes ex Adam, præter Christum Dominum, contrahunt de facto peccatum originale per seminalem propagationem, nisi ab illo fuerint speciali Dei privilegio præservati. Hæc Conclusio debet ab omnibus Catholicis concedi; nec Cajetanus intendit illam negare, sed solùm asserere universale illud decretum: Omnes in Adam peccaverunt; non excludere speciale privilegium, quo potuit aliquis à Deo præservari, sicut in sententia probabili *præservata fuit B. Virgo*, &c. Tertia Conclusio: Temerariam est, & erroneum asserere aliquem, *præter B. Virginem*, non incurrisse, ex privilegio, de facto originale peccatum, non tamen est hæreticum, &c. nec ullus habuit hoc privilegium, *præter B. Virginem*; & ad responsionem argumentorum ad tertiam nihil concludere, *quoniam B. Virgo ex privilegio excipitur* à Concilio Tridentino. Ad quartam, inquit: Nam loquendo de peccato originali, non constat ex aliqua auctoritate, vel ratione probabili fuisse concessum privilegium alicui, *nisi B. Virgini*, quo præservaretur à peccato originali. Ad sextam ostendit, qualiter subdita fuerit Beata Virgo, secundùm debitum, peccato originali, non autem de facto, *quia in instanti Conceptionis præservata fuit ab illo ex speciali privilegio*. Vide alia in lib. impress. Trani 1617. in folio.

DIDACUS de Arce, Ordinis Minorum Hispanus, & Episcopus Catanensis, in lib. Miscellanea prima, de *Conceptione Virginis MARIÆ* Orationes quatuor, seu Tractatus. Murciæ 1606. in 4. à fol. 254. usque 467. ubi latissimè, & doctè loquitur de hoc mysterio.

DIDACUS de Avendaño, Doctor Legista Hispanus, in Epigrammate fatetur *Virginem fuisse absque originali peccato*; ut videre est in lib. de Conceptione Alphonsi Ferriol, in principio.

DIDACUS de Avendaño Segoviensis, Societatis Jesu Hispanus: Epithalamium Christi, & sacræ Sponsæ, seu explanatio Psalmi 44. *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ*, habet plura sparsim in toto libro: in indice, verb. Virgo Maria Deipara. Et in indice pro Concionatoribus, ad diem 8. Decembris, in festo *Immaculatæ Conceptionis Virginis* Elenchum. Lib. impress. Lugduni 1653. in fol.

Item, in tomo de Trinitate, cum splendido Corollario ad *Immaculatam Virginis Conceptionem* spectante, in quo etiam probat Mariam non peccasse in Adamo, *nec debito originæ subiacuisse maculæ, &c.* Extat expositus iam ad prælum, in Collegio Matriten. Societatis Jesu.

DIDACUS de Ayala, Doctor Hispanus, Sermone de Sancto Joanne Baptista, circa medium, loquendo de peccato, inquit: Y el de Adan auia impedido la entrada; de manera, que se avia hecho un terrible muro de una imposibilidad, para que ninguno de los mortales entrasse en el, que aunque el actual fue uno, contraximos esse pecado originalmente, *fuera de la Virgen, &c.* Lib. impress. Hispali 1617. in 4.

DIDACUS de Baëza, Societatis Jesu Hispanus, in Commentarijs moralibus Evangeliorum, *de MARIÆ IESV Matris Conceptione Immaculata*; caput unum, in 21. §. divisum, in 1. tom. Lib. impress. Lugduni, anno 1624. in 4. regali, & Vallisoleti, anno 1636.

Item, *de Immaculata Conceptione* Sermones tres, à folio 1. usque 32. in Mariali. Impress. Vallisoleti 1642. in 4.

Item, tom. 2. Commentariorum moralium, lib. 11. cap. 1. §. 11. fol. 456. Christi Mater antequàm defectum, etiam originalem incurreret, *præventa fuit Dei gratiâ*, per totum §. Lib. impress. Vallisoleti 1638. in fol.

Item, tom. 4. lib. 16. cap. 5. §. 3. *Virgo MARIA, ut testis originalis iustitiæ*, quâ floruit, &c. fol. 64. per totum §. Lib. impress. ibidem 1631.

Item, de Christo figurato, tomo 1. lib. 1. cap. 1. §. 7. *Immaculata B. MARIÆ Conceptio* adstruitur. Ibidem impress. 1632. in fol.

Item, tom. 4. lib. 8. cap. 12. §. 16. Quòd Maria nunquam ab hoste erepta, & quòd *nec periculum incurrendi peccatum* evasit. Ibidem impress. 1640. in fol. Alia quamplura adducit in suis operibus, quæ brevitatis causâ relinquimus.

DIDACUS Bernabeu, Ordinis Minorum Hispanus, sub auspicijs R.P. F. Leonardi Padera, in Conclusionibus, inquit: Maria Virgo, quam Dominus in initio viarum suarum possedit, *& ante prævisum Adæ peccatum prædestinavit, &c.* Unde *eius puritas nunquam fuit originali labe fœdata*, imò nec extitit debitrix, &c. Impress. Valentiæ 1654. in charta expansa.

DIDACUS Bernardez, Poëta Hispanus, in libro: Varias Rhytmas, fol. 29. habet Cantionem, seu Glossam sequentem de Conceptione Virginis:

No cupò la culpa en vos
Virgen santa, bella, y clara,
Que si culpa en vos entrara,
En vos no cupiera Dios.

Lib. impress. 1622. in 8.

DIDACUS Cano Gutierez, Doctor Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Relacion de las fiestas triunfales, que la insigne Ciudad de Lima hizo à la *Immaculada Concepcion de nuestra Señora*. Impress. 1615. in 4.

DIDACUS de Castelvi, Ordinis S. Augustini Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: *De la pura, y limpia Concepcion de la Virgen sanctissima Señora nuestra*, predicado en su solemne fiesta, y dia entre los dos Coros de la Santa Iglesia Cathedral de Ciudad Rodrigo, &c. Impress. Salmanticæ 1624. in 4.

DIDACUS de Castillo, & Artiaga, Canonicus Abulensis Hispanus, scripsit Sermonem sub hac inscriptione: Fiesta Real, y devocion de la Catolica Magestad de Felipe IV. Rey de las Españas,

Emperador de la America, à la *purissima Concepcion de MARIA Madre de Dios*, Reyna soberana de los Angeles, de los hombres, y de todas las criaturas; autorizada con Breve particular de nuestro muy Santo Padre Innocencio X. en que manda, se celebre en estos Reynos de España. Impress. Matriti 1647. in 4.

Item, in lib. de Ornatu, & vestibus Aaron, sive: Commentarii litterales, & morales, &c. in cap. 28. Exodi, &c. lect. 207. *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, latè fol. 361. & alibi. Vide in indice. Lib. impress. Lugduni 1655. in fol.

DIDACUS del Castillo, Canonicus Placentinus Hispanus, in lib. de Defensione, & adventu S. Jacobi in Hispaniam, &c. adducit imaginem, & agit *de Immaculata Conceptione*. Lib. impres. Cæsaraugustæ 1608. in 4.

DIDACUS de S. Catharina Bascuñuelos, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*, & extat in lib. festivitatum Civitatis Victoriæ, ut refert Daza in libro de Conceptione, cap. 16. folio 49. Hujus Auctoris solùm vidi Sermones de S. Ignatio, Xaverio, & Ludovico Gonzaga. Impress. Lucruni 1622. in 4. Sed in illis nihil adducit pro nostra opinione.

DIDACUS de Cea, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *De la Immaculada Concepcion de la Virgen sanctissima Señora nuestra*, que hizo à este divino mysterio en la Iglesia de S. Antonio Abad de esta Ciudad de Sevilla, la insigne Cofadria de los Nazarenos, y Sanctissima Cruz; en 29. del mes de Abril de 1620. Impress. Hispali eodem anno in 4. & ad finem habet imaginem pulcherrimam Immaculatæ Conceptionis, cum stemmate S. Sepulchri Hierosolymitani.

Item, in Sermone de Sanctissimo Sacramento, declamato in collatione S. Petri ad Vincula Hispalensi, sic incipit: Tres cosas tengo de tratar en este Sermon, que son las que se me han encomendado; primera, y principal del Santissimo Sacramento; segunda, *de la Immaculada Concepcion de la Reina de los Angeles MARIA*; tercera, del glorioso Apostol San Pedro, &c. Impress. Hispali 1627. in 4.

Item, in Serm. funerali de Marchione D. Andrea de Guzman, fol. 13. inquit: Y algunos entre otros han puesto por esta quenta el aver muerto en el dia de la *purissima Concepcion de nuestra Señora*; festividad, que, como saben todos, sirve oy de devisa, y armas en la Religion de S. Francisco, &c. Impress. Hispali 1632. in 4.

DIDACUS de Celada, Societatis Jesu, sacræ Theologiæ Professor Hispanus, in Commentarijs in Judith, in tractat. append. de Judith figurata, §. 20. sub hoc titulo extat: Figurata Judith populi sui vindex, *vindicatur ab originali delicto, & illius contrahendi reatu*. Et §. 21. eamdem immunitatem probat. Et §. 31. hic præfigitur titulus: Paulus ad Romanos 5. versic. 15. *Virginem Deiparam à primordialis delicti labe*, juxta litteræ rigorem, emaculat. Et quod piè promisit, abundè præstitit. Et ibidem in sacrarum Concionum indice, Sermonem texit pro festo *Immaculatæ Conceptionis*.

Item, in alio tomo Commentariorum in Esther, §. 342. extat sub hoc titulo: *Fundamentum Immaculatæ Conceptionis* super ore Patrum incumbens, nemo mente, aut ore labefactare audeat. Et hoc adstruit §. 343. usq; 345. & inibi in indice Concionum, Sermonem habet *pro Immaculata Conceptione Deiparæ*.

Item, in alio tomo Commentariorum in Ruth, Beatam Virginem asserit *à peccato originali immunem*, à §. 300. usq; 302. & ibi in indice concionatorio Sermonem latè contexit *pro festo Immaculatæ Conceptionis*. Vide ibi.

Item, in alio tomo Comment. in Susannam Danielicam, §. 316. sub hoc titulo scribitur: *Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio ab originalis delicti labe* multimodè vindicatur, quod prosequitur à §. 317. usque 321. Et ibidem in indice ad Conciones: *In festo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ*.

Item, in alio tomo Comment. in Tobiam, §. 431. hunc habet titulum: Virgo Deipara gratiam invenit, ubi illius amittendæ periculum esse videbatur. Ubi toto §. illius *ab originali labe immunitatem* adstruit.

Item, vidi eiusdem Auctoris tomum alium, scilicet, Commentarium in Debboram, jam jam typis mandandum. Et in tract. de Debbora figura, *Beatam Virginem Immaculatè conceptam*, latè probat. Hujus notissimi Auctoris impressiones non scribo, quia multæ, ac variæ sunt, scilicet Lugduni, Antuerpiæ, Venetijs, Matriti, &c.

Item, laborat aliud Opusculum singulare circa Auctores adductos pro contraria sententia, *de Immaculata Virginis Conceptione*, quod utinam lucem videat, quia nostra interest.

DIDACUS de Colmenares, Segovienſis Hispanus, in Cantione pro Sancto Ignatio de Loyola, ac Sancto Francisco Xaverio, *vocat Virginem MARIAM, puram, candidam, & absq; ulla compositura*, Hispanicè: mezcla. Lib. impress. 1621. in 4.

DIDACUS Complutensis, Ordinis Minorum, ac Sanctus, sanavit mulierem Mariam de Pomla coram *imagine sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Franciscus de Peña, in vita S. Didaci, lib. 2. cap. 73. Mirand. de Concept. cap. 97. Eman. de los Angeles, tract. 4. disc. 5. folio 263.

DIDACUS de Contreras Hispanus, in libro: Escuela de Jesus, y de la Virgen Maria, ex Operibus Thomæ à Kempis, *vocat ipsam, puram, & gratiâ plenam, &c.* Lib. impress. Matriti 1640. in 16.

DIDACUS de Cordova, Ordinis S. Augustini, Poëta Hispanus, in Versibus ad Hippolytum de Olivares, insinuat *Virginis Conceptionem fuisse absq; macula*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

DIDACUS de Cordova, & Salinas, Ordinis Minorum Hispanus, in Chronica religiosissimæ Provinciæ duodecim Apostolorum de Lima, libro 3. folio 158. & 159. & 169. & 177. & 486. *de Conventibus, ac Monasterijs Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Limæ 1651. in folio.

DIDACUS de Covarruvias à Leyba, Episcopus Segovienſis Hispanus, tom. 1. Relectionum, in caput Alma Mater, de sententia Excommunicationis, par. 2. §. 5. de Interdicto Ecclesiastico, fol. 298. n. 2. postquàm retulit privilegia festi Corporis Christi, circa Interdictum, sic inquit: Secundò hanc eamdem constitutionem extendendam fore ad festum, & octavam *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ*, ex privilegio Leonis X. asseverat Auctor Compendij privilegiorum Mendicantium, verb. Conceptio, §. 8. eaque concessio (ut ipse refert) tantùm ad Hispanos attinet, cui privilegio accedunt multa, quæ *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, doctissimi, ac sanctissimi viri scripsêre, defendentes eam conceptam fuisse *absq; labe originalis peccati*: quæ opinio probata fuit in Concilio

Concilio Basileensi, sess. 36. & multis adductis auctoritatibus defenditur ab Ambrosio Catharino, in speciali de hac quæstione Opusculo. Extat & elegans Carmen, lib. 1. Parthenices Marianæ, apud Baptistam Mantuan. Eamdem opinionem tenent & Scotus, & cæteri Theologi ibidem in 3. Sententiarum, distinct. 3. Abbas colum. 2. & Anton. in cap. ultim. de Ferijs; idem Ambros. Catharin. lib. 4. adversùs Cajetan. & Petrus Galatinus, lib. 7. cap. 3. & sequentibus; licèt Glos. in verb. Nativit. cap. de Consecr. dist. 3. & ibi Cardinalis à Turrecremata, Archidiac. in cap. Firmissimè, de Consecrat. dist. 4. Joann. Andreas in dicto cap. ultim. de Ferijs, Speculum eodem tit. de Ferijs, Cajetanus in peculiari de hac controv. libello, idem in par. 3. quæst. 27. art. 2. contrariam sententiam tenere, ac probare conentur. Qua in re illud sit constitutissimum, maxima cum veneratione ex Ecclesiæ instituto festivitatem istam quolibet anno celebrari, & celebrandam esse, quod constat ex Constitutione Extravagant. Sixti IV. quę incipit: Grave nimis, de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, &c. Affert Constitutionem Sixti IV. & Concil. Tridentini Decreta, Synodusque voluit quæstionem adhuc manere sub controversia, absque certa Ecclesiæ diffinitione. Lib. impress. Antuerpiæ 1615. & Venetijs 1581. Lugd. 1558. in 4.

DIDACUS de Cuellar, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, quam adducit Alph. Ferriol. fol. 62.

DIDACUS de la Cueva, Doctor Hispanus, scripsit Sermonem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Matriti 1654. in 4. & incipit: Enlas festividades.

DIDACUS Daza Colmenarensis, Societatis Jesu Hispanus, in libro Commentariorum Epistolæ Beati Jacobi Apostoli; pro immunitate Virginis à peccato originali, habet solùm hæc pauca: scilicet, quòd præludio 2. num. 15. folio 25. vocet Deiparam *impollutam, & puram*, & cap. 1. vers. 18. num. 15. folio 312. ait: *Quòd Mater seu Genitrix MARIÆ fuit gratia, &c.* Lib. impress. Compluti 1626. in folio.

DIDACUS Deza, Ordinis Prædicatorum & Archiepiscopus Hispalensis, correxit, ac disposuit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo fol. 222. est rubrica seu titulus: *Festum Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ*. Impress. anno 1521. in 4. Et nota, quòd si hic doctissimus Præsul in suis scriptis contrariam secutus fuerit sententiam, super 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. folio 12. ad 4. & ad 5. dubium (de quo alibi dicendum est) quòd tunc scripsit ut Dominicanus intra claustra cùm esset juvenis; at postea senex & Archiepiscopus factus, mutavit sententiam.

DIDACUS Ferdinandus de Alarcon, Consiliarius Regius Hispanus, in Reformatione Academiæ Complutensis, titulo 37. num. 17. folio 35. Quòd Oppositores non sumant puncta pro suis Lectionibus in festivitatibus, scilicet Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Ascensionis, Corporis Christi, S. Joannis, S. Ildephonsi, S. Francisci, S. Lucæ, & *Conceptionis Dominæ nostræ*. Et titulo 36. de Festivitatibus Academiæ, die 8. Decembris, numeratur *Conceptio Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, fol. 41. à tergo. Impress. Compluti 1615. in fol.

DIDACUS Fernandez, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*. Impress. cum aliis apud Zapatam de Conceptione, folio 136.

DIDACUS Fernandez Solana, Granatensis Civis & Poëta, scripsit ligata oratione pulchram Allegoriam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, & prodiit impress. cum aliis Granatæ 1651. in 4. à folio 108. Item, edidit alia Carmina festiva *pro eodem mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & extant ibidem à folio 11. folio 120. & alia folio 266. & folio 293.

DIDACUS Flores, Doctor Hispanus, in libro cujus titulus: Preciosa Margarita, de la vida, muerte, y gloria de la Serenissima Virgen MARIA Madre de Dios, caput 1. del origen y descendencia de MARIA; cap. 2. *de Conceptione pura, & Immaculata Virginis*; & cap. 3. Consideratio de mysterio Conceptionis: quæ omnia extant à folio 23. usque 59. Lib. impress. Limæ 1611. in 4.

DIDACUS Franciscus de Andosilla y Enriquez Hispanus, in libro: Epitalamio à las felices bodas de nuestros Augustos Reyes Philippo y Mariana, inquit:

Vino el prodigio hermoso al templo santo
De la Reyna que es sola Immaculada, &c.

Impress. in 4. absque anno & loco.

Item, fecit Scenam *de Conceptione Immaculata Virginis*, & incipit: Tente prodigio, tente que me espanta, in libro: Centella del cielo. Impress. Matriti 1655. in 4.

DIDACUS de Fuensalida, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Opusculum ligato sermone super salutationem Angelicam, cujus primæ litteræ ipsam integrè exprimunt: eamque hîc collocamus, nõ propter Dedicatoriam, quę sic se habet: Eruditissimo viro, ac de Marianis laudibus bene merito R. A. P. F. Petro de ALVA & ASTORGA, Lectori Jubilato, Supremæ Inquisitionis Qualificatori, atque almæ duodecim Apostolorum Provinciæ Patri, olimque totius Seraphicæ N. Religionis in Romana Curia Procuratori Generali: sed propter dignitatem operis.

EPIGRAMMA.

Dum tua, Francisci Romanas incolit arces,
Cui Persona, dedit, sat reverenda, fidem.
Sors tulit, ut tibimet charus vocitarer amicus;
Vt cui grata dabas ora, redundet honos.
Sollicitam nactus studiorum noscere curam,
Quis genis in Matrem, munera tanta, Dei,
Hujus ab exemplo, conscripsi carmen opellæ,
Quam tibi tam parvam subdere tardus eram.
Sed Patriam rediens, novaque visurus agentem,
Excitor impavidus reddere quodvis opus.
Militiæ florum Marianæ iungis acervos,
Atque inhias laudi Virginis, hostis obex.
Floribus, hos, tantis, foliorum texe maniplos,
Vtrisq; annexis culta vireta placent.
En tibi compactum carmen sine lumine subdo:
Det tua splendorem luminis, Alva, manus.

Ad sacratissimam, veramq; Dei Matrem, totius Universi Reginam, Angelorum Dominam, hominumq; Advocatam MARIAM semper Virginem absque peccato originali conceptam. Pro sua Angelica Salutatione. Præfatio.

Solvere dum valuit linguam, dum curet alumnus,
Quid nisi promet, Ave, soluere dum valuit?
Quid nisi te cupiet, voces proferre, MARIA,
Dum velit affectus, quid nisi te cupiet?
Nil sonet aure mea, Virgo, quod non tua pangat,

O, nisi laude tua, nil sonet aure mea!
Totus ut insipidus, sapiam nisi temet, inuror.
Vox, sonus absque tuis, totus ut insipidus.
Tu mihi dulcis eris, Virgo re, & nomine dulcis,
Mater amoris, amor tu mihi dulcis eris.
Cuncta soli maneant, fileant diffusa per orbem:
Nomen in aure tuum, cuncta soli maneant.
Tantulus haud potui, tantum nunc promere nomen.
Quid si efferre? magis tantulus haud potui.
Debet & Angelico, solum præcone refundi;
Oreque proferri, debet & Angelico.
Te super, arce, Deus, Cœli, præponitur unus.
Quis, nisi digna feret, te super, arce Deus?
Tu tamen apta parans, de te quæ parva daturus,
Suggere, & apta feram, tu tamen apta parans.
Sacra Minerva, tuo, cedas quid dicat alumno:
Da, tibi, quidq; dicet sacra Minerva, tuo.

Alma super cunctas terræ, cœliq; propago,
Vera Dei Mater, stellaq; lucis, Ave.
Ecce per æthereas mentes, animasq; MARIA,
Mensurus gradior; quæque sed impar erat.
Altior undelibet cunctis, tua gratia semper,
Regia quo pluris nomina Matris habes.
Inde tui, primo conceptus limine, plena,
Agnum Evæ culpâ libera, gratia, inis.
Gaudet Adamæo, Dominus, tam plasmate facto;
Ridet & Angelicis, Conditor ipse, choris.
At, maiore, lubens, nexus, vult, robore, tecum
Tendere gratuitas, Rector, & esse, manus.
Indueturus enim carnis tegumenta Parentum,
Accumulat validus munera corde tuo.
Primus, & intacta velut è tellure Damasci;
Lucet ab intacta Matre secundus Homo.
Et velut è terra nondum maledicta abit ille;
Nec maledicta unquam Matre, fit agnus, ove.
An vetus Elisabeth frustra, inspirante, canebat
Dum Benedicta, Deo, Tu, tulit ore tibi?
Omnis in excelsis multerbus nempe refusa
Maior ab exemplo non benedictio erit.
Inferat hinc mulier tibi subiectamina quæque,
Nulla tibi similis, te minor omnis adest.
Vnde prior tecum poterit, nam, currere, parque
Sistere, dum firmos, vix feret Eva gradus?
Terminet obsequij senior tibi Sara trophæum,
Et, tua, proclamet, laus sine labe fuit.
Concita subyciat præconia casta Rebecca,
Vnanimes solvant Debbora, & Anna, Rachel.
Mitis Abigail, Sunamitis pulchra, triumphis
Brachia sollicitent subdere plena tuis.
Ensifera Augustæ reddat, victrice Iuditha
Nideates palmas, Numine victa, manu.
Effheriq; decor cedat placiduſque, nitensque,
Dum diadema, tibi, maxima quæq; simul,
Ite, veni dulcis, cunctæ, nam sola, celebres
Cunctarum formas extulit umbra tua.
Tuque, puerque tuus, nunquam maledicta tulistis;
Ast Benedictus adest, Tu Benedicta venis.
Tantula, fœmineo, Virgo, bene, munere, sexu,
Vt fructus ventris, Numine, dicta, tui.
Immunem prolem vis, labis origine liquit,
Nec te permisit gratia labe tegi.
Maiestas potuit, te te, voluitq; superna
Vni vocè primo condere gratam homine.
Lucentem Genijs voluit te, luce creatis
Instanti vitæ ferre priore, diem.
Et Ioanne, licèt nullus surrexit (ut ipse
Rector ait) maior, te minor ille cadens.

Inde tuo exultans adventu, voce Parentis
Balbutit; Domini Mater! & unde mihi?
Vnus ut expertem peccati proderet; agnum
Sicuti tollentem crimina prodit item.
Eximium, toto, quidquid præfulsit in Orbe,
Talus ab incœpto, possidet, esse tuus.
Balsama præstantis, Conceptio fudit odoris;
Excipit, at cæli, te, tua, rore, Deus.
Nardus, & hinc cecinit dum Rex accumberet alto;
Ecce sinu Patris, pollet odore mea.
Divite nam decuit tractu sic spargat odorem,
Inclyta, quæ fructum tollet in astra, rosa.
Chara tuæ semper proli, quæ est Conditor, adstas;
Te & sibimet similem legifer ipse facit.
Vbere te proprio Verbum candore recingit;
Sugat ut hoc veniens ubera munda, caro.
Fructus ab immunda penitus ni carne sequester
Redditur infidus, quâ Homo parte reus.
Vndelibet reliqui veniant de semine Nati
Congenitis veniunt criminis inde notis.
Traxit ab æthereis tuus at solummodò fructus,
Vt sine peccato, Tuque etiam, ipse foret.
Signa dabas tanti præmunia germinis arbor
Vivere dum Matris non lue, ventre tenes.
Et bene gens potiùs Benedictam dixerit omnis
Nunc, quia post fructus tam Benedictus inest.
Trina parat forti Maiestas promere dextra,
Rara, suâ, membris, menteq; dona, tuis.
Inde reus culpæ conceptus quilibet extat:
Sola tui fructus, Tu sine labe comes.
Tu tu sola nites conceptu, raraque Phœnix;
Vnquam te neque Adæ criminis umbra vidit.
Immensus prodivit amor, qui, ex Matre, sagitta
Iampridem auratis te Venus alma ferit.
Eduxit nam ejus sapientia temet amori
Sacratam, quando quilibet aptus odi.
Vtq; sit omnigenus perfectè morte redemptor
Sublevat & casos, te cadere haudque sinit.
Sancta igitur semper, Virgo semperq; MARIA,
Agglomerat quamvis turpia Suavis hebes.
Naufragus & fidei temerator, manè Cerinthus
Carpere blasphemo non timet ore, tua.
Tum licèt impietas Ebionis solvit habenas;
Albanensis item consita dona negat.
Marcionista fremit, Manichæus despicit, atque
Arnaldus, Basilus, mordet is, ille rugit:
Respuit Helvidius, Nestorius, Albigus, Huttus,
Illiricus, Molnus, Barlus, Vbaldus, Eon.
Audet in exemptam Calvinus crimina fingit.
Matrem, alter venuit, mordicus, esse Dei.
Alter & enixæ præconia Virginis ausert,
Tutamen, & pura es Virgo, Deiq; Parens.
Et cunctas perimis fallaces hæresis artes,
Retrahis hostiles luceque sola, manus.
Dum superas ergo, sistis dum maior in armis;
Et velut ducto tincta colore micas;
Immaculata Viro, cui Sponsa, & Mater inhæres,
Ora ad eum, nobis sordida nostra lavet.
Redde bonum mulier, pomo, quod prima removit:
Adde charismatibus pellere quodq; malum.
Peccatum est nobis, verùm tibi gratia semper:
Respice grata Deo, suscipe vota, Pia.
Offer ei, dulci, puras munimine mentes:
Namq; refert nostras tergere Virgo, tuas;
Officium si Matris habet succurrere stirpi;
Blammate si immunis purificare suos.
Ignavi venuunt operis attendere nati,
Suppresi miseræ pondere quique luis.

Pallor inest nobis, mortisq; parentis imago;
Et patrato, hostis, crimine pegma sumus.
Corruimus cuncti, vitiato stipite, rami;
Continuoq; ipsis singula nostra ruunt.
Absona, quæ primum rimabar consona, cernes;
Turbata aspicies quæque serena prius.
Observat primum famulans, veneransq; supremam,
Respuit, inferior parsq; repellit eam.
Inspirat hinc ratio, pugnat iam serva voluntas,
Bellica, & adversus Numina signa movet.
Vna veni, repara, proli similisq;, Beata,
Sola tot insidias, sospita tot misera,
Nunc precor, ô pietas, ruinæ miserere tuorum:
Vindictis retine fluxa doloris, Ave.
Nunc ora, nunc siste, Tonantis fulmina frange:
Culparum labes, Tu sine labe lava,
Erigere est semper casos tibi Virgo necesse;
Traducem nam cadimus semper in arcta aditus.
Ingemina vires precibus, dum germina, Mater
Noxia nunc etiam non geminare sinunt.
Hostis erat nobis, semper nunc hora nocendi;
O tuasi, Mater, nosque iuvandi aderit!
Regia dum sentit natura iuvamina; quamvis
Attrita adiaccat, surgere fulta valet.
Mortis & in nostræ fac intercesseris hora,
Obsidium nam acer tunc inimicus obit.
Rapturus, timidos prætendit vertere, postque
Tentat ab incerta nos revocare fide.
Inferet is facie torvus phantasmata menti:
Suggillans, oculis horrida spectra refert.
Nostra parat scripto peccata ostendere nobis;
Optat enim nostris posse favere suis.
Suffundit potius peccatis ora rubore,
Torqueat ut nostris nosmet, & ipse, datis.
Refrena insultus rugientis, Virgo, leonis,
Æmula dum gemiti conteris ipsa caput.
Attendas precibus Natorum munda precamur,
Mater in auxilium curre, miserta vola.
Effluere in nobis facias virtutis acervos,
Ne male quid factum tunc ferat hostis, Amen.

Item, edidit aliqua pulcherrima Anagrammata, ex litteris contentis in illis Apostoli verbis: *Omnes in Adam peccaverunt*, in laudem & gloriam *Immaculatæ Conceptionis*, educens ex hac petra durissima aquam, lac, oleum, mel, &c. & extant manuscr. apud ipsum.

DIDACUS de la Fuente Vergara, Doctor Hispanus, edidit Hieroglyphicum *pro Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ*. Impress. cum aliis Baëzæ 1618. in 4. folio 73.

DIDACUS Garcia de Trasmiera, Eques S. Jacobi, ac Supremi Consilij Inquisitor Hispanus, electus Episcopus Zamorensis, scripsit vitam Venerabilis Matris Ursulæ Bonencasæ, Fundatricis Societatis Eremi *sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi multa de mysterio, par. 1. Impress. Monte Regali 1648.

DIDACUS Gomez de Sandoval, Commendatarius maximus Religionis Equitum de Calatrava in utriusque Castellæ Regnis, nomine totius Religionis, die 10. Julij, anno 1652. votum, seu juramentum solemne emisit de communi omnium Equitum consensu, de *tuenda immunitate ab omni originaria culpa Dei Genitricis Virginis MARIÆ*. Vide Christophor. de Vega in Theologia Marian. parte 1. folio 146. & tom. 2. Armamentarii nostri Seraphici.

DIDACUS de Gumiel, Typographus Hispanus, typis mandavit Opusculum sub hoc titulo: Privilegio onzeno del Serenissimo Rey de Aragon D. Juan primero deste nombre, sobre la fiesta *de la Immaculada Conception de nuestra Señora*, sacado de la obra dorada de los Reales privilegios de la Ciudad, y Reyno de Valencia; & extat Latinè, & Hispanicè impress. anno 1515. in 4.

DIDACUS de Guzman, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro, seu tract. de excellentia Sacrificij Evangelici, &c. parte 2. cap. 2. fol. 182. postquam plura de B. Virgine, ac ejus puritate, & gratia dixerat, sic loquitur: Por lo qual con mucha razon la llamò el excelente Martir, y discipulo el Apostol San Juan, y heredero del amor de Jesu Christo, Monstruo de gracia, para con este termino encarecer la grandeza de gracias, que en esta Santa Señora se encerraron, à la qual el Rey soberano amò mas que al resto de todas las criaturas, *en quien no hallaron los puros ojos de Dios mancilla alguna*, à quien el Eterno Padre escogiò por Hija, &c. Vaso de oro purissimo, y nuevo, sin que para otro servicio huviesse sido dedicado, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1599. in 4.

DIDACUS de Guzman, Sacerdos Hispalensis Hispanus, in libro Imaginum, & brevium Meditationum, de vita Sanctissimæ Virginis MARIÆ, &c. *de historia Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* Puncta ad meditandum. Lib. impress. Granatæ, anno 1503. in 8. cum duplicata imagine Immaculatæ Conceptionis.

DIDACUS de Haro Manrique, Ordinis Sanctissimę Trinitatis, in exequijs D. Henrici de Guzman, folio 221. agit latè *de Immaculata Virginis Conceptione*. Serm. impress. cum alijs Hispali 1624. in 4.

DIDACUS Hieronymus de Aux, Poëta Hispanus, edidit Glossam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis apud Sanct. Zapata, libro de Concep. folio 140.

DIDACUS Hurtado à Mendoça, Marchio Cannetensium, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem obsequia, pretium contulit ad fundi emptionem, ut Paniliæ, quæ Conchensis Diœcesis oppidum est, *ad eiusdem Deiparæ Virginis purissimæ Conceptionis* honorem, Templum, cum Cœnobio Minoritico ædificaretur. Gonzaga in historia Seraphica, Provinciæ Carthaginen. & Marrac. in Principib. Marian. folio 114.

DIDACUS de Jesu Maria, Hispanus, Ordinis ..... in libro: Monte de Piedad, y Concordia espiritual, à folio 27. inquit: Por la saludable Natividad. *y aventurada præservacion tuya*, &c. Extat lib. impress. Hispali 1635. in 16.

DIDACUS Laynez, Societatis Jesu Generalis, Hispanus: in Synodo Tridentina, ad quam à Summis Pontificibus Paulo III. Julio III. & Pio IV. tanquam Sedis Apostolicæ Legatus fuerat missus, eius ingens doctrina, & ingenium excellens, *in Deiparæ immunitate explicanda, & defendenda* maximè enituit, dum per tres horas tancta vi, tanctoque successu, ut sacra Synodus (quæ ab ore dicentis admirabunda attendebat) eo decreto, quo totam Adami progeniem nativæ labis ream pronuntiat, purissimam Dei Matrem se non comprehendere, auctoritate sua, scriptoq; consignatum reliquerit, &c. Ita in libro dicto: Imago primi sæculi, Velazquez, fol. 349. Novaes, fol. 330. Orlan-

dinus in factis Societatis. Ribadeneira Societatis Jesu, in vita ejusdem. Et in eodem Concilio Tridentino, contra dilemma P.F. Joannis de Udine, viriliter se opposuit, & argumentatus est pro *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, unà cum R. P. Hieronymo Lombardello, nostræ Seraphicæ Familiæ alumno. Dilemma & argumentum, vide verb. Hieronymus Lombardellus. De hoc refert etiam Joannes Antonius Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 4. fol. 417. & latissimè fol. 289.

DIDACUS de Lequile, Ordinis Minorum Italus: Quòd *Beata Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis habuit cognitionem, & fidem mysterij Sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis*, Sabbato 3. num. 4. Item, quòd fuit *concepta absque peccato originali*, & absque fomite, & debito contrahendi illud, Sabbato 4. num. 8. par. 1. lib. Sermonum Quadragesi. Impr. Venetijs 1650. in 4.

Item, in Sermonibus Adventualibus, Rosario 2. sub titulo: *MARIA concetta senza colpa originale*, à fol. 112. usque 145. agit latè. Lib. impress. Neapoli 1646. in 4.

DIDACUS Lopez de Andrade, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, *de purissima Virginis MARIÆ Conceptione* edidit Tractatus plures. Super illud: Liber generationis Jesu Christi, Librum unum. Impress. Neapoli 1633. in 4.

DIDACUS Lopez Bringellianus, Societatis Jesu Hispanus, in Harmonia Scripturæ Divinæ emodulans actiones laudabiles & vituperabiles virorum ac fœminarum antiquo, aut novo relatas Testamento, &c. in primo indice concionatorio, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermones duos. Et in indice rerum, verb. MARIA, agit de eadem *Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impress. Lugduni 1646. in fol.

DIDACUS Lopez de Messa Zafrensis, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto: Mensa spiritualium ciborum, verb. MARIA, num. 2. ad illa verba, Genes. 2. Non pluet Dominus super terram, inquit: Ante Conceptionem Virginis MARIÆ omnes concipiebantur filij iræ, & inimici Dei, & quodammodò non requiescebat Deus in opere creationis naturæ humanæ; *at post creationem animæ Beatissimæ, tunc cœpit quiescere, &c.* Et num. 4. adstruit *B. Virginem MARIAM immunem fuisse ab omni peccato, etiam originali*. Idem dicit alibi. Lib. impress. Lugduni, anno 1614. in folio, & Coloniæ, anno 1621. in 4. regali.

DIDACUS Ludovisius Freile de Lima, Poëta Hispanus, scripsit quasdam Octavas *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre est in libro Hieronymi de Alcala Yañez, folio 96.

DIDACUS Madueño, Societatis Jesu Hispanus, *de illibata, ac prorsus pura Conceptione B. Virginis MARIÆ* Tractatum unum. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 327. Pistoia, fol. 155.

DIDACUS Manuel Hispanus, in libro: Excelencias de MARIA, y observationes alas estrellas de su Imperial Corona, &c. Excellentia 1. est sub hoc titulo: MARIA Santissima descendio de sangre Real, *y fue concebida sin la mancha del original pecado*, à fol. 17. usque 30. Lib. impress. Matriti, anno 1633. in 16.

DIDACUS Matute de Peñafiel, y Contreras, Canonicus & Doctor Hispanus, in lib. de Prosapia Christi, ætate 1. capite 2. de Nobilitate Christi, ac Matris eius, & quomodò *non contraxerunt naevum Adami*, agit latè à fol. 10. usque 15. in quibus forsan aliqua scitu digna, sicut omnia alia huius Auctoris, de præservatione Virginis à peccato originali. Et ætate 5. mundi, cap. 4. §. 4. de Genealogia, & excellentijs Virginis MARIÆ, tractat de *pura, ac immaculata eius Conceptione*, à fol. 312. usque 334. Lib. impress. Baëzæ 1614. in 4.

DIDACUS Messia, Doctor utriusque Juris, Hispanus, edidit Epigramma *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*. Ita Didacus Cano, Trab. de Concept. folio 71.

DIDACUS de Montalvo, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, in libro: Venida de la sagrada Virgen de Guadalupe à España, &c. tom. 1. cap. 6. fol. 18. inquit: A mi me dixo vn muy enamorado desta Reyna soberana, en ocasion, que tuve obligacion à creerle, aunque me dixera cosa muy impossibile; que se dà por muy servida, y aun por obligada de quien le reza diez vezes la salve, à honor, y reverencia de su *purissima*, è *Immaculada Concepcion*, y se siente luego. Creanme serle acepta la devocion, y muy de su servicio, y agrado, por los efectos, que con ella se alcançan de pureza en lo interior, &c. Lib. impress. Ulyssiponæ, anno 1631. in 4.

DIDACUS Monteirus, Societatis Jesu Hispanus, agit *de antiquitate festi Conceptionis apud Græcos, & Ecclesiam Romanam*, in lib. de Arte orandi, tractatu 22. Conimbriæ 1630. in 4.

DIDACUS Muñoz de Lopera, Collega Complutensis, ac Poëta Hispanus, scripsit Glossam *per immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*. Impres. cum aliis Granatæ 1651. folio 256.

DIDACUS Murillo, Ordinis Minorum Hispanus: Quòd Ecclesia de Columna Cæsaraugustana fuit consecrata, sub titulo *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; caput unum, in ordine 14. folio 112. in libro inscripto: Fundatio miraculosa Capellæ Angelicæ Matris Dei de Columna Cæsaraugustana. Impress. Barchinone 1616. in folio.

Item, in libro: Vita, & excellentiæ Matris Dei, in festivitate *purissimæ Conceptionis* Discursus novem, seu potiùs Tract. absolutissimum. Cæsaraugustæ 1610. in 4. à folio primo, usque 108. & incipit: Ninguna cosa, &c. Ibidem, de festivitate *purissimæ Conceptionis* Sermonem, à folio 108. usque 146. incipit: Que nobleza, &c.

Item, in Discursibus prædicabilibus circa Evangelia Adventualia, in festivitate *purissimæ Conceptionis Matris Dei* Sermonem, & incipit: Celebra oy fiesta, &c. à folio 322. usque 391. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1610. in 4.

Item, in libro dicto: Divina, dulce, y provechosa Poësia, folio 258. vocat Virginem MARIAM *rosam absque spina, & speculum sine macula, &c.* Lib. impress. Cæsaraugustæ 1616. in 8.

DIDACUS de Ojea, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. Breve instruccion de la devocion, Cofradia, Indulgencias, y milagros del Rosario de nuestra Señora, &c. folio 28. de Indulgentia concessa *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1589. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

DIDACUS Oquete, Societatis Jesu Hispanus, in Collegio Complutensi sacrarum Litterarum Interpres, absolvit luculentum Commentarium in Cantica Canticorum, ubi in singulis octo capi-

rum versiculis illi translucet *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptio*, &c. Opus nondum vidit lucem, quamvis prælo sit dignissimum. Item, singulis annis, Prædis munere fungens, defendit Biblicas Theses, in quibus propugnat *B. Virginis immunitatem à peccato originali*, & immediato illius contrahendi debito. Extant impressæ Compluti, ab anno 1650. usque 1660. Item, ex Superiorum facultate emisit votum *de prædicanda Deiparæ à peccato originali immunitate*, in omnibus Concionibus, cujuscumque fuerint festivitatis, vel temporis; & quod piè promisit, inviolabiliter magno devotionis affectu, iteratis vicibus præstat.

DIDACUS Ortiz, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Festivitate S. Stephani, fol. 5. ait: Assi queriendo llegar à formar la Virgen, considerando, quæ avian de concurrir en ella cosas opuestas, y contrarias, nunca hasta aquel tiempo vistas en ninguna pura criatura, *porque avia de ser hija de Adam, y no heredera de sus traiciones, y alevosias*, &c. Sermo impress. Hispali 1609. in 4. Vide, quâ phrasi ostendat Virginem in sua formatione non contraxisse peccatum Adami.

DIDACUS Pachecus, Marchio Villenensis, in oppido de Hayllon, cujus erat Dominus temporalis, *Monasterium purissimæ Conceptioni Beatissimæ Virginis MARIÆ* sacrum, pro Franciscanis Monialibus ædificari, dotarique curavit, ut suum erga mysterium affectum ostenderet; quod cùm morte præventus ad optatum finem adducere non posset; ejus filius, atque successor, dictum Monasterium omnibus suis numeris absolvit. Gonzaga, in historia Seraphica Provinciæ Conceptionis, Marrac. in Princip. Marian. folio 114.

DIDACUS de Payva de Andrada Hispanus, in lib. Defensiones Tridentinæ fidei Catholicæ contra Martinum Kemnitium, folio 486. par. 3. sect. 5. de *Virginis Deiparæ Conceptione*, & Canone ult. *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* agit latissimè, & eruditè, usque ad fol. 500. Lib. impress. Ingolstadij 1508. Sed adverte, quòd hic Auctor scripsit alium librum contra Kemnitium, impress. Venetijs 1564. divisum in decem libros, in quo nihil invenies.

DIDACUS Perez, Doctor Hispanus, in libro: Camino, y puerta para la oracion, &c. discurs. 2. c. 3. sub hoc titulo: De S. Joachim, y Santa Anna, *y de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, &c. à fol. 229. Impress. Barchinone 1588. & 1584. in 8.

DIDACUS Perez de Valdivia Hispanus, edidit lib. sub hoc titulo: Tratado *de la singular y purissima Concepcion de la Madre de Dios*, con una exposicion sobre los Cantares. Lib. impress. Barchinone, anno 1600. in 8.

DIDACUS de Quiñones, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Serm. funerali D. Hieronymi Manrique de Lara, à principio sermonis ferè usque ad finem, agit *de victoria obtenta à Christo Domino, de peccato, dæmone, ac cæteris inimicis per Virginem Dei Matrem MARIAM*. Vide ibi. Serm. impress. Vallisoleti 1645. in 4.

DIDACUS Quizalda, Baccalaureus, & Poëta Hispanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Cantionem unam, in lib. impress. Hispali 1616. fol. 60.

DIDACUS de Rivera, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Virgine MARIA absq; originali peccato concepta*. Et extat apud Didacum Cano, de Conceptione, folio 91.

DIDACUS Robertus, Doctor Theologus, & Provincialis Provinciæ S. Bonaventuræ Ordinis Minorum Gallus, in explicatione Psalmi: Domine quis habitabit: Expliquez en dix sept Sermons, &c. fol. 454. Quòd Beata Virgo fuit impeccabilis non naturâ, sed gratiâ & privilegio particulari, *& fuit præservata ab omni peccato originali*, mortali, & veniali, &c. Item, à folio 534. *Serm. pro die Conceptionis Virginis*, sub themate: Liber generationis, &c. ubi de eiusdem Immaculata Conceptione, & præservatione, usque ad folium 590. Item, folio 719. Quòd sacra V. Maria habuit maximam obligationem Filio, *eò quòd fuerit præservata ab originali peccato*, &c. tom. 1. Impress. Lugduni 1622. in 8.

DIDACUS de Rosis, Societatis Jesu Italus, in Ethica Christiana divinæ Scripturæ, Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum virorum sententijs contexta, lib. 13. cap. 2. num. 9. folio 359. inquit: Tanta est hæc Maternitatis dignitas, ut per illam quæcumque magna, & excelsa sacratissimæ Virgini jure optimo adscribi possint, quæcumque in creaturam, sine injuria fidei, & Creatoris cadere possunt. Hunc etiam metiendi, atque metandi Mariæ laudes, Canonem tradunt ubique Patres & Scholastici; qui nisi certus, tectusque sit, quæcumque *de Virginis Conceptione Immaculata*, & de alijs ejusdem prærogativis tradere solemus, facilè vertuntur, &c. Lib. impress. Romæ 1646. in 4.

DIDACUS de Roxas, & Caravajal, Poëta Hispanus, scripsit pro gloria Scoti, *& purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Carmina. Impress. cum aliis Granatæ, folio 227.

DIDACUS Ruiz de Montoya Hispalensis, Societatis Jesu Hispanus, in Commentarijs, ac disputationibus ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte D. Thomæ, disp. 13. de Prædestinatione cum peccato originali, sectio. 5. Utrum ante prævisum originale peccatum Deus prædestinaverit, & reprobaverit singulos homines in particulari? num. 5. folio 137. Quòd *Beatissima Virgo prædestinata fuit ante prævisum originale*, quod non potuit prævideri ubi non erat futurum. Ibidem, num. 24. & 25. & 26. agit de eadem *prædestinatione Virginis ante prævisionem originalis*. Lib. impress. Lugduni 1628. in fol.

Item, in Commentarijs, ac disputationibus de Scientia, de ideis, de veritate, ac de vita Dei, disput. 47. sect. 4. de viatoribus in gratia cõfirmatis, num. 6. & 7. folio 410. Quòd in prima, & secunda *sanctificatione Virginis MARIÆ ei potentia peccandi fuerit ablata*, &c. Lib. impress. Lutetiæ 1629. in folio.

Item, ad quæst. 12. & 13. S. Thomæ, de Providentia, & prædestinatione, tract. 4. disput. 43. sect. 5. num. 2. fol. 490. Quòd *Beatam V. MARIAM nova gratia operante, atque præveniente* verisimilius est indiguisse nunquam: quoniam prima gratiæ operantis, & prævenientis, *quam habuit à primo instanti suæ Conceptionis*, vel certè alterius, quàm habuerit à primo instanti usus rationis, virtus, & motio sine ulla unquam intermissione viguit, indies accipiens incrementa maiora, &c. Lib. impress. Lugduni, an. 1651. in fol.

DIDACUS Sanchez de Camera, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro Conceptuum spiritualium, super Miserere R. Cæsaris Calderarij de Vincenza, lect. 12. fol. 105. inquit: Assi todas las animas caen en este despeñadero del peccado original, quando se haze la segunda Concepcion; mas puede bien ser, que Dios aya librado una

(digo

(digo aquella de su felizissima Madre de la Virgen MARIA) la qual, si bien por la primera Concepcion, conviene a saber materialmente, pudo caer en el peccado original, *mas no de ninguna manera à la segunda*; y esta es mi opinion, &c. Lib. impress. Compluti 1594. & Matriti 1589. in 4.

DIDACUS Sanchez Pinedo, Poëta Hispanus, scripsit Glossam Hispanicè *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Et est apud Ferriol. libro de Conceptione, fol. 46.

DIDACUS Sanchez Portocarrero, Hispanus, scripsit lib. sub hoc titulo: Juramento, y voto solemne, que hizo el noble, y muy leal Señorio de Molina en 18. de Junio de 1644. *en tener, enseñar, defender, y celebrar la Concepcion sin culpa de la Virgen MARIA* Madre de Dios en la Iglesia, y España de donde se deduce la particular señal del Noble, y muy leal Señorio de Molina. Lib. impress. Matriti 1648. in 4.

Item, in lib. Nuevo Catalogo de los Obispos de la Santa Iglesia de Siguença, &c. in D. Fadrique de Portugal, fol. 58. inquit: En su tiempo, año de 1518. concedió el Papa Leon X. al Cabildo Ecclesiastico de Molina el raro privilegio de que pueda celebrar en el dia *de la Concepcion de nuestra Señora* Missa conventual à media noche, despues de los Maytines, moviendo à esto el antiguo Patronato, y devocion desta Villa, y su Cabildo. Et in D. Ferdinando Niño de Guevara, fol. 72. inquit: La Orden de Monjas *de la Concepcion Immaculada de nuestra Señora* jurò en su tiempo con efecto en este Obispado, donde era de antiguos tiempos grande la devocion à este Mysterio. Et infra, in D. Petro Pacheco, folio 74. inquit: Assistiò al Concilio de Trento, donde fue gran parte, para que se ordenasse aquel Decreto, sobre el punto *de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, mas favorable à la opinion de la immunidad, que à la contraria. Era el Cardenal muy devoto à este mysterio, y tanto, que dizen, que teniendo noticia deste Decreto otro Prelado mas afecto à la opinion contraria, dixo, aludiendo à su devocion: in hoc Concilium Pachequizavit. Assi lo refiere el M. Gil Gonzalez Davila, en el Teatro de Siguença. Item, in D. Ferdinando de Andrade, folio 91. inquit: Suplicò à la Sede Apostolica, paraque se guardasse en este Obispado la fiesta de la *Immaculada Concepcion de nuestra Señora*; cuya observancia de precepto estava reformada en otras, por el nuevo Breve de Urbano VIII. &c. mandò por los edictos guardar esta fiesta, en el interin, que conseguia su suplica, y mostrando mas su loable afecto à este mysterio, exortò à su Iglesia Catedral, y alas demas Iglesias, y pueblos de la Diœcesi, al voto, y juramento solemne de defenderle, y celebrarle, en el sentido que la Iglesia Catolica le celebra; acto que celebraron con gran fervor, y solemnidad en diferentes dias del año 1644. y 1645. Lib. impr. Matriti 1646. in 4.

Item, edidit Discursum *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut ipsemet refert ad finem eiusdem libri, fol. 91.

DIDACUS Seco, Episcopus Nyssenus Hispanus, scripsit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Disputationes duas, quæ manusc. extabant apud D. Bernardum de Toro. Marrac. in Catalogo, ad annum 1617. & in Antist. Marian. fol. 130. Pistoia, fol. 157. num. 69.

DIDACUS de Sicilia, Ordinis Minorum Hispanus, cùm esset Provincialis Minister Provinciæ Conceptionis, cum aliis Patribus Diffinitoris, scripsit Epistolam ad Sanctitatem Pauli V. *pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quæ extat apud Dazam, tract. de Concept. cap. 25. fol. 189.

DIDACUS Stella, Ordinis Minorum Hispanus, in Commentariis in sanctum JESU CHRISTI Evangelium secundùm Lucam, cap. 1. ad illud: Ave gratiâ plena, fol. 30. col. 2. *Ave*, inquit Angelus, *ab omni vel tenuissimo peccato, originali etiam, prorsus immunis*. Ave tota pulchra, tota Immaculata, tota gratiâ plena, ita ut nunquam in te, vel pro tempore momento, vel ad ictum oculi quidquam fuerit, quod Deo displicuerit; ut nimirum verissimum sit, quòd te totam gratia occupavit, & quòd te totam gratia possedit. Et cap. 3. ad illa verba: Factum est autem, cùm baptizaretur, omnis populus, &c. folio 184. col. 2. inquit: Absit; loci ist. & universales locutiones, non de omnibus, sed de pluribus intelligendæ sunt; ex quo patet, quàm debile sit fundamentum eorum, qui probare volunt *B. Virginem conceptam in originali peccato*, ex illo Pauli: Omnes in Adam peccaverunt. Ex oppositò contra ipsos adduci potest illud, quod Jacobus ait: Omnes in multis deficimus, ubi Jacobus de peccatis actualibus loquitur, quia pluraliter loquitur; peccatum tamen originale unum in omnibus quoque tantùm est: si ergo omnes (nullo excepto) intelligendum est, quòd in multis delinquimus: concedere tenentur auctoritate Jacobi convicti, quòd Beata Virgo habuerit multa peccata actualia; & si dicant, quòd Jacobi dictum interpretandum est, *excepta Deipara Virgine*, cur etiam & auctoritas Pauli sic interpretanda non erit? Ignorat Jacobus, & omnes auctoritates, quas citavimus, excepta Pauli auctoritate (quæ omnes includit *dempta Virgine*) intelligendæ sunt ut plurimum: nam multi excipiuntur ab illa generalitate, &c. Lib. impress. Lugduni, anno 1583. in fol. & an. 1592. in fol.

Item, in Tabulis rerum, de vanitate sæculi, folio 86. *de festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* index concionatorium. Lib. excus. per Emmanuelem de Lyra 1583. in 8. parvo.

Item, in libro de Excellentijs S. Joannis Evangelistæ, cap. 10. artic. 4. fol. 451. *Quòd Virgo MARIA fuit præservata in sua Conceptione*, impress. Valentiæ, & aucto à R. P. Fr. Christophoro Moreno 1595. in 8.

DIDACUS Suarez de S. MARIA, Ordinis... scripsit Sermones de *Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*. Impress. Lugduni 1605. ut referunt Possevinus, & Leon, classe 7. Quis autem fuerit Auctor iste, sub hoc nomine invenire non potui.

DIDACUS de la Vega, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de Paradiso, & gloria Sanctorum, in festivitate *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Sermonem, incipit: Aspira fragrancia. Et ibidem, discurs. 2. de Excellentiis Virginis Dominæ nostræ, *in festivitate suæ purissimæ Conceptionis*, incipit: Pensamiento fue. Quæ omnia extant à folio 34. usque 96. Lib. impress. Toleti 1602. in 4. & Barchinone 1603. & Venetijs 1611. in 8. Coloniæ.

Item, in libro Prærogativarum, & excellentiarum Dominæ nostræ Virginis MARIÆ, &c. in fol.

vitate Conceptionis Dominæ nostræ Sermonem, & incipit: Florecia tanta, Fè, &c. Et ibidem, *de festivitate purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ* Sermonem alterum, incipit: Una de las cosas, &c. à folio 1. usq; 57. Lib. impress. Compluti 1616. in 4.

Item, in Concionibus vespertinis Quadragesimalibus, *pro Conceptione Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Vide ibi. Lib. impr. Metinæ à Campo 1603. in 4.

Item, in Apologia sacra, contra septem criminalia vitia, cap. 11. §. 4. part. 2. fol. 43. vocat Virginem MARIAM, *speculum sine macula*; & prædictum librum Apologiæ concludit sic: Ad gloriam omnipotentis Dei, intemeratæ MARIÆ Matris ejus, *sine peccato originali conceptæ*. Impress. 1622. in 4. Hic Auctor in omnibus ferè libris suis, pro viribus magis piam tuetur sententiam, ut legenti patebit.

DIDACUS Velazquez, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, in libro prænominato: Regina cœli, agit à folio 25. usque 61. Impress. 1583. Dicitur etiam, quòd fuerit impress. Metinæ à Campo 1580. sed hanc impressionem non vidi.

DIDACUS de Victoria, Ordinis Prædicatorum Hispanus, fundavit Confraternitatem Sanctissimi Nominis Dei, in qua Congregatione, seu Confraternitate, ex instituto recitatur officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod nunc in tota Romana Ecclesia recitatur; ut videre est in libro, cui titulus est: Oficio della Congregattione del Santissimo Nome de Iddio, è Monte de Poveri, sotto la protettione de i Patri Prædicatori della Chiesa de San Severo maggiore de Neapoli. Lib. impr. absque loco, & anno impressionis, quia in nostro originali deerat primum folium, in 12. & officium extat in eodem, à fol. 45. usque 134.

DIDACUS de Xarava de Castillo, Eques Sancti Jacobi Hispanus, scripsit librum sub hoc titulo: *Triumphos gozosos de MARIA sanctissima concebida limpia, pura, santa, y sin mancha de pecado original*; y intelligencia de este assumpto, &c. per plures discurs. agit latè. Lib. impress. Matriti, an. 1660. in 4. Ubi quamplures extant approbationes, quarum quælibet pro uno poterat deservire Milite, quia sunt ex aliquibus doctissimis huius temporis, litteratissimisque viris.

DIDACUS Ximenez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Enchiridione, seu Manuali doctrinæ Christianæ, Tractatu super Miserere, ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, à fol. 64. inquit: Porque yo soy en pecados concebido, y el metal que entro en mi triste composicion, plomo, y estaño, pecados, y penas fueron, y al fin saquè las letras del molde, como la campana, y los doblezes de la prensa en que fui emprensado. *Solo fue uno concebido sin pecado, y una que le concibiò, nacida, y quiza concebida sin èl*; y bien conozco, y sè yo que no ninguno dellos, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1567. in 8.

DIDACUS de Yanguas, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro de Cardinalibus, & præcipuis Jesu Christi, & Sanctorum operibus, &c. libro 3. concione 2. de Nativitate Beatæ MARIÆ Virginis, folio 110. inquit: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Rubiginem quæ vitium metalli est, quod contrahere solet, originalis peccati maculam vocat Bernardus, sermone 4. de Epiphania. Hanc autem abstulit Spiritus Sanctus à Beatissima Virgine, aut per sanctificationem copiosissimam statim post Conceptionem, & animationem (ut Divus Thomas, cum antiquis Patribus verissimè, ac constantissimè, & ipse Beatissimæ Virgini devotissimus docuit) aut fortasse abstulisse dicetur, *quia præservavit eam ab illa ex speciali privilegio, ne incurreret maculam originalem, quam ex vi suæ Conceptionis contraxisset necessariò, nisi gratiâ divinâ præventa fuisset*, sicut multi viri pij his temporibus opinantur, & docent, &c. Lib. impress. Matriti 1602. in 4.

DIDACUS de Zayas Sotomayor, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Concionem *ad honorem purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ, &c.* à folio 317. Impress. cum alijs Granatæ, ann. 1651. in 4.

DIDACUS de Zisneros, Doctor Medicinæ Hispanus, in Carmine ad Hippolytum de Olivares: *Quòd Virgo fuit immunis à peccati diluvio*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

DIMAS Serpi Calaritanus, Ordinis Minorum Hispanus, in Tractatu, seu libro dicto: Tratado contra Lutero, y otros Hereges, segun el Decreto del Santo Concilio Tridentino, con singular doctrina de Sanctos Doctores Griegos, Latinos, y Hebreos, &c. de animabus Purgatorij, cap. 3. fol. 14. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præservata à culpa originali*. Ubi etiam cap. 38. fol. 114. agit latè de hac Virginis præservatione. Lib. impress. Ulyssiponæ 1617. in 4. & alibi.

DIMAS Terræ, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: Supplementum privilegiorum Ordinis Minorum, recollegit gratias, indulgentias, ac privilegia pro Religione Monialium, *ac die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est fol. 93. concess. 290. & fol. 105. & alibi passim. Lib. impress. Barchinone antiquis characteribus, an. 1523. in 4.

DIONYSIUS Alexandrinus, Episcopus ac Sanctus, in Epistola adversùs Paulum Samatensem Episcopum Antiochiæ, quæst. 5. in responsione, inquit: Neque manu hominis Sacerdos noster electus est, neque tabernaculum ejus ab hominibus fabricatum; sed Spiritu Sancto firmatum est, & virtute Altissimi protegitur *illud semper laudatissimum Dei tabernaculum MARIA Deipara Virgo, &c.* Extat tom. 3. Biblioth. V V. PP. impress. Colonien. fol. 73. Et nota illud, *semper*: nam, si MARIA fuit semper tabernaculum Dei laudatissimum; ergo nunquam diaboli, vel peccati; siquidem semper firma, & firmata ab Spiritu Sancto in gratia. Et in Præfatione Epistolæ, sic inquit: *Una autem, & sola Virgo filia vitæ genuit Verbum vivens* & per se subsistens, increatum & Creatorem, qui venit in mundum, & mundus eum non cognovit; Deum, & Deum supra cœlestem cœli fabricatorem, conditorem mundi, sanctificantem & sanctificatum, &c. Nota: nam quando Dionysius vocat Christum genitum Verbum vivens, vocat etiam MARIAM filiam vitæ; ergo ut filia, & ut genita ipsa debet vocari semper filia vitæ, non verò mortis, quales sumus nos. Item, nota: quòd Christus dicitur sanctificatus à sanctis Patribus, & tamen non contraxit peccatum originale; quomodo ergo Adversarii ubicumque audiunt, vel legunt Virginem fuisse sanctificatam, absque alio fundamento, nisi ex voce sanctificationis, deducunt: ergo fuit concepta in peccato originali? Item, in solut. 46. inquit: Deus venit

nit novissimis diebus, non in figura ignis, sed conceptus ventre Virginis MARIÆ, superveniente Spiritu Sancto in eam, *& Matrem incorruptam à pedibus usq; ad caput benedictam servavit, &c.* Vide Mart. Philip. fol. 1205.

DIONYSIUS Bonaqua, Ordinis Minorum Ragusinus, edidit Libellum sub hoc titulo: Oficios diversos, y devotos, para que los Fieles, y Catholicos rezen, y se exerciten, en la devocion del Santissimo Sacramento, *de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, y de San Antonio de Padua, &c. Et adducit officium Conceptionis à folio 9. usque 16. Impress. Matriti 1657. in 16. & 1658.

DIONYSIUS Bussotus, Italus, Ordinis Servorum & Episcopus Burgi Sancti Sepulchri, inter festivitates devotione, vel consuetudine, vel pia veneratione agendas, enumerat *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis*; ut videre est in Diœcesana Synodo ab ipso celebrata in Burgo S. Sepulchri, fol. 35.

DIONYSIUS Cistercienfis, in quatuor Sententiarum libros, à Fratre Joanne Macerien ejusdem gradus, & professionis, ex Monasterio Charitatis correctos, & emendatos, in 2. lib. Sent. dist. 30. art. 2. Qualiter peccatum originale contrahatur in parvulis? folio 83. à tergo, respondens ad difficultatem, quare Christus non contraxit peccatum originale? dicit: Primò, quia Christus non fuit ex Adam ad originalem justitiam hæreditariè obligatus, quod tamen ponitur de ratione esse originalis peccati de communi lege; unde, quia Christus non fuit de posteritate Adæ, ideo non accepit justitiam originalem in primo parente, ad quam dono hæreditario teneretur. Secundò, *etiam quia caro Christi fuit ab omni indispositione & inclinatione mentis ad ministrare corpus secundum desideria carnis, mundata, imò forsitan in matre Anna fuit corpus eius à fomite, & concupiscentia purgatum, &c.* Et infra affirmat, quòd culpa originalis est gravior culpa veniali, & fugibilior est indignitas culpæ originalis, quàm peccati venialis: quia propter originale aliquis indignus est gloriâ, & nullus propter veniale præcisè; & quia per originale aliquis est iniustus, non autem propter veniale, &c. Lib. impress. Parisijs in fol. & extat in Bibliotheca Aracœlitana, class. 5. num. 10. Si in utero Annæ fuit corpus Christi purgatum à fomite, & concupiscentia; igitur corpus MARIÆ in Annæ utero fuit genitum absque peccato originali: quia si in Anna purgatus fuit fomes peccati, ac concupiscentia nulla remansit, nec infecta radix; à qua pullularet culpa in Virginis carne, vel anima? quia in sententia Adversariorum totalis causa contractionis peccati in filijs, oritur à fomite, & concupiscentia parentum.

DIONYSIUS Faber Cœlestinus, Vicarius Generalis sui Ordinis Gallus, scripsit Opus devotum ac metricum de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Deiparæ, sub hoc titulo: *Carmen Hexametrum de Puritate Conceptionis MARIÆ, versibus intercalaribus eandem puritatem asserentibus distinctum.* Opus verò incipit sic:

Nullus originea MARIAM rubigine læsam
Astruat; ultricem ne pignoris excitet iram, &c.

Item, scripsit Tractatum *de purissimo Deiparæ Virginis Conceptu*, & incipit: Vas admirabile, opus excelsi, arca fœderis, &c.

Item, scripsit Carmen Heroicum in laudem *purissimi Christiferæ MARIÆ Conceptûs*, cuius initiales litteræ, illud de Canticis efficiunt: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et incipit:

Tempus erat, quo dira lues, terrumq; venenum, &c.

Item, fecit alium Tractatum, sub hoc titulo: *in laudem purissimi Christiferæ Virginis MARIÆ Conceptûs.* Et incipit: Postquam versutâ draconis invidiâ mulieri deceptæ consentiendo primus homo, &c. Qui quidem Tractatus eruditissimi sunt manuscr. apud Cœlestinos Parisienf. & apud nos sudant sub prælo.

Item, in libro dicto: Devoti Epithalamij de laude B. MARIÆ explanatio, devotæque super illud contemplationes, qui incipit: Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in delicijs, &c. cap. 1. de Pulchritudine B. MARIÆ: *Pulchra in Conceptione*, pulchrior in Nativitate, pulchra in virtuosa conversatione, &c. Et inferius: *Ab æterno prælecta*, à Prophetis prænuntiata, Patriarchis promissa, figuris præsignata, oraculis denuntiata, *sine peccato Concepta, sine macula progenita, &c.* Manusc. in fol. apud nos, & apud Patres Cœlestinos Parisien.

DIONYSIUS à Genua, Ordinis Minorum Italus, fecit descriptionem Conventûs *sanctissimæ Conceptionis* Saxelli; ut videre est in relatione Provinciæ reformatæ S. Patris N. Francisci Januensis Manuscrip. apud nos, num. 99. & extat in fol.

DIONYSIUS Guillen, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Sermonem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei, & Dominæ nostræ, &c.* Impress. Hispali, ann. 1618. in 4. in festivitate celebrata Marchienæ, à Domino D. Roderico Ponze de Leon, Duce de Arcos.

DIONYSIUS Juancovic, Ordinis Minorum, in descriptione Provinciæ Bosnæ Argentinæ refert, quòd Ecclesia Conventûs Clagnaozin Croatiæ, est erecta sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ &c.* Item, quòd in Monasterio Montis Sancti Salvani, est Altare sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ*; ex relatione manusc. quæ apud nos est.

DIONYSIUS N. edidit Sermonem sub hoc titulo: Elucidatio Lectionis loco Epistolæ *in festo Conceptionis B. Virginis*, & incipit: Lectio ista ex Ecclesiastico. Item, alium de Expositione Evangelii *in festo Conceptionis Beatæ Virginis*, & incipit: In Evangelista Matthæus in Evangelio hodierno. Manusc. in Biblioth. Societ. Jesu Bruxellensi in 4.

DIONYSIUS Paulus Lopis Valentinus, utriusque Juris Doctor Bononiensis, Hispanus, in Flaculo de Clericorum, & Sacerdotum excellentij, &c. parte 1. regula 8. de Intercessione Virginis *atque de Immaculata, & purissima eius Conceptione, &c.* à num. 152. fol. 108. ubi admonet Clericos, ut pro continentia invocent, confugiant, atque recolant Immaculatam Virginis Conceptionem. Lib. impr. Valentiæ 1588. in 4.

DIONYSIUS Peronnet, Doctor Theologus & Canonicus Theologalis & Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis de Auxerre Gallus, in libro: Sermons & exhortations Catholiques pour les festes de Jesus Christ, & des Saincts, à folio 32. *Serm. pro die Conceptionis*: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, Genes. 3. ubi latè agit de præservatione B. Virginis à peccato originali. Lib. impr. Antuerpiæ 1604. in 12. & Parisijs 1588. in 8.

DIONYSIUS Petavius, Societatis Jesu Aurelianensis, in libro Theologicorum dogmatum, tomo 4. parte 2. de Incarnatione, lib. 14. cap. 2. fol. 379. usque 394. *Quòd Beata Virgo MARIA non fuerit obnoxia*

almoxia peccato originali, latè Lib. impress. Lutetiæ 1650. in fol. magno.

Item, in Operibus poëticis, & Orationibus de Annuntiatione Virginis MARIÆ, multa adducit hinc inde, quæ ejus *immunitatem à peccato* respiciunt, à folio 1. usque 16. Lib. impress. Parisijs 1620. in 12. regali.

DIONYSIUS de Piassenza, Canonicus Regularis Lateranensis Italus, in Operibus spiritualibus venerandæ, & devotissimæ virginis Baptistæ de Genova, parte 3. folio 22. de varijs Contemplationibus, contemplatione 8. *Quòd Beata Virgo MARIA, neque per unum instans fuit in tenebris culpæ*, &c. Impress. Venetijs 1588. in 4.

DIONYSIUS Richelius, aliàs de Zeuvis, Germanus, Ordinis Carthusianorum, & communiter Carthusianus dictus (distinctus ab alio Landulpho, etiam Carthusiano, qui scripsit vitam Christi, de quo suo loco) in suis Operibus habet sequentia: Utrum gloriosissima Virgo fuerit sanctificata, antequàm concepta, *ita ut nunquam subjacuerit culpæ originali*? Quæstionem; ubi latissimè nostram tuetur sententiam. Venetijs 1584. in folio. Item, *in festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Sermones sex latissimos, ubi plura scitu digna adducuntur in Sermonario de Sanctis, & eruditè satis defendit præservationem Virginis à peccato originali. Impress. Coloniæ 1533. in folio.

Item: An glorificanda sit benedicta Virgo MARIA Deifera ex Angelica Annuntiatione, *ac miraculosè concepta sit*, & quid veritatis contineat liber ille apocriphus reputatus, de Ortu, & vita MARIÆ, intitulatus? artic. unum; in Opusculo de laudibus Virginis, quod incipit: Quæ est ista, &c. in ordine 8. libri primi Opusculorum. Item: Qualiter *plenitudo gratiæ inerat Virgini gloriosæ*? articulum unum, in libro 2. in ordine 2. Et ibidem: Qualiter intelligendum sit verbum Sancti Anselmi dicentis: Optimam, pijssimamque MARIAM tanta puritate resplenduisse, *quòd major sub Deo intelligi nequiret*? artic. 1. Impress. Coloniæ 1532. in folio. Vide in manusc. existente Ruremundæ, apud PP. Carthusianos, litt. C. num. 9.

Item, in tomo 2. Opusculorum Minorum, de Præconio, & dignitate MARIÆ; de inimicitia, quæ inter mulierem, serpentemque exorta est; & quænam sit hæc fœmina serpentis inimica, quomodoque ab origine mundi *præelecta, præsignata, præscriptaque sit Dei Genitrix Virgo MARIA*? articulos tres. Coloniæ 1532. in fol.

Item, in parvo Opusculo de laudibus B. Virginis, sub hoc titulo: De laudibus ejusdem Beatæ MARIÆ Virginis, pulcher valde atque elegans Tractatus, ex dictis Bernardi, Anselmi, & aliorum Ecclesiæ Doctorum, per dictum Fratrem Dionysium subtiliter atque industriosè collectus, &c. & incipit: Mentem & oculos pariter cum manibus ad te, Regina mundi, attollimus, &c. In hoc ergo sic inquit: Sicut Aurora valde rutilans in mundum progressa es, ó MARIA, quando veri Solis splendorem tantæ sanctitatis jubare præcurristi, &c. Et restè quidem Auroræ implesti officium; ipse enim Sol Justitiæ de te processurus, ortum suum *matutina quadam radiatione præveniens, in te lucis suæ radios transfudit*, quibus potestates tenebrarum, quas Eva induxerat in fugam convertisti, &c. Tu ergo pulchra es ut Luna, imo pulchrior quàm Luna: quia tota pulchra es, & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio, &c. Extat Tractatus iste impress. cum alio Dialogo inter B. MARIAM, & peccatorem, in fol. apud Monasterium S. Martini Benedictinorum Coloniæ, art. 1. num. 8. sub nomine Dionysii Carthusiensis de Ruremunda editus, & per Dominum Joannem de S. Geminiano eximium Theologiæ Professorem suppletus. Item, quòd Beata Virgo MARIA, per prævenientem Filij sui gratiam creditur *à peccato originali fuisse præservata*, in libro super Psalmos, fol. 260. super Psalmum 116. Lib. impress. Coloniæ 1534. in fol.

Item, in 3. lib. Sentent. distinct. 3. de Sanctificatione Virginis MARIÆ: Utrum gloriosissima Virgo fuerit sanctificata, antequam concepta, *ita quod nunquam subjacuerit culpæ originali*? & adductis sententijs pro una, & altera parte, sic quæstionem concludit: Verumtamen quidquid in hac re sit sentiendum, non disputationibus contentiosis, sed determinatione Ecclesiæ Catholicæ (cui obedire tenemur) est inquirendum; quæ in novissimo Concilio universali finem (ut dixi) his dissentionibus imposuit, *& dignissimam Dei Matrem in sua Conceptione ab omni originali labe, per prævenientem gratiam à summo capite Christo ortum habentem, præservatam*, atque ideo festum de ea, sub nomine Conceptionis, & non sanctificationis esse celebrandum determinavit, sicut & hodie celebrat. Ita etiam Ordo noster Carthusiensis observare videtur. Hoc & mihi magis pium apparet, & rationabile: horremus enim, mulierem quæ caput serpentis erat contritura, quandoque ab eo contritam, atque diaboli filiam fuisse Matrem Domini, fateri; insuper & Dominam Angelorum servam fuisse peccati, atque amantissimam Dei Patris Filiam, quandoque fuisse filiam iræ. Auctoritates, & rationes in contrarium adductæ, faciliter possunt solvi; nam constat purissimam Virginem à multis sacræ Scripturę regulis, quę universaliter ponuntur, fuisse exemptam, ut est: In dolore paries filios, & multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Item: Non est homo, qui non peccet; & pulvis es, & in pulverē reverteris; & similibus. Nec alicui hominum videatur, cùm piissimus Filius nihil omisisse credendus est, quod ad optimæ Matris suæ honorem spectabat, sicut ipse nobis iusserat honorare parentes; contulit ergo Matri suæ, quidquid potuit, ac decuit, &c. Potuit autem eam præservare, & decuit eam præservari, & ideo eam præservavit; nec in hoc Filij derogat excellentiæ; quoniam ipse Dominus JESUS in peccatum originale incidere non potuit; MARIA autem potuisset, *nisi præservata fuisset*, & Matris honor refertur utique in Filium, a quo habet, quidquid habet. Lib. impress. Venetijs 1584. in fol. Item, ad illud Ecclesiast. 24. Quasi palma exaltata sum in Cades, inquit: MARIA nunquam per culpam est incurvata; sed in omni virtute, & sapientia *iugiter stetit erecta*, ac gloriosissimè de hostibus invisibilibus triumphavit. Item, lib. 1. de laudibus Virginis, art. 35. A planta pedis, usque ad verticem capitis nihil pēnitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in anima *indecens, reprehensibile, indecorum, &c.* Prosequitur Dionysius. Item, ad illud Cantic. Statura tua assimilata est palmæ, inquit: Nunquam per culpam est incurvata; sed in omni virtute, & sapientia *iugiter stetit erecta, & gloriosissimè de hostibus triumphavit*; unde victoriæ palmâ debuit insigniri, &c. Item, super Cantica: Ipsa quoque optimè fertur ascendisse, ut

virgula fumi; quoniam eius profectui non fuit admixta alia *curvitas culpæ, &c.*

Item, in Summa Fidei orthodoxæ, ubi de Incarnatione agitur Christi, vita, passione, morte, Resurrectione, de Matris eius MARIÆ sanctificatione, desponsatione, Annuntiatione, &c. lib. 4. artic. 36. De sanctificatione Matris Christi, & an habuerit gratiæ plenitudinem, & an caruerit omni peccato? folio 152. inquit: De sanctificatione autem Virginis gloriosæ, jam determinavit Ecclesia ac credit, *quòd ab originali peccato præservata fuit*; decuit enim Beatissimam illam omni carere macula culpæ, &c. Impress. Coloniæ 1536. in 4. & Antuerpiæ 1569. fol. 221.

Item, in Dialogis de Fide Catholica, lib. 4. art. 14. Cur Christus de Virgine nasci volebat? folio 215. inquit: Quidquid enim perfectionis inest cæteris fœminis per modum divisum, totum præstandum erat Beatissimæ illi puellæ, quæ à superbenedicta Trinitate ad Verbum Dei concipiendum, itemque gignendum ab æterno fuit electa: ideo tam Virginalis integritas, quàm materna fœcunditas eam summè decebat. Ampliùs: Cùm Christus venerit solvere mundi peccata, oportuit eum concipi, & generari sine omni peccato originali, & ob id sine mixtione virili est editus. Adhuc: Cùm venerit ipse naturam corruptam reintegrare, *primùm debebat in propria Matre integritatem salvare, &c.* Loquitur iuxta subiectam materiam de eadem integritate Matris. Lib. impress. absq; loco, & anno impressionis in 8.

DIONYSIUS Vazquez, Societatis JESU Hispanus, in Martyrologio Romano linguâ Hispanicâ, ad diem 8. Decembris, folio 201. *La Concepcion de la glorioſiſſima Virgen MARIA nueſtra Señora.* Lib. impress. Vallisoleti 1586. in 4.

DISCIPULUS, sic nominatus; distinctus ab alio Joanne Bernaldo dicto, Ordinis Prædicatorum, in lib. de Eruditione Christi fidelium, in explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 21. quæ sic incipit: Ave MARIA, gratiâ plena. Sciendum, quòd ista Salutatio Angelica est MARIÆ Virgini valde gratiosa. Cùm enim salutatur, hoc valde gratiosè, & lætanter recipit: quia tale gaudium habet ex salutatione ista devotè dicta, quale habuit quando fuit ab Angelo salutata: nec mirum, quia ibi recitantur sex maxima privilegia Virginis MARIÆ. Primum est: quòd ipsa fuit speculum totius munditiæ, quod notatur per hoc, quod ibi dicitur: Ave, *id est, sine væ alicujus culpæ, sive maculæ: fuit enim sine macula in corpore, & sine culpa in mente.* Ipsa enim habuit pulchritudinem corporis & mentis, Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. Ipsa enim fuit pulchra, quia omnes virtutes in se habuit, &c. Lib. impress. in fol. absque anno & loco impressionis. Et incipit Tractatus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, &c.

DOMINICA à Paradiso, Monialis S. Claræ Florentina, *de Stellario Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Opusculum. Manusc. extat Florentiæ, in Monasterio sanctæ Crucis. Ex Waddingo & Marracc.

DOMINICUS Abbas de la Vid, fuit acerrimus defensor mysterij Immaculatæ Conceptionis, de quo Antonius de Lupian, in sua Epitome historiali inquit: Con grandissimo cuydado he solicitado, el año que entrò en Espana la malicia, para introduzir la opinion contraria, aviendose conservado sin alteracion tantos siglos en los naturales, como tan afectos à este mysterio como publican los testimonios, auctoridades, privilegios, Bullas Apostolicas, lugares de Santos Lapidas, Martyrologios, y Breviarios; y hallò en las ultimas fojas de las obras manuscritas de Re pella, de la Seraphica Orden, sobre San Pablo que presentò el Cabildo de Burgos al P. Napole General de la misma Orden, unas palabras de mano del Obispo Don Alonso de Cartagena, dexò este libro, con los demas de su Bibliothec dicha Iglesia, que el año de Christo de 14 fue la primera alteracion, y controversia entre Obispo Estevan de Osma, y D. Domingo Abad la Vid. Anno à Nativitate Domini M. C. XLV orta est prima controversia inter Episcop Stephanum Oxomensen, & Dominicum Ab batem Lavitensem, *super Dei Genitricis Concepti* y aunque no dize qual de los dos llevava la co traria, conocese que fue el Obispo Estevan; po que en muchas escrituras deste Prelado, manifie su nueva opinion, &c. Hucusq; Lupian; probat deinde, & affirmat quòd Stephanus fuit natio Gallus, Dominicus autem Abbas de la Vid, fu Magister S. Dominici Ordinis Prædicatorum Fu datoris, & à tali Magistro ac Patre, didicit sanctiſ mus Patriarcha, quod postea docuit Albigens

DOMINICUS Ægidius Topiarius ab Alp latio Flander, Ordinis Prædicatorum Convent Antuerpiensis, in libro: Conciones in Epistola Evangelia, quæ per sacram Quadragesimam popu lo in Ecclesia proponi solent, &c. Dominica in Passione, folio 470. sic inquit, loquendo de peccatis, quę habemus: Cæteri enim omnes (Apo tolo teste Rom. 3.) cùm peccaverint, *una cum Virgine, ut habet Sanctus Augustinus, semper excep* lib. de Natura, & Gratia, cap. 6. &c. Et ad majo rem habet: *MARIAM Virginem immunem à peccat* facit Augustinus. Impress. ..... in 4. Notu quòd hic Auctor est distinctus ab Ægidio Topi ario communi.

DOMINICUS de Baltanas, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in 2. parte Sermonum de Sanctis, fol. 2. serm. de Conceptione Dominæ nostræ, inquit: Lo tercero, diò à la Virgen nuestro Dios quatro cosas que à nadie diò: La primera, segun el uso comun de la Iglesia, *fue præservada, y sin culpa en su santa Concepcion, &c.* El uso de la Iglesia comunmente tiene, que fue preservada, y para esto ay grandes fundamentos: Primeramente, ò pudo Dios preservar de culpa à la Virgen su Madre, y no lo quiso hazer; ò quiso, y no lo pudo: si dezimos que lo pudo, y no quiso, ponemos falta en la voluntad de Dios, que no quiso hazer con su Madre el bien que pudo; esto no se deve dezir, porque es gran blasfemia. Si dezimos que quiso, y no pudo hazerlo; ponemos falta en su omnipotencia lo qual no es de dezir; digamos pues, que lo pudo, y lo quiso hazer, y de hecho lo hizo, &c. quod probat latè rationibus, Scripturâ, & exemplis. Et infra: Por privilegio, y gracias especiales, no se comprehende la Virgen en la regla universal: Omnes in Adam peccaverunt. Deinde addu aliquas exemptiones regularum universalium, & concludit: Y quien haze estas maravillas, y otras grandes, *no podrà preservar à su Madre del pecado, o que todos caen?* y no por esto pierde de ser Redemptor universal el Hijo de Dios; antes por ser preservada su Matre de culpa, fue mexor redimida, que

ocu-

otro, y gozò de la sangre preciosissima; porque ay dos modos de redempcion; una preservativa, à servitute incurrenda, y otra sublevativa de la servidumbre en que de hecho ha caido; la primera es mas excelente que la segunda, &c. Et probat hoc latè, explicatque erudite, quomodò Virgo fuit præservata ac redempta, excellentissimo exemplo. Vide ibi. Lib. impress. Hispali 1558. in 4.

DOMINICUS Baptista, Poëta, in lib. Epigrammatum, folio 50. scripsit Epigramma *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Venetiis 1653. in 8.

DOMINICUS Bolanus, Artium & Philosophiæ Doctor Venetus, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Quæstionem insignem; impress. cum Roberto Caracciolo, in opere de Timore divinorum judiciorum, characteribus antiquis, absque anno impressionis; & est insigne Opusculum pro pia sententia.

Item, secundùm alios scripsit Librum, seu Opusculum contra *Mariane puritatis detractores*. Vide Possevinum, & Leonem, classf. 6. Sed iste fortè est idem cum supra posito.

DOMINICUS Garcia, Cathedraticus, & Canonicus Cæsaraugustanus Hispanus, in libro intitulato: Tesoro de los soberanos mysterios, y excelencias divinas, que se hallan en las tres letras consonantes del santo, è inefable nombre de Jesus, segun se escrive en el texto original Hebreo, &c. tract. 8. cap. 2. fol. 467. agit *de immunitate Virginis à peccato originali*, sub hoc titulo: Que Jesu Christo fue santificador, no solo de todos los hombres que ha avido, y avrà, pero tambien de todos los espiritus Angelicos, aunque con diferente modo, y de su benditissima Madre, *preservandola de todo genero de pecado*; & de hoc agit à fol. 467. usque 476. Impress. Cæsaraugustæ 1598. in fol. Et in indice concionatorio, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Elenchum. Extat ad finem libri.

Item, secundùm aliquos Auctores, scripsit de *Immaculata Virginis Conceptione* Sermonem, quem non vidi, nec invenire potui.

Item, in Thesauro Ministrorum, tract. 8. cap. 2. citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione*; sed librum non vidi, nisi fortè sit ille de quo statim.

Item, in libro: Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Judæorum, &c. propugn. 5. cap. 7. fol. 334. vocat *Virginem MARIAM puram, incontaminatam, & ab omni contagione liberam*, &c. Impress. Cæsaraugustæ, anno 1606. in 4.

Item, composuit librum integrum, sub hoc titulo: Mansiones de las grandezas, excelencias, prerogativas, y privilegios, que tuvo la benditissima Virgen Maria, Princesa del Cielo, y dignissima Madre de Christo nuestro Señor, particularmente *en aver sido concebida sin pecado original*. Lib. impress. 1621. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

DOMINICUS Giannen, Ordinis ..... Italus, in libro: Devote orationi in honore de la Santtissima Vergine, è in particolare delle sette alegrezze che ora godde la santtissima Vergine Maria in Paradiso, como lo narra F. Bernardino Busto, &c. inquit: ó Beatissima Vergine Maria vi adoro, amo, è benedico, rallegrandome con voi infinitamente del sommo giubilo che godete in cielo, *per che per la vostra purità, & virginità sete exaltata sopra tuti i cori de gli Angeli, & Santti, &c.* Lib. impr. Florentiæ 1648. in 12.

DOMINICUS Ginnasius, vel Gimnasius, Episcopus & Cardinalis Hostiensis, scripsit *de Immaculata Virginis Conceptione* plura sparsim, in suis libris super Psalmos David, præcipuè Psalm. 45. Romæ 1636. in folio. Vide ibi, nam brevitatis causâ non adduco verba; sed si aliqua videre desideras, lege Purpur. Marian. fol. 109.

Item, edidit Orationem *in festo Conceptionis*, & incipit: Ad te confugimus, ô Dei Genitrix *sine aliqua originalis peccati maculâ concepta, totâ pulchra, &c.* Vide Hippol. Marrac.

DOMINICUS Gregorio, Poëta Hispanus, scripsit Poëma *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. apud Sanct. Zapata, lib. de Concep. f. 168.

DOMINICUS de Guzman, Sanctus, ac Ordinis Prædicatorum Pater & Patriarcha, Sermone 2. ad Albigenses, cujus thema est: Ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratiâ plena, inquit: Novi communem esse sensum, & consensum omnibus unum. Mihi vehementer illud assentimini. At, qui verò in mediis hostibus agimus, Salutatio Angelica salutis est symbolum; quid enim *Ave est, nisi absq; væ omni Evæ, &c.* Extat hæc auctoritas fol. 184. in principio. Si ergo Virgo Maria fuit absque omni væ Evæ, igitur absque peccato originali. Et in Sermone 3. ad eosdem Albigenses, fol. 217. inquit: Unde diverbium: Lupi omnes ululant, latrant canes, &c. Et Patrem sequitur sua proles; *Deipara verò pravam ventris Evæ consuetudinem sua benedictione correxit, vertitq; in contraria omnia.* Consuetudinis autem pravæ ea est malitia, &c. Si Maria mutavit pravam Evæ, seu ventris illius consuetudinem, igitur nec concepit, nec est concepta in peccato originali. Hæc extant impressa in Alano de Rupe, per Reverendum P. Joannem Andream Compestein, Coloniæ 1624. in 8. ubi latè affirmat, hos Sermones fuisse revelatos ab ipso S. Dominico prædicto Alano.

Sanctissimus hic Pater ac Patriarcha, in lib. de Sacramento Corporis Christi, dixit: *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & numquam maledicta formatus, ita decuit in secundo Adam fieri*, id est, in Christo, cujus terra, id est, Mater Virgo numquam fuit maledicta. Sed quia aliqui Auctores ex Ordine Prædicatorum, negant talem librum fuisse editum à S. Dominico; alii verò affirmant, operæ pretium erit Auctores utriusque classis recensere.

Affirmantes prædictum librum, & auctoritatem esse S. P. N. Dominici. Sanctus Antoninus, 3. part. tit. 19. cap. 1. §. 4. colum. 1. fol. 91. S. Bernardinus Senensis, in suo Tractatu de Conceptione, quem habemus manusc. Theodorus de Apoldia, tom. 4. lib. 1. cap. 6. de vita S. Dominici. Ecclesia Hispalensis, in quodam Memoriali, ad Hispaniarum Regem, fo. 4. Thomas de Vega, in suo Tract. de Conceptione, circa medium. Joannetin Niño, in imagine pulcherrima Immaculatæ Conceptionis in medio. Vincentius Belovacensis, lib. 29. cap. 96. Speculi histor. Jacobus Januensis, in Legenda Lombard. cap. 108. Ferdinandus del Castillo, lib. 1. cap. 8. histor. S. Dominici. Joannes Garzon de Bononia, in vita S. Dominici. Lipomanus, part. 2. vitæ Sanctorum. Petrus de Natalibus, lib. 7. cap. 22. Pelvartus à Temesvar, 4. par. 1. Stellar. art. 1. & par. 2. art. 3. Canisius, de Beata Virgine, lib. 1. cap. 7. Coccius in Thesauro, tit. 3. num. 1. Galatinus,

lib. 7. de Arcan. cap. 5. Antonius Chucharus, in Elucidario, folio 63. colum. 3. Bartholomæus Guerrero, fol. 6. à tergo. Henricus Helmesius, sermone 7. de Conceptione. Bernardinus de Bustos, serm. 5. & in officio. Salmeron, ad Roman. cap. 5. dis. 52. Mauritius Hilaretus, sermone de Conceptione. Suarez, 3. par. quæst. 27. disput. 3. sect. 5. Gabriel Vazquez, disp. 117. Petrus Oxeda, in Apologia, cap. 8. Salazarius, tract. de Conceptione, sect. 13. fol. 521. Tamaius de Salazar, in S. Epitatio, fol. 245. Tamaius de Vargas in Flavium, fol. 79. Tabula antiqua Barchinonen. Breviarium Monialium Conceptionis. Alanus in Prologo, & Ancilla 2. Franciscus de Torres, fol. 397. Tartaretus in 3. dist. 3. Marcus Antonius Palao, cap. 1. & 2. folio 1. & cum eo P. Joseph Spueces, Societatis Jesu, & Christophorus Brignone, in traductione Marci Palao. Franciscus Martini Carmelita, in Tractatu de Conceptione. Magister Joannes Gollot Carmelita, in Chronica translata Gallicè iussu Regis Galliæ Caroli. Dionysius Faber Cœlestinus, in opere Metrico de Immaculata Conceptione. Surius, tom. 4. lib. 1. Armament. Seraphicum, colum. 563. Cliethoveus, in Tractatu de Conceptione. Feuvardentius, super cap. 5. ad Romanos. Bernardinus de Urzzano, fol. 58. Petrus Thomasius citatus ab Urzzano, fol. 59. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. fol. 367. Sebastianus Novaes, fol. 191. Christophorus de Vega, Palest. 3. certam 3. Franciscus Maria Pistoia, fol. 161. Possevinus in Apparatu, fol. 482. Breviarium Hispalense typis mandatum anno 1563. in festo S. Dominici. Joannes Ovando, in 3. fol. 129. Joannes à S. M. in Supplici libello, fol. 278. Antonius de Læon, latè class. 12. Didacus Alphonsus Malvenda. Stephanus Mendez. Officium Sixti IV. Petrus Montius, in lib. 1. de Unius legis veritate, cap. 75. Antonius de Conceptione. Godscalcus Holen, serm. de Concep. Hippolytus Marraccius, in Fundator. Marian. folio 159. Joannes Eusebius Nieremb. Excep. cap. 23. fol. 251. Dominicus Moerbetius, fol. 137. Ludovicus de Tena. Jacobus Millesius à Pontana, in præclara palma cœlestis arcani Immaculatæ Conceptionis, in principio sæculi 13. Abulense officium. Compostellanum Breviarium. Breviarium Carmelitanum. Placentinum Breviarium. Vincentius Justinianus Antist. Petrus Larnensis, in historia Albigen. 2. cap. 7. licèt in novissima editione verba abrasa sint. Joannes Guerrerus de Spinosa, discursu 13. fol. 154. Petrus Diaz de Aguero, fol. 126. Gundisalvus de Cervantes, fol. 43. Alphonsus Sanchez Luzero, fol. 30. Antonius Fuertes de Viota, pag. 73. Antonius Lupian, in Memorialj. Petrus de Alva, & Astorga, in Sole Veritatis latissimè, n. 397.

Negantes prædictum librum, atque auctoritatem esse S. P. N. Dominici. Thomas de Malvenda, cap. 60. de Paradiso, fol. 191. & Dominico de Pantaleonibus tribuit Bandellus in opere 2. de Conceptione, fol. 89. à tergo, & in tract. 1. par. 2. ratione 11. Bartholomæus de Spina, par. 6. cap. 6. folio 83. Franciscus Silvius, in 3. parte, fol. 92. Gabriel Barrelete, sermone de Conceptione, folio 224. Joannes de Montesono, in Resumpta apud Joannem Vitalem.

Ex relatis Auctoribus pro una, & altera parte, potest iudicare Lector, quid sentiendum sit de hac auctoritate S. P. N. Dominici. Quibus omnibus adde, quòd in vita S. Dominici communi- depicta in Claustris omnium Conventuum Ordinis Prædicatorum, extat miraculum de libro proiecto, & resiliente à flammis coram Hæreticis Albigensibus, &c.

DOMINICUS Joannis Florentinus, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Theotocon, de vita pariter & obitu Dominæ nostræ Virginis Mariæ, metricè scripto, & latinitati donato à Jacobo de Chocho, & dato Biblioth. Fratrum Observantium S. P. N. Francisci à Nicolao Donato die 4. Octobris, 1475. & ut ibidem dicitur, fuit scriptus 1468. & dicatus D.D. Petro de Medicis; & finem secundi libri loquens de Virgine Maria inquit: *Delevit veteres hæc sine labe notas, &c.* Extat manusc. in charta pecorea, in Bibliotheca omnium Sanctorum civitatis Florentiæ, & in Biblioth. Medicea, Pluteo XVI. ad finem.

DOMINICUS de Luche, Poëta Hispanus, scripsit *Immaculata Virginis Conceptione* Poëma. Impress. Hispali 1616. in 4.

DOMINICUS Magri Maltensis Romanus, scripsit librum: Notitia vocabulorum Ecclesiasticorum, ac declaratione Cæremoniarum, & origine Ritus, fol. 81. verb. Conceptio, *de festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, ac eius antiquitate in Eccles. Lib. impress. Romæ 1650. in 4.

DOMINICUS à Maldurra, aliàs à Casalino, Ordinis Minorum Italus, ex illis Ecclesiæ verbis: Fœlix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, &c. confecit hoc purum Anagramma: Dei Matrem, quis defendet? En Scotus imò en Austriacus Rex magnus, nam is insistens Sanctissimo D. Alexandro VII. qui Dei matrem *sine labe originali conceptam, de fide statuet.* Unde Hæresum, mortis, & tot bellorum quies. Et addit explanationem omnium verborum, quæ incipit: Consideretur hoc ipsum, &c. Habemus apud nos manusc.

DOMINICUS Mancinus, Poëta antiquus, in Elegia ad Beatam Virginem, postquam de ejus stirpe fuerat locutus, inquit:

Quidquid formosi potuit natura creare,
Id tibi collatum, vel vehementer erat.
Nec tibi pars fuerat, quæ non miranda fuisset,
Nulla vel in toto corpore menda fuit;
Tu flos perpetuus, qui toto vernat in anno,
Lilia vincebas, purpureasq; rosas.
Sic cunctas matres superabas atq; puellas,
Lactea seu multas una columba nigras, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1559. in 16.

DOMINICUS Mite, Immolensis Italus, in Scholijs ad Sanctum Petrum Chrysologum, adnotat. ad serm. 64. fol. 184. *Quòd B. MARIA fuit immunis omni labe peccati, etiam originalis.* Lib. impress. Bononiæ 1643. in 4.

DOMINICUS Moran, Ordinis Minorum Hispanus, in libro cuius titulus est: Epitome y declaracion de los principales fundamentos de la Santa Fè Catholica, y textos de la sagrada Escritura, fol. 7. loquendo B. Virgine, inquit:

Porque en ella siempre estàn
Tanta gracia, y perfeccion,
Que en su limpia Concepcion
Venciò al mismo Leviathan.

Impress. Matriti 1644. in 4.

DOMINICUS Nanus Miravellus, Albanensis Italus, in sua Polianthea, verb. Maria, folio 180. plura

plura adducit ex SS. PP. pro puritate B. Virginis Mariæ, ut est illud: *Cùm de peccatis agitur, &c. Et quòd contrivit caput serpentis, &c.* Lib. impress. Coloniæ 1562. in fol.

DOMINICUS Natharii de Pupiglio, Poëta Italus, in Repræsentatione spirituali de Nativitate gloriosæ Virginis Mariæ, act. 2. scena 2. *Quomodo Angelus nuntiavit Ioachimo Conceptionem Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Pistoiæ 1629. in 8.

DOMINICUS Nicolinus, Typographus Venetus, in Compilatione Conciliorum, tam Generalium, quàm Provincialium, Sixto V. Ponr. Max. dicata, volum. 5. *adducit Decretum Concilij Basileensis, de Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ*, folio 578. Lib. impress. Venetiis 1585. in folio.

DOMINICUS Octavius, Italus, typis mandari curavit Italicè, Libellum de Angelo Custode R. P. Francisci Alvertini, Societatis Jesu, in quo cap. 4. dicitur: *Quòd Virgo, & Dei Mater MARIA peculiari privilegio ab omni peccati maculâ præservata fuit, &c.* Lib. impress. Neapoli 1612. in 8.

DOMINICUS Pantaleo, Ordinis Minorum Italus, edidit *de Conceptione B. Virginis* Tractatum, atque etiam Dialogum de eadem Conceptione, ex Waddingo; sed Ordinis Prædicatorum ex Marrac. Manusc. servantur Florentiæ. Vide de hoc Auctore, quid dicamus in nostro Sole Veritatis, Leonem, classs. 6. & Pistoiam, fol. 157. num. 72.

DOMINICUS Pasini, Bononiensis (ut existimo) Ordinis Minorum, edidit Poëmata *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Habeo ipsa manusc. penes me.

DOMINICUS Paolaccius, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sermonibus Quadragesimalibus in honorem B. Mariæ Virginis: totus primo Sermo est de pura formatione Virginis Mariæ, ita ut in tabula pro Concionibus, pro die Conceptionis, adducat omnia ista: Concetta per ostentatione della magnificenza di Dio. *Iddio nel crearla piglia nome de altessimo*, è occupato en quella & è sua primogenita. Hà pensieri digni de Dio i si porta da Dio. Hà gran somiglianza con la generatione del Verbo, è fatta Maria como casa propria di Dio. Bisogna esplicar che Maria sia creatura, accio non c'inganiamo tenendo la Creatore. Pareva secondo il nostro modo d'entender che Dio volese fare piu de quello che poteva. *E simile MARIA nella concettione allo Spiritu Sancto.* Piu volte respirò en lei lo Spirito Sancto. Creata da Dio per agiutare il suo figlio. Procede da Dio come fiato della sua bocca, &c. & alia quamplura. Lib. impress. Venetiis 1644. in 4.

DOMINICUS del Pico Aragonensis à Sariñena, Ordinis Minorum Hispanus, in 1. parte sui Trilogij, de Ordinaria conversione peccatoris, &c. Serm. 23. feriæ 4. post. Dominicam 4. Quadragesimæ, de Quinto malo, & miseria, videlicet, de Appetitu filiquorum, & obstinatione, fol. 60. litt. F. inquit: Secundò sequitur, quòd sicut confirmationem in bono, & in illo perseverantiam continuam boni accipiunt in præmium suæ bonæ dispositionis, & emollitionis cordis, & facilitatis voluntatis ad res divinas, ut patet in Virgine gloriosa, *quæ licèt ab instanti Conceptionis fuerit confirmata tali confirmatione, quòd non peccare posset*, tamen ob perseverantiam in bono in Conceptione Filij Dei in utero suo excellentiùs in bono confirmata fuit per specialem concursum ipsius Dei, ut tenent Doctores omnes; nam in Conceptione sua habuit simul tria: primùm, quòd anima ejus fuit creata à Deo; secundùm, quòd in illa data fuit illi gratia cum sanctificatione; tertium, quòd in illa ornata fuit omnibus virtutibus, & usum liberi arbitrij habuit. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1549. in fol.

Item, idem sub nomine Dominici de Pico citatur scripsisse *de Conceptione Virginis*, serm. 23. de Prodigo, part. 1. ut refert Daza, cap. 6. fol. 48. Pater Salazar, & Leon, class. 9. Sed huius Auctoris nullam facit mentionem Wadding. ego tamen vidi librum eius in fol. sed totus est de Arte Cabbalistica, & fortè est supra positus.

DOMINICUS de Santa Cruz, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Rosario Real de la sacrosanta Virgen nuestra Señora, compuesto con Psalmos y Hymnos, Prosas, Evangelios, &c. Rosario 3. Quinquag. 3. fol. 312. inquit: Asi se dice de ella en los Cantares, que es como torre de David, edificada con sus baluartes y con mil escudos que estan colgados de ella, y con todo genero de armas de caballeros esforzados, pues esta torre es el anima de la santissima Virgen, fortalecida con todas las virtudes, y dones del Espiritu Santo, con las quales estuvo tan armada y fornecida, *que toda la potencia del mundo, de la carne, y del demonio nunca pudieron tomar una sola almena de el, &c.* Et Rosar. 4. Quinquag. 3. fol. 378. sub hoc titulo: El Cantar de Salomon à nuestra Señora cap. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, veni de Libano, &c. Impress. Parisiis 1608. in 8.

DOMINICUS Seminiverbius Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Viola animæ per modum Dialogi, inter Raymundum Sebundium Artium, Medicinæ, atque sacræ Theologiæ professorem eximium, & D. Dominicum Seminiverbium, de hominis natura (propter quem omnia facta sunt) tractans ad cognoscendum se, Deum, & hominem, &c. Folio igitur 115. habet hanc inscriptionem: Incipit septimus Dialogus pulcherrimus, ac devotissimus inter Mariam, & Benedictum, de mysterijs sacræ Passionis Domini nostri Jesu Christi semper benedicti, &c. In hoc ergo Dialogo Benedictus interrogat de omnibus quæ contigerunt in Dominica Passione, verbi gratia: Quare Christus Dominus se permisit ligari, flagellari, spinis coronari, crucifigi, &c. Et his respondet Virgo Maria pulcherrimis rationibus, referendo omnia, & singula ad peccatum Adæ, prævaricationem primorum parentum in Paradiso, & originalem maculam contractam à filijs; sed observavi, ut quid singulare, quòd loquendo toties Virgo Maria de illa prima prævaricatione & culpa, numquam loquitur in prima persona, sed semper in secunda, vel tertia, videlicet: Peccavit Adam: Infecti fuerunt homines: Periit ille: Periit genus humanum: Lapsus fuit pater: Vos omnes corrupti estis: Tota vestra natura fuit infecta, ex quo damnationem meruistis, &c. Et nunquam loquitur in prima persona, verbi gratia, dicens: Fuimus filii iræ, vel: Lapsi sumus in peccato Adæ; quasi tacitè semper se eximens ab illa prima prævaricatione, dum non se connumerat inter alios: sed hac speculatione prætermissa, folio 130. à tergo ad illam interrogationem Dominici: Vidi (nempe) te sub cruce pallidam, exanguem, miseram, dejectam, tremebundam, & mille doloris gladiis transverberatam, &c. respondet Maria: Ego dum opportunum fuerit munera-

munerabor tibi pietatem istam, noveris tamen me in passione Filii typum Ecclesiæ tenuisse. Hæc enim cùm Sponsa sit Christi, & ejus sanguine redempta, & redimita, debet ejus cruci assistere, lacrymas doloris effundere, sinu pietatis repausare, unguento devotionis illinire, sindone castitatis involvere, cordis hospitio sepelire, *ne peccatum introeat, os sepulchri præmunire: facilè enim Christus amittitur si perfidiæ reseratur ingressus, &c.* Lib. impress. Toleti 1500. in 4. Nota, quòd MARIA gerens typum Ecclesiæ fuit cu stos sepulchri, & illud præmunivit, ut non introiret peccatum: quia novit, quòd si peccatum ingreditur, facilè amittitur Deus; & considera, quòd Dominus fuit custos MARIÆ; quando ingressura erat in sepulchrum uteri materni: igitur debuit præmunire sepulchrum, ut peccatum non introiret. Non enim erat decens, ut Sponsus permitteret, quòd in os sepulchri suæ Sponsæ introiret macula, id est, in principio vitæ, quando Sponsa prævenit, & præmunivit, ut in sepulchrum Sponsi in morte non introiret peccatum. Sed de hoc satis, quia non de speculativis conceptibus agimus.

DOMINICUS Præsentatus, Ordinis Prædicatorum, (an verò sit cognomen, vel Religionis honor, ignoro) tom. 1. lib. 7. cap. 12. scripsit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, qui est in ordine 55. in quo *Virginem præservatam à peccato originali* dicit. Ita inveni citatum in Analysi Andr. de Peruzzinis, art. 2. fol. 62.

DOMINICUS Soto, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. 3. de Natura, & Gratia, cap. 4. sic inquit: Et idem ait Hieronymus, libro 1. Dialogi, citans illud Ecclesiastes: Omne quod futurum est, iam factum est in priori sæculo; quòd autem homo fuerit omnino liber à culpa actuali, nunquam fuit (ait Hieronymus) in priori sæculo, ergo nec erit; tametsi postea Aug. idem tractans argumentum de Natura, & Gratia, cap. 36. *Sacratissimam Dei Matrem meritissimè excipit; ubi quidquid sit de veritate Conceptionis*, mirandi sanè sunt, qui illic Augustinum meminisse putant de peccato originali: tractat enim in illa parte illius libri idem argumentum, quod & in libris citatis de Perfectione justitiæ, de spiritu, & littera, scilicet, quòd non possit homo vivere sine peccato, contra Celsum dicentem: Potest homo non peccare, si vult; originale autem non est in nostra voluntate: in cujus exemplum proferebat ille Hæreticus longum catalogum veteris Testamenti, puta Abel, Enoch, Abraham, & reliquos justos, quos ajebat nullum fecisse peccatum, inter quos referebat & Beatam Virginem: ubi si intelligeret de originali, non posuisset illos particulariter. Nam secundùm Pelagianos, nullus mortalium illud contrahit, ex quibus Augustinus recensitis justis, solam Beatissimam Virginem excipit, neque tamen affirmans, sed nolens facere de illa mentionem propter honorem Domini: Scimus enim (inquit) quòd plus ei gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit Deum, quem constat nullum habuisse peccatum. In eo quòd dicit, vincendum, manifestè loquitur de actuali; quoniam originale non vincitur, & ideo notanter & discretè de illa dixit, vincere; de Christo verò, nullum habuisse, & subdit: Hac ergo Virgine excepta, reliqui omnes Sancti & Sanctæ, interrogati, utrum essent sine peccato, responderent: Si dixerimus, quia peccatum non h- bemus, ipsi nos seducimus. Quo etiam verbo quet, solùm de actuali habuisse sermonem; de originali, quamvis Christianus affirmet ip- non habere, non contradicit Joanni. Atqui pr- ter hoc verbum Augustini, Patres deinceps om- & Theologi universi unanimes iure optimo pr- dicant gloriosam Virginem peccatum mo- fecisse actuale, quidquid senserit Chrysost- Augustino antiquior. Hæc in libro Venetijs i- press. 1547.

Item, in Epistol. Divi Pauli ad Romanos, de Natura, & Gratia, ad Sanctum Concilium T- dentinum, cap. 5. par. 2. folio 150. sic inquit: ad rem redeamus: eramus enim in confirmatio- veritatis illius, quòd ex Adæ delicto derivatum nos sit peccatum originale. In quos autem trans- rit, non est cur Orthodoxus interroget. Siquid- respondere alijs verbis non liceat, quàm Apos- licis: In omnes homines mors pertransijt, in q- omnes peccaverunt. Cùm enim peccatum, q- in mundum ingressum est, causam induc- subsequentis mortis; consequens facit, ut ita mo- hoc est per peccatum, in omnes homines trans- rit, eò quòd in omnes transierit peccatum. Ab- ut nullum hîc verbum de sacratissima Virg- Dei Genitrice faciam. Nam etsi Concilium T- dentinum, Decretum Sixti innovando liberum fecerit sentiendi in utramque partem; *ego tam exceptio Beatæ Virginis ab hac universali sententia usque adeò celebris non modò inter plebem, sed etiam bonos Doctores* (quales præcipuè sunt Illustrissimi R- risienses) ut si qui hanc sibi sententiam persuade- non possunt, haud tamen debeant publicum te- lem prodere disputationem; adeò id absque od- & invidia nequirent facere. Lib. impress. Antwe- piæ 1550. in folio.

Item, in lib. 4. Sententiarum, tom. 1. dist. quæst. unica, art. 2. Utrum sine Baptismo alicu- possit salvari? folio 237. postquam conclus. 3. hu- bilivit, quòd pro certo tenendum sit Apostolo- fuisse baptizatos, sic prosequitur: Sed & de sacra- tissima Virgine ibidem etiam Scotus ait fuisse ba- tizatam, nisi forsan ob id fuerit excepta, quòd fu- tè in Conceptione Filij sui totam habuit plenitu- dinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam pe- venire. At profectò, cùm de Deipara cœlorum Regina, id semper asserendum sit, quod (salvis fa- cris Eloquiis) ad cumulum honoris ejus conducit credendum est fuisse baptizatam. Hæc enim Scri- ratio non consonat Virginis meritis. Quis enim ambigat, quin (cùm merita præmium præcedant) per tam egregia omnium virtutum officia, qu- post sacratissimum partum accumulavit, cumula- tior etiam indies & excellentior illi accresce- gratia? Fuit quidem gratiâ plena ante Concep- tionem Filii quantum par erat, ut fieret Christi Mater. Attamen gratia illa non fuit eo modo su- ma, ut non posset deinceps meritis augeri. *Nisi verò, si sententiam illam teneas, quòd fuerit in gratia ge- nita, ab omniq; culpa præservata*, ejus excellentissi- sanctitati derogat; imo ad honorem ejus appeta- tur, quòd charactere Sacramenti, quod Christus instituerat, fieret Christiana, quandoquidem quic- quid gratiæ recepit, in virtute Passionis Christi obtinuit, cujus Sacramentum Baptismus est. Lib. impress. Metinæ à Campo 1581. in folio.

Item, in libro de Natura, & Gratia, adducit De- cretum

cretum de peccato originali ad clausulam, *de Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptione.* Extat ad finem, & ante Apologiam contra Ambrosium Catherinum. Lib. impress. Salmanticæ 1554. in 4.

DOMINICUS Tuccius, Congregationis Clericorum Matris Dei, Italus, brevem, devotumque modum fructuosè recitandi Coronam duodecim Stellarum, in honorem Matris Dei MARIÆ fecit. Hęc autem Corona est *de Immaculata Virginis Conceptione.* Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 353.

DOMINICUS Varona de Castilla Valdivielsus, Poëta Hispanus, sic pro Conceptione Virginis MARIÆ cecinit:

Quotquot ab infecta primi radice parentis
Descendunt, maculam lege volente trahunt.
Si quis ab hac, cœli magnam non excipit alti
Reginam, miserè fallitur ille miser, &c.

In libro super Ave MARIA R. P. Petri de Varona, impress. anno 1596. in 4.

DOMINICUS Viglensis, Archipresbyter Venetus, in Kalendario perpetuo, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ, festum Ecclesiæ Fratrum Minorum, & Sanctæ MARIÆ Misericordiæ.* Lib. impress. Venetiis 1573. in 8.

DONATUS Marra Beneventanus, Ordinis S. Augustini Italus, in explicatione Hymnorum, fol. 205. in expositione Ave Maris Stella, inquit: In hoc nomine composito ex A, & Ve, interjectione execrantis, ostendit *te esse sine maledictione tam originalis, quàm actualis, mortalis, & venialis peccati,* sine macula exteriori & interiori, &c. Lib. impress. Neapoli 1578. in 4. Alia habet, quæ ibi videri possunt §. Et bene dicitur stella, &c.

DONATUS Mazzolius Romanus, recitavit Speculum Archimędeum, sive Ustorium amoris, pro *Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione.* Extat lib. impress. Romæ 1632. in 4.

DONNUS Vincentius, Monachus Cœnobij D. Severini de Neapoli, Cassinensis Italus, in libro dicto: Collirium mentis, in quo pleraque Christi nomina ex veteri, novoque Testamento excerpta notantur, in salutationibus Christiferæ Virginis ex sacra Scriptura delectis, inquit: *Ave Immaculata gignens Immaculatum*, &c. Vale, sola post Christum *sine peccato concepta*; vale, quæ reformasti turpiter in peccato conceptos, &c. Impr. Neapoli 1562. in 8.

DOROTHEUS à S. Renato Gallus, Carmelita Provinciæ Turonensis, & observantiæ Rhedonensis, in suis Commentariis super libros Regum, lib. 1. cap. 11. & 12. ostendit Carmelitas ab antiquo agnovisse in monte Carmelo *mysterium Conceptionis Immaculatæ Beatæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis*; & deinceps in suo Carmelitarum Ordine cultum ei fuisse exhibitum. Manuscript. Parisiis apud eundem.

DOROTHEUS Vulrabius, natione Belga, edidit *de Beatæ MARIÆ Virginis Conceptione*, Carmina sacra. Impress. Lovanii 1608. ut refert Hippolytus Marraccius, in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1608. & 1604. Vide Leonem, in Biblioth. manusc. classf. 6. & Franc. Mariam à Pistoia, cor. 2. cap. 8. fol. 227.

E.

EBERHARDUS Batkin, Ordinis Præmonstratensis Belga, in Conclusionibus Theologicis de Peccatis, habitis Antuerpiæ die 12. & 13. Julij 1647. defendit *Virginem MARIAM non fuisse inquinatam peccato originali, vel per unum instans, &c.* Fuerunt impress. eodem anno in 4. Vide verb. Macharius Simeomo.

ECCLESIA Catholica universalis, ac Sancta, celebrat festivitatem *Immaculatæ Conceptionis*, & primò Romana, caput & Mater omnium Ecclesiarum, tam in capite, quàm in membris, id est, in Sacello Pontificio, & in omnibus Cathedralibus, Religionibus, &c. In communi, ac privatim ab omnibus Ecclesiasticis, ac Christi fidelibus celebratur sub expressa voce, titulo, & nomine *Conceptionis*, secluso Sanctificationis, ut videre est in omnibus Kalendarijs, Breviarijs, atque Missalibus, de quibus suis locis; & etiam sub expresso titulo *Immaculatæ*, in quamplurimis.

Abyssinorum, celebrat festum *Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut ex Nicolao Codino refert Franciscus de Hautesere de Salvaizon J. C. Gallus, in libro de Pietate Ecclesiæ Orient. in honorem *Conceptionis*, &c. fol. 5. Impress. Parisijs 1645. in 8. Vide etiam Ludovicum de Urrieta, Ordinis Prædicatorum, in Historia Æthiopiæ, Petrum de Ojeda, in sua Informatione, cap. 2. Velazquez lib. 4. dissert. 4. adnot. 3. fol. 339.

Ægyptiaca Ecclesia, à temporibus Apostolorum habuit consuetudinem celebrandi festivitatem *Immaculatæ Conceptionis semper Virginis MARIÆ*, ut referunt Matthæus Westmus, in Chronicon ad annum 1228. Judocus Coccius, lib. 3. art. 6. Stephanus Raguinus, lib. 1. Petrus de Ojeda, in Apologiâ, à capite 2. Joannes Antonius Velazquez, libro 4. dissert. 1. adnot. 1. & dissert. 4. adnot. 3. folio 339.

Albiganensis, in sua Diœcesana Synodo, & Constitutionibus ac Decretis, conditis a D.D. Vincentio Laudinello Episcopo, fol. 501. de Publicationibus per annum, Dominica 1. Decembris, inquit: Legatur Summarium indulgentiarum Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ubi canonicè fuerit instituta. Infra in eodemmet libro, folio 535. inquit: Summarium Indulgentiarum concessarum à Sanctitate D.D. Papę Pauli V. Confraternitati *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis*; Summarium autem incipit sic Italicè: Sua Santità per suo Breve dato in Roma à li 5. de Luglio 1607. concedi à tuti li fideli Christiani, &c. protenduntur Indulgentiæ, usque ad fol. 538. ibidem. Item, tit. 18. de Festivitatibus, quæ observari debent in prædicta Diœcesi ex præcepto, ad diem 8. Decemb. inquit: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, ex voto Reipublicæ. Lib. impress. Papiæ, anno 1620. in 4.

Alexandrina, celebrat festum *Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut testantur Petrus Ojeda in sua Informatione, Novaes, & alii.

Amalphitana, in Decretis Synodi Diœcesanæ, habitis die 18. Octobris 1639. per D. Angelum Picum Archiepiscopum, tit. 19. de Diebus festis, ac eorum observatione, fol. 69. die 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Romæ 1640. in 4.

Amerina, in Diœcesana Synodo, habita à D. D. Antonio Maria Episcopo, anno 1595. num. 757. de Diebus, qui festi sunt: *Conceptio B. Virginis MARIÆ*, die 8. Decemb. fol. 152. Lib. impress. Venetiis, anno 1597. in folio.

Andrienſis, in Diœceſana Synodo, & Conſtitutionibus, editis à D. Luca Antonio Reſta Epiſcopo, anno 1582. tertio Nonas Decemb. cap. 5. fol. 64. de Feſtivitatibus obſervandis in Civitate Andrienſi, ad diem 8. Decemb. *Conceptio Beatiſſimæ Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Cupertini, anno 1584. in 4.

Angeli Sancti Lombardorum, alias Sanctangelus Lombardorum, ut extat in Synodo Diœceſana, in Conſtitut. & Decret. editis die 2. Septemb. 1623. per D.D. Herculem Rangonum, Mutinenſem & Biſacrarum Epiſcopum, cap. 11. fol. 35. de Feſtivitatibus ex præcepto obſervandis, ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Romæ 1624. in 4.

Anglicana, celebrat ac celebravit feſtum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, à tempore S. Anſelmi, vel Elphini Abbatis, imò ſecundùm aliquos fuit prima in Europa. Vide Velazquez, lib. 4. diſſert. 1. & 2. adnotat. 3.

Armeniæ, à temporibus Apoſtolorum, habuit conſuetudinem celebrandi feſtum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut latè referunt Petrus Ojeda in ſua Apologia, à cap. 2. Judocus Coccius, lib. 5. art. 6. Stephanus Raguſinus, libro 1. Velazq. de Maria Immaculatè concepta, lib. 4. diſſert. 1. adnot. 2. & diſſert. 4. adnot. 3. Matthæus Weſtmus Aſturicenſis, in Chronicon ſeu: Flores hiſtoriarum, ad annum 1228. fol. 124.

Aretina, in Conſtitutionibus & Decretis Synodalibus à Domino D. Petro Uſimbardio, Epiſcopo Aretii habitis anno Domini 1597. fol. 219. in Catalogo feſtivitatum, quæ obſervari præcipiuntur in Diœceſ. de Arezo ab omnibus perſonis, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, inquit: Die 8. Decembris, *Conceptio MARIÆ Virginis*, propter uſum Civitatis. Lib. impreſſ. Florentiæ, anno 1598. in 4.

Aſculana, ut in Synodo promulgata, anno Domini 1596. ſub Illuſtriſſimo Domino Fratre Hieronymo Bernerio Corrigtenſi, ex Ordine Prædicatorum, ac tituli S. Mariæ ſupra Minervam S.R.E. Presbytero Cardinali, Epiſcopo, & Principe Aſculano, fol. 42. in Catalogo dierum feſtorum præcipit, ut obſervetur *feſtum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, cum aliis feſtivitatibus particularibus, &c. ſub pœnis ibidem aſſignatis. Lib. impreſſ. Aſculi 1596. in 4.

Aſturicenſis, in Conſtitutionibus Synodalibus, factis & ordinatis à D.D. Petro de Acuña, & Avellaneda Epiſcopo, lib. 2. de Feriis, ac feſtivitatibus obſervandis, fol. 35. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ.* Conſtitutiones factæ fuerunt anno 1552. Lib. impreſſ. Valliſoleti 1553. in folio.

Balneoregienſis, in prima Synodo Diœceſana, edita à Carolo Trocto Ferrarienſi, Epiſcopo Balneoregien. fol. 71. in Catalogo de Cenſuris, & caſibus Summo Pontifici jure Canonum, Conciliorum, ac variarum Conſtitutionum Pontificalium reſervatis, litt. M. inquit: *MARIÆ Virginis Conceptionem* tractans contra Sixti IV. Conſtitutiones, & Decreta Tridentini, cap. Fœlicis, de pœn. 16. & Pij V. conſt. 114. incurrit enim ſuſpenſionem à divinis; & Sixti, IV. in Extravag. Gravè nimis. Et folio 107. de Diebus feſtivis, eorumque obſervantia, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ.* Et folio 108. in Kalendario feſtorum, quæ in Diœceſi Balneoregien. celebrantur, præter feſtos dies ab Eccleſia Catholica ex præcepto obſervandos, & præcipuè ab Eccleſijs Diœceſis, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* ſupra portam Pontis, duplex. Lib. impreſſ. Romæ 1600. in 4.

Bellunenſis, in Diœceſana Synodo promulgata die 27. & 28. Aprilis, anno 1629. habita à D.D. Joanne Delphino Epiſcopo, & Comite Bellunen. folio 68. de Feſtivitatibus quotannis promulgandis ad præſcriptum Concilij Aquileien. ad diem 8. Decembris, adducit feſtum *Conceptionis B. MARIÆ Virginis.* Lib. impreſſ. Belluni 1629. in 4.

Barchinonenſis cum Epiſcopo, votum, ac iuramentum emiſit *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, anno 1618. Chriſtophorus de Vega, Paleſt. 3. certam. 20. folio 134.

Beneventana, celebrat feſtũ Conceptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis duplex; ut videre eſt in Catalogo Sanctorum prædictæ Eccleſiæ. Impreſſ. Neapoli 1635. in 4. auctore Mario de Vipera, cujus verba ſunt: *De feſto Conceptionis Beatiſſimæ MARIÆ Virginis*, cum octava. Feſtum Conceptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis, vitæ dedit principium. Per hanc ſacratiſſimam Virginem homo ad cœlum revocatur; per hanc omnis creatura idolorum errore deſerto, converſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad ſanctum Baptiſmum pervenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ; hac adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam; per hanc unigenitus Dei Filius vera lux effulſit ſedentibus in tenebris, & umbra mortis; per hanc Prophetæ prænuntiarunt, per hanc Apoſtoli ſalutem gentibus prædicarunt. Quiſnam poterit hujus laudum præconia explicare, Maria Mater & Virgo? *Hujus ſanctiſſimam feſtivitatem* cum gaudio celebremus, ejus Filium Eccleſiæ Sponſum immaculatum adoremus; cui honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Quam feſtivitatem Eccleſia Beneventana maximâ cum veneratione, ac cum octava honorat & colit ſexto Idus Decembris.

Bergomenſis, in libro ſub titulo: Ceremonialis ritus, & cultus ſacrorum; Epitomeque actorum, & Conſtitutionum Synodi celebratæ poſt Concilium Tridentinum; in Summa caſuum reſervatorum, fol. 57. de Extravagantibus, inquit: Qui aſſerere audent, in hæreſim aut peccatum mortale eos incurrere, qui *B. Virginem ab originali peccato fuiſſe præſervatam dicunt*, & è contra, &c. Lib. impreſſ. Brixiæ 1568. in 12.

Bituntina Synodus, celebrata ſub R.P.D. Cornelio Muſſio, Epiſcopo Bituntino, &c. in Kalendario Eccleſiæ Bituntinæ, fol. 243. inter ſex feſtivitates Beatiſſimæ Virginis Mariæ, primam annumerat *Conceptionem ipſius Deiparæ.* Lib. impreſſ. Venetiis 1579. in fol.

Bononienſis, in prima Synodo Diœceſana, ab Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Domino D. Hieronymo Columna, S. Agnetis in Agone Diacono Cardinali, Baſilicæ Lateranen. Archipreſbytero, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopo Bononien. & Principe, habita in Metropolitana Eccleſia, anno 1634. cap. 5. de Catholica verbi Divini prædicatione, fol. 21. inquit: *de Immaculata B. Virginis Conceptione* tractaturi, nec latum quidem unguem, à Tridentini Concilii præſcripto, ac Summorum Pontificum Conſtitutionibus diſcedant

discedant. Et ad marginem citant Leonem X. an. 1516. Concilium Trident. sess. 5. de Peccato originali, Constit. Pii V. & Constit. Gregorii XV. 29. anno 1622. Lib. impress. Romæ 1634. in 4.

Burgensis, in Constit. Synodalibus, compilatis, factis, & ordinatis per Illust. ac Rev. D. D. Franciscum Pacheco de Toledo, Cardinalem S. R. E. Sanctæ Crucis in Hierusalem, primum Archiepiscopum Burgen. an. 1575. lib. 2. de Ferijs, cap. 1. de Festivitatibus observandis, fol. 99. inquit: *Conceptio Dominæ nostræ*, die 8. Decembris observatur in hac Civitate, pro voto facto, & non manducandi carnes in vigilia ipsius; & in pluribus alijs locis huius Archiepiscopatûs, observatur hæc festivitas ex devotione; concedimus autem observantibus hanc festivitatem, octoginta dies indulgentiar. Lib. impress. Burgis 1577. in fol.

Burgi Sancti Domini Ecclesia, in prima Synodo Diœcesana quam habuit R. D. D. Joannes Linatus Episcopus, anno 1608. die 14. Octobris, in Tabula dierum festorum, fol. 39. ad diem 8. Decemb. *Festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis, &c.* & de Ferijs, fol. 77. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ.* Lib. impress. Parmæ 1608. Et in Constit. Synodalibus eiusdem Burgi, editis à R. D. Carolo Succio, ejusdem Eccles. Præposito, fol. 7. titulo de Festorum dierum cultu, inquit: Idcirco decernit Synodus, ut Sancti Protectoris, & Patroni, huius Ecclesiæ Domini, die 9. mensis Octobris, cuius corpus in eadem (maximus quidem thesaurus) asservatur; item & S. Gislamerij, die 17. mensis Septembr. cujus etiam in eadem est corpus, festi dies colantur, ac serventur ubiq; in jurisdictione hujus Præposituræ, ac si esset dies Dominicus. Idem statuit & de festo *sanctissimæ Conceptionis gloriosæ V. MARIÆ, &c.* Lib. impress. Casalimaiori 1584. in 4.

Burgi S. Sepulchri Ecclesia, in Diœcesana Synodo, habita anno 1641. à D. D. Dionysio Bussotto, Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, & Episcopo, fol. 39. de Festis diebus ex Ecclesiæ præcepto, aut ex Civitatis, vel Diœcesis devotione, vel consuetudine, pia devotione agendis; ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Florentiæ 1641. in 4.

Brundusina, in Synodalibus Constitutionibus primis, & secundis, à D. D. Joanne à S. Stephano de Falces, Ordinis S. Hieronymi, Archiepiscopo, cap. 29. de Festis in dicta Diœcesi observandis, fol. 126. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Romæ 1623. in 4.

Cæsaraugustana S. Mariæ del Pilar, & Cathedralis, cum suo religiosissimo Clero, jurejurando se constrinxerunt pro sententia *de Immaculata Conceptione Virginis defendenda.* Ita Christoph. de Vega Palest. 3. certam. 20. num. 434. fol. 134.

Capuana, celebrat *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis* duplicem, & solemnem, &c. ut dicitur in lib. Sanctuarium Capuanum. Impress. Neapoli 1630. in 4. fol. 565.

Castellana, in Constitutionibus & Decretis in prima Synodo, habita à D. D. Gozadino, olim Archiepiscopo Naxien. & Parien. & Castellanæ, & Hortanæ Ecclesiarum Episcopo, celebrata die 18. 19. & 20. mensis Januarij, anno 1626. de Festis ex præcepto, devotione, & statuto observandis, fol. 20. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* observanda ex devotione. Lib. Impress. Roncilioni 1627. in 4.

Castellanetensis, in Synodo Diœcesana, habita à D. D. Bernardo Benedicto Nicosiensi Episcopo, fol. 42. de Festis, quæ præter dies Dominicos, per annum in illa Civitate, & Diœcesi inviolabiliter observari præcipiuntur, ad diem 8. Dec. *Conceptio B. Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Romæ 1606. in 4.

Chaldæorum Ecclesia, in Synodo, seu Epistola Synodica Eliæ Patriarchæ Babylonis, & Archiepiscoporum eius obedientiæ, ad SS. D. D. Paulum Pap. V. cum Sermone Timothei Archiepiscopi Arneden. de recta fide, ab eisdem in Synodo recognito, & recepto, cum Epistola Fratris Thomæ Novarien. Ordinis Minorum de Observantia, cap. 5. de Secunda generatione Filij æterni, qui incarnatus, & natus est iterum cum carne; vocat *Virginem MARIAM puram, beatam, benedictam, & sanctam*; Romæ 1617. in 4. regali.

Compostellana, in plena totius Archiepiscopatûs Synodo, anno 1619. vovit, ac promisit se *Virginis MARIÆ Immaculatum Conceptum semper, & ubique propugnaturam.* Christophorus de Vega, Palest. 3. certam. 20. fol. 134.

Compsana, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus, celebratis die 19. Octobris 1597. per D. D. Scipionem Gesualdum Archiepiscopum, fol. 33. de Festis in Civitate observandis, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Neapoli 1600. in 4.

Conchensis, in Constitutionibus factis, & promulgatis in Synodo Diœcesana, celebrata per D. D. Henricum Pimentel Episcopum, an. 1626. tit. 5. de Ferijs, const. 1. de Festivitatibus observandis, fol. 209. die 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Item, lib. 3. tit. 20. de Observatione ieiuniorum, fol. 418. conceduntur 40. dies indulgentiarum illis, qui ieiunaverint *vigiliam Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. anno 1627. in fol.

Constantinopolitana, in suo Menologio agit de *Conceptione Virginis*, ut refert Franciscus de Hautesere de Salvaizon I. C. Antecessor Pictavensis Gallus, in lib. de Pietate Ecclesiarum Orient. fol. 2. Impress. Parisijs 1645. in 8.

Concordiensis, in Constitutionibus & Decretis Diœcesi. Synodi, editis à D. D. Matthæo Sanuto, Concordiæ Episcopo, Duce, Marchione & Comite, promulgatis die 8. 9. & 10. Aprilis, an. 1587. par. 1. de Observandis à Concionatoribus in verbi Dei prædicatione, fol. 11. inquit: Altiores, & subtiliores, & præsertim Philosophicas quæstiones apud imperitorum multitudinem, nec tractent; nec de *Beatissimæ Virginis Immaculata Conceptione* in popularibus concionibus disputare ausint. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

Coriensis, in Constit. Synodalibus factis & compilatis à D. Dom. Petro de Caravajal Episcopo, tit. 18. de Ferijs, constit. 1. de Festis observandis ex præcepto & voto vel devotione, fol. 73. in mense Decemb. die 8. *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Salmanticæ 1608. in fol.

Cortonensis, in Diœcesana Synodo, habita die 14. & 15. Decembris 1588. à D. D. Joanne de Albertis Episcopo, fol. 31. de Festorum dierum cultu, ad diem 8. Decembris: *Conceptio gloriosissimæ Virginis MARIÆ.* Impress. Florentiæ, anno 1589. in 4.

Cuzquensis Civitas in Regno Peruano, eodem die 8. Decembris, celebrat festivitatem *Immaculatæ*

Conceptionis, ita singulariter, ut non permittant Canonici eandem celebrari in Conventu Fratrum Minorum.

Farfensis, & S. Salvatoris Abbatiæ B. Mariæ, in Constitutionibus Synodalibus, ab Illust. & Reverend. D. D. Francisco, S. Agathæ S. R. E. Diacono Cardinali Barberino, editis die 9. Octobris 1628. cap. 23. fol. 60. de Festis in hac Diœcesi observandis, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ*, festum ex devotione. Lib. impress. 1628. in 8.

Forliensis, in Constitutionibus Synodalibus, editis à D. D. Giannoto de Montagnana Episcopo, de Festivitatibus observandis, c. 47. fol. 43. inquit: Nativitas, Annuntiatio, Assumptio, Purificatio Dominæ nostræ, *Conceptio*, & Præsentatio. Lib. impress. Bononiæ 1565. in 4.

Giennensis, in Constitutionibus Synodalibus factis, & ordinatis per D. D. Balthasarem de Moscoso, & Sandoval, S. R. E. Cardinalem, celebratis anno 1624. lib. 2. tit. 11. de Ferijs, & vigilijs, cap. 1. de Festivitatibus observandis in Episcopatu, die 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Baëzæ 1626. in folio.

Gallicana, seu Franciæ Ecclesia, non solùm modò, sed ante tempora S. Bernardi celebrabat festum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert August. Wichmannus in Diario Ecclesiastico, Velazquez, lib. 4. dissert. 2. adnot. 3.

Gnesnensis, in Constitutionibus Synodalibus, editis studio, & opera D. D. Stanislai Karnkowsk Episcopi Uladislavien. & Pameranię, fol. 44. de Ferijs, ex antiquis, inquit: Ut circa celebrationem festivitatum sit Ecclesiarum nostræ Provinciæ concordia, statuimus, quòd infrascriptis diebus, tam Clerici, quàm laici debeant à servilibus operibus abstinere. Primò, in festivitatibus Christi: videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, Resurrectionis, & Pentecostes, cum duobus immediatè sequentibus, nec non S. Crucis Inventionis, & Exaltationis, cum omnibus diebus Dominicis. In sex festivitatibus S. Mariæ Virginis, Annuntiationis, Visitationis, *Conceptionis*, Purificationis, Nativitatis, & Assumptionis, &c. Lib. impress. Cracoviæ anno 1579. in 4.

Granatensis in Constitut. Synodalibus, factis anno 1572. die 14. Octobris à D. D. Petro Guerrero Archiepiscopo, tit. 3. de Ferijs, fol. 39. die 8. Decembris: Festivitas *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Granatæ 1573. in 4.

Græca Ecclesia, prædictum festum celebrat die 9. Decembris, sub hoc tit. *Conceptionem glorioſissimæ V. MARIÆ in utero S. Annæ*, die 9. Decembris, à multis retrò sæculis celebrat, tam in Missæ officio, sive Liturgijs, sive Rituali, quàm in Menologio, ut referunt P. Petrus de Ojeda, in sua informatione, cap. 4. Salazarius, cap. 35. §. 4. Item, in Mænæis Græcis à S. Sabba collectis, ac à Patre Simone Wagnereckio in lucem datis, in tom. 1. de Pietate Mariana Græcorum, ac in officio eiusdem *Conceptionis*, ab eodem S. Sabba disposito, sive recognito in Rituali suo Hierosolymitano; qui quidem Auctor floruit ante mille ducentos annos. Quæ omnia videri possunt in Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, à dissert. 4. fol. 332. usque 338. Photio, in Biblioth. cap. 11. tit. 7. Baronio, ad diem 8. Decemb. Item, in Liturgia Eucologij Græcorum sic dicitur: Qui consecuti sumus gaudium in tuo Conceptu, ô planè *Immaculata*, fabricamus te, cum Angelo clamantes: Salve mater Emanuelis Dei, & Salvatoris nostri, &c. Ita Gilbertus Genebrardus in Liturgia, Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 2. adnot. 2. fol. 311. numero 2. Item, Græci in divinis officijs per annum, quæ ipsi Mænæa vocant, id est officia quotidiana Ecclesiastica, sive Ritualia; constantque ex duobus tomis Mænæorum dictis, & alijs septem Ecclesiæ voluminibus, quæ latinitate donavit R. P. Simon Wagnereckius, Societatis Jesu, Monachij, anno 1647. Centuria prima Mænæa ex quinto Januarij, numero 49. ex Sancto Sabba: Tu, quæ *ab omni nævo intacta*, eum, qui cogitatum nostrum excedit, absque corruptione in utero concepisti, &c. In eadem Centuria prima, num. 97. ex S. Josepho Confessore: Mors cujus præcipitem impetum reprimere nulla res potuit, *ad te usque perveniens attonitè stetit*, &c. Hæc non loquitur Ecclesia Græca de morte naturali (ut bene notavit prædictus Pater) hæc enim in Virgine Maria, non solùm impetum fecit, nec attonita stetit, siquidem mortua fuit; sed intelligendum est: mortis erga Virginem impetus fuit, id est, intacta permansit ab originali culpa, quæ est mors quædam spiritualis ab Adamo in omnes alios transfusa. Et Centur. 2. ad diem 18. Januarij, num. 119. ex S. Sabba, & S. Cyrillo: Tu, ô Virgo Deipara, per progeniem tuam totius universi homines illustras; de te enim sola publicè constat, quòd ab æterno *mundata extiteris*, ut quæ possideas Justitiæ Solem, &c. Adnotatio. Dum Mænæa dicunt Mariam ab æterno mundatam extitisse, non ita intelligi debent, ac si vellent Mariam ab æterno vixisse (cùm præter Deum nemo fuerit ab æterno) sed potiùs explicari debent, ut censeantur dicere velle, ab omni æternitate nullum tamquam momentum extitisse, in quo verum fuisset dicere, Deiparam ab omni originali peccato, vel fore, vel esse immundam; & notandum est hîc valde subtiliter Mænæa usurpare participium ... mundatam de Deipara, licèt enim ex usu communi significet actionem, quâ res aliqua mundatur: non tamen necessarium est ad vim hujus significationis implendam, ut id, quod mundatur, priùs fuerit immundum; sed sufficit ad rigidum hujus Græci vocabuli intellectum, si munditiam ante non habitam possidere incipit; sic enim Deipara non per se, sed per Christi Filii sui gratiam (utpotè omnium Redemptoris) primo statim creationis momento munditiam acquisivit, quam ante creationem non habuit, in ipsa scilicet existentia, vel actu secundo (ut loquuntur Scholastici) quamquam habuerit in mente, & prædestinatione divina; sed ista prædestinatio vi sua nihil ante creationem existere facit: unde, cùm dicunt Mænæa Mariam ab æterno mundatam extitisse, acutè respiciunt ad prædestinationem divinam, per quam ab æterno fuit decretum, ut propter Christum Filium Redemptorem suum munda crearetur Maria, id est, munditiam originalem acciperet, quam ante creationem non habuit in existentia, sive actu secundo, quamquam habuerit ab æterno in prædestinatione divina. Hucusq; Interpres, seu Scoliator Mænæorum. Et Centuria 4. ad diem 25. Martij, num. 307. ex Homilia Ecclesiæ de Annuntiatione: Ille misericors est amator hominum Deus, cui perpetua de mortalibus commissa cu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ra; ille (inquam) seu Genitor perculsus amore liberorum, cùm opus manuum suarum à diabolo tyrannica servitute oppressum, atque ad rerum turpium desideria, & ipsam denique idololatriam abreptum videret, statuit Filium suum unigenitum mittere, qui genus humanum è diaboli manibus vindicaret. Quoniam verò decretum hoc suum, tum ab ipso sathana, tum à cœlorum quoque virtutibus ignorari volùerat; primò quidem providentia singulari perfecit, *ut sacra Virgo ab ipso vitæ suæ principio, tam omnino existeret pura, quàm esse puram decebat illam, quæ tanto bono, ideſt, Christo digna existeret.* Deinde ex Archangelis, uni glorioso, scilicet Gabrieli, huius mysterij ad Virginem perferendi negotium totum committit, inter cuius certè verba Virgo supra naturæ modum, ac morem immaculato utero suo Dei Verbum concepit. Et Centuria quinta, num. 417. ad diem 13. Julij, ex Sancto Josepho Confessore: Inquinatus ergo turpitudine cogitationum, & homo nihili factus ob frequentia in lege divinâ delicta; te, per quam supplicitèr oro, *quæ sola maculam inter omnes ignoras*, ut te moveat miseratio mei, &c. Centuria 3. num. 233. ad diem 23. Februarij, ex S. Theophane: *O, à cunctis sordibus incontaminata*, & super omnes inculpatos *inculpatissima Domina*," &c. ubi Scoliator: Quomodò autem Virgo, secundùm Theophanem est.. ...id est, super omnes inculpatos inculpatissima, si peccatum originis habuit, quo caruerunt in creatione sua protoplasti? Alia quamplura extant in allegato libro.

Hierosolymitana Ecclesia, à tempore Apostolorum celebrat festivitatem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut referunt Matthæus Westmus, in Chronica, ad ann. 1228. Judocus Coccius, lib. 3. art. 6. Stephanus Raguſinus, lib. 1. Petrus Ojeda, in sua Apologia, à cap. 2. Velazquez, lib. 4. dissert. 1. adnot. 1. Novaes, fol. 251.

Hispalensis, habet officia propria à S. Congregatione Illustrissimorum Cardinalium pro sacris ritibus, & ceremoniis à SS. Domino Sixto V. Pontif. Max. deputatorum, ejusdem SS. Domini jussu recognita, & approbata, & demum ab eodem auctoritate Apostolicâ confirmata, curâ, operâ, & studio Illust. & Reverend. D. D. Roderici Cardinalis de Castro, Archiepiscopi Hispalen. ubi in indice: *Conceptio Immaculatæ Virginis*, primæ classis. Lib. impress. Matriti 1630. in 4. Item, cum suo Archiepiscopo, ad ann. 1617. votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione. Christophorus de Vega in Theologia Mariana, Palest. 3. Certám. 20. fol. 1134. Item, ad ann. 1542. die 10. Junii, disposuit Orationem recitandam in Choro ad Tertiam & Vesp. sic: Sanctissimæ Trinitati, & individuæ unitati, & Domini nostri Jesu Christi humanitati, & augustissimæ Eucharistiæ majestati, & Beatissimæ Virginis MARIÆ, *sine peccato originali conceptæ*, fœcundati, sit semper gloria per infinita sæculorum sæcula. Amen, &c. Extat impressa seorsim, & de ipsa mentionem facit Joannes Tamajus de Salazar, fol. 306. Edidit item speciale Decretum, ut si *festum Immaculatæ Conceptionis* venerit in Dominica secunda Adventûs, recitetur de Conceptione, & incipit: En Sevilla, à 4. dias del mes de Noviembre de 1619. años, &c. & extat impress. in 4. in Opusculo Sebastiani Vincentij de Villegas. Item, in Constitutionibus habitis in Synodo celebrata anno 1604. ordinatis, ac factis per Illustr. ac Reverendissimum D. Ferdinandum Niño de Guevara, Archiepiscopum, ac S. R. E. Cardinalem, titulo de Ferijs, & observatione ieiuniorum, cap. 1. de Festivitatibus observandis, fol. 38. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Hispali 1609. in fol. Item, edidit Memoriale, seu rescriptum celebre ad Regem Hispaniarum Philippum III. & incipit: Aviendose suplicado à V. Magestad de parte, &c. Extat impress. in folio, & habet folia 12. totumq; est *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Denique modò celebrat festivitatem *Immaculatæ Conceptionis* eisdem sumptibus, apparatu, ac magnificentia, quo festum ipsius Corporis Christi; habetque ex statuto, ut nullus Concionator ascendat ambonem, quin priùs ante Sermonis initium dicat alta voce: Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Immaculada Conception de la Virgen nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original.

Hispaniæ Ecclesia, à S. Jacobi prædicatione, ex Apostolica traditione celebravit, & celebrat festum *Immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis MARIÆ*, ut refert Flavius Dexter, in sua omnimoda historia, ad annum 308. num. 6. Marcus Maximus, Archiepiscopus Cesaraugustanus, in Hymno; Luitprandus, in Chronica ad annum 676. vel 677. & Julianus Toletanus in Chronicon, num 697. & in Adversarijs, num. 395. Velazquez, de MARIA Immaculatè concepta, lib. 4. dissert. 1. adnot. 1.

Hydruntina, in Synodalibus sub Caietano Cossæ Archiepiscopo, anno 1641. fol. 85. de Festivis diebus, qui de præcepto observari debent, die 8. Decembr. *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Impress. Lecij 1642. in 4.

Jacobitarum Ecclesia, celebrat *festum Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Franciscus de Hautesere de Salvaizon I. C. Antecessor Pictavensis Gallus, in lib. de Pietate Ecclesiæ Orientalis, in honorem Conceptionis, folio 5. Hic citatur sub nomine Anomyni. Impress. Parisijs 1645. in 8.

Juvenacensis, in Diœcesana Synodo, & Constitutionibus factis à D. D. Carolo Maranta, Episcopo & Comite Palatino, anno Domini 1639. fol. 21. in indice dierum festorum, ad diem 8 Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Neapoli 1639. in 4.

Limensis, fecit votum sub hac forma: Que tendrè, y defenderè, que la siempre Virgen MARIA, en el primer instante de su ser, fue concebida *sin pecado original, &c.* Impress. in charta expansa, in civitate Regum, seu Limæ 1654.

Lubrensis, in Synodo celebrata à D. D. Mauritio Centino, eiusdem Ecclesiæ & Massensis Episcopo, decret. 4. fol. 5. de Festivitatibus ex præcepto prædictæ Synodi observandis, inquit: Hominum interim paupertati consulentes, festum Beatissimæ V. quod die 16. Augusti celebratur, *in festum Conceptionis B. Virginis*, die 8. Decembris, festumq; eiusdem, quod in die 17. eiusdem mensis Augusti, ex antiqua consuetudine colitur, in Dominicam infra octavam referimus. Lib. impress. Neapoli, anno 1627. in 4.

Lunensis, seu Sarzanen. in prima Synodo celebrata die 4. Maij, 1642. & publicata die 6. à R. D. Prospero Spinula Episcopo & Comite, parte 2. fol. 70. de Ferijs, in quibus ius non redditur, die 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Massæ 1642. in 4.

Maceratensis, in Synodo Diœcesana, habita an. 1651. cap. 1. tit. 4. de Prædicatione verbi Dei, fol. 66. ait: In publicis concionibus, licèt asseri possit, probarique *Beatissima Virgo Immaculata in primo suæ sanctissimæ Conceptionis instanti*; contraria tamen sententia, sicut in concionibus, ita & in aliis actibus publicis asseri nequit, juxta Constitutionem Gregorii XV. verùm ea damnari, aut erroris, aut hæresis, non potest sub pœnis ibi contentis. Facta est hæc Constitutio præsidente Papidio de Silvestris, Episcopo Maceratæ. Lib. impress. ibidem 1651. in 4.

Majoricensis, festum *Immaculatæ Conceptionis* celebrat cum octava, cui etiam major Ecclesia est dicata, & quotidie finitis Vesperis fit Commemoratio Conceptionis cum Antiphona, & Oratione illa: Deus, *qui per Immaculatam*, &c. Vide Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 4. adnot. 3. folio 340.

Malacitana, celebrat & præcipit celebrari festum *Immaculatæ Conceptionis*, in suis Constitutionibus Synodalibus. Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissertatione, adnot. & folio ut supra.

Maronitarum Ecclesia, celebrat festum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Franciscus de Hautefere de Salvaizon Cadurcensis I. C. Gallus, in libro de Pietate Ecclesiæ Orient. in honorem Conceptionis. Impress. Parisijs 1645. in 8.

Massanensis, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus, per D. Vincentium Cassali Bononien. Episcopum Massæ, & Populoniæ habitis mense Aprilis 1586. in titulo de Festis diebus, qui tam de præcepto, quàm de approbata consuetudine servari debent in Civitate Massanen. fol. 235. die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Impress. Bononiæ 1586. in 4.

Mechlinensis, in Decretis & Statutis Synodi Provincialis, die 11. Junij 1570. sub Reverendissimo D. Martino Rythovio, Episcopo Iprensi, fol. 29. de Festis, cap. 2. ad diem 8. Decembris: *Festum Conceptionis B. MARIÆ.* Lib. impress. Antuerpiæ 1634.

Mediolanensis, singulari ritu, & officio, celebrat festum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & habet ad Laudes & Vesperas Hymnum specialem; ut videre est in Rituali Sacramentorum, restituto à Sancto Carolo Borromeo, fol. 200. Lib. impr. Mediolani 1613. in 4. Item, præcipit (ut habetur in actis à D. D. Carolo Cardinali S. Praxedis, Archiepiscopo conditis, & Frederici Cardinalis Borromæi, Archiepiscopi Mediolanen. iussu undique diligentiùs collectis, & editis, to. 1. parte 4. fol. 483. §. Unde sumenda materia *sacri Conceptus*) ne quis de Beatiss. Virginis *Immaculata Conceptione*, disputare ausit, contra præscriptum sanctionis Pontificiæ Pij V. Item, tom. 2. par. 6. in Tabula dierum festorum & vigiliarum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* in Urbe Mediolan. folio 982. Item infra, de diversis Constitutionibus Pontificijs, folio 990. inquit: Quicumque *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, contra præscriptum Constitutionis Sixti IV. Pontific. & Decreti Tridentini affirmaverit, Censuram incurrit. Lib. impress. Mediolani 1599. in fol.

S. Miniatis Ecclesia, in Constitutionibus Synodalibus à D. D. Alexandro de Strozis Episcopo, Kalend. Septemb. editis 1638. fol. 33. inquit: Sexto Idus Decembris, *Conceptio B. MARIÆ Virginis absque macula originalis peccati*; & colitur ex universali consuetudine in nostra Diœcesi. Impress. Florentiæ 1638. in 4.

Moguntina, in Concilio & Constitutionibus Provincialibus, editis sub Reverendissimo D. D. Sebastiano Archiepiscopo, S. R. Ecclesiæ Electore, die 6. Maij 1549. fol. 69. de Angelica Salutatione, inquit: Juxta receptam Ecclesiæ consuetudinem Orationi Dominicæ succedit Salutatio, qua Deus per Angelum suum salutare dignatus est Mariam Virginem, cùm populi sui afflictionem miseratus eam ipsam Virginem *selectam* ex omnibus, *purissimam* & aptissimam officinam constituere destinaret, in qua Dei Filius ipsius carne pro nobis redimendis impendendam, assumeret. Moguntiæ 1549. in folio.

Narbonensis in Gallia, celebrabat festivitatem *Immaculatæ Conceptionis Virg. MARIÆ* ante tempora S. Bernardi, ut refert Augustinus Wichmans in Diario Ecclesiastico, Velazquez lib. 4. dissert. 1. adnot. 3. fol. 321.

Nitriciensis, in Statutis Synodalibus, editis anno 1494. à D. D. Paulo Absiemio Quinquecclesiensi Episcopo, fol. 35. cap. 36. de Festivitatibus celebrandis, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* Impress. Viennæ 1560. in 4.

Oxomensis, in Synodo Diœcesana, celebrata à D. D. F. Henrico Henriquez Episcopo die 9. Julij 1607. decret. 16. de Festivitatibus observandis, fol. 61. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Domina nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Matriti, anno 1609. in 4.

Pampilonensis, in Constitutionibus Synodalibus ordinatis, factis, & compilatis per D. D. Bernardumde Rojas, & Sandoval Episcopum, in mense Augusto, folio 90. lib. 2. cap. 1. de Ferijs, quæ de præcepto observari debent in prædicta Ecclesia ad diem 8. Decembris: *Conceptio Domina nostra Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Pampilonæ, ann. 1591. in folio.

Parmensis, in Constitutionibus Synodi Diœcesanæ editis à D. D. Alexandro Sforzia Episcopo, cap. 45. de Ferijs in foro Episcopi servandis, fol. 42. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Parmæ 1564. in 4.

Perusina, in Decretis & monitis Synodalibus jussu D. Napoleonis Comitoli editis, cap. 8. fol. 19. ad diem 8. Decembris: Festum *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* Impress. in Civitate Perusiæ anno 1600. in 4.

Peinkovien sis, in Synodo Provinciali, & confessione Catholicæ fidei facta anno 1551. 4. mensis Maij, in explicatione Salutationis Angelicæ, cap. 59. fol. 298. inquit: Jam & niveum illud Gedeonis vellus, quod in areæ siccæ medio maduit; cujus aliud præfigurabat simulacrum, nisi Mariæ sanctissimæ, quæ procul quidem *à carnis concupiscentia semota*, verùm cœlesti rore ter compluta, Trinitatis opificio Deum pura concepit, pura enixa est, quæ post editum partum permansit? &c. Item infra, fol. 302. Hac igitur ratione, plena gratiâ dicitur, quòd sola est Maria, de qua propter honorem Domini *nullam prorsus, cùm de peccatis agitur*, habenda *quæstionem*, non modò Augustinus, verùm ecclesia universa voluit Ecclesia: quòd vel inde scire possis ad vincendum ex omni parte peccatum plenam gratiæ collatum esse, quia concipere, & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum, &c.

&c. Plenior itaque gratiâ fuit Maria, quàm omnes alij cùm sola sit, *quam omni peccato fuisse vacuam persuasum habemus, &c.* Lib. impress. Parisijs 1560. in 8. Latiùs, atque clariùs extant verb. Stanislaus Hosius, ex impressione facta Antuerpiæ 1561. etiam in 8.

Placentina in Italia, in Synodo Diœcesana, habita à D. D. Philippo Sega Episcopo & Comite, 5. Nonas Maij 1589. de Ferijs generalibus posthac in foro Episcopali observandis, fol. 355. die 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ.* Impress. Placentiæ 1589. in 4.

Romana Ecclesia Catholica, in Urbe à multis retrò sæculis celebrat festum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est in Martyrologijs, Missalibus, ac Breviarijs, ad diem 8. Decembr. tam antiquis, quàm novissimè recognitis à Pio V. Clem. VIII. & Urbano VIII. de quo videndi sunt omnes Doctores, qui de hoc scripserunt mysterio, præcipuè nostrum Armament. Seraph. Salazar, Calderon, Granados, Velazquez, & alij quàmplures. Item, inter festa Paltij Apostolici, & Capitolina, in Decemb. enumeratur festum *Conceptionis B. MARIÆ Virginis.* Et ibidem: Festa, in quibus non redditur ius in Capitolio Romano, die 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, ex libro impress. Romæ, apud Balthasarem de Cartularijs Perusinum 1541. in 8.

Salernitana, in Constitutionibus Synodalibus, celebratis Nonis Maij 1579. per D.D. Antonium Marzilium Columna Archiepiscopum, fol. 363. de Festis observari solitis in Palatio Archiepiscopali Salernitano, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ.* Lib. extat impress. Neapoli, ann. 1580. in 4.

Salpensis, circa *Conceptionem Virginis Dei Matris MARIÆ*, eadem habet quæ Tranensis. Vide ibi.

Salmanticensis, in Constitutionibus Synodalibus compilatis, factis, & ordinatis, per D. D. Ludovicum Fernandez de Cordova Episcopum, an. 1604. lib. 3. de Ferijs, constit. 1. de Diebus festivis observandis in Episcopatu, in mense Decemb. 8. *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Salmanticæ 1606. in fol. Item, in Constitutionibus Synodalibus, factis anno 1570. per D. D. Petrum Gonzalez de Mendoza Episcopum, constit. 61. de Festivitatibus observandis in mense Decemb. *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impr. Salmanticæ 1573. in fol.

Salusthiarum Ecclesia, in Statutis Synodalibus, editis à D. D. Antonio Pichot Episcopo, cap. 34. de Sanctificatione dierum festorum, folio 116. inquit: *Festum Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*, quod observari volumus, tum quia Ecclesia nostra sub eius nominis memoria est dedicata; tum quòd SS. PP. in conclusione S. Concilij Tridentini, solemnem hunc diem habuerunt. Lib. impress. Carmagniolæ 1585. in 4.

S. Severini Ecclesia, in Concilio Provinciali, celebrato à Francisco Antonio Archiepiscopo, & à sacra Congregatione Concilij approbato, die 15. Julij 1597. & subscripto ab Hieronymo Cardinali Matthæo, folio 19. inquit de Prædicatorum, seu Concionatorum officio: *De Conceptione B. & gloriosa semper Virginis MARIÆ*, in popularibus concionibus propriam sententiam asserendo, & contrariam repellendo aut impugnando, disputare non præsumant; sed Bullam sanctæ recordationis Pij Papæ V. desuper editam inviolabiliter observent. Item infra in Kalendario festorum, ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Lib. impr. Romæ 1597. in 4.

Sarzanensis, circa festivitatem *Conceptionis B Virginis MARIÆ*, observat Constitutionem Synodalem Ecclesiæ Lunensis. Vide ibi.

Segoviensis, à S. Jerothæo fundata, ab Apostolorum temporibus *Immaculatæ Conceptionis* festum celebrat; ut constat ex inscriptione per circuitum Sacelli Immaculatæ Conceptionis posita, quæ talis est: A tempore Jerothæi B. Pauli Discipuli, & huius Civitatis primi Præsulis, *illibatam Conceptionem sanctissimæ Virginis Deiparæ MARIÆ*, toto cordis & mentis affectu hæc Ecclesia & tuetur & celebrat, & tandem voto & iuramento firmavit 8. die Decemb. 1621. Ita Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 4. adnot. 3. fol. 339.

Senogalliensis, in Constitutionibus & Decretis Synodalibus, habitis à Reverendissimo D. D. Fr. Antonio Barberino S. R. Ecclesiæ Cardinali, fol. 172. pro instructione Prædicatorum, inquit: Abstineant à quæstionibus subtilioribus & inutilibus, ac sigillatim à disputatione *de B. Virginis Conceptione*, refellendo alteram partem, sub pœna Suspensionis à Divinis, ipso facto incurrenda, juxta Bullam Pij Papæ V. &c. Romæ 1527. in 4.

Sorana, in Constitutionibus editis in Diœcesana Synodo à D. D. Hieronymo Joannello Episcopo, tit. 16. de Festorum observatione, fol. 41. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis*, in Civitate tantùm. Romæ 1644. in 4.

Syriæ Ecclesia, habuit consuetudinem celebrãdi festivitatem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* à temporibus Apostolorum, ut multi probant: Petrus de Ojeda, in sua Apolog. à cap. 2. &c. Matthæus Westmus, in Chronic. ad ann. 1228. Judocus Coccius, lib. 3. art. 6. Stephanus Raguſinus, lib. 1. Joannes Antonius Velazquez, libro 4. de Conceptione, dissert. 1. adnot. 1. & dissert. 4. adnot. 3. Joannes Eusebius de Perpet. object. Concept. folio 5. Novaes, fol. 251.

Tarentina, in Constitutionibus Diœcesanæ Synodi, editis à Reverendissimo Domino Dom. Bonifacio Caietano, Cardinali & Archiepiscopo, cap. 10. folio 27. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ*, intra Civitatem. Impress. Romæ, anno 1615. in 4.

Tarraconensis cum suo Archiepiscopo ac Clero, ad annum 1618. jurejurando se obstrinxi *de Immaculatæ Virginis Conceptionis* propugnando pro viribus mysterio. Christophorus de Vega, Palest. 3. certam. 20. num. 434. folio. 134.

Toletana Ecclesia, in Constitutionibus Synodalibus, editis à Domino D. Ferdinando de Austria S. R. E. Cardinali, præsidente verò D. Alvaro de Villegas, Canonico Magistrali, fol. 25. de Ferijs, & festivitatibus observandis à fidelibus, constit. 1. ad diem 8. Decemb. *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Matriti 1622. in fol. Item, in Constitutionibus Synodalibus factis, compilatis, & ordinatis per Dominum Dom. Bernardum de Rojas & Sandoval, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem & Archiepiscopum, tit. de Ferijs, folio 27. const. 1. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Impress. Toleti 1601. in fol. Item, in Constitutionibus Synodalibus, editis à D.

Dom

Dom. Gomezio Tello, Administratore generali, auctoritate Apostolica, die 29. Junii 1566. fol. 34. cap. 3. de Celebratione festorum, inquit: Et præcipimus, quòd festum *Conceptionis Dominæ nostræ* observetur in toto Archiepiscopatu. Lib. impress. Toleti 1568. in folio. Item, in Missali Muzarabe, cum proprio officio celebrat *Conceptionis festum*; de quo latè agimus suo loco. Item, celebri pompa, & comitante omni populo civitatis in Monasterio Sanctimonialium Immaculatæ Conceptionis Missâ celebratâ, atque habita Concione, solemnissimas reddit gratias Deo, pro miraculosa inventione Bullarum Apostolicarum, quibus sacram Religionem *Immaculatæ Conceptionis*, erectam ac fundatam à D. D. Beatrice de Sylva Toleti, Innocentius VIII. Pontif. Maxim. confirmat. Vide Petrum de Salazar, in Chronic. Provinc. Castellæ, lib. 8. cap. 2. fol. 473. Christophorum de Vega, Palest. 3. Certam. 16. fol. 121. Porrenum, & Palao, fol. 10.

Trannensis, & Salpensis Ecclesiæ, in Constitutionibus Synodalibus Provincialibus, habitis ann. Domini 1589. cap. 4. fol. 71. inquiunt, loquendo de mysterio *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Et in popularibus concionibus gloriosæ Dei Genitricis, disputare non audeant sub pœnis in Bulla fœlicis recordationis Pij V. contentis, quæ incipit: Super speculam. Romæ 1591. in 4.

Trullana, in Synodo, Canone 79. vocat Virginem MARIAM *sine ulla labe puram.* Vide Joannem Eusebium, in lib. Excep. cap. 8. fol. 87.

Valentina, processione publica ac solemni celebrare tenetur festum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, die Sabbati post festum, si impeditus non fuerit, aliàs die Veneris ante dictum diem Sabbati, ex præscripto & institutione D. D. Roderici de Borgia, Domini loci de Castelnau. Vide Armament. in Regest. col. 664. & 670. in Appendice, ubi omnia latè reperies ad litteram. Item, in Synodo Valentina, celebrata per D. D. Joannem de Rivera, Patriarcham Antiochenum & Archiepiscopum, contra prædicantes, & scribentes de alterutra parte controversiæ *Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, Decretum, fol. 83. Impress. Valentiæ 1594. in 8. parvo.

Vallisoletana, in Constitutionibus Synodalibus, factis per D. D. Joannem Baptistam de Azevedo, Patriarcham Indiarum, & Episcopum, lib. 1. de summa Trinitate, & Fide Catholica, folio 14. Quòd inter puras creaturas Domina nostra Virgo Maria est prima in sanctitate, honore, & meritis, quia magis plena gratiâ, &c. Et infra, lib. 2. tit. 4. de Ferijs, constitut. 1. de Festivitatibus observandis in Episcopatu, sub præcepto peccati mortalis, folio 73. die 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ* ex præcepto. Lib. impress. Vallisoleti, anno 1603. in folio.

Venefrensis, in Diœcesana Synodo, habita die 21. Septembris 1634. per D. D. Fr. Vincentium Martinellum Romanum, Ordinis Prædicatorum, Episcopum, folio 11. de Dierum festorum observatione, in mense Decembri: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ.* Romæ. 1635. in 4.

Venusina, in Synodo Diœcesana, habita anno 1614. à D. D. Andrea Perbenedicto Episcopo, fol. 72. de Formula denuntiandi à Parochis festos dies, die 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, ex devotione intus. Item, in Hebdomada sancta, ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, intus, & extra, ex devotione. Item, de Festis observandis in Cassali Malcheti ex voto, aut devotione, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, ex devotione. Neapoli 1620. in 4.

Volaterrana, in Constitutionibus Synodalibus conditis à D. D. Guidone Servido Episcopo, die 8. 9. & 10. mensis Maij, anni 1590. cap. 2. fol. 6. in Tabula dierum festorum, ad diem 8. Decembris *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Item, de Ferijs, rubric. 40. cap. 1. fol. 122. ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Lib. impress. Florentiæ, anno 1578. in 4. Et plures aliæ, quas consultò relinquimus, ne actum agamus. Vide verb. Breviaria, Missalia, Kalendaria, &c.

ECKEBERTUS Florinus, Abbas Ordinis S. Benedicti Germanus, seu Theutonicus, in Deprecatione ad Virginem, commendat illud Elogium Virginis: *Aurora solis prævia, & dies noctis nescia.* Vide Euseb. fol. 438. cap. 26. exemptionum Concilii Tridentini.

EDMUNDUS Auger, Societatis Jesu, scripsit librum, cui titulus est: Exercicio espiritual de alma, &c. con el Rosario de nuestra Señora, in quo folio 186. sub titulo: De los setenta y dos nombres de nuestra Señora, sic inquit:

Ave sancta y muy pura,
Ave digna sin pecado,
Ave viva creatura, &c.
Ave una sin manzilla.

Item, in Corona Beatæ Virginis, folio 126. La primera excellencia de vuestra preciosissima Corona Imperial, Reyna y Madre de Dios, es, que descendisteis de linage real, y fuisteis concebida sin pecado original, &c. Lib. impress. Bruxellis, anno 1595. in 16.

EDUARDUS Westonius, Doctor Londinensis, & Canonicus Brugensis Anglus, in libro Theatrum vitæ civilis & sacræ, sive: De moribus Reipublicæ Christianæ, lib. 5. cap. 6. folio 478. multa dicit pro immunitate Virginis Mariæ. Et §. 2. sic incipit: Quòd ergo Beatissima Virgo divinitus instituta contra peccatum, ut esset singulare antidotum; idcirco *ab ejus omni contagione alienissima*; sic enim victoriam extulit in serpentem, sic in illum depugnavit, uti ratione peccati nunquam fuit ab illo debellata, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Brugis Flandrorum 1626. in folio.

Item, in libro dicto: De sex coruscationibus seu Christi Domini nostri, multa dicit pro immunitate Virginis Mariæ à peccato; præcipuè enarratione 3. fol. 49. dicens: Adamus peculiari ritu electit à Deo benedictus, propterea quòd acceperit à Deo *justitiam originalem*, ab illo, uti ab humani generis capite, derivandam in posteros, si modò Deilegi (uti debuit) ipse paruisset. *His omnibus nuda B. Virgo à Deo benedicta.* Benedicta inprimis personaliter, benedicta deinde eminenter, & postremò benedicta generaliter, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1641. in folio. Vide alia supra Magnificat.

ELEONORA de Luna, Monialis S. Claræ Hispana, scripsit Carmina *circa Conceptionem gloriosæ Virginis Matris.* Impress. cum aliis apud Sanct. Zapata, in lib. de Concep. fol. 173.

ELEUTHERIUS Albergonus, Ord. Minorum Mediolanensis, in lib. Sentent. *Virum Beata Virgo in peccato originali fuerit concepta?* quæstionem, seu potiùs resolutionem, vel conclusionem, tuen-

do præservationem & incontaminationem ejusdem, &c. Patavij, anno 1593. in 4.

Item, in Adventuali recitato in S. Petro apud Urbem, folio 134. & 176. indicat *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, ex comparatione cum Ecclesia ex carne Christi ab omni peccato munda, &c. Impress. Neapoli 1631. in 4.

Item, *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* Sermonem unum, in Sabbato Cinerum latissimè, à fol. 58. usque 71. in libro de connexione Evangeliorum Quadragesimalium, atque Psalmorum. Impress. Romæ 1631. in 4.

ELIAS Bassæus, Ordinis Minorum, in Floribus Theologiæ, verb. Peccatum, num. 6. Quòd illud *nullatenus contraxit MARIA*. Vide apud Cursum Salmanticensem, fol. 216.

ELIAS Cretensis Metropolitanus, natione Græcus, in Commentario in Orat. quartam S. Gregorii Nazianzeni, fol. 471. inquit: Neque enim virtutis nomen obtinere potest, quod per vim efficitur. Ad hunc igitur modum hoc dictum intelligendum est, ut ne nullâ pœnâ vindicandum esse peccatum videatur, quòd scilicet Deus vitæ statum peccati expertem supra humanam naturam collocarit. Quin fortasse hoc quispiam dixerit, quòd non hoc ipsum, ut quis actuale peccatum fugiat, supra humanæ naturæ conditionem à Deo collocatum fuisse, vir Sanctus asseruit (multi quippe hoc Dei ope atque auxilio septi præstiterunt, at supra hos omnes Dei Genitrix, *quæ ne sordidis quidem cogitationibus unquam inquinata est*) verùm natura ita comparatum hominem esse, ut peccatum excipere nequeat. Id enim solius Dei proprium est. Homines autem hoc quidem (ut diximus) vi naturæ habent, ut peccatum suscipiant, &c.

ELIAS de Lestrangis Episcopus, cùm in Universitate Tolosana prædicare decrevisset *contra Immaculatam Conceptionem*, priusquam ascenderet ambonem, rationes & puncta subitò de sua memoria evanuerunt, quæ militabant contra Conceptionem, solùm oppositis & cõtrariis in promptu permanentibus; coactus ad confusionem evitandam oppositum sui prioris propositi prædicare. Sic in historia Lombar. Euseb. Nieremb. lib. Excep. folio 368.

ELIAS à S. Theresia Antuerpiensis, Ordinis Carmelitarum, in libro: Legatio Ecclesiæ Triumphantis ad Militantem pro liberandis Animabus Purgatorii, &c. tom. 2. in indice concionatorio, ad diem 8. Decembris adducit 9. conciones, propositiones, seu loca sacræ Scripturæ pro festivitate *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide librum impress. Antuerpiæ 1637. in folio.

ELIGIUS Noviomensis, Episcopus ac Sanctus, in Homil. de Purificatione inquit: *Nequaquam immunda judicatur*, quæ Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ & sanctitatis Auctorem genuisse probatur.

ELISABETHA Catholica, ac Illustris Hispaniarum Regina & uxor Ferdinandi, votum emisit solemne, si Granatam Civitatem è Maurorum manibus eriperet, & in suam ditionem reciperet, se Templum in prædicta Urbe, sub titulo *purissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* erecturam, & quod vovit fideliter complevit. Vide Joan. Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 19. adnot. 1. folio 375. Ojeda in sua Informatione, cap. 8. Item, concessit privilegium Monasterio Granatensi Dominæ nostræ *S. MARIÆ de Conceptione*, Ordinis S. Hieronymi; de quo in Regest. nostri Armament. colum. 305. & Auctor. ibi citat. Item, cum Catholico Rege fundavit Confraternitatem ac Hospitale sub titulo ac nomine *S. Conceptionis Dominæ nostræ ac Matris Dei*; ut refertur in privilegio Caroli V. Imperatoris. Vide Regest. Armament. col. 306. & Velazq. fol. 376. Item, impetravit ab Innocentio VIII. Pontif. Max. confirmationẽ Religionis Monialium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Petrus Salazar, lib. 8. de Provinc. Castellæ, folio 473. Item, concessit Monialibus Toletanis *Immaculatæ Conceptionis* pro sua habitatione Conventum Fratrum Minorum. Salazar ubi supra, fol. 478.

ELISABETH Poloniæ Regina, *pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* Epistolam unam. Ita Hippolytus Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 359.

ELISABETH Hungariæ Regina, Sancta tertij Ordinis S. P. N. Francisci, habuit revelationem specialem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut referunt Pelbartus, lib. 4. Stellarij, par. 1. art. 3. Daza lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 44. Nos in Armament. col. 591. & novissimè Marrac. in Heroid. Marian. fol. 157. & in Bibliotheca, tom. 1. fol. 359.

ELISEUS Vassallus de Colvello, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro dicto Italicè: Candido Liglio, Symbolo di Virginità, in Dedicatoria ad Virginem Mariam, vocat ipsam *Immaculatam, gratiâ plenam, absque culpa & macula*. Et à folio 191. usque 207. etiam vocat eam plenam gratiâ, absque peccato, totam puram, & liberam à culpa, & alia plura præservationem Virginis à peccato originali indicantia. Neapoli 1647. in 12.

Item, in libro: Il Christiano invitato al Paradiso, par. 3. fol. 427. de primo gaudio Virginis Mariæ: Quòd anima eius sanctissima fuerit *concepta absque macula peccati originalis*. Impress. Neapoli 1643. in 8.

ELVIRA de Mallea, fœmina Hispana, in quadam Cantione, atque Imagine à se depicta, declaravit mysterium *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. Neapoli à Ferdinando de Zarate 1634. in 4.

ELZEARIUS Dombariensis, tertii Ordinis de Pœnitentia S. Francisci P. N. Gallus, in libro: Ceremoniale Ecclesiasticum juxta ritum Ecclesiæ Romanæ, ad usum Congregationis Gallicanæ Fratrum tertii Ordinis S. P. Francisci de Pœnitentia nuncupati, strictæ Observantiæ, ex Decreto Capituli Generalis ejusdem Congregationis editum, in Appendice pro *officio Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis* in Sabbato ex privilegio recitando, rubricam. Item, folio 538. adducit Antiphonam in Choro post Completorium vel Vesperas decantari solitam: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te*, &c. Parisiis 1639. in 8.

EMMANUELA Pardo de Monzon, fœmina Hispana, in Cantione de Virgine Dei Matre Maria, inquit:

Aquel gran cortesano
Que à la Reina no manchada
Defendio, &c.

Extat cum aliis Cantionibus impr. Matriti, fol. 84.

EMMANUEL de los Angeles, vel dos Anjos, Ordin. Minorum Hispanus, composuit & edidit librum sub hoc titulo: Triumpho de la Santissima

ma Virgen MARIA nuestra Señora, *concebida sin pecado original*; & totus est liber de Immaculata Conceptione. Impress. Ulyssiponæ 1638. in 4.

EMMANUEL de Brito Alano, Hispanus, in libro: Prodigiosas Historias y miraculosos sucesos acontecidos na cassa de nosa Señora de Nazaret, del Reyno de Portugal, &c. tomo 1. fol. 14. adducit instrumentum, sive donationem D. Fuas Rompinehi, factam & expeditam *in ipso die Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut ex ipso constat. Vide verb. Fuas. Et in principio, part. 2. adducit aliqua de summa gratia & sanctitate Virginis MARIÆ supra omnes creaturas, quæ facili negotio ad ejus immunitatem declarandam adducere potes. Lib. impress. Ulyssiponæ 1637. in 4.

EMMANUEL Campo Licentiatus Hispanus, in libro, cujus titulus Lusitanus est: Relaçaon do solenne recebimiento, que se fece em Lisboa as Santas Reliquias, que se levaraom à Igreja de S. Roque da Companhia de JESU, à os 25. de Ienaro de 1588. &c. folio 78. agit de quodam triumpho *Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ*, ejusdemque honorifica inscriptione. Lib. impress. Ulyssiponæ 1588. in 8.

EMMANUEL de la Cerda, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Quæstionibus Quodlibeticis, pro laurea Conimbricensi, quæst. 7. Scholastica, par. 3. art. 1. num. 6. folio 375. inquit: Nam duo possunt spectari in B. Virgine; excellentia nimirum sanctitatis, aut dignitas officij & conjunctionis cum Christo si sanctitatem spectemus, utique quæ cæteris Sanctis data est per partes, *concessa est MARIÆ cum plenitudine*; ita ut jam, ex communi Scholasticorum assensu piè consentientium, gratia B. Virginis superabundet omnibus gratijs Angelorum omnium, atque hominum etiam simul sumptis, &c. Ex quibus verbis demonstrat suam inclinari mentem ad immunitatem Virginis, quia hæc verba communiter à Scriptoribus adducuntur ad idem, de quibus ego aliàs, verb. Hieronymus. Impress. Conimbricæ 1619. in folio.

Item, in Commentar. in Orat. Hieremiæ Prophetæ, versic. 19. folio 152. dicit: Quòd MARIA Virgo fuit thronus, & spectabilis sedes ex eboré *puritatis*. Lib. impress. Conimb. 1625. in 4.

EMMANUEL Chacon, Societ. JESU Hispanus, in Collegio Complutensi defendit Virginem Deiparam, non solùm *immunem fuisse ab originali peccato in primo sanctæ animationis instanti; sed neque illius habuisse contrahendi debitum*; de quo publicæ extant Theses impress. Compluti 1657. in charta expansa.

EMMANUEL Cumænus, Imperator Græcus, edidit Cõstitutiones sequentes: De diebus feriatis, videlicet ad diem 8. Septembris: Ad primum quidem tractandum est de his, qui sunt ab omni actione *immunes*: quia est ergo 8. Septem. dies Natalis *Immaculatæ Dominæ*, & Dei Matris, erit festus. Item, ad diem 9. Decembris: Nono Decembris, utpote quòd in eo peragitur *Conceptio* castissimæ Matris Dei nostri. Extant prædictæ Constitutiones, seu Canones, in libro Canonum SS. Apostolorum, Cõciliorum Generalium, &c. commentato à Theodoro Balsamone, Antiocheno Patriarcha. Impress. Lutetiæ 1620. fol. 80. ac de eo etiam Armament. Velazquez, fol. 374. & Marrac. in Antist. Marian. folio 50. ubi adducit alios.

EMMANUEL Diaz Hurtadus, Ord. Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Sermonem unum, impress. Salmanticæ 1619. in 4. Item, idem pro *Conceptione Virginis MARIÆ, ac præservatione à peccato originali* Sermonem alterum, ibidem.

EMMANUEL de Faria, in libro: Lusiadas de Luis de Camoes, Principe de los Poëtas, &c. cant. 7. fol. 330. vocat *Virginem MARIAM puram, habentem perfectionem, Immaculatam, limpidissimam, & totam candidissimam*. Lib. impress. Matriti 1639. in fol.

EMMANUEL de Granada, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem pro *Immaculata puritate cœlorum Imperatricis MARIÆ*. Impress. cum alijs Granatæ, anno 1651. in 4. à folio 185.

EMMANUEL Malaxus, natione Græcus, lib. 2. Turco-Gratiæ, sic ait: Eo quoque die, Litaniis & gratiarum actionibus Dominum nostrum JESUM Christum, & *sanctam, gloriosissimamq; Pammacharistum Dei Genitricem*, spem & anchoram piorum, virorumque Christianorum perquam reverenter venerantur, &c. R. P. Joannes Eusseb. Nierembergius lib. Excep. cap. 26. fol. 518. notat pro Virginis puritate, quòd illud verbum Græcum Pammacharistam, substantivè sumptum denotat gloriosissimam plenitudinem maximæ beatitudinis ex omni parte, sive omnino, & undequaque. Lege ipsum.

EMMANUEL Mascarenas, Societatis Jesu in Tract. de Sacramentis, tract. 2. disput. 6. c. 2. num. 209. folio 208. *Quòd MARIA non habuit peccatum originale*. Lib. impress. Parisijs 1656. in fol. magno.

EMMANUEL de Matre Dei, Ordinis Minorum Hispanus, in Tractatu super Magnificat, ait verba: Fecit potentiam in brachio suo, agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, teste Antonio Duns, lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 50. De hoc Doctore nihil agit Waddingus.

EMMANUEL de Monte Oliveti, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Respuesta de unas proposiciones, que contra los defensores, y devotos de *la limpissima, è Immaculada Concepción de nuestra Señora*; cierto Canonigo y Prebendado de Zaragoza, en la misma Ciudad propuso, y publicò, &c. Habemus illud manuscrip. in folio, & incipit: De poca admiracion importancia ubieran sido, &c.

EMMANUEL de Naxera, Societatis JESU Hispanus, de Conceptione Virginis MARIÆ electæ proPatrona armorum Regni Hispaniarum, in religioso Conventu Matrum, seu Monialium Discalceatarum *Conceptionis Dominæ nostræ*, &c. Sermonem, in lib. impress. Compluti 1643. in 4. à fol. 1. usque 392. & Matriti 1650.

Item, de eadem *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermones 3. impress. Matriti 1648. in 4. à fol. 1. usque 81.

Item, in Commentarijs in lib. Josue, in appendice de Rahab, & arca figurata, seu de MARIA Virgine Quòd *Beatissima Virgo MARIA fuit sine labe concepta*, quatuor, à folio 713. usque 721. Lib. impress. Lugduni, anno 1647. in folio.

Item, in Collegio Societatis JESU Complutensi prædicavit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, seorsim impress. Compluti 1643. in 4. & incipit: No es dicha.

Item, in Mariali, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Sermones quatuor, in secunda impressione. Matrit. 1641. in 4. à folio 1. usque 77.

Item, in Adventuali, folio 195. sub hoc titulo Sermon dei *la Concepcion*, predicado en la ecle-

festividad, que consagrò à MARIA Señora nuestra un devoto suyo, el Domingo segundo de Adviento, &c. Impress. Martiti, anno 1652.

Item, tom. 3. Variorum Sermonum, à fol. 340. sub hoc titulo: Sermon en la translacion del Santissimo, al sumptuoso Templo de San Norberto, celebrando sus illustrissimos Esclavos octava *à la Concepcion purissima de MARIA* Impress. Matriti 1655. in 4.

Item, Sermone 8. super Miserere, ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus, &c. folio 200. Quòd *Christus & MARIA fuerunt absque originalis peccati macula.* Impress. Matriti 1652. in 4.

EMMANUEL de Ocampo Hispanus, scripsit Orationem, seu defensorium *pro tuenda Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, quæ incipit: Aviendo acabado, &c. Impress. Matriti, anno 1631. & anno 1644. in 8.

EMMANUEL Ortegas, Societatis Jesu Hispanus, in lib. Corona eterna, que explica la gloria esencial y accidental del cielo, del alma, y del cuerpo, fol. 125. *Quòd Virgo MARIA fuit absq; umbra alicujus macula, &c.* Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1650. in 8.

EMMANUEL Paleologus, Græcorum Imperator, in Oratione de Dormitione Virginis, parum post principium, incipit sic: Vitam enim prima inter homines *innocentissimam* egisti, mentemque habuisti *omni prorsus culpâ vacuam*, corpus illi consentaneum, &c. Et parum infra: Sicut & ille cum ipsa, quin etiam simul ac nata fuit: dixerim quoq; simul atque *concepta fuit B. Virgo, suâ illam gratiâ implebat*, qui sibi futuram Matrem prostituerat. Imò verò cum illa erat ipse antequam esset nata: factum quippe, & compactum est illi corpus temporibus suis (ut loquitur Paulus) de sanguinibus *Immaculatæ*, nunquam tamen illi non fuit coniunctus, statim atque in sterilis matris utero cœpit esse; hoc sibi vult illud Gabrielis: Dominus tecum; quod ipse docet distinguendo tempus hoc modo: Nam volens Conceptionis modum intemeratæ Virginis declarare interroganti, tempore usus est futuro, non præsenti, dicens: Spiritus Sanctus in te descendet, virtus Altissimi obumbrabit tibi. Salutando verò ait: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Non enim gratiâ plenam futuram, sed ut existentem quod erat, appellavit, & benedictam salutavit. Cùm gratiâ sis plena, ô, Virgo, Dominus tecum: quia verò illum habes in anima, benedicta es in mulieribus. Verè Beatam oportebat esse illam, cuius anima incredibili pulchritudine esset ornata, & qualem nulla unquam tulere tempora; è cunctis mulieribus sola effugit *damnationem ob peccatum, &c.* Illa verò *ab omni peccato semper fuit immunis, &c.* Ex signatis tribus clausulis constat evidenter hic loqui Auctorem de Virginis puritate à puncto suæ Immaculatæ Conceptionis. Extat hæc Oratio, quæ latissima est, & incipit: Dei Matrem, &c. apud Hippolytum Marrac. in lib. Cæsares Marian. à fol. 53. de quo Euseb. Nieremb. de Except. cap. 27. fol. 512. & Epist. ad Cardinal. Toletanum, fol. 27. Pistoia, fol. 235. & Marrac. in notis Marial. Isidori Thessalonicensis, Orat. 2. Item, in Odis quæ sunt novem, vocat sæpissimè Virginem MARIAM, *purissimam, Immaculatam, atque intemeratissimam* quæ extant ibidem, & incipit prima: Omnis ordo, &c.

EMMANUEL Pimenta Scalavitanus, Societatis Jesu Hispanus, in libro Poëmatum, tom. 1. fol. 30. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, Oracula septem pro immunitate Virginis, desumpta ex septem diversis locis sacræ Scripturæ, usque ad fol. 35. Impress. Conimbricæ 1622. in 8. & alia sparsim per totum.

EMMANUEL de Portugal Hispanus, in suis Operibus poëticis, lib. 14. fol. 382. usque fol. 392. adducit aliqua de puritate Virginis, & inter alia dicit:

Fue resplandor sin noche, &c.
Que fuisteis ya del mundo unica flor
Que nunca perdio olor, &c.

Lib. impress. Ulyssiponæ 1605. in 8.

EMMANUEL de Reynoso, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Episcopus novæ Segoviæ in Insulis Philippinis Hispanus, scripsit de *Conceptione V. MARIÆ* Comprobationem. Lib. impress. Toleti 1616. in 4.

Item, scripsit Sermonem integrum, seu librum unum *de Conceptione B. MARIÆ*, ut refert Hippolyt. Marrac. in Antist. Marian. fol. 157.

Item, in libro: Fundacion de los Esclavos del Ave MARIA, en la Religion de la Sanctissima Trinidad, &c. tam in Dedicatoria, quàm in ipso libro, vocat MARIAM, *purissimam, gratiâ plenam, mundissimam, sinceram, &c.* Vide ibi, fol. 19. 33. & 36.

Item, in Sermone de Sanctissimo Nomine MARIÆ, totum principium est de peccato originis Adæ, *& de præservatione Virginis MARIÆ ab eo*, & incipit: Llenos veo de gozo, &c. Lib. impress. Matriti 1623. in 8.

Item, in Relatione funerali, pro Venerabili P. F. Simone de Rojas, fol. 13. à tergo, agit de devotione prædicti Patris ad *purissimam Conceptionem Virginis Dei Matris MARIÆ*. Lib. impress. Vallisoleti 1625. in 4.

Item, in Sermone facto in Curia Romana, pro funerali pompa Hispaniarum Regis Philippi III. fol. 25. agit de devotione pijssimi Regis ad mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Barchinone 1622. in 4. Et Serm. de eodem Philippo III. declamato Romæ Italicè, fol. 35. inquit: Per che stando sua Maestà in Portugallo, intrando in una Chiesa li cadde à i piedi un quadro grande che era attacato, che fù gran miracolo non succedesse una notabil disgrattia; è scribendo il Rè nostro Signiore alla sereniss ima Infanta dele Descalce, sua zia, li disse, che l' haverlo liberato Iddio da quel pericolo, l' atribuisse *à la purissima, & Immacolata Concettione di MARIA Santissima*, per che stava in quel punto considerando quel celeste mysterio, è la Vergine de la Concettione di quella santissima Casa dele Discalce di Madrid, &c. Impress. Romæ 1621. in 4.

EMMANUEL Rodriguez. Ord. Minor. Hispanus, in tom. 1. Quæst. Regul. q. 1. scilicet 57. in ordine, in quinque art. divisam, videlicet 1. *Utrum B. Virgo fuerit concepta sine peccato originali? 2. Utrum sit peccatum, prædicare B. Virginem fuisse conceptam sine peccato? 3. Utrum pro festo, & Missa Conceptionis aliquæ indulgentiæ concedantur? 4. Utrum deferentes imaginem B. MARIÆ, & ejus Filij, quam Moniales Conceptionis deferunt, aliquam indulgentiam consequantur? 5. Utrum in festo Conceptionis suspendatur Interdictum, & Cessatio à divinis?* Lugd. 1612. in fol.

EMMANUEL Sà, Soc. Jesu Hispanus, in adnotat. in Biblia, ad cap. 2. Lucæ, explicans illa

verba: Ave MARIA gratiâ plena, inquit: Id est benedicta, quasi diceret: præcellens cæteras omnes benedictiones Dei, *solaq; expers maledictionis.* Vide infra. Impress. cum Biblijs Marianis Antuerpiæ 1624. in fol.

Item, in Sum. verb. Interdictum, *de die Conceptionis V. MARIÆ.* Impress. Antuerpiæ 1618. & 1638. ibidem in 12. & alibi sæpe.

EMMANUEL Saldania, Rector Universitatis Conimbricensis, ac Episc. Viennens. fecit scribi in marmore juramentum à prædicta Academia factum *pro immunitate V. MARIÆ à peccato originali*, &c. Vide Sebastianum Novaes, in Lilio inter spinas, fol. 358.

EMMANUEL Sarmiento de Mendoza, Canonicus Magistralis Metrop. Hispalen. *pro Immaculata Conceptione Dominæ nostræ* Sermonem unum, in die 8. ipsius festivitatis, factæ à Confratribus Sacerdotibus S. Petri ad Vincula, in Parochiali Ecclesia ipsius Civitatis, die Dominica 26. Iunij 1616. Impress. Hispali eodem anno in 4. & incipit: Aviendo ponderado. Item, *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ* Sermonem alterum, prædicatum in Ecclesia S. Vincentij Hispalen. & incipit: A los grandes inconvenientes. Impress. Hispali 1615. in 4. Item, in Serm. funerali D. D. Antonij Zapata S. R. E. Cardinalis, in salutatione vocat *Virginem MARIAM Immaculatam.* Impress. Hispali 1625. in 4.

EMMANUEL de Vargas, Ord. Prædicatorum Hispanus, in Sermone dicto die 3. Paschatis de Spiritu Sancto, in octavario Incarnationis, & Annuntiationis SS. Matris Dei, in Parochia S. Nicolai Civitatis Hispalen. fol. 7. inquit: Duo dicit hîc Angelus; primum, quòd Spiritus Sanctus superveniet: non dixit veniet, sed superveniet; quia Spiritus Sanctus venerat in Virginem *in sua purissima ac Immaculatissima Conceptione*, in qua ei communicavit dona cœlestia gratiarum, in tanta abundantia (ut dicit Doctor Angelicus S. Thom. Opusc. 4. de Salutat. Angelica) quòd tunc in Domina nostra fuit reperta major gratia, quàm in supremo Angelorum, &c. Et infrà ait, quòd prima gratia, quam habuit Virgo SS. *in sua purissima Conceptione*, excessit gratiam omnium Sanctorum; quod probat ex Bernardino Senensi, Suario, & Barradas. Impress. Hispali 1619. in 4.

EMMANUEL Vazcañon, Poëta Hispanus, quamplura edidit Carmina, *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Ant. Calderon in lib. de Concep. fol. 81.

EMERENTIANA de Sylva, Monialis ..... Hispana, scripsit Glossam *pro immunitate Virginis Deiparæ à peccato originali*, & est cum aliis in lib. de Concept. Sanct. Zapatæ, folio 132.

E. Molinier, Doctor Tolosanus Gallus, in libro: Le mystere de la Croix, & de la Redemption du monde, in Sermone de Nativitate Virginis, fol. 524. Quòd Adam sumpsit ab Eva persuasionem peccandi, sed secundus Adam sumpsit à secunda Eva, *quam sanctificavit ut ejus redemptor per sua merita, & in Conceptione per præservationem*, & in Nativitate per continuationem favorum, &c. Extat impress. Tolosæ 1628. in 8.

Item, in Sermonario de Sanctis, fol. 152. adducit Sermonem *de Immaculata Conceptione.* Lib. impress. Tolosæ 1648. in 8.

EMUNDUS Augerius, Soc. Jesu Gallus, in Catechismo Catholico Christianæ Juventutis: *Quòd Virgo MARIA sola sine peccato fuit inter omnes Sanctos*, &c. Augustin. in lib. de Natura, & Gratia; & Bernardus, &c. super salutationem Angelicam, cap. 3. lectione 10. fol. 363. Impress. Matriti 159. in fol.

EMUNDUS Merillius, Juris Consultus Gallus, lib. 2. Observationum, cap. 18. & lib. 8. de Pigmorib. *probat Sanctissimam Deiparam generali obligatione peccati communis non teneri*, &c. Ita Ant. de Leon, in Bibliot. M.S. classf. 9.

ENGELBERTUS de Bois, Episc. Namurcensis, tale dedit rescriptum pro Conceptione Virginis: Universis præsentes visuris, salutem in Domino. Notum facimus ac testamur, fuisse nobis exhibita ex manibus, & domibus virorum proborum, qui testantur se ea à Majoribus accepisse, duo Chronica manuscripta Leodien. ex cuius Diœcesi hæc nostra Namurcensis excerpta est, referentia se ad antiquiora, & antiquioris idiomatis Leodiensis, & extractum ex tertio simili manuscripto sub signatura nobis nota DD. Præpositi, & Decani insignis Ecclesiæ Nivellensis hujus nostræ Diœcesis. Quæ inter memorabilia Ecclesiæ Leodiensis concorditer referunt, ad annum 1142. sub Alberone II. Episcopo, & Principe Leodiensi, ex monitu & revelatione facta cuidam Armenfredi filio Sebastiani Mailardi, Cantori Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis Leodiensis; institutum & celebratum fuisse per totam Diœcesim Leodiensem, in remedium magnorum malorum, *festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, die 8. Decemb. Et quidem unum illorum exemplarium exprimit illud festum, sub titulo *puræ, & Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis, referendo hæc adjectiva, pura & Immaculata, ad hanc ipsam Conceptionem.* In quorum fidem ac robur, hasce nostras manu nostra signatas, sigilloque nostro munitas dedimus Namurci, anno 1648. die 18. Maij. Ita ad litteram R. P. Mathias Hauzeur, in Collat. Theolog. tom. 2. folio 458.

Item, dedit Bullam pro erectione *Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis* in Conventu Fratrum Minorum Nivellensium, die 19. mensis Novembris anno 1640. in qua concessit quadraginta dies indulgentiarum, vocatque *Conceptionem sanctam, & Immaculatam* repetitis vicibus; ut videre est in libro ejusdē Confraternitatis. Impress. Namurci 1640. in 12.

ENODIUS Ticinensis Episcopus, & Beatus, in Hymno 5. ad Sanctam Virginem Dei Matrem MARIAM, inquit.

Quid mens requiras ordinem?
Natura totum perdidit,
Hoc est salus, quòd vincimur, &c.

Et in Epigrammate de Virgine, inquit:

Sic sua Virginitas manfuro constet in ævo,
Nec pereat quidquid vita beata dedit.
Sic non commaculent nigrantis membra puellæ
Nec taceas propter tartaream faciem.

Lib. impress. cum annotationibus Andreæ Sent Tornaci 1611. in 8.

EPHRÆM Syrus Sanctus, natione Græcus, in Sermone de SS. Dei Genitricis Virginis Mariæ laudibus, in principio inquit: *Inviolata, integra, & neq; pura*, ac casta Virgo Dei Genitrix Maria, Regina omnium, spes desperantium, Domina nostra gloriosissima, eademque optima ac præcellentissima, sublimior cœlitibus, candidior so-

lis rádijs, atque fulgoribus. Et infra: Tu Virginum gloria, corona, ac gaudium: Tu mundi lætitia, ô Domina Princeps, atque Regina præstantissima, & Dominarum Domina *purissima*, atque castissima, &c. Sicut castissima respicit Virginitatem intactam, integerrimam, quæ nec in minimo fuit læsa; ita purissima respicit animæ integritatē, ac immunitatem à peccato in sua Conceptione, in qua fuit Immaculata & Immaculatissima pura ac purissima. Item infra: Tu enim noster es portus, ô Virgo *intemerata*, & præses, pia auxiliatrix, &c. Item idem, in Oratione ad SS. Dei Genitricem, inquit: *Immaculata, & intemerata, incorrupta*, & prorsus pudica, atque *ab omni sorde, ac labe peccati alienissima* Virgo Dei Sponsa, ac Domina nostra, &c. Quid clarius dici poterat pro omnimoda immunitate Virginis Mariæ à peccato? Extat impress. Romæ, anno 1598. in fol. tom. 3. fol. 208.

Item, in Sermone seu Oratione in Margaritam pretiosam, tom. 3. fol. 163. inquit: Malo etiam mori, ut tu glorificeris; novi quòd haudquaquam condemnabor abstinens à reprehensionibus in eos, qui peccant: at non desino id facere, ut te *insontem, nullaque peccati labe pollutam* demonstrem, &c. Et paulò infra loquens de anima sua, inquit: Tu enim eam mihi immaculatam dedisti, verùm Pater meus Adam, multis hanc sordibus contaminatam, debilitatamque reddidit; & nunc ego invitus obliquè feror, &c. Hæc attuli, non quia existimem hîc de Maria loqui, sed ut cognoscatur quomodò SS. PP. loquebantur de animæ creatione, & de peccato originali. Item infra: Neque enim passa est Maria ut mulier, neque partûs dolorem sensit ut Virgo, &c. Considerandum est in Maria, quòd fuerit mulier, & Virgo; *ut mulier, nihil passa est*, nec ut Virgo dolorem sensit, &c. Mulier fuit ab instanti suæ Conceptionis, sed ab illo nihil mali est passa, sicut nec ut Virgo in partu, seu à Conceptione Filij Dei. Item infra: Et Margarita ex immundis nascitur animantibus, ipseque Christus ex natura sordibus obnoxia natus est, quæ purgationibus per visitationem ipsius indigebat. Quemadmodum autem fulgur universa explorat, sic etiam Deus; & sicut occulta illuminat, ita quoq; Christus recondita naturæ illustrat, purgatque; ideo Virgine *prius purificata sic natus est*, ut ostenderet ubi Christus est, ibi omnem puritatem agere; mundavit eam in sancto præparans Spiritu, & sic ipsum Virgo suo concepit utero purificata; mundavit eam in castitate, ac sanctificatione, ideoque natus Virginem ipsam reliquit, &c. Item infra: Paulum Christus ex cœco illuminans, & ad pietatem transferens, fecitq; lupum, ovem; & persecutorem, Apostolum; crudelem, misericordem & obedientem; atque tractabilem eum, qui olim inobediens, atque intractabilis fuerat. Et cur non multò magis intus in Maria Virgine, cùm esset Deus Verbum, ipsam *ab omni corruptione, atque mutatione alienam effecit*? pro arrhabone fidem accepit puellæ, & non ampliùs propendens erat gratia; sed dum iure optimo incorruptionis vim illi præbet, fides naturam adduxit, & hanc excipiens gratia, non ampliùs esse corruptibilem passa est, verùm sibi ipsam adiunxit, sicut Rex vas privati alicuius hominis proprium faciens: atque ita facta est S. Maria iam non mulier, sed Virgo & gratiâ plena, sicut cibus iumentorum Regius efficitur, si Rex illum participaret, ex eoque vesceretur. Non dico immortalē illam fuisse, sed quòd ab appetitu seducta *eversaq; non fuerit*; cùmq; gratiæ efficaciâ illustrata esset, *rubiginem, quam natura habebat adhærentem, ferro gratiæ mundavit & illustravit, &c.* Item infra: Fuit igitur Maria, Patri arrhabo, Filio Mater, hominibus fons, Spiritus æterni, & pudicitiæ, atque *incorruptionis* præceptum, &c. Et infra: Verumtamen non ex superinducto semine (quod absit cogitare) Virgo suam ipsius substantiam genuit, sed sine carnali motu concepit, atque inviolata mysterium peregit, & non lapidibus, ascia vel securi dolatis, humanoque quodam artificio politis, Sapientia sibi domum ædificavit; non est auditus ferri sonus in ædificio, neque enim vir in Maria ministravit, sed Virgo ipsa permansit. Ut enim in Templo Salomonis politi per se, ac dolati iam lapides erant, non ibi ab hominibus præparati: ita etiam in Maria assumptio non virili opere facta est, sed ex natura nostra deleta, de castissima ac venerabilissima Virgine. E terra sumpti fuerant lapides & aucti, similiter & assumptio per naturam, & divinitas mansit *Immaculata propter incontaminatam naturam, &c.* Vide quid dicamus de hoc Sancto, in Sole Veritat.

EPIPHANIUS Episcopus Constantiæ Cypri, Sanctus, natione Græcus, in Oratione de laudibus S. Mariæ Deiparæ, pro immunitate Dominæ nostræ, hæc habet: De radice Jesse ortus est Rex David, & de Tribu Regis David S. Virgo; Sancta, inquam, & Sanctorum virorum filia, cujus parentes fuerunt Joachim, & Anna; qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum hujusmodi germinarunt, S. Virginem Mariam, Templum simul & Matrem Dei. Joachim porrò, Anna, & Maria, hi tres Trinitati palàm sacrificium laudis offerebant. Joachim enim interpretatur præparatio Domini, eò quòd ex illo præparatum sit Templum Domini, nempe Virgo: Anna rursum similiter gratia interpretatur, propter quod Joachim, & Anna *gratiam acceperunt*, ut accedentibus precibus talem fructum germinarent, Sanctam Virginem adepti, &c. Infra: O Sponsi desiderium summæ puritatis, propriam ancillam, Sponsam & Matrem sibi despondet, &c. Inferiùs dicit, quòd gratia B. Virginis est immensa: Ave gratiâ plena, multis virtutibus exornata Virgo. Et paulò pòst: Quid dicam? & quid proloquar? quo pacto Beatam prædicabo gloriæ radicem? solo enim Deo excepto, cunctis superior extitit naturâ: formosior est ipsis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico, &c. Et post pauca: O Beata Virgo colúba *pura*, & Sponsa cœlestis Maria. *Mons nullatenus incisus*, &c. Templum minimè *compositum*, Ovis *immaculata*, quæ peperit Agnum Christum, &c. Virgo est lilium *immaculatum*, quę rosam immarcessibilem genuit Christum, &c. *Virgo incorrupta, Templum impollutum*, &c. Et infra: Sancta Mater *Immaculata*, quæ genuisti Christum, qui est ante te, &c. Item infra: Angeli accusabant Evam; nunc verò Mariam gloriâ prosequuntur, quæ mulierum infirmitatem verè gloriosam reddidit, quæ lapsum Evæ erexit, & Adamum è paradiso dejectum in cœlos misit, &c. Qui accusabant Evam non excusant Mariam, eò quòd esset signum alicujus *maculæ*; sed gloriâ prosequuntur, quod est signum *innocentiæ*. Quæ omnia reperies in 2. to. Græco-latino Dionysij Petavij Aurelianen. notis, sive animadversionibus illustrato, fol. 291. Impress. Parisijs 1622. in folio, & Coloniæ 1617. in folio, & alibi.

Item, tom. 1. lib. 3. adversùs Hæreses, hæres. 58. sive 78. adversùs Antidicomarianitas, col. 1033. inquit: Si Sancta Maria Virgo nuncupatur, nec appellatio ista aliquando commutabitur; hæc enim *perpetuò incorrupta permansit*, cur igitur vos natura ipsa non docet? &c. Infra, col. 1043. Nam nisi verè Mater ejus extitisset, à qua carnem acceperat, quæque ipsum pepererat, non tantam ei curam adhiberet, ut perpetuam Virginem commendaret; quæ & Mater ob susceptum honorem, atque admirabile corporis sui vas, *nullam labem admisisset*, &c, Nota hæc ultima verba: quòd si vas illud mundum nullam labem admisit; igitur nec peccati originalis. Item infra, col. 1050. Aliud verò præterea in utraq; Eva scilicet, & Maria considerari potest, & quidem admiratione dignum; siquidem Eva generi hominum causam mortis attulit, per quam mors est in orbem terrarum iniecta; *MARIA vitæ causam* præbuit, per quam vita est nobis ipsa producta, &c. Item infra, col. 1055. Neque enim Maria Deus est, neq; de cœlo corpus accepit, sed à viro ac muliere genita, tametsi ex promissione, ut olim Isaacus, *singulari Dei sit providentiâ concessa*, &c. Si singulari providentiâ, ergo & singulari modo à viro & muliere genita, ac singulari gratiâ concepta. Item infra: Ac Christum planè hominem esse factum, perfectumq; Deum ac perfectum hominem arbitrantur, *peccati omnis expertem*, qui corpus de Maria susceperit, unà cum anima & mente, cæterisq; quibus hominum natura constat, &c. Et adversùs Collyridianos, hæres. 59. vel 79. inquit: Nam ut paullò ante, qui superiorem illam sectam amplexi sunt, contumeliosas in B. Virginem opiniones hominum ingeniis asperserunt, sic isti contrariam in partem declinantes, extremam in noxam ac perniciem inciderunt, &c. Et infra, col. 1061. *Sanctum erat MARIÆ corpus*, fateor, non tamen Deus illa fuit: eadem & Virgo extitit; minimè tamen nobis ad adorandum proposita, sed eum adorans, ipseq; è sua carne genitus, è cœlo ac paterno sinu descenderat, &c. Propter hæc dico: Deme adorationem à Virgine Maria, & omnia alia quantùm ad puritatem & sanctitatem ac immunitatem à peccato, ipsi concede. Et infra, col. 1066. Nam Eva per contumaciam suam divinum opificium evertit, cùm serpentis voce, ac promissis illecta, à sano dogmate deflectens, aliam ad mentem sese transtulit; propterea Dominus omnium ac Salvator, ut ei dolori mederetur, & quod eversum erat instauraret, quod defecerat restitueret; quandoquidem mors in mundum à muliere derivata fuerat, è muliere Virgine natus est, quæ & mortem excluderet, & quod manu um erat perficeret. Porro eadem iterum nequitia revolvitur, ut vitium ac defectum in orbem terrarum invehat, &c. Lib. impress. Parisiis ut supra.

ERHARDUS Fabri, Theologus Baccalaureus, elaboravit integrum Tractatum, aeSermonem pulcherrimum *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita invenies apud Danielem Agricolam, in sua Corona Doctorum, pro hoc mysterio, fol. 175. quem invenire haud potuimus.

ERHARDUS Winhein, Alvimænius, Ordinis Carthusianorum, in libro dicto: Sacrarium Agrippinæ, in Tabula festivali eorum Sanctorum, quos præ cæteris plebs Colonienſis per anni circulum veneratur Patronos, ad diem 8. Decemb. adducit *Conceptionem Beatæ Virginis MARIÆ*, folio 113. Lib. impress. Coloniæ 1607. in 8.

ERICIUS, Altisiodorensis, Sermone de Purificatione, dicit: Dei Genitricis summis votis obsecremus auxilium, ut sua potenti intercessione nobis apud Filium suum purgationem impetret criminum, *quæ purgationem temporalem suscepit sordibus peccatorum*, &c. Est hæc auctoritas apud Joan. Euseb. lib. Exception. cap. 13. fol. 209.

ERICIUS Puteanus, in lib. Pietatis Thaumata pro Proteo Parthenio Bernardini Bausii pro illo celebri versu: Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sydera cœlo; sparsim per totum librum vocat Virginem Mariam, puram, pulchram, gratiâ plenam, cœlo & stellis clariorem: sed pro nostro assumpto solùm transcribo verba, quæ extant folio 7. *Quidquid in mundo pulchrum, Christo adscribo; quidquid in cœlo illustre, donante Filio Mater accepit*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1617. in 4.

Item, in lib. Diva Virgo Bellifontana in Senonis, loci ac pietatis descriptio, &c. cap. 3. folio 15. inquit: Testis quoque, & velut tessera tam venerandæ antiquitatis *statua Virginis est evo perusta, illæsa tamen*, &c. id est, tessera Virginis est quæ indicium evidens, *quòd nunquam prototypon fuerit aliquâ maculâ læsum*. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1631. in 4.

Item, in Oratione de Assumptione Virginis Matris, folio 4. inquit: Sustinuit peccati pœnas *nulli culpæ obnoxia*; & folio 42. *Labe peccati carne*, ut & à pœna removeretur, &c. Impress. Lovanii anno 1620. in 16.

ERICIUS Rhonæi, in libro: Ideæ reformandi Antichristum, tom. 1. in Præfatione, affirmat: Quòd omnes homines, excepto Christo, nascuntur peccatores, seu in peccato originali. Et eodem tom. 1. part. 2. cap. 2. fol. 103. inquit: Præterea, si nemo sine peccato unquam natus est *præter Virginem Dei Genitricem*; quomodo Sanctis aliis tribuitur perfectio, quâ legem Dei perfectè impleverint? Et in Litania vocat Virginem, *purissimam, inviolatam, & incontaminatam*, fol. 184. Impress. Venetiis 1623. in 4. Puto, quòd hic sit Hæreticus.

ESTACIUS Insensatus Academicus, intentus sub hoc nomine supposito, scripsit Cantionem pulchram pro domo Lauretana, ubi sic de Deipara loquitur:

Di sacra verginella intatta, è pura
Misterio solo inteso
Da chi di Dio, &c.

Extat in libro Bartholomæi Zucchi, de Historia Lauretana, ad finem.

EVANGELISTA, seu Vangelista Marcellinus, Ordinis Minorum Italus, elaboravit *Coronam duodecim stellarum Virginis MARIÆ*. Venetiis 1585. ubi latè de Immaculata Conceptione.

Item, super Magnificat, affirmat *Virginem fuisse conceptam absq; peccato originali*, ut refert Daza, tract. de Concep. cap. 6. fol. 48.

EVANGELISTA Momingus, Ordinis Minorum Italus: Quòd B. Virgo *MARIA fuit immunis ab originali culpa*; & hæc prærogativa fuit primus lapis in ædificio Mariano; ex Anselmo, Bernardo, Vincentio Ferrer, & Ambrosio Mediolanensi, in libro dicto: Diario Quadragesimal. serm. de Annuntiat. par. 1. fol. 264. Lib. impress. Venetiis 1648. in 4.

Item, in Sermonario Quadragesimali, & de San-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctis, habet indicem concionatorium *pro die puræ Conceptionis*. Lib. impress. Coloniæ 1659. in 4.

EUCHERIUS Lugdunensis Episc. ac Sanctus, in Serm. fer. 4. Domin. 4. Adventûs, sic ait: Quis unquam tantam gloriam habuit, quantam Virgo Maria? Alijs autem ad mensuram gratiæ dantur, hæc autem gratiâ plena dicitur, &c. Quæ autem gratiâ plena sit priusquam concipiat, & post conceptionem quantâ Dei abundarit gratiâ; quis cogitare possit? *Hæc autem sola inter omnes mulieres benedicitur*, quæ adhuc sub antiquæ prævaricationis maledictione tenebantur, &c. Hæc Eucherij verba etiam typis mandata sunt sub nomine Eusebij Emisseni. Cuiuscumque ergo sint, cùm Virgo Maria ante Filij Dei conceptionem habuerit plenitudinem gratiæ inter omnes mulieres, quæ adhuc sub antiquæ prævaricationis maledictione tenebantur; ipsa non fuit sub illa maledictione. Ab antiqua prevaricatione mulieris exordium habuit originale peccatum, à qua omnes mulieres fuerunt maledictæ; inter has omnes benedicitur Maria; igitur ut à peccato illo, & prævaricatione exempta.

Item, scripsit Homiliam, seu Sermonem unum de *Conceptione B. Virginis MARIÆ*, ut refert Hippol. Marrac. in Antist. Marian. fol. 170.

EUGENIUS Martanellus de Gavardo, Ordinis Minorum Brixiensis, in libro dicto: Speculum in quo relucet D. Thomæ sententia, *quod B. Virgo fuerit sine peccato concepta*, ex Tractatu R. P. Andreæ de Peruzzinis ab Orziano, de eadem materia excerptum & in lucem editum, librum unum. Impress. Patavij 1628. in 4.

EUGENIUS Petrellus Venetianus, Poëta Italus: *Quòd Virgo MARIA concepta fuit absq; ullo peccato*, in libro dicto: Novo concerto de Rime sacre. Impress. Venetiis 1616. in 12.

EUGENIUS Quartus, Summus Ecclesiæ Pontifex Optimus Maximus, concessit Bullam pro erectione *Confraternitatis Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, existentis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. & septem annos, & totidem quadragenas pro visitantibus *Capellam Conceptionis* ibidem existentem, in festo eiusdem. Datum Florentiæ 1442. 3. Kalendas Septembris, Pontificatûs sui anno 12. Extat hæc Bulla originalis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. cum plumbo, ut refert Augustinianus Anonymus, in recollectione Privilegiorum eiusdem Confraternitatis Conceptionis. Lib. impress. Parisijs 1632. in 16. & adducit totam Bullam Gallicè, folio 5.

EUGENIUS de Robles, Magister Hispanus, ac postea Clericus Minor, in Compendio vitæ D. D. Francisci Ximenez de Cisneros, fol. 138. agit *de Capella & Confraternitate purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*, erectis Toleti ab ipso venerabili S.R.E. Cardinali. Lib. impress. Vallisoleti 1604. in 4. & Toleti. Et *de Missa Conceptionis Virginis MARIÆ*, cap. 37. fol. 307.

EVODIUS Antiochenus, natione Græcus, *de Beatæ Virginis Conceptione* Epistolam unam, quæ extat tomo 2. Operum Sancti Augustini, sub hoc principio: Evodius Augustino Episcopo salutem. Novissimæ impres. Paris. 1635. fol. 342. Sed tota est de Conceptione activa, non passiva. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 371.

EUSEBIUS Cæsar Italus, in Symbolo, discurs. 31. versùs finem, agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Sic Peruzzinis, in Analysi, art. 2. fol. 110.

EUSEBIUS Gallicanus, sive Emisenus, Episcopus, in Homil. 2. de Nativitate Christi, sic inquit: Agnosce, ô verè Beata Maria, gloriam tuam, illam (inquam) gloriam, quam tibi vel Angelus nuntiavit, vel Joannes per os Elizabeth matris adhuc de secreto uteri prophetavit. Benedicta itaque tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui; & unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini ad me? Exulta Mater salutis humanæ. Ecce Domini mei, universo mundo per tanta retrò sæcula promissum, prima susscipere mereris adventum. Habitaculum immensæ Majestatis efficeris, spes terrarum, decus sæculorum, commune gaudium peculiari munere novem mensibus sola possides: initiator omnium rerum abs te initiatur, & profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo accepit, ac de te sumpsit, quod etiam pro te salvat. A peccati etenim veteris nexu per se non est immunis nec ipsa Genitrix Redemptoris; solus ille licèt ex debito renascatur, lege tamen veteris debiti non tenetur: *parum tamen tibi cum cæteris commune matribus est*; medium enim dolorum nostrorum sine dolore paris, sanatorem depravati sæculi atq; corrupti sine ulla pudoris corruptione progeneras. *Nec enim decebat, ut qui ad hoc venerat, ut violata in integrum restitueret, aliquid de materna integritate violaret, &c.* Extat tomo 5. part. 1. Biblioth. veterum PP. folio 545. impress. Colonien. Alia verba hujus Auctoris, vide in Sole Veritatis.

EUSTACHIUS Antiochenus Græcus, in Hexameron, appellat Virginem totius puritatis, *& omnis maculæ liberam*. Ita ex Leone Allatio, Euseb. in lib. Excep. fol. 163. cap. 13. Liber Eustachij extat impress. Lugduni 1626. in 4.

EUSTACHIUS de Bellay, Episcopus Parisiensis, in libro: Institutio Catholica, quam vulgus Manuale vocat, &c. Idibus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ*, ab omni opere manuali & servili. Et nota, quòd si Dominica venerit, die sequenti celebrabitur, & feria illa die. Hoc habet rubeis litteris in Kalendario.

EUSTACHIUS N. sub hoc nomine, habet Sermonem de Annuntiatione, qui incipit: Ave Maria gratiâ plena; & est verbum Salutationis Gabrielis Archangeli, &c. ubi sic dicitur: Tertio modo Ave est contrarium Evæ, & hoc per transpositionem litterarum. Unde Diva Virgo est contraria Evæ, quia Eva fuit expulsa de Paradiso per peccatum; *MARIA autem intravit per gratiam*. Eva clausit portam Paradisi; Maria aperuit. Item, Eva habuit fructum maledictum, scilicet Cain; Maria benedictum. Ave Virgo Maria, respice miserias meas, *& succurre mihi, libera me à væ peccati originalis, à væ peccati venialis, & à væ peccati mortalis. Etsi horum nullum istorum in se habeat*; tamen illud triplex væ aliorum debet ei exclamare, &c. Extat Sermo iste manuscr. in Monasterio Floreffiensi Patrum Norbertinorum prope Namurcum, cum aliis Sermonibus S. Thomæ Aquinatis & aliorum, in charta pellicea in 4. fol. 89.

EUSTACHIUS Salodiensis, Ordinis Carmelitarum, in Historia Ecclesiæ Lauretanæ à Baptista Mantuano conscripta, &c. prope medium (non enim habet capita, neque foliationem) inquit: Nemo est enim tam obstinatæ nequitiæ, tam feris moribus, tam indomitis cervicibus, *qui, si putet hoc fuisse Virginis Immaculatæ cubiculum*, ad ipsum viden-

videndum, & venerandum summo non accendatur ardore, &c. Lib. impress. Romæ, anno 1589. in 12.

EUSTACHIUS à Sancto Paulo, Congregationis Fullensis, Ordinis Cistercienſis, & Doctor Sorbonicus 2. par. Sum. Theolog. de Deo Homine, & de Christo Redemptore & mediatore, tract. 2. disp. 1. quæst. 1. Quanta fuerit ac esse decuerit in B. Christi Matre sanctitas & gratia? Cujus quæstionis præcipua conclusio seu propositio, hæc est: Beata Virgo in ipso suæ Conceptionis momento fuit sanctificata, *& ab originali peccato prævenientis gratiæ beneficio præservata.* Quam conclusionem probat latè, à folio 336. usque 359. Propositio 5. sic se habet: Beata Virgo fuit liberata prorsus à fomite peccati, per primam sui sanctificationem *in instanti suæ Conceptionis.* Lib. impress. Parisijs 1616. in 8. & ibidem 1614. in 8.

EUTYCHIANUS Historicus, de Pœnitentia Sancti Theophili, inquit: Sancta venerandaque, & omnibus laudibus celebranda Deiparens, *quæ sola casta & pura est, sola sancta animâ & corpore*, &c. Joannes Euseb. Nieremberg. in libro Excep. cap. 13. fol. 157.

EUTHYMIUS Eremita, lib. 3. Ecclesiasticę Historiæ, cap. 40. vocat Virginis MARIÆ *corpus intemeratum, impollutum, & ex omni parte laudandum*, &c. Vide, quomodo hæc pro omnimoda puritate Deiparæ explicat Joan. Eusеb. lib. Excep. cap. 13. fol. 183.

EUTHYMIUS Zigabenus, vel Zigabonus, Monachus S. Basilij, natione Græcus, in Oratione de veneranda Zona Sanctissimæ Deiparæ, &c. cap. 8. sic inquit: Hunc ergo ante sæcula Deum (qui comprehendi non potest, qui refulsit in duabus essentijs, & in operationibus; una autem, ut diximus, persona, & nobis in omnibus fuit assimilatus, præter peccatum) peperit, quæ est verum patrocinium Christianorum, & propriè, verèque est Deipara, quæ est altior & superior quavis re creata, tam quæ sub aspectum cadit, quàm quæ non cadit, *quæ est pura, impolluta, intacta* Patris (qui nec videri, nec comprehendi potest) ab omni *reprehensione aliena*, & pulcherrima Sponsa, quæ est in omnibus gloriosa & benedicta, & in bonitate & benignitate est incomparabilis, &c. Quæ in omnibus fuit gloriosa & benedicta, in nullo habuit maledictionem, vel ignominiam. Item infra, c. 18. ait: Hodie Templum dedicatur laudatissimæ, *& ab omni labe alienæ Puellæ*, &c. Hodie Templum omni ex parte benedictæ, & venerandæ Adolescentulæ, & Prophetarum Coronydi est dicatum, &c. Hæc verba clara & expressa videntur pro omnimoda puritate V. MARIÆ. Extat hæc Oratio apud Surium die 31. Augusti, fol. 1016.

Item, in Panoplia dogmatica Orthodoxæ Fidei, vocat Deiparam MARIAM sanctam, *& omni ex parte gloriosam*, &c. Lib. impress. Venetijs 1535. Vide Joannem Eusebium, libro Dissert. Epist. 15. folio 275. Non autem esset ex omni parte gloriosa, si ex parte Conceptionis haberet ignominiam peccatioriginalis.

F.

FABIANUS Fiogi del Monte Sancto Sabino, in Dialogo Italico, sub titulo: Fra il Cathecumeno, è il Padre Catech izante, cap. 42. ad finem fol. 91. inquit: Perche la porta per la qual dobbeva intrare Iddio, figurava il santtissimo ventre di MARIA Vergine, & il dire del Propheta: tre volte serrata, dinota che en trè tempi la Maddonna Immaculata doveva eser Vergine, &c. Lib. impress. Romæ 1582. in 4. Meliùs diceret, quòd Virgo MARIA ter fuit porta clausa, quia triplicem excluſit corruptionem Virginitatis, *peccati* & incorruptionis; fuit enim *porta clausa in ingressu, id est, in sua Conceptione, peccato*, & in Incarnatione Verbi divini permanens Virgo purissima, & in fine fuit etiam porta clausa corruptioni.

FABIANUS Justinianus, Congregationis Oratorij Januensis, Episcopus Adiacensis in Corsica, *de Conceptione Beatæ MARIÆ* indicem habet universalem, verb. Conceptio, folio 101. & verb. MARIA, de eadem *Conceptione Virginis MARIÆ* indicem, in libro sui Indicis universalis. Impress. Romæ, anno 1612. in folio.

FABIUS Incarnatus, Doctor Neapolitanus, in libro: Scrutinium Sacerdotale, sive: Modus examinandi tam in visitatione Episcopali, quàm in susceptione Ordinum, part. 1. tract. 5. de Articulis Fidei, folio 93. inquit: Et quòd dicitur de Spiritu Sancto conceptus, per hoc excluduntur carnales commixtiones. Qui Spiritus Sanctus illam Conceptionē mundam ab omni peccato reddidit, quod nunquam factum est in aliquo puro homine; *licèt aliqui fuerint sine peccato, & sanctificati in utero matris, sicut Ioannes Baptista & Hieremias, tamen in peccato originali fuerunt concepti*, & secundùm rationem seminalem descenderunt ab Adam: Christus autem non solùm natus est, sed conceptus fuit sine peccato à Spiritu Sancto, &c. Lib. impress. Venetijs 1593. in 8. Auctor iste prima facie cùm non excipiat Virginem MARIAM ex illa universali propositione: Quòd nunquam factum est in aliquo puro homine, videtur illam comprehendere in peccato originali; sed meo videri hic Auctor superiori & doctissimo artificio excepit Virginem, non ex eo quòd hic solùm loquatur de hominibus, non autem de fœminis; sed quia non ignorabat, quòd Virgo MARIA excellentiori modo fuit sanctificata in utero matris, quàm Joannes vel Hieremias; ipsam tamen cum supradictis noluit nominare, quia illa exempta est ab omni regula universali, & cùm de peccatis agitur, præcipuè originali, de MARIA nullam debemus facere mentionem. Et si non est verus Miles, excludatur.

FABIUS Papazonius, Ordinis Minorum Italus, edidit *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Opusculum. Ita Hippolyt. Marrac. in Bibliotheca par. 1. fol. 316. & Pistoia, folio 158.

FABRICIUS Paulucius Forlivienſis, primus Episcopus Plebanus, Italus, in Commentarijs in 4. Evangelia, cap. 2. de Annuntiatione Verbi, fol. 15. col. 2. Quòd *à B. Virgine MARIA omnis labes & omnis macula abfuit*, &c. Lib. impress. Romæ 1619. in folio.

FABRICIUS Porticella Melfitensis, Doctor in utroque Jure, in libro suo, cui titulus est: Index sententiarum Breviarii Romani per ordinem alphabeti, verb. MARIA, folio 234. inquit: *Mater Dei nil nobilius, nil splendidius, nil castius. In festo Conceptionis ipsius, Lect. 4. ex Ambrosio.* Lib. impress. Romæ 1580. in 8.

FASCICULUS Temporum, cujus Auctor Wernerus

Wernerus Rolevinck Carthusianus, scriptus tempore Sixti IV. Pontif. Max. refert Auctores, qui suo ævo scripserunt *de Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre est ad an. mundi 5673. Christi verò 1374. Et ad annum 1354. habet hæc verba: Lector quidam Paulus nomine, negando *Beatam Virginem conceptam fuisse sine peccato originali*, coram toto Clero & Populo in Cracovia cecidit & expiravit, sermone nondum finito, ut testatur Magister Henricus Hassia. Quod factum plures terruit in hac materia scribentes; fatuum est enim de secretis Dei nimis curiosiùs investigare. Extant hęc verba in antiqua impressione sine anno & loco, fol. 85. & in impress. apud Joannem Parvum 1523. in 4. fol. 90. Sed in impressione facta Venetijs, anno 1479. desunt fol. 62. Vide quæ diximus in Sole Veritatis.

FASSARDUS Lynnois, Ordinis ..... Gallus, traduxit Sermones R. P. Angeli Manrrique materná linguâ Gallicâ, sub hoc titulo: Conceptions sur les festes de la Vierge Mere de JESUS-CHRIST, & Reine des Anges, &c. Et primus Sermo est *de Immaculata Virginis Conceptione*, & incipit: Nous celebrons ce jourd'huy la feste de la Conception de nostre Reine, &c. Lib. impress. Parisiis, anno 1611. in 8.

FANTINUS vel Fontinus Patavinus (ab alijs Faustinus) Episcopus, cùm 3. partem Sancti Thomæ evolveret, ubi sententiam minùs piam asserit S. Doctor, & ipse Episcopus in admirationem raperetur, S. Thomas in forma visibili protinus ei apparuit, hæc proferens verba: Scias Domine Episcope, quòd quando talem opinionem posui, habui respectum ad divinum statutum, *quo B. Virgo peccatum originale contrahere debuerat, nisi per Filium suum fuisset præservata*; sed Dei Filius Matrem suam ab originali macula præservavit; & his dictis disparuit. Ipse verò Episcopus quoad vixit, cum magna solemnitate festum Conceptionis celebravit, & in Episcopatu suo celebrari præcepit, &c. Bernardinus de Bustos, par. 1. serm. 7. de Conceptione, colum. 1. folio 31. Carthag. tomo. 2. pagina 161. Anonymus Franciscanus, numero 3. Gregorius Gallicanus in Mariali, pag. 11. Rios in Orizon. Marian. cap. 24. pag. 58. Euseb. Nieremb. libro Excep. fol. 499. Joannes Tamajus de Salazar, in opere de S. Epitacio, fol. 258. Justinianus Antist. Michaël Ruiz, Guerrerus de Spinal, concord. 15. §. 4. Joannes à Fonte, in Allegat. pro Conceptione, fol. 16. Christophorus de Vega, Palest. 3. certamine 4. fol. 63. Vide nostrum Solem Veritatis in Tritur. fol. 132.

FATINUS Astensis vel Facinus, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in 3. sent. quæst. 6. asserit, *Virginem MARIAM fuisse absque originali peccato conceptam*; ut refert Joannes Vitalis in Defensorio, lib. 4. Ancilla 7.

FAUSTINUS Petrignanus, Archiepiscopus Consentiæ, de observatione *festivitatis Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, in lib. de Provinciali Synodo Consentina. Impress. Romæ 1580. in 4.

FAUSTINUS Salernus, Ordinis Cisterciensis Italus, Patriâ Neapolitanus, scripsit Tractatulum de Beatæ Virginis præstantia, *ejusq; Sanctissima Conceptione*, ipsiusque sanctificatione. Ita Marrac. in Bibliotheca, folio 873. Pistoia, folio 132.

FAUSTINUS Tassus, Ordinis Minorum Italus, in 1. libro Sermonum in honorem Beatæ Virginis, super Evangelio: Exurgens MARIA abijt in montana, &c. plura habet pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, præcipuè serm. 6. ad illa verba: Benedicta tu inter mulieres; de quibus solùm transcribo illa, quæ habet folio 379. dicens: Invenisti gratiam apud Deum, è quest' per che, ab æterno prævenit te in benedictionibus dulcedinis. *Fu præventa questa Virgine* con divina benedittione, fino nei lombi de nostri primi Parenti, poi che quella carne de quale doveva formarsi il suo benedetto corpo già preeleto abitattione di tuta la divinità, fù sempre *preservato da ogni contagione di peccato*; è chi non sente come ella ne ringratia à Dio: Salvasti de necessitatibus animam meam, nec cõclusisti me in manibus inimici, &c. Vide alia quàmplura ibi. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

Item, tom. 2. Sermonum eorumdem, serm. 5. ad illa verba: Quia fecit mihi magna, &c. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali, & in primo instanti sanctificata*, latè à folio 222. ubi adducit plures auctoritates sacræ Scripturæ notatu dignissimas pro hac sententia. Impress. Venetijs 1589. in 4.

FAUSTUS à Genua, Ordinis Minorum Italus, in relatione & arbore Provinciæ Mediolanensis, agit de Altaribus & Capellis *Immaculatæ Conceptionis* ejusdem Provinciæ, quæ sunt novem; & ferè omnia Altaria privilegiata. Hæc relatio manuscrip. est apud nos.

FAUSTUS Reiensis seu Regensis Episcopus Gallus, in libro cui titulus est: Veterum aliquot Galliæ Theologorum scripta, folio 124. pag. 2. de MARIÆ Virginis generatione, sic inquit: Porta erat clausa, & non est aperta, tamquam si interrogaretur, cur aperta non esset, adjecit: Quia Dominus transivit per eam. Porta clausa, id est, signaculum pudoris, *Immaculatæ carnis integritas*, non enim violata est partu, *quæ magis est sanctificata conceptu, quæ absque omni peccato concepta est in utero*, &c. Lib. impress. Parisijs 1586. De hoc Doctore & ejus auctoritate, extat erudita Epistola apud Joannem Eusebium Nieremberg. lib. dissert. à fol. 100. & in sacro Syllab. cap. 1. adducit alias auctoritates ejusdem Fausti, quas brevitatis causâ nos hic omittimus.

FAUSTUS S. R. E. Cardinalis, tituli Sancti Chrysogoni, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Commemorationem in libro de Const. & Decret. Urbevetan. Impress. Romæ, an. 1650. in 4.

F. D'Eudemare, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Rothomagen. in libro, cui titulus Gallicè: Tapisseries sacrées, à fol. 847. Tapisseria 14. adducit Sermonem pro festo *diei Conceptionis sanctæ Virginis MARIÆ Matris Dei*, in quo ejus præservationem ab originali peccato latè adstruit. Impress. Parisijs 1617. in 8. magno.

F. G. Carmelita Discalceatus Hispanus, fecit librum sub hoc titulo: Angelicos colloquios entre la Virgen y el pecador, que incitan el alma à dexar el pecado y amar à la Virgen, folio 10. promittit se recitaturum *officium mundissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Et folio 11. Laudo te infinitè cum omnibus Archangelis, quia fuisti ineffabiliter *concepta absq; macula originali, tota sancta, tota divina, pulchra ut Luna, electa ut Sol*. Item, folio 38. Letania y nombres mysteriosos de la Reyna del cielo y Madre del altissimo immaculada y purissima MARIA; est tota *de Immaculata Conceptione* cum Oratione: Deus, qui *per Immaculatam Conceptionem*, &c. ad finem, vocatque ibi eam purissimam, mundam & Immaculatam.

culatam. Item, folio 111. hæc habet Hispanicè: Chanzoneta al Santissimo Sacramento glosando el mesmo verso:

Dios para darse en comida
En este pan celestial,
Tomo la carne escogida
De MARIA concebida
Sin pecado original.
En esta mesa tan bella
Puso la carne MARIA,
Porque Dios no la tenia
Si no la tomara della.
Christo alos hombres combida,
Y da su cuerpo Real,
En la carne recebida
De MARIA concebida,
Sin pecado original.
Si para contra el pecado
Hizo Dios este maniar,
Como havia de tomar
Carne donde ybiera estado?
Es el manjar de la vida,
En quien Dios puso caudal,
Y es la sangre esclarecida,
Que le dio la concebida
Sin pecado original.

Alabado sea el santissimo Sacramento, y la *Immaculada Concepcion de la V. MARIA N. Señora, concebida sin mancha de pecado original.* Post istam protestationem habet etiam hæc, fol. 126. El que dixere tres veces esta oracion gana treinta mil años de perdon: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecum, benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna Mater tua, *ex qua sine macula & peccato processisti Virgo MARIA*; ex te autem natus est Jesus Christus Filius Dei vivi. Amen. Impressum Antuerpiæ 1635. in 16.

F. Guerson, Doctor Theologus, Consiliarius & Prædicator Regius Gallus, in libro: Sermons, ou Analogies divines du Verbe Fils de Dieu, &c. fol. 55. super illa verba: Fecitq; ei tunicam polymitam. Gen. 37. Tertia Analogia accommodata *pro die miraculosæ Conceptionis sanctissimæ Virginis*, usque ad fol. 8. pulchrè & doctè. Lib. impress. Parisijs, anno 1620. in 8.

FELIX Maria Ursina, Ducissa S. Marci, Gravinæ & Sarmonetæ, *Sanctissimam Conceptionem Virginis MARIÆ* summa pietate ac veneratione semper coluit, cujus officium, juxta revelationem de ea re Alphonso Rodriguez è Societate Jesu factam, quotidie persolvit. Ita Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 169. Item, in vigilia Conceptionis in solo pane & aqua jejunabat, quotidieque persolvebat officium *sanctissimæ Conceptionis*. Idem Marrac. fol. 182.

FENORAL Mossen, Poëta Hispanus, ad annum Domini 1486. Carmine Hispano scripsit *pro Immaculata Conceptione MARIÆ Virginis*. Extat cum alijs apud Ferran. Diaz Valentinum.

FERDINANDUS de Aragonia, Episcopus Cæsaraugustanus, approbavit officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ejusdem Ecclesiæ, quod incipit: Sicut Lilium. Impress. an. 1556. in 4.

FERDINANDUS Austriæ Archidux, Ferdinandi primi Imperatoris filius, ad annum 1578. ædificavit Sacellum pulcherrimum in honorem *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* extructo Altari, in quo insigne Deiparæ ex solido argento simulacrum visitatur, &c. Sic ex relatione Provinciæ Austriæ authentica.

FERDINANDUS de Austria, Hispaniæ Infans, & Cardinalis S.R.E. nec non Archiepiscopus Toletanus, præsidente Alvaro de Villega, Canonico Magistrali; in Constitutionibus Synodalibus, titulo de Ferijs, const. 1. folio 25. ad diem 8. Decembris: *Festivitas Conceptionis Dominæ nostræ*. Impress. Matriti 1622. in folio.

Item, *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* scripsit Epistolam unam ad Summum Pontificem; atque pro diffinitione controversiæ ejusdem Immaculatæ Conceptionis Epistolam alteram. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 142.

FERDINANDUS Azon Hispanus, fecit Ideam Altaris fabricati Neapoli *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Neapoli 1644. in 4.

FERDINANDUS de Ballesteros & Saavedra, Abbas Sanctorum Justi & Pastoris, disposito juramentum factum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* à Complutensi nobilitate. Lib. impress...: 1653. in fol.

FERDINANDUS Basæus, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Antonius Daza, cap. 6. fol. 52.

FERDINANDUS Bavarus, Archiepiscopus Colonien sis, solemni diplomate, anno 1647. die 28. Februarij, in Conventu Olivarum ejusdem civitatis Fratrum Minorum Reformatorum Confraternitatem instituit *sub titulo Conceptionis*, in ea cum magna ædificatione omnibus Dominicis & festivitatibus B. Virginis publicis, in honorem duodecim Evangelicarum virtutum comprecatio evolvitur coram Icone Beatæ Virginis decenter ornata, ubi succensi collucent 21. albi cerei, &c. Ita Jacobus Polius, in Relatione Provinciæ Colonien sis, verb. Confratriæ, pagina 101.

FERDINANDUS Bellosillus Ayllionensis Episcopus Lucensis Hispanus: Quòd ratio maximè suadens *Beatissimam Virginem MARIAM non fuisse in originali peccato conceptam*, est quia originale, ex se & ex natura sua consequitur actualis culpa; sine privilegio speciali ab ea quis exceptus fuerit. Ita lib. advertentiarum Theologicarum, in 7. tom. B. Augustini, in 20. quæsito, fol. 359. col. 4. Lib. impress. Compluti 1585. in fol.

FERDINANDUS Bongiornus Siculus, Protonotarius Apostolicus, in libro dicto: Oratio Quadraginta horarum, hora 7. ad Beatissimam Virginem, fol. 97. in Hymno, inquit:

O, sola nostri generis
Concepta sine crimine,
Quæ placuisti Domino
MARIA Virgo Virginum.
Quam Deus ante sæcula
Electam sine macula
In sui tabernaculum
Sanctum fecit in utero:
Iam toti mundo gaudium
Talis tua Conceptio, &c.

Alia habet ibidem. Lib. impress. Venetijs, anno 1601. in 4.

FERDINANDUS Caldera, Ordinis S. Francisci de Paula seu Minimorum Hispanus, in libro Mystica Theologia, & exercitium Fidei divinæ, non orationis mentalis, &c. in Tabula pro festivitatibus Sanctorum, *de Conceptione Dominæ nostræ*

ginis MARIÆ remissionem seu indicem, folio 229. Lib. impr. Matriti 1633. in 16.

FERDINANDUS de Camargo & Salgado, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: Ecclesia Militans, sive Chronologia sacra, folio 2. & 3. *Quod B. Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*; ubi quamplures adducit Auctores pro prælervatione Virginis. Lib. impress. Matriti 1642. in 4.

Item, in libro dicto: Oratorio sacro, à se typis mandato, fol. 142. & 208. edidit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ videri possunt, verb. Thomas à Jesu. Lib. impress. Matriti 1628. in 16.

Item, in libro, cujus titulus est: La Virgen de la Humildad, y la Humildad de la Virgen nuestra Señora, &c. cap. 2. fol. 10. agit *de præservatione Virginis filiæ Adami à peccato originali, &c.* Lib. impress. Matriti, anno 1634. in 8.

FERDINANDUS Cano de Montero, Doctor Hispanus, Sermone de Martyribus Japonensibus Ordinis S. P. N. Francisci, in salutatione agit *de mysterio purissimæ Conceptionis V. MARIÆ*. Impress. Hispali, anno 1624. in 4.

FERDINANDUS de Castro Palao, Societatis Jesu Hispanus, in parte 2. suorum Operum, tract. 9. disp. 2. punct. 1. fol. 87. num. 6. dicit: Quòd servandi sunt omnes dies, in quibus festivitates Virginis celebrantur, quales sunt, primò *Conceptio Virginis*, quæ licèt à jure communi non præcipiatur observari, consulitur tamen à Sixto IV. in Extravag. Cùm præexcelsa, de Reliq. & veneratione Sanctorum; & Extravag. Gravè nimis: & ferè in omni Episcopatu est hic dies ex consuetudine servandus. Lib. impress. Lugduni 1635. in fol.

Item, in Manuali, parte 2. concl. 5. puncto 3. citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione*.

FERDINANDUS Catholicus Rex Hispaniæ V. hujus nominis, votum solemniter emisit cum uxore sua Elisabetha, si Urbem Granatensem in suam ditionem reciperet, se amplissimum in ea Urbe Templum *in purissimæ Conceptionis Deiparæ* honorem fore erecturos, quod voti compotes feliciter ac religiosè adimplerunt. Ita Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. fol. 375. Marrac. in Reg. Marian. fol. 82. Tamaius, fol. 219. Carthag. & Lezana.

Item, fundavit Confraternitatem & Hospitale in sua Curia, id est, in Civitate Toletana sub titulo & invocatione *Sanctæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ac Dominæ nostræ, Matrisque Dei*, &c. Ita in privilegio edito à Corolo V. ejus nepote. Vide Armanent. in Regest. colum. 306. Velazq. fol. 307.

Item, an. 1495. concessit quoddam privilegium Fratribus Sancti Hieronymi habitantibus in Monasterio Dominæ nostræ *S. MARIÆ de Conceptione* Civitatis Granatensis; de quo vide Armanent. in Regest. colum. 302. & Auctores ibi citatos. Marrac. in Regibus Marian. fol. 85.

Item, in Civitate de Ubeda, in Conventu Sanctissimæ Trinitatis fundavit memoriam, & Capellam sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, perpetuo pro omnibus quartis ferijs, &c. de qua Martinus Ximena, in Annalibus Giennen. fol. 213.

Item, anno 1492. divinitus servatus est, ne ictu impiæ manûs caderet, *ob purissimæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ devotionem*. Vide Antonium Calderonem, in Epistola declaratoria de Conceptione, Marrac. in Regibus Marian. fol. 83.

Item, sub hoc Rege factum est, ut Insula quæ nunc S. Dominici nuncupatur communiter, quando primò reperta fuit, sub nomine *Conceptionis B. Virginis* appellaretur. De hoc extant plures Bullæ in nostro Bullario. Lege Marrac. in Regibus Mar. fol. 84. & existimo, quòd Deus Optim. Maximus servavit hanc Insulam ab invasione facta anno 1654. ab Anglis, propter merita *Immaculatæ Virginis*: quia eodem ipso tempore, quo hæc oppugnabatur Insula in Indijs, Catholicus Rex Philippus IV. instantiam faciebat Romæ pro restituendo titulo Immaculatæ Conceptionis.

FERDINANDUS Colonensis Archiepiscopus, edidit Diploma seu Constitutionem *de festo Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* in Diœcesi sua Colonensi cum octava perpetuò solemnissimè celebrando. Marrac. in Biblioth. fol. 385. & etiam in Antist. Marian. cap. 6. fol. 181.

FERDINANDUS de Escalante, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in lib. Clypeus Concionatorum Verbi Dei, in quo sunt sculptæ omnes visiones symbolicæ, & signa realia veteris Testamenti, &c. lib. 7. de Prædicamentis actionis & passionis sacræ Scripturæ, cap. 21. colum. 1424. Quòd Jesus fecit immunem *MARIAM Virginem à peccato originali*, &c. Item, in indice, verb. Maria inquit: *MARIÆ purissimæ Conceptio* explicatur ex loco insigni sacræ Scripturæ juxta litteram, fol. 999. Et folio 572. super illa verba: Joseph Fili David, sic inquit: Certè Joseph primò non plenè intellexit verba Angeli, ratus Jesum Filium B. Virginis redempturum esse universum genus humanum à peccatis quibus erat infectum, atque sub hac universalitate Virginem Deiparam comprehendi putavit: verùm nato Christo, à Numine revelatum est ei, *specialissimam gratiam præveniisse originale peccatum in purissima Dei Genitricis Conceptione*. Impress. Hispali 1611. in fol. & Venetijs 1613. in 4.

FERDINANDUS Gomez, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, scripsit Sermonem de festivitate *Conceptionis B. Virginis MARIÆ, ubi eam à peccato originali præservatam declamavit* in Civitate Salmanticensi, anno 1617. ibidemque typis edit, anno 1619. in 4. incipit: Siempre que veo. Citant alium 1618. quem tamen nec vidi, nec ad manus habere potui.

FERDINANDUS Gonzaga Mantuanus, S. R. E. Cardinalis cum Carolo Nirembernensium Duce, & Adolpho Comite ab Althaym fundavit Religionem Equitum Militiæ Christianæ, sub titulo *Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ*, juravitque ac promisit se semper defensurum ejusdem *Beatissimæ Virginis Immaculatam Conceptionem*, & in hac re & in omnibus SS. Dei Matris gloriam promoturum. Vide supra, verb. Carolus & Marrac. in Principib. Marian. & Purpura, fol. 407. Habemus acta istorum.

FERDINANDUS de Ojeda Hispanus, ac Doctor Legista, edidit lib. sub hoc titulo: Relatio ad textum celebrem, in cap. Firmissime 3. de consec. distinc. 4. Gratiani in Decreto, & bimembris de Peccato originali Theologica & Canonica disputatio, quam Auditoribus & Discipulis suis in celebri Ursonensi Academia publicè dictavit D. Ferdinandus de Ojeda, insignis Majoris Collegij

Ursonensis *Immaculatæ Virginis Conceptioni* sacri antiquus Collega, &c. ubi de ejus præservatione à peccato originali latissimè. Impress. Malacæ, anno 1615. in 4.

FERDINANDUS delas Infantas, Presbyter Cordubensis, in libro: Divinæ lucis secundùm Divinæ & Evangelicæ Scripturæ lucem, in centesimi noni Psalmi expositione, &c. capite 22. ad illud: Donec ponam inimicos tuos, fol. 34. de rubo quem viderat Moyses, inquit: Non quòd spinosus rubus humanam naturam per peccatum spinosam significans, ipsam Virginem, intactum lilium, MARIAM significaret *sine spina originalis peccati conceptam*: sed à fortiori, &c. Oportebat, quòd non solùm correspondenter ex apta materia in MARIA incorporaretur (hoc est lilio sicut dicit, & non rubo) ab æterno, sicut in Matrem Dei electa, *ab spina originalis peccati liberata*, &c. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ Latinè; nam primò fuit impressus Italicè. Vide alia quamplura ibi, fol. 26. & 179. ac alibi. Impress. 1603. in 4.

FERDINANDUS Leodiensis Episcopus & Princeps, fecit typis mandari Breviarium proprium illius Ecclesiæ *cum officio Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Leodii 1622. & extat fol. 659.

FERDINANDUS Lusitaniæ Infans, ob innatum erga Deiparam affectum, ejusque gloriæ provehendæ zelum, sacram Ædem in honorem *sanctissimæ ac Immaculatæ Conceptionis Genitricis Dei MARIÆ*, extra muros Civitatis Iuliæpacis erectam, ex domesticis facultatibus magnificentissimè, simulque augustissimè à primis fundamentis ad apicem usque ædificari fecit. Quod vel hinc saltem colligi potest; continet siquidem præfata Ædes commodissimè centum, atque triginta sacras Virgines Deo dicatas. Gonzagà in Historia Seraphica, parte 3. in Provincia Algarbiorum. Marrac. in Principibus Marian. fol. 139.

FERDINANDUS Martinez Mascareñas, Inquisitor Generalis, & Episcopus Algarbiorum in Regno Portugalliæ, pro defensione *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Epistolam unam. Impress. Hispali cum alijs 1616. fol. 22.

FERDINANDUS de Montesinos, in Relatione de actu fidei Limensis, agit *de processione facta per Monasterium Conceptionis ejusdem civitatis*. Impress. Limæ 1639. in 4.

FERDINANDUS Muñoz, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis sanctissimæ Dominæ nostræ* Sermonem unum, declamatum in villa Aquaje. Impress. Hispali 1617. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Si Aristoteles. Extat etiam impress. Matriti 1616. in 4.

FERDINANDUS Niño de Guevara, Archiepiscopus Hispalensis, ac S.R.E. Cardinalis Hispanus, in Constitutionibus Synodalibus, pag. 38. præcepit, ut observaretur festivitas *Conceptionis B. Virginis MARIÆ* in tota sua Diœcesi. Lib. impres. Hispali 1609. in folio.

Item, cùm esset Archiepiscopus Granatensis, approbavit Breviarium illius Ecclesiæ, in quo folio 306. est officium *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, ut in Nogarolo. Impress. anno 1544. in 4.

FERDINANDUS de Orio, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Hispanus, tom. 1. in Tertullianum, discur. 17. §. 2. num. 125. *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ* agit sparsim. Lib. impress. Matriti 1640. in folio.

FERDINANDUS Peralta Monstanensis, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Sermones quatuor, in quibus plura de ejus Immaculato Conceptu, ac præservatione à peccato originali, à folio 158. usque 192. Lib. impress. Venetijs, anno 1613. in 4.

FERDINANDUS Perez de Guzman, Poëta Hispanus antiquus, in libro Cantionum ad Dominam nostram Virginem MARIAM, fol. 82. inquit:

Señora pulchra, & decora
Manzilla non es enti
Alveñe sea de mi
O Reina aquien el cielo adora
Y remota aquella hora
Que pudiese aver pensado
Del original pecado
Ser temida tu Señora, &c.

Extat in Biblioth. Scorialis Plut. VI. n. 15. in folio.

Item, in libro cujus titulus est Hispanicè: Las sententias que son bien scientificas y de grandes y diversas materias, muy provechosas, por las quales qual quier hombre puede tomar regla y doctrina y exemplo de bien vivir; in explicatione Salutationis Angelicæ, inquit:

Ave preciosa MARIA
Que se deve interpretar,
Transmontana de la mar,
Que los mareantes guia.
Ave tu Señora mia,
Excepta de aquel pecado.
Que al mundo ha contaminado
Ave resplandor del dia.

Item infra, inquit ad illud: Et benedicta inter mulieres, loquendo de maledictionibus à quibus fuit libera Virgo MARIA: Y la segunda maledicion *fue de pecado, ca todos concebian con pecado*, è assi lo dixo David en el Psalmo del Miserere mei Deus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Impress. Ulyssiponæ 1512. in 4.

FERDINANDUS de Pineda, Doctor Hispanus, in libro seu Tractatu de Confraternitate sanctissimi Rosarii, &c. ad diem 8. Decembris inquit: *Dia de la Concepcion de nuestra Señora, dos Indulgencias plenarias, &c.* Impress. Antuerpiæ 1571. in 8.

FERDINANDUS de Placenzia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, Sermone de Dominica Incarnatione, pro secundo Sabbato Quadragesimæ, folio 3. 5. & 8. inquit: Y assi imitando el Angel à su Criador, le dice à la Virgen, que es el dia septimo del descanso, santificada, con tantas bendiciones dedicada toda à su Criador: Ave gratiâ plena, ô como leen otros: Ave gratiosa, que aun dice mas, que fue decirle, no solo sois gratiosa, *no ay cosa en vos, que no este vertiendo gracia*, como en el septimo, que fue figura vuestra, y como en aquel dia no se lee ubiera otra cosa mas que santidad, y divinas bendiciones; assi en vos no ay mas que bendiciones, y plenitud de gracia: Gratiâ plena, benedicta tu; y como aquel dia por ser santo y bendito se hizo para solo Dios, assi vuestra gracia es: Apud Deum, una gracia para Dios solo, &c. Pues à este modo aunque todas las criaturas miradas en particular, son solamente buenas; pero miradas en el septimo dia en el Sabado, que es la Virgen santissima juntas, y compuestas *en este espejo sin mancha*, en esta imagen

de su bondad, no solo son buenas, &c. Unos por gracia habitual: Invenisti gratiam apud Deum, y finalmente dia todo, Santo todo bendito: Ave gratiosa, benedicta tu, &c. Serm. impress. Hispali 1629. in 4. Hæc verba si non expresè & formaliter, saltem implicitè & virtualiter indicant Virginem fuisse absque originali peccato conceptam, ut consideranti singula patebit.

FERDINANDUS Primus Aragoniæ Rex, anno salutis 1414. decrevit, quòd civitatis Cæsaraugustanæ Jurati noviter electi, tenerentur in die *sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, Regi vel locum tenenti præsentari, &c. Vide Armament. col. 673. & Marrac. in Regibus Marian. fol. 69.

FERDINANDUS Quirinos de Salazar Conchensis, Societatis Jesu Hispanus, in Complutensi Collegio sacrarum Litterarum Interpres, ac postea Inquisitor Generalis, scripsit *pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Defensionem, in qua conceptus & discursus, tam scholasticè, quàm positivè ventilati & elaborati reperiuntur, &c. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1622. in folio, & Parisijs, anno 1621. & etiam Compluti.

Item, de eadem *Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* plura capita, in lib. Proverb. Salomonis. Atq; etiá *in festo Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* latissimum indicem concionatorium, in eodem lib. tom. 2. Impress. Parisijs 1621. in fol.

Item, in Cantica Cant. Salomonis, in Proëmio seu Isagoge, c. 14 §. 1. à fol. 122. latè agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Item, ibidem cap. 1. versic. 3. fol. 124. Quòd *Virgo MARIA à primo suæ Conceptionis momento Mater Dei censeri cœpit, & illius dignitatis jura capescere*, &c. Lib. impress. Lugduni 1642. in folio.

FERDINANDUS Remirez, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, edi curavit & typis mandavit Orationes Evangelicas R. P. F. Hortensij Fœlicis Paravisini, *ubi sunt de purissima Conceptione Orationes quatuor*. Lib. impress. Matriti 1638. in fol.

FERDINANDUS Ramirez Fariña, Supremi Senatûs Auditor, substantiavit causam contra P. Richardum, vocatum communiter el Monstro, Ordinis S. P. N. Dominici, propter Sermonem prædicatú in voto Universitatis Vallisoletan. 1618. die 15. mensis Decembris circa *Immaculatam Conceptionem*; ubi aliqua dixit contra eamdem Immaculatam Virginis Conceptionem post factum juramentum, ut deposuerunt triginta quatuor testes majores omni exceptione; & incipit interrogatorium: En la Ciudad de Valladolid, &c. Habemus processum authenticum, scriptum & rubricatum à Notario Ludovico de la Fuente, & alterum ejusdem materiæ.

FERDINANDUS de Salzedo Malacensis, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 258. & aliam, folio 279.

FERDINANDUS de Santiago, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in suo Mariali edidit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Conciones 8. Vide Sylvest. de Saavedra, disput. 16. sect. 14. num. 658. folio 350.

Item, in Quadragesimali, Sermone de Virginis solitudine, considerat. 3 affirmat *Virginem MARIAM conceptam fuisse absq; peccato originali*, ibidem.

FERDINANDUS Secund. Imperator Augustus, addictissimus fuit huic mysterio à prima sua juventute: & inprimis cùm Viennæ Austriæ erecta fuisset Congregatio *Immaculatæ Conceptionis*, an. 1634. ipse optimus Imperator, & ejus Augusta conjux Eleonora cum omnibus liberis, Ferdinando, Maria Augusta, Leopoldo Guilielmo, duabusque sororibus Ducissa Bavariæ & Regina Poloniæ, propria manu exaratis nominibus in album prædictæ Congregationis se subscripserunt.

Item, anno 1624. die 13. mensis Januarij, egregiam Epistolam Fide, devotione, prudentia, atq; elegantia plenam Urbano VIII. Pontif. Maximo misit, in qua *Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ intemeratam, ab originali culpa immunem, purissimam, nævi omnis expertem, atque tandem Immaculatam* vocat, & incipit: A prima juventute, &c. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 6. per totam, fol. 384. Marrac. in Bibliotheca, folio 386. Etiam tanta *Immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionē* pietate coluit, ut ex Urbani VIII. Pontif. Max. indulto, eam in omnibus suis Regnis & Provincijs hæreditarijs tanquam festum, etiam in foro, mandaverit celebrari: prout etiam processioni annuæ, quam ejusdem Immaculatæ Conceptionis Archiconfraternitas Viennæ in templo S. Hieronymi solemnissimè Dominica 5. post Pascha instituit, Cæsarea Majestas devotissimè adesse solebat. Ita ex Ægidio Schiensi in suo Manuali, & Gaspare Tausch in Sanctissima Matre dolorosa, libro 3. praxi 29. num. 3. adducit Hippol. Marrac. in Cæsar. Marian. folio 102.

Item, in tumuli ipsius inscriptione vocatur *Immaculatæ Conceptionis* præcipuus Assertor, &c. Et infra: Unus est instar omnium *Immaculatæ Conceptionis* Propugnator, &c. Marrac. ibidem, fol. 106.

FERDINANDUS de la Serna, Doctor Hispanus, composuit Carmina *de intemerata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. cum aliis Baëzæ, an. 1618. in 4.

FERDINANDUS de Sosa, Canonicus Magistralis Almerien. in Sermone de funerali pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, fol. 22. de ipsius devotione *ad Immaculatam Virginis Deiparæ Conceptionem, &c.* Lib. impress. Murciæ 1621. in 4.

FERDINANDUS de Talavera, Archiepiscopus Granatensis Hispanus: Quòd B. Virgo MARIA fuit *concepta absque peccato originali, & absque ulla macula*, in Poëmate Hispano adducto à Fratre Josepho de Siguença, Ordinis Sancti Hieronymi. Lib. impress. Matriti 1605. in folio.

Item, typis mandari curavit Breviarium Granatense, in quo est officium *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* cum octava. Impress. 1606. in 4.

Item, correxit, emendavit, atque auxit librum de Vita Christi D. D. Fr. Francisci Ximenez, Patriarchæ Hierosolymitani Ordinis Minorum; in quo cap. 16. agit latissimè *de modo præservationis Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. Granatæ 1496. in folio.

FERDINANDUS Tertius Imperator semper Augustus, anno 1625. in die *Immaculatæ Conceptionis* Rex Hungariæ summo omnium applausu inauguratus est. Ita Guilielmus Lamormaini, in vita Ferdinandi II. cap. 7. fol. 36. Item, an. 1647. in testatissimum sui affectûs erga MARIAM Immaculatè conceptam monumentum, sui sceptri firmissimum fulcrum, suæ coronæ tutissimum perfugium, eidem

Virgini *sine labe conceptæ*, pulcherrimam statuam ejusdem Virginis marmoream, omnimodam ipsius puritatem bellissimè exprimentem, altissimæ columnæ superpositam, in perpetuam & immortalem rei memoriam, solidissimo affectu, solemnissima pompa atque majestate Augusta, erexit & dicavit cum sequenti inscriptione.

Deo Optimo Maximo
Supremo cœli, terræq; Imperatori
Per quem Reges regnant:
Virgini Deiparæ
Immaculate conceptæ,
Per quam principes imperant,
In peculiarem Dominam
Austriæ Patronam
Singulari pietate
Susceptæ:
Se, liberos,
Populos, Exercitus,
Provincias,
Omnia denique
Confidit, donat,
Consecrat,
Et in perpetuam rei memoriam
Statuam hanc
Ex voto ponit
Ferdinandus III. Augustus.

Item, in die Dedicationis prædictæ statuæ atque columnæ, id est, 18. Maij, anno 1647. cum multis circumstantijs æternâ memoriâ dignis, alta voce coram omni Populo Cæsarea Majestas sequens emisit votum: Omnipotens sempiterne Deus, per quem Reges regnant, in cuius manu sunt omnium potestas, & omnia jura Regnorum: Ego Ferdinandus coram divina tua Majestate humiliter prostratus, meo, meorumq; successorum, & inclytæ huius Provinciæ Austriæ nomine, *Immaculatam Filij tui Matrem semper Virginem MARIAM*, hodie in peculiarem Dominam & Patronam huius Archiducatûs invoco & assumo. Insuper voveo, ac promitto eiusdem *Immaculatæ Conceptionis* festum, quod cadit in diem 8. Decembris, solemniter, etiam quoad forum, in hac Provincia quotannis prævio more Ecclesiæ, consueto jejunio eiusdem pervigilio, celebrandum. Te deprecor supreme cœli, terræque Imperator, qui quod Matri tuæ impenditur, tibi impensum reputas; votum hoc meum, quod suggerere clementer dignatus es, benigno favore prosequere, atque ad protegendum me, domum meam, populosque mihi subiectos, dexteram tuæ Maiestatis extende, Amen. Huius rei latam, piam, atque elegantem relationem lege apud Guilielmum Elabatam Comitem Germanum. Impress. Austriæ, anno 1647. in 4. & ibidem 1649. etiam in 4. quam postea transtulerunt R. P. Thomas de Gerace in suo tomo 2. Adamantis Mariæ, Marrac. in Cæsaribus Marian. Joann. Antonius Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 7. fol. 387.

Item, *pro Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ* litteras planè Cæsareas nonnullas edidit. Si vis huius insignis Imperatoris alia quàmplura *pro Immaculata Virginis Conceptione* egregia facinora videre; lege Marrac. in Cæsar. Marian. à folio 107.

FERDINANDUS de Torquemada, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in tract. de apparitione Dominæ nostræ de los Remedios, à fol. 12. latissimè agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ac in eo de R. P. Roberti Gaguini devotione. Lib. impress. Granatæ 1654. in 4.

FERDINANDUS de Torres, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, & Poëta, in Carmine ad Fr. brum Hippolyti de Olivares agit de *puritate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

FERDINANDUS de Valverde, Ordinis S. Augustini Hispanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, & extat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 96.

Item, in libro Hispanico: Vida de Christo nuestro Señor, Dios, Hombre, Maestro, y Redemptor del mundo, &c. cap. 6. fol. 22. de modo, quo Deus *præservavit Virginem MARIAM à peccato originali*, &c. Lib. impress. Limæ 1657. in 4.

Item, in approbatione libri Hippolyti de Olivares, fatetur Virginem fuisse *conceptam absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

FERDINANDUS de Vergara Cabeças, Doctor in Jure Hispanus, elaboravit librum sub hoc titulo: Defensa en Derecho *por la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima Madre de Dios, y Señora nuestra*. Lib. impress. Granatæ 1653. in 4. & comprehendit quatuor capita explicantia illa verba Tota pulchra es amica mea, & macula nô est in te.

FERDINANDUS de Villegas, Secretarius Sancti Tribunalis Inquisitionis, expedivit rescriptum, seu ordinem, ut Toleti defenderentur Conclusiones, quarum titularis erat: *Beata Virgo MARIA non contraxit debitum peccati originalis*, & hæc Sententia fuit expedita ex ordine & mandato Supremæ Inquisitionis. Extat impress. cum aliis Opusculis in 4.

FERDINANDUS de Zarate seu Hernandez, Ordinis S. Augustini Hispanus, 2. parte de Discursibus Patientiæ Christianæ: Quòd B. Virgo Maria fuit *absque peccato à sua Conceptione*, in indice libro 5. discursu 7. folio 53. Lib. impress. Matriti 1597. in 4.

FERDINANDUS de Zarate, alius distinctus à præcedenti (ut existimo) Hispanus, in quadam speculatione de Domina nostra de la Oliva, fol. 30. inquit: El primer discurso y mysterio de las fiestas de la Virgen, *es el de su Concepcion purissima*, &c. de qua latè usque folium 34. Lib. impress. Neapoli 1634. in 4.

FERRANDUS Diez Provere Hispanus, scripsit ac edidit Librum prosa & carmine, sub hoc titulo: Comenza la obra de la sacratissima Concepcion de la intemerata Mare de Deu, examinada, & dignament aprovada per molts Mestres en sacra Theologia, divulgada, & publicada en la insigne Ciutat de Valencia, dins la casa de la lloable Cofraria de la gloriosa Seniora nostra, en lo any de nostre Señor Deu Jesu Christ Fill seu, &c. Iorn. *de la sua purissima Concepcion*, &c. Lib. impress. ibidem in 8.

Item, edidit de *Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Tractatum unum; de quo solùm imus notitiam sub prælegatis verbis. An verò fuerit distinctus à præcedenti, scire non potui.

FERRANTES Valverdius Italus, scripsit librum sub hoc titulo: Dechiarattione del mysteri *della Santtissima Concettione de la Immacolata Vergine MARIA*; il modo di contemplarli, è l'oratione à ciascheduno, per recommendarsele: Con li privilegi concessi da Sommi Pontefici à la memorabile

nerabile suaConfraternità, &c. Impress. Neapoli 1616. in 8. & in principio adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis* pulcherrimam, circumdatam suis attributis; deinde in corpore libri adducit icones attributorum, & sunt viginti quatuor.

FERREOLUS Locrius Paulinas Brabantus, *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* caput unum; ubi de ejus præservatione à peccato originali, à folio 607. usque 613. in suo libro dicto: MARIA augusta. Impress. Antuerpiæ. 1608. in 4.

Item, in Chronico Belgico, ab anno 258. usque 1600. &c. ad annum 1164. fol. 320. inquit: Quidam Cantuariensis Archiepiscopus de Roma veniens in hoc Monasterio fuit hospitatus, crastino Sermonem Conventui fecit in Capitulo, & inter cætera dixit, quòd in partibus Hierosolymitanis, multi psallere consueverunt quinque Psalmos, incipientes à singulis litteris nominis B. Virginis MARIÆ, & in B. Virginis memoriam frequentare, scilicet: Magnificat. Ad Dominum cum tribularer. Retribue servo tuo. In convertendo. Ad te levavi oculos meos; & singulis Psalmis prætermittere Ave MARIA. Erat ibi præsens hic Frater nomine Joscius Monachus noster, qui hoc pio cordi commendans, quotidie post Matutinas, hos quinque Psalmos decantare cœpit, & continuavit: quadam tamen nocte circa festum S. Andreæ, dum Superior noster chorum circuiret, Joscius cum aliis non interfuit, sed ad lectum ejus in dormitorio Superior veniens, eum defunctum reperit; vocati Fratres accurrunt, & de ejus vultu discooperto quinque flores rosarum, unum ex ore & lingua, duos è naribus, & duos ex auribus exeuntes aspiciunt; lætantes eum detulerunt in Chorum, & manè diligentiùs intuentes, in rosa quæ de ore exibat, invenerunt scriptum, MARIA. Tenuerunt ergo eum per dies septem, donec tres Episcopi convenirent, quorum unus fuit Andreas Atrebatensis Epis. &c. Lib. impress. Atrebati 1616. in 4. Citat pro hac historia Iperium & Vincentium Belovacensem, ad annum 1224. Etsi hæc, quæ referunt Auctores isti, contigerunt circa festum Sancti Andreæ, *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* magnum hujus festivitatis erit elogium.

FERRICUS Cassinellus, Antisiodorensis Episcopus sive Rhemensis, summam adhibuit diligentiam, ut totus Ordo S. P. N. Dominici in Gallia, deposita sua opinione, teneret *Virginem MARIAM conceptam fuisse absque originali peccato, & ipsius Conceptionis Immaculatæ* festum celebraret; quod optimum sortitum fuit effectum ad annum 1387. ut refert ibid. Henricus Spondanus, numero 7. Item, de hoc sic inquit Marraccius: Conceptionis Beatæ Virginis Deiparæ semper & ubique Immaculatæ acerrimus extitit assertor, occasione Joannis de Montesono Theologi Sorbonici, qui eamdem integerrimam Virginem in peccato conceptam fuisse, palam & publicè profitebatur; quam quidem sententiam tot, tantisque argumentis coram Catholo Sexto Galliarum Rege, & numeroso Principum ac Procerum comitatu, oppugnavit Ferricus, ut Adversarium ad palinodiam perduxerit, & Regem ipsum induxerit ad procurandum indictum festum *Conceptionis Beatæ Virginis*, mense Decembri proximè futuro, &c. Sic in Antist. Marian. fol. 187. Contigerunt hæc ad ann. 1390.

FIDELIS Daniel, Societatis JESU Italus, in libro de Diuina providentia, tomo 1. sparsim per totum librum asserit: *Quòd Virgo MARIA nullam habuit maculam, & quòd fuit libera à peccato originali.* Vide indicem tomi secundi. Impress. Mediolani, anno 1615. in 4.

FILOCALUS Caputus, Ord. Carmelitarum Italus, in Panegyricis tomi 2. affirmat: Quòd B. Virgo MARIA fuit præventa à gratia in formatione sui corporis, *concepta absque peccato, & libera à triplici væ*; sparsim & latè in lib. impress. Neapoli 1642. in 4.

FINUS Hadrianus Finiis, Ferriariensis Italus, in libro: Flagellum contra Judæos ex sacris Scripturis excerptum, lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 6. fol. 53. affirmat: *Quòd Virgo MARIA fuit prænuntiata & promissa in illis verbis: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* quæ caput serpentis calcavit, latè. Et eodem lib. 2. cap. 6. & 9. vocat *Deiparam semper intactam, & incorruptam, atq; purissimam.* Et libro 4. cap. 8. fol. 117. inquit: Ut verò à peccatis mundaret, homo esset sine peccato; sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati commixtione descenderet? *Proinde venit propter nos in uterum Virginis Filius Dei, ubi pro nobis factus est homo; sumpta est ab illo natura, non culpa, &c.* Impress. Venetiis 1538. in 4.

FLAMINIUS Cerasola Bergomas Juris Consultus Italus, elaboravit Georgij Metropolitæ Nicomediensis *in Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Orationem unam; Romæ 1625. Vide Marrac. in Bibliot. & Catalogo Marian, ad ann. 1641. Item, scripsit Tractatum *de eadem Immaculata Conceptione*, &c. teste eodem Marrac. ubi supra.

FLAMINIUS vel Famianus Strada, Societatis JESU Romanus, *de miraculo facto ab effigie Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in Bommelia, enarrationem in lib. de Bello Belgico, tom. 1. lib. 7. fol. 297. Impress. Romæ 1647. in folio.

FLAVIUS Lucius Dexter, Eques Hispanus: *Quod à Iacobi prædicatione celebratur in Hispania festum Immaculatæ & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis MARIÆ*, ad annum 308. num. 9. Impress. Cæsaraugustæ, anno 1619.

FLAVIUS Guilielmus Anglus, edidit libros 6. de Virgine MARIA, quorum Prologus incipit: Reverendissimo Domino & Patri Guilielmo, Sanctæ Aquensis Ecclesiæ Archidiacono, Flavius Guilielmus, quod Domino servus & Patri filius; cum diutina familiaritate vestrę Paternitatis, &c. Opus verò incipit: Beata & gloriosa Dei Genitrix MARIA longè antequam nasceretur, à Sanctis Prophetis, &c. & perveniens ad Canticum Canticorum, ad illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, inquit: *Bene tota pulchra & sine macula esse debebat*, quæ Sancti Spiritûs Templum & Dei Filium in se portare habebat. Floruit tempore S. Anselmi, & extat manusc. in Collegio Societatis JESU Burdegallæ in 4. in charta pellicea.

FLORENTIUS Conrrius, Ord. Minorum, Archiepiscopus Tuamensis Hybernus, scripsit Librum sub hoc titulo: Sententia de Immaculatæ Conceptionis quæstione secundùm B. Augustini mentem; in qua ostenditur B. Augustinum nihil unquam in illa quæstione expresè determinasse, quamvis *Immaculatæ Conceptioni* videatur favisse; ex ejus tamen doctrina certò colligi posse, si nunc viveret, eum pro Immaculata Conceptione diffinitivam sententiam fuisse laturum. Impress. Antuerpiæ 1619. in 4.

FLO-

FLORENTIUS le Febure, Ordinis Minorum Flander, sub R. P. Francisco Rousselo defendit in Comitijs Provincialibus Valencenis die 20. Aprilis 1659. *præservationem Virginis à peccato originali*, ut latiùs dicitur, verb. Franciscus Rousselus. Fuerunt impress. Valencenis, eodem anno in charta expansa.

FLORENTIUS ab Hanswyck, Mechlinienſis Ordinis Minorum Belga, in 2. tomo Cornucopiæ Concionatorum agit latè *de Immaculata Conceptione*; ut videre est in indice, verb. MARIÆ Conceptio Immaculata. Item, in indice concionatorio, adducit tres Sermones *pro festo Virgineæ Conceptionis*, in quibus latè probat eius immunitatem à peccato originali. Lib. impress. Antuerpiæ 1646. in folio.

Item, tomo 3. à folio 1. sub hoc titulo: Quòd sacratissima Virgo sit speculum sine macula in Conceptione, enarratio 14. Aliquæ adducuntur rationes, quibus convincitur *Virginem esse conceptam absque peccato originali*, agit per plura folia prolixè satis, & passim in eodem libro; ut videre est in indice, verb. Conceptio Virginis. Lib. impress. Lovanij 1655. in folio magno.

FLORIANUS Trefferus, Benedictempuranus Cœnobita, in libro declarationum Theologicarum, *de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Orationem unam, quæ est in ordine vigesima prima, eruditam satis, & habet pagin. 12. Lib. impres. apud Gasparem Datz 1543. in 8.

Item, in Declamationibus 33. Theologicis, de præcipuis tum Ecclesiæ Catholicæ ferijs, tum Religionis Christianæ capitibus, folio 225. *de Immaculata Virginis Conceptione* Orationem unam, usque ad folium 338. Impress. Coloniæ 1561. in 8. Et oratione 18. affirmat, quòd fuit Virgo MARIA pura, & ab omni omninò traducis *macula semper immunis*, &c. Vide alia ibi.

FIRMINUS Capitis, Ordinis Minorum Doctor Parisiensis, in Expositione in Exodum à principio Primogenitorum Ægypti, &c in calce libri habet *in die Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ, & dignissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei* Concionem unam. Lib. impress. Parisijs 1579. in 8. fol. 161.

Item, in Expositione in Genesim, ab Adami noxa ad natum Isaac usque, aliquot Homilijs partita ac Concionibus, in die *Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ* Homiliam; à fol. 119. usque 122. & incipit: Ego Mater pulchræ, &c. Lib. impress. Parisijs 1570. in 8.

FOELICIANA Henriquez de Guzman, fœmina Hispana, edidit Cantionem sub hoc titulo: *Ala purissima Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra, &c.* Et extat cum informatione D. Francisci de Leon Garavito.

FOELICIANUS Capitonus Narniensis, ex instituto Fratrum Servorum & Archiepiscopus Ascinionensis, in libro intitulato: Explicationes Catholicæ locorum ferè omnium veteris ac novi Testamenti, quibus ad stabiliendas hæresesnostra tempestate abutuntur Hæretici, parte 2. explicat. 62. ad illa verba: Vocatus est autem Jesus, & Discipuli eius ad nuptias, Joan. 2. fol. 263. inquit: Verùm, quoniam pia, celebrisque in tota Ecclesia retenta est opinio, *MARIAM Virginem ab omni labe peccati fuisse immunem propter privilegium, quod sibi à Christo Filio eius tributum est*; idcirco potiùs Chrysostomum, & sibi consentientes Auctores audaciâ peccasse, quàm Beatam MARIAM fateri peccatricem, necesse est, &c. Liber editus in lucem per Fr. Gaudiosum Floridum, Penisinum Servitam. Item, quòd *Virgo MARIA nullo modo peccare poterat* Sommarium unum ibidem. Lib. impress. Venetijs 1578. in folio, & etiam in 8. in tribus tomis, & Coloniæ 1581. in 8.

FOELIX Antonius Bregnanius Italus, in libro de vita Christi & MARIÆ, fol. 11. coron. 1. *de B. MARIÆ Immaculata Conceptione* Coronam integram. Lib. impress. Neapoli 1628. Vide etiam fol. 19.

FOELIX de Arteaga, Poëta Hispanus, in Cantione de Assumptione Virginis MARIÆ, folio 16. à tergo, sic de Deipara loquitur:

Morisse, empero no reconvenida
De execucion fatal, que soberano
Premio fue en ti, lo que al mayor amigo
Rastros de Adam infaman por castigo.
Libre de deudas, &c.

Impress. Matriti 1641. in 8. Hunc existimo fuisse Hortensium Paravissinum, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis.

FOELIX Astolphus, Canonicus S. Salvatoris, in historia universali de Imaginibus miraculosissimæ Dei Matris, quæ venerantur in toto mundo, *ca Confraternitatem Conceptionis B. Virginis MARIÆ* existentem in Conventu Neapolitan. Montis Calvarij Fratrum Minorum, libro 13. ad finem, folio 706. ad an. 1589. ait: Hebbe quivi principio à 4. de Marzo, la grand Confraternità *del la Concettione* fundata nella Chiesia di Monte Calvarii de Frati Minori: Trovandovisi dunque Guardiano Frat. Elia da Nola pensò d'indurvi tale Confraternità cò privilegi de San Lorenzo in Damaso di Roma, & ne procuro & hebbe la gratia: Publicarono tali indulgenze, è gratia diversi Patri di quest' Ordine, è piu efficacemente impresse tale devotione l' eloquentissimo Panigarola, ch' all hora predicava Nella famosa Nuntiata di Napoli: Gran cosa: Comenciatesi à publicar l'Indulgenza dici nove Marzo si trovarono scritti in Monte Calvario sette milla persone, à ventisei, dieci milla, à ventisette diciotto milla, &c. à l'ultimo venti due milla. Queste è gran lode della pieta tua, ô Napoli. Non fini il corso di tanta devotione, che sene scrissero fino à quarante tre milla como si vede ne libri del luogo; è no bastando si dilato, quasi in un tratto per tutto il Regno di sorte che da ogni luogo d'esso, ó venivano, ô mandavano le genti à scriversi nella detta Confraternità, il numero della qual' hoggi è arrivata all' infinito. Visi aggiunse anco à tali progressi il benedetto luogo dela Concettione, dove si recevono fanciulle povere che gia vi devon esser in buon numero, & alcune nobilissime, di maniera che se un padre, ô una madre havesse delle figlivole femine pur assai senza modo di sostentarle, non potrebbe dir di non sapere ove appoggiarle havendovi si Santo, è commodo luogo; equivi quelle fanciulle oltre al servigio di Dio, si fano attendere alle virtu, &c.

FOELIX Centinus Asculanus, Ordinis Minorum Italus & S. R. E. Cardinalis, cùm esset Maceratensis Episcopus, ad Altare *Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Societatem Stellarij fundavit, ab Urbano VIII. Pontifice Maximo indulgentijs honoratum; legesque pro eadem Societate condidit, editas Maceratæ 1639. Vide Purpur. Marian. fol. 138.

FOELIX Maleollus, in libro de Emptione, & ven-

venditione, post medium, folio 149. litt. B. affirmat, quòd jam suo tempore *de Conceptione Virginis per mille annos, & ultra fuisset disputatum*, &c. quidquid Hæreticus dicat. Ita Joann. Henricus Hottingerus, in libro: Historia Orientalis, quæ ex variis Orientalium monumentis collecta est, agit fol. 92. Lib. impress. Tiguri, anno 1651. in 4.

FOELIX Perettus de Montalto, S.R.E. Cardinalis Sancti Hieronymi, Ordinis Minorum, Xistus Papa V. postea vocatus, ante suam ad Pontificatum assumptionem, scripsit Sermones linguâ Italicâ *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Daza, in Tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 45. & postea ad summum dignitatis Pontificiæ apicem assumptus, plures pro hoc mysterio & festivitate Bullas concessit; ut videre est in nostro Indiculo Bullarij Seraph.

FOELIX Reyneccius Marchyco, Brandeburgensis Germanus, Ordinis Minorum, de institutione festivitatis *Immaculatæ Conceptionis*, ac Decretis Summorum Pontificum circa eamdem festivitatem, in 2. parte, sive: Bias Franciscanus, à folio 207. usque 214. Lib. impress. Oeneponti 1650. in 12. Item, ibidem de disputatione habita Parisijs, anno 1304. circa controversiam: *An scilicet Beata Virgo concepta fuerit sine peccato originali, semperque Immaculata fuerit?* quæ habita fuit ex Apostolico præcepto, præsentibusque Apostolicis Legatis, & Doctore Subtili Scoto, &c. Vide ibi fol. 100. Item, ibidem agit de controversia exorta ann. 1477. in partibus Lombardiæ, & Civitatibus Ferrarien si & Brixiensi, circa *eamdem Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem*. Hanc excitavit Vincentius Bandellus de Castronovo cum suis Libellis; de quibus latè agimus in Sole Veritatis. Item, de controversia, & scandalo exorto in oppido Deppe, anno 1497. per Joannem Verum, circa *immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*, qui postea Universitate præcipiente, palinodiam decantavit, folio 112. Hæc fuit illa controversia, quam refert Henricus Spondanus & alij, pro qua die 17. Septembris, apud Sanctum Maturinum congregati sunt octoginta duo Doctores Parisienses, ut Verum damnarent, & novum ederent Decretum. Extat apud nos revocatio. Vide Solem Veritatis.

Item, in relatione Provinciæ Tirolis, inquit: Circa an. 1578. filius præfati Imperatoris Archidux Austriæ Ferdinandus, iuxta Templum hoc ædificavit Sacellum pulcherrimum, in honorem *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* extructo Altari, in quo insigne Deiparæ ex solido argento simulacrum visitur. Circumstant illud variæ figuræ itidem argenteæ, hoc mysterium adumbrantes, &c. Item, refert quoddam miraculum de hoc *Immaculatæ Conceptionis Sacello*, sic: Quando fornex istius Sacelli construebatur, ac isti operi concamerato plura ponderosissima instrumenta substabant, supra quæ quatuordecim, ac subtus quatuor viri laborabant; quidam faber lignarius œstro, & astu dæmonis invidentis tantum honoris Deiparæ, peritus, solvit trabale lignum, quo tanta illa machina continebatur: unde ex fragore orto, omnimodam ruinam huiusmodi gravissimæ machinæ non obscurè omnes iudicabant; operariosque illos præsentaneo mortis periculo expositos conspiciebant; attamen neutrum horum factum est, sed beneficio Dei (proculdubiò Deipara intercedente) omnes sani & salvi evasêre, atque incœptum opus fœliciter ad finem usque perductum fuit. Item, quòd in hoc Sacello *Immaculatæ Conceptionis*, Ferdinandus Archidux sepultus fuit in monumento magnificentissimè ac regiè ornato. Item, in arbore Provinciæ Tirolis, affirmat quòd in prædicta Provincia sunt *Immaculatæ Conceptionis* Capellæ tres, Altaria verò quatuor. Extat relatio hæc optimis characteribus manuscripta in Archivo Matritensi.

FORTUNATUS Seccachi Fanensis, Ordinis S. Augustini, & sacri Palatij Sacrista, habuit Concionem in festivitate Conceptionis B. Virginis, super Evangelium: Liber generationis Jesu Christi, Matthæi 1. in qua tractatur de *Conceptione Immaculata* prædictæ Virginis, à folio 48. usque 62. Italicè. Impress. Romæ 1636. dicata Summo Pontifici Urbano VIII. & approbata à Magistro sacri Palatij Nicolao Ricciardo.

FORTUNATUS de Virail, Ordinis Minorum Gallus, edidit Librum sub hoc titulo: L'amour de tous les siecles envers l'*Immaculée Conception de la Mere de Dieu*, ou l'alliance de deux mysteres du tres-sainct & adorable Sacrement de l'Autel & de l'*Immaculée Conception*, è prouvée parfaictement. Lib. impress. Parisijs 1655. in 4. regali.

FRANCISCA Bolognesis, Panormitana fœmina Itala, in libro cuius titulus est.: Mensa ornata & fioritta, &c. à folio 9. usque 59. agit de præservatione Virginis Mariæ, sub hoc titulo: *Meditationi della purissima Concettione della Beata Virgine, divisse in otto giornate della sua ottava*. Lib. impr. Neapoli 1629. in 8.

FRANCISCA de Jesu Maria, Fundatrix Monasterij Sanctæ Mariæ Gratiarum de Farnese, & sanctissimæ Conceptionis de Albano, & de Roma, &c. in Cantico de Assumptione Virginis Mariæ vocat ipsam *omni gratiâ plenam, absque ullo defectu ab utero matris suæ, &c.* Lib. impress. 1654. in 8. fol. 38.

FRANCISCA Laraga, Monialis..... Hispana, edidit Glossam *circa immunitatem Virginis gloriosæ à peccato originali*; ut videre est apud Sanct. Zapata, folio 133.

FRANCISCA Romana Sancta, ac Congregationis Oblatarum B. Virginis, seu Monialium Turris speculorum Fundatrix, propè Conventum Aracœlitanum Romæ, &c. eandem Beatissimam Virginem Mariam audivit asserentem: Nulli pœnitus mortalium sibi persuadendum esse, *omnis prorsus culpæ in hoc ærumnissimo exilio se immunem esse posse; quippè id tantùm Deiparæ Virginis peculiare fuerat indultum, &c.* Ita Hippolyt. Marrac. in Fundatoribus Marian. cap. 28. folio 261. ex quodam manuscrip. antiquo. Tamaius de Salazar, fol. 267.

FRANCISCA Vacchina è Viterbio, Ordinis Prædicatorum, huic mysterio erat devota, & de præparatione facienda *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, & quid recitandum in ipsa die in honorem Sanctissimæ Trinitatis agit Hipp. Marrac. in Lilijs Marian. fol. 118. & 126. ex Roberto de Robertis, in eius vita. Impress. 1613.

FRANCISCHINUS Vicedominus Ferrariensis, Ordinis Minorum Italus, in libro Homiliarum, *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Homiliam unam, super illa verba: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, fol. 14. Impress. Venetijs 1591. in 4. & 1626. & est expressus pro pia sententia, licèt sermonem adducat solùm sub titulo Conceptionis Virginis.

FRANCISCUS, Abulensis Episcopus Hispa-

nus, Beatissimam Virginem MARIAM *nunquam actualiter subiacuisse peccato*, defensione, devotione ac iuramento firmavit. Vide Marrac. in Antist. Marian. fol. 587. & nostrum Armament.

FRANCISCUS Acosta, Societatis Jesu Lusitanus, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Tractatum unum, de quo Hippol. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1615. Pistoia, fol. 157. Sed in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, nullum inveni Scriptorem Francisci cum Acosta, nec à Costa: fortè fuit prætermissus à Patre Alegambe, & sic fides sit apud Auctores.

FRANCISCUS Aguado, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Del Christiano sabio; titulo 2. cap. 6. numero 7. folio 83. vocat Beatam Virginem MARIAM *Speculum sine macula*, &c. Lib. impress. 1653. in fol.

Item, in libro de Mysterijs Fidei, sub hoc titulo: *de Mysterio purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Tractatum, à folio 122. Lib. impress. Matriti 1646. in folio.

Item, in libro de Summo Sacramento Fidei, & Thesauro nominis Christiani, tit. 3. capite 5. folio 256. Quòd Virgo Maria fuit purissimum manna, cui connaturalis fuit *puritas* & Virginitas, quasi propria substantia, &c. Lib. impress. Matriti, an. 1640. in fol.

FRANCISCUS de Aguirre, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit sic: *Sanctissimæ, undequaque incontaminatæ Virgini MARIÆ Deiparæ, absque ulla peccati contagione conceptæ* Trophæum. Lib. impress. Hispali 1616. in 4.

FRANCISCUS Albertinus Catanzarienſis, Societatis Jesu Italus, in Corollarijs seu Quæstionibus Theologicis, præcipuè in 1. & 3. part. S. Thomæ, &c. corollario 1. & 5. Principio Philosophico, quæst. 2. fol. 321. columna 1. numero 1. explicans illud Joannis, capite 3. inquit: Et probatur primò ex Scripturis, multis in locis, præcipuè 1. Joannis capite 3. Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c. Tertiò ex Tridentino, sessione 6. canon. 23. *excipit tamen B. Virginem*, quam dicit habuisse privilegium. Quartò probatur ex Augustino, de Natura & Gratia, capite 34. & affert eundem locum apud Joannem, ubi etiam excipit *Beatam Virginem ab originalis peccati contractione*. Lib. impress. Lugduni 1610. in fol.

Item, in libro de Angelo Custode, capite 4. fol. 25. *Quòd Virgo & Dei Mater MARIA peculiari privilegio, ab omnis peccati maculâ præservata*, & universis sculpta virtutibus extitit. Lib. impress. Coloniæ 1613. in 12. regali, & Neapoli Italicè 1612. in 8.

FRANCISCUS Alcocer, Ordinis Minorum Hispanus, de modo recitandi officium & ceremonias faciendi *in die Immaculatæ Conceptionis* in nostro Ordine, in suo Ceremoniali. Lib. impress. Salmanticæ 1566. in 8.

FRANCISCUS de Aldana, Poëta Hispanus, tomo 2. suorum operum, Poëmate de Partu Virginis, folio 9. inquit:

Preservè en esta con mi omnipotencia
La fiera culpa, y fue debida empresa,
Dar toda perfeccion, toda excelencia
A la del Cielo impireo alta Princesa.

Lib. impress. Matriti 1593. in 8.

FRANCISCUS Alonso, Societatis Jesu Theologiæ Professor Compluti, Hispanus, die 2. Martii 1649. defendit sequentem Propositionem: A primæ mævo omnes inficiente contagio, *una excluditur Virgo, quæ neq; illud, neq; ejusdem debitum traxit a Adamo; sed fœlicissimo liberata remedio, ante illam nupavit salus, quàm peccati periculum subiret.* Impress. Compluti, eodem anno.

FRANCISCUS Alvarez, Ordinis Minorum Hispanus, cum alijs Patribus scripsit Epistolam ad Paulum V. Pontificem Maximum *pro definitione mysterij Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est apud Dazam, cap. 25. fol. 189.

FRANCISCUS Alvarez à Perea, Poëta Hispanus, in Cantione de Virgine Maria, inquit:

Esta de cuerpo y alma revestida,
Cuerpo donde jamas entrò el pecado
Ni se obligo a la deuda de su padre.

Extat impress. in libro: Sacrarium Toletanum folio 15.

FRANCISCUS Alvarez à Toledo, Comes de Oropesa, intra mœnia ejusdem oppidi Conventum *Conceptionis Deiparæ Virginis* nuncupatum, quem pia Hersina Mencia à Toledo Carriani Comitis legitima filia ædificare incœperat, adhuc imperfectum proprijs suis sumptibus perficiendum curavit. Gonzaga in Histor. Seraph. & Provincia Castellæ. Marrac. in Princip. Marian.

FRANCISCUS de Ameyugo, Ordinis Minorum Hispanus, Sermone de sancto Bernardo, sapissimè *nominat Virginem MARIAM semper purem, &c.* Impress. Vallisoleti 1649. in 4.

Item, fecit Sermonem Burgis in Hospitali Immaculatæ *Conceptionis Virginis MARIÆ* in die festo eiusdem; ubi probat hoc mysterium esse quasi articulum Fidei, quem nobiles Equites Burgenses, qui ejusdem Conceptionis Immaculatæ quotannis festum celebrant cum solemni octava, typis mandarunt, Burgis 1658. in 4.

FRANCISCUS Amicus, Societatis Jesu Consentinus, tomo 6. de Augustissimo Incarnationis mysterio, disputatione 16. de Christi merito, sect. 9. numero 269. *Quod Virgo MARIA fuit formaliter redempta à Christo Domino, ex meritis eius prævisis.* Duaci 1650. in fol. Et tom. 3. dist. 25. sect. 4. agit *de Conceptione Virginis MARIÆ, &c.*

FRANCISCUS Amolaz Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: *Deiparæ triumphus ab originali* in quo de ejus præservatione. Impress. Barchinonæ 1655. in 4. cum aliquibus Poëmatibus Hispanicis ad finem, hoc concernentibus mysterium.

FRANCISCUS Andreas Valentinus, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Scolijs ad Ordinis sui Ceremoniale, non semel docuit *V. MARIAM fuisse conceptam sine peccato originali*, ut refert Sylvester de Saavedra, libro de sacra Deipara, disput. 16. sect. 14. numero 658. fol. 350.

FRANCISCUS de San Angel, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Compendium gratiarum Ordinis Montis Carmeli, & folio 26. agit de Indulgentijs concessis à Sixto IV. *pro die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Matriti 1598. in 8.

FRANCISCUS ab Angelis, Ordinis Minorum Minister Generalis Hispanus, fecit ac ordinavit Constitutiones pro omnibus Monialibus Religiosis Toletanis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Petrus de Salazar in Chronicon, lib. 8. cap. 6. fol. 479.

Item, eodem agente ac sollicitante, Marina de

Ca-

Cardenas, fœmina nobilissima, suis opibus in Urbe Romana ad radices Montis Capitolini Monasterium *Conceptionis*, anno 1525. erexit, ac cum aliis decem mulieribus ejusdem Ordinis habitum assumpsit. Sic Balduinus Junius, parte 4. ad ann. 1484. fol. 773. Gonzaga, parte 1. Historiæ Seraphicæ. Vidimus Monasterium.

FRANCISCUS ab Angelis, Ordinis Minorum alter Hispanus, scripsit Considerationes in *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in tenuis ejus præservationem à peccato adstruit.* Lib. impress. Matriti 1643. in 4.

FRANCISCUS Antonius Glianes Brundusinus, Archidiaconus Monopolitanus; de Excommunicatione contra quoscumque tam Concionatores, quàm alios cujusvis statûs, gradûs, ordinis & conditionis, qui quomodolibet affirmare præsumunt hæresim esse aut peccatum mortale, credere aut tenere *beatam Virginem in sua Conceptione à peccati originalis macula fuisse, vel non fuisse præservatam, vel esse peccatum celebrare Conceptionis officium, Concionesve eorum, qui Immaculatam eam prædicant, audire, aut libros super eisdem assertionibus editos legere, tenere, ac habere ut veros*: & reservatur Papæ, ut in Extravagante 2. Grave nimis, & quòd hæc Excommunicatio fuit confirmata & innovata contra omnes Ecclesiasticos, Sæculares, & Regulares cujusvis Ordinis, conditionis, & dignitatis, qui in quibuscumque locis & actionibus publicis, in quibus scandalum super his oriri possit, præsumunt asserere *Beatam Virginem conceptam fuisse in peccato originali*, vel in dictis actibus impugnare alteram opinionem; & quòd in colloquijs privatis seu scriptis, nemo audeat asserere *Conceptionem cum peccato*, neque de hac opinione affirmativa agere sine speciali indulto Sedis Apostolicæ; Dominicani tamen possunt inter se dumtaxat, & non inter alios, neque cum alijs, de materia ejusdem Conceptionis differere; neque quòd in festo Conceptionis utantur alio nomine, &c. in libro: Summæ Censurarum & Irregularitatum. Impress. Romæ 1640. in 12.

FRANCISCUS Antonius de Ysasi & Guzman, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac Collega in Collegio purissimæ Conceptionis Complutensis, scripsit Sermonem sub tali inscriptione: Oracion Evangelica, Declamacion sacra *à la limpia immunidad de MARIA Santissima, al original privilegio de su pureza en el primer instante de su Concepcion en gracia*; en la grande, & sumptuosa octava, que celebrò convocandolas sagradas Religiones para mas decorosa pompa, el gravissimo, y Religiosissimo Convento de nuestro Padre San Francisco de la Universidad de Alcala, este año de 1654. Impress. ibidem 1655. in 4.

FRANCISCUS Antonius, Societatis Jesu Hispanus, in Indice super Salutationem Angelicam Catechismi Reverendissimi Patris Edmundi Augerij à se recognito, ait: Quòd *Beata Virgo MARIA sola sine peccato fuit inter omnes Sanctos*, &c. Impress. Matriti, anno 1592. in fol.

FRANCISCUS Antonius, Archiepiscopus Sancti Severini, in Concilio Provinciali approbato à sacra Congregatione, præstitit modum concionandi Prædicatoribus in die *Conceptionis Beatissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ*. Item, in Kalendario festorum præcepit observari festum *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut refertur in libro impress. Romæ, anno 1597. fol. 19.

FRANCISCUS Antonius Plundus à Sancto Severino, Ordinis Minorum Italus, in Opere de Censuris & Irregularitate, disput. 7. art. 8. numero 4. fol. 353. ait: Quòd liceat divina officia solemniter celebrare *in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* cum sua octava, ex concessione Leonis X. &c. Alia vide ibidem. Lib. impress. anno 1636. in 4.

FRANCISCUS de Arando & Mazuelo Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: En el juramento, que hizo de defender *la purissima, è Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, el Cabildo de la Santa Iglesia Cathedral de Salamanca, Viernes, que se contaron 15. del mes de Agosto, dia de la Assumpcion de nuestra Señora, que es la vocacion de la misma Santa Iglesia. Impress. Matriti 1653. in 4.

FRANCISCUS Arias, Societatis Jesu Hispanus, in lib. de Imitatione B. Virginis, cap. 1. fol. 3. ait: *Quòd B. Virgo incurrisset peccatum originale, nisi singulari beneficio, suavissima Dei ope ab omnibus præservata esset.* Lib. impress. Coloniæ, anno 1613. & Antuerpiæ 1605. in 16.

Item, in libro dicto: Profectus spiritualis, cap. 23. de Charitate Virginis quantùm ad actum principalem, qui est amor Dei, folio 399. dicit: Quòd quando *Virgo fuit concepta, sicut fuit plena gratia*, sic etiam charitate; & quòd hæc gratia fuit data Virgini *in Conceptione*, & postea semper crevit, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1593. in 4. & in eodem libro habet Tractatum de Rosario & ejus mysterijs. Et cap. 1. fol. 237. Quòd *MARIA fuit præservata à peccato Adæ*. Impress. Vallisoleti, anno 1588. in 4.

FRANCISCUS Arnoux, Canonicus in Ecclesia Cathedrali de Rietz in Gallia, in lib. dicto: L'échelle de Paradis, &c. c. 115. adducit officium speciale, seu Horas *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, & modum eas recitandi; ubi *de ejus præservatione.* Impress. Rothomagi 1634. in 12.

FRANCISCUS Assisias S. Ordinis Minorum Pater, & Patriarcha inclytus, in salutatione ad Virginem Mariam, inquit: Ave Domina Sancta, Regina Sanctissima, Dei Genitrix Maria, quæ es perpetua Virgo, electa à Sanctissimo Patre de cœlo, quam conservavit cum Sanctissimo Filio & dilecto, ac Spiritu Sancto Paraclito, *in qua est, & fuit omnis plenitudo gratiæ*, & omne bonum; in tomo 1. suorum Opusculorum, folio 105. Lib. impress. Antuerpiæ 1623. in 4. Ex qua auctoritate infert Waddingus, adnot. 3. quòd Virgini non defuit gratia & justitia originalis in ipso Conceptu, &c. Vide alia ibi. Item, in Oratione 2. inquit: *Non est tibi similis nata in mundo in mulieribus*, Filia & ancilla Altissimi Regis cœlestis, &c. Nascitur homo in muliere, quando concipitur; nascitur verò ex muliere, quando exit de utero. Cùm ergo dicat Sanctus ac Seraphicus Pater meus: Non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, de ejus Conceptione loquitur, non Nativitate. Item, quia si per illud nata, intelligeretur Nativitas ex utero; si alias non fuisset præservata à peccato originali, sed sanctificata ab eo, posset dicere aliquis, quòd habuit similes Joannem Baptistam & Hieremiam. Tandem; quia Maria fuit nata ut Filia & ancilla, & prius ut Filia Dei, quàm ut ancilla.

cilla. De hoc multa possent dici, quæ brevitatis causâ omittuntur.

FRANCISCUS de Avila, Canonicus Bellomontanus Hispanus, in libro: Figuræ Bibliorum veteris Testamenti, à folio 75. de Virginis MARIÆ præstantia, inquit: Eò quòd Virgo virtutum suavissimum odorem latè sparserit, *& sola inter mortales peccati cariem non senserit*, &c. Hinc pura concipiens enixa est, pura post partum permanens, universa contagione carnis procul semota, &c. Vide ibi alia plura pro immunitate Virginis MARIÆ. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1574. in 8.

Item; in libro Concionum Quadragesimalium, Sermone de Incarnatione, inquit: Quæ sanctior, quæ purior, quæ candidior, quæ Deo similior, cùm illa ad id ab æterno fuerit electa? Unde cùm dicitur, quòd Sapientia ædificavit sibi domum, hac dicendi phrasi explicatur quidquid decoris, pulchritudinis, candoris, majestatis, gloriæ, non humana, sed angelica concipi potest mente; *nam si potentia sine sapientia illam ædificasset, errare forsan potuisset; & si sine potentia, sapientia; deficeret quidquam: sed est sapientia omnipotens, & omnipotentia sapiens; omnibus igitur numeris absoluta illa est*, &c. Lib. impress. Compluti 1589. in 8.

FRANCISCUS de Avila Hispanus, & Episcopus Giennensis, in libro: De la veneracion que se deve à los cuerpos de los Santos, y à sus reliquias, y de la singular con que se ha de adorar el cuerpo de Christo nuestro Señor en el Santissimo Sacramento, &c. lib. 4. c. 4. f. 396. inquit: *Tuvo la Virgen Santissima entre las de mas gracias, los principales effetos de la justicia original.* Impress. Matriti. 1611. in fol.

FRANCISCUS Barberinus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Vicecancellarius, ac Protector Ordinis Minorum; in Constitutionibus Farfen. & Sancti Salvatoris Abbatiæ Beatæ MARIÆ, præcepit & apposuit *festum Conceptionis Virginis MARIÆ* observandum ex devotione, in Dicecesi illa. Lib. impress. 1628. in 8.

Item, quotannis celebrari facit festum *Immaculatæ Conceptionis*, ubi ipsemet assistit divinis Officijs, concioni, ac processioni, facientibus Confratribus Archiconfraternitatis Stellarij Immaculatæ Conceptionis, cuius est Protector; ut videre est in codicibus manuscript. existentibus apud Sanctum Laurentium in Damaso; quibus omnibus functionibus interfui, anno 1653. & 1654.

FRANCISCUS Baronius ac Manfredis, in libro de Majestate Panormitana, fol. 161. agit de Cœnobio Monialium *illibato Deiparæ Virginis Conceptioni sacro, &c.* Lib. impress. 1630. in fol.

FRANCISCUS Bermudez de Pedraza, in lib. de Antiquitate & excellentijs Granatensis civitatis; cap. 17. fol. 118. *de Monasterio Conceptionis Dominæ nostræ* sub tertia Regula S. Francisci, fundato à Juliana de S. Francisco Romana, &c. Lib. impress. Matriti 1608. in 4.

FRANCISCUS Bernardus de Eraso, Canonicus & Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impress. apud Sanct. Zapata, lib. de Concept. à fol. 170.

FRANCISCUS Bertucius à Meneo, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Italus, scripsit *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Tractatum unum; ut refert Hippolytus Marrac. in Bibliot. folio 400. & in Catalogo, anno 1629.

FRANCISCUS Bivarius, Cisterciensis Hispanus, edidit Testimonia gravia & antiqua *pro pia sententia Conceptione Beatissimæ V. MARIÆ*, seu historica admirabilem de Fundatione Ordinis Conceptionis purissimæ Matris Dei, Librum unum. Impress. Vallisoleti 1618. in 4.

Item: Sancti Patres vindicati à vulgari sententia quæ illis in controversia *de Immaculata Virginis Conceptione* imputari solet, Libros duos. Lugduni 16.. in 8. ubi plura scitu digna detexit. Et idem: Sancti Anselmi Opuscula varia *pro Immaculata Virginis Conceptione*, in libro: SS. PP. vindicati ad finem.

Item, de festo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Hispanijs celebrato à tempore Apostolorum, Commentarium unum ad Flavium Dextrum ann. 308. folio 361. Lib. impress. Lugduni 16.. in folio.

Item, in Marci Maximi Episcopi Cæsaraugustani Chronicon, in additionibus, folio 52. ad.. Hymnum, in quo de *Immaculata Virginis Conceptione* Lib. impress. Matriti 1651. in folio.

Item, edidit singularem Tractatum seu Libr.. sub hoc titulo: Marial, y imagen *de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, con los epitetos de Ma.. en varios discursos; con graves testimonios de.. sagradas, y prophanas letras, aplicados à todas.. festividades de la Reyna del cielo; & in altera pa.. gina sic inquit: Los epitetos deste primer tom.. son los que tratan de luz. Primero: *Espejo sin mancha*. Segundo: Aurora, que se levanta. Tercero: Hermosa como la Luna. Quarto: Escogida como.. Sol. Quinto: Estrella del Mar. Hunc vidi manu.. in folio apud R. P. Magistrum Thomam Gonzalez, Ordinis Cistercienſis Matriti & utinam lucem videat.

FRANCISCUS Blancus, Ordinis Minorum.. Hispanus ac Martyr, divulgavit ac prædicavit.. Regno Japonen. mysterium *Immaculatæ Conceptionis Dei Genetricis MARIÆ*. Ita refert Daza, in Tractatu de Conceptione, cap. 6. folio 44.

FRANCISCUS Blancus, Ordinis Minorum.. Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata V. Conceptione*; & de hoc mysterio etiam agit in alijs Concionibus, ut refert idem Antonius Daza, c. 6. fol. 9.. Existimo hunc distinctum fuisse à præcedenti; sed cùm neutrum viderim, fides sit apud Auctorem.

FRANCISCUS Blancus, Archiepiscopus Compostellanus, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, folio 10. ad finem, ad diem 8. Decembr. de diebus festivis: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1578. in 4.

Item, in Constitutionibus Synodalibus Eccles.. Malacensis, de observatione festorum, ad diem 8.. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ*, &c. Lib. im.. press. Granatæ 1573. in 4.

FRANCISCUS Blasco de Lanuza, Monachus.. Benedictinus, Abbas Sancti Joannis de la Pe.. Hispanus, in libro de Patrocinio Angelorú, ca.. 28. par. 3. folio 871. inquit: Muy rezia contienda.. estoy mirando, que se empieça con la Muger y.. Serpiente; fuerte combate es el que veo dispu.. to; ò que destreza es necessaria en tan prolixa.. escaramuza? Ya miro en campo à los dos exercitos, yà estàn en punto de dar batalla; cadaqual mira.. por donde embestir; veo à la sagaz muger muy a.. tenta à la cabeça de la serpiente, con intentos de.. quebrantarsela; pero con cautela, *de que pisando, no la muerda, ni la inficione*, &c. Impress. in S. Joannc de la Peña, apud Joannem Nogues 1652. in folio.

Item

Item: Quòd Beata Virgo MARIA fuerit *absque peccato originali concepta, & quòd Angeli celebraverunt festum Conceptionis ipsius*, in libro de Angelo Custode, par. 1. cap. 49. Impress. Cæsaraugustæ 1639. in 4.

FRANCISCUS de Blovyn, Advocatus Parlamenti Burdegalensis Gallus, in libro: La defence de la verité Catholique, folio 147. *Quòd B. Virgo fuit exempta ab omni peccato*; & adducit auctoritatem S. Augustini: Excepta itaque Sancta Virgine, &c. Lib. impress. Burdegallæ 1614. in 16.

FRANCISCUS Boil, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Episcopus Alguerensis, in libro: Schola discursuum prædicabilium, disposita per Doctorem Dominum Franciscum Ignatium de Porres, habet Sermonem *de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, declamatum in voto seu juramento Regni Hispaniarum, facto in Monasterio Franciscano Conceptionis, anno 1644. Impress. Compluti anno 1645. in 4.

Item, in libro: Camara Angelical de nuestra Señora del Puche, &c. in Litanijs, folio 89. inquit: *A peccato Adæ sola præservata: Per Immaculatam Conceptionem tuam*, &c. Lib. impress. Valentiæ, anno 1631. in 4.

Item, in sermone de Præsentatione Virginis, fol. 8. inquit: Del socorro de MARIA, se deve entender sin violencia, *no solo del que ella recibiò de la gracia en su Concepcion pura, antes de contraher la culpa*, à diferencia de los demas hijos de Adan, &c. Vide alia ibi. Impress. Matriti 1649. in 4.

FRANCISCUS Bolviti, Clericus Regularis Neapolitanus, edidit in lucem Librum à Reverendissimo Patre Antonio Caracciolo elaboratum, de sacris Ecclesiæ Neapolitanæ monumentis, in quo de tutela *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, circa Ecclesiam Neapolitanam; ut videre est in libro impresso Neapoli 1645. in fol. cap. 1.

FRANCISCUS Bonæ-Spei, Ordinis Carmelitarum, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii die 29. Aprilis, anno 1656. Thesi 18. hæc inquit: *Attamen Dei Virginem Matrem esse sine originali conceptam, non solum ab omnibus defendendum putamus: sed ipsam ne vel remotum illius contrahendi habuisse debitum probabiliter valde defendimus.* Impress. ibidem in 4.

Item, in Thesibus habitis Lovanii die 5. Maii 1659. hæc habet: *Attamen Dei Virginem Matrem esse sine originali conceptam, traditione à S. P. N. Elia ..... Ordinis Decreto ab anno 1306. Carmelitæ defendimus. Defendit D. Thomas, licèt opera ejus ubiq; corrupta supponantur, imò ipsam ab originalis contrahendi debito fuisse Angelis remotiorem putamus.* Impress. ibidem in 4.

Item, in sua Theologia Scholastica, tom. 4. tract. 2. disp. 12. de Peccato originali, dub. 5. fol. 219. sub hoc titulo: *Vtrum D. Virgo sit in peccato originali concepta*: ubi firmiter & constantissimè habet resolutionem pro Immaculata Virginis Conceptione. Ibi etiam adducit Appendicem contra P. Thomam Leonardi, Ordinis Prædicatorum. Et fol. 224. transcribit ad litteram Bullam Alexandri VII. simulque habet pulchram reflexionem supra Bullam. Item, Dubium 6. est sub hoc titulo: *An D. Virgo aliquod originalis contrahendi debitum habuerit?* & positis fundamentis utriusque sententiæ, sic resolvit quæstionem: *Dico in D. Virgine nullum fuisse debitum, etiam remotum, in Adamo peccatum originale contrahendi, imo non plusquam in Angelis, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1662. in fol.

Item, tomo 2. de Incarnatione Verbi, tract. 3. dubio 2. disp. 1. fol. 173. circa Decreta & ordinem divinorum Decretorum, num. 76. affirmat *Virginem MARIAM fuisse præservatam per gratiam antecedentem omne debitum & originale prævisum; & consequenter redemptam redemptione præservativa, non formali, &c.* Vide ibi plura. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1662. in fol.

FRANCISCUS Bordonius, Ordinis Minorum, & tertij Ordinis Generalis Italus, scripsit pro titulo *Immaculatæ, debito Conceptioni Beatæ MARIÆ semper Virginis*, manuscriptum Opus insigne, quod extat apud nos in fol. Utinam videat lucem, nam plura continet scitu digna.

FRANCISCUS à Borgia, Gandiæ Dux & Marchio de Lombay, Societatis Jesu B. Hispanus, in præcipuis ac maximè necessarijs Divi Thomæ Aquinatis materijs, in Litaniarum rationem redactis, in 3. parte Litaniæ Incarnationis & Annuntiationis, modo & ordine Conceptionis Christi, ac ejus infantiæ, ex quæstione 47. articulo 1. fol. 28. inquit: *Tu qui MARIAM elegisti totam pulchram, & maculam non habentem*, miserere nobis, &c. Lib. impress. Valentiæ 1550. in 8.

Item, in quadam imagine pro ejus honore depicta, extat in altari ipsa Virgo MARIA *mysterium suæ Immaculatæ Conceptionis repræsentans*, &c. Impress. Romæ in folio.

FRANCISCUS de Borgia, Ordinis Minorum Hispanus, & Commissarius Peruanus, in Conclusionibus habitis, anno 1645. Toleti cum pulcherrima imagine *Immaculatæ Conceptionis*, & aliis scitu dignissimis, hanc præcipuam habuit Thesem: *Vtrum pia de immunitate Virginis Deiparæ ab originali sententia sit proximè diffinibilis?* Extant impress. in charta expansa, anno ut supra.

FRANCISCUS de Bovadilla, Episcopus Coriæ, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, titulo de Ferijs, folio 23. *Festum Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ.* Lib. impress. Salmanticæ 1572. in folio.

FRANCISCUS Bourgeois, Licentiatus Theologus, socius Navarrus, sub M. Petro Guichard, Doctore Theologo, die 20. Octobris, anno 1657. in Regia Navarra pro expectativa sustinuit: *Quòd Virgo MARIA vitæ duxit immaculatas, animaq; ejus fuit ita Deo chara, ut eam ab originali sorde, quæ derivatur in omnes, à primo instanti suæ Conceptionis illibatam servaverit, &c.* In charta expansa.

FRANCISCUS Bourgineus Parisinus, Congregationis Oratorij Jesu Christi Præpositus Generalis, in libro: Veritates & subtiles excellentiæ Verbi Incarnati Jesu Christi Domini nostri, in argumenta Medit. totius anni positæ, & in quatuor classes distributæ; medit. 9. folio 32. pro festo Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ, inquit: *Quòd Virgo MARIA fuit in Conceptione sua præservata ab originali peccato, vel quoad debitum contrahendi, vel quoad actum*, &c. Et medit. 4. fol. 14. *Quòd fuit prædestinata, ut eius Filius Christus Dominus.* Hoc enim necessariam connexionem habet cum præservatione. Et medit. 6. *Quòd Deus à principio Conceptionis suæ ipsam ab omni peccato præservavit*, &c. Denique in parte 2. seu classe Meditationum, medit. 6. folio 169. Quòd Virgo MARIA fuit purissima, inviolata, intemerata, atque *ab omni labe remotissima.* Vide ibi usque ad fol. 173. Lib. impress. Antuerpiæ 1629. in 8.

FRANCISCUS de Brixia, sive cognomento dictus Sampson, Ordinis Minorum Generalis Minister, in disp. coram Sixto IV. Sum. Pontifice habita, magna ingenij dexteritate & eruditionis ubertate, pro pia propugnavit sententia & contrarjorum argumenta dissolvit; in qua à Pontifice, veri Sampsonis cognomen meruit obtinere: *& pia de immunitate Deiparæ opinio, egregia illa Extravagante:* Cùm præexcella, in qua officium *de Immaculata Conceptione laudatur* & approbatur, extra dubitationem posita fuit. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 2. fol. 366. Armament. in Regest. col. 546. & alios.

FRANCISCUS Broquetes, Doctor Hispanus, scripsit Sermonem concionatum die 8. Apr. 1619. in festo Annuntiationis in Collegio Barchinonen. Societatis Jesu *de Immaculata Conceptione MARIÆ sanctissimæ Dominæ nostræ.* Impress. Barchinonę 1619. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Cabrera Morales, Doctor Hispanus, in libro de Ecclesijs Urbis, &c. de Ecclesia S. Mariæ del Populo, folio 24. de indulgentia *in solemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. anno 1600. in 8.

FRANCISCUS Cachupin, Societatis Jesu Hispanus, in lib. vitæ Venerabilis P. Ludovici à Ponte, Vallisoletani eiusdem Societ. lib. 1. cap. 2. folio 11. refert duo miracula, quæ contigerunt circa defensionem sententiæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1652. in 4.

FRANCISCUS de la Calancha, Doctor & Poëta Hispanus, in Poëmate ad librum Hippolyti de Olivares, scripsit *pro illibata Virginis MARIÆ Conceptione.* Lib. impress. Limæ 1631. in 4. Si iste fuerit distinctus necne ab altero Patre Calancha, Hispano Ordinis Sancti Augustini, mihi incognitum est.

FRANCISCUS Campos, Ordinis Minorum Hispanus, in Compendio sive Indice moralium conceptuum, *pro Immaculata Virginis Conceptione* Indicem extractum ex operibus R. P. Philippi Diez, verb. Maria, à fol. 154. usque 158. Salmanticæ 1588. in 4. & Venetijs 1597. in 4.

FRANCISCUS de Canisvilla, Ordinis Minorum Flander, in libro: Fax Seraphica, seu Francisci Seraphici ad Evangelicam perfectionem praxis optima, in Epistola ad Franciscum Fenten Juris utriusque Licentiatum, & Cathedralis Ecclesiæ S. Martini Canonicum, sic inquit: Tu cum Francisco prærogativarum illius præco candidissimus: Tu cum communi Theologorum Schola, *Immaculatum Deiparæ Conceptum* firmiter tenes, atque cum Ecclesia festivè veneraris, &c. Item infra, flamma 6. fol. 55. sub hoc titulo: Franciscus de Matre Domini sublimiter sensit adeò, quòd stat *pro omnimoda puritate illius, etiam in Conceptu, &c.* probat S. P. N. Franciscum adstruisse puritatem Virginis. Lib. impress. Ipris 1645. in 24.

FRANCISCUS Canophilus Sagrensis, Ordinis Minorum Italus, in suo Sermonario Concionum, edidit Sermonem unum *de Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione*, ubi ipsam à peccato originali fuisse immunem adstruit. Item, ibidem adducit alterum Sermonem *de immunitate B. Virginis Dei Matris MARIÆ.* Vide ibi.

Item, elaboravit alteram Concionem satis egregiam *de necessitate adventûs Virginis* Dei Matris [illegible] mundum, atque etiam de ejus sanctissimo nomine Mariæ, ubi etiam tangit mysterium de ejus pu[illegible] rissima Conceptione.

Item, denique adducit alteram Concionem [illegible] *plenitudine omnium gratiarum Virginis*, & inhabi[illegible] tione Christi, &c. quæ omnia sunt expressa, [illegible] concernunt directè ejus immunitatem à pecca[illegible] Lib. est impress. Venetiis 1551. in 8.

FRANCISCUS Carnicer, Eques Calarita[illegible] Sardus, edidit votum publicum & iuramento [illegible] in favorem *purissimæ Conceptionis* à civitate Cala[illegible] tana factum, an. 1632. Martij 7. Lib. impress. Ca[illegible] rij 1632. in 4.

FRANCISCUS Carolus, in libro dicto: Ma[illegible] riægraphia, seu de laudibus Mariæ V. Dialog[illegible] ad finem dicit: Sunt qui existimant nullum [illegible] privilegium Mariæ fuisse concessum, quàm qu[illegible] Christi Mater fieret; falluntur hi quidem, ut [illegible] persuadeo: nam hoc maximo aliud etiam [illegible] habetur, quòd videlicet *sine peccatis inter [illegible] ipsa viveret, &c.* Lib. impress. absque anno & [illegible] impressionis in 4. Scimus, quòd originale con[illegible] hitur in vita, & sic ponimus hunc non ut exp[illegible] sum, sed ut demus istius Auctoris notitiam.

FRANCISCUS Carrier, Ordinis Minor[illegible] Germanus, in libro: Fidei Catholicæ, singulari[illegible] dogmata, &c. quæst. 8. fol. 208. *de Immaculata Co[illegible] ceptione B. Virginis MARIÆ*, latè. Lib. impress. Lug[illegible] duni 1657. in fol.

FRANCISCUS Carthagena, Doctor Hisp[illegible] nus, in libro de Prædestinatione & reproba[illegible] Angelorum & hominum, in Præfatione, disc[illegible] 6. fol. 4. in 3. signo, ubi agit de prædestinatio[illegible] Christi Domini, inquit: Quòd autem dixit, in pa[illegible] culari nullam personam fuisse decretam à D[illegible] pro illo signo, tanquam membrum illius tri[illegible] phantis congregationis & collegii, sic intelligen[illegible] dum est, *ut Beatam & Immaculatam Virginem Ma[illegible] RIAM Dei Genitricem excipiamus*, quæ piè & ratio[illegible] nabiliter credi potest in hoc signo debere co[illegible] cari, tum propter eximiam ejus sanctitatem, tu[illegible] etiam, quia cùm Christus ex muliere nasciturus [illegible] esset, conveniens fuit post Christum Mariæ Ma[illegible] tri ipsius habere proximè mansionem in intellec[illegible] tu divino, & æterna eius prædordinatione. Mariam [illegible] ergo Deus prædordinare potuit, vel prædordinavit [illegible] simul totam seriem progenitorum eius, vel etiam [illegible] sine ulla prædordinatione causarum in particulari, [illegible] &c. Prosequitur, & in 7. signo ponit prævisionem [illegible] primi parentis, ex quibus patet, quòd Virgo [illegible] Maria fuit prædestinata ante prævisionem peccati Adæ. Lib. impress. Romæ 1587. in 8.

FRANCISCUS Castaña, Ordinis Carmelitarum, in libro: Flores Carmeli, discurs. 1. *de puritate Conceptionis Virginis MARIÆ*, à fol. 1. usque 42. Lib. impress. Bruxellis 1620. in 8.

FRANCISCUS de Castañeda, Ordinis Sancti Augustini, in libro Sermonum, *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Tractatum, à folio 141. usque 166. Lib. impress. Matriti 1614. in 4.

FRANCISCUS de Castelvi, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Salmanticensis Academiæ Gymnasio publicè Assertiones B. Virgini dicatas sustinuit, quibus hęc quasi prima, prącipua, ac totalis Conclusio fuit, scilicet: *Quòd V. MARIA, Filia Dei Patris, Mater Dei Filij, atque Sponsa Spiritus Sancti, virtute [illegible]*

plum Sanctissimæ Trinitatis, in gratia fuerit concepta, atque etiam in gloria, &c. Quam assertionem Doctores contrariæ opinionis impedire conati sunt; sed irritus planè eorum conatus evasit. Vide Joan. Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA Immaculatè concepta, differt. 2. adnot. 3. fol. 251.

Item, edidit Sermonem sub hoc titulo: Sermon *del admirable, y recondito mysterio de la Concepcion de Nuestra Señora, y digna Madre de Dios, concebida como arca de gracia*, y trono de la Divinidad, como reparadora de la amistad de Dios, y Reyna de la gloria, &c. Lib. impress. Compluti 1659. in 4.

FRANCISCUS de Castilla, Hispanus Poëta, scripsit ligata oratione singularem Tractatum *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato in sua Conceptione*, in libro dicto: Theorica virtutum spiritualium, fol. 69. Impress. Cæsaraugustæ 1511. in 4. incipit: De su limpia Concepcion, &c.

FRANCISCUS del Castillo, Poëta Hispanus, in libro: De nuestra Señora de los Remedios, multa dicit pro Immaculata Virginis Conceptione, præcipuè cant. 7. ubi folio 86. inquit:

Y al tiempo de ir à dar de Adan el fruto
El siempre agricultor diestro ortelano
Mudando en gracia su fatal conduto
El mesmo la preserva por su mano, &c.

Item, folio 172. agit de eodem mysterio, ac festivitate Conceptionis, sub hoc titulo: Sabado à 9. de Diciembre, *la pura Concepcion de N. Señora*, con que se cumplio el año de mi promesa, Romanze. Lib. impress. Matriti 1619. in 8.

FRANCISCUS del Castillo Velasco, Ordinis Minorum Hispanus, de Incarnatione Verbi divini, *& præservatione Virginis MARIÆ ab originali*, Tomum unum, ubi in 4. disput. Comprehendit totam materiam à folio 457. usque ad 551. Lib. impressi. Antuerpiæ 1641. in fol.

FRANCISCUS Cattanus de Diacceto, Episcopus Fesulanus Italus, in libro: Vitta dell' immacolata, è gloriosissima sempre Vergine Santa Maria Madre de Dio, &c. in Sermone de Nativit. Virginis, part. 2. passim vocat Virginem MARIAM *Immaculatam, puram ac purissimam*, quæ antiqui serpentis caput contrivit; sed præcipuè fol. 16. inquit: *Fù lontana dalla putrefattione di peccati: Quærentur peccatum illius, & non invenietur*, &c. Item, in eodem lib. in Sermone seu cap. 5. de Annuntiatione, fol. 39. ad illud: Ave Maria, inquit: *Ave che tanto importa, quanto senza guay, como ella mancava de guay, è maledittione*, à cui son sottoposti tuti peccatori, iquali raggionevolmente son maledetti per multi imperfettioni loro, è especialmente per gli peccati mortali che egli giornalmente commettono. Lontana *da quelli guay, & maledittioni fù sempre purissima Vergine, se como anco essenta da tali colpe*, &c. Vide ibi alia quamplura. Lib. impress. Florentiæ, anno 1570. in 4.

FRANCISCUS Cauwe, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus Capitularibus Provinciæ S. Joseph in Flandria, defendit *Virginis Immaculatam Conceptionem, & ejus præservationem à peccato originali*, die 5. Maij 1656. ut latiùs dicitur verb. Alexius de Lannoy, ejus Præs. Impress. Ipris, anno 1656. in 4.

FRANCISCUS de Caceres, Ordinis Minorum Hispanus, in Summario gratiarum & indulgentiarum Confraternitatis Chordigerorum S. P. N. Francisci, ad diem 8. Decemb. de Indulgentijs concessis *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Compluti 1585. in 8.

FRANCISCUS Cheli Florentinus, in lib. Primavera di sacri Fiori, è fruti, fol. 27. vocat animam Virginis MARIÆ *puram ac pulchram*; & fol. 252. ad diem 8. Decembris, de Indulgentijs quæ sunt Romæ in die Conceptionis & per octavam. Lib. impress. Viterbij 1628. in 12.

FRANCISCUS Cebrinus de Torres, Poëta Hispanus, in Carmine pro libro Hippolyti de Olivares: *De Conceptione Virginis MARIÆ absq; culpa originali, &c.* Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

FRANCISCUS Cetena, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Hispanus, sustinuit in Conclusionibus *præservationem Virginis MARIÆ à peccato originali*. Ita Simancas, folio 5.

FRANCISCUS à Christo, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Doctor, ac Cathedraticus Conimbricensis, in Commentarijs in lib. 3. Sententiarum, de Verbo incarnato, Fide, Spe & Charitate, ac donis Spiritus Sancti, distinct. 3. quæst. 1. quærit: *Utrum B. Virgo fuerit in matris utero sanctificata?* Conclusio 1. est: B. Virgo fuit in matris utero sanctificata. Conclusio 2. B. Virgo non fuit sanctificata ante animationem. Conclusio 3. B. Virgo non fuit sanctificata post animationem. Conclusio 4. *B. Virgo fuit sanctificata in ipso animationis instanti, ita ut eodem instanti fuerit concepta & sancta.* Conclusio 5. *Virgo Beata originale peccatum minimè contraxit, fuitque divinitus exempta à communi lege mortalium ex Adamo concupiscibiliter & sensualiter propagatorum, &c.* Quæ omnia tractat latissimè, & respondet argumentis Adversariorum, à fol. 30. usq; 35. Item, quæst. 2. *Utrum B. Virgini in ipsa eius sanctificatione fuerit tributa gratiæ plenitudo?* ad quam respondet affirmativè, & solvit argumenta pro parte adversaria. Impress. Conimbricæ, an. 1586. in fol.

Item, in Prælectionibus sive enarrationibus admirabilis Divini Verbi Incarnati, lib. 6. de sacræ Virginis puritate, quæst. 1. Utrum Virgo Dei Verbi Mater fuerit ab omni labe peccati divinitus præservata? fol. 182. à tergo, ponit sequentes Conclusiones. Prima igitur Conclusio indubitata, omniumque, non modò Theologorum, verùm etiam Christianæ fidei & pietatis cultorum consensu comprobata, est huiusmodi: *Virgo Beata nulla unquam actualis peccati labe est infecta, &c.* quam probat latissimè. Secunda Conclusio: *Virgo MARIA in matris utero est sanctificata, &c.* Tertia Conclusio: *B. Virgo non fuit sanctificata ante animationem.* Quarta Conclusio: *Virgo Beata sic est à Deo sanctificata, ut vi hujus sanctificationis sit plenitudinem gratiæ consecuta.* Quinta Conclusio: *Beatissima Virgo MARIA non solum non peccavit unquam, sed neque peccare etiam potuit.* Quas Conclusiones format, & probat aliquibus propositionibus, videlicet, quòd in priori Virginis sanctificatione, ea scilicet, quæ Filij Dei Incarnationem antecessit, mansit in Virgine fomes secundùm essentiam; ita tamen ligatus & impeditus per gratiam sanctificantem, ut neque ad malum ipsam impelleret, neque ab honesto & bono retardaret; & quòd immunitas à peccato in Virgine ante Conceptionem Verbi, ortum habuit ex fomitis religatione ac præpeditione. Item, quòd post Filij conceptum, fomes est ipsi Virgini ademptus omninò, hoc est, quoad essentiam. Sexta Conclusio: *Virgo Beata originalis peccati labem minimè contraxit, licèt potuerit contrahere*; quam Conclusionem probat eruditè

tè sanè, à fol. 187. usque 193. Lib. impress. Conimbricæ 1564. in fol.

FRANCISCUS de Ciudad Rodrigo, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: *De la Concepcion de nuestra Señora*, predicado el primer dia de la octava, que los excelentissimos Señores Duques del Infantado celebran en su Convento de la Piedad de la Ciudad de Guadalaxara. Ubiplura de præservatione eiusdem à peccato originali, &c. Impress. Compluti 1651. in 4.

FRANCISCUS de Cleyn, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii die 7. Julii, anno 1648. Thesi 31. de Verbi Divini Incarnatione, sic inquit: *Virgo etsi ab originali macula immunis, verè tamen & propriè fuit redempta.* Impress. ibidem in 4. Item, in Thesibus de Theologia habitis die 13 & 14. Julii 1649. Thesi 33. hæc habet: Decreta est Verbi Divini Incarnatio post prævisum Adæ peccatum; *ante hoc B. Virgo. Cum his non pugnat ejusdem Virginis per Christi merita immunitas*, etiam à debito peccati originalis. Impress. Lovanii in 4. Item, in Theologia habita die 23. Julij 1652. Thesi 15. de Peccato originali, hæc posuit: Hoc non obstante tamen, *& ab illo fuit, & ab illius debito esse potuit immunis ex Filij meritis sanctissima ejus Mater.* Impress. Lovanii in 4. Et idem defendit die 1. Julii 1654. & die 12. Julii 1656. & die 26. Julii 1650. & 1651. Item, in Theologia habita Lovanii die 17. Julii 1647. Thesi 15. hæc habet: *Sola Virgo inter puros homines originalis culpæ expers*, in Adamo tamen peccavit. Impress. ibidem in 4.

FRANCISCUS Colin, Societatis Jesu Hispanus, in libro vitæ & doctrinæ Patris Alphonsi Rodriguez, ejusdem Societ. lib. 2. cap. 19. sub hoc titulo: Conclusion de la obra, en que se pone el oficio *de la purissima Concepcion de la Virgen nuestra Señora*, dela manera que le rezava el Venerable Hermano; y se haze un breve discurso acerca dèl. Et infra ponit ad litteram officium *de Conceptione Immaculata B. Virginis MARIÆ*, ut habetur in Horis quibusdam valdè antiquis, à Paulo V. approbatum: quæ omnia extant à folio 212. usque 220. Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

FRANCISCUS Collius, Collegij Ambrosiani Doctor, lib. 4. de Sanguine Christi, cap. 2. folio 594. sic inquit: Quid Deipara Virgo, quæ sinu, gremioque sanctissimi Servatoris nostri corpus fovit, nulla in, ut piè, religioseque communis Patrum ac fidelium vox attestatur, *sensit deficientis ac marcescentis naturæ labem.... MARIÆ putredinem aliquam non verentur adscribere?* Profectò si extinctam Matris suæ naturam sic moderatus est Deus, ut nulla alienis corporibus virtus infesta, Matri suæ aliquod inferret detrimentum; quis importunè corruptionis impetus ad sacros usque Salvatoris artus penetrare potuit? Lib. impress. Mediolani 1617. in 4. Nota, hîc 4. verba prætermissa esse, quæ incuriâ manuensis inintelligibilia erant.

FRANCISCUS Combefis, Ordinis Prædicatorum natione Gallus, in SS. Patrum Amphilogio; in Orationem in Deiparæ Natalem Andreæ Cretensis, in notis num. 7. ad illa verba: Ijsque, quæ de tota conspersione nihil inquinamenti senserunt, in panem formantur, &c. folio 338. inquit: Porrò primitiæ illæ, quas de tota conspersione ex nostris his primitiis & MARIA, in panes formatas ait non inquinatas, CHRISTUS JESUS sunt, panis ille viatorum in ejus utero factus, quem solùm Scripturæ phrasi, aliis quoque Patribus receptissima, ab omni peccati contagio eximit. Utrum autem etiam MARIA, quanquam privilegio, fuerit exempta, debito tantùm peccati originalis contracto, ut [illegible] multi opinantur; quamdiu Mater Ecclesia non definit, nec ego definio; sed per omnia Sixti IV. Pii V. Urbani VIII. ac ipsius Tridentini Christiânâ modestiâ decreta suspicio. Quid autem Græci celebrent 9. Decembris, sub nomine Conceptionis Sanctæ Annæ, Canon Andreæ in eam festivitatem edirus, nec non Sinaxarium, ac nostræ in ea re tæ clarè docebunt. Item, folio 365. ad Canonem Conceptione S. Annæ, sic inquit: Ubique Andreas MARIÆ studiosissimus, &c. Conceptio S. Annæ. Sic passim Græci in divinis officiis accipiendo τὸ σύλληψις activè, quod nostri ferè accipiunt passivè, ut celebrent MARIÆ primam editionem, plane mirabilem illam, velut de sterili ac oraculo, ejus quæ Christum esset editura, seu grande beneficium, ut planè est grande, collatum cœlitus Adæ totique adeò humano generi velut in ea quæ prole, consecratis ipsius redemptionis primordiis. Ut nil sibi aliud in eo festo celebrandum affingat Ecclesia Græca, ac nec Latina hactenus celebrandum præcipiat, quamdiu severissimè in eos animadvertit Sixti IV. Pii V. aliorumque Pontificum Constitutionibus, qui alterutram partem erroris insimulant. Quam utinam Patrum modestiam imitati plures sobriè magis saptuissent nec diras illas Pontificias, seu magis scandala, quibus tollendis diris ejusmodi opus fuit, provocassent. Malim certè cum pia Matre interim ignorare, seu in ejus corde occultam privilegii illius doctrinam vel affirmantem, vel negantem humili devotione suscipere, quàm audaciùs aliquid temerè arroganti alienis partibus definire. Est hoc festum longè Græcis antiquius, quàm Latinis; siquidem eo jam olim celebri præsentem Canonem edidit Andreas ille Hierosolymita Cretensis Archiepiscopus, longè Anselmo antiquior, in cujus tempora rebrunt festi illius in Occidente exordia; ut & Bernardus, qui ipse nonnihil Anselmo junior fuit, seu in re nova ac necdum Ecclesiarum Matrem Romana Ecclesia probante, à Lugdun. præsumpti, graviter offenderit: nihil molestiùs laturus, si quidem legitima auctoritate, & sufficienti cautione factum fuisset arbitratus. Afferent multam lucem, quas habemus in festum hoc MARIÆ studiosissimi Georgii Nicomediensis luculentissimas tres Orationes, cum alia εἰς τὰ εἰσόδια, & solemnem illam ejusdem in templum seu triumpho inductionem, quam nostri dicunt Præsentationem, &c. Lib. impress. Parisiis 1644. in folio.

Item, in Additionibus, sive in novo Auctario ad Bibliothecam veterum Patrum Græco-Latino, tomo 2. in notis ad Orationem Georgii Nicomediensis, cujus titulus est: In Oraculum Conceptionis S. MARIÆ, colum. 1223. Ipse titulus clarè admodum declarat argumentum diei adeò festæ Græcis, cùm ad eos Georgius oraret, ac postmodum Latinis, apud quos ea solemnitas tardiùs inducta est. Celebrabant ergo Græci, ac etiam nunc celebrant, titulo Conceptionis vel S. Annæ, ut sæpiùs loquuntur, & sacri eorum libri inscriptum habent; vel Sanctæ MARIÆ, ac Deiparæ, ut est hujus Orationis titulo, quam scripsi ex antiquissatis membranaceo Regio codice; miraculosam,

2c

ac ex oraculo primam MARIÆ Nativitatem; nec præterea aliud quidquam, quod etiam ex Andreæ Cretensis, Germani Const. Damasceni, &c. Orationibus in Nativitatem MARIÆ, & quibus utrumq; ejus ortum perstringunt, palam est. Putem ego uti cœpta est secunda MARIÆ Nativitas, ac ex utero, festis coli honoribus ad instar ac exemplo olim celebris diei Natalis Sancti Joannis Baptistæ ac Præcursoris, cùm necdum Augustini tempore ea MARIÆ festivitas ageretur saltem in Occidente aut Africa, ut liquet ex ejus Serm. 20. de Sanctis: ita & primam ejusdem Nativitatem, ac in utero, quam vulgò Conceptionem vocant, primò celebratam esse ad instar ac exemplo pridem celebris Græcæ pariter ac Latinæ Ecclesiæ tabulis, Conceptionis ac primæ Nativitatis ejusdem S. Joannis: ut ne quid minùs Domini Mater à servo ac Præcursore habere videretur. Nimirum illustriori utroque Joannis ortu, quòd divinis ipsis proditus haberetur oraculis, quàm MARIÆ, cujus ortûs historia obscuriori traditione in posteros derivata esset, nec aliis libris consignata haberetur, quàm hagiographis seu potius apocryphis. Ut ergo in Joanne primus ortus divino miraculo ac oraculo, Christi in carne ortui prævius, ejusque index justè meruit, seu singulare Dei in homines beneficium, ac quædam instaurationis humanæ inchoatio, festâ per annum memoriâ ab Ecclesia recoli; sic certè, ac justiori titulo potuit primi MARIÆ ortûs dies annua consecrari, quo Mater majori quàm Præcursor necessitudine habet ad Filium. Latinos moneri oportuit cœlitus, ut MARIÆ utero conceptæ diem celebrem haberent, monente ipsa Deipara Abbatem quendam Beccensem Anselmi successorem, cujus potissimè adnixu festivitas hæc in Anglia primùm, tuncq; Lugduni percrebuit, Bernardo reprobante, revelationemq; ejusmodi minoris æstimante, quàm ut eâ debuerit gravissima Ecclesia Lugdunensis in eam novitatem induci. Habet Franc. Bibarius in suis vindiciis, cùm historiam illam, tum antiquum diei illius officium, in quibus id ipsum videas, nec planè aliud, quàm quod sanxit Pius V. ut nimirum festis gaudijs recolatur MARIÆ concepta dies, Nativitatis ejusdem officio, sola nominum permutatione, ei accommodato: quæ una utriusque Ecclesiæ sancta conspiratio est; totumque aliud de præservatione ab originali aut emundatione ab illo, in certantium opinionibus est, in quibus majori sæpe calore desudatur, quàm fructu; ut Græcos hac parte, quò sobrios magis, eò nobis sapientiores pro mea ipse insipientia habeam. Lib. impress. Parisiis 1648. in folio. Saltem hic non est contra Conceptionem. Vide Petrũ de Valdeclausa.

FRANCISCUS de Contamina, Ordinis Minorum Hispanus, in quodam rescripto fatetur *mysterium purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. à R. P. F. Thoma Frances de Urrutigoyti, parte 1. in principio. Cæsaraugustæ 1653. in 4.

FRANCISCUS de Corigliano, Ordinis Minorum Italus, *de purissima Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Horam secundam, latè à fol. 53. usque 79. in libro dicto: Horologium spirituale. Impress. Romæ 1625.

Item, in libro Exercitiorum spiritualium, & Novus modus pro salutanda Virgine MARIA, seu Meditationes de felicitate Matris Dei, fol. 24. ad illud: Ave MARIA, gratiâ plena, numero 1. de Anima MARIÆ, & sua felicitate: *Quòd ab instanti Conceptionis fuit anima Virginis MARIÆ plena omni gratiâ*, &c. Impress. Italicè Venetijs 1621. in 12. cum alio Horologio Passionis Christi.

FRANCISCUS de Coris, Eques Mediolanensis Italus, dum febri ethica corriperetur, & cum quodam Regulari aliter sentiente *de Immaculato Virginis Conceptu*, haberet altercando sermonem, dixit ægrotus Regulari: Rogo Deum, ut faciat judicium inter me & te; moxque ægrotus sanus factus est, & Regularis statim febri ethica laboravit, &c. Ita Christoph. de Vega, in Theologia Mariana, Palest. 3. cert. 16. Guerrerus, & alij.

FRANCISCUS del Corral, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Sermone de S. Anna, in salutatione, inquit: En Ana campo fertil, que encerrò el tesoro de nuestro remedio, y con èl dio las mejoras de los dos tiempos al Mundo, *pues concibiò, que es lo antiguo; pero pariò vna Hija sin mancha de pecado, que es lo moderno*; efecto solo de Ana, &c. Vide alia plura de ejus Immaculata Conceptione in eodem sermone, §. 4. Matriti 1641. in 4.

FRANCISCUS Corteſius de Montefalco, Ordinis Minorum Italus: *Quòd Sanctissima Virgo MARIA habuit gratiam æquivalentem justitiæ originali*; imò majoris valoris, per quam fuit *liberata à peccato originali*, lect. 4. super illud: Dominus tecum.

Item: *Quòd Virgo MARIA fuit exempta ac libera à peccato originali*, lect. 2. super illud: Ave MARIA, latissimè, folio 44. in libro dicto: Giglio Angelico, espoſto con alti ſenſi in ſette lettioni, nei ſette Sabati di Quaresima, &c. Impr. Venetijs 1618. in 4.

FRANCISCUS Costerus, Societatis Jesu, in libro Meditationum de universali historia Dominicæ Passionis, medit. 6. de Salutatione Angelica, de vita & laudibus Deiparæ MARIÆ Virginis, medit. 1. *De Conceptione B. Virginis*, ubi ejus immunitatem à peccato originali adstruit, à fol. 49. usque 55. & in alijs impressionibus, folio 92. Impress. Venetijs 1588. in 12. Matriti 1591. in 16. & in Litania, folio 249. inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam*, &c.

Item, in libro de Laudibus Deiparæ MARIÆ Virginis, Meditationes quinquaginta, folio 13. medit. 1. *de Conceptione Beatæ Virginis, & de his quæ Conceptionem præcesserunt*, ubi apprimè defendit ejus præservationem à peccato originali usque ad fol. 19. Coloniæ Agrippinæ 1610. in 12. & Gallicè Parisijs 1613.

Item, in Mirothecio, id est, Conclavi devotarum precum ac meditationum totius anni, Belgico idiomate edito, Interprete verò P. Theodoro Petreio Carthusiano, fol. 179. *de festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Meditationem latam & devotam. Lib. impress. Moguntiæ 1621. in 16.

Item, in Virgine non fuisse passiones, quæ ex ventre originem trahunt; sed quòd à Deo instar primorum parentum Adami & Evæ procreata, habuerit omnes vitiorum inclinationes rectæ rationi subiectas, ita *quòd nec originalis, nec actualis peccati labe, sive mortiferum illud fuerit, sive non, unquam fuerit contaminata*; quod latè prosequitur in 3. parte, concione 3. fol. 342. impressionis Colonien. anni 1613. in 8. regali.

Item, in Enchiridione controversiarum, tractatu de Peccato originali, *excipit Virginem* ab illa universali regula: Omnes nascimur filij iræ.

Item, de Meditationibus in Hymnum Ave maris Stella, folio 32. vocat Virginem MARIAM *semper vacuam, ab omni peccato alienissimam, quæ nunquam ab ulla macula aut nævo vel leviter aspersa fuit, &c.* Lib. impress. Lugduni 1593. in 12. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Antuerpiæ 1589.

Item, in Expositione Epistolarum Sancti Pauli Flandricè, in Epistol. ad Romanos, capite 3. folio 490. *Quòd B. Virgo MARIA fuit immunis à peccato originali.* Idem adstruit infra in Epistol. ad Corinth. cap. 5. fol. 635. Lib. impress. Antuerpiæ 1614. in folio.

Item, in Apologia pro 1. parte sui Enchiridij contra Franciscum Gomaram Calvinistam, parte fol. 215. ad hanc Hæretici obiectionem: Objiciatur contra tertium de sancta Christi Conceptione articulum, non solùm Pontificios MARIÆ Virginis Conceptioni sanctitatem attribuere; sed eam quoque multò maiori sacrilegio à Romana Ecclesia peculiari festo obsignatam, &c. Respondit Costerus: Quid contra *sanctam Christi Conceptionem faciunt, qui eius Sanctissimam Matrem sine peccato conceptam esse arbitrantur?* An obest sanctæ Christi Nativitati, quòd Joannes Baptista in matris suæ utero Spiritu Sancto repletus sine peccato nascitur? Vides Antimariane, quòd Angelos omnes investigas, ut in Christi Matre invenias aliquid. Conceptam B. Virginem sine peccato, nemo Christianus fide credit, neque aliter sentientem damnat; opinatur tantùm sicut in liberis quæstionibus licet. Festum Conceptionis celebrant utrique, & nos *qui eam Immaculatam tuemur*, & qui aliam opinionem tenent; nos propter sanctam Conceptionem, illi propter sanctificationem statim à Conceptione. Neque Latina tantùm Ecclesia festũ ante quingentos annos aliquibus saltem in Provincijs, ut Angliæ & Galliæ, celebravit; sed Græci quoque, ut ex Balsamone patet, & Gregorio Nicomediensi Episcopo, qui de eadem solemnitate Sermonem habuit. Quale est hic sacrilegium, sacrilege & in Christi Matrem impie, &c. Impress. Lugduni 1604. in 12. & in Hispanico translato à Ludovico Ferrer ejusdem Societatis, à fol. 1. usque 48. Impress. Barchinone, anno 1608. in 8.

FRANCISCUS Crespi de Borja, Ordinis Prædicatorum Hispanus, & Episcopus Vicensis in Catalonia, scripsit ad Summum Pontificem litteram sequentem: Post humillima Beatorum pedum oscula, quæ hinc humi procumbens semel atque iterum libenter repeto, unum animo duxi vestræ Sanctitati proponere; quòd si optata complevero, non parum me fidelium inenarrabili devotioni, Virginisque cultui profecisse existimabo. Continuata & antiqua Summorum Pontificum erga *Beatæ Virginis Immaculatum Conceptum* pietas, assiduusque favor, cordibus fidelium insertam devotionem innatumque studium ad idem mysterium totis visceribus amplectendum venerandumque, mirum in modum crescere fecerunt, mirabiliter auxerunt. Omitto, Beatiss. Pater, ne tædiosè protrahatur calamus, Prædecessorum vestrorũ nunquam confracta series, quæ à temporibus Sixti IV. usq; ad hæc, tuo gubernio, felicissima tempora semper contexta est, quorum omnes quasi contentiosè & æmulante studio priorum suorum favorabilibus diplomatibus favores addidêre. Tandem Sanctitas vestra Antecessorum imbibens pietatem effudit affluenter gratiam, nodumque quo multi arctabantur dissolvit, dum titulum *Immaculatæ, Conceptionis MARIÆ decrevit* apponendum. Tanto nuntio Regis nostri Philippi IV. inenarrabilis affectus erga *Marianam Conceptionem* fortiùs exarsit, vehementer incanduit, totiusque hominis ad hoc unum fermandum applicuit animum, vires addixit ut immaculati ortûs veritas, Petri irrefragabili firmatur testimonio, Regiis litteris omnibus Regnorum suorum injunxit, Episcopis ut hoc à Sede Apostolica instanter efflagitarent. Facio, Sanctissime Pater, & libenter obsequor voto meo, Regiæq; ob temperans jussioni, enixèque oro Cellitudinem vestram, ut è thesauris fidei latentem veritatem veteranam, noviter & infallibiliter nobis & nostræ Ecclesiæ credendam proferat, amplectendam proponat. Clamat hoc unum totius Christianæ Religio, Romani Pontifices straverunt viam, paraverunt aditum, Sancti Patres fundamenta jecêre, Doctores Scholasticis suis firmant scriptis, Universitates jurejurando amplectuntur, Regnidenter exoptant, clamant populi, omnesq; uno bucca *Virginis animationem Immaculatam* buccam *purissimam* profitentur. Tandem, Beatissime Pater, Religio mea Dominicana (cujus institutio quadragesimus hic est annus meæ addictionis) quo verbo, calamo, studio indefessa profitetur, lacrymabunda irrequietaque sollicitudine firmum idem exorat. Adsit, adsit Sanctissime Pater, mens vestrum, adsit soliditatis Apostolicæ firmissima semper vincens sententia; audiant gentes favum tuo aureo bonum nuntium, firmetur tuis humeris *Immaculata Virginis Conceptio*, neque totus orbis profiteatur *Virginei ortûs servatorem, puritatis assertorem, Marianumq; propugnatorem.* Vivas in ævum pie citer Ecclesiæ columen, Petra fidei, orbis Pastor. Datum in hac vestra Ecclesia Vicensi, quinto Idus Julii 1616. Fr. Franciscus Episc. Vicens. Non quòd in principio sensus non cohæreat.

FRANCISCUS Crespo Benedictinus, Abbas Montis-Serrati, scripsit Librum, sub hoc titulo: Tribunal Thomisticum *de Immaculato Deiparæ Conceptu, candidum ius ore Angelico dicens, doctrinam Angelicam cum Virginis albescente origine pulchra pace reconcilians*, adhortat. pro ipsius causa inferens suas preces Regi Catholico, pro ejusdem dignitate, &c. Lib. impress. Barchinone 1647. in 4.

Item, scripsit Hispanicè: Memorial justo y piadoso à la S. C. Real Magestad del Rey nuestro Señor Phelipe el Grande, Quarto en el nombre, Primero en la Religion, y piedad; Capitan General en la Compañia universal de la Iglesia Militante de los exercitos siempre invencibles *de MARIA purissima concebida en el primer instante de su animacion, sin sombra de culpa*, en la mesma causa y defensa de su luciente origen, &c. Lib. impress. eodem in eodem.

FRANCISCUS Cronein, Theologus Ingolst. in libro dicto: Examen Theologicum [illegible] meritum Beatæ MARIÆ, quo sibi meruit maternitatem & privilegia, hanc habet quæstionem: *An Virgo meruerit etiam sibi de congruo exemptionem à debito peccati originalis?* à folio 79. usque 112. Lib. impress. Neapoli 1648. in 4.

FRANCISCUS à Cruce, Ordinis Prædicatorum Hispanus, & Episcopus S. Marthæ in Indiis, scripsit Opusculum, sub hoc titulo: *Pro puritate Conceptionis sacratissimæ Dei Genitricis MARIÆ Theologica demonstratio, &c.* Lib. impress. Limæ 1653. in 4.

in quo non solùm tuetur præservationem à peccato originali, sed etiam negat illi debitum.

FRANCISCUS à Cruce, sive de la Croix, Societatis Jesu Gallus, in Hortulo Mariano, sive: Praxis variè colendi B. Virginem MARIAM, folio 9. ait: *Quod prima gratia collata B. Virgini in ipso Conceptionis ejus instanti*, fuit maior & maxima, quam ullus hominum vel Angelorum unquam accepit, &c. Et folio 170. de Salutatione Angelica: Quòd per illud Ave, Deus Pater confirmavit Virginem MARIAM omnipotentiâ suâ, *ut esset immunis ab omni Evæ culpa, &c.* Et cap. 13. fol. 297. §. 1. Quòd puritas B. Virginis fuit talis, quòd nulla unquam *vel minima ullius peccati labecula ipsam defœdarit*. Lib. impr. Coloniæ Agrippinæ 1630. in 24. Et cap. 8. de festis B. Virginis, agit de festo & officio *Immaculatæ Conceptionis, &c.* Impress. Duaci, an. 1622. in 16. & in principio adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.

Item, in libro: Solsequium hortuli Mariani, c. 12. fol. 102. Idea puritatis Sanctissimæ Virginis, sic ait: *Quanta fuerit puritas B. Virginis, quam nulla unquam vel minima ullius peccati labecula defœdavit*, uno verbo satis exprimit Basilius, &c. Item, cap. 13. folio 112. *per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos gloriosa Virgo; quam Oratiunculam Doctor Avila, celeber in Hispania Concionator, plurimùm valere dicit contra impura phantasmata. Parisiis 1633. in 16.

FRANCISCUS Cuenca de Arjona, Poëta Hispanus, in Poëmate ad D. Philippum de Tassis, Episcopum Palentiæ, ita cecinit:

En su vega optima y ancha
Y del lobo esta asegura
La Concepcion limpia y pura
De una corder a sin mancha, &c.

Extat in libro Alphon. Ferriol in principio.

FRANCISCUS de Cuenca, Doctor ac Poëta Hispanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Dei Genitricis MARIÆ*. Impr. Baëzæ 1618. in 4.

FRANCISCUS Cueva de Sylva, Jurisconsultus Hispanus, edidit Librum seu Opusculum, sub hoc titulo: Informatio in jure divino atq; humano *pro purissima Conceptione supremæ Virginis Dominæ nostræ*. Lib. impress. Matriti 1625. in folio.

FRANCISCUS de C. V. M. Ordinis Minorum Flander, in lib. Cynosura salutis, sive Patrocinii B. V. Mariæ obtinendi praxes optimæ, ratione 8. fol. 211. Sic inquit: Gaude benedicta Maria, quia sicut *à væ labis omnis peccati anima tua immunis fuit*; sic & caro tua virginea sepulturæ tradita à væ communis corruptionis, &c. Item, ratione 14. fol. 284. in Corona gloriæ ex floseculis sacræ Scripturæ, &c. confecta: Inter omnes prælecta. *Sancta MARIA sine peccato concepta. Speculum sine macula. Lilium inter spinas, &c. Per Immaculatam Conceptionem tuam, &c.* Lib. impres. Ipris 1644. in 16.

FRANCISCUS Daix, Societatis Jesu, *ut festum Conceptionis B. Virginis* in templo Jesuitarum augustiùs coleretur, pro eo quadraginta horarum Indulgentias impetravit. Ita Joannes Nadasi in suis Annalibus Marianis, num. 1371. fol. 69.

FRANCISCUS Davenportus, vulgò à S. Clara, Ordinis Minorum Anglus, in libro: Stemma fidei, seu Tractatus de consilio universali, &c. Ad finem adducit Opusculum sub hoc titulo: De difficultate controversiæ *Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis*, &c. Lib. impress. Duaci 1651. in 4.

FRANCISCUS Delgado, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem *de Conceptione Immaculata Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*, & extat impr. cum alijs Granatæ, anno 1651. in 4. à fol. 324.

FRANCISCUS Delgado, Ordinis Prædicatorum, citatur pro sententia *præservationis Virginis à peccato originali*; ut videre est apud Pistoiam, Corona 2. cap. 5. fol. 125.

FRANCISCUS Didacus Aynsa & Iriarte Hispanus, in libro de Fundatione & excellentijs Civitatis Oscæ, libro 4. cap. 25. fol. 577. inquit: En el Convento de S. Francisco se celebra con solemnidad su fiesta, à la qual solia baxar el Cabildo y los demas Santos de la Orden, y los segundos Domingos del mes con procession del Cordon, y en especial *la fiesta de la Concepcion de la soberana Reyna de los Angeles*, la qual por especial privilegio, y concession mandaron guardar, so gravissimas penas, los Reyes de Aragon Don Martin, y su Hermano; cuya data es à 17. de Enero de 1398. como lo refiere Fray Francisco Gonzaga, y dize estar el privilegio en poder de un Notario de esta Ciudad, y no dize quien sea. A la celebracion de esta fiesta acudia tambien el Clero de la Catedral, y Parrochias en procession, y sequito con otras, el año de 1598. He hallado por memoria en el Archivo de este Convento, que el año de 1450. el Cabildo, y Ciudad votaron de no dar lugar à que se vendiessen carnes, ni algun genero de caza *la vigilia de la Concepcion, con lo qual fue Dios servido, que el dia de la Concepcion de aquel año cesso la pestilencia*, de la qual no muriò persona de alli adelante, &c. Lib. impress. Oscæ 1619. in fol.

FRANCISCUS Didacus de Sayas, Poëta Hispanus, scripsit *Glossam pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, & est cum aliis impress. in lib. de Concept. Sanct. Zapatæ, folio 134.

FRANCISCUS Escudero, Societatis Jesu Hispanus, in vita Sancti Juliani Episcopi Conchensis, cap. 4. folio 45. *Quòd Virgo MARIA purissima non visitat homines vitijs ac peccatis & immunditijs irretitos, &c.* Lib. impress. Conchæ 1595. in 8.

FRANCISCUS de Espinosa, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Hispali 1516. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. An Sermo iste fuerit diversus à Tractatu de Conceptione citato à Casanate, Leone, Marraccio, fol. 440. & alijs, scire non potui, nisi jam sit, quòd scripserit utrumque.

FRANCISCUS de la Faleure, Societatis Jesu Belga, habuit Concionem apud PP. Prædicatores Bruxellenses *de Immaculata Conceptione B. Virginis*, die 9. Decembris, anno 1658. contra quem scripserunt Patres Dominicani, ut dicitur in lib. Series eorum, quæ in suggestu dicta sunt à Concionatoribus, &c. quem vidi manusc. apud R. P. Philippum Lyntermans in Conventu Bruxellensi.

FRANCISCUS Fanestris, Ordinis Minorum Italus, dum aliquando attentiùs in Ecclesia orasset *in ipsa Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis solemnitate*, Immaculatam Virginem maximam ex se cœlestium odorum fragrantiam effundentem, è cœlo delabi cõspexit; *eamque in primo suæ Conceptionis articulo, ab omni prorsus originalis peccati labe Dei gratiâ immunem fuisse docetur*; cujus rei testimonium erat hæc suavissima odorum fragrantia. In tabula Emmanuelis à Wehrnrum impress. 1640. Vocatur Pacificus.

FRANCISCUS Farvacques, Ordinis Eremitarum sanct. Augustini sacræ Theologiæ Doctor & Professor, in Theologia magni Patris Augustini eo Præside habita, sustinuit hanc Conclusionem die 13. Maij 1658. *Diva Virgo non contraxit originale.* Lib. de Nat. & Grat. cap. 36. Impress. Lovanii eodem anno in 4.

FRANCISCUS Fassanus, Canonicus Regularis Italus, in libro de Reformatione Christiani, parte 1. lib. 2. ad illa verba: Germinet terra herbam virentem, cap. 19. Quomodò *MARIA Virgo in sua Conceptione fuit terra fœcunda*, &c. tractat latissimè per totum Caput de Præservatione Beatæ Virginis à peccato originali, ac ejus immunitate & prædestinatione; & quòd fuerit tota pulchra, & Immaculata, &c. à fol. 243. usque 250. Et libro 3. cap. 17. de Devotione erga Virginem Mariam, ac ejus protectione, folio 355. Quòd Virginis Sanctissimæ *Conceptio* ac Nativitas fuerunt montes in vertice montium, & quòd *Virgo MARIA fuit impeccabilis, & libera ab omni contagione peccati tam originalis*, quàm actualis, &c. Vide ibi usque ad folium 376. Impress. Neapoli 1621. in 4. & 1618. in 4. & par. 2. lib. 1. cap. 23. folio 169. & parte 2. lib. 7. cap. 19. folio 211. Impress. Neapoli, anno 1623.

FRANCISCUS Faunus de Canthiano, Ordinis Minorũ Italus, in lib. Monile, ò Corona di quindici rose, &c. agit *de Immaculata Virginis Conceptione, ejus puritate ac munditiâ* passim, præcipuè discurs. 1. folio 15. & folio 40. & discurs. 14. folio 285. & folio 334. ac tandem folio 337. inquit: La Luna è emula del Sole; è voi, ò Madre Santissima, contraste di purità, con qual si voglia spiritu immacolato è vincere, è superare la purità di piu supremi Seraphini del Paradiso. *Ancor voi dalla Concettion vostra sino alla Concettion del vostro dulcissimo Figliuolo crescei da virtù in virtù*, &c. Impress. Venetijs 1626. in 4.

FRANCISCUS Felix de Canales, Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Hispanus, in libro dicto Hispanicè: Israël libertada y explicacion litteral del Psalmo 115. *De Indulgentijs concessis Fratribus suæ Religionis in festivitatibus Beatæ Virginis MARIÆ, videlicet Conceptionis*, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis & Assumptionis, ab Alexandro III. Indulgentiam plenariam, & remissionem ab omnibus peccatis. Item, visitantibus Ecclesias prædicti Ordinis in festivitatibus Dominæ nostræ, videlicet Assumptionis, Nativitatis, *Conceptionis*, Visitationis, Præsentationis & Annuntiationis, à primis Vesperis usque ad occasum solis concessit Sixtus IV. Indulgentiam plenariam, Honorius IV. quadraginta annos, Nicolaus V. 80. quadragenas, Leo IV. septem annos & 12. quadragenas, Bonifacius IV. 49. annos, Innocentius VII. 40. mille annos, Innocentius VIII. tres annos & 10. quadragenas, Gregorius IX. 800. annos & 80. quadragenas Indulgentiarum. Sic in Prologo ad Lectorem. Lib. impress. Barchinone, anno 1612. in 8.

FRANCISCUS Felix, Ordinis Minorum Hispanus, in posteriori parte Tentativæ Complutensis, in Tractatu de Peccato originali, cap. 11. diffic. 2. *Vtrum Beata Virgo contraxerit originale?* Dubium unum. Item, ibidem: *Vtrum pia opinio sit ultimò ad diffinitionem expedita?* Et infra: *Vtrum B. Virgo habuerit debitum contrahendi originale?* Quæ omnia reperies à folio 527. usque 554. in lib. impress. Compluti 1645. in 4. Vide indicem tomi posterioris verb. Maria.

Item, Sermone de Mandato, ac Sanctissimo Sacramento, Alexandriæ statûs Mediolanensis dicato, anno 1620. in Epistola dedicatoria nuncupatoria *laudat Immaculatam Conceptionem Virginis*, &c. Lib. impress. Mediolani 1620. in 4.

FRANCISCUS Feltrensis, Ordinis Minorum correxit Breviarium Romanum, anno 1513. quo folio 256. *est officium Conceptionis V. Mariæ*. Impress. Venetiis 1518. in 4. magno. Vide etiam Euseb. Nieremberg. folio 50.

FRANCISCUS Fernandez Galvan Hispanus scripsit Sermones pro *mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolyt. Marracci Catalogo, ad annum 1613.

FRANCISCUS Fernandez de Peralta, Hispanus, scripsit Cantiones & Glossas *pro immunitate Virginis à peccato originali*, & sunt apud Zapata, de Concept. fol. 125. & fol. 104. & 1

FRANCISCUS Ferrer, Ordinis Prædicatorum Hispanus, scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut refert Andreas de Peruzzinis, in Analysi Immaculatæ Conceptionis, artic. 2. fol. Quis fuerit autem hic Auctor, invenire haud p

FRANCISCUS Fevardentius, Ordinis Minorum Doctor Theologus Parisien. Gallus, de Festivitatibus V. Deiparæ sacratis, & primò de *puræ & sanctæ Conceptionis festo*, in lib. Super Libr. Impress. Parisijs 1582. & 1585. in 8. & Colonæ no 1594. & 1595. in 8.

Item, loca adstruentia Beatam Virginem fu *& non fuisse conceptam in peccato originali*, in Gl ordinaria, ad cap. 5. Epistolæ ad Romanos, un Impress. Parisien. & in omnibus alijs subiecun bus Duacena & Antuerpiensi, 1634.

Item, Virginem Mariam speciali gratia à D præventam, *sine peccato originali conceptam, natam fuisse*, ac proinde sanctam & fœlicem ejus Co ceptionem & Nativitatem celebrari oportere &c. caput unum latissimum, in libro 10. de Sanct cœlestibus, in ordine 2. in Theomachia Calvinistica. Impress. Parisijs 1604. folio 357.

Item, quòd, fœlicissima *Virgo miserium ejus peccati originalis*, quoniam tota pulchra est in corpore & anima, & macula nunquam cesserit in ea, quia fuit lilium inter spinas, &c. in Homil. 16. tempore Adventûs, super illud: Ave gratia plena, folio 118. Impress. Parisijs 1605. in 8.

Item, in Orthodoxa, gravique censura antiquissimi, sanctissimique Patris Ephrem Syri, de præpuis Fidei Christianæ capitibus hoc sæculo controversis, &c. *Quòd Beata Virgo MARIA ab omni peccato pura semper & Immaculata fuit*; ideoque spes nostra post Deum, cap. 17. Lib. impress. cum Expositione sive historia Job, Parisijs 1606. in 8.

Item, cùm anno 1575. Lutetiæ Parisiorum quemdam minùs prudenter magnum fuisset aversùs Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis Mariæ excitatum dissidium, *pro veritate Virginis immunitate* multùm elaboravit; ut videre apud ipsum in notis ad Sanctum Irenæum, lib. cap. 33. folio 304. ibidemque plures congessit antiquorum Patrum Græcorum, quàm Latinorum auctoritates & dicta, & extant à folio 302. ad eundem Irenæum, lib. 5. cap. 19. adducit pro Virgine Maria, vocando ipsam *immaculatam*, & alia hujusmodi. Vide ibi, folio 4 Lib. impress. Lutetiæ 1539. in folio.

Item, in Dialogis, in quibus ducenti Calviniano-rum graviſſimi errores perſpicuè refelluntur, Dialogo 4. de Filio Dei incarnato, fol. 290. vocat *Virginem MARIAM portam Orientalem, ſemper clauſam & lucidam*, &c. & alia hujuſmodi. Lib. impreſſ. Coloniæ, 1594. in 8. Quæ verba reſpicere videntur ejus immunitatem; nam ſi ſemper fuit clauſa quoad virginitatem, ſemper etiam fuit lucida nullam unquam habens umbram peccati originalis.

Item, in Expoſitione libri Ruth, cap. 4. de Myſtica illius explanatione, folio 308. à tergo, vocat *Virginem MARIAM portam clauſam & ſemper intactam, quæ clauſa fuit in æternum*, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1582. in 8. Quæ verba ſic intelligi debent, quòd ſicut Virgo Maria fuit porta clauſa in æternum quoad virginitatem; ſic etiam fuit intacta quoad puritatem in anima.

Item, dicitur quòd ſcripſerit Homilias *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Hippol. Marrac. in Catal. anno 1579.

FRANCISCUS de Figueroa, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Tratado breve del dulciſſimo nombre de Maria, repartido en cinquenta diſcurſos; dirigido à la ſiempre Virgen Emperatriz de los cielos, y Madre de Dios Maria divina, diſcurſu 4. ſub hoc titulo: De las enemiſtades, que tiene el demonio con Maria ſantiſſima, &c. agit latiſſimè, quomodo Virgo contrivit caput ſerpentis. Vide ibi plura, ſed præcipuè fol. 25. num. marg. 29. ubi inquit: No es poſſible que vinieſe un ſolo Angel, ſino que en ſu compañia bazarian, y como à racimos ſe dexarian caer por los aires à caſa tan dichoſa de matrona tan deſeada, y eſclarecida; *y ſi eſto conſideramos en ſu Concepcion, que ſeria en ſu nacimiento*, &c. Fuerunt igitur Angeli in Conceptione Mariæ, ſicut in ejus Nativitate; ſed in Nativitate quare? quia in gratia nata; igitur & in Conceptione, quia in gratia concepta. Pro hoc myſterio faciunt, quæ Auctor dicit num. 132. & num. 256. & 416. Vide ibi. Impreſſ. Limæ 1642. in 4.

FRANCISCUS Floramontis, Poëta Italus, in lib. Idillium de Nativitate V. Dei Matris, inquit:

De Anna infecunda nos uſciva all' aura,
Econ doppio Natale
Prima diva che dona
Generata nel ciel da Padre eterno,
Non naſceva quaggiù d'antiqua Madre,
Senza, ſi nobil pondo
Foramen bello il mundo.

Lib. impreſſ. Peruſiæ 1647. in 12.

FRANCISCUS Forcirus, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, ſcripſit *pro Immaculata V. MARIÆ Conceptione*, ut refert Andreas de Peruzzinis in Analyſi Immaculatæ Conceptionis, fol. 63.

FRANCISCUS Fourmeſtraulx, Societatis Jeſu Belga, habuit Theſes ſub hoc titulo: Immortalis Chriſti Servatoris beneficio, *Virgini ſine macula conceptæ, per Filij ſanguinem prius mundatæ quam fœdatæ, prius ab hoſte redemptæ quàm captæ*, novam gratulabundi inſcribunt Logicam, eique propugnandæ ſe devovent Logici Marchianenſes. Impreſſ. 1662.

FRANCISCUS del Freſno, Ordinis Minorum Hiſpanus, cum approbatione Doctorum Complutenſium ac ſupremæ ſanctæque Inquiſitionis Tribunalis, publicè ſuſtinuit hanc Concluſionem: *Virum Sacratiſſima Dei Mater contraxerit debitum incurrendi peccatum originale*, &c. negativè. Vide verb. Joannes de Soria.

FRANCISCUS Gaddius, Societatis Jeſu Florentinus, in quadam Empreſſa Hiſpanica, *pro Immaculato Virginis Conceptu*, depicto draeone ad Mariæ pedes, hæc ſcripſit:

Luminis hæc nullum defectum Luna ſubivit:
Haud caput, aut illi cauda draconis abeſt.

Ita extat apud Franciſcum Piſtoia, Corona 2. cap. 3. fol. 193. num. 34.

FRANCISCUS Gamboa, Societatis Jesu Hiſpanus, ſub præſidio R. P. Petri de Calatrava, defendit Concluſiones, inquibus prima talis eſt: Satis tamen probabile eſt, Deum eſſe ſaltem moraliter neceſſitatum ad aliqua ex ſuppoſitione aliorum, *ſicque ad liberandam MARIAM à culpa originali*, ex ſuppoſitione quòd eam elegerit in Matrem, &c. Et Concluſione 4. ſic inquit: Imò piam Mariæ immunitatis ſententiam, tantùm cum pietate veritatem conjungere, placet defendere, ut poſſit facilè componi *MARIÆ libertas à culpa originali, ejuſque proximo debito*, ſive Chriſtus Dominus præfinitus fuerit impeccabilis, & venturus deficiente peccato; ſive præfinitus fuerit ut redemptor peccati ante abſolutam præviſionem peccati; ſive præfinitus fuerit juxta noſtram ſententiam poſt abſolutam prævi-ſionem peccati in medio, non in ſe; ſive præfinitus fuerit in ipſo peccato. Et Concluſione 5. inquit: Imò adhuc ſi Maria incluſa ſit in peccato, etiam in ordine ad amiſſionem gratiæ; manet locus ut ex meritis Chriſti Domini *liberetur ab originali*, idque ordo divinorum Decretorum in Scriptura revelatus ſuadet, nihilque oppoſitum illa univerſali: In quo omnes peccaverunt, etiam abſque alicujus exceptione admiſſa, &c. Et in 7. Concluſione loquens de merito Chriſti interrupto, proſequitur ſic: Idemque videtur dicendum de Beata Virgine, cùm à primo inſtanti Conceptionis habuerit uſum rationis; ſicque juxta Divi Thomæ principia, *peccatum originale habere non potuit*, aliàs & peccatum perſonale lethale haberet. Extant Concluſiones iſtæ impreſſ. anno 1660. in charta expanſa. Hæc ultima Concluſio nititur illi ſententiæ Sancti Thomæ, quòd quilibet tenetur elicere actum amoris, cùm pervenerit ad rationis uſum: ergo ſi Virgo Maria habuit rationis uſum in primo inſtanti, in illo tenebatur elicere actum amoris, cum quo non ſtat peccatum originale; ſi verò non habuit actum amoris Dei, in illo inſtanti habuit peccatum perſonale; & hæc ratio concludens videtur.

FRANCISCUS Garcia del Valle, Societatis Jesu Hiſpanus, in lib. Evangelicus Concionator, & novi hominis inſtitutio, tomo 1. diſcurſ. 4. ad illa verba: Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ Eva: *Quòd MARIA viventium Mater ab omni originali contagione exempta fuit*, &c. Et hoc rationibus, auctoritatibus, ac congruentijs latiſſimè ſuadet. Item, diſcurſu 5. & 6. *Quòd Virgo MARIA ab inſtanti Conceptionis ſuæ fuit ſancta, neque ſathanæ poteſtati unquam ſubdita, quia Chriſtum habuit præliberatorem*; quæ probat latè à fol. 84. uſque 112. Item, eodem tomo 1. agit *de Immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali* incidenter, diſcurſ. 68. 69. & 97. & alibi. Item, tomo 2. in Indice Theſauri abſconditi, agit latè *de Conceptione Virginis MARIÆ* ex Scriptura, Doctoribus, & Scholaſticis. Vide ibi. Item, in Indice univerſali rerum, verb. Mariæ Conceptio, quamplura adducit *pro ejus immunitate à peccato originali*. Lib. impreſſ. Lugduni 1622. in folio.

FRANCISCUS Gemma Capuanus, in libro Meditationum & orationum ad Beatissimam Virginem MARIAM, fol. 11. affirmat: *Quòd fuit præservata, ac concepta absque peccato originali.* Impress. Neapoli in 8.

Item, in libro: Cantica centum quinquaginta cum Hymnis triginta, totidemque Orationibus, Cantico 2. folio 8. inquit: Regali ex progenie te exortam sibi in Matrem elegit Deus: quoniam Regis Regum Genitricem te futuram prævidit; *propterea ab originali culpa te præservavit Altissimus*, templumque suum immaculatum fecit te MARIA, &c. Et in Hymno existente fol. 11. sic inquit:

Ab omni labe criminis
MARIAM servat Dominus,
Omnique replet gratiâ,
Hanc domum suam faciens, &c.

Alia possunt videri in prædicto lib. impress. Neapoli 1613. in 8.

FRANCISCUS Georgius Venetus, Ordinis Minorum Italus, in Harmonia mundi, cant. 2. tom. 4. cap. 6. fol. 254. sic inquit: Hæc vitula rubea est Beata Virgo de progenie rufi David, per quam inducta est benedictio expellens maledictionem & infectionem diffusam per Evam in humanum genus; & ne erubescamus id sine ratione asserere, videamus breviter quantâ consonantiâ omnia in hunc sensum conveniant: Eva rubea terrestris, MARIA rubea cœlestis & plena igneo spiritu, plenaque gratiâ & virtutibus, sicuti cœleste perhibet oraculum, ut dicere posset illud Eccleiastici 24. In plenitudine Sanctorum detentio mea. Ideo dicitur, quòd vitula illa eligenda erat *perfecta, integra, & sine aliqua macula, quæ nec fuerit pressa aliquo jugo*; sicut & Virgo cœlesti nuntio protestata est dicens: Quoniam virum non cognosco. Hujus quoque vitulæ sacrificium, & omnia ejus mysteria celebrata fuêre extra castra & communem cœtum, etiam electi populi, *sicut & MARIÆ mysteria omnia celebrata sunt extra communem legem*, &c. Lib. impress. Parisijs 1544. in folio.

FRANCISCUS Glavinch Ystrianus, Ordinis Minorum, in origine Provinciæ Bosnæ, parte 2. folio 15. de domo Virginea Lauretana, descendente primò à Nazareth in Tarsarum propè flumen in confinibus Liburniæ, anno 1291. die 10. Maij, &c. *Quòd Virgo MARIA concepta est in domo illa Nazaræa absque peccato originali*, & ibi nata, &c. Lib. manus. in folio, qui extat in nostra Bibliot.

Item, edi curavit & typis mandavit *Analysim purissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, &c. R. P. F. Andreæ de Peruzzinis; de quo sæpe agimus in hac Militia. Venetijs, anno 1634. in 4.

FRANCISCUS Godinus Bruxellensis, fecit lib. Achrostica Chronica, sive Litania Chronogrammatica Deiparæ V. MARIÆ sine originali peccato conceptæ, edita in solemni publicatione Bullæ Sanctissimi D. N. Alexandri VII. datæ Romæ, anno 1661. 8. Decembris *pro Immaculata eiusdem Virginis Conceptione*, ad instantiam Philippi IV. Regis Catholici, quæ cum maximâ solemnitate, & gratiarum actione facta est Bruxellis, an. 1662. 3. Aprilis, mandato Illustriss. D. Andreæ Creusen, Mechlinienſis Archiepiscopi ac Belgii Primatis.

Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. *Anagramma.* Sum Immaculata Virgo Deipara, satanas de me nil tenuit, mox jus meum notum fiet.

LITANIA CHRONOGRAMMATICA

VnI CanteMVS Deo kyrIe eLeyson,
plè & DeVotè soneMVs ChrIste eLeyson.
EVge DICaMVs kyrIe eLeyson.
ChrIste è Matre absqVe Labe, aVDI nos.
TV pater è CœLo DeVs, MIserere nobIs.
FILI saLVator orbIs, eDIte parente sIne Labe
MIserere nobIs.
soLator DeVs sponse pLanè absqVe Labe sponsi
MIserere nobIs.
sanCta trInItas In Vno Deo orIgo sponsæ sine
Labe, MIserere nobIs.

ALMa DeIpara noXæ nesCIa.
AIrgo absqVe aDaMI Labe reCepta,
ELa Casta præ reLIqVIs nItIDIssIMa.
GenIaLIs Mater absque VLLa sorDe.
REgIna aDæ aVt EVæ MaLa nesCIens.
Ab aDæ CVLpa tVtIssIMa.
HVta ab oMnI CVLpa DeIpara.
IgnorANS plaCVLVM aDæ.
LItera EVa, seD pVra & sanCta, Ignorans
ela DeLICTVM non habens EVæ.
Labe DVrI poMI tVta Carens.
Ela pIa à CVLpa MVnDa.
NItIDa pVra non MaCVLata.
ALabe orIgInea MVnDa & pVra.
DeIpara absqVe CVLpa anIMata.
ODeIpara sIne MaCVLa EVæ.
Mater DeI pVra sIne CVLpa.
Integra & absqVe CVLpa aDaMI.
Zon MaCVLata parens, seD orIgIne pVra
AIrgo DeIpara à sCeLere prIMo serVata.
SeCVnDa EVa, sIne Labe prIMæ.
Her sanCta ter MVnDa sIne Labe VIrgo.
ELeCta & DIVa pneVMatIs sponsa.
OLara IDea pVrItatVM.
AIrgo aDæ CVLpaM Ignorans.
Mater DeI à Labe VnICè præserVata.
BeneDICta ante oMnes absqVe Labe VIrgo
Ela EVa, seD EVæ MaLa nes CIens.
NItIDa & absqVe MaCVLa.
Enthea VIrgo MVnDa sIne Labe.
DoMIna sIne Labe pVra atqVe Casta.
InVIoLata Mater aC à Deo præserVata.
Casta MVndI regIna à Labe tVta.
HVta absqVe Labe aDaMItICa.
Ab orIgInea CVLpa MVnda.
Hota sIne MaCVLa aDæ InVenta.
AIrgo DeIpara non MaCVLata.
IntaCta DeIpara à Labe eXeMpta.
Zon MaCVLata, qVIa DIgna.
Mater ab orIgInea sorDe soLa eXCepta.
AIrgo seCVra De oMnI Labe.
Læta neC obnoXIa DeI Mater.
Integra à Labe aDaMI eXCepta.
EXCepta DeI Mater sIne Labe.
Pura absqVe CrIMIne & LVe aDæ.
InteMerata DeIpara soLa eXCepta.
Beata DeI Mater à Labe VnICè serVata.
AIrgo MVnDa Casta sIne Labe.
SanCta & fœLIX DeI Mater.
EXeMpta ab orIgInea CLaDe.
Hota pVLChra VIrgo DeI Mater.
BenedICta VIrgo Mater absqVe Labe.
Ela DIgna MVLIer, arborIs prohIbItæ nesCIa
NItIDa & absqVe MaCVLa.
ELeCta DeI Mater sIne noXa.

Delpara pla neqVaqVaM LabefaCta.
In æternVM beneDICta abſqVe Labe.
OLara Del Mater sIne noXâ.
HVta sIne Labe aDaMI aC eVæ.
Virgo Delpara orIgInaLIs MaLI nesCIa.
Sine noXa aLMa & beneDICta.
HILla Del patrIs, FILIIqVè Læta Mater.
Regis Mater VaLDe pla Caſta & pVra.
Virgo pla aC pLane MVnDa.
Caſta & ab aDæ noXa oMnIno LIbera.
HV ſerVata à CLaDe prIMarIa.
Virgo MarIa ab aDæ sCeLere pVra.
SoLa MVnDa Caſta pVra ab orIgIne.
Virgo Mater à Labe CVſtoDIta.
Hla DIVa non MaCVLata.
ZItIDa aC pVra abſqVe Labe Mater.
Her Caſta & DIVa MVLIer.
Regina MVndI Caſta & à Labe tVta.
Innata à CLaDe plè eXeMpta.
SanCta MVLIer DIgnè præſerVata.
Her DIVa Caſta ſaLVa & pIa Mater.
Virgo Data sIne CrIMIne orIgInaLI.
Integra & sIne MaCVLa aDæ & eVæ.
Mago, & ante oCVLos ponenDa VIrgo.
LeCta VIrgo & DIVa Mater.
SIne CVLpa aDaMI & eVæ.
Virgo præMVnIta à Labe aDæ & eVæ.
SanCta VIrgo Mater à Deo sIne Labe ſerVata.
SanCta MarIa sIneLabe aDæ aVt eVæ.
AngeLIs qVæ pVrIor CoraM Deo.
Zon MaCVLata, at pVra & nItIDa.
Caſta & DIVa MVLIer.
HVtISIMa ab aDæ CVLpâ.
Ab orIgIne pVra CLara & MVnDa.
Mater DeCora InVIoLata & pVra.
Abſqve orIginea aDæ MaCVLa.
Para & Chara reLIqVarVM IDea.
Inter MVLIeres à Deo ConſerVata.
Ab orIgInea CVLpa MVnDa.
Mater Del Carens LVe aVIta.
Ab orIgInea ſorDe CLara & eXeMpta.
HV terræ DeLICIVM.
Hla pla MVnDa à CVLpâ.
Nite MICans & VaLDe pVra.
Delpara qVæ CœLVM aperIs.
LIDens CapVt ſerpentIs pVra Mater.
Inter oMnes VnICe ab aDæ Labe ſerVata.
OVIrgo In DeLICto orIgInaLI non anIMata.
ReLIqVarVM Chara IDea.
Ante orIgIneM pVrIſICata ab orIgInaLI ſorDe.
PVra aCaLMa VIrgo Delpara.
Regina MVnDI Labe VaCans.
OMater DeCora pVra & InVIoLata.
ZonqVaM LabefaCta VIrgo Delpara.
OrIgInaLI VItIo Delpara MarIa Carens.
Beata VIrgo sIne MaCVLa aDæ.
InVIoLata Mater haVD LabefaCta.
SIne CVLPA aDaMI & eVæ.
VIa CVMVLata DonIs.
EXeMpta Delpara ab Innato sCeLere.
Caſta & ab aDæ noXa oMnIno LIbera.
Caſta & angeLIs pVrIor ante DeVM.
AVIta CLaDe oMnIno tVta.
Hotl Cœlo gaVDIVM.
OMater De Cælo qVæ VenIstI.
Regis pla parens haVD MACVLata.
Integra Delpara absqVe MaCVLa.
CasILICa Mater à Deo pVra præſerVata.
AVIrgo MarIa Casta absqVe Labe aDæ.
SanCtIssIMa parens absqVe Labe aDæ & eVæ.
Zon InVenta MaCVLata Delpara.
AVIrgo DIgna Carens Labe parentVM.
Zon MaCVLata VIrgo Delpara.
Carens Delpara MarIa orIgInaLI VItIo.
EVge sIne Labe CVſtoDIta Mater.
HrIaDIs ſpeCVLVM.
Integra abſqVe VLLa Labe aDaMI.
ZeVtIqVaM In sCeLere aDæ. (ter.
HaVD LabefaCa parens, at pVra ab orIgine Ma-
ODIVa hVManæ ſaLVtIs CaVſa.
Para & pVra sIne CVLpa aDaMI.
Ab orIgInea ſorDe CLara & eXeMpta.
Mater Del pVra sIne CVLpâ.
OgaVDIVM CœLI.
Regina DIVa CœLorVM.
HVrris ebVrnea Carens Labe aDaMI.
Integra Delpara & abſqVe MaCVLa.
SIne MaCVLa DIVa.
ZItIDa pVra non MaCVLata.
OrIgInеâ à cVLpâ MVnDa.
SanCta & pIa à LapsV aDaMI tVta.
HVtISIMa ab aDæ CVLpa.
Para abſqVe aDaMI sCabIe & LVe.
Abſqve CVLpa aDæ ante orIgIneM.
HIa VaLe DoMIna pVra & Caſta.
SIC DIVa Mater VALe.
VaLe VaLe sIne Labe aDaMI.
BenedICta In æternVM VaLe.
AgnVs Del aVferens sCeLera noſtra MIſerere.
AgnVs Del aVferens sCelera noſtra MIſerere.
AgnVs Del aVferens sCeLera noſtra Miſerere.
℣. ora pro nobIs Delpara pVra non MaCVLata.
℟. Vt nobIs sIt CLeMens DeVs.

Oremus. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen. Paulus V. 1615. 10. Julii concessit 100. dies Indulgentiarum devotè hanc Orationē recitantibus.

CELEUMA SIVE EXHORTATIO.

HanC VIrgIneM absqVe Labe aDorate.
QVonIam De CœLo VenIt.
IMo DIgna prorsVs sIne sCabIe orIgInaLI.
LIberaVerat ILLaM DeVs.
HæC enIM fVtVra erat Læta DeIpara.
DeVM In Carne Lætè parItVra.
MaCVLa haVD est In Ista.
Ipsa à CVLpa aDæ oMnIno tVta.
ILLa MIrè pVra à LapsV aDæ.
MaCVLa aDæ In eâ non estVIa.
MVnDa ILLa atqVe sIne Labe.
PeperIt ILLa absqVe Labe DeVM.
PVra DeI Mater non LabefaCta fVit.

AD VIRGINEM IMMACULATAM.

VIrgo Mater sIne Labe te aDVoCo.
saLVaM te præDICo VIrgo.
LVes parentVM nIhIL pLanè aD te.
PestIfera qVID LVes teCVM?
NIL prorsVs Caſta & DIVa Mater.
QVaM Lætèpurè & Caſtè IngreDerIs!

bene-

BeneDICVnt te genItaM absqVe Labe.
TOta CIVItas absqVe Labe nataM te aDorat.
MaLIgnVs à te reCeDat angVIs,
QVIn & oMnIno reCeDat LongÈ pVra;
QVIa aDæ CVLpaM Ignoras.
Ela VIrgo toLLat per te MaLa nostraDeVs.
InterIM tV VaLe, ô DeCora.
Amen. Lib. impress. Bruxellis 1662. in 8.

FRANCISCUS Gomez de Algava & Espejo, Hispanus, in prima parte de Arte serviendi Virgini MARIÆ, cap. 10. folio 17. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali.* Lib. impress. Montillæ 1631. in 8.

FRANCISCUS Grumsel, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 27. Julij, an. 1648. Thesi 11. de Habituali, originali & veniali, hæc defendit: *Ab illo omniq; eius debito Matrem Dei eximimus.* Impress. ibidem in 4.

FRANCISCUS Guadarrama, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, cecinit Cantionem *de Immaculato Virginis MARIÆ Conceptu.* Impress. Baëzæ cum aliis 1618. in 4. & aliam fol. 87.

FRANCISCUS Guerra, Ordinis Minorum, Episcopus Placentinus, scripsit Tomos duos insignes, sub hoc titulo: Majestas gratiarum, ac virtutum omnium Deiparæ Virginis MARIÆ, &c. Quorum primus totus est *de Immaculata Conceptione Deiparæ Matris.* Et in secundo tomo habet quàmplura de hoc mysterio. Prodierunt Hispali suppositâ Typographiâ, anno 1659. in folio.

FRANCISCUS Guilielmus, Episcopus Osnaburgensis Germanus, primus fuit qui in suo Episcopatu introduxit festum Immaculatæ Conceptionis cum octava celebrandum, & pariter qui albo Confraternitatis Immaculatę Conceptionis de Urbe, se inscripsit his verbis: *Sancta MARIA Immaculatè Concepta*, & post partum Virgo inviolata, sub tuum præsidium confugio, &c. Vide ex Maximil. Sandæo Marrac. in Antist. Marian. fol. 197.

FRANCISCUS de Guillandis, Collega Angelicus, *in Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Carmen Heroicum. Item, scripsit Epigramma *in Conceptione B. MARIÆ ad S. Annam.* Item, de eâdem *Immaculata Virginis Conceptione* aliud Epigramma ibidem. Item, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* aliud Epigramma: quæ omnia prodierunt in lib. impress. Hispali 1616. in 4.

FRANCISCUS Guillen & Colon, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in libro: Sermones, y Oraciones Panegyricas à los Sanctos varones insignes del sagrado, y Real Orden de Redemptores; *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Angelorum Reginæ* Sermonem unum, à folio 1. usque 17. Impress. Hispali 1636. in 4.

FRANCISCUS de Guzman, Miles Hispanus, scripsit Libellum parvum sub hoc titulo: Manifiesto devoto, que haze la Virgen Santissima à un Escalvo y devoto suyo, en forma de coloquio, declarandole, *como fue concebida sin pecado original.* Quem manuscriptum vidi, & legi apud ipsum Auctorem.

FRANCISCUS Hæreus Hispanus, in libro: Vitæ Sanctorum, *de Conceptione Beatæ MARIÆ* partim ex D. Joanne Chrysostomo edidit Legendam, &c. Lugduni 1595. in 4. & ibidem 1604. in 8.

FRANCISCUS Hareus, Licentiatus Belga, in libro: Epitome Catenæ aureæ S. Thomæ Aquinatis, in indice concionatorio adducit Co- cionem *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ.* L impress. Antuerpiæ 1625. in 8.

FRANCISCUS de Hautesere de Salvai- Antecessor Regius J. C. edidit Gallico idio- Librum: *De piæratę Orientis Ecclesiæ in honorem Con- tionis, &c.* qui sæpiùs citatur sub nomine Anon- Galli. Ex Bibliographica Parisina Ludovici Jac-

FRANCISCUS Hernandez, Ordinis M- Hispanus, in Conclusionibus habitis sub R.P. Joanne Cactellioli, etiam Ord. Minorum, in- *Anima MARIÆ ab instanti suæ Conceptionis, gratia sanctificante decorabatur, sed & originali pulchritudine nitebat: debitum proximum culpæ non traxit; remotum, elige.* Impress. Valentiæ, ann. in charta expansa.

FRANCISCUS Hernandez Blascus, in de Universali redemptione generis humani, cant. 4. fol. 11. *Quòd Virgo MARIA fuit plena pura, ac corpore & animâ pulchra, &c.* Lib. impr- Toleti 1598. in 4. & Matriti 1611. fol. 337.

FRANCISCUS de Herrera, Ordinis M- rum Hispanus, in secund. lib. Senten. disp. Peccato originali, quæst. 9. fol. 659. quæren- trum Beatissima Virgo peccatum originale con- traxerit? proponit sequentes Conclusiones. Prim- Quamvis utraque sententia suam probabilitat- habeat, sententia tamen Doctoris probabilior e- rationi magis consentanea, & sanctitate Virgin- magis digna. Secunda: Neutra pars quæstionis e- contra Fidem vel charitatem. Tertia: Quamv- utraque sententia suam probabilitatem habe- sola tamen illa, quæ docuit *Beatam Virginem n- contraxisse peccatum originale*, est prædicanda. Qu- omnia latè probat à fol. 659. usque 670. Lib. im- press. Salmanticæ 1595.

Item, in Manuali Theologico, in 2. sent. cap. de Peccato originali, §. 9. folio 180. *Quòd ex pri- vilegio Beata Virgo MARIA non contraxit peccatum originale*, &c. Lib. impress. Romæ 1610. in 24. Barchinone 1611.

Item, in Disputationibus Theologicis, in 1. lib. Sentent. disp. 17. quæst. 11. de Ordine prædesti- nationis, folio 661. *Quòd B. Sanctissima, & immaculata Virgo MARIA prædestinata est extra omnem ordi- suorum progenitorum, utpote ab ea exempta, & prædestinata, post Christum Dominum*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1589. in folio.

Item, adducitur pro pia sententia *de Immaculata Virginis Conceptione*, in 1. parte Instructionis Chri- stianæ, cap. 1. de Peccato originali §. 5. ut videre est in 4. tomo Cursûs Salmanticensis, fol. 616.

FRANCISCUS de Herrera & Maldonado, Canonicus Hispanus, in traductione Sanna- de Partu Virginis, lib. 1. folio 3. inquit:

Alli esta una doncella concebida
Sin culpa original (daño notorio)
DeReyes, Propheras producida, &c.

Lib. impress. Matriti 1620. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Herrera, Poëta Hispanus, in Cantione de Virgine Maria cœlorum Regina, inquit:

En vida y muerte imitò
Matutina candidez
Y vespertino arrebol.

Extat in libro Sacrarij Toletani, fol. 90. Impress. Matriti 1617.

FRAN-

FRANCISCUS Humblot, ex Religione Minimorum S. Franciſci de Paula, in libro dicto: Conceptions admirables ſur les Lamentations de Jeremie, &c. fol. 243. adducit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*, uſque 264. Lib. impr. Pariſiis 1618. in 8.

FRANCISCUS Hurtado de Mendoza, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *pro defenſo Conceptionis Virginis MARIÆ*, declamatũ in Hoſpitali Generali Civitatis Pampilonenſis. Impreſſ. ibidem 1620. in 4. incipit: Sucedeme oy.

FRANCISCUS Hurtado, Ordinis Minorum Hiſpanus, in tomo 1. ſuorum Operum, ſub hoc titulo: Lamina aurea attributorum Virginalium, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. latè. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1628. in 4. Et exiſtimo Auctorem eſſe diverſum à præcedenti.

FRANCISCUS Hyañez de Heredia, Doctor Hiſpanus, edidit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione abſque peccato originali*, &c. Et extat impreſſ. Baezæ 1618. in 4. & incipit: Grandes demonſtraciones.

FRANCISCUS Ignatius de Porres, Doctor Hiſpanus, typis mandavit Sermones varios, inter quos Sermo decimus eſt *de Immaculata Conceptione Virginis*. Lib. impreſſ. Compluti 1649. in 4.

Item, in alio libro diverſorum Sermonum habet alterum *de Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 20. Impreſſ. Compluti 1645. in 4.

FRANCISCUS à Jesu Maria, Carmelita Diſcalceatus Hiſpanus, in tomo 2. Commentariorum litteralium & moralium in Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli, in indice concionatorio, *in feſto Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Diſcurſus decem. Et lect. 1. folio 3. ſuper illud: Signum magnum apparuit in cœlo. Obſervatio myſtica prædictæ viſionis: Symbola *de ſacra Dei Genitrice abſq; labe originalis peccati concepta*, ſigillatim elucidantur. Lib. impr. Lugduni 1655. in fol.

FRANCISCUS Joannes, Hiſpanus Poëta antiquus, ſcripſit Carmina *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ*, quæ cum alijs extant apud Ferrand. Diaz.

FRANCISCUS à Sancto Joſepho Sueſſa, Ordinis Minorum, Pœnitentiarius in Eccleſia Lateranenſi, obtulit ſupplicem libellum Paulo V. Pontif. Maximo, *pro defenſione myſterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſub hac concluſione, ſeu propoſitione: Si ſententia illorum, qui infallibilitatem judicij Eccleſiæ in Canonizatione Sanctorum aſſeverant, tenenda cenſeatur; prohibenda eſt omnino aſſerentium, Sanctiſſimam Virginem Mariam in originali peccato fuiſſe conceptam, irreprehenſibili manente Eccleſiæ auctoritate, aliter hactenus permittente. Extat Opuſculum hoc apud nos in folio abſque anno & loco impreſſionis.

FRANCISCUS Joverius, Doctor Valentinus Hiſpanus, adducit *Decretum Concilij Baſileenſis de Conceptione gloriosiſſimæ B. MARIÆ Virginis*, in lib. de Sanctionibus Eccleſiaſticis, folio 142. claſſ. 1. Lib. impreſſ. Pariſijs 1555. in fol.

FRANCISCUS Keſſel, Societatis Jesu Belga, in Theologia habitâ Lovanij die 25. Julij, anno 1650. Theſi 13. de Peccato originali hæc defendit, *Ab hoc & illius debito, quò minùs immunis ſit SS. Dei Mater, nihil impedit*. Lib. impreſſ. ibidem in 4.

FRANCISCUS Labata, Cæſarauguſtanus, Societatis Jesu Hiſpanus, *de B. Virgine MARIÆ Immaculata Conceptione* Sermonem unum. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1619. in 4.

Item, in Apparatu ſacro Concionatorum; tom. 1. verb. Maria, fol. 482. propoſitione 2. ſub hoc titulo: *MARIA concepta fuit ſine macula originalis peccati, &c.* latè. Lib. impreſſ. Lugduni 1628. in fol. Et in eodem Opere, tomo 2. verb. Maria, propoſit. 27. ſub hac inſcriptione: *MARIA concepta fuit ſine peccato originali*, latiſſimè à folio 378. Item, propoſitione 28. *Quàm læta & grata fuerit munda Conceptio Beatæ MARIÆ*, à fol. 382. uſque 383. Hæc Opera prodierunt Lugduni, anno 1616. in fol.

Item, in Diſcurſibus Moralibus ſuper Evangelia, adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis*, quod pro ſigno proteſtativo ſemper habetur. Lib. impreſſ. Valliſoleti 1625. in 4.

FRANCISCUS Lanovius, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Pariſinus, *de Conventibus erectis in Religione Minimorum ſub titulo Conceptionis gloriosæ ſemper Virginis MARIÆ*, in Chronicon generali ſui Ordinis ad diem 8. Decembris, fol. 679. Lib. impreſſ. Lutetiæ Pariſiorum 1635. in fol.

FRANCISCUS Laſus de la Vega, Doctor Hiſpanus, edidit Librum ſub hoc titulo: Varias rationes devotas para el exercicio del dia Chriſtiano, con el oficio de la *puriſſima Concepcion*, y del ſeñor San Joſeph, &c. Matriti 1626. in 24.

FRANCISCUS Laurentius, Ordinis Minorum Hiſpanus ac Martyr, introduxit ac prædicavit in Indijs Occidentalibus *myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut refert Daza, in libro de Concept. cap. 6. fol. 44.

FRANCISCUS Lemarius, Congregationis Matris Dei Italus, compoſuit *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis* Tractatum unum; ut refert Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 447.

FRANCISCUS de Lemos, Abbas Benedictinus Hiſpanus, in libro ſuper Threnos Hieremiæ Prophetæ, cap. 1. verſic. 1. ſub hoc titulo: In caſu primi hominis *tota ruente poſteritate, Beata Virgo non cecidit*, agit latè de Deiparæ præſervatione à peccato originali. Vide etiam Verſiculum 2. Lib. impr. Matriti 1649. in folio.

FRANCISCUS de Leon, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, edidit *de Deiparæ Immaculata Conceptione* Sermonem unum. Impreſſ. Salmanticæ 1595. in 8. & 1619. in 4.

Item, in libro: Privança del hombre con Dios, ſobre el Parce mihi, &c. ad illa verba: Viſitas eum diluculo, diſcurſu 22. ſub hoc titulo: Quæ viſitò Dios muy de mañana à la Virgen Santiſſima, *præſervandola de la culpa original*, y enriqueziendola à dos manos de ſus dones, y gracias, &c. quod latè tractat à fol. 246. uſque 270. Lib. impreſſ. Pampilonæ 1622. in 4.

Item, in Sermone de Incarnatione, ſeu Annuntiatione Dominæ noſtræ, fol. 5. inquit: A que baxa el Angel del Cielo? A edificar el Templo pæra Dios. Y de que le haze? De carnis noſtræ limo. Templo de carne? Si, que baxa à tomar carne. Templo de barro, de tierra? Si, *pero amaſada con la gracia*: Ave gratiâ plena. Llena de gracia; à eſta la que ſe elige para Templo de Dios, &c. Impreſſ. Hiſpali, anno 1619 in 4.

Item, in Sermone de Sancto Joachimo, declamato in Monaſterio Zamoren. Diſcalceatarum, fol. 10. agit *de Immaculata Conceptione MARIÆ*; & extat impreſſ. anno 1625. in 4.

FRANCISCUS de Leon Garavitus, Hispanus, edidit Tractatum sub hoc titulo: Informacio en derecho, por la purissima, y limpissima Concepcion de la siempre Virgen Madre de Dios, y Señora nuestra, *concebida sin mancha, ni deuda de pecado originali*. Impress. Hispali 1625. in 4. cum duplici imagine Immaculatæ Conceptionis. Opus Latinum in principio, sed à §. 3. Hispanum.

FRANCISCUS Leonardus Lucensis, Clericus Regularis Matris Dei Italus, in Capitolio de Urbe, laboravit Tractatum insignem & operosum *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*, sub hoc titulo: Templum mysticum veri Salomonis, &c. de quo Marrac. in Bibliotheca, fol. 418. & Franciscus Maria Pistoia, fol. 156. num. 67.

FRANCISCUS Levanto & Vivaldo, Societatis Jesu Hispanus, in Lectione sacra, habita coram Reverendissimis Patribus Societatis Jesu, ad Comitia Bæticæ Provinciæ celebranda, fol. 10. sic inquit Hispanicè: Y quien con mas esforçados brios? Quien con mas aliento? Quien con mas afecto ha ayudado à levantar en la Iglesia la honra desta soberana Princesa, *en su purissima Concepcion*, que apesar de los demonios, è inferno, ha establecido en sus escritos, &c. Impress. Granatæ, anno 1636. in 4.

FRANCISCUS Lichetus, Ordinis Minorum Generalis Italus, in 3. Sentent. dist. 3. quæst. 1. *Vtrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato?* Quæst. unam; quam sententiam præservationis pro viribus tuetur ac defendit. Impress. Venetijs 1589. in fol. & Parisiis 1520.

FRANCISCUS Lizana, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro cujus titulus est: Primera Escuela de Dios, super cap. 1. Geneseos, affirmat *V. MARIAM fuisse conceptam absq; originali peccato*, à fol. 265. usque 372. Lib. impress. Matriti 1653. in 4.

Item, in Quadragesimali, sub titulo: Doctrinas Evangelicas para las ferias mayores, &c. *de puro Virginis MARIÆ Conceptu* agit, folio 121. & 173. & 188. & 201. & 212. Et in Appendice post Sermones sub titulo: Meditationes de Maria Sanctissima, idem adstruit. Lib. impress. Matriti 1656. in 4.

Item, in lib. dicto: Discursos Panegyricos para varias festividades, affirmat *Virginem fuisse sine originali peccato conceptam*, fol. 125. Lib. impress. Matriti, anno 1657. in 4.

Item, in lib. sub titulo: Doctrinas Evangelicas para las quarto Dominicas de Adviento, y otras festividades, fol 262. extat pulcher Sermo *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Matriti 1662. in 4.

Item, in libro dicto Hispanicè: Tesoro Mariano aplicado à todas las festivitades y mysterios de Maria Santissima, &c. à fol. 1. usque 19. adducit *Sermonem de Immaculata Conceptione*. Impress. Matriti 1662. in 4.

Item, scripsit Sermonem sub hoc titulo: Discurso Panegyrico, que en la Octava, que con magnifica pompa, y decorosa celebridrad consagro *al primer instante del ser en gracia de la Immaculada Reyna MARIA*, segun la nueba constitucion de N.M.S. Padre Alexandro VII. la Illustrissima Junta del Reyno en el Religiosissimo Convento de la Conception Francisca, &c. Extat impress. Matriti 1662. in 4.

FRANCISCUS Longus à Coriolano, Ordinis Minimorum Italus, in Epitome Conciliorum, loquens de Concilio Basileensi, fol 316. sic quit: Item, in hoc Concilio, sess. 36. statuitur pro Conceptione purissima Deiparæ & declaratur, doctrinam differentem gloriosam Virginem Mariam, præveniente & operante divini Numinis gratia singulari, numquam actualiter fuisse jacuisse originali peccato, *sed immunem semper fuisse ab omni originali* & actuali culpâ, sanctam & immaculatam, tanquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi & sacræ Scripturæ, approbandam fore, tenendam & amplectendam, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere, renovando præterea institutionem de celebranda ejus Conceptione, quæ sexto Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebratur. Et quomodò tractanda sit quæstio *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; de que Decretis Summorum Pontificum circa hanc materiam, habet dispendicem in lib. impress. Romæ 1627. in 12.

Item, pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* adducit Constitutiones Pontificias in lib. Breviarij Chronologici. Impress. Lugduni 1623. in folio.

Item, in Summa Theologiæ S. Thomæ, quæst. de Prædestinatione, art. 6. fol. 295. *Quòd Virgo Maria fuit prædestinata post Christum ante præviso peccati originalis*. Lib. impress. Romæ, anno 1521. fol. magno.

FRANCISCUS Lopez, Poëta Hispanicus, edidit Librum, sub hoc titulo: Versos devotos, in quidem ferè totus est de Immaculata Virginis Conceptione, folumque referam ex quadam Canzone, folio 20. sequentia:

No ay hombre, ni muger en cielo, y tierra
Que no tuviese macula de culpa
Sinò fue por su esencia vuestro hijo
Y vos por privilegio Virgen Madre, &c.
Eres hija de Adan, mas no en la culpa
Seys dia do no ay noche, à dono ay niebla
A do no ay turbio, ni aquilonio viento
Libre de la dolencia pegajosa
Que trajo el rejalgar de la manzana, &c.
Ser sin pecado siendo sucesora
de Adan, parece cosa no posible
Mas sola tu tuviste aquesta gracia, &c.

Lib. impress. Ulyssiponæ 1573. in 4.

FRANCISCUS Lucas, Brugensis, juxta alios Audomarensis, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Sermonem, qui est in ordine 22. fol. Impress. Antuerpiæ 1610. in 8.

Item, tomo 3. super Evangelia, ad illud: gratiâ plena, inquit: Quoad posterius significatum, plena erat gratiâ, *quòd expers esset, semper fuisset omnis peccati originalis* & actualis, etiam venialis. Vide ibi fol. 15.

Item, super Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna, inquit: Fuit opus sanctitatis Virginis *præparare, ab omni sorde ac labe præservare*, corpore & anima sanctificare, &c. Vide ibi fol. 33. & alibi sæpe. Lib. impress. Antuerpiæ 1612.

FRANCISCUS Luche Faxardus Hispanus de Solemnitate instituta à Confratribus S. Petri Vincula, in Parochiali Ecclesia Hispalen. *de Purissimam Conceptionem Virginis MARIÆ Dominæ* cum statuto pro defensione suæ immunitatis

puritatis, Relationem seu Librum impress. Hispali 1616. in 4.

Item, recollegit Epistolas diversarum personarum approbantium votum seu juramentum, pro tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*; ex quibus pollicetur se editurum Librum unum.

Item, recollegit Sermones prædicatos Hispali *in solemni festivitate Immaculatæ Conceptionis*, celebrata anno 1616. prout ipsemet refert in libro supra relato, fol. 82. ad finem. Sed an isti duo Tractatus seu Libri lucem viderint, ignoro.

FRANCISCUS Maidalchinus Italus, *pro festo Conceptionis Beatissimæ MARIÆ* &c. Sermone unum, à fol. 610. Lib. impress. Antuerpiæ 1652. in 4.

Item, in libro de Rosario, sub hoc titulo: El maravigliosó Giardino del' Rè Salomone, ò verò Mariale dell' Sanctissimo Rosario, fol. 23. & 64. vocat Virginem semper sanctam, *puram & purissimam*, & quòd processit à Judæis, sicut rosa à spinis, &c. Lib. impress. Venetijs 1640. in 12.

FRANCISCUS Manso & Zuñiga, Archiepiscopus Mexicanus & postea Burgensis, ordinavit vel ordinari fecit Librum, sub hoc titulo: Regla, y ordenaciones de las Religiosas *de la limpia, y Immaculada Concepcion de la Virgen Sanctissima nuestra Señora*, que se han de observar en los Conventos de dicha Orden, en la Ciudad de Mexico, &c. es à saber en los siguientes: La Concepcion, Regina cœli, Jesus Maria, Nuestra Señora de Valvanera, Encarnacion, Sancta Maria de Gracia, y Santa Ines, ya fundados, con los demas que se fundaren, &c. Impress. Mexic. anno 1635. in 8.

Item, scripsit Epistolam seu Decretum Pastorale, circa celebrationem *festivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in Diœcesi Burgen. Impress. ibi in charta expansa, anno 1643. & extat in Archivo Matritensi, tomo 1.

FRANCISCUS Mançano, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in libro: Centellas del amor de Dios, &c. capite 7. fol. 34. agit de *festivitate purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1653. in 4.

FRANCISCUS de Marchia, in diversis Tractatibus, præsertim in libro qui incipit: Circa Virginis Matris præconia, &c. tenet *Virginem MARIAM conceptam fuisse absque peccato*. Ita Antonius Cucharus Episcopus Azernensis, in libro suo de Conceptione, fol. 63. columna 2. Et in 3. Sent. quæst. 9. scripsit latè pro *Immaculata Virginis Conceptione*, ut fatetur R. P. Girandus Renerius, Ordinis Prædicatorum, in Tractatu suo contra Conceptionem, fol. 37. à tergo.

FRANCISCUS Marcottus Italus, edi curavit Opera R. P. Humilis Zegala, Ordinis Minorum, ubi plura extant testimonia pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. Brixiæ 1612. & alibi sæpe in 8.

FRANCISCUS Maria Brancatius, S. R. E. Cardinalis & Episcopus Viterbien. ac Tuscanen. in libro Constitutionum Viterbien. agit *de festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* ad diem 8. Decembris, & de Capella *ejusdem Conceptionis* de Samuti, ac de Capella *Conceptionis* de Tuscanella. Lib. impress. Viterbii 1639. in 4.

FRANCISCUS Maria Capra, Clericus Perusinus Italus, in Oratione de Natali Virginis MARIÆ, in principio affirmat *ipsam fuisse sine peccati labe, &c.* Lib. impress. Perusiæ 1644. in 12.

FRANCISCUS Maria, Cardinalis à Monte, dedit testimonium, *quòd Officium pro infra octav. Conceptionis Virginis MARIÆ*, compositum à Bartholomæo Gavanto, fuit à sacr. Rituum Cong. approbatum; ut videre est in lib. impr. Neapoli 1618. in 4.

FRANCISCUS Maria Giardino, Urbinatensis Italus: Innocentiæ Virginali divinam benevolentiam gratulatus est, *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, in lib. impress. Romæ 1633. in 4.

FRANCISCUS Maria Pagnozzini de Pistorio, Ordinis Minorum Italus, scripsit Librum sub hoc titulo: Maria triomfante con la pompa d' una triplicata corona d' stelle resplendenti per l' origine, progresso, & eminenza dell' Santissimo Stellario de bianchi Gigli per l' apluso de fideli *al' Immaculato candore della sua purissima Concettione*, di vermiglie rose, per l' affettuosa protettione della Santissima Vergine co i sui devoti, &c. Quem manuscriptum vidi & legi Romæ: nunc typis mandatus extat Pistoiæ, an. 1655. in 4. cum pulcherrimis imaginibus Immaculatæ Conceptionis, ubi plura congessit scitu dignissima pro hoc mysterio.

FRANCISCUS à Sancta Maria, Carmelitanus Hispanus, in libro: Historia general Prophetica del Orden de N. Señora del Carmen, cap. 17. fol. 124. *Quomodo Virgo MARIA fuerit concepta sine macula peccati originalis*, &c. Impress. Matriti 1651. in fol.

Item, in libro: Reforma delos Descalços de nuestra Señora del Carmen, de la primitiva observancia, fol. 294. & agit de Sorore Teresia de la *Concepcion*, &c. Lib. impress. Matriti 1654. in fol.

FRANCISCUS Maria Torrigius Italus, scripsit Orationem *de Beatæ Virginis MARIÆ puritate*, anno 1618. in 4. ut ex Leone Alatio in Apibus Urbanis refert D. Antoniusde Leon in sua Bibliotheca, classe 6. Hujus Auctoris vidi aliqua, sed hanc Orationem invenire haud potui.

FRANCISCUS Martin, Ordinis Minorum Gallus, edidit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ubi latè probat immunitatem à peccato originali. Extat manuscr. in Biblioth. Thuana Parisiis in 4. antiquis characteribus.

FRANCISCUS Martini, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Hispanus, & Theologorum ornamentum singularissimum & sui temporis lucerna, qui vixit ad annum 1390. in honorem gloriosæ sui Carmelitani Ordinis Patronæ, edidit Libros septem *de Sancta Conceptione Immaculatæ Dei Genitricis MARIÆ*, cunctis Virginis zelatoribus gratissimos. Extant hæc Opera in Bibliotheca interiori Collegii Romani, ex qua habemus ea; & Parisijs in Conventu Patrum Carmelit. & apud nos sudant sub prælo. Opus dignum, ut à doctis videatur.

FRANCISCUS Maurolitius, Abbas Messanensis, in Martyrologio ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV Christi*. Venetiis 1570. in 12.

FRANCISCUS de Mayronis, Ordinis Minorum Gallus, in libro de Laudibus Sanctorum, primò scripsit Sermonem de nomine Virginis Mariæ, quem ipse videtur vocare primum *de Conceptione Virginis*, & extat folio 136. columna 4. & incipit: Quæstio est de facto. Item, scripsit alium Sermonem, quem ipse vocat secundum *de eodem festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, & est proprius mysterij, incipitque: Absit istam rem; extat atitem folio 138. columna 3. Item, habet tertium Sermonem de

eodem *festo Conceptionis*, & incipit: Candor est lucis æternæ. Item, scripsit alium sub hoc titulo: *De creatione animæ Virginis* MARIÆ; & extat fol. 144. & incipit: Dixit Deus: Fiat lux. Item, sparsim in eodem lib. tam in Sermonibus de Nativitate & Annuntiatione, quàm in Tractatibus super Magnificat & Missus est, agit *de immunitate Deiparæ à peccato originali*. Extat liber impress. Venetijs, anno 1493. in 4. sed nota, quòd dispositio libri & foliatio sint mendosissimæ.

Item, super quatuor libros Sententiarum, Quæst. 12. de Incarnatione Verbi, sub hoc titulo: *Vtrum B. Virgo* MARIA *fuerit concepta in peccato originali*? habet Quæstionem in duodecim Articulos divisam, in qua latissimè agit de præservatione Deiparæ, & incipit: Quòd sicut Psalmista: In iniquitatibus meis conceptus sum. Et ibidem habet aliam Quæstionem in decem Articulos divisam, sub hoc titulo: *Vtrum B. Virgo fuerit sanctificata*? & incipit: Est igitur primus Articulus: Quid sit sanctitas? Extat liber impress. Venetijs, anno 1507. & 1520. semper in fol.

Item, scripsit aliam Quæstionem seu Tractatum modo scholastico *de Immaculata Virginis Conceptione, ejus festivitate ac sanctificatione*, & incipit: Circa Virginis Matris præconia, mente devotissima insistendo, quæritur: Utrum Mater Domini fuerit concepta in peccato originali? &c. & concludit sic: Cùm omnia ista dicta sint inquirendo, & non mente obstinata, ubi oppositum determinaretur ex fide Catholica, quam in mentibus nostris confirmare dignetur, qui de Virgine purissima natus fuit Jesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen. Tractatus iste est apud nos manuscriptus antiquis characteribus Gallicis in 4.

Item, in Bibliotheca S. Joannis Regum, Pluteo X. num. 83. inter Opera ipsius Mayronis manuscripta, & quæ non fuerunt hucusque typis data, extat Quæstio seu Tractatus *de Sanctificatione B. Virginis Matris Dei*, & incipit: Quæritur: Utrum Mater Domini nostri Jesu Christi fuerit sanctificata secundùm totam capacitatem beatissimæ animæ suæ? &c. Extat in folio, & est Tractatus dignissimus, ut prælo mandetur.

Item, scripsit aliam Quæstionem nunquam typis mandatam pro defensione *Immaculatæ Conceptionis*, & incipit: Circa purgationem Virginis à peccato originali, & circa ejus sanctificationem. Habemus istam manusc. cum aliis in 4.

Item, habuit aliam Quæstionem Theologicam *pro eadem immunitate Virginis à peccato originali*, & incipit: Circa sanctificationem Virginis insistendo, occurrunt aliqui Articuli pertractandi, & primus est: Quid sit sanctificatio? Extat manuscripta apud nos.

Item, edidit Tractatum singularem pro defensione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, qui incipit: Fiat lux, & facta est lux, Genes. 1. cap. Scribitur illud verbum & istud primum verbum, &c. Et extat apud nos manusc. Omnia ista, Deo dante, citò videbunt lucem, sub nomine: Monumenta antiqua Seraphica de Conceptione, &c.

FRANCISCUS de Menabio, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Reformatæ Tusciæ, agit de *Ecclesia sanctissimæ Conceptionis* Camajoris, & de Capella sanctissimæ Conceptionis in Conventu Burgi Lucen. civ. & de Altari Conceptionis in Conventu Cithonij & Santheani & S. Francisci Fesularum & S. Servonij & S. Bernardi Sanalongæ & Lastra. Extat apud nos manuscripta cum aliis diversis de eadem materia.

FRANCISCUS de Mendoza, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Collega Collegij Conceptionis Complutensis Hispanus, in Sermon. de Nativitate MARIÆ, qui ferè totus est *de ejus originaria puritate*, præcipuè fol. 7. illa verba: Luminare minus, &c. inter alia inquit: De MARIA llena pues naciò la Luna en su primer origen, &c. Vide ibi. Impress. Matriti, an. 1655. in 4.

FRANCISCUS de Mendoza, Societatis Jesu Hispanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* [illegible] cem, in tomo 1. super lib. Regum. Lib. impress. Lugduni 1625. in fol. & alibi.

Item, in Viridario, de Floribus sacris, Problem. 3. folio 30. *Quòd Beata Virgo non habuit originale peccatum*, probat latè & eruditè. Lib. impress. Lugduni 1622. in fol.

FRANCISCUS Menenius Antuerpiensis, [illegible] libro: Deliciæ Equestrium, sive Militarium Ordinum, fol. 68. de Ordine Equitum Hospitalarium S. Joannis Hierosolymitani, qui post Rhodum nunc Melitenses dicuntur, fol. 74. *vocat Virginem* MARIAM *Immaculatam*. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1613. in 8.

FRANCISCUS Mercurius van Helmont Flander, edidit Librum dictum: Ortus Medicinæ id est, Initia Physicæ inaudita progressus, &c. Autore Joanne Baptista patre ejus; ubi in Tractatu de Mortis introitu in naturam humanam atque decore Virginum, à folio 512. agit de peccato originali, & *quomodò* MARIA *Virgo fuerit peccata in sua Immaculata Conceptione*. Lib. impress. Amstelodami 1652. in 4.

FRANCISCUS Merola, Congregationis Oratorij Italus: *An B. Virgo contraxerit aliu peccatum originale*? difficultatem unam, in libro Disput. in universam Theologiam Moralem. Impress. Neapoli 1631. in fol. Et est pro pia sententia.

FRANCISCUS de Messa, Presbyter Toletanus, recepit juramentum seu votum, editum à Congregatione Christi Domini, sita in Ecclesia Mozarabe SS. Justæ & Rufinæ, *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ex Auctograph. manusc.

FRANCISCUS de Messia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Colloquio provechoso en que se declara qual sea la santa Cofradia del Rosario de nuestra Señora, in petitione 6. folio 30. vocat Virginem *sin mancilla*, & folio 39. *hermosa sin espina*, & folio 41. habet imaginem Immaculatæ Conceptionis. Lib. impress. Hispalensi anno 1573. in 4. Omnia hæc verba sunt signa protestativa inter Hispanos.

FRANCISCUS Miracles, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. cum Tractatu R. P. Joannis Redondi, Papali 1616. in 4.

FRANCISCUS de Miranda y Paz, Salmanticensis Doctor, Hispanus, in libro: Discurso breve si se puede hazer fiesta al primer Padre del genero humano Adan, Conclus. ultima, fol. [illegible] num. 11. agit *de festivitate Immaculatæ Conceptionis*, &c. Lib. impr. Matriti 1636. in 4.

FRANCISCUS Moloy Hybernus, Ordinis Minorum, in Disput. Theologica de Incarnatione Verbi, ad mentem Joannis Duns Scoti, Con-

15. *Quòd Beatissima Virgo MARIA in nullo instanti temporis vel naturæ, infecta fuit peccato originali* vel actuali, &c. Sustinuit autem Conclusiones Paulus Budinminorbich, & Antonius Molledy. Lib. impress. Græci 1645. in 4.

FRANCISCUS de Montefrancho Italus, curavit typis mandari rubricas de recitatione officii divini, in quibus est una *de Conceptione Virginis MARIÆ* approbata à Leone X. & impress. Romæ, anno 1520. in 8. Ad verbum referentur littera O.

FRANCISCUS Monxe, Doctor Complutensis Hispanus, scripsit Opusculum *de Immaculata Virginis Conceptione*, sub hoc titulo: Consulta à dos insignes Doctores de las Universidades de Salamanca y Alcala, sobre ciertas dudas que se han ofrecido en el libro: Sol Veritatis del M. R. P. Fray Pedro de Alva y Astorga, en las autoridades que cita de los Escritores Dominicanos. Hacela cierto Doctor que (oidas las partes en contraditorio Juicio) desea haçer el suio. Et est totum contra librum & auctoritates P. Bartholomæi de Spina. Extat apud nos manusc. in 4.

FRANCISCUS Morenus, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Tomos duos *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Hispali 1617. ut referunt Lucas Waddingus in Catalogo, folio 152. Daza, fol. 52. Marrac. in Catalogo, ad ann. 1600. & in Bibliotheca, folio 24. ex Pineda.

FRANCISCUS Mosquera de Barnuebo, Poëta Hispanus, in sua Numantina vocat *Virginem MARIAM purissimam*. Impress. Hispali 1612. in 4.

FRANCISCUS Navarro, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Carmina *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccati labe*. Impress. cum aliis Baëzæ 1618. in 4. folio 81. & 87.

FRANCISCUS Nelson, Societatis Jesu Bruxellensis, in Assertionibus ex universa Theologia Leodii habitis die 25. Maij, anno 1660. Assertione 20. loquendo de Peccato originali, hæc dicit: *Ab hoc non solùm immunis fuit Beatissima Virgo, sed etiam proximo illud contrahendi debito caruit.* Fuerunt impr. Leodii, eodem anno in 4.

FRANCISCUS de Neuf-ville, Abbas Grandimontanus Gallus, in Tractatu: Discours utile & necessaire pour tous états, &c. à folio 3. agit latissimè *de Conceptione Virginis MARIÆ, & ejus præservatione à peccato originali, Dei speciali gratiâ*, & quòd fuit exceptio regulæ generalis, & terra nunquam maledicta. Lib. impress. Parisiis, anno 1577. in 8.

FRANCISCUS à Nola, Ordinis Minorum Italus, in Relatione ac arbore Reformatæ Provinciæ Sancti Angeli, inquit: In Ecclesia Sancti Francisci Ariani, est *Capella Conceptionis*, cui quædam Confraternitas Sæcularium devotè deservit. Et *Altaria Conceptionis* extant in 8. Ecclesiis, videlicet Luceriæ, Ariani, Asculi, Sernæ, Agnovij, Sancti Bartholomæi, Domûs Calenæ, & Montis Calvi. Extat manusc. apud nos.

FRANCISCUS à Nova-curia, vulgò Nieuwenhove, Ordinis Minorum Belgæ, scripsit Sermones *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Hippolyt. Marrac. in Catalogo, ad annum 1562. De Auctore meminit Wadding. fol. 125.

FRANCISCUS Nuñez Navarro, Doctor Hispanus, *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum. Lib. impress. Hispali 1615. in 4.

Item, ibidem *de purissima Conceptione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* in octava celebrata in Paroch. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Ezija, anno 1615. die 2. mensis Julij, Sermonem alterum. Impress. Hispali 1615. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Obregon Acuña, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de illibata Conceptione Dei Genitricis MARIÆ*, quam adducit Ferriol, lib. de Concep. fol. 68.

FRANCISCUS Ogier, Presbyter & Prædicator Gallus, in libro: Actions publiques, fol. 241. Panegyricum de Sancta Virgine, pronuntiatũ Parisiis in die & festo *ejus Conceptionis*, in Ecclesia S. Joannis in Greve, anno 1641. incipit: Ave gratiâ plena. Paris. 1652. In eo latè agit de præservatione ab originali peccato.

FRANCISCUS de Olivares, Poëta Hispanus, scripsit Carmina *pro Immaculata Christiparæ Virginis Conceptione*; ut videre est apud Didacum Cano, de Concept. folio 96.

FRANCISCUS Oliverius Tyburtinus, divinum amorem virginalis innocentiæ *in Conceptione Immaculata Virginis* cecinit. Romæ 1633. in 4.

FRANCISCUS Ordas, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ, folio 315.

FRANCISCUS d'Orleans, Ordinis Minorum Theologus Gallus, in libro dicto: Les grandeurs & privileges de la Vierge, &c. in Advisamento ad Lectorem, agit latè de *Immaculata Virginis Conceptione*, & quòd anno 840. cœpit hoc festum celebrari in Oriente à Leone Imperatore, &c. ac de devotione Ordinis nostri Seraphici versus hoc mysterium. Et folio 100. Actus amoris divini super *Immaculatam Conceptionem Matris IESV*, Caput unum latum, pulchrum & devotum. Lib. impress. Parisiis 1658. in 8.

FRANCISCUS Ortega Cabrio & Bezerra, Poëta Hispanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Baëzæ, anno 1618. in 4.

FRANCISCUS Ortiz Lucius, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Locorum communium, littera C. verb. Conceptio, *de Conceptione Virginis MARIÆ*, locum seu annotationem. Agit etiam *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, verb. Limpieza. Lib. impress. Compluti, anno 1592. in folio.

Item, in Homilijs super Psalmum 50. parte 1. Homilia 7. fol. 119. *Quòd B. Virgo MARIA fuit præservata, ne caderet in originale, ex prævisa morte Domini nostri IESV Christi*, &c.

Item, tomo 2. Homilia 49. fol. 409. ait: Nam cùm ipsa esset maximè redempta; quia, ex morte Christi prævisa, *fuit ab omni labe præservata*; æquum fuit, ut quæ altiori modo quàm cæteri fructum Crucis participabat, vehementiùs quàm cæteri Crucifixo condoleret. Et post pauca: Plena illustri sapientiâ, *præservata ab omni macula*, & ob id maximè redempta, &c. Lib. impress. Compluti, anno 1549. in 4.

Item, scripsit Epistolam Dominæ Catharinæ Arias, Moniali in Monasterio *Conceptionis Virginis MARIÆ* de Guadalaxara. Extat in libris ejus Epistolarum familiarium, folio 45. Lib. impress. Barchinone 1552. in fol. Item, ibidem in suis Carminibus Hispanicè scriptis, quæ sunt ad finem

libri Epistolarum supra citati, fol. 99. sic de B. Virgine Maria inquit:

Alabado seais por siempre,
Al fin que determinasteis,
Vna Virgen fabricasteis,
De culpa la preservasteis,
Sobre el mundo la encumbrasteis.
Y MARIA la llamasteis, &c.

Lib. impress. ut supra.

Item, in libro: Jardin de amores santos, y lugares comunes doctrinales, in indice concionatorio, *de Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impr. Compluti 1589. in fol. ibique citat aliquos Doctores pro immunitate Virginis Mariæ.

Item, in Compendio vitæ Sanctorum, ad diem 8. Decembris, *de festivitate purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* Legendam, à fol. 46. usque 49 Lib. impress. Matriti 1607. in fol.

Item, in libro de Mysterijs sacrosanctæ Passionis Christi, parte 3. tractatu 60. de Transfixione Virginis Mariæ, fol 173. *Quòd Deipara fuit præservata à peccato originali*, Lib. impress. Compluti, ann. 1578. in 4.

Item, in libro de Ornatu animæ, cap. 4. folio 28. Quòd caro Christi fuit pura, *quia ex purissimis sanguinibus Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Compluti 1549. in 4.

FRANCISCUS de Osuna, Ordinis Minorum Hispanus, Minorita communiter dictus, in Sanctuario Biblico *de Conceptione B. Virginis* Sermonem unum, vel potiùs sunt septem, super illa verba: Ipsa conteret caput tuum, à fol. 179. usque 208. Lib. impress. Tolosæ 1533. in 4. Et ibidem, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, qui est in ordine 5. folio 17.

Item, in parte Meridionali Sermonem alterum *de conceptione Beatæ MARIÆ*, super Evangelium: Ecce Rex tuus venit tibi. Romæ 1590. in 4.

Item, super illa verba: Beatus venter, qui te portavit, pro primo Sabbato Quadrageſimæ, *de Ventre prædestinationis*, in parte Occidentali. Impress. Venetijs 1572. in 8. & Parisijs 1546.

Item, in libro de Quinque plagis Domini nostri Jesu Christi, cap. 9. Quòd caro B. Virginis Mariæ, præfigurabatur in arca, cujus materia fuit ex lignis sethim imputribilibus; *quia caro Beatæ Virginis ac Filij immunis fuit ab omni corruptione peccati.* Ex libro Latinè reddito per Sebastianum Hugolinum, & impress. Romæ 1616. in 4.

Item, in parte Occidentali, Sermone feriæ 4. primæ Dominicæ Quadrageſimæ, folio 207. inquit: Ad nostram domum prior venit dæmon, quando in originali peccato concipimur, quo replemur morticinio & scaturigine cæterorum peccatorum; *tamen in MARIAM prior venit Spiritus Sanctus, qui duas operatus est Conceptiones immunes*, scilicet Mariæ & Christi, quoniam prior ad posteriorem ordinabatur; ideoque de ijs dictum est: Age Conceptiones tuas. Lib. impress. Venetijs 1572. in 8.

Item, tomo 1. super Missus est, &c. ad illa verba: Ave gratiâ plena, à cap. 56. usque 73. plura invenies *pro immunitate ac munditia Virginis MARIÆ à peccato & omni macula.* Impress. Antuerpiæ 1535. in 8. Et parte 2. super Missus est, feria 3. secundæ Dominicæ Adventûs, *de Conceptione MARIÆ*, super Missus est, ad litteram Sermon. & incipit: In lib. Judicum. Et ibid. feria 4. Dominicæ 2. Adventûs, *de Conceptione Virginis MARIÆ*; incipit etiam: In libro Judicum. Et feria 5. secundæ Dominicæ Adventûs, *de Conceptione B. MARIÆ* incipit: Quia forsitan. Hæc omnia extant à folio 73. usque 100. Lib. impress. Antuerpiæ 1535. in 8.

Item, in 1. parte Abecedarij spiritualis, in qua agitur de circumstantijs Passionis Christi Domini, tract. 21. capite 5. folio 156. De una cosa especial en que Christo quiso igualar a su Santissima Madre assi, que fue en padecer *sin tener culpa*, &c. Lib. impress. Burgis 1537. in 4.

Item, in libro dicto: Norte de los Estados, de Statu parvulorum, folio 92. à tergo, vocat Virginem Mariam siempre Virgen, *sin macula, ni mancha*, &c. Lib. impress. Burgis 1550. in 4.

FRANCISCUS de Ovando, Mogollonis et Paredes, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. 4. Sententiarum, distinct. 4. propositione 3. folio 121. *Quòd B. Virgo MARIA, quantumvis in utero sanctificata, fuit baptizata*, nisi fortè in ea fuit ratio dispensandi, quia habuit in Conceptione Filij tam plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam pervenire, &c. Lib. impress. Matriti 1567. in 4.

Item, in Breviloquio super 4. libros Sententiarum, in 3. lib. distinct. 3. de Sanctificatione B. Virginis Mariæ, *pro ejus immunitate ac præservatione à peccato originali* ponit Propositiones sexdecim ubi de hoc mysterio, à folio 22. usque 41. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1584. in 4.

FRANCISCUS de Oviedo, Societatis Jesu Hispanus, in primam secundæ Sancti Thomæ, controversia 9. tractatu 6. puncto 12. num. 6. agens de peccato originali, ita scribit: Si Deus speciali privilegio aliquem ex Adamo descendentem ab originali præservasset, *sicut præservavit Beatam Virginem*, &c. Et in eodem tomo, controversia 9. puncto 1. num. 1. ait: Nullus Doctor Catholicus negat in omnibus ex Adam descendentibus hoc peccatum reperiri, scilicet originale, *dempta Beata Virgine*, quam positivè non comprehendi universali illa regula, constat ex Tridentino, sess. 5. canon. 5. Lib. impress. Lugduni 1646. in folio. Et hanc eandem Conclusionem defendit in publicis Thesibus Compluti. Impress. anno 1645.

FRANCISCUS Pacheco Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Apacible coloquio entre un Congregado, y un Tomista, tratando de la *Concepcion Immaculada de la Virgen Sanctissima Señora nuestra*, &c. Lib. impress. Hispali 1620. in 4.

FRANCISCUS Pacheco de Toledo Hispanus, ac Cardinalis S.R.E. tit. S. Crucis in Hierusalem, & Archiepiscopus Burgensis, in Constitutionibus Synodalibus à se editis, sic inquit: *Conceptio Dominæ nostræ*, die 8. Decembris observabitur in hac civitate, pro voto facto; & non manducandæ carnes in vigilia ipsius; & in pluribus alijs locis hujus Archiepiscopatûs observatur hæc festivitas ex devotione. Concedimus autem observantibus hanc festivitatem octoginta dies Indulgent. &c. Vide verb. Burgensis Ecclesia. Ex Postpura Mariana, fol. 154.

FRANCISCUS de Padilla, Canonicus Malacensis Hispanus, in Historia sanctissimæ Domûs, ac Sanctuarij Dominæ nostræ Lauretanæ, in Litanijs inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam*, libera nos Virgo gloriosa, &c. Lib. impress. Matriti 1588. in 8.

FRANCISCUS de Pamplona, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Poëmata, in quibus fre-

tectæ Deiparam MARIAM fuisse immunem à peccato originali. Ita Sanct. Zapata, in Tractatu de Conceptione, fol. 160. ubi habet etiam alia Carmina.

FRANCISCUS Panigarola, Ordinis Minorum Italus & Episcopus Astensis, in Lectionibus dogmaticis contra Calvinum, lect. 7. fol. 103. affirmat: *Quòd Virgo MARIA præservata fuit à peccato originali*; sed mortua ex conditione naturæ, non ex culpæ pœna, &c. Lib. impress. Italicè Ferrariæ 1585. in 8.

Item, in Homilijs habitis anno 1580. Romæ, in festo Sancti Joannis Baptistæ, agit de quæstione: *Verum Virgo MARIA fuerit prius in peccato concepta, deinde sanctificata, vel potius præservata?* &c. Lib. impress. Venetijs 1600. in 8. fol. 41. à tergo. Item, ibidem Sermone de Assumptione, parte 1. folio 137. inquit: Veluti multa in sacris Litteris explicitè scripta non inveniuntur, quæ tamen, ut ab Ecclesia tradita, omnino credenda sunt; ita multa neque scripta explicitè, neque determinatè tradita inveniuntur, quæ tamen credere pium est, & magis rationi consonum. Quòd non omnia credenda scripta sint, hoc contra sui temporis Hæreticos, omnes ferè Patres probaverunt. Sic Basilius contra Eunomium; sic Irenæus contra Valentinum; sic Athanasius contra Arianos; sic Tertullianus contra Marcionem; sic Origenes contra Celsum: sic omnes. Quòd verò multa vera sint, quæ nondum Ecclesia explicavit, hoc ex ejus loco Evangelij pendet, ubi Joannis 16. de Spiritu Sancto loquens Christus: Ille (inquit) quæcumque audiet, loquetur; & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis: & omnes Patres, quoties (addunt) occasio data fuerit, sicut ibi de eodem dicitur: Ille docebit vos omnem veritatem, successivè exponunt, non simul; quasi dicant: multa vera esse, quæ tamen nondum determinatè docere voluit Ecclesia; quia ut aurora consurgit, & usque ad consummationem sæculi vult habere, quæ determinet. Ante Concilium Nicænum verum erat nomen Homousion, non tamen determinatum; dedit occasionem Arius, & determinatum est. Ante Concilium Ephesinum verum erat nomen Deiparæ, nec tamen determinatum; dedit occasionem Nestorius, & determinatum est. Ante Concilium Lateranense verum erat, sed non determinatum nomen Transubstantiationis; dederunt occasionem Hæretici, & determinatum fuit. Ante Concilium Carthaginense aliqui libri verè erant Catholici, nec tamen determinati; dedit occasionem hæresis, & Spiritus Sanctus docuit. Unde duæ regulæ nascuntur; altera Scholasticorum, quâ dicunt argumentum de auctoritate Ecclesiæ negativa non valere; quia non possumus dicere: Ecclesia non determinavit *Conceptionem Virginis sine peccato originali*; ergo nullo pacto est tenenda. Altera, quòd ubi duæ opiniones salvari possunt oppositæ, quarum nullam Ecclesia determinavit; ea profectò magis est amplectenda, quæ magis pia videtur, ad quam magis Ecclesia videtur inclinari, & quam à Doctoribus studiosiùs approbari, & majori consensu recipi videmus. Inter quas, si aliqua opinio talis, ea potissimùm est hæc, quam pertractamus de Assumptione corporis Virginei, cùm non modò non sit rejicienda, quia Ecclesia non determinavit; sed studiosiùs amplexanda, quia tota ferè Doctorum acies eam tutatur, ut videmus. Et folio 141. Quòd MARIA mortua est ex conditione naturæ, non ex pœna peccati.

Item, in lib. Psalmorum Pœnitentialium, in Kalendario adducit festivitatem Conceptionis. Et alibi vocat Virginem *speculum sine macula*. Et fol. 46. depingit imaginem Immaculatæ Conceptionis, cum hac inscriptione: *Quasi stella matutina in medio nebulæ*, &c. Extat lib. impress. Venetijs 1588. in 24.

FRANCISCUS de Pareja, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Sermone de Sancto Josepho, fol. 14. inquit: Es verdad, que avia Dios de sanctificar al Bautista pero hasta que estuviesse de lante MARIA no era tiempo; porque esta soberana Señora es la fuente donde se depositan las aguas *de la gracia original, &c.* Vide alia ibi, præcipuè inferiùs, ubi de præservatione ejusdem Virginis à culpa Adami. Lib. impress. Hispali 1653. in 4.

FRANCISCUS à Paterno, Ordinis Minorum Italus, habuit quandam *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Meditationem. Dum igitur copiosis lachrymis, & prolixa oratione Deum unicè precaretur, quatenus claro veritatis lumine huius omnino dubitationis tenebras depelleret; hanc tandem in cœlo vocem personantem percepit: Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes, sub honore B. MARIÆ Virginis, *de cujus Conceptione* gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei, &c. Sic in libro: Flores Seraphici, per Fr. Carolum Aremberg Bruxellensem, tom. 2. Annalium, ad annum 1598. num. 57.

FRANCISCUS, Patriarcha Hierosolymitanus, & Nuntius Apostolicus; Constitutionibus Apostolicis inhærendo, per diffinitivam sententiam condemnavit Fœlicianum Perez, Ordinis Prædicatorum, propter Sermonem prædicatum in Civitate Civitaten. (Hispanicè Ciudad Rodrigo) post Decretum Sanctissimi Pauli V. *contra mysterium Conceptionis*, ad Suspensionem à divinis, necnon privationem officiorum & dignitatum, ac inhabilitatem ad ea, &c. Habemus copiam manuscriptam.

FRANCISCUS Pavo Catanzarensis, Societatis Jesu, in prima parte Institutionis Congregationis Clericorum Assumptionis Neapol. Instruct. 1. cap. 17. fol. 173. agit de æterna prædestinatione Virginis MARIÆ, *ac ejus Immaculata Conceptione absq; originali peccato*. Item, Instructione 10. cap. 2. fol. 833. atque 837. agit *de eadem Immaculata Conceptione*. Et in Catalogo Sermonum seu Evangeliorum, adducit indicem concionatorium *pro Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Neapoli, anno 1629. in 4.

Item, in 1. parte Meditationum ejusdem Congregationis, meditat. 26. fol. 331. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*. Et in parva Corona, fol. 346. *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Neapoli, anno 1630. in 8. Et in 1. parte, medit. 33. punct. 2. folio 441. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, latè usque ad fol. 448. Et in 3. parte Meditationum, punct. 3. §. 6. ad illa verba: Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex MARIA Virgine, folio 107. *Quòd MARIA Virgo ab instanti suæ Conceptionis fuit absque omni macula peccati, etiam originalis*, &c. Lib. impress. Neapoli 1161. in 8.

Item, in libro dicto: Meditationi d' ei sacri Gigli ô vero essercitio divoto, sopra l' sette belleze, sette dolori,

dolori, sette allegreze della Vergine nostra Signora, puncto 2. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à folio 24. usque 73. Lib. impress. Neapoli, anno 1627. in 12.

FRANCISCUS de Peña Hispanus, in Vita Sancti Didaci, Ordinis Minorum, lib. 2. cap. 73. agit de miraculo ab ipso Sancto patrato, circa fœminam Mariam de la Peña, *coram imagine Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Compluti. Ita Emmanuel de los Angeles, libro de Conceptione, tract. 4. discursu 5. folio 263. Antonius Calderon, folio 321. & alij.

FRANCISCUS Perez de Marsulla, Ordinis Minorum Italus, edidit Opusculum in charta expansa, cujus titulus est: Anticha devotione *verso la Immacolata Concettione della Beata Vergine MARIA*, per implorare l'divino ajuto alle Donne nel partorire è ai Bambini nel nascere, &c. Extat impress. Panormi 1646. in folio, cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS Perez Garcia, Notarius Apostolicus Hispanus, dedit sequens testimonium: Notorio, y manifiesto sea à todos los que el presente testimonio vieren, oyeren, y leyeren; como en la Alma Ciudad de Roma, en el año de Nuestro Señor, y Redemptor Jesu Christo 1624 en la indicion 7. à cinco del mes de Agosto, dia de Nuestra Señora de las Nieves, y del Pontificado de nuestro muy Santo Padre Urbano, por la Divina providencia Papa VIII. el año primero, ante mi el Notario publico Apostolico infrascripto, pareciò personalmente el Illustre Señor Don Gaspar de Benemerin Infante de Fez, residente al presente en esta Alma Ciudad de Roma, y me pidio, y requiriò le hiziesse una fe, verdadero, y autentico testimonio, de como en la Iglesia Paro uial de Santa Maria la Mayor de la misma Ciudad de Roma, domde sucedio el milagro de las Nieves, que la Iglesia celebra en la Capilla que hizo, y fundo la Santidad del Papa Paulo V. de buena memoria, estando al presente tres lamparas grandes de plata, que siruen al altar Mayor de nuestra Señora, titular de la dicha Iglesia; y en cada una dellas, esta una vanderola de hoja de plata al modo de flamula, ò gallardete, en que con letras claras, y legibles, estàn por una parte los dos versos siguientes: *Ave MARIA, Alleluya: Gratiâ plena, Alleluya.* Y por la otra parte, que se corresponden otros dos versos, dize assi: *Concepta, Alleluya: Sine macula, Alleluya.* Las quales le pusieron el dia de Santo Domingo, quarto del dicho mes à las primeras Visperas de Nuestra Señora de las Nieves; y por tanto, &c. Extat hoc testimonium signatum à prædicto Notario; & sigillum continet imaginem Immaculatæ Conceptionis & duas claves D. Petri, cum his litteris *Sine originali concepta.* Habemus hoc testimonium manuscriptum in Archivo Sancti Francisci Matritensis Curiæ.

FRANCISCUS Petrarcha, Poëta laureatus Italus, in Cantione ad Beatam Virginem Mariam, sparsim pro ejus immunitate hæc habet:

Vergine bella, che del' Sol vestita
Vergine saggia, & del' bell' numero una
Vergine pura, de ogni parte intiera,
Vergine santa, d' ogni gratia piena,
Vergine sola al mondo senza essempio,
Vergine chiara, è stabile in eterno.

Hæc reperies ad finem ejus Operum. Impress. Basileæ 1554. in folio. Et in libro: Il sacro Tesoro pio, ex varijs Poëtis, folio 25.

Item, in quadam Oratione ad Virginem circa pro pia opinione *de Puritate Conceptionis Virginis MARIÆ*, à R. P. Joanne Eusebio Nieremberg. libro de Exceptionibus, cap. 27. folio 504.

FRANCISCUS Pettia Sanctoella, Abbas Iselus, in libro Odarum, lib. 1. ode 4. folio 13. ad Virginem Assumptam, inquit:

Nec venenatâ voluit sagittâ
Integram tangi, niveamq; labis,
Quam trahit proles genitoris ictu
Semine primi, &c.

Lib. impress. Neapoli 1634. in 4.

FRANCISCUS de Picart, Doctor Parisiensis Gallus, scripsit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ* in libro Sermonum, seu instructionum Christianarum, ubi ejus præservationem à peccato originali apprimè adstruit. Impress. Parisijs 1564. in 8. & 1570. Et in libro Serm. Adventualium, fol. 85. in Serm. de Nativitate gloriosæ V. Mariæ: *Quòd fuit concepta absq; macula & peccato originali.* Lib. impress. Parisiis 1568. in 8. Et in eodem libro: Recueil des Sermons de tous les jours de l'Advent, festes, &c. à folio 55. pro feria 2. Dom. 2. Adventûs: Quæcumquæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, habet Sermonem *de Conceptione*, in quo asserit Virginem *fuisse conceptam in gratia, & sine macula.* Item, folio 59. *pridem die Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem, in quo latè de *ejus præservatione.* Impress. Parisijs 1561. in 8. & 1568.

Item, composuit *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, quo utuntur Sanctimoniales Monasterij Chalensis Ordinis S. Benedicti; quod fuit editum Parisijs per R. P. Hilarionem de la Coste Minimum, 1658. in 8. Nescio, an sit distinctus à præcedente.

FRANCISCUS Pichon & Merinero, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de Deo Incarnato, disput. 1. cap. 2. sect. 4. folio 34. num. 51. *Quod Virgo MARIA fuit ex morte Filij sui præservata in executione, & ex meritis Christi quoad substantiam, &c.* Lib. impress. Toleti 1659. in 4.

Item, *de hac ipsa præservatione à peccato originali* agit in Tractatu de Peccato originali; ut ipse testatur dicit ibidem.

FRANCISCUS de Pietate Maciel, Ordinis Prædicatorum Hispanus ex India Orientali, in Collectione Expositionum Sanctorum Patrum, Doctorumque clarissimorum in utriusque Testamenti historias, in tres partes distributa, &c. in Genesim textu 7. capite 1. num. 145. folio 87. ad illa verba: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, inquit ex Hugone de Sancto Caro: Quæ verba, etsi de æterna Verbi generatione ad litteram intelligantur, cùm Ecclesia accommodet illa *Conceptioni B. Virginis*, non est mirum, quòd illa verba non possint, neque à profundissimæ sapientiæ viris clarè colligi ex ulla parte sacræ Paginæ; nam multò longiùs talis abyssus ab æterno processit. Atque in indice, inquit: *MARIÆ Virginis Beatissimæ Conceptionis Immaculatæ mysterium*, non est mirum, si neque exprimatur in Scriptura, neque clarè cognoscatur à Sanctis, & viris doctis. Lib. impress. Neapoli 1636. in fol.

FRANCISCUS de la Piedad, Doctor Hispanus, sed est nomen suppositum; nam absque aliqua controversia fuit ex Ordine Prædicatorum,

in Theatro Jesuitico, sive Apologetico, &c. fol. 235. agit *de Virginis Conceptione*, & folio 388. inquit: Ordenoron una fiesta, Seria *de la Concepcion purissima de la Madre de Dios*, &c. Lib. impress. Conimbricæ 1654. in 4.

FRANCISCUS Pimentel, Societatis Jesu Hispanus, Regius Concionator, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *Sermon de la Concepcion de N. Señora* en el primer dia de la octava, que se hizo à la milagrosa imagen de nuestra Señora del Buensuceso, en el Real Hospital de la Corte, con ocasion de la dedicacion de la Capilla, y Retablo. Lib. impress. Matriti 1647. in 4.

Item, in libro dicto: Exequias, tumulo, y pompa funeral, que la Universidad de Salamanca hizo en las honras del Rey nuestro Señor Don Felipe Tercero, en 5. de Junio de 1621. Extat Sermo ejusdem Patris, in quo pag. 93. §. 1. agit de devotione ejusdem Regis *ad mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis* MARIÆ. Imp. eodem anno in 4.

Item, in alio Sermone ejusdem assumpti, fol. 34. agit latè de eadem devotione Regis *erga Conceptionem*. Impress. ibidem; incipitque: Salio de Milan.

FRANCISCUS Pinelo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in quadam Cantione de Assumptione Virginis MARIÆ, ita cecinit:

Como azucena os plantò
Con propriedades divinas
Quien las tiene y os las dio
Virgen entre las espinas
De que Adan nos heredo.

Extat apud Simonem Diaz, in lib. Dominæ nostræ de la Fuensisla, folio 160.

FRANCISCUS de Pisa, Decanus Universitatis Toletanæ Hispanus, in descriptione ejusdem Civitatis, &c. lib. 5. cap. 8. num. 9. fol. 235. *de Capella Immaculatæ Conceptionis* erecta à D. D. Francisco Ximenio de Cisneros, in Palatio Archiepiscopali, &c. Lib. impress. Toleti 1617. in fol.

FRANCISCUS de Pitygianis Aretinus, Ordinis Minorum Provinciæ Hetruriæ Italus, in 3. Sententiarum Scoti, distin. 3. quæst. 1. *Vtrum B. Virgo MARIA fuerit concepta in originali peccato?* artic. 1. ait: Non solùm est verum, sed necessariò tenendum, quòd licèt Beatissima Virgo non contraxerit originale peccatum, contraxit tamen debitum incurrendi peccatum originale, id est, contraxit naturam obnoxiam & subiectam obligationi & necessitati incurrendi peccatum, nisi præveniretur à Deo impediente fluxum peccati, &c. Item: *Quòd B. Virgo MARIA in propria persona contraxit debitum incurrendi originale peccatum.* Item, artic. 1. *Quòd Deus de potentia absoluta potuit præservare Virginem MARIAM ab omni peccato*; ita quòd in puncto animationis sanctificaretur à Deo per gratiam sibi infusam. Item: *Quòd fuit possibile, Divam Virginem fuisse tantùm per unum instans in peccato originali.* Item, artic. 4. *Quòd Deus facere potuit, quod Virgo fuisset in peccato per aliquod tempus, & in ultimo illius temporis instanti purgaretur.* Item, artic. 5. *Quòd B. Virgo fuit præservata ab originali peccato*; quam Conclusionem latissimè pertractat & defendit. Item, artic. 6. Quòd veritas *de Immaculata Conceptione* ab Ecclesia definiri potest, quando expedire judicaverit; usq; modò tamen de hac controversia nihil esse ab Ecclesia definitum; atque adeò sententiam non esse de Fide; non tamen posse verè dici hæresim esse, nec impium seu temerarium, asserere Virginem fuisse conceptam in originali peccato: nec esse peccatum mortale aut veniale, sentire B. Virginem fuisse conceptam in peccato originali, aut sentire oppositum, seclusò scandalo & pertinacia. Et artic. 7. Quòd sit certum *Beatam Virginem fuisse sanctificatam in utero Matris suæ*, quod non solùm piè & probabiliter credendum esse affirmat; nec esse apertum dogma hæreticum hoc negare; quia veritas hæc non est expressè diffinita, aut tradita tanquam de Fide: tamen erroneum esse censet, vel saltem errori proximum, &c. Item, artic. 8. *Quòd B. Virgo habuit usum rationis in instanti suæ Conceptionis & sanctificationis*; & quòd cognitio, quam in primo instanti suæ Conceptionis habuit, fuit potissimè circa Deum, & circa Christum; & quòd hæc cognitio fuit per actum Fidei perfectum, & semper duravit. Item, artic. 9. *Quòd Beata Virgo fuit sanctificata per propriam dispositionem.* Quomodò autem sit intelligendum, latè explicat. Item, artic. 10. *Quòd B. Virgo in sua sanctificatione habuit gratiæ plenitudinem*, omnes virtutes per se infusas, omnia Spiritus Sancti dona, & omnes gratias, quæ dicuntur gratis datæ. Item, artic. 11. *Quòd gratia B. Virginis in prima sanctificatione non habuit gratiam consummatam*; & quòd semper gratia recipiebat augmentum per bona quæ faciebat opera; nec accepit gratiam summè intensam, habuit tamen intensiorem gratiam, quàm quilibet homo, vel quilibet Angelus in prima sua sanctificatione habuerit; atq; pium & verisimile esse, credere, gratiam Virginis in prima sanctificatione intensiorem fuisse, quàm supremam gratiam, in qua consummantur Angeli & homines. Item, artic. 12. *Quomodò Virgo MARIA aliquando habuerit fomitem peccati, vel quando fuerit sublatus?* quod latè explicat. Item, artic. 13. *Quòd Beata Virgo nunquam amisit gratiam, quam in prima sanctificatione accepit*, quòd in ea cõfirmata, & donum gratiæ & singulare Dei auxilium accepit, ita ut *nec levissimam culpam unquam commiserit.* Item, artic. 14. ait: *Beata Virgo in hac vita non fuit impeccabilis ab intrinseco, seu ad modum Beatorum; bene tamen in prima sanctificatione talia dona gratiæ & auxilia recepit, ut infallibiliter nunquam peccaret*; & hæc confirmatio in bono non fuit formaliter diversa ab ea, quam in secunda sanctificatione habuit; sed solùm potuit differre secundùm magis & minùs: & formaliter loquendo, non magis fuit impeccabilis post secundam sanctificationem, quàm post primam: quia post utramque ex vi intrinsecæ dispositionis peccare poterat. Unde in sensu diviso, atque simpliciter dici potest habuisse semper potentiam peccandi: ab Incarnatione tamen Verbi habuit certitudinem de sua confirmatione in gratia. Extant hæc omnia in lib. impress. Venetijs 1613. & 1622. in fol.

Item, in Commentarijs scholasticis in Genesim, ad illa verba: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erat valde bona, fol. 149. quæst. 11. inquirit: Utrum V. MARIA fuerit *purior* ac melior creatura, quæ potuit esse vel creari? &c. Cui respondet affirmativè. Item, de maledictionibus serpentis, & contra eum latâ sententiâ, quæst. 10. fol. 559. *& de puritate & sanctitate* Virginis MARIÆ post Christum, & quomodò contrivit caput serpentis, &c. Lib. impress. Venetijs, anno 1615. in 4.

FRANCISCUS Plachy Bohemus, Societatis JESU, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*; ut testatur Franciscus Maria Pistoia, in MARIA triumphante, corona 2. capite 5. folio 157.

FRANCISCUS Poiré, Societatis Jesu Gallus: La triple couronne de la glorieuse Vierge Mere de Dieu, cap. 8. tract. 1. fol. 73. agit mentionem *de Militia Christiana Immaculatæ Conceptionis*, fundata tempore Pauli V. & confirmata, &c. Parisiis 1638. in 12. & 1653. & Cramoysi 1630. & 1633. in 4. Et Stella 7. agit *de Immaculata Conceptione, & ejus præservatione*: imo tota est super hoc; & per alias sequentes latissimè.

FRANCISCUS Poligranus, Ordinis Minorum, 3. parte Postillarum, sive Enarrationum in Evangelia, *in die Conceptionis MARIÆ* Sermonem seu Homiliam, à folio 32. usque 47. Lib. impress. Coloniæ 1559. in 8.

FRANCISCUS Ponce de Leon, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *de illibato Conceptu Deiparæ MARIÆ*. Extat apud Ferriol, in lib. de Concept. folio 74.

FRANCISCUS Porto-Carrero Hispanus, in vita S. Ildephonsi, cap. 19. agit *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert P. Eusеb. in Sacr. folio 25.

FRANCISCUS Quaresmius, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Conceptione Sanctissimæ Virginis MARIÆ, & ab omni peccato præservatione*, ob sacra Vulnera & Christi Passionem, Opusculum unum in septem Sectiones divisum. Extabat tom. 2. Operum de Vuln. Chr. cap. 14. à fol. 196. usque 221. Sed quorumdam diligentiâ fuit Tractatus ille inde extractus. Impress. Venetijs 1652. in fol.

Item, scripsit pro Confraternitate Sanctissimi Stellarij *illibatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* Tractatum unum. Impress. Panormi 1648. sub nomine suppositio in 4.

Item, in Apparatu pro reductione Chaldæorum ad Catholicam Fidem, lib. 8. capite 4. de Duodecim diebus festivis mensis Januarii, circa observationem festi S. Joannis Baptistæ: Quòd Ecclesia celebrat *festum Conceptionis, & Nativitatis B. Virginis MARIÆ* ob illorum dierum singularem sanctitatem, virtutem & dignitatem: & quia *Beata Virgo MARIA sine peccati labe, Dei munere, concepta* & in lucem edita fuit. Ita in manuscriptis libris, quos apud me habui Romæ, & extabant tomo 3. folio 181. Item, cap. 15. de Diebus festivis Chaldæorum: Quòd Bernardus subindignatus fuerit Canonicis Lugdunensibus, eò quòd novam inducerent celebritatem *Conceptionis B. Virginis MARIÆ* obtentu cujusdam supernæ revelationis; non quia illa sancta non esset, & veneratione digna: sed quia illam celebrabant sine Romani Pontificis, & Catholicæ Ecclesiæ auctoritate. Ibidem, fol. 246.

FRANCISCUS Quevedo Villegas, Eques auratus, in libro cujus titulus est: Virtud militante contra las quatro pestes del mundo, embidia, ingratitud, sobervia y avaritia, &c. fol. 85. loquens de Domo Lauretana, quare adducta fuerit inter Christicolas, quando alia sacra loca remanserunt apud Infideles; sic inquit pro præservatione Virginis à peccato originali: La casa de Maria antes y despues y siempre fue alvergue de toda soberana santitad, y por esso su hijo quiere que aquella casa y ladrillos, y piedras que su madre leguardo en pureza Angelica antes, sea defendida por el despues de captiverio, y exaltada con translacion Angelica. Pues si cuida con tal providentia, estando triumfante à la diestra del Padre, de la decentia de la casa en que fue concebido; quanto mas se deve creer *que cuido de la immunidad de aquella en que fue concebido*. Y en privilegiar la casa de Maria tanto despues, enseña *que preservo MARIA* mucho antes: pues con razon devio de honrrar mas el vientre y entrañas en que estuvo, que la casa en que su madre vivia, &c. Lib. impr. Cæsaraugustæ 1651. in 8.

FRANCISCUS Quignonius, Ordinis Minorum, ac S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, composuit ac disposuit jussu & approbatione Summi Pontificis Clementis VII. Breviarium Romanum potissimùm ex Scriptura & probatis Sanctorum historiis, &c. in quo est officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Sicut lilium inter spinas. Impress. Lugduni 1538. fol. 770. & Venetiis 1547. in 4. regali, folio 485.

FRANCISCUS de Quintana, Rector Hispalis Matritensis Conceptionis, vulgariter la Quintina, in Oratione panegyrica pro D. Joanne Perez de Montalvan, folio 9. dicit: *Quod MARIA fuit mulier fortis, quæ caput serpentis contrivit.* Vide... Impress. Matriti 1639. in 4.

FRANCISCUS de Quintanilla & Mendoza Theologiæ Doctor Hispanus, de Confraternitate *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, fundata à D. D. Francisco Ximenez de Cisneros, S. R. E. Cardinali, in Acclamatione impressa Complut. 1643. & in Discursibus Complutensibus edit. R. Patre Petro de Quintanilla, discurs. 11. fol. 312. Lib. impress. Romæ 1654. in 4.

FRANCISCUS Ramos, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Sermone de Transitu Beatæ Virginis Mariæ, super illud: Non est mortua puella: *Quòd Deipara fuit concepta absque peccato originali, ab ipso præservata, ac Immaculata in sua Conceptione*, &c. Et alia quamplura hujusmodi in principio, & sparsim per totum Sermonem; ita ut potiùs dici possit Sermo de Immaculata Conceptione Virginis, quàm de ejus Dormitione. Impress. Hispali 1619. in 4.

FRANCISCUS de Res, Doctor antiquus, scripsit *de Conceptione Virginali* Librum unum, ... Pelbarto de Temesvar in Stellario, lib. 5. ... 1. art. 3. Marrac. in Biblioth. fol. 434. Pelbart. Corollario 2. cap. 8. fol. 228.

FRANCISCUS de Retza, Ordinis Prædicatorum, sacræ Paginæ Professor in Universitate Bononiensi, in Opere super Antiphonam Salve Regina, in tres Tomos distributo, tomo 3. in fine dicit: *Virgo MARIA sine peccato originali concepta*. Extat manusc. apud Prædicatores Coloniæ; ... non potuimus extrahere verba, quia ad hoc non dederunt nobis locum. De hoc Auctore facit mentionem R. P. Joann. Anton. Velazquez.

FRANCISCUS Richardot, Episcopus Arrabatensis Gallus, in libro: Les Collectes des Dimenches & principales festes de l'Eglise, pour *Conceptionis Dominæ nostræ* Orationem, Carmina, Deprecationem. Impress. Duaci 1572. in 12.

FRANCISCUS Rincon y Benavides, Poëta Hispanus, in Cantione de Assumptione Dei Matris Mariæ, inquit:

Muerte al pecar fue lei para evitalla
MARIA (dice) y yo excepcion tenemos.

Extant Carmina ista impress. in libro Sacrarum Toletani, fol. 26.

FRANCISCUS Rivera Villacastrensis, Societatis Jesu Hispanus, refert opinionem illam, ... particula materiæ, ex qua Virgo Maria formata ...

erat, signata fuisset in Adam à diebus æternitatis sive sæculi, id est, ab initio mundi, & inde per successiones ad Beatissimam Virginem venisset, &c. Ex hac particula, sustinuerunt aliqui Virginem fuisse conceptam absque peccato originali. In Prophetam Michæam, cap. 5. num 37. Lib. impress. Coloniæ 1599. in fol.

Item, in Epistol. ad Hebræos, adducit indicem concionatorium *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Salmanticæ 1598. in 4.

FRANCISCUS Rousselel, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus Theologicis super 3. & 4. librum Sententiarum Scoti, habitis Duaci die 16. Januarii, 9 Conclusion. de Christiparæ perfectione & dignitate: *Christipara MARIA non solum à peccato originali præservata, sed etiam justitiâ originali insignita* probabiliter dici potest, &c. Impress. Duaci, anno 1659. in charta expansa.

Item, idem in Conclusionibus Theologicis de Angelo & homine, habitis Insulis die 8. Octobris, in Conclusione 10. hæc habet: Omnes & soli homines qui ab Adam per naturalem & ordinariam generationem descendunt, peccatum hoc originale contrahunt. *Solam Deiparam excipe MARIAM, quæ licèt filia naturalis Adæ, nullas tamen peccati ipsius maculas contraxit.* Impress. Insulis, anno 1648. in charta expansa.

Item, in Thesibus Theologicis, habitis Valencenis tempore Capituli Provinciæ S. Andreæ, ex 2. & 3. Sententiarum Scoti. 35. de Excellentia Virginis, dicit: Virgo Maria inter omnes creaturas puras & mortales fuit perfectissima, tam in donis naturalibus, quam supernaturalibus. Vera & naturalis Adæ filia fuit, ab eo descendit viâ ordinariâ generationis, *peccatum tamen originale non contraxit.* Titulus ille *Immaculata, non solum Virginis aut MARIÆ, sed etiam ipsius Conceptioni* tribui potest, &c. Habitæ fuerunt Valencenis die 9. Maij, & impress. anno 1659. in charta expansa.

Item, idem in Theologia Scoti, sive Conclusionibus habitis Valencenis die 20. Aprilis pro Comitiis Provincialibus, columna 2. Conclusione 2. agit incidenter *de exceptione Virginis à peccato originali.* Et Conclusio 9. sub titulo: Christiparæ perfectio & dignitas; est *de præservatione Virginis à peccato originali.* Impress. Valencenis, anno 1653. in charta expansa.

Item, idem in Theologia Scoti de Christo Domino, ejusque purissima Matre Maria, habita Insulis die 13. Maij in Comitiis Provincialibus, à Conclusione 5. & deinceps agit *de Conceptione Virginis MARIÆ & ejus præservatione à peccato originali*, & quòd hoc possit ab Ecclesia definiri, latè per plures Conclusiones. Impres. Duaci 1650. in charta expansa.

FRANCISCUS de Roxas, Poëta Hispanus, in Comœdia de quadam Areptitia, fol. 133. inquit:

Que es el que me ha defendido
Por tener yo devocion
A su limpia Concepcion.

Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

Item, in Comœdia, cujus titulus est: El Martyr de Portugal, Scena 2. agit *de Ecclesia Conceptionis existente* in civitate Ceutæ in Africa. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1654. in 4.

FRANCISCUS de Roxas Toletanus, Ordinis Minorum, in Concord. Evangelic. 4. Evangelistarum, iuxta translationes litterales, &c. tom. 1. circa præcipuam Evangelij partem, quam Catholica Mater Ecclesia *in Conceptione Deiparæ Virginis*, juxta ritum Fratrum Minorum concinit, Concordantiam unam; & similiter in festo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermones duos, à fol. 46. usque 70. Lib. impress. Matriti 1621. in fol.

Item, in Elucidario *Virginis MARIÆ, de ejus Immaculata Conceptione* Sermones, à pagina 1. usque 84. Matriti 1643. in fol.

FRANCISCUS Roys, Ordinis Cistercienses Hispanus, in Oratione Evangelica pro S. Hierotheo, &c. fol. 21. *Quòd Virgo MARIA fuit Luna absq; macula.* Serm. impress. Salmanticæ 1650. in 4.

FRANCISCUS de Ruere Saonensis, Ordinis Minorum, postea Sixtus Papa IV. composuit Tractatum *de Conceptione Virginis Sacratissimæ Dominæ nostræ.* Ita Gundisalvus de Illescas in Historia Pontificia, parte 2. libro 6. De hoc etiam loquitur Joannes Minimitanus, in additionibus ad Platinam. Lib. impress. Parisijs 1530. in 8. Et quam plurimi agunt de hoc Tractatu: de Bullis autem, & Constitutionibus, vide verb Bullæ, & Sixtus IV.

FRANCISCUS Rugerius, Congregationis Somuschensis Sacerdos, ac sacræ Theologiæ Professor, in Epigrammate cui Epigraphe est: *Miranda antithesis Conceptionis & dormitionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Ita Ant. de Leon in Biblioth. classi. 9. & se refert ad classi. 37. & 70.

FRANCISCUS Ruiz de Vergara & Alava, Eques auratus Militiæ Sancti Jacobi, & à Consilio supremo Militarium Ordinum Hispanus, in libro cujus titulus est: Regla, y establecimientos de la Orden, y Cavalleria del glorioso Apostol Santiago Patron de las Españas; in quadam speciali Dedicatoria *Immaculatæ Deiparæ, & semper Virgini MARIÆ*, incipit sic: Sisto me tibi, *Virgo, à primo instanti Conceptionis tuæ nulla primævi parentis labe coinquinata, &c.* Lib. impress. Matriti, anno 1655. in folio. Item, infra habet eandem Dedicatoriam Hispanicè, sub his verbis: Presentome a vuestras plantas, *o Virgen pura, libre de toda impuridad, y mancha, desde el primer instante de vuestro ser, &c.* cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS Ruizius, Societatis Jesu Hispanus, in Collegio Complutensi sub præsidio R. P. Marcelli Aponte, defendit *Virginem MARIAM à peccato originali semper fuisse immunem, atque etiam à debito proximo contrahendi, &c.* ut extat in Conclusionibus impressis, anno 1632. Illud idem postea sustinuit in Collegio Murciano ac Matritensi.

FRANCISCUS à Salerone Gallus, edidit Librum: Templum gratiæ, & prærogativæ *innocentiæ super Conceptionem*, & obitum B. Virginis Mariæ. Parisijs 1544. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 436. & in Catalog. Pistoia, coron. 2. c. 8. f. 225.

FRANCISCUS de Sales Sabaudus, & Venerabilis Genevensis Episcopus, atque Fundator Monialium Annuntiationis B. Mariæ, consecratus fuit anno 1602. in die *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cui mysterio addictissimus fuit. Sic in Epitome vitæ, pagina 112. Balinghen ad diem 8. Decembris, fol. 705.

Item, in Civitate Arsisien. priùs instituit Congregationem sub titulo & invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ.* Christoph. Giarda Episc. Castrensis, fol. 261. ex Hippolyt. Marrac. in Catalogo, anno 1648. & in Fundat. Marianis, cap. 43. fol. 325. Carolus Augustus in ejus

vita, capite 8 Joannes Tamajus de Salazar, fol. 298. Euseb. Nieremb. in sacro Syllab. §. 5. ubi refert ex Marraccio admirandum casum columbæ.

Item, in Operibus ejus collectis à P. Nicolao Talon, Societatis Jesu, Gallicè, in Sermonibus familiaribus, Serm. de Præsentatione Virginis MARIÆ, ad illa verba: Inspice & fac secundum exemplar, &c. fol. 213. col. 1. inquit: Certes il est vray qu'il n'y a point de Saints, ny de Saintes, qui luy puissent être parangonnez: car cête glorieuse Vierge surpasse en dignité & excellence non seulement les plus grands Saints: mais aussi les plus hauts Cherubins & Seraphins, ayant eu cêt advantage par dessus tous les Saints, qui est qu'elle s'est donnée & totalement dediée au service de Dieu *dés l'instant même de sa Conception*, & il n'y a nul doute que cête *Sainte Vierge n'aye été toute pure, & n'aye eu l'usage de raison dés l'instant que son ame fut mise dans son petit corps, apres qu'il fut formé dans les entrailles de S. Anne*. Et comme cête glorieuse Vierge devoit naître de pere & de mere, ainsi que les autres enfans, aussi sembloit il que comme eux, elle devoit être entachée du peché originel: mais la divine providence en ordonna tout autrement, luy tendant ses mains saintes qui la retint, *afin qu'elle ne tombast dans ce miserable precipice du peché*, & luy donna l'usage de la raison & de la foy, par laquelle elle connût Dieu, & crût en luy, & par cête foy & connoissance elle se dedia & consacra à sa divine Majesté: mais d'une maniere tres-parfaite, &c. Et infra inquit: Je ne veux pas maintenant m'étendre à parler des benedictions qu'elle *receut en sa Conception*, ni en sa naissance, ains seulement de ce qu'elle fit en sa sainte Presentation, &c. Lib. impress. Parisiis, anno 1647. in fol. magno.

FRANCISCUS de Salinas, Societatis Jesu Hispanus, tom. 2. in Jonam Prophetam, quæst. 16. num. 11. Quòd universalis loquendi modus Divi Pauli non comprehendit *Conceptionem Virginis MARIÆ*, imò neque debitum, &c. Et quæst. 38. num. 10. probat ex Cajetano *Virginem MARIAM excipiendam esse à regula generali in sua Conceptione*. Et quæst. 35. num. 123. agit *de eximia redemptione Virginis MARIÆ à peccato originali* per Christum, &c. Item, num. 316. Quòd sententia asserens *Virginem MARIAM esse conceptam absque peccato originali*, obtinet statum proximum Canonizationis & definitionis. Lib. impress. Lugduni 1654. in folio.

Item, in manuscriptis pro 4. tom. de Privilegijs Beatæ Virginis Mariæ, *de Immaculata ejus Conceptione* agit latè, doctè & diffusè.

Item, habet paratum magnum Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ex argumentis factis ab Hæreticis, & solutis à SS. Patribus, respectivè ad materiam Conceptionis applicatis. Hunc manus. & ad prælum dispositum vidimus Matriti apud Auctorem in fol. & utinam videat lucem, quia erit opus magni momenti.

Item, idem anno 1618. defendit Salmanticæ in Thesibus *Immaculatam Conceptionem Virginis, & ejus præservationem*. Impress. ibidem.

FRANCISCUS de Sandoval, Poëta Hispanus, explicavit quoddam Ænigma *pro Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est apud Sanct. Zapata, lib. de Concept. folio 151.

FRANCISCUS Sansovinus Italus, Italicè reddidit Vitam Beatæ Annæ per Petrum Dorland... scriptam, cujus Cap. 5. est *de Conceptione & Nativitate Beatissimæ Virginis MARIÆ*.

Item, Vitam Christi per Landulphum scriptam... ubi in 1. part. agitur *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Ferrariæ 1586. in 4.

FRANCISCUS Sarmiento, Episcopus Genuensis, in Constitutionibus Synodalibus, folio 8. Eremitorio sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ* in Arxonilla, &c. Lib. impress. Baezæ, ... 1587. in 4.

FRANCISCUS Sarnensis, natione Ligur, scripsit *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, fecit dùm Possevinum & Leonem, classe 6. Existimo tamen hunc esse Franciscum de Ruvere, Ordinis Minorum, qui postea Sixtus IV. dictus. Si autem alius distinctus, de ipso nullam invenire potui notitiam.

FRANCISCUS à Secli, Ordinis Minorum, scripsit, edidit Novenam pro expectatione partûs Virginis Mariæ, in qua etiam agit *de Immaculata Conceptione*. Impress. Trani 1637. in 12. Hippolyt. Marrac. in Bibliotheca, & in Catal... De Auctore mentionem facit Wadding. sed... de Opere.

FRANCISCUS de Segura, Poëta Hispanus, in libro: De los sagrados mysterios del Rosario de nuestra Señora, &c. myst. 1. folio 2. inquit:

Santa Señora de pecado agena
Electa ut Sol, &c.

Lib. impress. Cæsaraugustæ 1602. in 8.

FRANCISCUS de Serris, Ordinis Prædicatorum, edi curavit Sermones Gabrielis Barletæ, & fol. 217. respondente Bareleta ad quoddam argumentum S. Thomæ, ait Serra in quadam tula interposita: Nota tu Lector, sub correctamen dixerim Dominî Gabrielis Bareletæ, quod non bene solvit argumentum Doctoris Sancti: nam si bene respicias solutionem Doctoris; innies, quòd Doctor non dicit, *quòd fuerit immunis illo tempore quo præparabatur Virgo ut esset Mater Dei, sed absolutè dicit illam omni tempore immunem originali & actuali*. Lib. impress. Parisiis 1521. Sed verba ista non extant in omnibus impressionibus.

FRANCISCUS de Sevilla, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *circa incontaminatam ... Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ ... 1651. folio 251.

FRANCISCUS Sforcia, Vice-Comes Mediolanensis, præcepit Civitati illi ut offerret certam cuniæ quantitatem, ut Fratres Minores celebrarent *Sanctissimæ Conceptionis festum*. Ita ex litteris Hippolyt. Marrac. in Heroid. Mar... folio 100.

FRANCISCUS de Silva, Societatis Jesu Hispanus, recepit votum factum *pro Immaculata Conceptionis mysterio*, in Domo Professa Societatis Jesu die 23. Februarij, anno 1653. ex Leone.

FRANCISCUS Sixtus Neapolitanus, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Tesseredecadas genealogiæ Jesu Christi, ex Mat. 1. de Christo Rege &c. cap. 193. ad annum 1588. folio 279. inquit: ... præterea Maria matutina Stella, via prævia Solis, Maria quid ni eadem ..... *Christus sine peccato; MARIA serpentis Leviathan Cretici caput septiforme potenter contorsit*: Christus verus templum circumcidi, & Joannem in Jordane ...

fluenta baptizari petijt non sui necessitate, &c. Pari pacto Maria in templo præsentatur, purificatur, baptizaturque, non sui necessitudine, verùm Filij similitudine, &c. Lib. impress. Venetijs 1564. & 1565. in 4.

FRANCISCUS Solanus, Ordinis Minorum Hispanus, ac inclytus Indiarum Occidentalium Apostolus, Peruanique Imperij universalis Patronus, fuit ferventissimus ac devotissimus Prædicator *mysterij Immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIÆ*. Ita Antonius Daza, in tract. de Conceptione cap. 6. fol. 44.

Item, in Sermone de Dominica in Passione Domini, ad vesperam, sub themate: Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum, &c. Hebræorum 9. & incipit sic: La ultima carta del Apostol es la que escribio desde Roma, &c. ubi inter alia, sic inquit: Hemos de decir necesariamente que este tabernaculo tan celebrado y alabado del Apostol por donde passò Christo antes que muriendo entrase en en santa santorum, es aquella unica y pura Esposa y Madre suya la sacratissima Virgen Maria. Este fue aquel celestial tabernaculo de de quien dixo David: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*; el *Altissimo santifico su tabernaculo, su pavellon en que se havia de aloxar en la campaña deste mundo. Como la santificò? Preservandola del pecado original y haciendola tan santa que fuesse digna morada suya*; que por no haver havido en el mundo un pavellon ò tienda como ella donde el Verbo Divino se aloxasse se dilato tanto su venida a el, &c. Et prosequitur latè, loquendo de puritate & sanctitate Virginis ex Anselmo, Bernardo, &c. Extat hic Sermo manuscr. apud nos in 4. propria manu ipsius venerabilis servi Dei. Sed adverte ejus devotionem ad hoc mysterium Immaculatæ Conceptionis, & vide quid faceret in aliis Sermonibus, quando in Sermone de Passione Domini tam apertè & pulchrè proponit & defendit præservationem Virginis à peccato originali.

FRANCISCUS Sonnius, Episcopus Buscoducensis, in Demonstrationibus Religionis Christianæ ex verbo Dei, tract. 2. cap. 8. & 9. vocat Virginem Mariam intactam & intemeratam; sed his titulis omissis, folio 195. inquit: Tum Angelus, Spiritus Sanctus (inquit) superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Esto, quòd non cognoveris neque unquam cognitura sis virum: tamen fiet, quod annuntio. Non viri, sed Spiritus Sancti operatione, qui sanè superveniet, id est, desuperveniet in te, *non quidem ut repleat ventrem, quoniam jam dudum gratiâ plena es*; sed ut repleat ventrem tuum novo fœtu inauditi partûs: virtus quoque Altissimi (cui nihil difficile) obumbrabit tibi, præservando te velut umbra quadam ab æstu concupiscentiæ, &c. Lib. impress. Lugduni 1564. in 8. & Coloniæ 1563. in folio. A longè tangit Auctor iste mysterium Conceptionis, vel immunitatis Mariæ; sed illud: Jam dudum gratiâ plena es, indicat indefinitum tempus, id est, à principio, vel ab exordio.

FRANCISCUS Sorianus, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. dicto: Concertatio Theologica, fol. 1. habet imaginem *Immaculatæ Conceptionis* cum diversis Hieroglyphicis. Item, de celebratione festivitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei* Dominæ nostræ, facta, feria 2. die 27. Aprilis, in qua prædicavit F. Nicolaus de Monroy, &c. Lib. impress. Granatæ 1648. in 4.

Item, prædicavit Sermonem in festivitate *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ MARIÆ Virginis* Granatæ, anno 1615. Impress. ibidem, anno 1616. & incipit: Son tantas.

FRANCISCUS de Sosa, Ordinis Minorum Generalis, postea Episcopus Oxomen. & Segovien. ad Philippum III. Hispaniarum Regem, Memoriale *pro Immaculata Virginis Conceptione* circa diffinibilitatem mysterij, absque convocatione Concilij, &c. Tractatum unum, qui extat in lib. impress. Hispali, par. 2. anno 1617 in. 4.

Item, edidit approbationem Libri compositi à D. Gundisalvo Sanchez Luzero, circa *Immaculatam Virginis Conceptionem*. Impress. cum eodem.

Item, *de Immaculata Virginis Conceptione* Apologiam, pro defensione Orationis Doctoris Megia de la Cerda. Impress. Matriti 1617. in 4.

Item, super Decretum Pauli V. *de Conceptione Virginis*, Expositionem. Item, scripsit encomia & decora ejusdem *Conceptionis* Virginis Mariæ, ex Marrac. & alijs.

FRANCISCUS Soto, Sacerdos Congregationis Oratorij, Italus, in Tractatu de Sactissimo Sacramento Eucharistiæ composito à Magistro de Avila Prædicatore Apostolico, à se traducto in linguam Italicam, tract. 17. fol. 367. & 369. *Quòd B. Virgo MARIA fuit exempta ac privilegiata, & immunis à peccato originali ex particulari privilegio*, ut affirmat S. Conc. Tridentinum, &c. Lib. impress. Romæ 1608. in 4.

FRANCISCUS de Soto, Societatis Jesu Hispanus, in Exequijs funeralibus D.D. Henrici de Guzman, S.R.E. Cardinalis, concludit sic: Laus Deo Virginique Mariæ *sine peccato originali conceptæ*. Serm. impress. Cordubæ 1621. in 4.

FRANCISCUS Spinula Mediolanensis, Doctor Italus & Poëta, lib. 3. Cantione 26. folio 79. ait de Beata Virgine Maria:

Quod genus lapsum fueras, nefandum
Per scelus nostri genitoris, una
Tu sacrosancta haud vitiato es orta
Semine Matris.
Integra ô Virgo, &c.

Lib. impress. Venetiis 1563. in 8.

FRANCISCUS Stanislaus, Societatis Jesu Polonus, edidit Polonicè officium *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Ita Alegambe in Catalogo, fol. 135. Marrac. in Catalogo, ad annum 1632. & in Biblioth. fol. 446.

FRANCISCUS Suarez Granaten. Societatis Jesu Hispanus, ad primam secundæ D. Thomæ, disput. 9. de Peccato originali, sect. 4. Quomodò *Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*, licèt in Adamo contraxerit debitum, &c. latè à fol. 442. usque 450. Lib. impress. Lugduni 1628. in folio.

Item, tomo 2. in 3. partem Divi Thomæ, quæst. 27. disp. 3. agit *de B. Virginis Immaculata Conceptione* per sex Sectiones, in quibus inquirit primò: An B. Virgo fuerit sanctificata in utero Matris? Secundò: Utrum Virgo peccaverit in Adamo, & ideo ex vi suæ Conceptionis fuerit originali peccato obnoxia? Tertiò: Utrum potuerit B. Virgo ante animationem sanctificari? Quartò: An B. Virgo potuerit in ipso momento Conceptionis sanctificari?

ficari? Quintò: An Beata Virgo fuerit ab originali peccato præservata, & in primo suæ Conceptionis instanti sanctificata? Sextò: Qua certitudine tenendum sit Beatam Virginem fuisse sine peccato conceptam? &c. Quæ omnia & alia ad hanc materiam pertinentia, reperies à fol. 1. usque 47. Lib. impress. Lugduni 1608. in fol. & Venetijs 1605. & Moguntiæ 1640.

Item, tomo 1. de Religione, lib 2. sub titulo: De Festis B. Virginis MARIÆ, cap. 8. fol. 36. num. 2. de prima festivitate V. MARIÆ, scilicet *Conceptionis*, & quomodò sit observanda. Lugduni 1639. in fol.

Item, scripsit Tractatum pro laminis repertis in Monte Sancto Granatensi, in quibus varia sunt testimonia *pro Immaculata Virginis Conceptione*; qui tamen Tractatus non fuit excusus, sed manuscriptus allegatur ab Ægidio Lusitano, Perlino, Christophoro de Vega, Palest. 3. certam. 6. num. 276. fol 81.

FRANCISCUS Sylvius à Brania, Comes & Theologus Duacensis: Quòd Virgo MARIA in sua *Immaculata Conceptione fuit immunis à peccato originali*, juxta declarationem Concilij Trident. ad secundam secundæ, quæst. 81. art. 3. concluf. 4. Lib. impress. Duaci 1635. in fol.

Item, de B. MARIÆ sanctificatione, Quæst. unam, sed brevem, in 3. par. D. Thom. Lib. impress. Duaci 1622. in fol. Ubi cùm exponeret litteram S. Thom. solùm ait, ad Articulum: *An B. Virgo sit concepta in peccato originali?* Sed ejus neutram partem Sedes Apostolica, ut fide tenendam, diffinivit. Donec Articulus hujusmodi à Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, servari debent, quæ interim prænominata Sedes Apostolica provisionaliter ordinavit.

Item, in Orationibus Theologicis, orat. 1. de Assumptione Virginis MARIÆ, à fol. 10. usque 17. vocat Deiparam totam pulchram, *in qua non fuit macula*; quam incorrupta conservavit gratia immaculatam, &c. Lib. impress. anno. 1621. in 8.

Item, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum; ut refert Marrac. & Wadding. sect. 2. pag. 91. Et nota, quod Serranus refert, lib. 2. cap. 8. num. 27. Vide Lucium Salernitanum. Hic Auctor opinionem suam retractavit; nam 3. par. S. Thom. q. 27. fol. 90. lib. impress. Antuerpiæ 1618. in folio, docuit Virginem fuisse conceptam in peccato originali; sed in altera impressione ejusdem 3. partis, contrarium tenet.

FRANCISCUS Tamajus, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Hispanus, 1. par. De las grandezas, y mejoras de Christo, en que por discursos, se tratan los mysterios mayores de su Concepcion, vida, y muerte, &c. discur. 16. sub hoc tit. Como fue Christo santo, por aver sido concebido de Madre Virgen: inter alia plura *de puritate Virginis MARIÆ, ejusque præservatione à peccato originali*, multa adducit scitu dignissima pro gloria Deiparæ; & Conceptione Virginea, à fol. 368. usque 392. Lib. impress. Matriti 1610. in 4. Et Gallicè traduct. à M. F. Sicc. C.D.G. & impress. Pictavij 1615. in 4.

FRANCISCUS de Tapia & Leiva, Poëta Hispanus, in Cantione de sacratissima Virgine MARIA, inquit:

De no manchada hermosura
Sus purissimos candores, &c.

Extat impress. cum aliis Matriti per Petrum de Herrera in Sacrario Toletano, folio 87.

FRANCISCUS Tello de Leon, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus, scripsit Sermonem sub titulo: *La purissima Concepcion de la Madre de Dios*, predicado en la Iglesia de S. Martin de la Ciudad de Sevilla en la estrena del Jubileo concedido de nuestro muy Santo Padre Urbano VIII. para todos los dias que huviere fiestas de toros en la dicha Ciudad. Impress. Hispali 1625. in 4. & incipit: Que limpio, que puro, &c. Item, Discurso de Nativitate S. Joan. Baptistæ, fol. 40. inquit: Aora tened. *Saludame à la Virgen Santissima*, si quiera por Madre de Dios; la Virgen SS. *no entra en essa regla dela* Omnes no entra la Madre de Dios en la proposicion general, &c. Impress. Ulyssiponæ 1628. in 4.

Item, in Sermone de dulcissimo nomine MARIÆ, fol. 6. inquit: Pues si los Angeles del Cielo assistieron à la Madre de Dios, *en su Concepcion*, en su vida, y en su milagrosa Assumpcion a los Cielos; como preguntan quien es esta. Lib. impress. Ulyssiponæ 1631. in 4.

FRANCISCUS Terrones, Ordinis Minorum, scripsit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Daza in suo Tractatu de Conceptione, cap. 6. folio 42.

FRANCISCUS Tignosius, Ordinis Servitarum Italus, in libro: Statua de MARIA Vergine, &c. fol. 7. ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, proponit hoc Argumentum, Discursum, seu Caput: *A ragiona della scherza è quello che sia è conchiudendo MARIA Vergine sposa al grande Dio fra le semplici creature essere stata la piu bella delle bellezze fue in universale si discurre, &c.* Deinde discurrit per 23. discursus de pulchritudine et puritate Virginis MARIÆ mentis, cordis, intellectûs & affectûs, &c. Vide ibi plura pro hoc mysterio. Lib. impress. Mediolani 1605. in 8.

FRANCISCUS Titelmannus, Ordinis Minorum Hasselensis, in Elucidatione Paraphrastica in Sanctum Christi Evangelium secundùm Joannem, cap. 2. folio 19. inquit: Cæterùm, id quod pro ori loco Chrysostomus ait, MARIAM ex quodam affectu humano, quasi gloriam apud homines quærentem ex Filij miraculis, de vino querelam proposuisse, atque ob hoc ei duriùs locutum fuisse Dominum; nequaquam tutum fuerit hac nostra tempestate approbare, quando ex Ecclesiæ totius unanimi consensu constat, & sic ab omnibus pro creditur, Virginem MARIAM ab omni actuali peccato, etiam levissimo, fuisse semper immunem. Adde *quòd neque ab originali peccato libera pertinaciter negare* sine impietate potest, &c. Impress. Antuerpiæ 1543. in 8.

Item, in Summa mysteriorum Christianæ fidei, contemplat. 11. de Conceptione & humanatione Filij Dei per operationem Spiritus Sancti, &c. fol. 161. inquit: Quam quidem puellulam, nomine MARIAM, sicut ab æterno præordinasti tui Filij dignam Matrem; ita *statim in exordio Conceptionis suæ eam præparare & sanctificare*, ut suo tempore dignum fieret tuo Unigenito habitaculum. Propter quam ipsam ejus Conceptionem, specialis tuæ gloriæ privilegio & prærogativa singulari, sic tibi placuit mirabiliter prævenire, *ut eam ab omni præservares macula originalis peccati*, quo omnes nos, qui communi lege de viro & fœmina concipimur, in matris utero contaminamur; quemadmodum Propheta sanctus

ſanctus ingenuè de ſe confitetur dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ab hac (inquam) originaria macula (quam à parentibus noſtris per traducem, quaſi hæreditarium opprobrium, contraximus quicumque lege communi de viro & fœmina concipimur) tibi complacuit privilegio ſingulari puellulam illam præſervare, cùm in Matris utero cóciperetur; quoniam indecens erat *ullâ macula, vel actuali vel originalis peccati illam contaminari*, quæ in ſuo benedicto utero erat geſtatura Sanctum Sanctorum, ac deinde ſacris uberibus eundem erat lactatura. Neque ab originali tantùm peccato Virgúculam illam præſervaſti; ſed inſuper cumulatiſſimis tuarum ſpiritualium gratiarum donis repleviſti atque adornaſti, &c. Impreſſ. Lugduni 1567. in 12. & Hiſpanicè Salmanticæ, anno 1555. in 8.

FRANCISCUS Toletus, Societatis Jesu Hiſpanus, ac S. R. E. Cardinalis, *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Annotationes duas, in cap. 1. S. Lucæ. Lib. impreſſ. Venetijs 1601. in fol. & 1600. Vide etiam Purpuram Marianam, fol. 162.

Item, in lib. de Inſtructione Sacerdotum, eximit Virginem *a peccato originali*, in cap. 1. de Indulgentijs, lib. 6. Impreſſ. Romæ 1602. in 4.

Item, contra eos, qui peccant circa Conſtitutionem Sixti IV. & Pii V. in ſpectantibus ad iſtam materiam *de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione*, in lib. de Inſtructione Sacerdotum, & de Septem peccatis mortalibus, lib. 1. cap. 36. ad finem. Lib. impreſſ. Romæ 1618. in 4. & Venetijs 1622. in 4. & Mediolani 1603. in 12. regali. Item, in eodem lib. fol. 150. agit de Interdicto & feſtivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Compluti 1640. & Valliſoleti 1605.

Item, ſuper cap. 3. Joan. adnotat. 9. folio 178. ad illud: Niſi quis renatus fuerit, &c. excipit *Virginem MARIAM ab omni peccato*. Lib. impreſſ. Lugduni 1587. in 4. regali.

FRANCISCUS de Toloſa, Protonotarius Apoſtolicus, & Archidiaconus de Guaxtalla Italus, *de B. Virgine MARIA concepta* ſcripſit Eclogam, pag. 154. Itidem, de eadem Virginis Mariæ *Conceptione* Carmen. Itidem, de eadem *Virgine MARIA* Epigramma, fol. 157. Quæ omnia extant in libro Elogiorum illuſtrium virorum, Latinè. Lib. impreſſ. Romæ 1653. in 8. Et Italicè, de Pulchritudine Virginis Mariæ Matris Dei, ſuper illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te; in qua facit & depingit Virginem Mariam ſicut Spiritus cœleſtes ſeu beatiſſimos cœli, *procul ab omni macula terrena* per naturam, & per gratiam, à fol. 65. uſque 71.

FRANCISCUS de Torano, Ordinis Minorum Italus, edidit Firmamentum Virgineum, in quo cumaliis quibuſdam, præcipuè tamen ſyderea Deiparæ perfectio elucet manifeſtaturque, ac per ſacrum *Stellarium* manifeſtanda probatur, &c. Etiam pro *Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis* edidit Tractatum unum, & fortè eſt ille, appellatus Immaculatæ Deiparæ Biblia, in quo per ſingulos ſacri Codicis libros, librorumque capita, *perpetua ac illibata ejuſdem Deiparæ puritas* ſit perſpicua. Vide de hoc Auctore latè Marrac. in Biblioth. fol. 444. Piſtoiam, fol. 185.

FRANCISCUS Torralva, Diſcalceatorum Corporis Chriſti Hiſpanus, in Theſibus Philoſophicis Virginem Mariam appellat in principio mitiorem columbam, *ſine culpæ felle*, dulciſſimam, virginitate candidam, maternitate fœcundam, ramum olivæ in originali diluvio ore aſportantem, &c. Deinde habet Latino, ſimulque Hiſpano idiomate Epiſtolam metricam pro eadem *Immaculata Virginis Conceptione*; & incipit: De tan Divina aurora. Impreſſ. 1655. in charta expanſa.

FRANCISCUS de Torres, Ordinis Minorum Hiſpanus, *de Conceptione Immaculata Beatiſſimæ Virginis* fecit Tractatum unum, inſcriptum: Conſuelo de los devotos de la Immaculada Concepcion de la Virgen Santiſſima: dirigido *à la Immaculada Concepcion de la Emperatriz de los Cielos MARIA Santiſſima* del Pilar de Zarahoça. Contienenſe en eſte tratado lo hiſtorial ſucedido acerca deſte ſoberano myſterio, y es para todos eſtados y perſonas, &c. Et habet imaginem Immaculatæ Conceptionis. Lib. impreſſ. Valentiæ 1634. in 4. & incipit: Dia arduo, dia raro, &c.

FRANCISCUS Treſati de Lugnano, Ordinis Minorum Italus, & egregius Commentator B. Jacoponi de Todi, Ode 6. fol. 277. latè probat *Virginem MARIAM conceptam fuiſſe abſque peccato originali*, & ſic explicat prædictum Jacoponum. Vide ibi. Lib. impr. Italicè Venetijs 1617. in 4.

FRANCISCUS Trivigii, ex Carmelitana Religione Italus, in Summa pacifica R. P. Fr. Pacifici de Novara, Ordinis Minorum, titulo 6. de Sanctificatione feſtorum, agit *de feſtivitate glorioſiſſimæ Conceptionis, quæ communiter obſervatur, &c.* fol. 64. Lib. impreſſ. Venetiis 1587. in 8. & 1579. in 8.

FRANCISCUS de Trillo Figueroa, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis Granatæ, anno 1651. folio 231.

FRANCISCUS Turrianus, Societatis Jesu Hiſpanus, de diffinitione propria peccati originalis ex Dionyſio Areopagita, *& de Conceptione Virginis & Matris Dei ſine peccato*, ex Scriptura, Angelica Salutatione, & teſtimonijs antiquorum Patrum. Florentiæ 1581. in 4. & Ingolſtadij 1581. in 4. ex Marraccio, & Salmantic. 1582. in 12. & eſt Epiſtola illa directa ad Jacobum Amiotum Epiſcopum Antiſiodorenſem, de Natura peccati originalis.

FRANCISCUS Van Hondegen, Ordinis Minorum Belga, in libro dicto: Domus propitiationis pauperis, ſive Patrocinium Mariæ Deiparæ, lect. 2. ſub titulo: *Beata Virgo MARIA in Matris utero Immaculatè concepta*, diſcurrit latè per omnes quæſtiones excitatas de hoc myſterio. Item, infra habet Appendicem *pro immunitate Virginis à debito contrahendi peccatum originale, &c.* Quæ omnia extant à fol. 180. uſque 258. Item, ad finem libri, fol. 131. habet Notam, ſeu additionem circa materiam *Conceptionis Virginis*. Lib. impr. Bruxellis 1655. in 4.

Item, edidit Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ſub hoc titulo: Lux meridiana feſtivi & Immaculati Conceptûs Mariæ auguſtæ, ab Eccleſiæ luminaribus maioribus & minoribus dimanata, &c. Impreſſ. Bruxellis 1660. in 8.

Item, habet parvum Librum ſub hoc titulo: *Illuſtris effiguratio Conceptionis dilectæ Dominæ noſtræ*, quando videlicet ipſa primo inſtanti ſuæ creationis à SS. Trinitate præveniente gratiâ originali uncta eſt, & conſecrata in primogenitam Filiam Patris cœleſtis, digniſſimam Matrem Verbi æterni, Principem

pem Sponsam Spiritus S. omnino congruam ad celebrandas proximè futuras nuptias Dei cum Ecclesia, simul cum fausta & læta acclamatione: *Vivat ipsa*, ut assolent filij hujus sæculi facere in unctione Regis, nativitate Principis, & victoria de hoste ferocissimo, vociferantes: Vivat Rex: Vive le Roy: Leven moet den Konink.

FRANCISCUS Varahona Miranda, Canonicus Granatensis, in Memoriali pro sacro Monte, ac ejus reliquijs ac libris contra R. Hieronymum de la Cruz, fol. 9. Quomodò *Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*; & quam certitudinem habeat hæc sententia, &c. Lib. impress. ibidem in fol.

FRANCISCUS Uban vel Hevan, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, promulgavit sententiam contra Fratres Franciscum de Salamanca, Mattheum de Valladolid, Didacum de Strada, aliàs de las Chucharetas, *circa materiam Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ*; ut videre est in instrumento authentico, quod extat in quodam libello impresso, existente in Bibliotheca S. Joannis Regum, litt. G num. 3. in 4. cujus originalis sententia est apud nos manusc.

FRANCISCUS Velez de Arziniega Hispanus, in lib. Theoria Pharmacentica, Lectiones septem regularum universalium, &c. in Dedicatoria, vocat Virginem Mariam *sin mancilla*, &c. qui terminus Hispanicè est protestativus Immaculatæ puritatis. Lib. impress. Matriti 1624. in 4.

FRANCISCUS de Veneña Italus, in libro dicto: Horticello celeste de sette affectuose Salutationi à Jesu Christo, & alla Beata Vergine Maria, Salut. 1. fol. 71. inquit: Dio te salvi dolce, è soave Maria *che forti fatta maravigliosa mente bella nel ventre de tua madre dal somo Dio il quale ti adorno di tutte le perfettione, è gratiæ ò Vergine chiara, è resplendente* Vergine purissima scielta frale miglia, &c. Lib. impress. Trevigij 1611. in 12.

FRANCISCUS Veron, Societatis Jesu Italus, in Manuali Sodalitatis B. Mariæ Virginis, fol. 62. cap. 2. *de Conceptione Virginis MARIÆ* Considerationes, per totam 2. partem. Item, parte 2. cap. 3. folio 81. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Et ad finem libri, de Legibus Congregationum, quæ in Collegijs Societatis Jesu instituuntur, inter festivitates præcipuas anni refert *diem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Coloniæ 1614. in 12. & Parisijs 1619. in 8.

FRANCISCUS Villagutierre Chumacero, Episcopus Troien. recepit votum emissum à Congregatione Annuntiationis Toletanæ civitatis, sita in domo Societatis Jesu, pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis*. Lib. impress. 1653. in fol.

FRANCISCUS de Villalva, Hispanus Poëta antiquus, siquidem ad annum 1486. scripsit cum aliis in quodam certamine Poëmata Hispanica *pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*. Impress. apud Ferran. Diaz.

FRANCISCUS de Villalva Hispanus, in libro: Avisos de Padre, y Rosario de Nuestra Señora, tract. 2. medit. 4. de Assumptione, folio 67. inquit: Considera lo primero la vida de la Santissima Virgen; *fue concebida sin pecado en las entreñas de su Madre*, le fue dado el perfecto uso de la razon, y desde alli conocio con viva Fè, amò, y sirvio a Dios perfectissimamente, &c. Lib. impress. anno 1629. in 8.

FRANCISCUS Vimercatus, Ordinis Min... rum Italus, instituit Confraternitatem Char... *& Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Conventu M... diolanen. Viridarij. Reformatorum 1618. ut d... tur in Prologo libri ejusdem Confraternitat... folio 2.

FRANCISCUS Vita-Politius, Ordinis Min... rum Siculus, in libro de Prima justificatione, li... 1. cap. 36. de Connexione virtutum, fol. 158. ... quit: Nempe tota illa versatur in virtutum enu... tione, connexa desuper illabente divinâ gra... præcipuè in Evangelio, Proverbijs, Psalmis Ecc... siasticis & Epistolis Apostolicis. Confirmat ... *Immaculatæ Virginis Deiparæ* vita singularis spec... lumque omnium virtutum, veritatem prædic... cui non per partes, sed tota se infudit ple... tudo gratiæ. Enimverò, cùm omnis anima v... tibus præcincta, sit imago Deique similitudo, ... fœlicissima Domina præ cæteris ornata virtu... bus, Dei erat in terris appropriata similitud... nustiorque imago. Nempe sicut Deus Pater de ... essentia Filium consubstantialem genuit Deu... Christum: ita *hæc Immaculata Mater* Deum hom... nem Christum, & de sanguinibus genuit sui... de virtutibus suis eminentissimis consimilem ... substantia humana & virtutibus generavit Filiu... suum. Hæc sapidè intelligas, quia non ulla pu... summi, Sanctique Sanctorum fuisset electa pura... Virgo, nisi eam Deus formasset *in utero mun... terno Immaculatam*, plenamque omnium virtu... Astitit (ait hujus Atavus vetustissimus poëta) ... Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circu... data varietate, &c. Lib. impress. Venetijs, ... 1548. in 8.

FRANCISCUS Vitus, Poëta Italus, in Car... nibus de Beata Virgine Maria, sic cecinit:

Decrevi ab exorta infantula gratus plena
Vobis gratias precari, augurari, vovere, &c.

Extant in lib. impress. Perusiæ 1647. in 12.

FRANCISCUS Waldus, sacræ Romanæ Ro... Auditor, Perusinus, præcepit suo nepoti Bened... to Waldo, ut erigeret columnam *Immaculatæ Co... ceptioni Virginis MARIÆ* dicatam, injunctum ... præceptum fuit impletum Bononiæ 1637. Vi... Purpuram Marianam, fol. 52.

FRANCISCUS de Weze, Ordinis Minor... Belga, in Conclusionibus Theologicis de libe... Arbitrio & Actibus humanis, habitis Bruxellis ... Provinciali Congregatione die 19. Aprilis, ... finem, defendit *Immaculatam Virginis Concep...* Sanctumque Thomam numquam retractasse ... dixerat in 1. Sent. & in expositione Salutation... Angelicæ. Fuerunt impress. Lovanij in 4.

FRANCISCUS Willer Basileensis, Ord... Minorum Germanus, in libro dicto: Compen... um sacræ Theologiæ pauperis S. Bonaventur... Doctoris Seraphici, &c. libro 4. Alphabeto 12. ... tertiam rubricam de Sanctificatione materna, ... bet animadversionem, sive adnotationem pro Im... maculata Virginis Conceptione, cujus Conclusio ... est ut sequitur: Et ideo pro majori hujus Opus ... elucidatione, talis ponitur veritas: *Gratiosa Do... Mater à suo Filio perfectissimè redempta, ab instanti Im... Conceptionis gratiam habuit, per quam à peccato originali ... fuit omnino præservata.* Ista veritas probatur quin... que rationibus, &c. & prosequitur latè probandi ... prædictam Assertion. sive Conclusionem eruditè satis & pulchrè. Ad calcem prædictæ annotationis

tionis, ponit aliam Conclusionem sic: Unde breviter dico: *quod si Virgo gloriosa contraxisset originale peccatum*, majus malum incurrisset, quàm si perpetuam pœnam sensûs absque sui culpa sustinuisset. Dico secundò; quòd purissima Virgo Maria, in puris naturalibus constituta, priùs pœnam æternam acceptasset absque culpa præcedenti, quam prolabi aliquoties *in peccatum originale*, &c. Et etiam probat hæc duo dicta. Lib. impress. Basileæ 1501. in 4.

Item, contra quendam impugnantem Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ scripsit Epistolam, quæ libelli magnitudinem æquat, *pro ejus præservatione ac immunitate à peccato originali*. Vide Waddingum in Catalogo, fol. 139. Marrac. in Catalogo, ad annum 1495. & in Biblioth. fol. 44. Possevin. Leon. & Pittoiam, fol. 160.

FRANCISCUS Xaverius de Fresneda, Societatis Jesu Hispanus, Regiusque Concionator: Sermon *de la purissima Concepcion* en el primer dia de su octava y festividad que celebro el excelentissimo Señor Marques de Fromesta y Carazena, Conde de Pinto, del consejo de Estado de su Magestad, y su teniente governador del Pais Baxo y de las Borgoñas. Predicole en la Capilla de los Españoles del Convento de los Padres Dominicos de Bruselas, donde con illustre piedad hizieron el mismo dia el voto del mysterio, los estados de Brabante, &c. Extat impress. Bruxellis, anno 1659. in 4.

Item, alium sub hôc titulo: Sermon *de la purissima Concepcion de MARIA Señora nuestra*, en el ultimo dia de la octava que celebro la nacion Española en la Capilla Real del Rosario del Convento de Santo Domingo de esta Corte de Bruselas, año de 1660. Impress. itidem Bruxellis, anno 1661. in 4.

FRANCISCUS Xaverius à Pascuis, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij die 15. Julij, anno 1642. Thesi 8. de Originali: Originale est actuale primi parentis ut nostrum est, & in omnes, *excepta Virgine*, per modum habitûs transfusum: *quam à debito quoque si vis eximere, de conditionate in Adamo constituram*: nam præter Christum, novam creaturam nullam agnoscimus. Impress. ibidem in 4.

FRANCISCUS Xaverius Perez, Societatis Jesu Belga, in Positionibus sacris ex universa Theologia habitis Lovanij, anno 1640. fol. 18. habet Conclusionem 37. sub hoc titulo: *Immunitas Virginis*, ubi dicit: *Sanctissimam Dei Matrem ab originali eximimus. Quid vetat etiam ab ipso contrahendi debito?* Hoc commodè præstiteris, si non nisi post prævisum Adæ lapsum ob reverentiam Verbi Incarnandi decreta sit nova creatura. Fuerunt impressæ eodem anno in folio.

FRANCISCUS Ximenez de Cisneros, Ordinis Minorum, Archiepiscopus Toletanus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, inprimis fundavit primam Confraternitatem *Conceptionis* in civitate Toletana, quam approbavit Adrianus VI. Pontif. Max. anno 1522. De qua fundatione agunt Marrac. capite 81. fol. 175. & in Purpura Mariana, folio 167. Waddingus, folio 220. Ojeda, capite 9. §. 4. Daza, folio 166. Porreñus, folio 5. cap. 3. Espinar, capite 21. folio 267. Armament. Seraph. in Regest. col. 144. Petrus de Quintanilla in vita Cardinalis, capite 14. fol. 154. & in Archivo Complutensi, fol. 33. & fol. 86. in Discursu Complut. discur. 9. fol. 312. Eugenius de Robles, fol. 138. Franciscus de Quintanilla in acclamatione. Supra in disc. Complutensi, extat in ipsa Confraternitate originale, quod vidi in civitate Toletan. pro Armament. Seraph. conficiendo.

Item, Monialibus Toletanis *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* dedit modum & regulam vivendi, ipsasque Ordinis Minorum curæ subiecit. Ita Alcozer, lib. 2. cap. 16. folio 107. & cap. 11. & 12. Gonzaga, fol. 28. Pisa. Salazar, lib. 8. cap. 4. Armament. in Regest. col. 112. Quintanilla, cap. 15. fol. 29.

Item, in Missali Muzarabe, seu mixto S. Isidori, addidit Missam & officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, secundùm aliquos. Vide P. Quintanilla, cap. 11. fol. 93. & Auctores ibi citatos. Villegas in vita S. Isidori, fol. 388. Robles, & Mat. de la Trinidad, fol. 89. num. 1305.

Item, fundavit Monasterium *Immaculatæ Conceptionis* de Illescas. Ita Petrus de Quintanilla, c. 22. fol. 209. latè Alvarus Gomez, fol. 125. & fol. 129.

Item, erexit Capellam *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in domo Archiepiscopali Toletan. Ita in Interrogatione vitæ ipsius, fol. 10. Alvar. Gomez, fol. 39. & 40. Robles, fol. 136. Pissa, fol. 132. Alphonsus Sanchez, in Oratione facta, ann. 1651. Quintanilla, in Disc. Compluren. fol. 248.

Item, in Constitutionibus Collegii S. Ildephonsi Complutensis Academiæ, cap. 28. præcepit, ut in Capella ipsius Collegij in die *Conceptionis* celebrarentur Vesperæ & Missa solemnis, &c.

FRANCISCUS Ximenez, Patriarcha Hierosolymitanus, Ordinis Minorum, in libro cujus titulus Hispanicè est: Primer volumen del Vita Christi corregido, y añadido por el Arçobispo de Granada, y hizole imprimir porque es muy provechoso, &c. capitulo 16 fol. 11. sub hoc titulo: En que manera *fue la gloriosa preservada del pecado original*? Lib. impress. Granatæ 1496. in fol. magno; latissimè agit de præservatione Virginis.

Item, in libro Psalmorum, qui incipit: Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri ac Domino Benedicto. Laudetur Virgo Maria. Extat manusc. in Collegio Complutensi Sanctorum Petri & Pauli; ubi plura *pro immunitate Virginis MARIÆ Dominæ nostræ, &c.* in 4.

FRANCISCUS Ximenez de Santiago Hispanus, *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ* concinnavit Sermonem in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ de Ezija die 21. Julij 1019. Lib. impress. Hispali eodem anno in 4.

FRANCISCUS Ximenez Sedeño de Cisneros, Poëta Hispanus, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ extant impress. in charta expansa, anno 1653.

FRANCISCUS Zabarella Patavinus, S. R. E. Cardinalis, in cap. 6. de Feriis, §. Conquæstus, affirmat & tenet *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originalis peccati labe*. Ita Daniel Agricola, in sua Corona Doctorum pro immunitate Virginis Mariæ. Purpura Mariana, fol. 164. Antonius Cucharus, par. 2. fol. 64.

FRANCISCUS Zapata de Cisneros, Baragiæ Toletan. Diœcesis oppidi Comes primus, pietatem suam erga Deiparam declaraturus, ac subditum sibi populum honestaturus, Conventum Minoriticum *purissimæ Conceptioni ejusdem Virginis*

sacrum ex privatis facultatibus à fundamentis extruendum curavit. Ita Gonzaga, in Provincia S. Joseph. Marrac. in Principibus Marian. fol. 145.

FRANCISCUS Zapata Pimentel, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Scoto, & Conceptione Dei Genitricis MARIÆ.* Impress. Granatæ, anno 1651. folio 292.

FRANCISCUS Zepeda Hispanus, in libro de assumpta Historia Hispaniarum, à diluvio, &c. lib. 2. cap. 1. fol. 31. *Quòd B. Virgo MARIA in sua purissima Conceptione fuit terror dæmonum, &c.* In 1. pagina adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Matriti 1642. in 4.

FRANCISCUS Zichenius Mechlinienſis, Ordinis Minorum, in libro: de Septem verbis, quæ Christus ex cruce protulit, brevis & pia explicatio, ad tertium verbum, fol. 51. inquit: Hæc illa fortissima mulier, quæ advexit pretiosissimam mercedè nostræ redemptionis, quæ & caput venenosi serpentis confregit atq; contrivit; *in qua nihil quod suæ potestatis esset, habuit unquam, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1556. in 12.

FRANCISCUS Zumel, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, quòd rationabile & valde probabile sit *B. Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale*, probat latè, atque defendit in Commentarijs super primam secundæ D. Thomæ, quæst. 81. art. 3. disput. unica, fol. 546. Lib. impress. Salmanticæ, an. 1494. in fol.

FRANCISCUS à Zuñiga, Comes de Belalcazar & Dux de Bejar, eximium suæ pietatis documentum dedit, dum Cœnobium, Templumque Conceptionis Sanctæ Mariæ statuit Inoxosæ, suæ Diœcesis oppido, idque Religiosis S. Francisco devotis consignavit. Alit quadraginta Virgines *Ordini Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* adstrictas. Gonzaga in Historia Seraph. Marrac. in Principibus Marianis, fol. 146.

FRANCONIUS, Affligemensis Abbas, Belga, in lib. de Gratia, tom. 6. inquit: Et dignum erat, ut qui corruptam in Adam massam sanare veniebat, non de semine corruptionis, sed de potentia Spiritus Sancti nasceretur. Quæsita est ergo Sponsa *speciosissima* inter filias hominum, de cujus utero, tanquam Sponsus de thalamo, ad nos procederet Speciosus formâ præ filijs hominum. Quæsitum est dignum sapientiâ Dei signaculum, sub quo signaret mysterium à sæculis absconditum. Quæsitum est vitrum *mundissimum* atque solidissimum, per quod igneos radios transmitteret Sol justitiæ, &c. Tandem inventa est *specialis illa specialiter digna, singulariter pulchra Virgo MARIA, &c.* Ipse Mariam sibi Sponsam ab æterno ordinavit; ipse in plenitudine temporis castissimum Mariæ uterum in tabernaculum sibi sanctificavit; ipse templum suum in Maria omni gloria & decore super omnium creaturarum visibilium atque invisibilium pulchritudine adornavit quantùm voluit, & quantùm nasciturum de ea decuit, &c. Inventa itaque Virgine casta, Virgine sancta, & tam casta quàm sancta, ut Filio Dei desponsanda, in officina Spiritûs Sancti, industriâ summi Artificis, tantæ Virginis, tantæque prolis futuræ Matris præparantur ornamenta; quo studio, qua diligentia, quanta ambitione, quanto cultu, non est paupertatis meæ eloqui, &c. Quanta gratia, quanta Mariæ benedictio, per quam sanata est Evæ maledictio! Dominus tecum miro ac stupendo modo; idem cum Sponsa Sponsus, idem ex Matre Filius; cum Sponsa Sponsus novum creando hominem ex Matre, Filius novum seipsum exhibendo hominem. Dominus tecum: non generali tantùm benedictionis gratiâ, quâ & cum cæteris Sanctis est, ita & tecum, *verùm etiam ut singularis prærogativâ gratiæ*, sicut cum Matre Filius, &c. Vide alia ibi in Bibliotheca veterum Patrum, tom. 12. parte 1. folio 458. impress. Colonien.

FRECULFUS Linconiensis Episcopus, cujus auctoritas tanta fuit, ut acquiescerent Theologi Linconiensi allegato; testimonio Petri de Candia, tenet etiam hanc Conclusionem, scilicet *Virginem sine originali conceptam.* Ita ad litteram Episcopus Azernensis, in lib. suo de Conceptione, folio 6. col. 3. Petrus de Candia, & Petrus Thomæ. Vide alia in nostro Sole Veritatis.

FREDERICUS de Alexandris Perusinus, in Encomio Virginis Mariæ, dicto: Aurora Nativitatis ad finem, inquit: O igitur pulcherrima & beatissima salutis & fœlicitatis Aurora, salutans te in nostræ mortalitatis mare prodeuntem, non *primitivæ labis amaritie contracta*, parentem suavissimam omnis dulcedinis, &c. Lib. impress. Perusiæ, anno 1641. in 12.

FREDERICUS Bonvæus, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 11. Julij, anno 1658. Thesi 15. de Peccato originali, hanc defendit: *Beata Virgo ab originali semper immunis fuit, idò, etiam D. Thomam asseruisse constat; non sine ingressu.* Dicere, eum si nunc viveret, indubitanter asserturum Conceptionem passivam Deiparæ fuisse Immaculatam, non magis frivolum est aut inane fundamento conjecturare, quàm sit dicere, cum cohærentia docturum, festum Conceptionis ab Ecclesiâ celebrari sub titulo Conceptionis Immaculatæ, sive per τὸ Conceptionis in festi titulo celebratione intelligi Conceptionem Immaculatam, non magis dubium est, quàm nihil esse sanctum, quod infectum peccato originali. Impress. ibidem in 4.

FREDERICUS Borromæus S. R. E. Cardinalis, atque Archiepiscopus Mediolanensis, in Constitutionibus Synodalibus multa præcepit circa modum prædicandi, & observationem festivitatis Beatissimæ Conceptionis Virginis Mariæ; ubi de festo *Conceptionis*, &c. Vide verb. Mediolanensis Ecclesia.

FREDERICUS Capilluti, Mantuanus Doctor Italus, in libro: Meditationi del Santissimo Rosario, &c. meditat. 1. fol. 30. agit de *Immaculata Conceptione ab æterno prævisa*; & folio 36. inquit: Essi l' infinita bontà del Padre delle misericordie *fu concepto la Madre immaculata* del figlivolo di Dio nel cui purissimo corpiccinio (formato che fù dal Padre Eterno infuse l' anima piena di quel colmo di grattie, che in lei capir poteva, &c. Lib. impress. Romæ 1610. in 12.

FREDERICUS Galleo, S. Michaëlis Antverpiæ Ordinis Præmonstratensis Canonicus, Theologiæ Licentiatus ac Professor, &c. in Thesibus Theologicis de Verbi divini Incarnatione, habitis ibidem die 12. Julij 1651. Thesi 21. folio 10. hæc habet: *Mater Dei primo instanti animationis pro copiosissimè sanctificata fuit, adeoq; à peccato originali* (cujus contrahendi debitum in Adamo contrahebat) *præservata*, &c. Et infrà, loquendo de præro-

gativis

gativis sui Ordinis: Secundò, *Deiparæ Immaculatam Conceptionem* voce, habituque deprædicat. Impress. ibidem in 4.

FREDERICUS Josephus Ignatius de Marselaer, hęc edidit: Deiparæ, cœli & terrarum Reginæ MARIÆ (in qua supra naturam omnia) *Conceptio sine macula*; cum fœcunditate virginitas. Virgo, tibi plures, quàm cœlo sidera, dotes, quæ Genitrix vitæ es, primævæ nescia labis. Fave, & benignitatis tuæ auram adspira Excellentissimæ Dominæ Catharinæ Ponce de Leon, Sodalitatis sanctissimi Rosarii, ac Marianæ solitudinis Præpositæ religiosissimæ; D. Roderici Ponce de Leon Ducis de Arcos, Marchionis de Sahara, Comitis de Baylen, Hispaniarum Magnatis, primùm Valentiæ, deinde Neapolis sapientissimi Proregis, filiæ dignissimæ, &c. Conjugi lectissimæ Excellentissimi Herois D. Ludovici de Carillo, de Toledo & Benavides, Marchionis de Fromista & Caracena, Comitis de Pinto, Regi à cubiculis, supremisque Consiliis status & belli, Belgarum & Burgundionum Gubernatoris. Sub cujus regimine heroico, Philippi IV. Hispaniarum Monarchæ exemplo stimulati Illustrissimi Ordines Brabantiæ, Ecclesiarum, Nobilitatis, Urbiumque Præsides & cœtus, constantem pro Immaculata Virginis Conceptione tuendâ fidem, præscriptâ votivi juris-jurandi formulâ, præeunte Illustriss. ac Reverend. Mechlinienssium Archiepiscopo Belgarum Primate, festo solemniq; cultu voverunt, velut adspirante cœlestis Regiæ nutu, divinæ consortis venerationis. Sub quo itidem bellissimum hoc Belgium, pietate optimisque artibus florentissimum, bellis plus nimiò exercitum, tandem ab iis liberum est: utque pulsis dissidiorum causis quamdiutissimè sit liberum, faxit & indulgeat qui omnia, indulgentissimus auctor pacis & conservator, Deus Sabaoth.

ET NOSTRIS INSIT VOTIS, MARSELARE CORDIS.

Matri pulchræ dilectionis ab incunabilis infantili pietate devotus DD. &c. Extat impress. Bruxellis in charta expansa.

FREDERICUS Muliner, Ordinis Minorum, citatur *pro immunitate Virginis* in suo Mariali, atque in speciali Tractatu *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ab Antonio Daza, cap. 6. folio 149. Sed de hoc nihil invenio apud Waddingum.

FREDERICUS Tanteius, Doctor Italus, in libro de Instructione Christiani, ait: Quòd Beata Virgo MARIA fuit benedicta super omnes mulieres, *quia nulla fuit, nec erit concepta absque macula peccati*, & cum plenitudine gratiæ, &c. sicut Virgo Sanctissima. Lib. impress. Romæ, anno 1643. in 8. magno.

FREDERICUS à Toledo, Dux de Alva Hispanus, Conventum Minoriticum incœptum à Garcia Alvarez de Toledo ejus Antecessore, *Immaculatæ Virgini MARIÆ Jacratum*, magnificè perfici curavit. Gonzaga in Provincia S. Jacobi, Marrac. in Princ. Marian.

FREDERICUS Villariasa, Doctor Hispanus & Canonicus Ecclesiæ Valentinæ, scripsit Sermonem *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Impress. Valentiæ 1622. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRIDERICUS Fornerus, Episcopus Herbonensis, in libro: Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus Dominicæ Passionis, &c. mysteria & arcana omnia, & singula concionibus explicata, tomo 2. concione 21. de tertio verbo Christi: Mulier ecce filius tuus, folio 265. inquit: Sub cruce stabas, non jacebas. Quid hoc arcani? Ceciderant Angeli, ceciderat Adam, ceciderat Eva, ceciderat hominum genus universum; jacebant omnes, quia lapsi erant: *Tu sola stabas in gratia*, & ita solidè stabas, ut nullius planè lubricitatis timor in te locum inveniret. Stas igitur sub cruce Filii tui, sub qua nos, humana imbecillitate dejecti, jacemus, &c. Stabat juxta crucem MARIA Mater JESU. Omnes ceciderамus in Adam: primò, &c. Mulierem iterum appellat antonomasticè; ut notavit D. Cyrillus, quasi alludens ad mulierem illam, de qua Salomon: Mulierem fortem, quis inveniet? Sed præcipuè ad illam, de qua in creatione mundi evulgaverat: Inimicitias ponã inter te & mulierem, serpenti comminando, quæ non alia futura erat, quàm ista Dei Mater, &c. Lib. impress. tribus tomis Ingolstadii 1626. in 4.

Item, super Psalmum; Miserere mei Deus, &c. *pro festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* habet indicem concionatorium; atque in eodem libro, Concione 47. affirmat *Virginem Deiparam fuisse conceptam sine originali labe*. Extat impress. Ingolstadij 1614. in 4.

Item, scripsit ad Monachienses Patres Jesuitas, anno 1608. modum conversionis per se factam cujusdam Martini Gutier Comburgensis, in ipso *festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Historiam latè narrat P. Joannes Beurghesius in libro: Societas JESU, MARIÆ Deiparæ Virgini sacra; c. 25. fol. 352. Vide verb. Martinus Gutier.

Item, in libro: Palma triumphalis Miraculorum Ecclesiæ Catholicæ, in Dedicatoria vocat Virginem MARIAM intemeratam, sanctam, *quæ caput serpentis contrivit*, *&c.* Lib. impress. Ingolstadii, anno 1630. in 4.

Item, in libro: Beneficia miraculosa tam vetera, quàm recentia Virginis Deiparæ Weyerensis, in ditione ac territorio Imperialis Ecclesiæ Bambergensis, inter alias laudes adducit illa Carmina S. Gregorii Nazianzeni in Tragedia:

O ter Beata Mater, ô lux Virginum,
Quæ templa cæli lucidissima incolis:
Mortalitatis liberata sordibus
Ornata jam immortalitatis es stola, &c.

Lib. impress. Coloniæ 1620. in 4. Scio istum non esse pro Immaculata Conceptione: sed adducitur, ut videant qui dicunt liberari supponere culpam in Conceptione; an hîc locum habeat, cùm dicitur: liberata à sordibus.

Item, in Sermonibus triceſimalibus de fœliciſſimo ex hac vita transitu, glorioſiſſima in cœlos Aſſumptione & ſuſceptione, regia inauguratione & coronatione, patrocinio, cultu, atque devotione auguſtiſſimæ hominum & Angelorum Reginæ Deiparæ Virginis MARIÆ, totius univerſi Dominę & Imperatricis cœli & terræ, &c. In indice Sermonis 8. aſſignans cauſas, quare Virgo MARIA aſſumpta fuerit corpore & anima, inter alias rationes aſſignat iſtas à plenitudine gratiæ, *ab immunitate à peccato originali ac perfecta liberatione, &c.* Et infra, ſerm. 8. fol. 71. inquit: Quis ignorat corporeæ reſolutionis, atque incinerationis vulnus ob ſolum originale peccatum humano generi eſſe inflictum? Singulari Dei gratiâ *præſervata fuit Beatiſſima Virgo ab originali labe*; quidni à reatu corruptionis?

ruptionis? Caruit culpâ; quidni & pœnâ? &c. Lib. impress. Ingolstadii 1627. in 4.

Item, in lib. Sermonum de Naturâ, qualitatibus, innumeris beneficiis, & ad prodigium fida solertiaque custodia Sanctorum Angelorum, qui à divina Majestate miseris mortalibus à matris utero ad tutelam sunt assignati, &c. Sermone 5. fol. 54. quærit: An Virgo Maria & alii sanctificati in utero, ut Baptista & Jeremias, habuerint Angelum Custodem? & resolvit quòd sic: ubi affirmat Mariam fuisse puriorem Angelis, dicens: *Quàm Angelis altissimè superavit: quia tamen pura, ut Theologi loquuntur*, viatrix erat, &c. Si ex hac parte Fornerius non videtur expressus, saltem deducitur quòd licèt nominet Virginem inter alios sanctificatos in utero qui contraxerunt originale; non sic sentit de ipsa. Lib. est impress. Bambergæ 1627. in 4.

FRIDERICUS Gonzaga, Mantuæ Marchio, ad majorem *Mariana Conceptionis* (cujus festum tum temporis Sixtus IV. instituerat) *venerationem* parvum quidem, at præclarè compositum templum Mantuæ iuxta D. Petri ædes construxit, &c. Tanta deinde pictarum tabularum, ac aureorum argenteorumque signorum, quæ quisque voviſſet, copia eo in templo excrevit, ut Sanctæ Mariæ Votorum nomen sibi vulgò compararet. Hippolytus Donesm. in historia Mantuana, lib. 6. Marrac. in Princ. Marianis, fol. 197.

FRIDERICUS Hungariæ Regis Germanus, postea Aquileiensis Episcop. ad ann. 884. habuit revelationem, in qua ei dixit Virgo Maria: Si carnalem sponsam, cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti Regno habebis; & si *Conceptionis meæ festum annuatim sexto Idus Decembris solemniter celebraveris, & celebrandum prædicaveris*, mecum in Regno Filii mei laureatus eris, &c. Vide Hippol. Marrac. in Antist. Marian. fol. 199. & alios Auctores ibi citatos, S. Anselmum, Ferreolum Locrium & Arnoldum de Wion.

FRIDERICUS Nausea, Episcopus Viennensis Blanchicampanus, in libro: Explicationis Salutationis Angelicæ, &c. Quòd tribus miseriis, maledictionibus seu væ, Eva fuit obnoxia, à quibus nulla mulier propter originale peccatum exempta est, *præterquam unica Virgo MARIA, quam Deus gratiosè præservavit ab omni originali peccato*, & ab omni hujus maledictione, quam quælibet alia mulier ferre cogitur, fol. 367. Et ibidem inquit: Nonne plena gratiâ fuit Maria, quæ tantæ fuit ex utero puritatis, *ut nullam peccati unquam, nec originalis, nec venialis, nec mortalis maculam senserit, aut contraxerit*? folio 380. Hæc omnia extant in libro dicto: Catechismus Catholicus. Impress. Coloniæ 1553. in fol. & Antuerpiæ 1557. in 8.

Item, in libro: De fragmentis Homiliarum, in feriis *admirandæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Homiliam unam. Impress. Lipsiæ 1538. in fol.

Item, in libro: Postilla seu Epitome Evangeliorum de tempore ac de Sanctis, in festivitate Nativitatis Mariæ, fol. 600. inquit: Primò tamen convenit eam hodierna die Nativitatis ipsius ideo tantopere per veras scripturas à naturali etiam nobilitate commendare, ut ostendatur non solùm mores in iis, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari; *ut veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas*, in his, quos volumus laudare, præcellat, dicente Scriptura: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, &c. Lib. impress. Coloniæ 1 in 8. in quibus verbis, licèt à longè, videtur tamen gere etiam mysterium Conceptionis Mariæ, in sua generatione transmissa fuit immaculata puritatis hæreditas.

Item, in libro dicto: Homiliarium Evangelio veritatis, &c. centuria 1. Homil. 80. de Sanctis, folio 293. *in vigilia Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* extat Homilia de eo, quod Ecclesia canit: Salve Regina Mater misericordiæ, vita, dulcedo, &c. Et infra, Hom. 81. in feriis *gloriosissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ Conceptionis*, de eo, quod scriptum est Canticorum 2. Sicut lilium inter spinas. Omnia extant à folio 93. Lib. impress. Colon. 1558. in fol. & 1540.

Item, in Symbol. Apostolorum, ad illud: conceptus est de Spiritu Sancto, aliqua addu *puritate Virginis MARIÆ* in generali. Lib. cum alio ejusdem Auctoris de Mirabilibus di; anno 1529. in 4.

Item, in libello cujus titulus est: In septem rioſissimæ Deiparæ Virginis Mariæ feriis logus, habet Sermonem *in feriis admirandæ tionis gloriosissimæ Virginis Deiparæ MARIÆ*. Est primus, & incipit: Magnæ prorsus est. Impress. 1630. in 8.

FRIDERICUS Taubmannus, in suis Operibus posthumis à Christiano Taubmanno editis sub titulo: Schediasmata versu & prosa in solemnibus Natalis Christi, folio 10. inquit:

Salve Infans Deus, omne novum & vetus omne pariter
Nec nubes, nec nimbus adest: Stella illa Iacobi,
Iustitiæ Sol, ille suâ luce omnia clarat.

Lib. impress. Wittembergæ 1616. in 8. Hæc ea timo (salvo meliori judicio) loqui de Filio ac de Matre, sub metaphora Solis iustitiæ Jacobi Stellæ, in quibus nihil fuit vetusturi omnia nova; cùm in ipsis nulla fuerit nubes catati aut imperfectionis: & si adhuc non debeat admitti ad nostram Militiam, excludatur. Sciat tamen Lectores, quòd in suo libro nihil alii pro hac materia dicat.

FRUTOS de Leon & Tapia, Poëta Hispanus in libro: Elogio de las fiestas de la Ciudad de Segovia, que se hicieron en la traslacion de la Virgen de la Fuencisla, &c. folio 62. imagine Virginis Mariæ, sive mysterium suæ Immaculatæ Conceptionis sic depingit:

De tela azul y blanca iva vestida,
Sembradas (como el cielo) mil estrellas,
Y humillada la Luna esclarecida
Para chapines de sus plantas bellas;
De la antigua serpiente iba rompida
La cabeza feroz debajo de ellas,
Y escrita en el papel de una apariencia:
De su fiera malicia la sentencia.

Verba scripta erant (ut ibidem notatur ad marginem) sententia illa seu textus sacræ Scripturæ Genesis 2. Ipsa conteret caput tuum. Lib. impress. Matriti 1614. in 8.

F. S. Gallus, absque alio nomine, traduxit Gallicè librum Conceptuum extractorum ex Scriptura sancta super explicationem Magnificat, &c. D. Cæsare Calderario scriptum, in quo 3. Lectiones facta *die Conceptionis Dominæ nostræ*, super verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non est te; ubi de ejus præservatione à peccato originali agitur. Impress. Parisiis 1660. in 8.

FUA

FUAS Rouphinho, nobilis Lusitanus, fecit donationem cujusdam territorii pro fabrica Ecclesiæ Dominæ nostræ de Nazareth in eodem Regno Portugalliæ scitu dignissimam, quam ad litteram hic transcribere decrevi ob varias causas; sed præcipuè, quia expedita fuit *in die Conceptionis Virginis* MARIÆ, id est, 8. Decembris, ut ex ipsa data constat. Donationis verò instrumentum seu testamentum hoc est: Sub nomine Patris, necnon & ejus Prolis in unius potentia Deitatis, incipit charta donationis, quam ego Fuas Rouphinho tenens porto de Mos, & terram de Albardos usque Leirenam & turres veteres, facio Ecclesiæ S. Mariæ de Nazareth, quæ de pauco tempore surgit fundata super mare, ubi de sæculis antiquis jacebat inter lapides & spinas multas de tota illa terra, quæ jacet inter flumina, quæ venit per Alcobazam (aquam nuncupatam de Furatoico) & dividitur de isto modo; de illa foz, de flumine Alcobazæ, quomodò vadit per aquas bellas. Deinde inter mare, & mata de Patajas usque finitur in ipso Furatoico; quam ego obtinui de Rege Alphonso, & per suum concessum facio præsentem seriem ad prædictam Ecclesiam B. Mariæ Virginis, quam feci supra mare, ut in sæculis perpetuis memorentur mirabilia Dei, & sit notum omnibus hominibus, quomodò à morte fuerim salvatus per pietatem Dei, & Beatæ Mariæ, quam vocant de Nazareth. Tali successu, cùm manerem in castello de porto de Mos, veniebam ad occidendos venatos per Melvam, & matam de Patajas usque ad mare, supra quo inveni furnum, & parvam domunculam inter arbusta & vepres, in qua erat una imago Virginis Mariæ; & veneravimus illam & abivimus. Inde veni, deinde veni, deinde XVIII. Kalendas Octobris circa dictum locum cum magnæ obscuritate nebulæ sparsa super totam terram, & invenimus venatum (transquem fui in meo equo) usque venirem ad Esborrandeiro supra mare, quod cadit abaixo sine mensura hominis, & pavet visus, si cernit furnum cadentem ad aquas; pavi heu miser peccator, & veni ad remembranzam de imagine ibi posita, & magna voce, Sancta Maria val. Benedicta sit illa in mulieribus, quia meum equum, sicut si esset lapis, fecit stare pedibus fixis in lapide, & erat jam vastatus extra terram in punta de saxo super mare. Descendi de equo & veni ad locum ubi erat imago, & ploravi & gratias feci, & venerunt Monteiros, & viderunt & laudaverunt Deum & Beatam Mariam. Missi homines per Leirenam, & porto de Mos & per loca vicina, ut venirent Alvineres & facerent Ecclesiam bono opere opertam de formice & lapide. Etiam, laudetur Deus, finita est: nos verò non sejabamus unde esset & unde venisset ista imago: sed ecce cùm distribuatur Altare per Alvineres, inventa est alcula de ebore antiquo, & in illa uno envoltorio in quo erant ossa aliquorum Sanctorum, & chartula cum hac inscriptione: Hic sunt Reliquiæ Sanctorum Blasii & Bartholomæi Apostoli, quas detulit à Monasterio Cauliniano Romanus Monachus simul cum venerabili Virginis imagine Mariæ de Nazareth, quæ olim in Nazareth civitate Galilææ multis miraculis claruerat. Exinde asportata per Græcum Monachum nomine Cyriacum Gothorum Regum tempore; in prædicto Monasterio per multùm temporis manserat, quousque Hispania à Mauris debellata, & Rex Rodericus superatus in prælio solus lachrymabilis abjectus, & pœnè deficiens pervenit ad præfatum Monasterium Caulinianum. Ubique (à prædicto Romano Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentis susceptis) pariter cum illo cum imagine & Reliquiis ad Jamen montem pervenerunt 10. Kalendas Decembris, in quo Rex solus per annum integrum permansit in Ecclesia ibi inventa, cum Christi crucifixi imagine, ignoto sepulchro: Romanus verò cum hac sacra Virginis effigie inter duo ista saxa usque ad extremum vitæ permansit. Et ne futuris temporibus aliquem ignorantia teneat; hęc cum Reliquiis sacris in hac extrema orbis parte recondimus. Deus ista omnia à Maurorum manibus servet. Amen. De aliis lectis, & à Presbyteris apertis satis multùm sumus gavisi, quia nomen de sanctis Reliquiis, & de Virgine scribimus, ut memorarentur per semper in ista serie testamenti inscribere fecimus. Do igitur prædictam hæreditatem pro reparatione præfatæ Ecclesiæ cum pascuis & aquis de monte in fonte ingressibus & regressibus (quantùm ad præstitum hominis est) & illam in meliorato foro aliquis potest habere per se. Nec igitur aliquis homo de nostris vel de extraneis, hoc factum nostrum ad irrumpendum veniat: quòd si intentaverit, perche ad Dominum terræ trecentos marabitinos, & charta nihilominus in suo robore permaneat: & insuper sedeat excommunicatus, & cum Juda proditore pœnas luat damnatorum. Facta series testamenti VI. Idus Decembris Era M. CC. XX. Alphonsus Portugalliæ Rex confirmat, Regina Doña Theresia confirmat, &c. Sunt aliæ confirmationes; ut videre est in libro edito ab Emmanuele de Brito, Ulyssiponæ 1637. in 4.

FULBERTUS Carnotensis Episcopus, Doctor antiquus, ac Sanctus, in suis Operibus in lucem editis & annotatis à Carolo de Villers, in Sermone de Ortu almæ Virginis Mariæ inviolatæ, ex manuscripto Bibliothecæ Parisiensis Sancti Victoris, folio 140. inquit: Fœlix talis *partus & ortus*, de cujus substantia assumpta est talis Virgo, quæ tolleret veternas parentum offensas, & relevaret concussũ orbem, qui sub ævo duri erat hostis dominio. Hujus itaque partus (ut censemus) ad nihil extitit, nisi ut fieret ejus sancta pudicitia domus & susceptio filij Altissimi. Ad quid enim aliud? Ergone hujus castitas *aut ante partum*, vel post dignum pignus genitum *fœdata est aliquo contagio*? Hanc enim nulla gravitas, aut effœta successio filiorum fregit, ut solet eis contingere, quæ humanam sobolem maternis egerant visceribus; *fœlix enim culpa*, sed sancta conjugalis societas, quæ tale ac tantum speciale que, vel singulare decus perfudit in orbem de concesso nuptiali contubernio. Denique *in hujus Conceptione* necessaria, haud dubium est, quin utrũque parentem vivificus & ardens spiritus singulari munere repleverit; quòdque ab eis Sanctorum Angelorum custodia seu visitatio nunquam abfuerit, &c. In hac Fulberti auctoritate multa sunt notanda, quæ pro Immaculata Conceptione militare videntur, & primò illud: Partus & ortus; nã partus respicit Nativitatem; ortus verò Conceptionem seu generationem parentum. Et si in utroque fuit fœlicitas: ergo in utroq; gratia. Secundò, quas veternas vel veteres parentum offensas abstulit Virgo suo ortu atque partu? an Joachimi & Annæ? Absit; sed Adami & Evæ. Et si de istis loquitur

quitur (ut necessariò fatendum est) quomodò illas abstulit? Non in nobis, neque in Adamo & Eva: ergo in se, non experiendo sævum antiqui hostis dominium. Tertiò, notandum est illud: relevare, quod æquivocum est; significat enim vel levem facere, hoc est exonerare; aut planare seu planum facere: quia in ortu Virginis prima parentum offensa in Maria relevata & exonerata est, seu in ortu Mariæ via illa communis naturæ humanæ (à qua præcipitatio inchoabat) ut Dei para transiret, plana facta est. Quartò, quòd ad nihil aliud generata & nata fuit sanctissima Virgo, nisi solùm ut esset Dei Mater; & si solùm creata ad hoc (ut ait Fulbertus) nullum in eâ peccatum potuit habere ingressum, utpote creatam cum ordine & respectu ad solum Deum, non ad humanitatem; quasi nihil aliud esset in Virgine, nisi Maternitas Dei separata, seu in abstracto præcidente maternitatem divinam ab illo concreto humano; & tunc interrogo: An illa Maternitas divina compatiatur originale peccatum? Hoc ergo dicit acutissimè Fulbertus: Ad nihil aliud creata fuit Maria, seu genita, nisi ut esset Mater Dei; & si Maternitas non compatitur originale; nec Maria. Vel dico sic: Si gratia habitualis esset substantia, velut est accidens, & esset genita sicut est creata (data hac hypothesi per possibile vel impossibile) in istam gratiæ generationem, possetne habere ingressum originale peccatum? Nullo modo. Igitur, si Maternitas in Virgine transcendit ultimas Mariæ differentias, prædicata & quidditates, & (ut uno verbo dicam) totum quod est Maria, vel est formaliter Maternitas, vel dicit ordinem formalem & intrinsecum ad Maternitatem divinam, quia ad nihil aliud extitit producta in rerum natura ejus humanitas, anima, & caro, potentiæ, & sensus, &c. igitur, si non compatitur peccatum originale gratia habitualis, neque Maternitas Mariæ; quia hæc excedit illam in ratione gratiæ. Quintò, quia si illa clausula Fulberti: ante partum, intelligitur de partu passivo Mariæ, id est, ante partum Annæ, nec post partum fuit aliquo fœdatum contagio pignus, id est, filia sua Maria: ergo non originali: ante partum enim nullo alio poterat fœdari pignus Annæ, id est, ejus filia Maria. Sextò, nota illud: Fœlix enim culpa. Culpa originalis fœlix dicitur respectu filij, id est, Salvatoris; quia tantum ac talem meruit habere Redemptorem. Sed respectu Matris, quare vocata fuit fœlix culpa originalis? An quia in ipsa concepta Maria? Minimè; quia culpa originalis non fuit vocata fœlix, quando ex Adamo & Eva triumphans pro tot annorum sęculis omnium viventium colla calcavit; sed tunc fœlix culpa Adamæa fuit, quando talem ac tantam Christiferam vel Deiferam meruit habere dominatricem. Septimò: si in generatione vel Conceptione Virginis vivificus & ardens spiritus Domini interfuit, & pariter Angelorum custodia; quomodò potuit maculari peccato? Et si singulari munere repleta; quomodò coinquinata? Ex hoc etiam patet, quòd in utroque parente Joachimo & Anna fuit extincta concupiscentia; nam spiritus vivificans & ardens vivificavit ossa orida, & steriles artus ad generationem, & ut ardens combussit & consumpsit libidinis ac concupiscentiæ stipulam.

Item, infra inquit idem Fulbertus: Verè beata & omni veneratione habenda, & quodam privilegio sacro prædicanda Mater hujus sanctæ; *quæ eorum antecessit matres in concipiendo & generando tam* quæ suum & omnium generaret Creatorem. Gaude & lætare, ô fœlix, quoniam tali dote dotata es, quâ nulla ante te, vel postea meruit antecelli. Quanta putamus provisio fuerit Sanctorum Angelorum circa tam Deo gratissimos parentes *initio suæ procreationis, & excubatio super tam sanctam sobolem*? Numquid abfuisse credendus est Spiritus Sanctus ab ista eximia puella, quam sua obumbrare disponebat virtute? Nulli enim fidelium dubium est, quòd circa eam omnis frequentia cœlestium agminum invigilabat, utpote quam supra se exaltatam minimè ambiebant, &c. Pauca per exspecta, ô Lector, dum prædicta brevissima enodamus. Si Anna non genuit, seu non concepit Mariam absque peccato originali; quomodò antecessit omnes matres in concipiendo & generando eam? Non quia senex, non quia sterilis, quia & aliæ sic genuerunt, sicut Sara, & Elisabeth, &c. Nec quia ejus filia in utero post contractionem peccati originalis fuit sanctificata; nam & hoc modo fuerunt Joannes & Hieremias geniti ac concepti. Deinde, quid est antecedere alias matres in concipiendo & generando? Estne aliud concipere, quàm generare? Diversissima equidem sunt; nam generatio respicit parentes, conceptio prolem. Generant patres actu; sed concipitur proles post quadraginta, vel octoginta dies à generatione. Antecessit igitur Anna matres in generatione; quia absque concupiscentia genuit: & antecessit in conceptione; quia prolem absque culpa concepit, & in utroque habuit privilegium sacrum. Hoc privilegium enim est lex privata & singularis, quæ ad unum pertinet supra legem communem & universalem, quæ omnes tangit. Igitur & Anna quodam privilegio sacro est prædicanda in sua generatione & conceptione activa; prædicenda cum Fulberto, quòd hoc Annæ privilegium fuit concipere & generare Mariam absque originali, concupiscentia, & culpa. Deinde si Parentes Deiparæ fuerunt Angelorum custodia speciali, atque assistentia Spiritus Sancti præmuniti ab initio suæ procreationis: dic mihi, à quo puncto, vel à quo instanti incipit procreatio? Parentum, vel Filiæ? Si ab illo dic, & verum dices, quòd Joachim & Annæ filia fuit custodiâ præventa & præservata. Excubabant Angeli ad Parentum generationem excubabat Spiritus Sanctus ad sobolis conceptionem. Quomodò igitur inter tot tantasque excubias & vigilias Angelicas & Divinas serpens habuit ingressum? Item, agit Fulbertus de generatione & conceptione prolis Marianæ, & tunc vocat sobolem eximiam puellam: non enim dicenda esset eximia, si peccato fuisset comprehensa, & in imum culpæ rueret. Eximia enim est & dicitur illa, quæ est extra vim appositi, id est, non depressa in infima, vel in ima.

Item, Fulbertus prosequitur sic: Verè etenim beata illa sæcula, *quæ ex sacro utero te meruerunt emittere suo in tempore*. Sanè, si qui solicita mente, & studiosa investigatione perquirant, cur Sanctorum præcedentium memoriæ hujus præfatæ Virginis temporanea initia suis fidelibus sequacibus enucleatim non exornaverunt, ut ad omnium notitiam vulgarent; noverint, non ignaros eos extitisse hæreseos, quæ pro insigni & admirando hujus sacra

sacræ puellæ præconio exorta erat, & ob id, *si quid ex ejus ortu* protulerunt, sagaci industria cessandum æmulis & infidelibus decreverunt, &c. Hæc est ratio quare antiqui Sancti (vel, ut melius dicam, Spiritus Sanctus in ipsis spirans) parum, vel nihil locuti fuerint de Virginis ortu, seu Nativitate in utero & ex utero. Sed ut aliquid altius seratemur, nota illa Fulberti verba: Beata illa sæcula, quę ex sacro utero te meruerunt excipere suo in tempore. Sæculum est spatium centum annorum, nec hoc indiget probatione. Quomodò ergo sæcula ex sacro utero Annæ expectabant suscipere suo in tempore Beatam Virginem MARIAM? Si erat Virgo in utero Annæ; quomodò sæcula desiderabant excipere illam suo in tempore? Ex quo erat in utero; quomodò poterant transire sæcula, vel illam expectare & recipere? Si diceret: Expectabant menses, expectabāt hebdomadæ, dies, horę & instantia, ut MARIAM reciperent ex sacro utero suo in tempore, transeat: nam erat consentaneum rationi: sed expectabant sæcula, quo potuit dici fundamento? Sed attende, quia ibi magnum latet mysterium: pro ortu, id est, tota existentia Virginis in utero, à primo scilicet puncto suæ Conceptionis, usque ad ultimum suæ Nativitatis, certabant & expectabant sæcula recipere suo in tempore mysteria, quæ in sacrato utero Annæ Dei omnipotentia erat operatura; quia videbant sagaci industria illa celasse Spiritum Sanctum propter infideles Hæreticos & incredulos; sed quando venit plenitudo temporis, & placuit Altissimo, atque jam jam erat firma & stabilita Fides, incipiendo à minoribus & facilioribus revelavit Deus, quod minus & facilius erat, credibiliusque; id est, sanctitatem Marianæ Nativitatis, hoc est, ejus ortum ab utero post sex sęcula, id est, ad annum 600. En verba expressa Georgij Colvenerij, tomo 2. Kalendarii, folio 194. numero 7. Si nobis post tantos viros aliquid licеat adjicere, invenio festū hoc, ideſt, Nativitatem Virginis paulò ante annum Domini 600. solemniter coli cœpisse, si non in omnibus, saltem in aliquibus orbis Christiani partibus, ut Romæ & in Hispania. Hæc Colvenerius. Sed addo ego (si mihi post tantum virum aliquid adjicere licet) festum Conceptionis, sive Nativitatis in utero coli cœpisse post alia sex sæcula, id est, paulò ante annum 1200. si non in omnibus, saltem in aliquibus Christiani orbis partibus, ut Angliæ & Galliæ, cujus testes sunt Anselmus & Bernardus. En quomodò certabant sæcula, desiderabant, & receperunt suo in tempore mysteria ortūs Virginei ex utero & in utero, Nativitatis & Conceptionis, & ad omnium notitiam sunt evulgata.

Infra, prosequitur Fulbertus sic: Nobis autem & omnibus Ecclesiæ filijs, satis superque fit fides, & devota credulitas quâ verè eam confitemur *Virginem, & in ortu & in omni sua operatione.* Hujus namque Pater & Mater carnales fuisse feruntur Joachim & Anna, quæ bene sibi de nominis interpretatione competunt: Joachim quidem præparatio Domini dicitur; Anna verò gratia Dei interpretatur. In horum duorum nominum interpretatione, quid innuitur, nisi gratia quam simul adepti sunt? Ubi namque poterit esse gratia, nisi ubi famulatur præparatio conscientiæ? & ubi locum habebit præparatio operationis, nisi ubi ante præcesserit Dei largita gratia? Sic ergo in unum duæ compactæ gratiæ, disponente Dei nutu, *proferunt ex se gratiam non parvam*, profuturam valde cuncti hominibus, &c. Interrogo, quid est MARIAM profiteri Virginem in ortu? An aliqua potest esse mulier, quæ in ortu suo non sit Virgo? Quare ergo quod commune est ita laudatur & commendatur in MARIA? Ratio, meo judicio est, quia non loquitur de virginitate corporis, sed animæ. Laudatur MARIA, quia in ortu suo fuit Virgo; id est, non maculata: habet enim anima suam virginitatem, & integritatem perfectiorem, quàm est illa corporis; hanc custodivit MARIA ab ortu, à Conceptione, quod rarum, quodque laudabile, atque singulare fuit. Deinde, nota illud: duæ illæ gratiæ simul proferunt unam gratiam. Si parentes fuerunt gratiæ, & filia genita gratia, à quo venit peccatum originale? Dices, ab Adam: quia in funiculis Adam tracta; quia culpa est funiculus hæreditatis nostræ. Sed funiculus iste triplex certè difficilè rumpitur. Si gratia Pater, gratia Mater, gratia Filia; vide quanta gratia fuit præparata ad Conceptionem MARIÆ. Item, infra inquit: Congratulentur etiam pueri & infantes *in hujus maximæ puellæ initio*, sua Christo & MARIÆ dicantes crescentia membra, &c. Nota, quòd non dicit in Nativitate Virginis debere pueros lætari, sed in initio; id est, in principio vel exordio: hoc autem fuit in Conceptione. Tandem concludit Fulbertus sic: Ille enim, id est, Deus maledictionis notam primæ virginis, in benedictionem secundæ transmutavit Virginis, qui ante veram formam præsciverat ex eodem sexu suum in fine temporum procreandum fore Filium, qui universis omne afferret gaudium. Verè beata collaudanda Dei beneficia, quæ per illum sexum decreverat provenire nostra in tempora, à quo primo terrigenæ propinatum est antiquæ suasionis medicamentum. O Eva tunc infœlix! non solùm pro inobedientiæ piaculo; verùm etiam pro maledictionis titulo: nunc verò fœlix pro immutationis largifluo dono. Lætare tu, Mater omnium, non solùm, quia evasisti proscriptionis excidium: sed etiam, quia de tua consimili prole profudisti eum in sæculum, qui te tuamque progeniem mortis de compede misericorditer eruit. *Insulta denique ei modo, qui te dudum suo beneficio suasu infecerat*, quia habes tuum plastem, sive parentem propitium, qui suo triumpho nobili procacem exturbavit tui hostis dominatum. *Exi nunc, ò fallax & inventor antiqui criminis*, à secundo noxio sexu, quia ipse, qui sine carnali opere ab eodem pullulavit ordine, suam hodie Genitricem istā fecit prodire in lucem. Terreat te procul secundæ Virginis de cœlo collapsa benedictio, qui lætatus es in primæ virginis opprobrio. *Namque, qui gaudebas in articulo conditionis humanę*, primos à suo fœlici incolatu exturbasse colonos, nunc à secundo homine Filio Virginis æterna exultatione nexus es, &c. Lib. impress. Parisijs 1608. In signatis verbis non obscurè conspicitur, loqui Fulbertum de peccato originali.

Item, in Sermone seu explicatione Symboli Concilij Ephesini, folio 170. inquit: Primus Adam suasu serpentis mortem incurrit, & ejectus est de Paradiso deliciarum Dei, in labore & sudore edidit panem; terrra autem de qua factus est, virgo erat. *Oportuit ergo secundum Adam de Virgine nasci, qui serpentem tentantem se vinceret, & hominem de captivitate ejus, quem primum vicerat, liberaret*, &c. Ad quid opus erat, vel unde oportebat, quòd ut Christus vinceret originale peccatum, ex Virgine nascеretur?

ceretur? An vicit Christus, quia ex Virgine natus; vel quia Verbum Patris æternaliter genitum, Deus verus de Deo vero est? Quare ergo? vel quomodò dicit Fulbertus: Oportuit secundum Adam de Virgine nasci, ut serpentem vinceret? Quando hæc victoria non ab utero Virginali, sed ab æterna generatione, & potentia infinita Dei vim & effectum suum sortita fuit? Sed oportebat, quia opportunum erat, ut Christus vinceret serpentem, sicut serpens vicerat Adam in Paradiso. Vicit serpens Adamum per Evam; oportebat ergo, imò quasi necesse erat, ut Christus vinceret per MARIAM. Prima ergo victrix, seu initium victoriæ originalis maculæ fuit à MARIA, quia ab hac cœlorum Regina, Nativitatem suam & originarium ortum originalis habuit victoria. Voluit ergo Fulbertus demóstrare, quòd hæc victoria licèt à potenti brachio Dei patrata, tamen fuit nata, ac si diceret Hispanicè: Quiso Dios que esta victoria del pecado original saliesse de Madre, para que viniesse nacida, &c. Et si à Matre MARIA ortum habuit maculæ ruina, quomodò in Matre MARIA potuit esse macula?

FULGENTIUS Petrellus à Sigilio, Ordinis Eremitarum S. Augustini Italus: Quòd de Conceptione B. Virginis MARIÆ non licet modò prædicare, nisi ad præscriptum Pauli V. & Gregorij XV. Pontificum, fuisse scilicet *absque omni peccato conceptam*, quæst. 12. fol. 870. ubi latè agit de hac materia. Et quòd de Virginis MARIÆ Conceptione vetitum est ultimis temporibus à Romanæ Sedis Summis Pontificibus, ne disputetur publicè vel privatim, nec prædicetur utraque pars; sed tantummodò pars una, illa videlicet, quæ *immunem asserit ab originali labe MARIAM in sua Conceptione*, &c. quæst. 23. §. 7. columma 887. in libro de Intercessione Beatæ Deiparæ MARIÆ Virginis, quâ salvari gravissimos peccatores eidem devotos probatur, tomo 1. Impress. Romæ 1647. in folio.

FULGENTIUS Ruspensis Episcopus, ac Sanctus, natione Afer, in Sermone de duplici Christi Nativitate, contraponendo effectus bonos, quos gratia Dei in Virgine operatur, ex malis ac miseriis, quas diabolus in prima muliere Eva causavit, sic ait: In primi hominis conjuge nequitia diaboli seductam depravavit; in secundi hominis Matre *gratia Dei mentem integram servavit* & carnem, &c. Ergo eodem modo de utraque integritate locutus est; sed integritas carnis consistit in hoc, quòd nunquam fuerit violata; fuisset autem violata & deperdita talis mentis integritas, si habuisset peccatum originale.

Item, in Sermone de laudibus MARIÆ ex partu Salvatoris, sic ait: Crevit in ejus partu integritas corporis potiùs, quàm decrevit, & virginitas ampliata est potiùs, quàm fugata. Plena sunt viscera, *& nullum novit contagium Virginis conscientia*, &c. Si nullum; igitur neque peccati originalis. Et infra sic ait: Sic enim legitur eam salutasse: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Cùm dixit: Ave, salutationem illi cœlestem exhibuit. Cùm dixit: Gratiâ plena, ostendit *ex integro iram exclusam* primæ sententiæ, *& plenam benedictionis gratiam restitutam*, &c. Prima sententia fuit transfusio primi peccati, scilicet originalis; sed hæc sententia, seu ira, quâ eramus omnes naturâ filij iræ, ex integro fuit exclusa in MARIA; igitur non habuit peccatum originale. Item, lib. 3. ad Rasimundum Regem, sic inquit: Restabat tamen ad plenum nostræ redemptionis effectum, ut illuc usque homo sine peccato à Deo susceptus descenderet, quousque homo separatus à Deo peccati merito ceciderat, id est, ad infernum, ubi solebat peccatoris anima torqueri, & ad sepulchrum, ubi solebat peccatoris caro corrumpi; sed tamen, ut nec Christi caro in sepulchro corrumperetur, nec inferni doloribus anima torqueretur, *quia anima immunis à peccato, non erat subdenda supplicio; & carnem sine peccato non debuit vitiare corruptio*. Nam quia peccans homo meruit in seipsum per supplicium dividi, &c. Si igitur caro Christi labe non fuit corrupta, quia in ea peccatum non fuit, bene etiam deducitur à posteriori, quòd si caro Virginis deducta ad sepulchrum non fuit corrupta, quòd non habuit peccatum. Corruptio enim non ex peccato actuali, sed originali ortum habuit, quod latè probari potest ex multis Scripturæ locis. Lib. impress. Lugduni 1633. cum aliis, & in Bibliotheca veterum Patrum, & Antuerpiæ 1574. Et in libro dicto: Hæreseologia; hoc est, Opus veterum tàm Græcorum, quàm Latinorum Theologorum, &c. Impress. Basileæ 1556. in folio.

G.

GABRIEL Alvarez Oropesanus, Societatis Jesu Hispanus, in Isajam Prophetam, tomo 2. ad caput 45. versiculo 8. Rorate cœli desuper, num. 14. columna 456. *Quòd Beatissima Virgo MARIA fuit concepta absque culpa originali.* Impress. Lugduni, anno 1623. folio.

GABRIEL Archangelus, missus à Deo in Civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem MARIAM; ingressus ad eam dixit illi: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c. Quæ verba, secundùm interpretationem Ecclesiæ Doctorum, *immunitatem à peccato originali* non solùm indicant, sed quasi expressè adstruunt. Vide Auctores super Lucam.

Item, idem (ut plures testantur Doctores) revelavit SS. Joachimo & Annæ sterilibus Conceptionem sacratissimæ Virginis MARIÆ, in monte atque in portam Auream.

Item, dici potest hunc fuisse Angelum, qui apparuit Helsino Abbati in naufragio constituto, & præcepit ei, ut diem celebraret Conceptionis die Decembris.

Item, idem revelavit B. Amadæo mysterium ad modum mirabilem, quomodò scilicet *Virgo MARIA fuit concepta in utero Sanctæ Annæ, ac in primo instanti suæ animationis libera ac præservata à peccato originali.* De quo videndus est prædictus Amadæus, tract. 4. & 8.

Item, cuidam Doctori Parisiensi modo mirabili, scilicet dicendo illi: Aperi os tuum & implebo illud, infudit, desiderium magnum propugnandi ac defendendi *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cùm tamen antea contrariam tenuisset sententiam. Ita Franciscus Mayron, Sermone de Conceptione, Christophorus de Vega, Theolest. 3. certam. 16. ad finem, fol. 121.

GABRIEL Baccinius Italus, in libro dicto Missarium Sacerdotum ex Patribus, fol. 283. & fol. 625. vocat Virginem MARIAM *semper puram, &c.* Lib. impress. Trinini, anno 1622. in 12. regali.

Ga-

GABRIEL Benius Romanus: *Innocentiæ Virginalis B. Virginis MARIÆ* Salutationem Latinè reddidit. Romæ 1633. in 4.

GABRIEL Biel, Ordinis Clericorum in communi viventium Germanus, *in festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* Sermones quatuor. Impr. Brixiæ, anno 1583. in 4.

Item, *de sanctificatione Virginis*; unde primò quæritur: Utrum *Virgo MARIA Mater Dei fuit aliquando maculata peccato originali?* Quæstionem plenissimam in tres articulos divisam. Brixiæ 1574. in 4. Et in Repertorio generali super quatuor libros Sententiarum, lib. 3. distinct. 3. quæst. 1. Lib. impress. Lugduni 1501. in folio & 1519. Cujus unica Conclusio est: *Beatissima Genitrix Dei Virgo MARIA ab omni originalis peccati contagio fuit penitus præservata, &c.*

Item, in Expositione sacri Canonis Missæ, lect. 41. fol. 73. inquit: Cùm autem Ecclesia aliquam veritatem determinat, innititur divinę revelationi, aut saltem divinis Scripturis, per quarum diligentem expositionem veritates quasdam extrahit, quas ut credendas proponit, quę prioribus incognitę fuerunt, saltem sic explicitè declaratæ: non quòd novas veritates (ut dictum est) faciat, quæ priùs veritas non fuit; sed veritatem, quæ semper fuit vera, declarat, quasi priùs nonsufficienter cognitam. Sic in Concilio Nicæno determinatum est Spiritum S. à Patre & Filio procedere, cujus oppositum dicebant Hæretici: nec tamen propter hoc ante determinationem tenentes oppositum fuerunt Hæretici; quia ante non fuit hominibus certum id esse verum, quod post repertum est esse verum modis ante dictis. Sic novissimè in Concilio Basileensi, in sessione 36. anno Domini 1439. determinata est hæc veritas: *Quòd B. & gloriosa Virgo originali peccato nunquam subjacuit*; quam determinationem sub plumbo & sigillo Concilij Generalis vidi & manibus tenui, &c. Lib. impress. Lugduni 1527. & Brixiæ 1576. in 4.

GABRIEL Bocangel Unçueta Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Relacion Panegyrica del novenario celebre, con que el orden illustrissimo, inclita Cavalleria, y Capitulo general de Alcantara le solemnizò en San Bernardo de Madrid su quarto voto de professar, y defender *el purissimo mysterio de la Concepcion de nuestra Senora, concebida sin pecado original.* Lib. impress. Matriti, anno 1653. in 4.

Item, edidit Cantiones plures *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre est ibi à folio 77. usque 90.

GABRIEL Bucelinus, Monachus Weingartensis Germanus, in Nucleo historiæ universalis tum sacræ, tum prophanæ, &c. in Kalendario Romano, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ V.* duplex. Et in Kalendario Græcorum, ad diem 9. Decembris: *Conceptio B. Annæ, Dei & Dominæ Aviæ.* Circa hæc ultima verba fuit error impressionis. Lib. impress. Ulmę 1652. in 12.

Item, in libro dicto: Menologium Benedictinum Sanctorum, Beatorum atque illustrium ejusdem Ordinis, &c. folio 833. 8. Idus Decembris agit *de Immaculata Conceptione*, & quomodò primò fuit instituta & publicata hæc festivitas à S. Anselmo, &c. Augustæ Vindelicorum 1656. in folio & Velserchij 1655.

GABRIEL de Carvajal, Poëta Hispanus, in Poëmate de sanctissima Virgine MARIA, inquit:

De toda mancha se excluye
Vuestro purissimo ser
Que en vos quiso Dios hacer
Las perfecciones que incluye.

Extat cum aliis impress. folio 122. in libro Granat. anno 1640. in 4.

GABRIEL de la Concepcion, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libello de S. Josepho, ad finem, adducit *officium Conceptionis Virginis MARIÆ* cum imagine ejusdem. Lib. impress. Matriti, anno 1659. in 4.

GABRIEL Cremades, Ordinis Minorum Hispanus, sub auspiciis R. P. F. Vincentii Zabatet, Quæstiones Logicales sub hoc titulo defendit: *Immaculatæ, atque intemeratæ Conceptioni*, hæreditarię labis nullatenus coinquinatæ confinio, à primo instanti nitidis gratijs coruscanti, splendoribus strenuæ, Virgini à primo gressu serpentis rabidum conterenti caput; pulcherrimæ sponsæ, nullo ob protoparentum lapsum de venustate nævo, *communibus non comprehensæ legibus, specialibus præservatæ privilegijs, &c.* Impress. Valentiæ 1653. in charta expansa.

GABRIEL Fiamma, Canonicus Regularis Lateranensis, & Episcopus Chioglacensis Italus, in libro: Lode della B. Vergine, sopra l' Evangelio di S. Lucca, &c. Missus est Angelus Gabriel, predica 2. par. 1. folio 47. inquit: Non si puo dire, che sia altro, nobilissimi Ascoltanti, che la beata, & sempre gloriosa Vergine, & Madre MARIA; nella quale si è compiaciuta, tanto quella venicè Deità, che il l' ha elettà per esposa, il figlivolo per Madre, lo Spiritu Santto per amica, & nella vitta l' hanno conservato *vuota d' ogni colpa*, & nel merito l' hanno impiuta d' gratia, & nel' premio l' hanno colma de ogni gloria, &c. Et infra: Ella è virga, che fatta serpente senza veleno, senza peccato, &c. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tu sei qual son io, sei mia imagine, sei mia figura, sei mio spechio, *in te non è manchia, bella di dentro, è bella di fuori*; nel corpo intatta, nella mente sincera, &c. latè prosequitur. Lib. impress. Venetijs 1576. in 4. & 1579. in 8. regali.

Item, scripsit Poëma quod est in ordine 121. *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Leon in Bibliot. manusc. class. 9.

GABRIEL Girelus Flacanius, Ordinis Minorum, castigavit & auxit Opera R. P. Hieronymi de Guadalupe Hispani super Oseam Prophetam, atque indicem concionatorium pro *die Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. Brixiæ 1604. in 4.

GABRIEL Gutierrez, Poëta Hispanus, edidit Cantionem seu Glossam *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est apud Didacum Cano de Conceptione, folio 96.

GABRIEL de Hennao Vallisoletanus, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Eucharistiæ Sacramento, Tract. de Scientia media historicè propugnata, &c. in appendice, fol. 94. De Amadeo Salyo, & Opusculo de retinendo *officio Immaculatæ Conceptionis*, atque de Actis Bernensium, &c. Et infra de Fratre Antonio Reginaldo, Ordinis Prædicatorum, ac libro Vincentij Bandelli *contra Immaculatam Virginis Conceptionem* à prædicto Patre &c. Lib. impress. Lugduni, anno 1655. in fol. Item, fol. 1060. n. 106. de controversia habita in Concilio

lio Trident. inter Franciscanos & Dominicanos *circà Decretum de peccato originali, ac Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptionem*, &c. Ubi supra.

GABRIEL Lopez, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Hispanus, in lib. Sagrado combite del Santissimo Sacramento del Altar, lib. 1. cap. 9. fol. 36. inquit: Quamvis hæc Domina benedictissima *non fuerit concepta in peccato originali, à quo Deus eam præservavit*, quod & voluit & potuit facere; hac pia non obstante veritate, dicimus, quòd fuerit per Christum redempta, &c. Matriti, anno 1618. in 4.

GABRIEL Martinez de Aquila, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ, an. 1651. folio 264.

GABRIEL Michaël de Rochmaillet, Doctor Gallus, ediditOpera Doctoris Petri Carron Canonici, ubi disc. 6. pag. 282. habet Serm. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impress. Parisijs 1612. in 8.

GABRIEL de Morales, Ordinis S. Augustini Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: *Complacencias gozosas de la Concepcion purissima de la Santissima Madre de Dios MARIA, concebida sin mancha de peccado original*. Impress. Matriti 1655. in fol.

Item, in lib. cujus titulus est: Penas de la mas inculpable innocencia; afrentas de la mas propria, y venerable Magestad, Christo Dios y hombre, &c. Et sunt Sermones viginti de Passione Domini, serm. 14. affirmat: *Quòd Deus protexit Virginem MARIAM à primo instanti suæ Conceptionis*. Matriti 1653. in fol.

Item, in lib. Relox despertador del alma fiel, repartimiento de las horas del dia, fol. 249. & fol. ultimo: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*. Impress. Matriti 1658. in 8.

Item, edidit officium *Immaculatæ Conceptionis*, dicatum D. D. Petro Pacheco Giron, cujus prima Antiphona ad Vesper. est: De torrente gratiæ in Conceptione Maria bibit, &c. Oratio verò sic se habet: Deus hominum & Angelorum creator & rector, qui sanctissimam V. Mariam Matrem tuam originali innocentia, æterno & divino consilio decoratam, omni creaturæ Reginam præfecisti: da fidelibus populis *ejus Immaculatam Conceptionem* filiali affectu venerantibus, auxilium gratiæ tuæ; ut mortalitatis sarcinâ exuti, mereamur Angelicis choris inserti, tecum illam perenni cultu venerari, Qui cum Filio & Spiritu Sancto vivis & regnas. Extat manuscr.

Item, edidit Epistolam illam *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad Sanctimonialem, de qua infra, verb. Quidam Theologus. Lib. impress. Matriti, an. 1660. in 8.

Item, fecit Tractatum *de Immaculata Virginis Conceptione* in defensionem Solis Veritatis, sub hoc titulo: Respuesta de un Religioso à una carta de un gran Señor, en que le pregunta que siente de un libro que à sacado el R. P. Fray Pedro de Alva de la Orden de el Serafico S. Francisco, y de la detencion que le embaraça correr libre, & incipit: Consultò un gran Señor, &c. Extat manusc. apud nos in 4.

GABRIEL Perez de Barrio Hispanus, in lib. Devociones, Rosarios, y oraciones quotidianas, discursos, y exercicios virtuosos, Soliloquios divinos para consuelo del alma, &c. fol. 54. *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à culpa originali*. Lib. impress. Matriti 1644. in 8.

GABRIEL Poleotus, S. R. E. Cardinalis, in lib. de Bono senectutis, parte 7. folio 194. accommodat Beatissimæ Virgini illud Chrysostomi: Industriæ agricolæ primùm semen in terra deponunt cupressi aut aliarum arborum simile, deinde ubi conspexerint è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra; sed inde evulsam plantulam in aliud transferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, *puram & integram vim suam præstet ad novam educationem*; *ita Anna purum* præter spem præterminatum in illo utero à domo transtulit, & in templum transportavit, &c. Lib. impress. Romæ 1595. in 4. Si plantata Virgo Maria in utero Annæ fuit pura & integra, & plantatio facta est in Conceptione; igitur sine peccato.

Item, cùm esset Archiepiscopus Bononiæ, in libro dicto: Archiepiscopale Bononiense, parte 4. folio 314. de pictura gloriosæ Virginis Dei Matris, agit *de ejus Conceptione, Nativitate*, &c.

GABRIEL à Puteo Herboso Turonicus, Ordinis Fontebraldensis Gallus, in libro Tetramonon, sive Symphonia & concentus quatuor Evangeliorum, in indice pro festivitatibus, agit *de Conceptione Beatæ MARIÆ* Evangelium. Impress. Parisiis 1547. in 16.

Item, super Epistolas S. Pauli, & super Evangelia, &c. fol. 8. habet Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Parisijs 1561. in 8. & inter alia inquit: Et quant à ce, *la fête de la Conception* doit être plûtôt referée à la formation du corps, qu'à l'infusion de l'ame sanctifiée. Et hoc probat latè.

GABRIEL à Sancta Maria, Archiepiscopus & Dux Rhemensis Hibernus, in libro: Continens Adventuales super Missus est, Serm. 9. à fol. 180. latè agit *de Conceptione Virginis MARIÆ, & de præservatione à peccato originali*, & quòd sola fuerit ab eo præventa, &c. Item, Serm. 10. super illa verba: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum; sicut reliqui quatuor sequentes Sermones sunt quasi omnes de Conceptione, quia in illis, sicut in toto libro, agit sparsim de præservatione B. Virginis ac immunitate à peccato originali latè & eruditè. Impress. Rhomis 1625. in 8.

GABRIEL de Toro, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Thesaurus misericordiæ divinæ & humanæ, &c. in obsequijs Virginis Mariæ, cap. 18. fol. 436. *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*, &c. & ibidem in aliis locis agit *de ejus Conceptione Sanctissima*. Impress. Salmanticæ 1597.

Item, composuit Librum, seu Tractatum *de Veritate Virginis MARIÆ*, ut ipse refert libro supra citato, fol. 445.

GABRIEL de la Torre & Andrada, Magister Theologus Hispanus: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque originali labe*, &c. Vide apud Alph. Ferriol in princ. fol. 29.

GABRIEL Vazquez, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermonario Quadragesimali, medicinali, &c. hæc habet verba, quæ immunitatem Virginis Mariæ indicant, sermone feriæ 4. post secundam Dominicam Quadragesimæ, folio 4. Por manera, de do sale el daño, salió el remedio. Quien mordio à todo el genero humano,

le en ponzoño? Adam. Pues de Adam, que era la cabeça ponzoñosa *saliò la Virgen para el remedio, &c.* Pues para la cura, y remedio del mal que causò la primera, viene la muger segunda del mismo genero, la primogenita de S. Anna, la Virgen Maria, &c. Quæ verba videtur respicere primam Virginis generationem in utero Annæ. Et ser. 6. in Dom. Palmarum, fol. 110. inquit: Que luego que se asomò al mundo la primogenita de S. Anna por la linea recta del genero humano, que resplandeciendo en tanta virtud, de todo bien enriquezada, y recamada, *que no solo la obligacion de nuestros primeros padres, mas los pecados de todo el mundo quito.* Et sermone 21. de Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, inquit: Que son las virginales entrañas de la primogenita *de santa Anna Virgen, y Madre ab æterno escogida, y en el entendimiento divino fabricada, &c.* Lib. impress. Vallisoleti 1563. in fol. Et sermone 16. folio 103. vocat Virginem Mariam: *Espejo sin manzilla;* quæ in Hispania sunt verba protestativa immunitatis.

GABRIEL Vazquez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Serm. de Mysterio sanctissimæ Trinitatis, fol. 11. sic inquit: En el qual lugar trae la historia del mana, en el qual se enjendraban gusanos, no sin grande mysterio, *y assi compara à la Virgen, al mana, que vajaba del cielo limpissimo,* y à Christo Señor nuestro al gusano, que en el mana se engendraba sin padre, y assi dice: Ego sum vermis, mi Madre es el mana, à quien llamaron Manhu, *porque espantò al mundo su limpieza y santidad, &c.* Serm. impress. Hispali 1612. in 4. Manna purissimum descendebat de cœlo, & purissimè conservabatur in terra; quia priùs descendebat ros, tanquam sindon vel mappa, ut manna nullam à terra participaret immunditiam: & sic fuit Virgo Maria limpidissima, pura, ac Immaculata, quando anima ejus creata à Deo ingressa est uterum Matris suæ Annæ, præventa à divina gratia. Et ad paritatem similitudinis, hîc obiter nota, quòd si à nomine manna (ut ab isto Auctore Hispanicè scribitur) scindas per medium litteram n dicit Maria: vel vice versa, si in nomine Maria addas lineam, vel punctum conjungens r cum i dicet manna; & sic intelligas, quòd pro illo puncto, quando descendit manna de cœlo, & Maria ingressa est uterum Matris, eadem fuit in utroque puritas.

GABRIEL Vazquez, Societatis Jesu Hispanus Bellomontanus, tomo 2. in 3. partem, quæst. 27. *de Beatæ Virginis MARIÆ Sanctificatione*, disput. 114. Utrum B. Virgo sanctificata fuerit ante Nativitatem? Et disput. 115. *An sic B. Virgo in Adamo, ut peccato originali ex se nasceretur obnoxia?* Et disput. 116. *An in momento ipso Conceptionis Beata Virgo sanctificata fuerit?* Ad quam respondet affirmativè. Et disput. 117. *Utrum Beata Virgo in momento Conceptionis per sanctificationem fuerit ab originali peccato præservata?* Ad quam respondet affirmativè per quatuordecim capita. Et disput. 118. *An in Beata Virgine in momento Conceptionis fomes peccati extinctus fuerit?* Et probat nunquam in ea fuisse fomitem. Et disput. 119. de Præstantia & excellentia *sanctificationis B. Virginis MARIÆ, &c.* Quæ omnia reperies à folio 1. usque 52. Lib. impress. Lugduni 1620. in fol. Item, in 1. part. disput. 95. cap. 4. num. 53. fol. 454. *Quòd Virgo MARIA non contraxit originale peccatum.* Lib. impress. ubi supra.

Item, in 1. secundæ: Quòd in omnes Adæ posteros, præter Christum *& Beatam Virginem, peccatum originale fuit derivatum*; auctoritate Scripturæ demonstratur. Vide indicem. Lib. impress. pluries.

GABRIEL de Verona, Ordinis Minorum, in Epistola ad Vicarium Generalem Ordinis scribit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali.* Extat in principio libri: Compendium Virginei honoris, quem habemus.

GALDERICUS Gali, Doctor Hispanus, in libro de Rosario Dominæ nostræ, fol. 37. *Quomodò Virgo MARIA propter suam puritatem fuerit electa à sanctissima Trinitate.* Impress. Neapoli 1611. in 12.

GALFRIDUS Antisiodorensis, Ordinis Cistercienses, ad illud Numerorum 24. Orietur Stella ex Jacob, inquit: Mira res! humanum genus ex limo factum *est etiam ante culpam*, & quomodò jam inde Stella? Quomodò ex terreno germine syderea proles? *quæ est Stella orta ex Iacob, nisi ea, quæ nobis nata est Virgo MARIA* ex progenie Abrahæ, clara ex stirpe David? Stella prorsus, magis re, quàm nomine, &c. in Allegoriis Godefridi Tilmanni, folio 111. à tergo. Impress. Parisiis 1574. in 4. Nata est Virgo Maria ex hominibus, sed tanquam Stella; ex terreno germine, sed tanquam syderea proles: ergo nihil habuit neque ex limo, neque ex culpa humani generis.

GALFRIDUS de Ballalandt, sacræ Theologiæ Professor, & Abbas in Anglia, scripsit Defensorium Revelationum S. Birgittæ, quod incipit: Licèt primus rerum opifex hominem rectum condiderit, &c. Et super cap. 49. propositione sua 28. & ultima, sic dicit: In cap. 49. lib. 6. dicitur, *quòd Mater Dei fuerit concepta sine peccato originali*, quia parentes ejus obedierunt Deo jubenti contra velle suum. Quod intelligo, contra suæ voluntatis determinationem. Ulteriùs dicitur ad primum, quòd si (ut est possibile) parentes B. Virginis se determinarunt ad puram castitatem pro data temporis mensura; ita quòd pro tunc non convenerunt in actum generationis, nisi obediendo Deo id per Angelum præcipienti, videtur quòd ab omni peccato ut sic fuerunt excusati. Nam si Hebræi spoliantes Ægyptios, à furto per præceptum excusantur, ut patet Exod. & iterum; si Prophetæ accipienti mulierem fornicariam, & generanti ex ea filios fornicationis ex præcepto Domini, fornicationis vitium non imputetur, ut patet Oseæ 1. Quid mirum, si (ut dictum est) parentes prolis tam magnificæ, ad ejus generationem solùm ex præcepto Domini convenientes, ab omni prorsus peccati macula sint immunes. Et quantùm ad id, quod dicitur B. Virginem sine originalis peccati macula fuisse conceptam, videtur simplicibus sufficere usus cum Ecclesiæ determinatione, cùm ejus Conceptionem æqualiter cum ejus festivitatibus aliis solemnizat. Scholasticis verò videtur idem, vel saltem quidem sic probatur neutrum, utrum fuerit sic concepta vel non. Nam si Deus produxit principium nostræ generationis in utroque sexu simpliciter sine peccato; quare non posset, imo per locum à majori, quare non produceret principium nostræ regenerationis mundum ab omni macula originalis peccati? Præcipuè, cùm sicut nostra regeneratio se habet ad nostram generationem; sic, imo incomparabiliter magis, nostræ regenerationis principium excedit & dignitate

principium generationis nostræ. Et si dicatur, quòd suppositâ prævaricatione primorum parentum non fuit compossibile Beatam Virginem sic produci; videtur quòd sic. Nam Deus summè liberè contradictoriè agens omne opus suum ad extra, potuit (prævaricatione & naturali procreatione Virginis suppositâ) pro primo instanti creationis animæ suæ communicasse originalem justitiam: in eodem quasi puncto fuisset Virgo Beata immunis simpliciter à peccato originali. Et quòd Deus potuit gloriosè inducere originalem justitiam in animam illius pro primo instanti, quando nullum peccatum obviavit, patet ex hoc, quòd secundùm Adversarium id fecit pro instanti posteriori, cùm peccatum sit inductum; & per consequens difficultas major, dicente Augustino: Quòd est difficilius justificare impium, quàm creare mundum; quia licèt utrobique requiritur portio infinita, est tamen in priori resistentia, sed in secunda non. Et hinc dicit Augustinus de Natura & Gratia circa medium: Quòd de B. Maria Virgine propter honorem Domini nullam prorsus, cùm de peccato agitur, haberi vult quæstionem. Scimus (inquit) quòd ei plus gratiæ collatum est ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, omnes Sancti dum hîc viverent peccaverunt, præter Christum. Item, Anselmus in lib. de Conceptione Virginis Mariæ: Voce (inquit) divina dicitur ad Jeremiam, cap. 1. Priusquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te, & Prophetam in gentibus dedi te. De Joanne quoque Baptista, qui eum nasciturum prænuntiabat, asserit, quòd Spiritu Sancto repleretur adhuc ex utero matris suæ. Si ergo Jeremias, qui in gentibus erat futurus Propheta, in vulva est sanctificatus; & Joannes, Dominum in virtute & spiritu Eliæ præcursurus, Spiritu Sancto est in utero matris suæ repletus; quis dicere audeat singulare totius sæculi propitiatorium, & unici Filii Dei Omnipotentis unicum & dulcissimum reclinatorium, mox in suæ Conceptionis exordio Spiritus Sancti gratiâ, & illustratione destitutum? Nam si (testante Scriptura sacra) ubi est Spiritus Domini, ibi libertas; videtur quòd à servitute omnis carnis sive peccati libera fuit, quæ omnium peccatorum propitiatori aula, in qua & ex qua personaliter homo fieret, Spiritus Sancti præsentia & operatione construebatur. Quòd si quis (inquit) eam primi originalis peccati non omnimodè expertem fuisse pronuntiat, cùm jam ex legali conjugio maris & fœminæ conceptam verissimè constat; si sententia Catholica est, & universalis Ecclesiæ veritate nulla, volo ipse differere ..... magnificentiam tamen operationum virtutis divinæ quadam quasi mentis lippitudine pro posse considerans, videor mihi videre. Quòd si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei, & Domini mei fuit, propagantium extitit, non prolis propagatæ. Ex quibus patet possibilitas sententiæ antedictæ, & pro ejus veritate sufficit auctoritas revelantis. Et quantùm ad auctoritates sacræ Scripturæ, quæ oppositum sentire videntur, ut est illud Psalmi: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum; quod allegat Apostolus ad Rom. 5. & illud ad Rom. 3. Omnes peccaverunt, & egent gloriâ Dei; & quotquot similes inveniuntur: dicendum est, quòd intelliguntur cum distributione accommodata, hoc est, pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Et ita nedum Christus, sed & Mater ejus excipiuntur. Et quantùm ad Doctores Sanctos utique contrarium asserentes dicitur, quòd loquuntur opinativè, vel saltem intelligunt conditionem probabilitatis & possibilitatis, nihil temerè asserendo, &c. Et explicitæ sic Articuli seu Propositiones editæ per Venerabilem Patrem Abbatem Galfridum Ballatun Anglicum, sacræ Theologiæ Professorem eximium, qui eas misit Domino Episcopo Londoneensi in Basileam, anno Domini 1435. Extat liber manusc. in Monasterio Watstenensi, Ordinis Sancti Salvatoris cum Defensorio Turrecremataæ & aliorum.

GALINDUS Comes Aragoniæ, de quo scribit Ant. Lupian: En otra Iglesia del mismo titulo cerca de la villa de Martes, en las montañas y Obispado de Jaca, permanecen à los pies de otra imagen de N. Señora, unos versos tan en alabanza de su purissima Concepcion, que Hugo Cabello Autor moderno los atribuio à su pluma.

Te, dum conciperis, culpæ quicumq; negarit
Immunem, brutis nil sapit ille magis.
Huic aut vipereo mens est infecta veneno,
Aut illum teter spiritus exagitat.

Hæc Lupian in Hispania primogenita.

GALLA Patricia, Symmachi Consulis filia, & Sancta, de qua Sanctus Fulgentius in Epistola ad eandem: Hæc ergo à prima ferè vitæ periodo Deo Matri clientulam se ipsam tradidit, *ejusque Conceptionis candorem* (ut dicitur) miro cultu professa est, &c. Sic ex Josepho Maria, & Francisco Marc. R. P. Hipp. Mar. in lib. Heroides Mariani, fol.

GANDULPHUS Neapolitanus, Ordinis Minorum, & Archiepiscopus Amalphitanus, in 3. Sent. dist. 3. scripsit Quæstionem *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Ita Daza in lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 46. Fortè hic est Landulphus; de quo in Sole Veritatis.

GARCIA Alvarez à Toledo, Dux de Alva, singulari devotioni, quâ erga *Immaculatam Virginem* ferebatur, aliqua ex parte satisfacturus, Conventum Minoriticum eidem Immaculatæ Virgini sacrum ad trecentos passus ab oppido de Alva extruere cœpit: sed cùm immaturè morte præventus esset, Fredericus à Toledo ejus Successor absolvendum perficiendumque curavit. Gonzaga in Historia Seraphica Provinciæ S. Jacobi. Hippol. Marrac, in Princip. Marian.

GARCIA Manrique, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit cum aliis Epistolam ad Summum Pontificem Paulum V. pro diffinitione *mysterii Immaculatæ Conceptionis*, & extat apud Dazam, cap. 4. folio 189.

GARCIA de Quijada, Ordinis Minorum, postea Episcopus Guadicensis, aliquid præstitit *pro Immaculatæ V. MARIÆ Conceptione incontaminatæ*, scilicet, quòd cùm Innocent. VIII. confirmasset Ordinem Sanctimonialium Immaculatæ Conceptionis anno 1489. cujus Fundatrix fuerat D. D. Beatrix de Sylva, quæ revelationem habuit à Deo de die cōfirmationis; cùmque Diplomata Apostolica ejusdem confirmationis in capsula quadam asser-

vata,

vata, in navi veherentur, naufragium passa, simul & Bullæ non comparuerunt; sed res ô mira! D. Beatrix in arcula suimet Conventûs Toletani illas adinvenit; cumque illa ignara rei nesciret, quodnam esset illud Diploma, illud ostendit prædicto Patri Garciæ de Quijada; qui cùm vidisset esse Bullam confirmationis diù desideratam, in stuporem factus, rem Monialibus patefecit; ac miraculo evulgato, Ecclesia Metropolitana Toletana, celebri pompâ comitata, primoribus ac plebeis civitatis, in Conventum Sanctimonialium advenit, ad rem sacram in honorem tanti miraculi habita concione ad Populum, &c. Vide Petrum de Salazar, lib. 8. de Provincia Castellæ, fol. 437. Christoph. de Vega Palestra 3. certam. 16. fol. 121. Porren. & Palaum, fol. 70.

GARCIA Salcedus Coronel, Eques auratus S. Jacobi, & Poëta Hispanus, edidit Cantionem *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. cum aliis Granatæ, folio 215.

Item, idem in libro, sub titulo: Cristales de Eliconia, part. 2. fol. 100. sic inquit: En un certamen sepidio que en quatro octavas se alabase al Rey D. Juan primero de Aragon por la Pragmatica que mando publicar en favor *de la pura y limpia Concepcion*, y assi mesmo à los demas Reyes de España, que con tanto fervor han procurado con su santidad se defina la piadosa por de Fè. Lib impress. Matriti 1649. in 4.

GARCIA, Sextus Rex Navarræ, ad ann. 1023. instituit atque fundavit Ordinem Equestrem liliorum, sub titulo ac patrocinio *puræ ac Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ absque originali peccato concepta.* Vide Josephum Michaëli, folio 17. Hieronymum Rom. Guarinum, Honorium de la Corte, & Sansovinum, Francis. Mennenium: sed hic fol. 65. non affirmat fuisse sub hoc tit. Conceptionis; de lilio autem dicit esse signum pulchritudinis, candoris & puritatis.

GARCILASUS de la Vega, Inga Peruanus: *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato Adami, & quòd fuit purissima, & Immaculata, ac absque peccato originali in sua Conceptione*; in Dedicatoria suæ Historiæ Generalis Peruanæ. Lib. impress. Cordubæ, anno 1617. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

GARNERUS vel Guarnerius, Canonicus Regularis & Superior S. Victoris, in libro dicto: Gregorianum, hoc est: Allegoricæ omnium penè rerum in Bibliis contentarum explanationes, lib. 5. cap. 52. de Lumbis, folio 307. inquit: Lumborum nomine propago mortalitatis designatur, &c. Quid enim lumborum nomine, nisi propago mortalitatis exprimitur? Propter quod etiam & Levi dicitur, quia adhuc in lumbis patris erat, cùm Melchisedech occurrit Abrahæ: *de lumbis verò Abrahæ Virgo MARIA exijt*, in cujus utero Unigenitus Patris per Spiritum Sanctum incarnari dignatus est, &c. Lib. impress. Parisiis 1608. in 8. regali. Cùm Auctor hic vixerit ante annum 1200. ut ait Joannes Picardis, id est, ante exortam controversiam Conceptionis Virginis Mariæ, nolui verba hæc relinquere, licèt à longè videantur tangere hoc mysterium; sed mihi videtur, quòd ad sui declarationem, non parum conducant: si enim esse in lumbis Abrahæ signat & dicit mortalitatis propagationem, primò & per se; igitur hæc consequentia erit legitima: Virgo Maria fuit in lumbis Abrahæ, igitur fuit à propagatione mortalitatis, ideoque mortua, licèt à propagatione peccati originalis præservata; & sic facillimo negotio respondetur ad debitum, & argumentum Adversariorum desumptum à morte Virginis. Dicunt enim: Maria fuit mortua; igitur peccavit in Adam, vel habuit debitum contrahendi. Vel sic: fuit in lumbis Adæ, vel Abrahæ; igitur peccavit in primo parente. Respondetur, quòd fuit ibi secundùm propagationem mortalitatis; sed non secundùm propagationem iniquitatis vel peccati. Levi verò fuit secundùm utramque propagationem. Nota, quòd liber iste fuit etiam impress. Parisiis in 4. opera & studio Joannis de Monte, Ordinis Minorum.

GASPAR Ancaranus de Bassano, Doctor Italus, in libro: Novo Rosario de la glorioſa Vergine Maria, &c. Præterquam quòd passim vocet Deiparam puram ac Immaculatam, gratiâ & bonitate plenam, mysterio 1. folio 5. inquit:

Imperatrice intatta è tiempio pieno
Di santità è de honor, candida, è giusta
All oro antico, che ogni uno incorona
Antidoto, ch'al huom salute dona.

Item, in diversis Cantionibus ad B. Virginem, folio 71. inquit:

Ave radice santa onde gia nacque
La luze al mundo, che à mortui da vita,
El serpe vinto, è calpestrato giacque, &c.

Lib. impress. Venetiis 1588. in 4.

GASPAR Astete, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Modo recitandi Rosarium & Coronam Virginis Mariæ, in Litanijs, folio 59. inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam:* libera nos Domina. Lib. impress. Salmanticæ 1578. in 12.

GASPAR de Benemerin, Infans Regni Fecis, fecit extrahi testimonium ex lampadibus existentibus in Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, in quibus dicitur: *Quòd Virgo MARIA fuit gratiâ plena, concepta sine macula, &c.* Vide verb. Franciscus Perez Garcia.

GASPAR Berillorius, Doctor sæcularis, sustinuit sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione.* Eum inter alios Doctores sæculares adducit Franciscus Maria Pistoja, in sua Maria Triumphante, corona 2. cap. 5. num. 50. folio 152.

GASPAR à Borgia Hispanus, ac S. R. E. Cardinalis, multùm laboravit apud Paulum V. Pontif. Max. circa Decretum editum in favorem *puriſſimæ Conceptionis.* De quo Wadding. in Legatione. Item, ardenti affectu apud Gregorium XV. Pont. Max. egit pro ultima decisione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, & Decreto ab ipso edito; de quibus suis locis. Vide Marrac. in Purpura Mariana, folio 177.

GASPAR Casalius, Episcopus Leyriensis Hispanus, in libro de quadripartita Justitia, contra Lutherum, Calvinum, &c. 1. par. cap. 43. agens de peccato originali, & quomodò amissâ justitiâ originali, quæ hominem faciebat immortalem, omnes facti sumus mortales, sic dicit: Ignoratio autem rerum agendarum, concupiscentiæ noxiarum, & hujusmodi mala alia, non sic sunt particularia aliquorum, sed sunt multo communia cunctorum hominum, quia de lege communi omnes hæc mala contrahimus, nisi quis speciali diplomate & privilegio excipiatur, *sicut Christiferam semper Virginem, Dominamque nostram sanctissimam*

exceptam credimus ex privilegio. Lib. impress. Venetijs 1563. in folio.

GASPAR Cantalanus, Ordinis Prædicatorum designatus Episcopus Illerdensis Hispanus, scripsit quandam Epistolam ad Dominum Michaëlem de Lanuza, Equitem Ordinis D. Jacobi, anno 1651. quę sic incipit: Me percunctatur tua Dominatio, an S. Thomas in aliqua parte sui Operis docuit *Beatissimam MARIAM semper Virginem Dei Genitricem, ac Advocatam nostram, fuisse præservatam à peccato originali?* Respondeo, *quod sic*, ac 1. libro Sent. dist. 44. quæst. unica, art. 3. Deinde refert verba & argumentum Sancti Doctoris, & concludit: Talis fuit solutio Doctoris Angelici, in qua expresè ac evidenter affirmat *Beatam Virginem fuisse præservatam à peccato originali*, his verbis: *A peccato originali, ac actuali immunis fuit; nam vox immunis, illam fuisse exceptam ac præservatam ex speciali privilegio significat*, &c. Deinde adducit alias tres auctoritates desumptas ex doctrina & scriptis S. Thomæ, ex quibus hoc idem probat; videlicet ex eodem 1. Sent. distinct. 17. quæst. 2. art. 4. & ex eodem 1. Sentent. dist. 44. quæst. unica, art. 2. ad 2. Tandem ex Opusculo 61. in tractatu de decem gradibus charitatis; ex quibus omnibus deducit eruditè Sanctum Thomam sustinuisse Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali peccato. Hanc Epistolam integram adducit R. P. Joannes Eusebius Nieremberg. in libro Except. capite 24. à folio 574. usque 583.

GASPAR Escolanus, Historiographus Hispanus, in Historia Civitatis Valentinæ, agit de Fundatione Conventûs *Immaculatæ Conceptionis* Civitatis Valentiæ, lib. 5. cap. 9. folio 943. Impress. Valentiæ 1610. in folio.

GASPAR à Fonte, Ordinis Minorum Hispanus & Episcopus Bejeben. electus, elaboravit cum aliis *Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Matriti 1648. in folio.

Item, in Relat. de Capitulo Generali celebrato Toleti à Seraphica Familia 1633. *de Conceptione Virginis MARIÆ ac ejus præservatione à peccato originali* agit folio 4. à tergo, & folio 9. & 16. Lib. impress. Toleti, anno 1633. in 4.

GASPAR à Sancto Francisco, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispanus, scripsit Sermonem *de pura ac Immaculata Conceptione Virginis Dominæ nostræ.* Impress. Granatæ 1618. in 4.

GASPAR Garcia de la Cruz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Patria del hijo de Dios, y dicha de sus glorioſos lugares Belem, y Gerusalen, &c. lib. 2. cap. 7. De domo, & Ecclesia Sanctorum Joachim & Annæ, *ubi concepta fuit Beatissima Virgo MARIA absque peccato originali*, &c. latè à folio 67. Matriti 1642. in 4.

GASPAR de Guzman, Comes Dux de Olivares, scripsit ad Gregorium XV. & Urbanum VIII. Romanos Pontifices, nec non ad Ludovicum Ludovisium, & Franciscum Barberinum S. R. E. Cardinales; aliosque quàm plures, pro decisione *controversiæ purissimæ Conceptionis ejusdem Augustissimæ Virginis* Epistolas plures; quæ manuscriptæ erant apud Bernardum de Toro Hispalensem. Vide Waddingum in Legatione, pagina 439. & 455. & Marraccium in Principibus Marianis, folio 181.

Item, juravit ac vovit se semper immunitatem B. Virginis à peccato originali defensurum, ac dè ad invocationem *Beatæ Virginis sub mysterio purissimæ Conceptionis veneratione*, aliquando valetudinem recuperare meruit.

Item, in oppido suo dè Loeches juxta Matritum ædificavit *Monasterium Immaculatæ Conceptionis Dominicanæ*, sub tali titulo, ubi Moniales eiusdem Ordinis habitant.

GASPAR Hurtadus Mondejarensis, Societatis Jesu Hispanus, in Tractatu, seu libro de Incarnatione Verbi, disput. 1. diffic. 13. numero 68. fol. 36. *Quomodo Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*, &c. Ubi de debito objectivo & subjectivo. Et disp. 17. diffic. 2. fol. 436. Quòd Adamus in statu innocentiæ, *& Virgo in primo instanti suæ Conceptionis*, & Angeli à primo suæ creationis fuerint propriè filij adoptivi Dei, &c. Lib. impress. Compluti 1628. in 4.

Item, in libro de Beatitudine, actibus, bonitate & malitia, habitibus, virtutibus & peccatis, &c. disp. 7. diffic. 13. Quibus pœnis puniatur peccatum originale in hac vita? folio 119. inquit: Sua peccatum originale, in unoquoque contractum, dignum est, ut relinquamur obnoxij nostræ naturali necessitati moriendi, & egrotàdi: *Beatæ autem Virgini, quæ peccato originali caruit*, contigit mortis merito peccati actualis Adæ, &c. Lib. impr. Matriti 1630. in 4. Optimus est modus dicendi.

GASPAR Legionensis, Ordinis Minorum, scripsit Sermones & Homilias in 4. tom. quorum primus fuit excusus Salmanticæ, anno 1594. in 4. in quo fol. 1. affirmat, quòd in secundo agit de Salvatoris nostri *& Immaculatæ Virginis MARIÆ festivitatibus.* Et ex hoc titulo constat ipsum in illo secundo tomo fuisse pro immunitate Virginis MARIÆ; illum tamen non vidi, nec scio quòd fuerit excusus.

GASPAR de Loarte, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Consolatione afflictorum, parte 1. fol. 343. vocat Virginem MARIAM *purissimam, plenam omni gratia*, atque benedictam supra omnes mulieres, &c. Impress. Venetijs 1574. in 12.

Item, in libr. Instructioni per meditare i misteri del' Rosario della Santissima Vergine, fol. 17. inquit: Como Iddio benedetto vuolse, che l'anima di questa Signora fusse aliena d' ogni peccato, così ancora vuolse, che il suo corpo santissimo fusse alieno da ogni corruptione, &c. Impress. Romæ anno 1610. in 24.

GASPAR Lopez Serranus, Doctor Hispanus, scripsit Discursus singulariter directos ad *Immaculatam Conceptionem semper Virginis MARIÆ*; & hos Discursus duo, à folio 64. usque 84. Lib. impress. Cordubæ 1620. in folio.

GASPAR Lozanus & Regalatus, Canonicus Legionensis Hispanus, in libro: Loores de los Santos, ad diem 8. Decemb. *de Immaculata Virginis Conceptione* Cantiones octo; & extant à folio 251. usque 265. Lib. impress. Vallisoleti, 1619. in 8.

GASPAR, Mediolanensis Archiepiscopus, recognovit & edi curavit Missale Ambrosianum, in quo folio 159. est Missa: Lætemur omnes in Domino diem festum celebrantes, *ob honorem Beatæ MARIÆ Virginis, de cujus Immaculata Conceptione gaudent Angeli*, &c. Extat in Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini.

GASPAR à Mello, Ordinis S. Augustini Hispanus; in Commentarijs in Apocalypsin D. Joannis Evan-

Evangelistæ, cap. 12. folio 449. ad illa verba: Et in capite ejus corona stellarum duodecim: Quòd prima stella hujus coronæ rutilat *in MARIÆ Virginis Conceptione*, &c. Lib. impress. Pintiæ 1589. in folio. Et folio 17. inquit: Quid de septem Spiritus Sancti muneribus, quibus repleta fuit? Quid de innumeris alijs donis à Deo collatis, aut de singularibus ejus prærogativis, quibus peculiariter fuit decorata? Nam amicta fuit Sole, coronata Stellis, ac pedibus ejus Luna suppositâ; *nullo peccato maculata, summa animi puritate prædita*, Mater & Virgo effecta, &c. Lib. impress. Pintiæ, anno 1584. in folio.

Item, in Expositione Evangelij secundùm Lucam, cap. 1. ad illud: Gratiâ plena, inquit: *An ab instanti & momento, quo Virgo Sanctissima concepta fuit, habuerit gratiæ plenitudinem*, ad quam & stabilivit illam Deus pervenire, incerta res est, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1597. in folio.

GASPAR de Monterubio, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. à fol. 223. & aliam habet fol. 236.

GASPAR Nuñez Hispalensis, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in lib. Rosarij Virginei asserit *Virginem MARIAM conceptam fuisse absque originali peccato*; ut refert Sylvester de Saavedra in libro de Sacra Deipara, disp. 16. sect. 14. folio 350.

GASPAR de Ovando, Poëta Hispanus, edidit Cantionem contra Luciferum *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis apud Ferriol, folio 48. & alteram folio 60. & aliam fol. 65.

GASPAR Pachecus, Poëta Hispanus, in quadam Cantione de B. Virgine Maria, ut explicaret ejus nativam puritatem, semel & iterum dicit:

Defiende el candor intacto, &c.
La que en todo excede à todas
Del candor immaculado.

Extat cum alijs in lib. Sacrarij Toletani, fol. 79.

GASPAR Pasarellus Monopolitanus, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Italus, in libro Regulæ, Constitutionum, ac Ceremoniarum sui Ordinis, cap. 12. par. 2. id est, Actorum, ac Constitutionum general. fol. 64. agit de modo recitandi officium divinum *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Venetijs 1595. in 4. Item, adducit Decretum Pij V. pro *Conceptione Virginis MARIÆ*, in lib. Privilegiorum sui Ordinis. Impress. Neapoli 1543. in 8.

GASPAR de Payueta, Societatis Jesu Hispanus, in suo Collegio Murceano defendit *Virginem Dei Matrem non solum non contraxisse originale peccatum in prima suæ animationis instanti, sed neque illius habuisse contrahendi debitum proximum*. Ita in Thesibus impress. ann. 1657. in charta expansa.

GASPAR Prietus, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, & Episcopus Alguerensis, scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre est apud R. P. Francisc. Mariam Pistoia, in Maria Triumphante, corona 2. capite 5. folio 162. & Marrac. in Antist. Marian. folio 588.

GASPAR de Quiroga, Archiepiscopus Toletanus, edidit Breviarium Toletanum, in quo fol. 595. est *officium de Conceptione Beatæ MARIÆ* duplex majus. Impress. Antuerpiæ 1616. in 8. regali, & Matriti 1595. in 4. fol. 117.

GASPAR de los Reyes, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in lib. Thesoro de conceptos divinos, fol. 133. *de Immaculata Conceptione Virginis Dominæ nostræ* Cantionem; & ibidem in Cantione de vita Virginis MARIÆ agit etiam de Conceptione. Hispali 1613. in 8.

GASPAR de Ribadeneyra Toletanus, Societatis Jesu, & Doctor Complutensis, in Tractatu de Voluntate Dei, disp. 14. cap. 6. numero 54. fol. 400. quærit: Utrum suppositâ præstantissima dignitate Matris Dei, maneat indifferens Deus physicè, vel moraliter sanctificandi ipsam, id est, *in primo suæ animationis instanti*? & concludit sic: Ergo tametsi dignitas, v. g. Maternitatis Deiparæ, sit aliquid creatum, poterit Deum moraliter determinare, *ut tantæ Matris peccatum excludat*; eò quòd ea dignitas tantam habeat proportionem cum exclusione peccati, ut non sit prudenter credibile, componi cum peccato, &c. Lib. impress. Compluti 1655. in 4.

Item, sæpissime in publicis Conclusionibus defendit *Virginem MARIAM fuisse præservatam à peccato originali, imò & à debito fuisse liberam*. Extant ejusdem Theses impressæ in charta expansa, anno 1646. & in reliquis annis.

GASPAR Sanchez, Granatensis Hispanus, scripsit Concionem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Moguntiæ, ut refert Hippolyt. Marrac. in Catalogo ad annum 1602.

GASPAR Sanctius Centumputeolanus, Societatis Jesu Hispanus, in Cantica Canticorum: *Quòd nihil ex Adami culpa sordidum adhæsit Virgini in Conceptione suâ*; atque de particula reservata à contagione, ut purissima coagularetur & formaretur Immaculata materia pro Virginis animatione, capite 1. numero 78. Item: *Quòd à peccato originali fuit immunis*, cap. 2. num. 25. ut in indice, verb. Conceptio. Item: *Quòd B. Virgo fuit columba sine ulla originalis culpæ maculâ concepta*; eodem cap. 2. num. 58. Item: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit pulchra, & sine ulla macula, vel primâ illa originalis culpæ labe*, cap. 4. num. 62. Vide ibi plura, & pulchra. Item: Quòd Virgo Maria fuit hortus conclusus, utpote *à primo, communique contagio immunis*, eodem capite 4. num. 83. Item: Quòd fuit Aurora consurgens, quia nunquam Virgo processit sine luce: neque tunc quidem, quando Auroræ munus in terris obijt, id est, quando *primùm concepta* & in materno utero conclusa, proximum ostendit signum appropinquantis Solis, cap. 6. num. 34. Item: *Quòd ab omni macula, etiam originali immunis extitit B. Virgo*, cap. 7. n. 40. Item: Quòd sub arbore malo tota natura hominum extracta videbatur, *solumq; servavit Deus à communi labe fœminam*, de cujus visceribus sumpturus erat carnem; sicq; *Virginem præservavit*, &c. cap. 8. num. 32. Lib. impress. Lugduni, an. 1619. in 4. regali.

Item: Quòd B. Virgo Maria ascendens ex marî amaro, *sine ullâ maculâ orta & concepta est*, lib. 3. Regum, cap. 19. num. 41. Impress. Lugduni, anno 1623. in fol.

GASPAR Sciopius, natione Germanus, edidit brevem Relationem ad Imperatorem, Reges, Principes, & Populos Catholicos de statu controversiæ circa *Immaculatam B. Virginis MARIÆ Conceptionem*. Ita Marrac. in Bibliotheca, fol. 464. Pistoia, fol. 228.

GASPAR Seguiran Aquisextiensis, Societatis

Jesu

Jesu Gallus, edidit Sermones *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Impress. Parisijs ad annum 1643. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo & Alegambe, fol. 153.

GASPAR Sghemna, Ordinis Minorum Italus, in die *Conceptionis Dominæ nostræ* Sermonem, folio 280. in lib. impress. Panormi 1630. in 4. in quo ejus immunitatem à peccato originali adstruit. De hoc Auctore sub cognomine Sghemna agit Hippol. Marrac. in Catalogo Mariano.

GASPAR Sillingardus, Episcopus Mutinensis Italus, in libro inscripto Italicè: Discorso sopra l' parole di Giobbe, nel' qualle si trata della perfettione della vita Regolare, cap. 241. fol. 310. in discursu de Conceptione & Nativitate Virginis Mariæ: *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ fuit Immaculata, & ipsa concepta absq; peccato originali.* Quod latè per integrum tractat discursum, ubi etiam affirmat hanc sententiam esse communem, & propriam Fratrum Minorum. Lib. impress. Mutinæ 1605. in fol.

GASPAR de Sinconibus, natione Italus, Innocentio X. à secretis, edidit *pro conceptaDeipara* Orationem, & incipit: Sapienter naturæ monitio, &c. ubi late agit de præservatione Virginis à peccato originali. Lib. impress. Romæ 1635. in 4.

GASPAR de Stunica & Avellaneda, Archiepiscopus Compostellanus Hispanus, approbavit, edique præcepit Breviarium illius Ecclesiæ; in quo est officium *de Immaculata Virginis Conceptione.* Salmanticæ 1599. in 4.

GASPAR Tauch, Societatis Jesu Germanus (alibi vocatur Bohemus) scripsit de Sanctissima Matre Maria Libros tres, in quibus sæpè agit, præcipuè lib. 3. praxi 19. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Coloniæ 1645. in 8. Sic Marrac. in Bibliotheca, & in Catalogo Mariano.

GASPAR Velosilo, quem Salazar vocat Episcopum Segovienſem, piam sententiam *de immunitate Virginis à peccato originali tuetur* in suis Advertentijs. Vide prædictum Salazarium & Leonem, class. 10.

GASPAR de Vergara, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Tractatum sub hoc titulo: Discursos predicables de la Reyna esclarecida Maria Madre de Dios, y Señora nuestra, *acerca del ser concebida sin mancha de culpa original.* Lib. impress. Cordubæ 1624. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

GASPAR de Vigachoaga, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Librum, in quo recollegit Doctorum virorum Conciones habitas *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ.* Impress. Salmanticæ 1619. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & sunt Sermones 14.

GASPAR de Villaroel, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, & Episcopus Ariquipensis in Regno Peruano, *in festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* indicem concionatorium, in Expositione libri Judicum. Matriti 1636. in folio.

GASPAR de Uzeda, Ordinis Minorum Hispanus, in Expositione Epistolæ B. Pauli ad Hebræos cap. 7. fol. 234. agit latè, quomodò B. Virgo Maria, licèt decimata fuerit in Abraham, *non tamen contraxerit peccatum originale.* Vide lib. manus. in Biblioth. Matriten. S. Francisci in 4. Item, ibidem in eodem libro, in indice pro Concionatoribus, adducit Elenchum *pro festo Immaculatæ Conceptionis*, &c.

GASPAR Ybañez de Segovia & Peralta, Eq[uit]. Alcantarensis, Dominus oppidi de Corpa, & [Archi]politanus Marchio Hispanus, scripsit Tract[atum] sub hoc titulo: *Discurso familiar sobre la pureza de MARIA santissima en su animacion sacrosanta* dùm editus; cujus Prologus, seu introductio [in] habet, loquens cum hujus operis Auctore: [De] tantos vinculos miro empeñada la obligacion [de] mi zelo, en defensa de Maria Santissima en [su] Concepcion Immaculada, que no puedo negar [a] à V.P. la expression de mi concepto, quando [me] go gravado en el coraçon con indelebles car[a]cteres el piadoso y seguro sentir de su prerog[a]tiva de muchos siglos antes esta devocion: Della fue Gerardo Gutierrez de Segovia, que 300. años ha, de 1360. fundò, y dotò un Aniversario, [en] que se celebrasse en la Iglesia Cathedral de nu[e]stra Ciudad con solemnidad, y pompa, la Co[n]cepcion santa de la Virgen Madre, que hasta [en]tonces no tuvo culto, por mas que despues [de] lo indiscreto de algun piadoso, quando se edifi[có] la nueva fabrica, que oy permanece, y tuvo pr[in]cipio despues del año de 1520. cuidò se sabi[e]sse, que venia succesiva la veneracion desta festividad, desde los tiempos de San Hierothe[o] Maestro de San Dionysio Arcopagita (ensen[a]do de muchos, primer Obispo de Segovia) pero [el] contrario consta del instrumento, que de la [in]stitucion desta solemnidad, y licencia para [ce]barla, mando despachar Don Juan Luzero, Obi[s]po entonces de la Ciudad, junto con el Cabil[do] de la mesma Iglesia; y original en pergamino con sus sellos pendientes permanece en mi po[s]der, como mostrè à V.P. por donde se verifica [lo] el Auctor desta devocion Gerardo Gutierrez [de] Segovia, y que omitieron esta circunstancia, [tan] estimable para mi familia, Diego de Colmenares y Don Juan Tamayo de Salazar, aunque tuvi[e]ron memoria entrambos de la institucion, y [del] instrumento. Tambien es constante, que Juan [de] Segovia, Canonigo de Toledo, Arcediano de Vi[lla]viciosa, en la Iglesia de Oviedo, creado Car[de]nal del Antipapa Felix Amadeo; y ultimamente renunciando el Capelo, Obispo titular de Cu[en]sarea, (à quien sin razon hizo Colmenares de la [fa]milia de Contreras, equivocado con un Canon[i]ro de aquel linaje que en su tiempo siguio las [pa]tras: pero que de muchos instrumentos para [su] vivia en su mesma Ciudad, quando Juan de Se[go]via assistia en la de Basilea, de que con toda [e]videncia consta, no puede ser el mismo, como [en] otra parte demuestro) fue uno de los mas cele[bra]dos varones de su tiempo, embiado, como [uno] entre los demas Embaxadores al Concilio de Basilea, por el Rey Don Juan el Segundo de Castilla, donde obtuvo la primera estimacion, como parece de la historia que compuso de lo sucedido en el Eneas Sylvio, que despues ocupò la Cathedra de San Pedro, con titulo de Pio II. y fuera de otras gravissimas questiones, y embarcadas, fue à quien mandò el Concilio, estando ya canonicamente congregado el año de 1436. segun consta del Defensorio, que escrivio el mesmo Juan de Segovia, y se conserva original en la li[bre]

brería de la Cathedral de Sevilla; reſpondieſſe a la alegacion del P. Fray Juan de Montenegro, Provincial de Lombardia, del Orden de Santo Domingo, contra la Concepcion Immaculada de la Virgen Santiſſima, ſatisfaziendo en Congregacion publica à ſus inſtancias, y eſcriviendo en ſu Defenſorio, lo conferido el dia antecedente en ſus diſputas, por lo qual deſpues ſe decreto aquel tan celebrado Canon, que define, que la Virgen Madre de Dios fue concebida ſin mancha de pecado original; de cuya immunidad fue Juan de Segovia defenſor unico, como todos confieſſan. Aunque no ſe puede paſſar en ſilencio la injuſta calumnia con que procuran enflaquecer la autoridad deſte Decreto (aunque no Canonico à lo menos de gran veneracion, por el concurſo de tantos Prælados, y varones doctos de toda la Europa, que le ſubſcrivieron) los que defienden la menos piadoſa opinion deſte myſterio, pues pretenden ſe huuieſſe pronunciado en tiempo, que por aver paſſado à conciliabulo, faltaron del ſus Religioſos; por lo qual quieren dar à entender quedò indefenſo ſu partido: ſiendo conſtante, no ſolo que aſſiſtieron en las revoluciones todas, ſino que tambien fueron los principales motores dellas Fr. Nicolas Gallico, y Fr. Juan, à quien el nuevo Antipapa Felix criò Cardenal, (como parece de Eneas Sylvio, y ſan Antonino de Florencia) à quien ſin razon notò el Señor de Aubery en ſu hiſtoria Franceſa de los Cardenales perſuadiendo ſe equivoco, que el ultimo era Juan de Segovia, ſiendo diſtintiſſimas las ſeñas que del nos dà el ſanto; pues añade no gozò del Capelo. Y lo que mas es, el primer acto de Juriſdicion que coronado ya gozò el Antipapa, fue en el Convento de Santo Domingo de Baſilea; bolviendo el dia ſiguiente à celebrar la Miſſa, y feſtejar con banquetes à los que le aſſiſtieron en ella. Uno, y otro parece de la carta, que eſcriviò Eneas Sylvio, dando por menor noticia de lo ſucedido en eſte acto à Juan de Segovia, que aſſiſtia entonces, como Embaxador del recien electo, en la Congregacion que celebravan los Prelados de Francia en Beſiers. Y aunque ſiempre creerè que la oportunidad en que ſe hallavan las materias entonces, eſcuſa baſtantemente todas las circunſtancias de nota, que lospoco afectos inducen deſta reverencia; toda via es preciſo referirla, para reſtituir a ſu autoridad eſte Decreto de la pureza de la ſantiſſima Virgen, y conſervar en la eſtimacion grande que tuvieron las letras de Juan de Segovia, pues por medio de ſus inſtancias, y Defenſorio, ſe pronunciò; gloria ſingulariſſima, no ſolo para Eſpaña, de donde era natural, para Segovia, donde era hijo, ſino tambien para los que conſervamos ſu meſmo apelido, y que nos vincula como precioſo eſte piadoſiſſimo zelo de venerar, y defender la intacta pureza de la gracia original, que conſervò Maria Santiſſima deſde el inſtante miſmo de ſu animacion ſacroſanta, &c. Hucuſque Prologus, ſeu introductio; Opus verò incipit: Eſta nueva obligacion, &c. Manuſc. lucem expectat.

GASPARINUS Borro Venetus, Ordinis Servitarum B. Mariæ Virginis, Doctor Theologus Italus, in libro dicto: Triumphi ſoneti, canzon, & laude de la glorioſa Madre de Dio, Vergine Maria: cap. 2. triumph. 2. de Nativitate Virginis Mariæ, in margine ponit: *De Conceptione*; & habet hæc Carmina:

Virtù del ciel eſſa cadendo accolſe,
Per gratia preſervola dagli erranti,
Peccato original mai queſta avolſe, &c.

Et hoc proſequitur latè per multa Carmina, ubi de ejus Immaculata Conceptione, præſervatione, &c. Lib. impreſſ. Brixiæ per Magiſtrum Angelum Britanicum da Pallazo, anno Domini 1498. in 4.

Item, ad ultimum, in Soneto ad Virinem:

Salve MARIA da peccato pura,
Ab eterno previſa, è decorata
Dal Creator che in te puoſe ſua cura.

Et ſparſim per totum librum.

GAUCHERIUS Vapinienſis Epiſcopus, natione Gallus, cum aliis ſubſcripſit Decreto, edito in Concilio Provinciali Avinionenſi an. 1457. circa *feſtivitatem Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Vide Purpuram Marianam, fol. 369.

GAUDENTIUS de Peruſio, Ordinis Minorum Italus, in Provincia Reformata S. Franciſci Aſſiſinaten. inquit: Extat unica tantummodò *Capella Immaculatæ Conceptioni Deiparæ* dicata, in Conventu S. Martini Epiſcopi, terræ Trebij. Et infra: Altaria *Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſunt in Conventu S. Bartholomæi Cibottullæ, Montis Sancti propè Tartum, Sancti Joannis Baptiſtæ terræ Coleni, Sanctiſſimæ Annuntiatæ terræ Nurſiæ, Eccleſiæ novæ intra Aſſiſium, & Sanctæ Mariæ Jesu terræ Jovij. Ex relatione manuſc.

GAUDIOSUS Floridus Peruſinus, Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, edidit in lucem Librum Fœliciani Capitonii Narnienſis Servitæ, & Archiepiſcopi Avinionenſis, ſub titulo: Explicationes Catholicæ locorum ferè omnium veteris & novi Teſtamenti, &c. in quo parte 2. explicatione 62. ad illa verba: Vocatus eſt autem Jesús, & Diſcipuli ejus ad nuptias, Joan. 2. agit *de præſervatione Virginis MARIÆ à peccato originali*. Lib. impreſſ. in 8. tribus tomis. Item, Venetiis in fol. 1579. & Coloniæ 1581. in 8.

GAUFREDUS, Cœnobita Monaſterii Lemovicenſis D. Martialis, ac Prior Vacenſis Cœnobii, in Chronica à Roberto Francorum Rege uſque ad ann. 1184. cap. 12. de Guilielmo Rege Anglorum, agit de Miraculo Elphini Abbatis *circa Conceptionem Virginis MARIÆ*. Extat apud Phil. Labbei in 2. tom. novæ Bibl. manuſcr. fol. 284.

GAUFRIDUS de Altatumba, ſuper Cantica Canticorum, ad illa verba: Vadam ad montem myrrhæ & collem thuris, ait: *Tota pulchra es amica mea, &c.* Et infra in margine: De Beata Virgine. Et in corpore libri: *Tota pulchra es carne & mente, Virgo humilis, & macula non eſt*, niſi ſublimata humilitas & virginitas fœcundata, ut Virgo pariat Dei Filium, humilis habeat ſponſum Dominum. *Nec modò immunis ab omni macula, ſed plena bono*, favus diſtillans, &c. Extat in Monaſterio Tornacen. S. Martini manuſcr. in pergameno cum Fratre Hugone ſuper Cantica; & eſt proſecutio ejus à cap. 4. in folio magno.

G. Ayora, Hiſpanus Cordubenſis (aliqui ex prima littera legunt diverſimodè) traduxit in linguam Latinam Librum *de Conceptione Immaculata* Petri Montis, quem dicavit Oliverio Epiſcopo Sabinienſi, Cardinali Neapolitano, & incipit: Jam diù eſt, præſtantiſſime Præſul, &c. Extat in 4. abſque

anno & loco impressionis ; & Mediolani 1492. in fol. Et idem transtulit Opusculum prædictum in linguam Italicam, dicatum D. D. Beatrici Barri Duciſſæ, & incipit: Stata universale Sententia, &c. Extat cum antecedenti in Biblioth. S. Ildephonsi Universitatis Complutensis. An iste vocatus fuerit Gundinsalvus, vel alio nomine, nescio.

G. Champcheuryeulx, Doctor Theologus, & Prior Conventûs Carmelitarum Parisien. in libro: De l'origine, antiquités, graces, privileges, & indulgences de l'Ordre & Confraternité de N. Dame de Mont Carmel, folio 325. adducit indulgentiam plenariam *pro die Conceptionis Dominæ nostræ*. Lib. impress. Parisijs 1624. in 24.

G. Clapius, Secretarius interpres Regis Galliarum linguæ Hispanicæ Gallus, traduxit Gallico idiomate Paradisum gloriæ Sanctorum P. Didaci de la Vega Hispani, revidit, correxit & noviter augmentavit, ubi adducit duos Sermones *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ*, & folio 94. in margine habet: *IESVS-CHRIST & MARIE exempts de la coulpe originelle*, & quòd CHRISTUS fuit exemptus à culpa per naturam, MARIA per gratiam, &c. Lib. impress. Parisijs 1614. & Cameraci 1610. in 8.

GELBUINUS Trecensis, Doctor antiquus Gallus, inter Sermones suos habet Sermonem de Purificatione, ubi inquit: O Virgo decus Virginum & gloria, vix audeo semel & coram paucis dicere quod Evangelista toti mundo præsumpsit scribere: Quòmodò enim locum habuerit purgatio, *in qua sordes nullatenus invenio?* Tu es enim cella aromatica, tu arca cœli rore compluta; sunt enim simul in B. Virgine, quibus *nullum consortium habet immunditia, &c.* In Bibliothec. S. Victoris Parisien. num. 795. cum Mauritio & Petro Manducatore.

GENADIUS Scholarius, Constantinopolitanus Episcopus, sive Gregorius ab aliis dictus, Dialogo 1. inter Genadium & Mahumetum de Filio Dei, ait: Descendit Filius aut Verbum Dei *& ingressus est puram & Immaculatam Virginem*, & suscepit carnem, & homo factus est, & postea ex utero Virginis egressus conversatus est in mundo, &c. Extat in Biblioth. VV. PP. Colonien. tomo 14. fol. 378. ad finem Dialogi. Vide Euseb. Nieremberg. in Sacro Sylab. §. 7.

GENCIANUS Herbetus vel Hervet, ex textu Græco Latinè reddidit Constitutiones sive Canones ab Emmanuele Comeno Græcorum Imperatore editas, relatas verò à Phoceo Constantinopolitano Patriarcha, & Commentariis illustratas à Theodoro Balsamone Antiocheno Patriarcha, quarum una ad diem 9. Decembris est: Quòd sit ab actione immunis, *utpote quòd in eo peragatur Conceptio castissimæ Matris Dei nostri*; ut videre est in lib. impress. Lutetiæ 1620. in folio, fol. 80.

Item, de Sacrosancto universali & generali Concilio Tridentino, adducit Gallicè Decretum Concilii circa *exemptionem Virginis MARIÆ à peccato originali*. Lib. impress. Parisiis 1584. in 8.

GENESIUS à Ponte, Societatis Jesu Hispanus, cùm Theologiæ operam daret Compluti, sub præsidio R. P. Gasparis de Ribadeneyra defendit *B. Virginis immunitatem à culpa & debito*, in Assertionibus impress. in charta expansa 1646.

GEORGIUS Ambianensis, Ordinis Minorum Gallus, in libro: Tertullianus redivivus, &c. tomo 2. in observationibus in librum de Anima, folio 898. inquit: O fœmina non solùm inter mulieres benedicta, sed & maledictionis omnis expiativa, &c. Imo quis non fœminam illum veneretur, in quo fœmina est, *quæ devicto firmitatis trophæo, caput serpentis contrivit*? &c. Lib. impress. Parisiis 1548. in folio.

GEORGIUS Antonius Vespucius Italus, [illegible] *de festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* in Martyrologio. Impress. Floren. 1486. in 4.

GEORGIUS Antonius Riojano, Ordinis Minorum Hispanus: Quòd radicem primæ justitiæ originalis, quæ perdita fuit in Adam, Deus iterum renovaverit in MARIA, *fruitq; concepta absque peccato originali, atque de Immaculata ejus Conceptione*, in sermone de Vinea. Lib. impress. Matriti 1642. in 4.

Item, in sermone sub hoc titulo: Panegyrico funebre, en las honras de los Almirantes de Castilla: Celebrolas la Provincia *de la Concepcion*, en el Capitulo Provincial en la noble Ciudad de Baeseco. Impress. in 4.

Item, in libro dicto: Gerarquia Seraphica fol. 51. *de Immaculata Conceptione purissimæ, ac semper Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Sermonem cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Lib. impress. Valisoleti 1633. in 4.

GEORGIUS Bartholdus Pontanus, à Wirtemberg Germanus, in Bibliotheca Concionum tom. 1. à folio 42. *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Concionem unam, quæ incipit: Sicut in creatione solis. Ubi probat Beatam Virginem Matrem præservatam fuisse ab originali peccato, scitissimis rationibus. Et infra, folio 46. adducit aliam Concionem *pro eadem Conceptione*, quæ incipit: Cum eximius Rex David. Lib. impress. Coloniæ, anno 1608. in fol.

Item, edidit pulcherrimam imaginem sub hac inscriptione: *Glorificatio Beatissimæ Virginis Matris MARIÆ*, cum peccato originali ad pedes ejus, in charta expansa, ad Cæsarem Mathiam, & ejus uxorem Annam. Fuit impress. anno 1613.

GEORGIUS Centellas Valentinus, & Hispanus Poëta, Carminibus celebravit *Immaculatam Conceptum Deiparæ Virginis MARIÆ* ad annum 1486. Extat impress. apud Ferrand. Diaz.

GEORGIUS Colvenerius, Doctor Duacensis, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione Sanctissimæ Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* Genitricis Dei, & Domini nostri Kalendarium, à folio 375. usque 398. in tom. 2. Kalendarij sacræ Virginis Matris. Lib. impress. Duaci 1638. in 8.

GEORGIUS Estiensis Rousent, Societatis Jesu Gallus, in libro: Du Lys sacré justifiant le bon-heur de la pieté, par divers Parangons du Lys, avec les vertus & les miracles du Roy Saint Louys, &c. Parang. 3. pag. 516. adducit illud: *Sicut Rosam genuit Iudæa MARIAM*, ex quibus verbis quamplures deducunt fuisse Virginem conceptam absque ulla spina peccati. Lib. impress. Lugduni 1631. in 4.

GEORGIUS Franciscus Plachy, Societatis Jesu Bohemus Budvicienſis, edidit Opus præntatum: Rosa Penrapylla; hoc est, quinque Sermones Panegyrici in præcipuas festivitates B. MARIÆ Virginis; id est, *Conceptionis*, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis. Lib. impress. Pragæ 1648. in 12. Ita Marrac. in Biblioth. fol. 479. & in Catalogo Mariano.

GEORGIUS Hemelman Malacitanus, Societatis

tatis Jesu Hispanus, in Disputationibus Theologicis in 1. partem D. Thomæ, Deiparæ Monserratensi ex voto dicatis, tom. 1. titulo 4. cap. 10. folio 277. num. 13. *vocat Virginem MARIAM purissimam & limpidissimam*, &c. Lib. impress. Granatæ 1637. in folio.

GEORGIUS Kaldi, Tyrnaviensis Hungarus, Societatis Jesu, scripsit Tomum unum Concionum de laudibus Virginis MARIÆ; & in eo defendit ac tuetur *mysterium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ*. Lib. impress. Posonij 1631. in folio. De quo Martac. in Biblioth. Alegambe, fol. 136.

GEORGIUS Macropedius Germanus, scripsit Sermones *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. circa annum 1558. ut dicit Marrac. in Catalogo Mariano.

GEORGIUS Metropolita, Carthophylacius Doctor Græcus, Archiepiscopus Nicomediensis, *de Conceptione* sanctæ Deiparę Virginis Oraculum. Item, *in Conceptionem Sanctæ Annæ Parentis Sanctissimæ Deiparæ* Laudationem. Item, *in Conceptionem* ac Nativitatem sanctissimæ Domini nostri Dei Genitricis, semperque Virginis MARIÆ Orationem. Quæ omnia reperies in Auctario Bibliothecæ Patrum, tomo 1. columna 995. usque 1069. Lib. impress. Parisijs 1648. in folio. Vide Joannem Eusebium de perpetuo objecto Concept. folio 260. Item, in Mæneis Græcis, seu Rituali Hierosolymitano, ad diem 24. Martij pro festo Annuntiationis, sic MARIAM Virginem alloquitur: *Esto paratus, ô divinæ munditiæ liber.* Quippe tibi Sancti Spiritus digito inscribitur Sapientia divina; sed incarnata, quâ insipientiæ meæ prævaricationem à medio tollat, &c. Quomodò autem ex verbis illis: divinæ munditiæ liber, inferatur Virginis MARIÆ immunitas à peccato originali; vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 5. a dnot. 2. fol. 344. Item, scripsit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, qui est manusc. in Biblioth. Sfortiana, num. 65. secundùm Gibbonum & Baronium.

Item, scripsit Orationem *in Conceptionem & generationem MARIÆ*. Ex Conrado Gesnerio, & Leone, classe 7. An hæc sit distincta à præcedenti, non explicant. Hunc etiam citat Salazarius, sæculo 10. cap. 42. in Oratione de Virginis Conceptione. Item, in eisdem Mæneis Græcorum, die 21. Novembris, inquit: Venite populi omnes & laudemus, celebremus solam Immaculatam, solam Virginem & Immaculatam. Choreas ducant Joachim & Anna; quoniam ex eis processit fœtus sanctus, MARIA lucifera, divina lampas. Ad te omninò Immaculatam missus est Gabriel, *ô sine macula, non coinquinata Dei Mater*, in cœlo & in terra glorificata! Vide hoc testimonium apud Eusebium Nieremberg. lib. Except. capite 26. fol. 468.

GEORGIUS de Montemayor Hispanus, edidit Libellum de Beatissima Virgine MARIA, sub hoc titulo: Expoficion moral sobre el Psalm. 86. del Real Propheta David, &c. Est prosa & carmine, & in primo folio habet imaginem pulchram Immaculatæ Conceptionis, circundatam illis verbis: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; & incipit sic:

Hiço Dios una ciudad
Sobre santo fundamento
Siendo efecto el pensamiento
Y obra la voluntad
Del divino entendimiento.
El pensar Dios de hacella
No es pensar, sino saber,
Y la voluntad hacer,
Pues para morar en ella
Ved que tal fue menester.

Impress. Compluti 1548. in 4.

GEORGIUS Paulus Stravius, Episcopus Joppensis, Suffraganeus Colonien sis, & in spiritualibus Vicarius Generalis ejusdem civitatis, die 8. Martii anni 1653. publicavit Indulgentiam perpetuam concessam à Summo Pontifice Innocentio X. Romæ apud Sanctam MARIAM Majorem *pro Confratermitate Conceptionis B. Virginis MARIÆ* in Sacello, quod Conventui ad Olivas adhæret ad Occidentem, &c. Sic Jacobus Polius in Relatione Provinciæ Colonien. verb. Confratriæ CC. num. 101.

GEORGIUS Scherrer Suessensis, scripsit in Moravia Sermones *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut refert Hippol. Marrac. in Catalogo Mariano ad an. 1599.

GEORGIUS Sennecensis Episcopus, natione Gallus, ad annum 1457. subscripsit & approbavit Decretum editum in Concilio Provinciali Avinionen. *de festivitate Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*; ut refert Marrac. in Purpura Mariana, fol. 364.

GEORGIUS Valentinus, in Discursibus spiritualibus & moralibus R. P. Christophori de Fonseca, Italicè à se translatis, in libro: Vita Christi; *de Conceptione Virginis sanctissimæ* Caput unum, in ordine 6. folio 75. Impress. Venetiis 1608. in 4.

GEORGIUS Wicelius, Doctor Germanus, in lib. de Vitis Patrum, ex fide dignissimorum Scriptorum monumentis, summâ diligentiâ congestis, fol. 44. *de Conceptione Virginis MARIÆ* Carmina ex Baptista Mantuano, quæ incipiunt:

Sed quia longævam fecit discordia litem,
Conceptusne sacer fuerit, vel sorde paterna
Illitus, &c.

Lib. impress. Moguntiæ 1546. in fol.

Item, in libro: Postilla, hoc est, Enarratio Epistolarum & Evangeliorum de Sanctis, fol. 19. *in festo Conceptionis B. MARIÆ*, Epistolar. Lect. Ecclesiastici 24. & Evangel. Matthæi 1. Lib. impress. in 8. Vide etiam Postillam seu Enarrationem super Evangelia & Epistolas de tempore, & de Sanctis per totum annum, interprete Gerhardo Lorhichio Hadamario, tomo 2. fol. 8. Lib. impress. Coloniæ 1545. in fol. Et ibidem, fol. 190. *de sacra Conceptione Beatæ MARIÆ* Sectionem. Vide eumdem Gerhardum Lorhichium.

Item, in Catechismo majori, in expositione Salutationis Angelicæ, ad illud: Dominus tecum, inquit: Ergo ipsa adversùs *omnem sathanæ vim, adversùs omnem impuritatem & peccatum, adversùs omnem exercitum infernalem plena gratiâ mansit*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1554. in 8.

GERARDUS Adamus, Archiepiscopus Antibarensis, edidit *officium sanctificationis sive Conceptionis Beatæ MARIÆ*, ex Possevin. & Anton. Leon. classf. 8. An verò officium hoc agat de sanctificatione Virginis MARIÆ ante culpam vel post contractam maculam; potest in dubium verti. Sed, cùm istum Doctorem non citent pro sua opinione Turrecremata, Bandellus & Petrus de Vin-

centia, credendum est, quòd officium fuerit de præservatione Virginis.

GERARDUS Bononiensis, Ordinis Carmelitarum, obtinuit à Sede Apostolica circa annum 1317. ut in suo Ordine recitaretur *officium de Immaculata Conceptione Virginis*. Vide Pistoiam, corona 2. cap. 7. fol. 187. & alios ab ipso citatos.

GERARDUS Bossius Barenolius Germanus, in Notis ad Orationem de Sanctissima Dei Genitrice S. Ephrem Syri, tom. 3. fol. 212. littera B. inquit: Et ne celebritates Dei Genitricis, auctoresque, qui de illis conscripserunt hîc præteream; celebratur inter alias *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*, de qua inter alios Scriptores, Sermonem encomiasticum fecit Leo Imperator, qui Græcè reperitur in Bibliotheca Vaticana, & in manuscrip. codice Sfortiano, num. 65. ubi & alius in eamdem Conceptionem extat Georgij Episcopi Nicomediæ Græci Sermo. De qua & Sanctus Anselmus in suo Commentario egregio de Conceptu Virginali, &c. Lib. impress. Romæ 1598. in fol.

Item, in Notis ad Sermonem primum de Annuntiatione Sanctæ Virginis MARIÆ, Sancti Gregorij Neocæsarienſis Episcopi, cognomento Thaumaturgi, fol. 110. ad illa verba: Ex omnibus enim generationibus hæc sola Virgo sancta corpore & spiritu extitit, &c. inquit: His & consequentibus postea verbis clarè & disertè Immaculatam Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis antiquissimus hic noster Auctor ostendit, eamque absque peccato originali indubitanter conceptam fuisse. *Nam si sola Virgo fuit* (ut hic loquitur) *sancta & spiritu & corpore; ergo secundùm eum sola nunquam fuit in peccato originali*: etenim si aliquando in eo fuisset, non jam sola sancta corpore & spiritu fuisset: quoniam Apostolus 1. Corinth. 7. commune id omnium virginum vult, dum ait: Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dei sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quare si sola Virgo Mater fuit sancta corpore & spiritu, ejus solius & singularis, secundùm nostrum Auctorem, semper fuerit, non ut alijs virginibus, quæ priùs fuerant omnes peccato pollutæ, & postea sanctificatæ. Rursus paulò post hic adducens atque exponens id, quod Angelus ad Virginem dixit: Dominus tecum, inquit: Non terrenus sponsus; sed ipse sanctificationis Dominus, pater castitatis, incorruptionis auctor, & libertatis dator, salutis procurator, & veræ pacis conservator atque largitor, qui ex terra virgine creavit hominem, & ex illius latere ac costa Evam, hic Dominus tecum, ex te. Ubi satis apertè magnus hic Auctor significat & ostendit, ut fuerunt Adam & Eva creati omnis maculæ expertes; *ita sanctam hanc Virginem ab omni peccato liberam conceptam, ac generatam esse*. Nam nisi sic sensisset, quorsum hic adjecisset, atque dixisset: Qui fecit ex terra virgine hominem, & ex costa Evam, hic Dominus tecum? Videtur siquidem manifestè ibidem comparasse creationem Adæ ex terra virgine, & Evæ ex latere ac costa, *cum Immaculata ac purissima Conceptione B. MARIÆ Virginis*. Et rursus: Ex te tecum; cum ancilla Rex gloriæ, cum speciosa speciosus formâ præ filijs hominum, cum impolluta qui sanctificat omnia. Tecum Deus, ex te Deus, ac perfectus homo, &c. Quibus quid clarius? Impollutam ergo eam vocat, eò quòd numquam fuisset immunda, aut non sancta. Cum impolluta (inquit) qui sanctificat omnia. Fuisset aliquando immunda, si in peccato originali concepta esset, à quo postea per spiritum sanctificationis mundata, non jam sola ex omnibus generationibus sancta corpore & spiritu fuisset, ac sanè eam fuisse hic noster antiquissimus & gravissimus Auctor sentit, docet & confirmat. Quocum & noster sanctus Pater Ephrem Syrus (cujus Opera tribus tomis distincta Romæ nuper edidimus) sentit ac loquitur, tibi in Sermone de laudibus Beatæ MARIÆ Virginis sic exordiens: Inviolata, integra, planeque pura, ac casta Virgo Dei Genitrix MARIA, &c. Ac in Sermone subsequenti eandem dicit Immaculatam & intemeratam, atque ab omni sorde ac labe peccati alienissimam, &c. Habetur utraque Oratio in 3. tom. Operum S. Ephrem; ubi & plures alios in eandem sententiam antiquissimos Auctores in nostris scholijs adduximus, &c. Lib. impress. Parisijs 1621. in fol. magno.

GERARDUS Briveté, Doctor antiquus, etiamsi atque famosus, de quo nullam aliam notitiam invenire potui, edidit Sermonem Magistralem in Assumptione Virginis, cujus principium est: Patres ac Fratres in dulcissimo Jesu Virginis Filio celeberrimi, necnon, &c. Et circa principium inquit: Secundò infertur, *quòd licèt Virgo multis pœnalitatibus humano generi communibus ex pœna Adæ exortis, fuerit singularitèr privilegiata*; ipsa tamen Virgo sanctissima à lege quâ constrictus est hominibus semel mori, non fuit exempta, &c. Extat manusc. cum aliis apud PP. Benedictinos S. Martini Coloniæ in 4. num. 12.

GERARDUS Gutierrez, Canonicus Segoviensis Hispanus, circa annum 1360. fundavit in Ecclesia Cathedrali solemne Anniversarium *festivitate Immaculatæ Conceptionis*, quod postea annos dotavit Joannes Gutierrez illius Ecclesiæ Decanus. Ita Didacus de Colmenar in sua Historia, & Antonius de Lupian in Epitome, & el año. Est apud D. Gasparem de Segovia.

GERARDUS Habbius Luncrensis, in libro Theologiæ communis & usitatæ compendium, &c. folio 102. ad hanc interrogationem: *Fuit igitur ejus Mater ab omni prorsus labe immunis atque integra?* Respondet Pastor sic: Omninò hoc ostendunt figuræ, rationes, atque Patrum Sanctorum Orthodoxorumque testimonia demonstrant. Sicut enim primus Adam ex terra virgine & nunquam maledicta fuit formatus; ita decuit in secundo Adam fieri: ut nasceretur nimirum ex *Virgine immunis maledictionis tam originis, quàm actionis expers*. Item, sicut arca veteris Testamenti ex ligno setthim, quæ putrefactionis detrimentum non sentiunt, facta est; sic novi Testamenti arca, in qua panis cœlestis requievit, ex materia ab omni corruptione vitii hæreditarii, atque actionis fœtida est formata. Hæc fuit lilium inter spinas, in qua profectò nullus odor aut etiam color vitiosus Deo Patri displicens fuit inventus. Hæc fuit virga illa Jesse, in qua sanè nulla curvitas, nullusque omnino pravitas, sed perfecta & absoluta bonitas & rectitudo naturæ atque virtutis est reperta. Præterea maximè probabile est hanc D. Virginem MARIAM Deo semper placuisse: *ergo enormi labe caruit*: nam si maculam infœlicis hæreditatis traxisset, aliquando Deo non placuisset. De-

cuit quoque divinam Sapientiam, & per quam procreare lucem æternam vellet, ab impuritatis tenebris eandem conservare : domum enim Dei decet sanctitudo. Verissimũ igitur est, quod de hac electa sanctissimaque Virgine MARIA dictum invenitur 4. Cant. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quocirca præclarissimus D. Augustinus inquit : Excepta S. Virgine MARIA, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus cùm de peccatis agitur, haberi volo quæstionem. Item, S. Ambrosius : Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Et B. Cyprianus de hac eadem : O Virgo justa, atq; omni justitiâ plenissima, cujus Conceptio singularis : Item, Origenes testatur, quòd hæc neque serpentis persuasione decepta, nec ejus venenosis afflatibus infecta fuit. Postremò Ecclesia tota hanc prærogativam prædictæ Virgini MARIÆ adscribit, quòd nullam maculam, nullãq; culpam habuerit, &c. Impress. Coloniæ 1573. in 8.

GERARDUS Svan Herdegom, Canonicus Norbertinus in Tungerloò, in lib. Diva Virgo candida, candidi Ordinis Præmonstratensis Mater tutelaris & Domina, tribus libris distincto, lib. 3. cap. 2. sub hoc titulo : *De Immaculata D. Virginis Conceptione* ; ubi probat Virginem semper fuisse immunem ab originali peccato ; quod illustrat sacræ Scripturæ figuris & exemplis, ubi etiam agit de festivitate Conceptionis à fol. 362. usque 373. Principium autem illius Capituli sic se habet : Sententia hæc usque adeò per universam Ecclesiam hodie recepta est, ut nequidem ipse S. Bernardus, neque S. Thomas, si modò viverent, ei amplius (uti existimo) contradicerent. Testimonia enim pro ea tam ex sacra Scriptura, quàm ex Sanctis Patribus desumpta, credibilia facta sunt nimis : ut non nisi inimicus D. Virginis, vel saltem parum ei addictus, contrarium sustinere posse mihi videatur. Scio quidem à Sede Apostolica eam hactenus non esse canonizatam, aut tanquam de fide definitam ; sed scio etiam contrariæ opinioni ab eadem Sede silentium esse indictum ; adeò ut si nondum illa contraria sit mortua, saltem propediem moritura credatur, &c. Et concludit sic : Sicut & in primo hujus nostri Operis libro, ubi ex diversis Auctoribus & Ordinis nostri traditione retulimus S. P. N. Norbertum vestem suam candidam à B. Virgine à cœlo accepisse, in testimonium *Immaculatæ Conceptionis*, quod & in Thesibus Theologicis Lovanii in Hallis Scholasticis publicè à nostris propositis, legi. Atq; etiam infra, c. 381. inquit : Anno igitur à creatione mundi, quando in principio creavit Deus cœlum & terram, secundùm computum Martyrologii Romani 5184. à diluvio verò 2942. à nativitate Abrahæ 2000. à Moyse & egressu populi de Ægypto, anno 1495. ab unctione David in Regem, anno 1017. ab Urbe Romanâ conditâ 737. anno Imperii Octaviani Augusti 27. nascitur ex sterili Matre *Sanctissima Virgo MARIA, omnis maculæ originalis expers, tota pulchra, & repleta Spiritu Sancto, &c.* Lib. impress. Bruxellis 1650. in 4.

GERARDUS Lorchius Adamarius, in lib. Postillarum, sive enarrationum Evangeliorum & Epistolarum D. Georgij Wicelli, fecit Sectiones tripartitas, litterales, mysticas & morales, in quibus fol. 190. habet *de sacra Conceptione V. MARIÆ* Sectionem unam. Impress. Coloniæ 1545.

GERARDUS Montannius Mennennius, Societatis Jesu, natione Belga, & in Matritensi Collegio Rhetoricæ Lector, pro Immaculata Virginis Conceptione edidit sequentia : *In festo Conceptionis*, super illud : Rubus ardens incombustus. Item, *de Conceptione Deiparæ*. Item, de eadem *Conceptione Mastigia*. Item, ad Plittacum Matritensem *Immaculatam Deiparæ Conceptionem modulantem*. Item, in Bernardinum de Bustis acerrimum *Immaculatæ Conceptionis Hyperaspiten*. Item, de eadem *Conceptione* quinque Epigrammata. Ultimum tamen Opusculum sic incipit : Dum riget omnis ager, canisque hirsuta pruinis, &c. Et est Poësis cẽtum, & pluribus distychis constans. Hæc omnia extant in Opere de Virginibus, manuscripto ; ut refert Antonius de Leon in Bibliotheca, classe 8.

GERARDUS Mosanus, Ordinis Prædicatorum Germanus, *in solemnitate Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Evangelium cum sua expositione, ut in festo Nativitatis. In Bibliotheca Homiliarum Laur. Cundi. Impress. Lugduni 1588. in 4.

GERARDUS Odonis, Patriarcha Antiochenus, Ordinis Minorum, scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Joannes Vitalis contemporaneus Auctor, ac Ordinis Minorum in suo Defensorio, lib. 4. ancilla 7. dicens : Consequenter in tertia Decade alios decem habuit, quorum primus erat Gerardus Odonis Patriarcha Antiochenus, qui 3. dist. 3. ostendit sacram Virginem fuisse sine originali conceptam. Hæc Vitalis : quo autem fundamento Adversarii pro se citent Odonem, ostendimus in in Sole Veritatis secundæ & primæ impressionis. Hunc etiam citat Daniel Agricola, in Corona, fol. 175. Daza, tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 46. Pistoia, fol. 158.

GERARDUS Scheidan Flander, Ordinis Carthusiensis, fecit Sermonarium de præcipuis anni festivitatibus, & incipit cum Sermone de Nativitate Christi : Puer natus est nobis ; venite adoremus. Verba sunt Ecclesiæ militantis de Nativitate, &c. Et de Annuntiatione habet Sermones duos, quorum secundus incipit : Benedicta tu in mulieribus, &c. In his verbis duo proponuntur ; ubi latissimè probat *Virginem MARIAM fuisse conceptam absq; peccato originali* ob septem rationes, & ita latè agit de hoc, ut ferè totus Sermo sit de Conceptione. Extat manusc. in Monasterio Carthusien. Ruremundæ, num. 56. in 4.

GERARDUS de Valentia, Ordinis Minorum, in Tractatu de Salutatione Angelica agit *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Antonius Daza de Conceptione, cap. 6. fol. 49. De hoc Auctore nulla fit ab Waddingo mentio in Catalogo.

GERARDUS Zætelme, in Mari magno compilato, an. 1549. fol. 75. adducit Bullam Alexandri VI. quæ incipit : Illius, qui se pro, *de Conceptione Virginis MARIÆ* ; & extat in Monumentis Fratrum Minorum, folio 155. Vide Velazquez.

GERMANUS, Constantinopolitanus Patriarcha, ac Sanctus, natione Græcus, in Oratione de summo ac venerando Dei Matris Natali, inquit : Vidisti, quot partus Annæ contineat mysteria ? Ut quæ suæ fœtationis excellentissimo miraculo, eas, quæ olim steriles fuerunt, superavit ; *& qua dignitate concepta fuerit puella hæc Dei Virgo*, divinitus nomen sortita, omni puritate fulgens MARIA, &c. Quod excellentissimum miracu-

lum potuit esse in fœtatione Mariæ? Vel qua dignitate concepta potuit esse puella hæc, si in fœtatione & Conceptu fuit maculata peccato originali? Vel quomodò puritate fulgens in fœtatione & Conceptu, si à peccato originali fuit coinquinata? Item, ibidem inquit Germanus: Hæc est Dei Mater Maria, commune Christianorum omnium perfugium, *prima primi lapsûs primorum parentum revocatio, lapsi generis in rectum statum restitutio*, &c. Quomodò potuit revocare lapsum primorum parentum, si ipsa in ipso primo lapsu lapsa fuit? Primus lapsus primorum parentum fuit ille, à quo primæva culpa peccati originalis: hanc revocavit Virgo, & ad rectum statum reduxit prima: ergo absque originali peccato concepta: Probatur hæc consequentia ex illo verbo *prima*. Quare Virgo dicitur prima, nisi respectu Verbi incarnati, quod tempore fuit secundum? Revocatur primus lapsus generis humani; igitur si secundus revocator primi lapsûs generis nostri fuit absque originali peccato conceptus; ergo & prima revocatrix.

Item, in Oratione 1. in Præsentationem Beatissimæ Dei Matris, inquit: Videamus puellam euntem in velamentum secundum, *MARIAM omnino puram* Deique Matrem, quæ solvit infœcunditatis sterilitatem, & legalis umbram litteræ sui partûs gratiâ depulit; siquidem hodie trimula prodit dicanda in legali templo, *quæ una sint templum immaculatum*, &c. Hodie recentissimus, *purissimus & nulla sorde inquinatus codex* non manuscriptionem accepturus, sed spiritus inaurandus, benedictionibus sanctificatus legalibus, ad gratiarum actiones munus offertur, &c. Ex præcedentibus signatis tribus verbis Germani constat Virginem Mariam fuisse conceptam absque originali peccato; alias quomodò vocari poterat omnino pura & immaculata, sicut ipsum templum, & nulla sorde inquinata? Si enim originale peccatum contraxisset, nec esset omnino pura; quia jam sorde inquinata. Prosequitur idem Germanus, dicens infra: Accede tu quoque ad me puella cœlis sublimior; accede, quæ fons conspiceris, officina Dei intelligeris; accede, & Sanctuarij limina tu potiùs sanctifica. *Neque enim tu (ut populi sermone dicitur) purgata sanctificaris, sed magis sanctificas*, &c. Igitur si Virgo non fuit purgata à culpa, ut sanctificaretur; fuit prævenita & præservata. Certissimum est atque indubitatum, quòd Maria fuit sanctificata; sed hac sanctificatione, inquit Germanus, non fuit purgata, sed purificans: igitur præventa & præservata. Deinde nota illud: Ut populi sermone dicitur; quibus verbis videtur significari, quòd antiquitus fuerit opinio rudis populi Virginem ad suam sanctificationem fuisse purgatam à culpa; contra quam arguit Germanus.

Item, Oratione secunda in Præsentationem omni sanctitate superioris Dei Matris, ait Germanus, loquens in persona Annæ: Hæc ego sub dio manens in viridario meo, sublatis in cœlum oculis, pectusque manibus tundens ad cœlestem Deum proclamabam; meus verò conjux solus in monte, dierum quadraginta jejunio se affligens, pares ad Deum preces effundebat. Ita precibus amborum annuens facilis ad impendendam misericordiam Dominus, misit Angelum suum meæ Filiæ Conceptum nobis prænuntiantem. *Statim igitur natura à Deo jussa fœtum accepit: non tamen ipsa ante gratiam ausa est accipere, sed præveniente ille.* Tunc quæ clausa erat vulva, suas fores aperuit, & accep- tum detinuit depositum, donec volente Deo pa- seminatus fœtus in lucem est editus, &c. Quocir- dò clariùs, aut expressiùs loqui poterat Germa- nus pro Immaculata Virginis Conceptione? Nec dissentit translatio Petri Plantini Tilitani, in li- bro dicto: Conciones Græcorum Patrum, impr. Antuerpiæ 1609. in 8. in quo adducens præ- tem Orationem, à folio 387. usque 427. sic præ- ctam clausulam transtulit: Nostri utriusque pre- cibus flexus Angelum suum misit nobis Filiæ no- jus Conceptionem annuntiantem, sicque ex tem- pore natura à Deo jussa semen admisit: nec- enim ante hoc à Deo beneficium concessum facere fuerat ausa; sed eo Dei munere simul con- currente, matrix ante velut irata portas suas ape- ruit, divinumque hoc pignus in utero concepit donec divina voluntate, quod in ipso jam gene- ratum erat, tandem in lucem exijt, &c. Ita in ver- sione Plantin. Ex quibus clarè & evidenter con- stat mens & sententia nostri Germani. Relinquo quòd in eadem Oratione seu encomio vocet Vir- ginem Maria irreprehensam, purissimam, a omni reprehensione vacantem.

Item, in Oratione de Sanctissima Dei Genitrice, inquit: Sicut enim ratione suæ puritatis, & sanc- tatis eminentissimæ, modumque omnem supe- rantis naturæ, præses est constituta & princeps ita supra omnia posita delabentem è cœlo di- num imbrem prima suscepit. Descendit enim tanquam pluvia in vellus *in super intemeratam, & super Immaculatam omni ex parte MARIAM*, &c. Maria secundùm Germanum fuit ex omni parte non solùm intemerata & Immaculata; sed super intemerata, & super Immaculata; igitur absque originali peccato. Quod etiam deducitur ex ve- bis ejusdem Germani infra dicentis: Ver- bum Patris purissimo Virginis utero continens secundùm hypostasim massæ unitum Adamicæ quæ ex hac terra sancta & Immaculata erat, &c. En quomodò respectu massæ Adamicæ sa Mariaterra sancta & Immaculata. Et inferius an Quæ supra creata omnia, omnique ex parte Im- maculata es, &c. Tandem infra in ipsa Oratione prosequitur Germanus sic: Descendit (id est Deus) in tabernaculum illud vectile, quod ex- mius architectus Bezeleel construxit, fundamen- tum quidem non habens, sed veræ durantis & viventis arcæ figuram in se continens, de quo ca- cinit Psaltes: Deus in medio ejus non commo- vebitur, veræ *scilicet arcæ sanctificationis*. Hic loqui- dem ut absolutam vidit arcam, voluit ut ea sanctificaretur, ac encænia celebrarentur ab Is- raëlitis. Tanti apud Dominum fuit singulare illud & maximum hodierna die perfectum mys- terium, sub varijs figuris longè ante prænuntia- tum. Sapientia divina domum nunc absque fun- damento ædificat, si naturæ spectes ordinem, hu- manamque collatam opem; hic enim singula quodam modo posita domûs fundamenta nie- nies, domumque mirabiliter & supra humanam intelligentiam stabilitam, eademque est Verbi divini domus, quæ istius hypostasis, &c. Hæc po- quam eruditè Germanus, ex quibus sic infero: Vel per arcam istam sanctificationis, super quam fundata est domus sive hypostasis Verbi divini,

divini, est ipsa Virgo MARIA intelligenda, vel ipsa formalis humanitas Verbi. Si primum, igitur Virgo MARIA nullum habuit fundamentum in terra, quia absque fundamento terreno ædificata, si naturæ spectes ordinem, id est, absque peccato originali. Si verò per illam arcam intelligas Christi humanitatem (quod indicare videtur Germanus) vide quomodò dicit, quòd absolutâ arcâ illam sanctificavit: igitur ex verbo sanctificationis, non colligitur contractio peccati originalis: siquidem Christus dicitur sanctificatus, & tamen nullum habuit, nec potuit habere peccatum.

Item, in Encomio venerandæ Zonæ sanctissimæ Deiparæ, & in depositione sanctarum fasciarum Domini, & Dei Salvatoris nostri JESU Christi, nec non encœnia templi, in quo illa deposita fuerant, in principio inquit: Sed divinarum & sublimium virtutum magnitudine & puritate omnium antecellentem MARIAM, *nulli pœnitus culpæ affinem*, & castissimam Deiparam, &c. Quid dixerit quispiam de laudatissima & gloriosissima Virgine, quæ est omni ex parte intemerata, *& nulli culpæ obnoxia*, &c. Illis enim delectatur *Virgo ab omni pœnitus maculâ aliena*, &c. Si in sententia Germani MARIA nulli pœnitus culpæ fuit affinis, nec obnoxia, ab omnique macula aliena; igitur absque peccato originali: hoc enim ferè evidenter ex se patet. Vide tamen (si placet) nostrum Serranum, lib. 2. cap. 21. num. 1.

Item, apud Sarium, die 21. Novembris, pag. 479. loquens de Beata MARIA, ait: Ecce rursus dies festus, & celeber Matris Domini. Ecce progressus sponsæ, in quam *non cadit ulla reprehensio*. Ecce primus processus futuræ ejus gloriæ. Ecce apertum proœmium Divinæ, quæ eam erat adumbratura, gratiæ. *Ecce clarum indicium ejus eximiæ puritatis*, &c. De hac auctoritate consule Viotam in suo voto de Conceptione, fol. 39. Item, fragmento 15. sic inquit: *Hodie in visceribus castæ Annæ concipitur MARIA Dei filia, præparata in habitationem universalis Regis sæculorum*, & in reformationem generis nostri, &c. Si, quando in visceribus Annæ concipiebatur MARIA, præparabatur ut Dei filia, & ut habitaculum Regis æterni; igitur à peccato immunis, nec aliquâ culpâ coinquinata; quia Deus non poterat præparare filiam & habitaculum suum, nisi cum omni puritate ac decentia. Hæc omnia reperies in lib. Operum Sancti Germani. Impress. Romæ 1650. in 8.

Item, composuit *officium Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*, quod ad litteram adducunt Joannes Antonius Velazquez, lib. 2. de MARIA Immaculatè concepta, dissertt. 3. adnot. 5. fol. 177. & lib. 4. dis. 4. adnot. 1. fol. 333. & P. Simon Wagnhereckius, & ab ipsomet habuimus manuscriptum Romæ. Sed de hoc vide Solem Veritatis in secunda impressione, quia etiam adducitur à P. Dominico de Gravina Ordinis Prædicatorum, tomo 4. Præscriptionum, de Summo Pontifice, ad finem.

Item, in Theoria rerum Ecclesiasticarum, loquens allegoricè de stola Summi Pontificis, sic inquit: Deinde etiam ostendente Pontifice per stolam suam carnis Christi stolam rubram & sanguineam, quam gestavit immaterialis ille & Deus, ut purpuram tinctam *ex immaculato sanguine Deiparæ*, &c. Observa, non dicere carnem immaculatam, quod ad virginitatem aliquis retorquere posset, sed sanguinem immaculatum; quod non nisi ad Immaculatam Conceptionem MARIÆ refert Velazquez, fol. 143. Vide ibi.

Item, pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* citatur ab aliquibus in Epistola ad Joannem Syunadon, & in Epistola ad Thomam Episcopum, quas non vidi; sed pro ipsis legendus est Salazar, sæculo 8. & Antonius de Leon, classe 9.

GERTRUDIS Germana, vel Gertruda Monialis S. Benedicti Congregationis Hirsangiensis, Reformationis Cluniacensis Abbatissa, ac sanctissima fœmina, in lib. suarum Revelationum, sive insinuationum divinæ pietatis, lib. 4. cap. 49. vocat Virginem MARIAM intemeratam, puram, &c. Sed præcipuè folio 235. inquit: Exhibuit se Dominus JESUS Matri suæ beatissimæ in tanta, tamque inæstimabili blanditate ac amicabilitate, quasi eâ horâ renovaret ei multipliciter omnia gaudia, quæ habuerat in ejus *Sanctissima Conceptione*, Nativitate, alijsque gaudijs suę humanitatis, &c. Hæc sunt verba Gertrudis; sed illud de Sanctissima Conceptione, videtur æquivocum; potest enim respicere Conceptionem passivam Virginis, vel activam, vel fortè utramque denotat; nam oracula revelationum sic ęnigmaticè loquuntur, ut in uno verbo claudant duplicem sententiam; sed quidquid sit de hac, infra, fol. 238. sic dicit: Post hæc in laudem Virginis Matris omnis Chorus Angelorum prorupit, altè intonans: Sexaginta sunt Reginę, denotans quòd supra virgines, ipsorum Virgo MARIA esset elevata. Hinc Chorus Sanctorum subiunxit: Et octoginta concubinæ, etiam supra se *Virginem Matrem privilegiatam proclamans*, &c. Tunc Filius Dei addidit: Perfecta mea; quasi diceret: Omne quod tam in divinitate, quàm in humanitate in homine invenire optarem, in ista inveni perfectissimè; &c. Vide Lector, si aliquid ampliùs dici, vel excogitari potest, ut privilegiatam puritatem Virginis Matris exaggeret; sed ad alia pergo. Et infra loquens de Virgine MARIA, tamquam de horto amœnissimo, odorifero, & omnibus floribus consito, inquit: Quæ amabilissimi vultûs sui serenitate, ac gestûs amicabilitate omni se gratiâ plenam demonstrabat. *Apparebant quidem in ipso horto rosæ pulcherrimæ sine spinis, lilia candidissima, violæ fragrantissimæ, cæteraque flores omnigeni sine herbis*, &c. Igitur si MARIA fuit hortus sine herba, rosa sine spina; fuit fœmina sine culpa, Virgo sine labe & peccato; hoc enim spinæ & herbæ denotant. Et infra, folio 240. ait: Ipsum verò primum responsum videbatur ipse Deus Pater omnipotens suavissima modulatione depromere, dicens: Vidi speciosam, &c. quasi per illa cœlicolis notificans, qualem ipse eam cognoverit in terris; *scilicet columbam sine macula per innocentiam*, ascendentem desuper rivos aquarum, &c. Hæc auctoritas clara & expressa est, nec indiget explanatione, vel expositione. Lib. impress. Matriti per R. P. Joannem de Castañiza, anno 1559. in 4. Nota tamen, quòd R. P. Leandrus de Granada librum istum Hispanico dedit idiomati, & supra relata adducit, parte 2. capite 43. à folio 298. usque 338. Lib. impress. Vallisoleti 1607. in 4. Cujus verba Hispanica invenies in dicto Leandro.

GERVASIUS Boterel Armoricus, Præside M. Domino Joanne Michel Doctore Theologo, & Re-

& Religioso S. Martini à Campis, in Sorbona pro tentativa, die 2. mensis Martij, anno 1658. sustinuit, quòd peccatum originale omnes Adæ posteros, *una excepta B. Virgine, vitiavit*. Impressæ sunt in charta expansa eodem anno.

GIANNOTUS de Montagnana, Episcopus Forliensis, in Constitutionibus Synodalibus præcepit observationem *festivitatis Conceptionis Virginis MARIÆ*, cum alijs ejusdem Deiparæ festis. Impress. Bononiæ 1565. in 4.

GIENNENSIS Civitas, in festivitate Conceptionis publicari fecit hæc Carmina: Glos. de diferentes Autores, *a la Immaculada Concepcion de la Madre de Dios*, sobre aquellos versos que dizen: Todo el mundo en general: y una Chançoneta muy curiosa à el mismo intento, juntamente con un bayle pastoril muy gracioso, y lleva al cabo un Soneto: cuyas coplas se pusieron en la fiesta que se hizo en la Iglesia de San Elifonso de Jaen, *à la fiesta de la limpia Concepcion de nuestra Señora*. Recogidas por Alonso Perez vezino de Jaen: y con licencia impressas en Malaga en casa de Juan Regne, en este presente año de mil y seyscientos y quinze años. Alabada sea la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original.

TODO EL MUNDO EN GENERAL
A VOZES REYNA ESCOGIDA
DIGA QUE SOYS CONCEBIDA
SIN PECADO ORIGINAL.

GLOSSA.

Virgen Dios os preservò
De la culpa y su desgracia
Porque sola en vos se vio
A la que à dado mas gracia
Y la que mas mereciò.
Pues aquel Rey celestial
Os dio de gracia el caudal
Con muy singular alteza
Confiesse vuestra limpieza
Todo el mundo en general.
Vn previlegio preciso
Os dio el Eterno Increado
Porque como pudo quiso
Que no marchite el pecado
La flor de su Paraysso.
Soys flor de gracia vestida
Que os dio el Autor de la vida
De ab initio aqueste don
Y os cantan este blason
A vozes Reyna escogida.
Calçada estays de la Luna
Con lumbre divina y rara
Para que sin duda alguna
Crea el que os viere tan clara
Que estays sin mancha ninguna.
Pues estays esclarecida
Con la gracia guarnecida
El devoto aficionado,
Sin macula de pecado
Diga que soys concebida.
De aquella primera ofensa
Os preservò el alto Padre,
Y el sacro Verbo dispensa
Que como os nombrò por Madre
El salio à vuestra defensa.
Assi el cetro Imperial
De aquel Reyno celestial
Os dio aquel Dios de Syon,
Y fue vuestra Concepcion
Sin pecado original.
Hizo os vuestro Esposo caro
Libre de leyes, y fueros,
Y dio con que defenderos
Vn privilegio de amparo:
Fue privilegio especial
El ser de Dios defendida,
Con que fuistes concebida
Sin pecado original.
Si mandò Dios verdadero
Al padre, y la madre honrar,
Lo que nos mandò guardar
El lo quiso obrar primero:
Y assi esta ley celestial
En vos la dexò cumplida,
Pues os hizo concebida
Sin pecado original.
El Señor con su poder
Tanto de gracia os lleno,
Que la culpa no hallò
En que pudiese caer:
Y assi sin hazeros mal
La culpa, se fue corrida,
Porque os hallò concebida
Sin pecado original.
Toda vos resplandeceys
Con soberano arrebol,
Que vuestra casa en el Sol
Dice David que teneys:
De resplandor celestial
Os cercò el Rey de la vida,
Para hazeros concebida
Sin pecado original.

Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora, sin mancha de pecado original.

CHANÇONETA.

EMPERATRIZ CELESTIAL
VOS OS LLEVAYS EL PENDON
QUE FUE VUESTRA CONCEPCION
SIN PECADO ORIGINAL.

COPLAS.

Aunque el pecado es verdugo
Que à todos prende el cabello
En vuestro divino cuello
No pudo poner su yugo:
Que este dote principal
Gozays con gran perfeccion
Que fue vuestra Concepcion
Sin pecado original.
La Trinidad os corona
Con la gracia y su renombre
Pues en vos à de ser hombre
De las tres una Persona:
Y assi os hizo sin ygual
Y triunfays con este don,
Que fue vuestra Concepcion
Sin pecado original.
El alto y divino Padre
Os dio su gracia cumplida
Pues siempre os tuuo escogida
Para ser del Hyo Madre:
Y a la Reyna Angelical
Le conviene aqueste don,
Que fue vuestra Concepcion
Sin pecado original.

La gracia se hallo en vos
Porque fuystes preservada
Como custodia labrada
Para ser Madre de Dios.
Que este titulo essencial
Se os dio con pura aficion
Que fue vuestra Concepcion
Sin pecado original.
TODO EL MUNDO EN GENERAL
A VOZES REYNA ESCOGIDA
DIGA QUE SOIS CONCEBIDA
SIN PECADO ORIGINAL.

GLOSSA.

No era conveniente cosa
Virgen donde el bien se emplea,
Que la culpa maliciosa
Os pusiesse ante Dios fea,
Queriendoos el por hermosa.
La hermosura principal
Gozays por ser tan leal,
Que en vuestros limpios despojos
Regala siempre sus ojos
Todo el mundo en general.
Siempre en vos se remiraya
El que en Trono eterno Reyna,
Y no avia de yr la que amaya
En carro triunfal de Reyna
Vestida en traxe de esclava.
Que sienda vos preferida
Y de Dios Madre querida,
La limpieza es bien que os valga,
Paraque os llamen hidalga
A vozes Reyna escogida.
Vuestro Hyo soberano
Eternamente os previno,
Por salir de vos galano
Igual al Padre en divino,
Y de vos bello en lo humano.
Y el inmenso y sin medida
A toda el orbe combida
Que con mucha reverencia
Que sin la culpada herencia
Diga que soys concebida.
De Adan el pecado injusto
A vos no os tuvo sujeta,
Ni jamas os dio disgusto
Que Dios os hizo perfeta,
Labrada en todo à su gusto.
En todo fuystes caval
Sin mancha desleal,
Limpia, pura, y para Dios,
Y sola os vemos à vos
Sin pecado original.

OTRA GLOSSA.

Toda gracia en vos se encierra
Virgen que os hizo capaz
Dios, que la culpa destierra,
Paraque entrase de paz
Quien era fin de la guerra.
Assi que el antiguo mal
Dios que es Rey universal
No quiso que os ofendiesse,
Paraque pura os confiesse
Todo el mundo en general.
En vos su gracia atesora
Dios con sus modos altivos,
Porque un punto ni una ora
El fuero de los captivos
No hable con la Señora.
Y assi fuystes prevenida
Para no dar la cayda
Que dan todos los vivientes,
Y aquesto digan las gentes
A vozes Reyna escogida.
Y fue un aquerol benigno
El averos preservado,
Porque aquel Angel indigno
No vea el borron del pecado
En vuestro rostro divino.
Y assi estays enriquecida
Con la empresa à vos devida
De la gracia y su vitoria
Porque con su executoria
Diga que soys concebida.
De toda la humana grey
Fuistes vos la Immaculada,
Que ante el soberano Rey
Soys vos la Ester consagrada
Con quien no hablo la ley.
Que aunque el mandato Real
En todos fue general
Del vando libre estubistes,
Y assi concebida fuistes
Sin pecado original.
BAYLA BRAS Y HOLGUEMONOS
CANTA EL BIEN DE MUESA VIDA
QUE SIN CULPA ES CONCEBIDA
LA NIÑA MADRE DE DIOS.

Oliva de paz se llama,
Pimpollo del arbol bronco,
Que aunque quebro por el tronco,
No quebro esta Virgen rama.
Porque antes, juri-años,
La tuvo el Señor guarida
Pues sin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.
Antes que cayo el villano
Que fue nuestro padre Adan
Tubo esta niña galan
Que le dio al caer la mano.
Y aun an dicho mas de dos
Que del amante es querida,
Pues sin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.
Niña que antes de criar
Supo amar à su Criador
Con grande fuerça de amor
Estremada por amar.
Cantad Bras conmigo vos
Que es de gracia guarnecida
Pues sin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.
Ya de oy mas tendra buen fin
Por esta Niña perfeta
Pues que Dios la tuvo electa
Para Madre en su magin.
Mil gracias de dos en dos
Tiene la Niña sabida
Pues sin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.
Bever desta huente quiero
Concebida sin pecado
A donde bevè el ganado
En su limpio abrevadero.
Limpia agua tenemos nos
Sin turbia de la avenida
Pues sin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.

Toca Bras el tamborino
Dexa la melancolia
Que esta gracioſa MARIA
Para darnos gozo vino.
Baylemos ambos à dos
Y alcemos la voz erguida
Pues ſin culpa es concebida
La Niña Madre de Dios.

SONETO.

Antes que el grano en leche, contraſtado
Fueſſe, de aquel Solano riguroſo,
En ſu alta idea el Sembrador glorioſo
Su virginal harina à levantado;
Al vello y blanco limo no à tocado
El ayre de la culpa ſeveroſo,
Al grano toca y dexa infrutuoſo,
Sin medula de gracia y albeñado:
Y aunque fue padre el grano, el miſmo dueño
Su limo virginal en ſi à eſcondido
Porque quedaſe pura la harina;
Y aviendo de amaſar ſu pan ſenceño
En vivo fuego de ſu amor cozido
Della hizo ſu maſa Chriſtalina.

Impreſſ. anno & loco, ut ſupra in 4.

GILBERTUS Epiſcopus, in inſigni Concione de laudibus Virginis, inquit: Ipſa quoque benedicta Virgo à Filio ſuo *præſervata*, poteſt dicere illud Judith 13. Non permiſit Dominus me ancillam ſuam coinquinari, &c. Ita Bartholomæus Guerrero, in Tractatu de Concept. folio 3. à tergo. An verò hic fuerit Gilbertus Epiſcopus, queni in Sermone de ſtirpe Virginis MARIÆ adducit Daniel Meyer in ſua Corona *pro myſterio Immaculatæ Conceptionis*, folio 175. res dubia eſt. Scio tamen, quòd fuerint multi Auctores hujus nominis. Vide hanc auctoritatem infra in Gilberto Porretano.

GILBERTUS Genebrardus Gallus, ad diem 8. Decemb. in Kalendario Romano, & ad diem 9. in Kalendario Græcorum adducit *feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ* in libro ſuper Pſalmos. Impreſſ. Venetijs 1606. in 4.

Item, quomodò in Concilio Baſileenſi *feſta Conceptionis*, & Viſitationis confirmata fuêre, in Chronographia, lib. 4. ad annum mundi 5535. fol. 71. Impreſſ. Pariſijs 1600. in fol.

Item, ex Liturgia, ſeu Menologio Græcorum, adinvenit verba illa pro Immaculata Virginis Conceptione: *Qui conſecuti ſumus gaudium in tuo Conceptu, ô planè Immaculata*, ſalutamus te cum Angelo clamantes: Salve Mater Emmanuelis &c. Videndus Joan. Anton. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 1. adnot. 2. num. 2.

Item, in Cantica Canticorum, ad illa verba, cap. 4. Tota pulchra es; ſic inquit: Reſpicitur in hoc loco per Synecdochen, ad præcipua & nobiliora Eccleſiæ membra. v. g. *ad Virginem ab omni peccato, etiam originario, Dei gratiâ, liberam.* Velazquez, libro 5. diſſertatione 3. adnot. 1. Item, in eadem Cantica, in interpretatione Drammatis, f. 46. Tota tu pulchra, ſenſus eſt: Quæcúque agis, grata ſunt meis oculis, *nec aliqua eſt in te labes*, &c. Pariſijs 1570. in 4.

GILBERTUS Glevacenſis, ſeu Gerablacenſis, qui ſcripſit Chronicon, citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione* à Joanne Sylveira, lib. 1. ſuper Evang. cap. 3. fol. 73. num. 5.

GILBERTUS Hoyllandia, Ordinis Ciſtercienſis Anglus, *de Conceptione* & Aſſumptione Virginis MARIÆ Sermonem unum. Sic Mart. in Bibliotheca, folio 948.

Item, in Sermonibus in Canticam Canticorum adnotis ad S. Bernardi expoſitionem, ſerm. 37. columna mihi 1881. ait: *An MARIAM quaſi puram aquæ puriſſimæ inficiaberis*, quæ conſervabat omnia verba de Chriſto conferens in corde ſuo? &c. In quibus verbis videtur ſignificare MARIAM eſſe quam puriſſimam, nunquam infectam, utpote quæ eſt puteus, & fons ſignatus & concluſus.

Item, Serm. 39. ad illud: Tota pulchra es amica, hæc ait: *Quomodò non tota pulchra*, in quam lucet æternæ candor immenſus emanat? Bene tota pulchra, & ſuper pulchra, in quam ubere illapſa transfundit omnis pulchritudo Domini, &c. Sicut nubes lucida & levis, *tota interim pulchra & maculâ carens: Non habentem maculam vel rugam*, dans illam non tam in ſanguine, quàm in lumine ſuo, &c. Hæc videntur alluſionem facere ad Virginem, & ſi de ea loquitur Gilbertus, procul dubio ipſam eximit ab omni peccati macula. Extant Sermones iſti impreſſi cum Operibus Bernardi, Pariſijs 1632. in fol. magno.

GILBERTUS Nicolai, ſive de Ave Maria, Ordinis Minorum Ciſmontanus Commiſſarius, edidit Diploma *pro Confraternitate Immaculatæ Conceptionis*, datum Antuerpiæ 1514. quod habeo manuſcriptum, miſſum à R. Patre Jacobo Polio. In ejus vita imaginibus depicta, etiam dicitur quàm devotus fuerit circa hoc myſterium.

GILBERTUS Porretanus, Pictavienſis Epiſcopus, in Sermone de Virgine MARIA, ſic inquit: De Regali nempe Tribu & Sacerdotali origine duxit, quæ ſummum Regem atque Pontificem erat paritura, cujus anima & caro, quam elegit & fecit habitaculum ſibi Sapientia Patris, ab omni malitia, & immunditia puriſſima fuit; affirmante Scriptura, quòd in malevolam animam non introibit Sapientia. Item, infra inquit: *Ipſa quoque Virgo benedicta à Filio ſuo præſervata*, poteſt dicere illud Judith: Non permiſit Dominus me ancillam ſuam coinquinari, &c. Ita apud Euſebium Nieremberg. cap. 29. fol. 449. Serran. libro 2. cap. 2. num. 14. Leon, claſſ. 9. Sed de hoc Sermone & verbis variæ ſunt opiniones; nam reperiuntur apud Fulbertum Carnotenſem. Vide in Sole, & ſupra Gilbertum Epiſcopum.

GILIUS Chaily, Ordinis Minorum Avinionenſis Gallus, in libro: Economie de l'Egliſe triomphante, expoſée ſur le chapitre 21. de l'Apocalypſe de S. Jean, folio 938. *pour le ſujet de l'Immaculée Conception de la Vierge* Sermon 23. in quo agit latè, doctè & eruditè de ejuſdem Virginis ab originali peccato præſervatione. Lib. impreſſus Pariſijs 1624. in 8.

GILIUS Gonzalez de Avila, Chronologus Hiſpanus, in Theatro Eccleſiaſtico, tom. 3. loquendo de Eccleſia Burgenſi, agit de Eccleſia *Conceptionis Dominæ noſtræ*, & Sanctæ Annæ, fundata à Domino Ludovico Oſſorio Epiſcopo, fol. 8. Deinceps numerat varias fundationes, quas hic ſummatim referam ad ſolam notitiam. De Monaſterio *Conceptionis Dominæ noſtræ*, cujus fundatores fuerunt Antonius de Salazar, & Catharina de Mutudillo, folio 23. Et de Monaſterio *Conceptionis* & Hoſpitalis de la Latina Matriten. fundato a Beatrice Gonzalez, folio 216. Et de Monaſterio

Comp-

Conceptionis Dominæ noſtræ Salmantin. folio 222. Lib. impreſſ. Matriti, anno 1650. in folio.

Item, tom. 1. de Conventu Conceptionis in villa de Ayllon, Diœceſis Seguntin. agit fol. 137. Et de Conventu Conceptionis in villa de Berlanga ejuſdem Diœceſis, fol. 138. Et de Conventu Conceptionis villæ de Ariza, folio 143. Et de Monaſtério Conceptionis Ordinis Sancti Dominici Giennen. folio 221. Et de quadam Capella Conceptionis in Eccleſia Giennen. agit folio 28. Et de Monaſterio Conceptionis Diſcalceatarũ, Ordinis S. P. N. Franciſci, ibidem. Et de Monaſterio Carmelitarum Diſcalceatarum de Ubeda, ſub hoc titulo Conceptionis, fol. 227. Et de *Monaſterio purißimæ Conceptionis* de Baëza, fundato à Domino D. Gundiſalvo Mexia, & Elvira Brabo, fol. 228. Ac de Monaſterio Religioſarum Sanctiſſimæ Trinitatis, ſub titulo Conceptionis Civitatis de Andujar, ibidem. Atque de Monaſterio Conceptionis Civitatis Lucrunen. fol. 363. De Monaſterio Conceptionis, fundato à Domina Eleonora de Quiñones, folio 368. & fol. 376. Et etiam de indulgentia pro die Conceptionis, in Capella S. Michaëlis Eccleſiæ Legionenſis, fol. 395. Et de Monaſterijs Conceptionis Franciſcanæ, & Conceptionis Angelicæ Civitatis Conchen. fol. 432. De Conventu Franciſcano Conceptionis, fundato ab Alvaro Perez de Montemayor, Canonico Eccleſiæ Toletanæ. Et de Monaſterio Conceptionis, fundato à Conſtantino del Caſtillo, folio 435. Similiter de Conventu Conceptionis, fundato à Marchione de Cañete in villa de la Parilla, fol. 440. De Monaſterio Conceptionis in Civitate Segovien. fundato à Didaco Arias, & Antonia de Villafaynez, folio 516. Et de Conventu Conceptionis Valliſoletan. fol. 650. Extat liber impreſſ. Matriti 1645. in fol.

Item, in Theatro Eccleſiaſtico Salmanticen. fol. 14. & fol. 39. & fol. 98. & 99. agit de Conventibus ac Monaſterijs fundatis ſub titulo Conceptionis, *ac de Immaculata Conceptione*, & Fratre Franciſco de Soſſa, &c. Lib. impreſſ. Salmant. 1618. in folio.

Item, in Hiſtoria antiquitatum Civitatis Salmanticenſis, lib. 3. cap. 2. fol. 543. affirmat: Quòd anno 1600. fuit fundatum Collegium pauperum puellarum, ſub titulo *Conceptionis Dominæ noſtræ*, ubi aliquæ nutriuntur. Lib. impreſſ. Salmanticæ, anno 1606. in 4.

Item, in Hiſtoria Matritenſi, fol. 281. agit de fundatione Monaſterij Conceptionis Ordinis S. Hieronymi; atque etiam de fundatione Monaſterij Conceptionis Franciſcanæ, folio 283. Lib. impreſſ. Matriti 1623. in fol. Poterat etiam agere *de Monaſterio Conceptionis* communiter dicto: El Cavallero de Gracia, quod etiam extat erectum ſub titulo Conceptionis, ſicut etiam & Monaſterium S. Dominici, in via S. Bernardi.

Item, edidit Memoriale *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, ut refert Hipp. Marrac. in lib. Cæſares Marian. fol. 33. quod tamen videre haud potui, quia fortè manuſc. perijt.

GILIUS Hernandez, Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo Hiſpanus, in Sermone funerali D. D. Joannis Arias de Moſcoſo Epiſcopi Malacitani, in principio ait: *En la ley del pecado original diſpensò con ſu Madre*, y no en la del morir; porque quanto mas bueno, y ſanto es el que muere, mas precioſa es ſu muerte en los ojos de Dios, &c. Sermo impreſſ. Malacæ 1616. in 4.

GISBERTUS Voetius, Theologiæ Profeſſor Ultrajectinus Germanus, in libro: Specimen aſſertionum, partim ambiguarum aut lubricarum, &c. 4. claſſe, folio 370. ſic inquit: *Secundo, MARIÆ Conceptionem Immaculatam.* Vide hujus dicti & ſymboli applicationem ad dogmatis iſtius profeſſionem, apud Delrio Florid. Mariana panegyr. primo *in feſto Immaculatæ Conceptionis, &c.* Lib. impreſſ. Ultrajecti 1643. in 12.

GISILBERTUS Weſtmonaſterienſis, vel Giſelbertus, alijs Giſibertus, Præpoſitus Monaſterij Weſt. in Anglia, Ordinis S. Benedicti, & S. Anſelmi auditor, in diſput. contra Judæos, ſive in lib. de Altercatione Eccleſiæ, & Synagogæ, inquit: *Vellus illud* (Gedeonis ſcilicet) *ſacratiſſimæ Virginis corpus eſt ſine omni carnis macula*: cùm enim vellus ſit in corpore, corporis neſcit paſſionem; ſic roreSpiritus Sancti, vellus, id eſt, corpus virginale complutum, nullum carnalis vitij ſenſit contactum. Vide Euſeb. Nierem. in lib. Except. cap. 13. fol. 240. Ferdinand. de Vargas in Allegat. ad finem. Lezanam in Apolog. cap. 10. Serranum, lib. 2. cap. 25. num. 5. Leon, claſſe. 9. & infra verb. Quidam perantiquus.

GLARCANUS, Germanus Poëta, loquens de Sanctiſſima Virgine Maria, ipſam vocat Immaculatam, dum dicit:

Quæ renuit nullas Immaculata preces, &c.

Ita ex Joanne Raviſio in libro Epithetorum, verb. Virgo Maria, fol. 905.

GLOSSA ordinaria, in cap. 5. Epiſt. ad Rom. ex tribus editionibus ultimis latè probat *Virginem fuiſſe conceptam abſque peccato originali, &c.* Impreſſ. anno 1559. De duabus Gloſſis Decreti, quæ pro Immaculata Virginis Conceptione apertè & clarè militant; vide in Sole Veritatis, præcipuè ſecund. impreſſ. ne actum agamus.

GODEFRIDUS Candelarius, Ordinis B. Mariæ de Carmelo Germanus, ſeu Theutonicus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Librum unum, circa annum 1499. Ita Marrac. in Bibliotheca, & in Catalogo. Leon, claſ. 6. & 9. Poſſevin. ſemel & iterum de hoc mentionem facit in Apparatu, fol. 644. & infra; quem ſemper vocat Godefridum. Piſtoia, fol. 155.

GODEFRIDUS Henſchenius, Societat. Jeſu, in Actis Sanctorum quotquot toto orbe coluntur R. P. Joan. Bolandi, die 10. Januarij, tom. 1. col. 2. fol. 625. de viſione exhibita è cœlis in *die Immaculatæ Conceptionis* Oringæ Chriſtianæ, &c. Vide verb. Oringa.

GODEFRIDUS Tilmannus, Ordinis Carthuſianorum Pariſienſis, in libro dicto: Allegoriæ ſimul & Tropologiæ in loca utriuſque Teſtamenti, &c. Ex diverſis Doctoribus antiquis, ſcilicet Galfrido, Adamo, Werrico, Bernardo, & alijs, fol. 111. & 279. & 452. vocat *Virginem MARIAM incontaminatam, totam pulchram intus & foris, atque factam ante culpam, &c.* Vide verba in citatis Auctoribus. Lib. impreſſ. Pariſijs 1574. in 4.

GODESCALCUS Norbertinus, Epiſcopus Atrebatenſis, fecit ut in ſua Eccleſia celebraretur *officium, & feſtivitas Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide Franciſcum Piſtoiam, corona 2. cap. 7. fol. 193. Marrac. in Antiſt. Marian. fol. 234.

GODESCALCUS Rosemundus Endovien-sis, in Confessionali, sive libello de Modo confitendi, &c. fol. 339. in tract. de Doloribus Virginis MARIÆ, inquit: Si Virgo MARIA, quæ tota pulchra fuit, *nec labe originalis*, mortalis, vel venialis unquam maculata, tam patienter sustulit, &c. Lovanij 1554. in 8.

GOFFRIDUS Vindocinensis, alijs Gadfridus, Abbas, & S. R. E. Cardinalis titul. Sanctæ Priscæ, in Sermone de Nativitate Domini, qui est in ordine 3. inquit: Carnem ipsam, quam assumpsit Filius *sanctificavit in MARIA*. Spiritus Sanctus supervenit in eam, *quia corpus ejus & animam ab omni peccato mundificavit*; Altissimi virtus ei obumbravit, quia beatam ejus virginitatem illibatam servavit, & quæ ante partum erat Virgo sancta, in partu facta est Virgo sanctior, & post partum Virgo sanctissima. Christus itaque de Virgine carnem in Virgine, non quidem de Adam peccatore, sed unde Adam justus animam suscepit; igitur unde Adam longè ante susceperat animam, & qualem susceperat, & Christus susscepit, non talem, qualem Adam eam peccando postea fecit; cæteri siquidem homines tantùm nascuntur lege hominum in peccato, scilicet cum dolore & corruptione matrum; Filius autem Dei, qui Deus erat & homo, lege quidem hominis natus est de fœmina, natus est lege hominis, sed ampliùs lege Dei natus est; *quia sine peccato, & sine dolore, & corruptione Matris*, &c. Hæc est certè illa bona mulier, imò Beatissima Dei Mater, cujus mentionem Dominus faciebat, quando in paradiso diabolo comminabatur, qui in specie serpentis latebat. Ponam, inquit, inimicitias inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret tibi caput. *Verè Beata MARIA diaboli caput contrivit*, quæ in se principalem ejus suggestionem pœnitus extinxit. Suggestio diaboli principalis est concupiscentia mentis & corporis. Per concupiscentiam mentis quamlibet perversam cogitationem intelligimus, & per concupiscentiam carnis omnem pravam operationem; bona verò Domini Mater Virgo MARIA horum neutrum habuit, quæ Spiritu Sancto repleta, *mente & corpore pariter sancta fuit*, &c. Verbum caro factum, nihil est aliud quàm Dei Filius, factus homo. Habitavit in nobis, id est, in carne nostra; nostram dico secundùm carnis proprietatem, *non secundùm peccati originem; ipse enim sanctam in sancta, & immaculatam in Immaculata Matre animam suscepit, & carnem*, &c. Hæc ultima auctoritatis pars clarè & expressè videtur Virginis MARIÆ intemeratam puritatem, atque omnimodam adstruere sanctitatem. Item, in Sermone 5. qui est de Resurrectione Domini, sic inquit: Spiritus Sanctus, quam ante sanctificare cœperat, longè ampliùs Virginem sanctificavit, *quia totam sanctissimam & anima & corpore fecit*; Filius verò in illa sanctissima Virgine totum hominem, id est, animam & carnem suscepit; *non enim aliqua ex parte non sanctissima esse poterat, in qua plenitudo Divinitatis corporaliter habitavit*. Christus Dei Filius animam nostram suscepit, adeò dilexit eam, quòd se ab illa deinceps minimè separavit; sicut enim carnem nostrâ ita & animam nostram in B. & gloriosa Virgine MARIA suscepit; sed talem, qualem habuit Adam ante peccatum, non qualem Adam peccando fecit, &c. Si ergo in MARIA nulla ex parte defuit sanctitudo: ergo nec ex parte Conceptionis, ex parte animationis, aut ex qualibet parte [illegible] suæ vitæ. Item, Sermone 8. qui est de festivitate B. MARIÆ, sic inquit: Ad hanc Beatissimam Virginem Deus Pater ex se genitum Filium misit, ut ipse Dei Filius, Virginis etiam Filius fieret, & sponsus. Hoc Pater dispositi charitate, Filius voluntate complevit, Spiritus Sanctus paravit thalamum & ornavit, id est, *ab omni corruptione penitus mundavit Virginis uterum, & multiplici sanctitate replevit*. Extat Auctor iste in Bibliotheca Veterum Patrum, tom. 12. parte 1. à fol. 279. Impr. Coloniæ & seorsim etiam Parisijs, anno 1610.

GOMEZIUS Tellus, dum esset Administrator Generalis auctoritate Apostolica, & Præses in Synodo Diœcesana Toletana, præcepit, *quòd festum Conceptionis Virginis MARIÆ observaretur* in præfata Ecclesia & Regno, ut dicitur in lib. impress. Toleti 1568. in folio.

GOSVVINUS Herius, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Brabantus, qui claruit ad annum 1473. scripsit Sermones *pro Immaculata Conceptione V. MARIÆ*, ut refert Hippolyt. Marracc. in Catalogo Mariano, & in Biblioth. fol. 501.

GOTARDUS à Ponte Italus, in libro [illegible] variarum compositionum ait: Il Papa Leo X. [illegible] petitione del suo Confessore, il quale è Frate Minore d' Osservantia à concesso nouamente, cioe del 1519. à cadà una persona confessa, contrita dei suoi peccati, che dira la infrascritta devotione, à reverenza del nome di Giesu, e della Madonna, an. 10. di vera indulgenza per ciascuna una volta: Benedictum sit nomen Beati nostri Jesu CHRISTI, & sua Passio benedicta, & Beatissima Virgo MARIA, & tota cœlestis Curia, Amen Jesus. *Tota pulchra es MARIA Mater Dei, & macula originalis non est in te*. Alleluya. Mediolani 1522. in 8.

GOTSCHALCUS Holen Osnaburgensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in lib. Sermonum, par. 1. serm. 10. sub hoc titulo: De Conceptione Virginis gloriosæ, Sermo decimus: *Quòd Virgo MARIA concepta fuit absque labe originalis peccati*, ad illa verba: Necdum erant abyssi, quod probat quinque testibus, quinque Doctoribus, quinque rationibus, quinque exemplis naturalibus, quinque signis mirabilibus.

Item, parte 2. Dominicæ 2. post Pascha Sermone 13. sic inquit: Sic legitur in Speculo historiali Ildephonso Toletano Episcopo, quòd composuit insigne volumen de perpetua Virginitate Mariæ, in quo declaravit & probavit, *quòd nunquam fuit concepta in peccato originali*; quod ita Sanctæ Deiparæ nitrici complacuit, ut ei ipsum librum manu tenens appareret, & pro tali opere gratias referebat. Et rursus: Et apparuit, & attulit ei Albam Sacerdotalem, dicens ei: Hoc vestimentum de paradiso Filij mei attuli, quo inde in mea solemnitate vestieris, &c. Lib. impress. Hagenaw 1520. in 8. quod etiam refert in Sermone de Conceptione.

Item, in libro: Præceptorium divinæ legis, præcept. 4. cap. de honore B. MARIÆ Virginis, fol. 124 inquit: Verumtamen hæ duæ mulieres Evam damnatrix & MARIA Salvatrix, in multis conveniunt; nam ambæ fuerunt miraculosè productæ: illa de viri costa, ista de sterili Anna; *ambæ genuerunt, susceperunt vitam, susceperunt & gratiam; illa in paradiso, hæc in Matris utero*, &c. Vide alia ibidem hoc loco, quomodò MARIA contrivit caput serpentis antiqui. Lib. impress. Nurembergiæ 1497. in 4.

GO-

GOZADINUS Archiepiscopus Naxien. & Parien. Italus, in Constitutionibus Synodalibus, inter festivitates ex præcepto, devotione, aut statuto observandas, præcepit *Conceptionem B. Virginis MARIÆ* observandam esse ex devotione. Vide verb. Castellana Ecclesia.

GRATIA Maria Gratij Italus, traduxit Italicè Tractatum de *Conceptione Dominæ nostræ* ab Alphonso de Villegas Hispano editum. Impress. Venetijs, an. 1603. & 1604. in 4.

Item, Legendam *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Petri de Ribadeneira traduxit Italo idiomate. Venetijs 1604. in 4.

GRATIÆ ac Sanitates factæ & receptæ in Regno Siciliæ ob devotionem ad Immaculatam Conceptionem, aut ex voto, vel per imagines ipsius Conceptionis, præcipuè verò mediante chartula seu brevi, in quo scripta erat Commemoratio, seu sequens Antiphona Conceptionis, ut ipsas refert in suis libris R. P. Frater Thomasius Gagliardus de Geraze Capucinus, impressas & approbatas Messanæ. Antiphon. Quàm pulchri sunt gressus tui Filia Principis! collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini & comæ capitis tui sicut purpura Regis: quàm pulchra es, & quàm decora charissima Alleluya. ℣. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filij tui prævisa eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Immaculata MARIÆ Virginis Conceptio
Sit nobis semper salus & protectio.

Gratiæ ergo, & sanitates obtentæ ob meritum Conceptionis Virgineæ, ut à supradicto adducuntur, sunt sequentes; quas brevissimè narrabimus, non quòd sint indubitanter approbatæ & receptæ; sed piè & probabiliter: nam illarum approbatio ad Sedem pertinet Romanam.

Ex cap. 1. Frater Franciscus de Pernocare, liberatur ab spiritu maligno ipsum in nocte molestante ad ultimum Octobris 1628. Comitissa Luca de Bruzano, ab spiritu maligno obsessa liberatur ad annum 1638. die 22. Februarii. Sopiana, fœmina in Diœcesi de Mileto, fuit ab spiritu energumeno liberata ad medium Julii 1630. Domus Alexandri Cannata à familiaribus, seu aëribus infesta per tres annos continuos, mundatur circa 20. Octobris 1634. Alia domus in Monte Leone ab spiritibus malignis inhabitata, mundatur circa diem 20. Octobris 1635. Homo quidam in Squillace civitate Calabriæ præcipitatus ab arbore, non læditur in mense Maii eodem anno.

Ex cap. 2. Dominicus Zabaglia Clericus, cadens à summitate arboris, nullum recepit damnum ad 15. Januarii 1642. Joannes Franciscus Macri, cadens in flumen, exiit incolumis ad medium Septembris 1629. Homo quidam ex Cassali de Taberna submersus in flumine Neto, liberatur in mense Novembris 1644.

Ex cap. 3. Tempestas grandinis magna in terra Luceri cessat in instanti ad diem 21. Augusti 1629. Joanna Græca ex Tirolo, Diœcesis Nicastren. à vertigine & dorsi infirmitate per triennium, sanatur die 14. Februarii 1644. Aquæ tempestas magna repentè cessat in eodem territorio Tirolis, die 15. Februarii eodem anno.

Ex cap. 4. Magdalena Passarella terræ Groteriæ, liberatur à suffocatione uteri, & à morte imminenti in mense Maii 1631. Eadem juvenis Magdalena, ab humore mordaci & calidissimo hepatio sanatur in mense Maii 1630. Crescentia Lombardo, à suffocatione pectoris, & oculorum morbo liberatur in eodem mense & anno. Matthæus de Furfura, liberatur à ventris dolore gravi & & diurno, in eodem mense & anno. Franciscus Passarellus, à vulnere magno & periculoso sanatur ad diem 23. Decembris eodem anno.

Ex cap. 5. Marcellus Ammira, liberatur à quadam febri continua ad finem mensis Octobris 1629. Victoria Sgoraze, à carne tumida & punctura vehementi liberatur in mense Septemb. 1646. Petrus Challa, à punctura vehementi, & jam morti proximus sanatur ad diem 8. Novembris 1629. Mirandula Catalano, à quotidiana febri per tres menses continuos liberatur ad diem 8. Novemb. eodem anno. Josephus de Angelis, à doloribus in brachio dextro sanatur in mense Decembris eodem anno.

Ex cap. 6. Incendium magnum in terra Calimeræ extinguitur in mense Septembris 1631. Alterum incendium in terra Mammolæ Diœcesis de Geraze etiam extinguitur in eodem mense & an. Ignis magnus accensus in terra Laureana Diœcesis Militen. extinguitur die 26. Augusti 1640. Quædam fœmina Castri-veteris Diœcesis de Geraze, liberatur à magno corporis dolore, an. 1641. In civitate Sancti Augustini, vorax & inextinguibilis ignis extinguitur ad eundem annum. Ad Vesperam Conceptionis, in Conventu Capucinorum de S. Severino, quasi miraculosè fuit ignis accensus pro nutriendis lampadibus, anno 1643.

Ex cap. 7. Cabricius Ferratus, Nobilis civitatis Giotæ, ab infirmitate podagræ sanatur ad mensem Novembris 1629. Frater Antonius de Panagia, ab antiqua infirmitate podagræ liberatur ad annum 1634. Ipsemet Pater à quodam dolore pedis liberatur die 7. Januarii 1643. Gregorius Genoëse, Sacerdos terræ Pozonen. à dolore actuali podagræ liberatur ad ultimum Febr. 1634. Antonius de Puccio terræ Tirolensis, à podagra & oculorum morbo sanatur ad ultimum Februarii 1644. Quidam nauta Sorrentinus, à vehementissimo dolore podagræ curatur in mense Maii 1638.

Ex cap. 8. Laodomia Carnobale, recepit lac ut posset mammillis suis lactare filios in mense Novembris 1629. Praxedes fœmina Sydernim. recepit sanitatem mammillæ ad ultimum Februarii 1632. Infans dictus Dominicus, civitatis Gioteriæ suxit lac, quod ante minimè poterat 12. die Februarii 1635. Lac liquidum quasi miraculosè condensatur die 21. Maii 1645. in civitate Regii. In Conventu Sanctæ Heliæ de Gualastro condensatur etiam lac, quod antea minimè potuit, die 21. Maii 1646.

Ex cap. 9. Cornelia Longo fœmina de Mammola, sanatur ab infirmitate novem mensium in mense Decembri 1629. Ipsamet fœmina, cùm esset in periculo vitæ in partu per septem horas, liberatur in mense Maii 1631. Angela Aurifice terræ Nicostrati, cùm esset in magno periculo aborsûs, liberatur in mense Martii eodem anno.

Portia de Augustino, à dolore capitis & infirmitate caduca liberatur in mense Februarii, eodem anno. Hortensia Aysello, post viginti octo annos à dolore capitis vehementissimo semel & iterum liberatur ad diem 1. Martii 1635. Prudentia Macra, à suffocatione uteri post sex annos liberatur die 17. Aprilis 1630. Ludovicus Cannatellus jam ut mortuus deploratus, reviviscit in mense Septembris, eodem anno.

Ex cap. 11. Tempestas magna aëris sedatur in territorio de Castello veteri, die 21. Junij 1630. Pater Athanasius de Geraze, sacerdos Capucinus liberatur ab Apostemate in collo, ad an. 1632. Felix Contestabilis infans, liberatur à febri pestilenti ad medium Januarij anni 1630. Carolus Bennalus, etiam infans, à febri cum disenteria liberatur ad ultimum Augusti, eodem anno. Praxedes Teotina, à fluxu sanguinis per tres menses liberatur ad ultimum diem Aprilis, eodem anno. Eadem fœmina liberatur ab Apostemate magno per novem menses in utero, ad diem 6. Decembris 1637. Catharina Lucifero, contracta gravissima infirmitate, post quatuor annos liberatur mense Novembris 1629.

Ex cap. 13. Martia Candoiori, à partu periculoso liberatur ad diem 13. Octobris 1630. Eadem fœmina à continuo dolore capitis etiam liberatur ad mensem Octobris, eodem anno. Catharinella Pischianera, ab acutissimo dolore capitis sanatur in æstate 1630. Gaspar Fiorenza, prædictæ fœminæ maritus, quartanarius, sanus fit in mense Novemb. 1643. Diamante Fongare ex Burgo, Diœc. Geraze à continuo & vehementi dolore capitis liberatur in mense Nov. 1630. & à partu periculoso die 6. Augusti 1632. Torrens aquæ inundans quasi diluviū, sistitur in Burgo de Geraze, in mense Octob. 1644. Mulaquædam præcipitata, incolumis evadit in eodem Burgo de Geraze, in mense Julij 1645. Antonia Pischionere, liberatur à continuo dolore capitis, ad diem 12. Maij 1648.

Ex c. 14. In quodam juvene de Mammola, dum apud se habuisset prædictam chartam vel Commemorationē, fuit extinctus ignis libidinis circa diem 20. Martij 1631. Quidam sacerdos Apuliæ liberatur à quadam conversatione inhonesta, ad an. 1589. Ipse sacerdos liberatur ab incursione & insidijs latronum in mense Januarij.

Ex cap. 15. Non offenditur papyrus ubi scripta erat Commemoratio Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ in terra Gerazen, in mense Aprilis 1631. Altera charta in Casali, Diœcesis de Mileto, ubi erat scripta prædicta Commemoratio, liberatur ab ictu Bombardarum, in mense Septembris 1634. Franciscus Cappa iuvenis, transfixus à pectore ad dorsum glandine, fit sanus ad diem 15. Augusti 1640. Scipio Lemmo, insecutus à latronibus, & bombardis percussus, nullum recepit damnum, die 27. Martij 1643. Bonifacius Mastriglius, percussus glandine, nullum recepit nocumentum, ad annum 1641. die 7. Novembris.

Ex cap. 16. Franciscus Pleti de Galatro, liberatur à vertigine 10. annorum, die 29. Julij 1639. Beatrix Cabatina, liberatur à vertigine septem mensium, die 9. Junij 1631. Antonia Neapoli de Cantanzaro, liberatur ab Epilepsia & convulsione canina, in mense Augusti, eodem anno. Hieronyma Candelli de Panagio, liberatur ab emierania & vertigine, die 30. Martij 1642. Portia Canziatore, liberatur à dolore capitis cum vertigine, ad diem primum Martij 1634.

Ex cap. 17. Elisabetha Grimaldis de Castanaro, ab scrupulis habitis per sex annos liberatur ad mensem Junij 1631. Ipsa Elisabetha, etiam liberatur à dolore corporis tolerato per quindecim dies, & brachij per tres, in mense Augusti, eodem anno. Catharina Mazza, post 25. annos infirmitatis podagræ, sanatur ad ultimum Aprilis 1643. Discreta Bresci de Badolato, Diœcesis de Schilace, post 25. annos à dolore capitis & mari liberatur, in mense Junij 1631. Faustina de Paula, doloribus renum laborans per sex annos, fit sana die 25. Julij, eodem anno. Portia Varone, ab infirmitate capitis per annum integrum tolerata liberatur ad diem 1. Julij, eodem anno.

Ex cap. 18. Margarita Scalfaro, è deliquio magno per integrā horam redijt ad se die 27. Julij, eodem anno. Laura Passarella, quasi mortua habita ferè per integram horam ex fluxu sanguinis per columis redijt die 3. Augusti, eodem anno. Pater Gregorius de Monte Leone, ab infirmitate medicata per tres annos, & non sanata curatur die 21. Januarij 1641. Frater Petrus de Regio Capucinus, qui altera simili infirmitate laboravit per decem annos, sanatur die 19. Maij 1639. Antonius Escala de Martone, à magna læsione intestinorum, & morti proximus sanatur, in mense Januarij 1634. Joannes Fonte, à magno dolore intestinorum semel & iterum post annos & ultimò convalescit, ad mensem Martij 1631. Joannes de Anna ex Burgo Gerazen. à rotura magna intestinorum liberatur die 13. Augusti 1648. Idem Joannes à dolore capitis vehementi liberatur ad annum 1647.

Ex cap. 20. Stephanus ex civitate Januensi, cum esset in carcere, quasi miraculosè propter devotionem ad Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis liberatur ad ann. 1631. Quidam Theologus carceratus ob suspicionem magni criminis à carcere liberatur die 29. Novembris, ann. 1639. In Castello de Simari, liberantur novem incarcerati ob prædictam devotionem, die 10. Decembris 1644.

Ex cap. 21. Joanna Figliomene, quæ dolorem capitis passa est per viginti annos, sanatur ad diem ultim. Februarii 1632. Antonia Macri, à dolore capitis per decem annos, & stomachi per octo sanata fuit ad ultimum Martii, eodem ann. Laura Frederica, dolorem capitis per quinque annos passa, statim sanatur ad diem ultimam Februarii eodem anno. Portia Carcarano de Sicler, quæ dolore capitis laboravit per decem annos, liberatur ad ultimam Februarii, eodem anno. Sapientia Cupido de Siderno, quæ etiam laborabat dolore capitis per multos annos, sana facta est ad diem ultim. Febru. eodem anno. Catharina Fimognare de Siderno, quæ continuò per quindecim annos dolorem capitis passa est, sanatur circa finem Martii, eodem anno. Perna Germone de Siderno, per annos sex dolorem continuum capitis passa, liberatur ad ultimam Martii, eodem ann. Antonia Piccido, à primis annis suæ vitæ per annos 26. dolorem capitis passa, sanatur in eodem anno & mense. Catharinella Ciecia, à dolore stomachi habito per viginti quinque annos, sanatur circa medium Martii, eodem anno. Catharina Marzano de Silerno, à dolore capitis post quin-

qua-

quaginta annos liberatur in menſe Februarii eodem anno.

Ex cap. 22. Charta, in qua erat ſcripta Commemoratio Immaculatæ Conceptionis, remanet illæſa in medio ignis, in eodem anno & menſe. Alia ſcriptura ejuſdem Commemorationis remanet etiam illæſa in igne, in Quadrageſima anni 1632. Altera chartula ejuſdem Commemorationis per plures vices miſſa in ignem, reſiliit integra in menſe Maii 1633. Eadem Commemoratio ſcripta in alia charta, extat per tres horas ſuper prunas accenſas, & immaculata exiit in menſe Februarii 1634. Altera charta, in qua erat ſcripta prædicta Commemoratio, poſt longum tempus evaſit ab igne ſolùm cum ſigno flammarum, in eodem anno & menſe. Alia charta ejuſdem Commemorationis in medio ignis non eſt aduſta, in menſe Julii 1642.

Ex cap. 23. Martia Spano, continuò afflicta per triginta duos annos dolore uteri, ſanatur ad ultimum Februarii 1632. Angelica de Monteleone, à dolore uteri per viginti duos annos, & capitis per duodecim, ſanatur in menſe Maii 1634. Fabia Gagliardo, ſanatur à dolore uteri habito ab ipſa pueritia per plures annos, ad diem 13. Aprilis 1632. Eliſabetha Rubino de Monteleone, quæ per annos quinque paſſa eſt dolores uteri, liberatur in menſe Januarii 1636. Sorgentia Vangeli, ab infirmitate viſcerum & cordis & vertigine per plures annos liberatur die 12. Aprilis 1633.

Ex cap. 24. Octavianus Pompeius ſacerdos, à magno dolore dentium liberatur ad diem primam 1632. Franciſcus Fiumara, à dolore dentium & capitis quaſi per annos duodecim liberatur in menſe Julij 1631. Franciſca Spilinga, à dolore dentium terribili poſt tres annos liberatur in menſe Maii 1632. Catharina Piſano, ab infirmitate capitis & dolore dentium per quinque annos liberatur ad diem primam Februarii 1636. Archila Fuſca de Uzzano, à dolore dentium & cordis per annos decem & octo liberatur circa diem 16. Aprilis 1634. Fabia Spano de Brazano, à dolore dentium cum magna ſanguinis effuſione liberatur ad diem 20. Martii 1638.

Ex cap. 25. Chartula, in qua erat ſcripta Commemoratio Immaculatæ Conceptionis, in aquam miſſa non madefit ad diem ultim. Martii 1632. Altera chartula cum eadem Commemoratione, poſtquam per multos dies fuit in aqua, exiit abſq; ullo ſigno humiditatis, circa ultimam Dominicam Octobris 1633. Altera chartula ejuſdem Commemorationis, poſtquam pluit ſuper ipſam per tres dies continuos, non fuit læſa nec humida ad diem 9. Maii 1636. Tres chartæ ejuſdem Commemorationis, poſtquam fuerunt ſubmerſæ in aqua, poſt duos dies remanſerunt abſque aliqua læſione, die 1. Martii 1648. Lucretia Sofa de Galatro, ſanatur ab acutiſſimo dolore capitis in menſe Aprilis 1649. In velo capitis ejuſdem fœminæ, fuit in chartula quadam Commemoratio Immaculatæ Conceptionis, miſſaque in aquâ per plures dies, chartula fuit inventa ſana & intacta, die 15. Maii eodem anno.

Ex cap. 26. Hortenſia Figrito Barleta, à diuturno ſtomachi dolore per tres menſes liberatur in Quadrageſima anni 1632. Eadem fœmina peperit fœtum mortuum poſt horas 27. ſine aliquo dolore die 27. Octobris 1630. Eliſabetha Falzzare de Poliſtina, parturiit Filium mortuum poſt tres dies ad diem 25. Aprilis 1632. Iſabella Commorata etiam de Poliſtina, poſt duos dies mortuum filiolum parturivit ad diem 17. Octobris 1633. Franceſcela de Meſſina, habitans in Monteleone etiam poſt duos dies mortuum filium incolumis in lucem emiſit ad diem 22. Maij 1636. Aureana de Sancta Cruce, mortuum filium in utero poſt dies octo ſalva parturiit in menſe Auguſti 1636. Anna Romeo de Regio, mortuum fœtum (ut credebatur à diebus undecim) licèt cum magno dolore, ſalva peperit in die Annuntiationis, anno 1648.

Ex cap. 27. Joannes Dominicus de Pendula, quartanarius poſt ſeptem menſes ſtatim ſanatur ad diem 19. Decembris 1638. Lucretia Gallipi de Panagia, à quartana per quinque annos afflicta, liberatur verno tempore anni 1631. Paulus de Marcha de Geraze, poſt tres menſes à tertiana vehementi & continua liberatur ad medium Octobris anni 1632. Gundiſalvus Carcaramo, à duplicata tertiana, & quaſi moribundus liberatur in menſe Auguſti 1633. Antonius Protozoiti, Doctor & Abbas, cùm eſſet ad extremum vitæ ex febri maligna, ſanitatem recepit in menſe Novembris eodem anno.

Ex cap. 28. In domo Franciſci de Filandare in Caſſali de Mileto, reperitur vas plenum vino, ubi antea non erat, in menſe Octobris 1633. In Civitate Cantazari, vas plenum aceto dat optimum vinum in menſe Octobris 1636. In Auguſta Civitate Siciliæ, vas aceto plenum convertitur in vinum optimum in Quadrageſima anni 1650. In terra Gimilliani iuxta Catanzarum, quædam chartula ubi erat ſcripta Commemoratio Immaculatæ Conceptionis in flumen projecta, poſt tres dies invenitur ſupra ſaxum immaculata, in Quadrageſima 1636. Referunt aliqui PP. Capucini probatæ vitæ, quòd in Regno Siciliæ in diverſis annis, fuerunt circa mille febricitantes liberati propter Commemorationem Immaculatæ Conceptionis ſuprapoſitam, quorum fecerunt declarationem ad diem 18. Februarij 1650. In Burgo de Geraze, vas ex aceto convertitur in vinum optimum ad menſem Septembris 1632. In terra Monteleonis, aliud vas aceto plenum convertitur etiam in vinum ad menſem Februarij 1634. Vaſa, in quibus Victoria de Meſſano habebat vinum, non ſunt alterata propter prædictam Commemorationem, quando in tota Provincia Monteleonis fuerunt omnia converſa in acetum, ut ipſamet declaravit die 9. Maij 1636. Alia vaſa Marinæ de Vangeli, ex aceto in vinum transmutâtur in menſe Aprilis anni 1635. In terra Vivongi, vas aceti convertitur in vinum miſſâ intra vas chartulâ Commemorationis, quę chartula poſt duos annos inventa eſt illæſa ad æſtatem 1638. Claudiæ Pullionæ ex Groteria, ſimilis alius contigit caſus in principio Quadrageſimæ anni 1630.

Ex cap. 29. Franciſca Pyrra de Geraze, ex graviſſimo dolore ad ſiniſtram partem capitis per annos viginti liberatur in menſe Junij 1632. Gratia Canicare, ex graviſſimo periculo in partu fœliciſſimè, & inſtantanèe liberatur die 7. Sept. eodem anno. Eadem fœmina, in alio partu etiam à periculo partûs, & fluxu ſanguinis liberatur ad diem 5. Decembris 1634. Gratia Miglione Neapolitana

politana in ultimo vitæ periculo constituta, ex improviso sana fit in mense Julij eodem anno. Eadem fœmina à dolore capitis per novem annos liberatur die 18. Februarij 1638.

Ex cap. 30. Innocens Rassus, habitator Corduladæ Diœcesis de Mileto, à magno vulnere in pede sanatur ad diem 1. Martij 1633. Marcus Antonius Cara, supra genu vulneratus, à dolore & vulnere fit liber, in mense Februarij eodem ann. Antonius Zipari de Brazzano, à magno vulnere in manu sinistra sanatur ad diem 25. Februarij eodem anno. Joannes Chirico, sacerdos de Maida, à vulnere magno in crure, & dolore liberatur die 23. Martij 1634.

Ex cap. 31. Dominicus Cerabolus à dolore magno, & acuto in pede sinistro sanus efficitur in mense Februarij, anno 1633. Antonia de Malfi, à continuo & vehementi dolore capitis cum febre etiam continua liberatur die 12. Aprilis eodem anno. Hieronymus de Callana, Diœcesis de Regio, à vulnere tumefacto in indice dextræ manûs sanatur in mense Julij eodem anno. Idem Hieronymus, cùm esset Novitius Capucinus, à tentatione & diabolicis insidijs fuit liberatus, ut ipsemet deposuit die 15. Maij 1641. Hieronymus Naso Spilinga, à quadam infirmitate in brachijs & crure liberatur ad diem 10. Aprilis 1633.

Ex cap. 32. Antonius Stringili, fulmine percussus, nullum recepit damnum ad diem 13. Aprilis eodem anno. Idem Antonius, à febri tertiana per tres menses & continua etiam liberatur ad diem ultimam Octobris eodem anno. Horatius de Marzo de Monteleone, cum alijs à fulmine horribili liberatur ad diem 25. Maij anno 1636. Anna Maria Merlino, à fulmine & ultimo periculo vitæ liberatur die 9. Aprilis 1645.

Ex cap. 33. Indicta Lacedonia Neapolitana, per plures annos à malo caduco oppressa, liberatur ad diem 17. Decembris 1647. Catharina de Oto Calimera, à quartana duorum annorum, & dolore capitis per an. decem sanatur ad medium Aprilis 1633. Hieronyma Geraze, à febre continua aliquando per duos menses absque ullo intervallo liberatur in vere eodem anno. Eadem Hieronyma ab alia infirmitate etiam liberata fuit ad principium Novembris ejusdem anni. Beatrix Romeo, à febre continua quatuor mensium liberatur in die prima Aprilis eodem anno. Scipio Perugino, à dolore punctura cum febre maligna liberatur die 1. Decembris eodem anno. Joannes Angliolus, in pueritia sua à febre continua liberatur in æstate anni 1631. Dominicus Ricius ex Burgo de Geraze, à febre continua per integrum annum liberatur in mense Julij 1633.

Ex cap. 34. Adriana Vinci de Filocastro, à defectu visûs per duodecim annos liberatur ad diem 1. Januarij 1634. Maria Pitarello de Francia, à dolore aurium acutissimo & stomachi liberatur ad mensem Februarij 1645. Antonius Brandus de Regio, surdus post tres menses sanatur in mense Aprilis 1636. Cornelia Risti, à dolore capitis habito per annos decem liberatur die prima Januarij 1634. Catharina Baroni, à continuo dolore ventris liberatur ad diem 1. Januarij eodem anno. Adrianus Bascoglia ex casali de Monteleone, à dolore lateris per decem & octo annos liberatur ad diem 8. Januarij 1634.

Ex cap. 35. Ad Laudomiæ Conelli columbarium in Monteleone redeunt columbæ eodem anno & mense. Columba, quæ recessit à domo Nuntiæ Carte, rediit quasi miraculosè ad æstatem 1634. In domo Lybiæ de Aprile, columbæ nidificuntur perfectæ in æstate 1634. Avis quædam Beatricis de Manti jam moribunda, revivisci ad diem 21. Octobris 1646. Fulvia Chiavi de Monteleone, à dolore cruris post annum infirmitatis liberatur ad ultimum diem Januarij 1634. Eadem Fulvia, à dolore in parte interiori genu liberatur ad ultimum Septembri eodem anno. Eadem fœmina à febre continua quinque dierum liberatur in mense Julij 1636. Catharina Pesæ, quartanaria per novem menses statim fit sana die 12. Januarij eodem anno. Hieronyma Galleta in Capistrano, à dolore capitis per annos sexdecim liberatur die 13. Aprilis 1634. Julia Jumaina de Monteleone, à doloribus partûs per tres dies liberatur in mense Februarij eodem anno. Laura Soriano, etiam à dolore partûs per tres dies continuos liberatur 12. Augusti eodem anno. Catharina Geraze de Polistina, etiam à dolore partûs per alteros tres dies liberatur in mense Septembris 1636. Bernardina Græca, post tredecim dies à dolore partûs oppressa, liberatur in mense Januarij 1642. Catharina Sergi, iuvencula de Regio, à dolore partûs 3. dierum liberatur in 1. septimana Martij 1645.

Ex cap. 37. Joseph Adillardus de Filocastro jam morti proximus revivisci & sanatur in mense Februarij 1634. Antonius de Meco Clericus de Monte Leone, à quartana per decem menses continuos habita liberatur die 1. Aprilis, eodem anno. Philippus Silvester de Monte Leone, à dolore continuo stomachi cum vomitu liberatur in mense Maij, eodem anno. Carolus Nymphi, à gravi & molesta infirmitate per tres annos continuos habita sanatur in mense Februarij, eodem ann. Didacus de Stillo, cùm ex dolore stomachi esset pœnè à salute & vita destitutus, sanatur in mense Junij 1634. Franciscus Tegani Confessor & Theologus, cùm esset per quatuor dies gravi stomachi dolore afflictus liberatur, ut ipsemet declaravit die 9. Feb. 1637. Elisi Marino, à magno dolore totius corporis fuit liber, ad diem ultimum Februarij 1634.

Ex cap. 38. Thomas Valente de Pizone, quartanarius post sex menses sanatur ad ultimum Feb. eodem anno. Placidus Sergi, quartanarius post quinque menses sanatur ad diem primam Martij, eodem anno. Joannes Gregorius de Aversa, etiam post quinque menses à quartana liberatur ad primam Martij, eodem anno. Dominicus Mandarano, à malo caduco, seu hæreo, post decem annos, & à dolore pedum per 5. annos tur die 1. Aprilis, eodem anno. Franciscus Conillus, post periculosam punctura à dolore capitis vehementi liberatur die 1. Martij, eodem anno. Stephanus Pasone, remanens post acutissimam febrem omnimode impeditus linguâ, statim sanatur die 1. Martij, eodem anno. Julius de Amora, à dolore genuum, & oculorum sanatur die prima Martij, eodem anno. Joannes Dominicus Patara, à dolore brachij retento per annos decem, semel & iterum liberatur ad diem primam Martij, eodem anno. Dominicus Cancatore, à dolore magno capitis per duos annos & dimidium liberatur ad diem 1. Martij, eodem anno. Nicolaus Joannes, patiebatur in somnijs horribi-

lia, & timores nocturnos ferè per annos sex, sed etiam ad diem primam Martij sanus effectus est eodem anno. Julia Corneatore de Pizzone à diversis malis & impedimentis sanatur ad diem primam Martij, eodem anno. Catharina Bosio, à febre duorum mensium sanatur ad diem primam Februarij ejusdem anni. Smeralda Colona, à dolore capitis & stomachi per annos quinque liberatur die prima Martij, eodem anno. Anna Croco, à dolore etiam stomachi, & capitis post annos septem liberatur ad diem primam Martij, eodem anno. Superna de Melle, à dolore continuo stomachi, & capitis post annos octo sana fit ad diem 1. Martij, eodem anno. Faustina Bardaro, à dolore renum per septemdecim annos, & matricis per septem sana efficitur eodem die & anno. Angiola Ruffo, à dolore continuo capitis per decem annos liberatur ad diem 1. Martij, eodem anno. Catharina Zoli, à dolore capitis cum vertigine liberatur ad diem 2. Januarij 1636. Joanna de Austeri, à dolore uteri, seu matricis post octo annos liberatur ad diem 1. Martij 1634.

Ex cap. 39. Julius Signarellus, afflictus quartana per viginti tres menses, liberatur in prima septimana mensis Martij, eodem anno. Carolus Bordarus, à febri diurna per duos annos, & ab apostemate per octo menses sanatur ad diem 15. Martij, eodem anno. Porphyrius Tori, à febri aliquando interrupta, aliquando continuata per 4. menses liberatur die 1. Martij, eodem anno. Massentius Avena, à febri quotidiana per sex menses liberatur die prima Martij, eodem anno. Joseph Aversa, à dolore pedis continuo per quatuor annos sanatur die prima Martii, eodem anno. Cornelia Sanctoro, à quadam infirmitate lupina per annos octo sanatur die 1. Martij, eodem anno. Quædam fœmina de Pizone, à dolore renum, & matricis post annos 14. sanatur die 1 Martij, eodem ann. Dominica Frasca, à dolore stomachi continuo per 8. annos liberatur die 1. Martij, eodem anno. Londarissina Bono, à dolore ventris continuo per octo annos sanatur ad medium Martij, eodem anno. Antonia de Candia, à dolore in brachio dextro per integrum annum sanatur ad diem 20. Martij, eodem anno. Anna Concatore, ex fluxu sanguinis pœnè jam moribunda, liberatur die 9. Martij, eodem anno. Beatrix Filocano, à crudelissimo dolore dentium atque capitis sanatur ad diem 15. Martij, eodem anno. Prædicta fœmina per intercessionem Immaculatæ Conceptionis habuit nova à quodam fratre suo, de quo nulla habuerat per quinque annos, die 20. Martij eodem anno. Alphonsina Aversa, à dolore continuo, & gravissimo dentium per octo dies liberatur die 15. Martij eodem anno. Composta Cantore, à dolore stomachi habito ferè per 30. annos sanatur eodem mense & anno.

Ex capite 40. Isabella Ruffo à dolore stomachi ferè per annos quadraginta, atque cordis per sex menses, nec non à quadam tentatione habita per tres annos fuit libera die 1. Martij, eodem anno. Isabella Bardaro, ab spirituali afflictione, & gravissima tentatione habita liberatur ad diem 1. Martij, eodem anno. Quædam fœmina, quæ per duos annos habebat in pede dextro dolorem continuum, liberata est ad diem 8. Aprilis, eodem anno. Colona Carnelevare, à gravissima tentatione spirituali per tres menses continuos habita fuit libera die 24. Junij, eodem anno.

Ex cap. 41. Franciscus Cutelle de Penaggio, ab infirmitate flatuum per annos quindecim liberatur die 15. Martii, eodem anno Hippolyta Provezzano, à dolore capitis per multos annos, & dentium per tres menses sanatur in secunda septimana Aprilis, eodem anno. Catharina Ginovese de Vazzano, à gravissimo dolore in sinistra parte capitis per annos duodecim liberatur ad diem 16. Aprilis, eodem anno. Franciscus Virgatus, in ultimo periculo vitæ constitutus brevissimè salutem recuperat, cujus declaratio fuit facta die 3. Maij, anno 1643. Andreas Paschini, dolore renum oppressus & sciatica, liberatur in mense Maij, anno 1636.

Ex cap. 42. Bos Catharinæ Acri de Pizzone, qui per tres dies nullum sumpserat cibum, commendatus Virgini, melioratus ad 1. Martii 1634. Bos alter Laurentij Todeschi, qui male se habebat, recuperat sanitatem ad diem 1. Junii 1636. Bos Antonii Zipari, jam morti proximus revivisit ad diem 29. Martii 1638. Gloria Alizane de Monteleone, à magno dolore capitis per tres annos liberatur ad medium mensis Martii 1634. Quidam bos in terra Monteleonis, postquam fuerat mortuus, revivisit & elevatur ad mensem Junii eodem anno. Alter bos in civitate Reggii, postquam fuerat mortuus per integram horam, revivisit in mense Novemb. 1647. Taurus Franciscì Barbari de Siderno, mansuefactus à terra levatur, & arat in mense Octobris 1637. Vacca cujusdam Petri de Fonte nolens lactare vitulum alterius vaccæ, tandem illum lactat ad diem 7. Aprilis 1641.

Ex cap. 43. Quædam gallina in terra de Pizzone fovet ova, & licèt moribunda, ex omnibus pullos procreavit ad diem 1. Martij 1634. Altera gallina in terra de Stilo, cùm esset moribunda fovens ova, tamen omnes pullos edidit ad diem primam Junii 1637. Quædam fœmina à dolore capitis per annos decem & novem fuit liberata ad 1. Maii, eodem anno. Gallina quædam Catharinæ de Sirleto, postquam fuerat mortua, revivisit ad finem Maii 1648.

Ex cap. 44. Philippus Ciacevis de Monteleone, ab infirmitate lunatica per annos tres, & à quartana per novem menses liberatur ad diem 1. Maii 1634. Portia Cannata de Monteleone, à dolore capitis per octo annos habito statim liberatur in eodem mense & anno. Maria Sinopoli de Monteleone, à dolore in dorso & brachio dextro liberatur in eodem mense & anno. Lucretia Seudase, à quartana habita per novem menses liberatur ad diem 1. Maii eodem anno. Cornelia Caceiatore de Monteleone, à febri continua per annum integrum sanatur ad diem 1. Maii eodem anno. Argentina Maglicane, à dolore capitis per decem annos, & inflammatione faciei liberatur die 1. Maii eodem anno. Dominica Fasuli de Monteleone, à dolore capitis cum vertigine sanatur ad diem 1. Maii eodem anno. Soror Prudentia de Chiavi de Monteleone, à dolore capitis ferè per quadraginta quinq; annos habito sanatur die 1. Junii eodem anno. Laura Musa de Monteleone, à dolore capitis per annos ferè 45. liberatur ad diem 1. Maii eodem an. Florafama de Monteleone, etiam à dolore capitis per annos triginta liberatur eodem anno &

mense. Elisabetha Pisota de Monteleone, à dolore capitis per 14. annos cum aliquibus circumstantiis liberatur ad principium Maii eodem anno. Catharina de Alessi, à nativitate sua à quadam gravissima infirmitate oppressa, sanatur ad mensem Augusti eodem anno.

Ex cap.45. Don Gundisalvus de Palma Ossorio, à vulnere in coxa habito per sex menses sanatur in principio Maii eodem anno. Prudentia Genovese de Monteleone, quæ pedibus stare non poterat per tres annos, sanatur die 1. Maii eodem anno. Fabius Guerra infans, qui propter magnum impedimentum deambulare non poterat, à prædicto malo liberatur ad diem 1. Maii eodem an. Petrus Felleti de Martone infans quatuor annorum, stare non poterat neque ambulare, sanaturq; ad diem 22. Februarii 1635. Marcellus Spanno, à magna inflammatione seu tumore in pedibus liberatur ad ultimum Aprilis 1645.

Ex cap.46. Antonius Fava Sacerdos, à quodam fluxu sanguinis liberatur in mense Augusti 1642. Mare in canali Messanæ, & in Neapolitano territorio sedatur, magna exorta tempestate, ad diem 12. Octob. 1643. Catharina Tornachello de Monteleone, à morbo & descensu sanguinis liberatur in æstate anni 1634. Marina Pascalone, à malo caduco per 2. annos mirabiliter curatur in mense Augusti eodem anno. Eadem fœmina à periculoso partu est liberata ad diem 8. Martii 1645.

Ex cap.47. Quoddam jumentum Nuntii Bonelli submersum in luto, exiit liberum è fovea ad diem 6. Junii 1634. Ejusdem Bonelli quidam equus cadens in foveam, liberatur ad diem 11. Junij eodem anno. Quædam mula Petri Mistico jam moribunda revivisc it in mense Septembris 1636. Equus Hieronymi de Vica, cùm jam esset penè mortuus, revivisc it in mense Novembris eodem anno. Equus rigidus atque indomitus, stat in via periculosa ad diem 21. Febr. 1639. Alter equus Hyacinthi Batrelle indomitus & inquietus subitò est mansuefactus ad diem 1. Maii eodem anno. Quoddam jumentum moribundum statim se levavit sanum ad finem Junii 1649.

Ex cap.48. Joannes Berlingere, à fluxu sanguinis per nares curatur in mense Januarii 1639. Marcus Antonius Bebelaqua, à fluxu etiam sanguinis per nares curatur die 18. Aprilis eodem an. Lucas Joannes Pelegrinus, ab eadem infirmitate (id est sanguinis effusione) liberatur ad diem 29. Martii eodem anno. Anna Raffa à Monteleone, à magna copia sanguinis per nares sparsa, liberatur ad diem ultimam Julii 1634. Catharina Castelli, ab eodem fluxu sanguinis narium per 2. horas liberatur in mense Augusti 1638. Sanctorus Suppa de Francica, ab eadem sanguinis effusione magna liberatur ad diem 7. Martii 1645.

Ex cap.49. D. Marius de Ajerbe de Aragonia, ex febre maligna in magno periculo & discrimine vitæ constitutus, liberatur in mense Octob. 1634. D. Eleonora de Ajerbe de Aragonia, à febri tertiana & deinde facta quotidiana liberatur in mense Decembris 1635. Hieronymus Protos Paturus, à febri continua liberatur in mense Augusti 1634. Silvester de Briatico, à febri continua per quatuor menses liberatur in æstate eodem an. Stephanus de Fiumara, cùm esset morti vicinus, à febri maligna liberatur & sanus fit in mense Octobris eodem anno. Joseph de S. Catharina, à quadam febri continua per 24. dies liberatur in mense Decemb. eodem anno. Laurentius Aquila de Arena, à quodam tumore magno in ore [illegible]tur circa ultimum Decemb. eodem anno. Quædam avis in periculo mortis constituta, fit sana & incolumis in mense Julii 1650.

Ex cap.50. Navigantes in mari Messanen. à voragine & periculo mortis liberantur ad diem 20. Aprilis 1635. Joseph de Notariis, à magna tempestate & fortuna mirabiliter liberatur in mense Octobris 1641. Navigantes cum Paulo à Modio, ab evidentissimo mortis periculo in mari Messanensi liberantur in mense Octobr. 1642. Navigantes etiam cum Joanne Dominico Gentili Sacerdote, à tempestate in mari & evidenti mortis periculo subitò liberantur in mense Febr. 1642. Alii navigantes cum Fabio del Ala juxta Fretum Messanen. à periculo imminenti eripiuntur ad diem 21. Decembr. 1645. Quædam cimba navigans à Catana in Messanam, in qua erant 13. Religiosi, à tempestate magna liberatur in mense Martii 1642. Altera navis, cùm transisset à Panormo in Messanam, à periculo inimicorum liberatur die 15. Julii 1644. Cùm cimba transiret à civitate Panormitana ad Trepanam, à tempestate maris & ventorum liberatur ad diem 26. Maii 1640. Gubernaculum cujusdam cimbæ vi maris ejectum, iterum ad cimbam rediit in mense Octobris 1634. Aliquæ naviculæ, quæ à civitate Tropea navigabant Romam versùs, mirabiliter factæ liberatæ die 17. Octobris 1644. In terra de Scyla mare factum est tranquillum subitò & intempestivè, cùm ante esset in maximo tumore, ob meritum & devotionem Immaculatæ Conceptionis ad diem 2. Aprilis 1648.

Ex Tomo 2. cap.1. Octavius Aiello, ab inflammatione colli, & brachij sanatur in mense Januarij 1635. Ipse Octavius, ab ardentissima febri & accidenti punctura liberatur die 24. Augusti 1649. Bonaventura de Rubino de Monteleone, à febri continua per sex menses liberatur circa mensem Januarij 1636. Joanna Pignatella de Soraze, à tumore stomachi per quindecim annos sanatur in mense Januarij 1635. Parvula quædam, à cœcitate, & oculorum morbo liberatur ad ann. 1647.

Ex cap.2 Hyacinthus Jannizzi, à dolore capitis vehementi per annum & dimidium liberatur ad 20. Februarij 1635. Fridina Zavaglia, à dolore capitis per decem menses, & quartana per dies sanatur ad diem 12. Februarij 1635. Angiolella Fragasto, à dolore capitis continuo liberatur ad diem 10. Februarij eodem anno. Elisabetha Bruno, à dolore capitis cum vertigine per tres annos liberatur eodem anno & mense. Augustina Angeletta, à dolore capitis vehementi per quatuor annos liberatur eodem anno & mense. Sara Lombardo, à dolore capitis cum vertigine, & vomitu per quinque annos liberatur eodem anno & mense. Sara Angelletta, à dolore capitis & dentium per annos quinque sanatur eodem anno & mense. Ludomia Papaluca, à continuo dolore capitis per quindecim annos cum vertigine liberatur eodem mense & anno. Dominica Mancipa, à dolore capitis ferè per viginti annos sanatur eodem mense & anno. Claudia Galluzzo, à dolore capitis ferè per 20. annos etiam cum vomitu liberatur eodem anno & mense. Julia de Arena, fer-

ferè per 20. annos dolore capitis cum febri moleſtata, ſanatur eodem anno & menſe. Eliſabetha Ferraro, à dolore capitis cum febri, & vomitu per 40. annos & amplius, ſanatur eodem anno & menſe. Nobilis de Maggio, à dolore continuo capitis, ferè per 50. annos & amplius, ſanatur eodem menſe & anno.

Ex cap. 3. Paula Cavaglia, a magna & crudeliſſima infirmitate tolerata ferè per annos 40. ſanatur eodem menſe & anno. Victoria Paſarelli, ab infirmitate magna per 18. menſes liberatur eodem anno & menſe. Clara Paſarelli, à tumore magno in viſceribus per quinque menſes ſanatur eodem menſe & anno. Diana Panetta, à dolore ſtomachi vehementi & continuo per annos quinque ſanatur eodem anno & menſe. Eleonora Ferraro, a tumore externo in latere dextro cũ magno dolore, & febri liberatur eodem menſe & anno. Antonia Romania de Martona, à tumore in viſceribus magno per annos 30. ſanatur eodem anno.

Ex cap. 4. Joannes Marcus Mancipa, a magno dolore dorſi & brachii per annos 15. inſtantaneè, liberatur eodem anno & menſe. Julia Panetta, à dolore magno in brachijs per annos 10. ſtatim ſana fit eodem anno & menſe. Angela Tupo, à dolore acuto in brachio dextro per tres menſes liberatur eodem menſe & anno. Dominica Catalono, à dolore ſtomachi magno, & acutiſſimo per tres annos ſanatur eodem anno & menſe. Catharina Leccifano, à dolore ſtomachi per annos 14. & capitis per decem, ſanatur eodem menſe & anno. Palma Marrone, à graviſſimo ſtomachi dolore cum vertigine per annos 25. liberatur eodem menſe & anno. Antonia Luca, à dolore ſtomachi, capitis, & renum per annos 25. liberatur eodem anno & menſe.

Ex capite 5. Fina Joannizzi, à continuo dolore capitis, aliquando cum febri per annos 50. liberatur circa diem 1. Martij eodem anno. Dominica Tabalere, à dolore capitis cum vertigine, febri, inflammatione, atque vomitu per annos decem, ſanatur eodem anno & menſe. Caſſandra Ferrari, ab infirmitate hermocandriæ per annos 25. liberatur eodem menſe & anno. Caſtiglia Carlino, à ſudore vehementiſſimo cum frigore acuto liberatur eodem menſe & anno. Eliſabetha Fonte, à dolore dentium acutiſſimo per duos menſes liberatur ad medium Februarij eodem anno. Victoria Geraze, à dolore dentium cum inflammatione magna liberatur ad diem 1. Martij eodem anno.

Ex cap. 6. Franciſcus Ferrarius, ad flumen Turbulo dictum mirabiliter applicat pontem eodem anno & menſe. Antonius Paſſante, à febri cum magno frigoris ſtridore liberatur eodem menſe & anno. Petrus Sorianus de Monteleone, quartanarius per 8. menſes ſanatur in menſe Junij eodem anno. Eleonora Papa de Monteleone, à quartana vehementi oppreſſa per novem menſes liberatur circa menſem Maii eodem anno. Praxedes Bennato, ab acerbo capitis dolore cum febri, & inflammatione per 8. annos, liberatur in menſe Aprilis eodem anno.

Ex cap. 7. Baptiſta de Malecorça ab infirmitate, quæ ipſum ad extremum vitæ reduxerat, ſanatur eodem menſe & anno. Idem Joannes Baptiſta, ab infirmitate graviſſima liberatur die 28. Decembris eodem anno. Nicolaus Franciſcus Laguterà, ab infirmitate calculi ſubitò, & mirabiliter liberatur die 1. Martij 1638. Victoius Facciola de Bruzzano, ab infirmitate calculi poſt 20. menſes iam quaſi moribundus, ſanatur die 1. Januarij eodem anno. Joannes Baptiſta Caſtellus, per 10. annos ab infirmitate calculi oppreſſus, ſemel & iterum liberatur in menſe Junii 1643. Antonius de ſan Biaggio Provincialis Minorum, à dolore lateris & calculi ſanatur in Quadrageſima 1639.

Ex cap. 8. Jſidorus Corioglanus Sacerdos, à febri rigoroſa per 15. dies liberatur ad diem 15. Auguſti 1635. Joannes Jacobus Paſcualis Sacerdos, à febri habita per 28. dies liberatur ad diem ultimam Octobris eodem anno. Tiberius Verſus de Calimora, à febri habita per 14. dies, & vomitu diurno ſanatur in menſe Auguſti eodem anno. Theodora Fauduto, à febri habita per duos menſes continuos liberatur in menſe Novembris eodem anno. Magnifica Crudo de Calimera, à febri habita per alios duos menſes ſanatur die 4. Decembris eodem anno. Dominicus Figliviei de Lauriana, à febri maligna, jam morti proximus, ſanatur circa diem 1. Auguſti eodem anno. Joannes Carliſanus, à febri tertiana, & in magno periculo conſtitutus, liberatur die 1. Octobris eodem anno.

Ex cap. 9. In Laureana, vinum converſum in acetum, ad priſtinum redijt ſtatum in æſtate eodem anno. Vas aceto plenum in terra Flocaſtri convertitur in vinum optimum in menſe Auguſti eodem anno. In terra Stilli, vinum factum acetum acerbiſſimum, in priſtinum redijt ſtatum in menſe Aprilis 1638. In terra Bruzzani, vas aceto plenum etiam convertitur in vinum optimum in Quadrageſima 1645.

Ex cap. 10. Catharina Briga de Monteleone, à dolore lateris per duos annos continuos ſtatim fit libera in menſe Auguſti 1634. Joannes Dominicus Nuſeleo iuvenis, per tres annos à maleficio oppreſſus, liberatur in menſe Auguſti 1635. Franciſca Maria Villari juvencula, etiam à maleficio & ſpiritu maligno oppreſſa per annum integrum, liberatur die 2. Junij eodem anno. Roſela Valente, ſtetit per duos dies ore ſtricto & clauſo ſed tandem liberatur in menſe Junij 1646. Lucretia Sofra, cùm eſſet ab ſpiritibus malignis oppreſſa per ſeptem menſes, tandem liberatur die 12. Maii 1649.

Ex cap. 11. Catharina Tocco de Filocaſtro, à diurno & magno periculo partûs liberatur, die 10. Septembris 1635. Dominicus Lachadare infans, per duodecim horas dolore vehementiſſimo anguſtiatus, liberatur die 5. Decemb. 1653. Soprõna Muojulii de Lauriana, à partu periculoſo per diem integrum liberatur in menſe Octobris 1635. Franciſca Lacopo de Geraze, à periculo partûs per tres dies liberatur in menſe Novembris, eodem anno. Poliſena Puncturere, poſt partum fuit per integrum menſem abſque lacte, & tandem mirabiliter adjuvatur, die 29. Novembris eodem anno. Eadem fœmina, à continua febri per integrum menſem curatur ad primum Auguſti, eodem anno. Bellia Maccarrone, tranſactis duobus menſibus a partu, habuit mirabiliter lac ad diem 1. Octobris, eodem anno. Flaminia Mitiga de Geraze, ab apoſtemate in mamilla habito per duos menſes ſanatur ad ultimum Novembris 1636.

Ex cap. 12, Stephanus Murmura de S. Gregorio, afflictus vehementer febri tertiana, sanatur die 23. Octob. 1635. Franciscus Mastruci, à febri cum cessione diurna per septem dies liberatur ad 1. diem Novemb. eodem anno. Carolus Pata juvenis, à febri per tres menses cum dimidio fuit liberatus, die 28. Novembris, eodem anno. Paulus Macarone infans, à febri quotidiana liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Augustinus de Bruno, à magno stomachi dolore per quatuor dies continuos liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Stephanus Pipernus, quartanarius per quatuor menses, liberatur circa diem 20. Novembris, eodem anno. Gloria Politi de Placanica, à quartana unius anni semel & iterum liberatur in mense Septembris 1635. & 1636.

Ex capite 13. Ciaconius de Bona, totaliter cœcus per tres annos, mirabiliter sanatur, & à febri per quadraginta dies in mense Septembris 1635. Elisena Cajulli, à dolore capitis, frontis, & oculorum sanatur ad diem 29. Novembris, eodem anno. Sibila Tripode, à dolore capitis, & frontis per multos annos liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Tullia Martino de Gerocastro, ab infirmitate oculorum per septem annos sanatur die 5. Decembris, eodem anno. Livia d'Aprile, ab infirmitate oculorum per integrum mensem sanatur ad diem 1. Decembris 1643. Joannes Petrus Suprannellus, à tali infirmitate oculorum, ut in nocte minimè videre posset, sanatur die 5. Martij 1645. Angiolus Spatarus de Bova, à percussione magna in palpebra absque oculi læsione liberatur die 22. Martij 1648. Martia Romana, à dolore brachij, atque dorsi per sex menses sanatur die 29. Novembris 1635. Hippolyta Cinquerana, à magno dolore stomachi continuo per 25. annos liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Aurelia Sceni, à dolore stomachi, & capitis per annos 29. sanatur die 29. Novembris, eodem anno. Cæcilia Scondi, à dolore capitis cum vertigine per annos viginti liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Elisabetha Papaienne, à morbo in capite, etiam cum vertigine liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Clara Crabriëli, à febri & gravi stomachi dolore liberatur die 29. Novembris, eodem anno. Anna Rosso Messanen. à febri cum fluxu, & vomitu per viginti duos dies liberatur, & à dolore partûs in mense Junij 1636. Ninfa Rotulo, à dolore capitis cum febri, & alijs infirmitatibus sanatur die 2. Decemb. 1635.

Ex cap. 15. Joannes Laurentius Vitalis, à quartana per duos annos habita sanatur ad diem 1. Januarij 1636. Julius Cremeni de Stilo, à febri quartana trium mensium liberatur ad ultimum Martij, eodem anno. Soror Paula Longo, à quartana per unum annum & dimidium habita sanatur die 4. Februarij, eodem anno. Dominicus à Sancta Cruce, à febri post sex menses statim liberatur die 1. Februarij, eodem anno. Joannes Baptista Salernus, febri angustiatus, statim liberatur in mense Februarij 1635. Joannes Paulus Rinaldis, ab inflammatione colli per tres annos liberatur in mense Februarij 1636.

Ex cap. 16. Joannes Petrus Milia, à descensu humoris vehementi per 6. annos sanatur ad diem 1. Februarij, eodem anno. Catharina Bova, afflicta per annos undecim dolore lateris, liberatur die 1. Februarij, eodem anno. Paula Pascale de Panagio, à magno dolore capitis cum febri per 8. annos liberatur die 1. Febr. eodem anno. Lucretia Antonia Poleti, à magna infirmitate, & jam in ultimis constituta, liberatur ad ultimum Januarij, eodem anno. Aldonza Gagliardo, à dolore partûs liberatur, & salva peperit die 5. Septembris 1638.

Ex cap. 17. In Guardavalle terra d'Asillo, in domo Valeriæ Salerne bombyces mirabiliter nascuntur, die 18. Januarij 1636. In terra Bruni in Calabria, bombyces à formicis devorati reviviscunt in mense Aprilis 1637. In terra Reggij, bombyces mirabiliter à formicis liberantur, die prima Junij 1643. In Geraze etiam bombyces liberantur à magna copia formicarum, die 20. Junii 1644. In eadem terra Geraze, vermes occisi à magna copia formicarum, reviviscunt in mense Junii 1645. In terra Brancaleonis, herbæ à vermiculis corrosæ iterum reviviscunt in mense Maii, eodem anno.

Ex cap. 18. Catharinella Militan. à descensu & dolore capitis cum aliis infirmitatibus sanatur die 6. Februarii 1636. Carafina Bombardere à continuo dolore capitis per annos ferè 40. sanatur die 6. Feb. 1636. Angela Michelota, à magno capitis dolore & continuato per annos ferè 40. liberatur die 6. Febr. 1636. Maria Michelota etiam à dolore capitis cum vertigine per annos 20. sanatur die 6. Febr. 1636. Catharina Ossa, à dolore capitis cum febri per 20. annos liberatur die 6. Febr. 1636. Catharina Francia, a dolore capitis per annos 15. & amplius liberatur die 6. Feb. 1636. Elisabetha Ossia, a quartana & dolore capitis ferè per 10. annos sanatur die 6. Feb. 1636. Bernardina Verano, à dolore capitis per 8. ferè annos sanatur eodem anno & mense. Cæcilia de Aquaro, à dolore capitis per 7. annos cum febri & vertigine liberatur eodem anno & mense. Hieronyma Tudesco, à dolore capitis per 2. annos & infirmitate cordis per 3. menses liberatur eodem anno & mense. Julia Arcade, à dolore capitis magno liberatur eodem anno & mense. Livia Militano, à dolore capitis per sex menses cum vertigine liberatur eodem anno & mense. Vincentia Chielemmi, à dolore capitis & stomachi post 5. menses sanatur eodem anno & mense.

Ex cap. 19. Elisabetha Sampson de Vivonj, à dolore viscerum post annos 40. sanatur eodem anno & mense. Agatha Tudesca, à descensu vehementi cum acuto dolore sanatur post annos, eodem anno & mense. Rosina Calabres, à dolore stomachi continuo afflicta per annos 20. statim liberatur eodem anno & mense. Dominica Gervasi, ab infirmitate cordis per 20. annos & amplius liberatur eodem anno & mense. Lucretia Rossa, ab infirmitate & tumore infra mammillam post tres annos statim liberatur eodem mense & anno. Luna Fisano, ab acuta infirmitate stomachi post duos annos liberatur eodem mense & anno. Isabella Catanea, a descensu & infirmitate dorsi post annos octo sanatur eodem mense & anno. Vincentia Rosso, a dolore acuto in collo habito per mensem & dimidium, curatur eodem anno & mense. Dominica Valente, ab inflammatione vultûs cum febri per annum integrum sanatur eodem anno & mense. Catharina Marullo, a magno dolore stomachi per tres menses liberatur eodem anno & mense.

Et

Ex cap. 20. Cæsar Bocchino, a vehementi dolore stomachi per annos 10. sanatur circa diem 10. eodem mense & anno. Dominica Rosa, ab infirmitate capitis & dentium post 10. annos liberatur eodem anno & mense. Victoria Rosa, a dolore capitis vehementi per annos 5. sanatur eodem anno & mense. Victoria Sabinis, a dolore dorsi per duos annos, & colli per sex menses sanatur eodem anno & mense. Veronica Calabres, a magno dolore lateris, & aliis infirmitatibus post annos 10. curatur eodem anno & mense. Domaschina de Amato, subitò morigeratur & conditionem rigidam deponit ad diem 6. Febr. eodem anno. Franciscа Rosso, ab infirmitate capitis & dentium dolore sanatur eodem mense & anno. Dominicus Campanella, quartanarius per mensem integrum, sanatur eodem anno & mense. Catharina Perignace, a dolore partûs per duos dies liberatur eodem anno & mense. Lucretia Tisano, a tumore in capite per septem menses statim sanatur eodem anno & mense. Cœnobia Gascasi, ab infirmitate stomachi per septem annos mirabiliter liberatur eodem anno & mense. Theodora Mayosano, a magna infirmitate cum inflammatione & febri sanatur eodem mense & anno. Maria Coniglio, a dolore in latere sinistro per integrum annum liberatur eodem mense & anno. Catharina Coniglio, ab infirmitate capitis per annos 15. sanatur eodem ann. & mense. Joannes Baptista Crea, a descensu crudelissimo & mortali per 14. dies liberatur eodem anno & mense.

Ex cap. 21. Joanna Comita a Bivongio, ab infirmitate stomachi cum aliis circumstantiis per 18. annos liberatur eodem anno & mense. Catharina Varone, ab infirmitate repentina, quæ ipsam perduxit ad extremum vitę, sanatur in mense Maii 1637. Quidam filius ejusdem Catharinæ, a dolore habito per sex horas liberatur die 8. Augusti 1636. Antonella Barbaro, ab infirmitate stomachi vehementi per tres annos liberatur die 21. Februarii eodem anno. Eadem Antonella, ab altera percussione stomachi & repentina liberatur die 6. Aprilis eodem anno. Joannes Alphonsus Comertius, ex percussione glandinis penè mortuus, sanatur die 18. Martii 1645. Eleonora Gamelo de S. Petro, a magna & repentina infirmitate oris liberatur in mense Octobris 1647. Carolus Fiorenza de Nicostrato, a febri & mortis periculo liberatur die 18. Augusti 1646. Antonius Malaerinus, a febri continua cum magno stomachi dolore liberatur in mense Januar. 1649. Petrus Antonius Rao, præcipitatus & per 8. dies de salute desperatus, sanatur die 1. Julii eodem ann.

Ex cap. 22. Beatrix Migalli de Pizzone, ab infirmitate in dorso dextro, & continuo per integrum mensem sanatur die 9. Aprilis 1636. Catharina Mondarano, a dolore viscerum cum febri per dies 22. sanatur ad medium Julij eodem anno. Vincentia Vomo de Stillo, ab afflictione & dolore partûs per tres horas liberatur eodem mense & anno. Hieronyma Mannella, a magno periculo partûs liberatur eodem mense & anno. Gratiosa Mondello, ab acutissimo partûs dolore per 24. horas liberatur die 9. Maii eodem anno. Abtabella Olimenti de Monteleone, a periculoso partu post multas horas liberatur die 20. Junij eodem anno.

Ex cap. 23. Joannes Angiolus, a crudelissimo dolore stomachi, & continuo per annos tres liberatur die 2. Februarij eodem anno. Sanctius Palmere, à dolore renum continuo per annos 17. sanatur die 9. Martij eodem anno. Dominicus Vitalis, a febri continua per 15. dies cum vomitu liberatur eodem mense & anno. Isabella Pupo ab inflammatione linguæ cum evidenti mortis periculo liberatur eodem anno & mense. Sequentia Galati de Bilongi, a descensu crudelissimo ad oculos liberatur circa diem 10. Februarij eodem anno. Dominicus Galati etiam de Bilongi, a descensu magno ad oculum dextrum liberatur die 15. Martij eodem anno. Duæ amphoræ luteæ, & aqua plenæ cadentes in rupem, non franguntur eodem mense & an. Antonia Armene, rupibus cadentibus super ipsam, mirabiliter salvatur tempore hiemis 1644.

Ex c. 24. In terra Bibongi duæ chartæ, in quibus erat scripta Antiphona Conceptionis, postquam fuerant in igne per dimidiam horam, illæsæ repertæ sunt die 25. Februarij 1636. In terra Cantazari altera charta, in qua erat scripta Antiph. Conceptionis, ab igne mirabiliter liberatur die 20. Novembris 1647. In civitate Bovæ Calabriæ, reposita charta Conceptionis super prunas non comburitur in Quadragesima anni 1648. In eodem loco, alter ex curiositate posuit Commemorationem Conceptionis super ignem accensum, & tamen non fuit combusta, die 25. Martii eod. anno. In civitate Reggii, prædicta Commemoratio scripta cecidit in ignem, & non est combusta, in eodem mense & anno. Isabella Tegani, à dolore stomachi per 7. annos, & capitis dolore per 3. liberatur die 6. Februarii 1636. In domo prædictę fœminæ, Commemoratio Conceptionis, quæ casu ceciderat in ignem, non comburitur, in mense Martii eodem anno.

Ex cap. 25. Antonia Laddando de Monteleone, à Medico desperata de salute & vita, sanatur circa 1. Julii eodem anno. Dominicus Canata de Monteleone, Tertiarius S. Dominici, à febri per tres menses liberatur circa diem 20. Julii eodem anno. Julius Cancellere, ex febre maligna jam penè exanimis, sanatur in mense Sept. eodem anno. Andreas Cortese de S. Petro, in extremis constitutus, statim fit sanus die 10. Aprilis 1638.

Ex cap. 26. Julius Tomarchellus, cùm esset morti vicinus, liberatur in mense Septemb. 1636. Nicolaus Jacomus de Bonelli, à dolore acutissimo ciaticæ per tres dies sanatur in eodem anno & mense. Paula Facciola de Monteleone, quartanaria per 22. dies sanatur in eodem anno & mense. Colona Papucio, à magna febri cum punctura per 11. dies sanatur ad ultimum diem Octobris eodem anno. Paulus Lopis de la Giotteria, à febri quotidiana per 5. menses, sanatur in mense Novembris eodem anno. Joannes Nicolaus Prozo, a diversis malis atque doloribus liberatur ad diem 1. Januarii 1637. Quidam infans Fœlix Bonus, in extremis constitutus, a morte liberatur in mense Februarii eodem anno. Julia Bardaro, a dolore capitis per tres dies, & dentium sanatur die 20. Junii 1638. Dominicus Criniti de Stignano, dolore punctura molestatus cum parva spe suæ salutis, liberatur die 26. Aprilis 1637. Romanus Azzara, à febri maligna cum delirio & convulsione sanatur in mense Junij 1647.

Ex cap. 28. In Civitate Reggij, arbor ficca post annum efficitur viridis in mense Junij 1649. Maria à Civitate Reggii, à largo fluxu sanguinis per os & nares liberatur eodem mense & anno. Eleonora ejusdem Civitatis, à febri cum multis circumstantijs sanatur eodem mense & anno. Maria ex Civitate Reggij, à magna infirmitate statim liberatur die 15. Novembris 1650. Joseph Carridi, à dolore acutissimo jam moribundus, sanatur die 12. Decemb. 1650. Joannes Baptista Gallus de S. Georgio, à quartana habita per duos annos liberatur die 9. Decembris 1637. Joannes Andreas Piazza, à dolore in sinistra coxa per quatuor annos liberatur die 22. Februarij 1643. Ejusdem Andreæ area ficca ob penuriam aquæ revirescit eodem anno. In terra Groteriæ quædam arbor jam pœnè arida, iterum revivisçit in mense Augusti anni 1636. In terra Geracen. arbor ficus arida, revirescit in mense Augusti 1644. In Sorbo terra Civitatis Tabernæ, quædam vinea & pomarium, à vermiculis devastata, nullum receperunt damnum in mense Octobris 1647.

Ex cap. 29. Didacus Juratus, à periculo mortis cum aliquibus circumstantijs liberatur die 11. Februarij 1638. Flaminia Puglieſe, à punctura vehementi statim liberatur eodem anno & mense. Elisabetha Barbara de Bruzano, ab infirmitate stomachi per annos 13. sanatur die 11. Febr. 1638. Victoria Picciolo, à dolore stomachi & colli sanatur eodem mense & anno. Isabella Bavia, à dolore capitis vehementissimo per annos septem, liberatur eodem mense & anno. Catharinella Morabito, à doloribus per annos sex in manibus, brachijs, & dorso sanatur eodem mense. Franciscella Gagliardo, ab effusione sanguinis, cum maximo dolore, intra parvum tempus liberatur eodem mense & anno. Maria Stigillo de Bruzano, à gravissimo dolore dorsi totaliter liberatur eodem anno & mense.

Ex cap. 30. Marcellus Sicilianus, à febri continua per sex menses liberatur eodem mense & anno. Salvator Politano, à dolore infra sinistrum dorsum, & à magno periculo vitæ liberatur ad medium Martij eodem anno. Cæsar Glioſi, à continuo & acuto dolore brachii dextri per unum mensem liberatur eodem mense & anno. Joannes Baptista Dianus de Bruzano, à dolore continuo ventris per quatuor dies liberatur eodem mense & anno. Salvator Sicilianus dolore colli afflictus per tres dies, sanatur 1. die Aprilis eodem anno. Agatha Padramiti de Bruzano, a febri continua per sex menses & dolore ventris per tres dies liberatur circa diem 26. Februarij eodem anno. Paula Zaggeta, à tumore uteri per undecim menses cum aliis infirmitatibus sanatur die 1. Martij eodem anno. Elisabetha Armene, à febri cum punctura, & dolore capitis post menses quinque, liberatur eodem mense & anno. Eleonora Constantia, a febri putrida per tres dies liberatur ad ultimum Februarij eodem anno.

Ex cap. 31. In terra Bruzani, ex massa absque fermento fit mirabiliter panis optimus ad finem Quadragesimæ, eodem anno. In Carere Diœcesis Gerazen. etiam Angioleta Barbaro fecit optimum panem absque fermento ad annum 1639. Franciſchela Botare, ex massa non fermentata fecit panem fermentatum circa eumdem ann. Antoniæ Carbone de S. Agatha Diœcesis de Reggio contigit aliud simile circa massam non fermentatam ad diem 22. Decembris eodem anno.

Ex cap. 32. Civitas Bruzani liberatur à magno terræ motu, qui totam Calabriam tremefecit ad diem 20. Martij, eodem ann. In eodem terræ motu quædam domus Petri Cavallerij, ab imminenti ruina liberatur, eodem die & mense. Michael Angelus infans a Cantanzaro, ab infirmitate capitis mirabiliter liberatur die 29. Martij, eodem anno. In eadem Civitate Cantanzari ventus vehemens quietatur repente in hieme, anno 1639.

Ex cap. 33. Franciſcus Andinus à Geraze infirmus à periculo magno vitæ liberatur die 8. Aprilis 1638. Antonius Francus de Geraze, à febri continua per tres menses liberatur in mense Septembris. Alexandra Lizino, a febri cum vomitu per integrum annum liberatur ad finem Maij 1638. Elisabetha Pedula de Siderno, à febri continua per 6. menses fuit liberata die 8. Decemb. 1638. Andreas Carlo de S. Agatha, à quartana continua per 16. menses sanatur circa diem 1. Septemb. eodem ann. Bernardinus de Limpidi, ab infirmitate eminentia per 20. annos liberatur die 25. Novemb. 1638.

Ex cap. 34. Joannes Thomaſius, à febri continua per decem menses statim fuit liberatus die 13. Martij 1639. Vincentius Buccia de Maida, à febri cum cessione per viginti menses statim fuit liberatus die 13. Martij, eodem anno. Joannes Dominicus Capello, ab inflammatione, & tumore stomachi & ventris cum febri per annos quatuor liberatur die 13. Martij, eodem anno. Lucretia Malerba, ab infirmitate colli, & inflammatione per quatuor dies liberatur die 13. Martij, eodem anno. Victoria Prode, à dolore acuto in dorso per septem menses liberatur die 13. Martij, eodem anno. Maria Dragone, à dolore lateris crudelissimo liberatur die 13. Martij, eodem anno. Felix de Ursigilia Capucinus, ab aspide sibilante mirabiliter liberatur in mense Julij 1646.

Ex cap. 35. Eleonora Janſi, à dolore in manu dextra post decem annos infirmitatis, die Martij 1639. Eleonora Pelaij, à dolore capitis cum vertigine, & stomachi cum vomitu liberatur die 13. Martij, eodem anno. Angela Donadeo de Maida, ab acuto capitis dolore cum febri, & inflammatione per annos 10. liberatur die 13. Martij, eodem anno. Eadem fœmina ab infirmitate stomachi, à dolore vehementi statim liberatur die 14. Aprilis, eodem anno. Cornelia Regio, à dolore capitis per annos circiter viginti statim liberatur die 13. Martij, eodem anno. Cornelia Vota, à dolore capitis per annos triginta cum febri & vertigine liberatur die 13. Martij, eodem anno. Prudentia Oliva, ab infirmitate & dolore capitis per annos ferè 46. sanatur die 13. Martij, eodem anno. Quædam fœmina Neapolitana vocata Fiore, ab infirmitate lunatica per multos annos sanatur in Quadragesima, anno 1643. Palma Rossa à febre maligna, cùm desperata esset, sana effecta est in mense Septembris 1647.

Ex cap. 36. Diana Nicotera, ab infirmitate linguæ, & colli cum alijs infirmitatibus per decem annos sanatur die 4. Martij 1639. Leandra Sotutto, à tumore in superiori parte colli cum magno dolore per annos 2. liberatur die 13. Martij, eodem anno. Dominica de Amato, ab infirmitate dorsi per quatuor annos liberatur die 16. Martij, eodem

eodem anno. Eleonora Nottaro, à tumore in collo cum magno dolore sanatur die 2. Aprilis eodem anno. Bernardina Priaro, ab infirmitate renum, & dorsi per viginti quatuor dies statim liberatur die 1. Aprilis eodem anno. Antonina Smare, in genu sinistro habens magnum dolorem per annum integrum, sanatur die 20. Aprilis eodem anno. Elisabetha Pelegrino, quartanaria per sex menses, statim sanatur in ultima septimana Martij, eodem anno. Dominicus Augustinus de Maida, à febri varia, & postea quotidiana post septem menses liberatur die 26. Martij eodem anno. Scipio Schitto, à febri tertiana continua per dies decem liberatur ad primum Aprilis eodem anno. Joannes Branca, à quartana per octo menses continua, sanatur die 10. Aprilis eodem anno. Dominicus Perriociolus, à febri continua per duos menses sanatur circa diem 10. Aprilis eodem anno. Vincentius Mazzia, à continua febri & maligna per 8. dies liberatur die 11. Aprilis 1639.

Ex cap. 37. Isabella Donato, à periculo abortus, & vitæ liberatur die 21. Martij eodem anno. Catharina Ferraro, ab alio periculo magno in partu liberatur ad medium Februarij 1640. Catharina Palombo, à febri cum punctura magna sanatur die 22. Martij 1639. Nuntia Cananzi, à febri & punctura statim fit libera intra Quadragesimam anni 1640. Hieronymus Fabius, ab ardenti febri cum inflammatione per 15. dies sanatur ad diem 1. Julij 1640. Joannes Sirletus, à tumore magno infra aurem sinistram sanatur ad finem mensis Julij eodem anno.

Ex cap. 38. In Panagia Diœcesis de Mileto, salvatur totus grex pecorum à quadam infirmitate ad medium Julij eodem anno. Grex etiam animalium Joannis Ciani liberatur à morbo ad primam diem Martij 1642. Commemoratio Conceptionis egressa est è cacabo, ubi grex animalium manducarat, intacta ad ultimum Junij 1645. In terra Quinquefrondium vas aceto plenum convertitur in vinum, ad diem 9. Februarij 1646. Quidam canis quasi mortuus per integram horam, reviviscit in hieme eodem anno.

Ex cap. 39. Margarita Jaconis, à magno tumore in stomacho per annum integrum liberatur ad 1. diem Julii. 1641. Joannes Baptista de Reggio, à quartana cum excessivo capitis dolore liberatur die 14. Septemb. eodem ann. Hyacinthus Fœdericus, à tumore per integrum annum cum magno dolore liberatur die 8. Martij 1642. Hieronyma Candelli de Pannagio, ab infirmitate hemicrania cum vertigine per sex annos sanatur die 30. Martij eodem anno. Victoria Comercio, ab infirmitate capitis cum vertigine per duos annos liberatur die 12. Martij eodem anno. Victoria Magliolo de Pannagio, ab acutissimo dolore capitis seu temporum cum alijs circumstantijs liberatur die 30. Martij eodem anno. Matthæus Schiavellus à Pannagio, à dolore acutissimo dorsi liberatur die 18. Aprilis eodem anno.

Ex cap. 40. Camilla Monigio, à magna sanguinis effusione cum vomitu, & febri sanatur in mense Julij eodem anno. Isabella Gariano, à magno dolore capitis cum vertigine liberatur die 15. Julij 1632. Placidus Honoratus de Messina, à febri maligna cum effusione sanguinis statim fit liber in mense Augusti 1643. Julia Gazzanita, febri & alijs infirmitatibus per duos annos afflicta, liberatur die 4. Octobris eodem anno. Camilla Tetino de Geraze, à periculoso partu per viginti duas horas fit libera die 26. Octobris, eodem anno. Laurentius de Sarazo, à febri quotidiana per novem menses sanatur die 17. Octobris eodem anno. Lælius Manitius Neapolitanus, ab evidenti periculo vitæ propter venenum liberatur die 12. Octobris eodem anno.

Ex cap. 41. Antonius Trovatus, à febri cum tumore colli liberatur die 18. Feb. 1642. Joseph Dominicus Trovatus, a febri magna per 5. dies sanatur ad 1. Martij eodem anno. Theodora Robere, à dolore totius corporis per annos duodecim liberatur die 22. Februarij eodem anno. Maria Monaco, à dolore capitis cum febri per annos duodecim liberatur die 22. Februarij eodem anno. Maria Lombardo, à partûs dolore & periculo per novem horas liberatur in mense Septembris 1639. Antonia Principato, à quartana per quinque menses fit libera ad primum Martij 1643. Antonia Cardillo, à dolore acuto stomachi per tres dies continuos sanatur ad medium Martij, eodem anno. Flama Soriano, ab internis doloribus corporis per quatuor menses sanatur die 20. Martii eodem anno. Franciscus Rocca, à febri quotidiana per multos dies liberatur in secunda septimana Martii eodem anno.

Ex cap. 42. Joannes Dominicus Prati, à vulnere magno in brachio sinistro sanatur die 26. Februarij eodem anno. Dominicus Tetto, à vulnere magno in manu sinistra sanatur die 26. Februarij eodem anno. Joannes Dominicus de Stollo, à vulnere in coxa statim sanatur die 6. Martij eodem anno. Isabella Creazo, a magno dolore capitis per annos viginti liberatur die 21. Februarij eodem anno. Marcia Celano, à dolore capitis per tres annos, & stomachi per unum liberatur die 24. Martij eodem anno. Petrus Catenella, a magno dolore lateris per tres dies liberatur in secunda septimana Martij eodem anno. Joannes Catenella, a magno dolore colli & vehementi liberatur die 21. Martij, eodem anno.

Ex cap. 43. Salvator Potamisi, ex febri in ultimo vitæ constitutus, sanatur in mense Martij eodem anno. Franciscus Toscanus, ex febri continua per decem & octo dies moribundus, sanatur in mense Martij eodem an. Quædam parvula terræ Bovæ, a punctura vehementi cum febri per tres dies liberatur circa medium Martij 1648. Hieronyma Muccio, a doloribus capitis, brachij, & dorsi liberatur die 10. Martij 1643. Isabella Cuppare, ab infirmitate oris cum febri, & inflammatione notabili per dies octo, sanatur in mense Martij 1648. Joannes Baptista Cumbo, quartanarius per sex menses, sanatur ad medium Martij 1648. Francisca Segliglia, à magno lateris dolore statim fuit liber in secunda septimana Martij eodem anno. Joannes Politus Laurenlanus, ob gravem infirmitatem in ultimis constitutus, sanatur ad medium Martij eodem anno. Catharina Manglavita, a magna oppressione capitis per decem annos sanatur ad annum 1648. in Quadragesima. Flavia Scordo de Bova, ab eadem infirmitate capitis etiam per 10. annos sanatur in mense Martij 1643.

Ex cap. 44. Vitavianus Lamanus de Nicastro, à dolore sinistræ manûs per quatuor menses sanatur die 11. Februarij 1644. Petrizia Lamana, à quodam dolore continuo in sinistro dorso liberatur die

die 14. Februarij eodem anno. Joannes Hieronymus Pavon, à vulnere in pede sinistro sanatur die 26. Februarij, eodem ann. Joseph Pavon de Tirolio, à vulnere in vola manus sinistræ sanatur die 16. Februarij eodem anno. Joannes Petrus Lamanus de Tirolio, à vulnere in fronte sanatur die 3. Martij eodem anno.

Ex cap. 45. Sancta Rossetta, à febri cum dolore capitis, & inflammatione vultûs sanatur ad medium Februarij eodem anno. Nuntia Pauleta, à dolore capitis & oculorum cum vertigine per annos 20. sanatur die 16. Februarij eodem anno. Laurentia Rosso, à descensu ad dorsum cum continuis doloribus per an. 18. sanatur circa diem 16. Februarij, eodem anno. Nuntiata Gollia, à viscerum dolore vehementi per 15. dies liberatur die 20. Februarij eodem anno. Christina Bentura de Tirolio, à lateris afflictione, & dolore per septem annos liberatur circa diem 18. Februarii eodem anno. Vincentius Ursanus de Tirolio, à crudelissimo dentium dolore liberatur die 18. Februarij, eodem anno. Petrus Cozzipodi, quartanarius post menses sex statim liberatur die 6. Martij, eodem anno.

Ex cap. 46. Marcus Antonius Vitalis, ab infirmitate magna, pro qua nullum humanum erat remedium, liberatur in mense Decemb. 1648. Paulus Amodius, à Physicis de salute desperatus & in ultimis constitutus, sanatur ad medium Januarij 1649. Multi habitatores Civitatis Bovæ Diœcesis Reggij liberantur à magna aquæ tempestate die 14. Februarij, eodem anno. Joannes Baptista de Maida, à magna tempestate aquæ cum tonitruis, & fulgoribus magnis liberatur in mense Novembris eodem anno. Antonius Morabitus de Atrasi, à magna venti, & aquæ tempestate liberatur cum aliis in mense Novembris 1646. Joannes Michaël Francoperta, cum aliis liberatur à magna venti tempestate in mense April. 1649. In terra Castilli de Cosolito, liberantur multi à magna aëris & pluviæ tempestate in mense Aprilis, eodem anno. Prædictus Joannes Michaël, à magna febri cum afflictione cordis liberatur die 1. Julij eodem anno. Maria Morra, ab imminenti partûs periculo feliciter liberatur, in mense Septembris eodem anno. In terra Maide, tempore necessitatis facta est pluvia magna die 25. Aprilis 1639.

Ex cap. 47. In terra de Geraze redeunt ad alvearium mirabiliter apes, die 1. Julij 1644. Alius similis contigit de apibus eventus in ipsa terra de Geraze, die 20. Augusti eodem anno. Fabius Bovæ, à magna febri, & delirio liberatur in mense Novembris 1649. Livia Sirleto, ab infirmitate capitis cum multis aliis circumstantijs liberatur die 17. Junij 1644. Francisca Angeleta, à periculoso partu per horas quindecim liberatur ad ultimum Julii eodem anno. Sylvester Biancus, à febri tertiana duplicata per novem dies liberatur in mense Augusti eodem an. Franciscus de S. Georgio, à febri continua per integrum mensem, & in extremis constitutus sanatur in mense Octob. eodem anno.

Ex cap. 48. Catharina Lico, à dolore stomachi, & etiam capitis per annos sexdecim liberatur die 11. Martii eodem anno. Isabella à Lico, à fluxu sanguinis narium per multas horas liberatur die ultima Martii 1635. Angela Currupi, ab infirmitate capitis per quindecim annos continua statim liberatur die 5. Martii eodem anno. Carbo... Flesca, à dolore capitis cum vertigine & ... continua per annos 18. liberatur die 5. M... tii 1645. Matthæa Fortuna, à magno capitis d... re, & continuo per quatuor annos liberatur ... Martii eodem an. Elcia Boloro, à dolore ... per quinque menses statim fuit liberata die ... Martii eodem anno. Dominicus Tocco, à ... continua & dolore capitis per quinque ... sanatur die 3. Aprilis eodem anno. Nicolaus ... tonius Lico, à tumore magno in sinistra ... stomachi liberatur die 5. Aprilis eodem anno.

Ex cap. 49. Ægidius de Fiore, in magna in... mitate penè moribundus, statim sanatur ad ... dium Julii eodem anno. Carolus à Fiore, ex ... & descensu in ultimo vitæ periculo consti... tus, sanatur die 16. Augusti 1647. Francis... Prato, à febri & vitæ periculo statim fuit libe... tus eodem mense 1645. Hieronyma Laboce... dolore partûs in ultimo discrimine vitæ ... stituta, liberatur die 6. Junii 1646. Eadem Hi... ronyma, à febri statim fuit libera post ... annos ab infirmitate antecedenti. Fabrinia ... boleta, à dolore lateris magno etiam fuit libe... tus eodem tempore, quo supra. Leonellus D... minicus Carafa, à febri & magno vitæ pericu... fuit liberatus in autumno anni 1645. Francis... Genoëse, à febri periculosa fuit liberatus mense Octobris 1646. Dominicus Poerius, à febri contagiosa percussus, & morti vicinus, sanatur ... 1. diem Novembris eodem anno. Beatrix Cri... de Monteleone, ex febri maligna in extre... constituta, sanatur in Januario 1647. Eadem fœmina, à multis afflictionibus internis & ex... nis fuit liberata ad annum 1641. Vincentius Purpura Panormitanus, ex Ordine Prædica... rum, à febri tertiana fuit liberatus in mense Ma... tii 1648. Joseph Cipola, ex Ordine Prædicato... quartanarius per annum integrum, fuit libera... in mense Octobris 1647. Carolus Conti de Reg... gio, ex febri continua in extremis constitu... liberatur die 11. Aprilis 1648. Vincentius Lo... chiano de Termine, ab infirmitate calculi cu... acerbissimis doloribus liberatur die 12. Apri... 1651. Catharina Schausa, deperditam omnem loquelã per integrum mensem reparavit eodem mense & anno. Margarita de Ayello, à quarta per septem menses habita liberatur eodem anno & mense. Hieronymus Piritinus homo puer... cùm haberet mulam in extremis constitutam ... buit recursum ad Immaculatam V. Concepti... nem, & sana facta est eodem anno. Rosalia Ap... tolo, ab infirmitate tanta, ut in ipso lecto se movere non posset, sanatur in mense Ma... eodem anno. In terra maritima Oliveri, liberan... mare à feris maritimis in mense Maij 1641. La... rentius Gimilinaus Capucinus, à febri continua & acutissima fuit liberatus in mense Septembr... 1648. Bernardus Candelorus Archipresbyter ... Reggio, ab imminenti mortis periculo fuit libe... ratus ad medium Decembris eodem an. Hyacin... thus Fabianus Sacerdos, à febri cũ acutissimis do... loribus cordis, capitis, & lateris sanatur die ... Aprilis 1649. Joannes Sideri, à febri maligna ... apostemate, statim liberatur in mense Octob. eo... dem anno. Franciscus Sideri infans, cùm jam ... morti proximus, reviviscit; declaratio extat die ... Aprilis 1649. Catharina Messaggio, jam in ... ta...

vitæ constituta, statim liberatur ad primam diem Junij eodem anno. Lucretia Tucare juvencula, jam pro mortua derelicta, mirabiliter reviviscit in mense Julij 1651. Philippus Orlandus de Messina, à doloribus continuis per tres annos, & semper cum febri, sanatur in hieme anni 1646. Joannes Philocamo de Reggio, à quinque hominibus armatis, & ipsum insequentibus liberatur die 5. Octobris 1650. In terra Calbarosi territorij Messan. hortus à vermibus totaliter devastatus, ad pristinum redijt statum in mense Aprilis 1649. Carolus Rabatechiore Januensis, à quinque hominibus ipsum obsidentibus, & à tribus bombardis seu glandinibus explosis liberatur in mense Novembris 1644. Idem Carolus, cùm esset in Satriano terra Calabriæ solùm cum quinque servis absque armis, insecutus à quingentis hominibus, liberatur in mense Martij 1647. Dominicus Curupi de Burgo parvulo Gerazen. à febri continua cum tremore statim sanatur in mense Augusti 1648. Hieronymus à Solazzo, ab infirmitate in brachio & manu dextra cum magno dolore & febri sanatur die 15. Augusti eodem anno. Martia Spilinga, à maleficio, ita ut nec ipsos parentes agnosceret per decem annos, liberatur die 14. Augusti 1641. Alias quatuor gratias factas diversis personis enumerat prædictus Auctor, capite 49. quæ quia fuerunt examinatæ & approbatæ, ut miracula supra in titulo fuerunt positæ. Alias gratias & sanitates enumerat R. P. Joseph Ventmiglia Societatis Jesu factas in Civitate Termin. in Regno Siciliæ, anno 1651. sed quia non fuerunt examinatæ, & juramento confirmatæ, ipse perfunctoriè narrat, & ego absolutè prætermitto: quæ autem & quales sint; potest videri in tomo 2. Fratris Thomasij de Geraze, cap. 49. fol. 478.

GRATIANUS Brixiensis, Ordinis Minorum Italus, in Expositione 2. libri Sententiarum, distinct. 30. & 33. quæst. 1. Utrum quilibet secundùm legem communem propagatus ab Adam, contrahat peccatum originale, secundùm communem legem, scilicet promulgatam à Deo? Omnis lex pati potest aliquam exceptionem, per speciale privilegium, *& sic Beata Virgo excipitur*, ut patet in figura Esther, capite 14. Non morieris Esther, non propter te, sed propter omnes facta est lex, &c. Sic incipit suam quæstionem; ac deinde respondendo ad primum argumentum, sic dicit: Et si arguas, quia inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, concedo majorem, Propheta non surrexit, ut dicit Lucas, vel sic, loquitur de natis ex muliere. Adam nō fuit natus ex muliere, & ita à Deo creatus, & ita (dempta Virgine) fuit nobilius individuum generis humani, cùm Deus ipsum creaverit; & similiter Eva de mulieribus, semper excipiendo Beatam Virginem. Et ad argumentum, negatur, quòd Adam corruperit hanc naturam numero, sicut nec hanc numero personam Virginis, nec aliorum; sed ipse se corrupit peccato personali, & in hoc demeritoriè totam posteritatem suam corrupit; & benè potest secundùm leges pater demereri pro filijs, sicut pater offendens Regem crimine læsæ Majestatis, punitur ipse in persona, & filij exhæreditantur, bonaq; exules. Ita Adam peccādo, omnes nascimur ex demerito ejus filij iræ, nisi speciali adjutorio quis adjuvetur, *ut piè tenemus de Beata Virgine, quam præveniendo redemit, ne rueret in peccatum mortale, & ne aliquando esset filia iræ, dando ei gratiam in illo instanti, in quo habuisset justitiam originalem, si Adam non peccasset*, &c. Lib. impress. Carpiæ 1506. in folio cum Paulo Scriptore etiam Ordinis Minorum. Et distinct. 20. Utrum filij procreati in statu innocentiæ fuissent statim confirmati in justitia originali? &c. inquit: Alio modo aliquis dicitur confirmatus in bono, quia non peccat in futuro; & in isto statu naturæ lapsæ multi fuerunt confirmati, quia non peccaverunt saltem mortaliter, ut sanctificati in utero, & Apostoli in die Pentecostes; isti autem potuerunt omnes, *excepta Virgine Beata, quæ non solùm mortaliter actualiter, nec mortaliter originaliter*; sed nec venialiter peccavit, &c.

GREGORIUS de Ayala & Astudillo, Poëta Hispanus, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, & sunt apud Didacum Cano de Concep. folio 106.

GREGORIUS Baptista Funcalensis, Monachus Benedictinus Hispanus, in Annotationibus ad cap. 13. sacrosancti Evangelij secundùm Joannem, annot. 27. columna 343. inquit: Hæc igitur spiritualis Ecclesiæ Luna, *tunc præcipuè cœpit innovari, quando in Annæ matris utero concepta est: ab eo namque instanti divini Solis radijs perfusa illuminationis cœpit initium*, quamquam ejus lux nostris statim oculis illapsa non fuerit, ut sic novæ lunæ in omnibus assimilaretur, quæ non statim ut primùm innovatur, apparet; sed aliquibus saltem decursis instantibus, & paulatim crescit, donec totum compleat orbem. Et infra, columna 352. Teneri autem omnes Christianos ad hoc neomenicum Virginis festum multoties exercendum, & quotidie renovandum, illud certè persuadet, quòd priusquam hæc divina Neomenia, *id est, Beata Virgo fuit concepta & nata*, jam ejus memoriam recolere tam Gentiles, quàm Pagani consueverunt, &c. Item, columna 341. Beatissimam Virginem Lunæ nomine convenientissimè intigniri; nam quemadmodum ubi primùm Luna *in cœlo innovata exurgit* (en nascendo Alva nova) reliquorum Planetarum lumen comprimitur, ita ut solius Lunæ claritas conspiciatur; ita ad MARIÆ lucem & claritatem, &c. Alia adducit in tota prædicta annotatione ex Sanctorum Patrum dictis, *quæ pro immunitate Virginis MARIÆ stare videntur*. Lib. impress. Conimbricæ 1621. in fol.

Item, in libro dicto: Completas de Christo, cantadas al Arpa de la Cruz por el mesmo, cap. 18. & 19. *Quòd in Virgine MARIA nulla fuit corruptela peccati, quia semper pura, &c.* Lib. impress. Ulyssiponæ 1623. in 4. Lege à fol. 75. usque 84.

GREGORIUS Camera Lara, Ordinis Minorum Hispanus, perpulchram disposuit imaginem pro tuenda *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ubi multa adducit pro hoc mysterio, cum auctoritatibus antiquorum Seraph. Religionis Auctorum, qui tutati sunt hoc mysterium. Impress. 1625.

GREGORIUS Daineff, Ordinis Eremitarum S. Augustini Belga, in libro De triplici mundo divino, angelico & humano, cap. 36. §. 3. fo. 301. ait: Et quis mortalium, quantumvis excellentis sanctimoniæ fuerit, se immunem à peccato pronuntiare verè potuit unquam? Ista est communis alea filiorum Adam, *unam si demas Virginem MARIAM, quam nec ipsa primi parentis noxa delibavit, &c.* Hoc idem refert alibi. Vide indicem. Lib. impress. Leodii 1639. in fol.

GREGORIUS Decimus tertius (Hugo Boncompagnus antea dictus) Pont. Opt. Max. Bononiensis, pro erectione *Ordinis Conceptionis Immaculatæ* in Hispaniarum Regionibus, atque Indiarum remotissimis plagis Bullas plures; quę videri possunt in nostro indiculo Bullarii Seraphici impresso Romæ, anno 1655. in 4. & in Nodo Indissolubili, Nodo 1. in communi.

Item, pro *Conceptione Virginis MARIÆ*, in Kalendario Romano annotationem Cæsaris Baronij approbavit. Venetijs 1611. in 4.

Item, approbavit officium *Conceptionis Virginis MARIÆ* Breviarij Toletani. Impress. Matriti 1593. & postea Antuerpiæ 1616.

Item, reformavit Martyrologium, seu Kalendarium Romanum, in quo die 8. Decemb. *Conceptio gloriosæ Dei Genitricis semper Virginis MARIÆ*, ut in libro impress. Antuerpiæ 1586. & Venetijs 1602. in 4. & Romæ Italicè 1636. in 4.

Item, expedivit Bullam adversùs propositiones Michaëlis Baij Lovanienſis Theologi, inter quas num. 69. enumeratur illa: *Nemo præter Christum est absque peccato originali.* Hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum; omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum fuerunt ultiones vel peccati actualis, vel originalis, &c. Quam quidem propositionem inter alias damnavit prædictus Summus Pontifex. Vide de hac materia Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 6. adnot. 1. fol. 348. Eam etiam adducit Pater Ripalda, tom. 3. de Ente supernaturali, fol. 1. Et P. Lorca in 3. part. licèt non extet in omnibus originalibus: quare autem sic factum fuerit, ignoro. De hac Bulla egimus latè in Libello Hispanico sub titulo: Soplòs contra los Atomos, scripto contra quendam P. Notitiosum Ordinis Prædicatorum. Extat etiam in nostro Bullario manus. extracta ex Camera Apostolica; ubi tempore Urbani VIII. fuerat impressa in charta expansa.

GREGORIUS Decimus quintus Pont. Max. (antea Alexander Ludovisius) Italus, Constitutionē *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* edidit fer. 3. die 24. Maij, anno 1622. in quą indixit silentium opinioni adversæ: præcepitque, ut omnes deinceps recitarent officium, sub hoc titulo *Conceptionis*. De quo vidimus novem impressiones distinctas; & Velazquez agit folio 347. Marrac. in Pontif. Marianis, fol. 228. & omnes moderni. Item, anno 1621. Aprilis 23. concessit centum annorum indulgentiam piè pronuntiantibus hæc verba: *Benedicta sit purissima, & Immaculata Conceptio B. Virginis MARIÆ.*

Item, *de eadem Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Bullas plures, quæ in nostro indiculo Bullarij videri possunt.

Item, scripsit Epistolam circa decretum à se editum *de Conceptione Virginis*, Philippo IV. Hispaniarum Regi. Marrac. fol. 131.

Item, scripsit aliam Epistolam Senatui Hispalensi de materia *ejusdem Conceptionis*. Marrac. fol. 233. Alia quamplura fecit hic Summus Ecclesiæ Pontifex, quibus suam maximam devotionem erga mysterium hoc Immaculatæ Conceptionis declaravit. Vide Armament. Seraph. Velazquez, &c.

GREGORIUS Ferrarius Ligur Italus, Societatis Jesu, *de heroica Virginis virtute, Immaculataque sanctitate.* Vide Allegambe in Bibliotheca, fol. 194.

GREGORIUS Gallicanus Mediolanensis, Ordinis Minorum, in libro: Mariale, seu Apotheosmata Sanctorum Patrum in omnibus Deiparæ festivitatibus & mysterijs, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* latè. Impress. Brixiæ 1624. in 8. à folio 87.

GREGORIUS Hernandez de Velasco, Poëta Hispanus, in traductione Jacobi Sannazarii de Partu Virginis, in principio inquit:

Aqui tengo una Virgen preservada
De culpa original, que en mi presciencia
Esta, excepto la general sentencia.

Lib. impress. Toleti 1554. in 8.

GREGORIUS Hurtadus de Mendoza, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Annotationum in Evangelia totius anni, &c. par. 2. folio 26. in libri integerrimæ, semperque Virginis MARIÆ Dei Matris Conceptionis festo, &c. In quo super Evangelium festi Immaculatæ Conceptionis post annotationem litteralem, ponit duodecim annotationes morales à folio 26. usque 70. Impress. Barchinonæ 1628. in folio.

GREGORIUS à Laurine, Ordinis Minorum Italus, in secunda Relatione Provinciæ reformatæ, agit de Monasterio Monialium Galatæ sub titulo *Sanctissimæ Conceptionis.* Item, quòd in dicta Provincia sunt Capellæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* octo in diversis Ecclesijs scilicet S. Crucis, Trinitatis, Putei, Summarum, Latinorum, Theatini, Guardiæ S. Anthemij, S. Julianis &c. relatio manuscrip. apud nos.

GREGORIUS Lazarus, Ordinis Prædicatorum, qui Auctor fuit Tarvisinus, & in Patavino Cœnobio PP. Prædicatorum Præses, recognovit Commentaria in Matthæum Rss. P. F. Nicolai Buccaseni Tarvisini, postea Benedicti XI. ac copiosissimo rerum notabilium indice locupletata, ut videre est in libro impress. Venetiis 1603. &c. Hic ergo in indice prædicto verb. Maria, dicit sic: *MARIA Virgo immunis à peccato*, folio 31. 3.

GREGORIUS Lopez Madera, Eques Sancti Jacobi Hispanus, scripsit Librum integrum de Conceptione Immaculata Beatissimæ Virginis MARIÆ, super Psalmum 44. Eructavit cor meum verbum bonum. Impress. Matriti, anno 1638. in 4.

Item: *Quòd MARIA Regina cœli, Mater Dei, & Domina nostra, fuit præservata à peccato originali, in vita S. Joannis Baptistæ*, excellentia 1. folio 5. Lib. impress. Toleti, anno 1617. in 4.

GREGORIUS Lupar, natione Hispanus, de Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ edidit Tomos duos. Impress. Matriti, anno 1638. in 4.

GREGORIUS Magnus, hujus nominis Papa I. ac Sanctissimus Ecclesiæ Doctor, edidit Precem tenoris subsequentis:

Salve, Ave sancta Parens
Omni prorsus labe carens,
Salve Virgo inclyta.
Ave Virgo radix Iesse,
Cujus mundus salvus esse
Meruit per merita.
Salve mundi lux, & vita,
Pretiosa margarita,
Per quam mors occiditur.
Ave Mater glorioſi,
Per quam caput venenosi
Serpentis conteritur.

Sic ad litteram extat apud Joannem Vitalem

in suo Defensorio, libro 4. capite 2. & in Joanne Alano, si à præcedenti est diversus, Ancilla 2.

GREGORIUS Manrique, Poëta Hispanus, edidit Poëma *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut extat in libro impress. Hispali 1616. in 4. fol. 33. Item, edidit aliud Poëma *pro eadem Immaculatæ Virginis Conceptione*, ibidem fol. 36. Item, *pro eadem Immaculata Conceptione* Cantionem unam, folio 50.

GREGORIUS Manuel, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Sermone de pompa funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 20. inquit: Omnes in Adam peccaverunt, y entiendese del pecado original, como lo declaran los Concilios, *y sale desta regla la Madre de Dios, por privilegio, y gracia*, y su Hijo por naturaleza. Vide ibi; nam latè prosequitur. Impress. Conchæ 1621. in 4.

Item, in Serm. de Sancto Ludovico Rege Francorum, folio 26. & 29. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*; & alia, quæ videri possunt ibidem. Impress. 1624. in 4.

GREGORIUS Martinez Segovienfis, Ordinis Prædicatorum Hispanus, tomo 2. Commentariorum in primam secundæ D. Thomæ, art. 3. dist. 1. Utrum omnes contrahant debitum contrahendi originale? inquit: Hoc dubium movetur propter Beatam Virginem, de qua his temporibus est peculiaris difficultas exorta, cujus resolutio in eo consistit, ut decreto de ejus creatione & justificatione, electioneque in Dei Matrem locus assignetur inter Dei decreta, quæ circa res ad extra habet. Ex positione enim hujus decreti dependet videre, utrum debitum contrahendi habuerit nec ne, &c. Deinde adducit sententias antiquorum circa collationem decretorum, & ait: Ex hac decretorum positione circa Incarnationem Verbi ab antiquioribus facta, moderni circa decretum de Beatæ Virginis creatione, justificatione, & in Matrem Dei electione mirabiles & plusquam falsas protulêre sententias, ut ipsam non solùm ab originali, sed etiam à debito illud contrahendi immunem faciant. Deinde adducit sententiam modernorum, & positis septem Conclusionibus, quibus oppugnat sententias modernorum, ponit hanc octavam Conclusionem. Octava Conclusio responsiva quæstionis contra omnes præcedentes sententias statuitur: Quòd Beata Virgo habuit debitum contrahendi originale; quam probat, respondetque ad argumenta Adversariorum. Deinde ponit dubitationem secundam: Utrum illa propositio universalis: Omnes in Adam peccaverunt, sit tenenda de fide in illo tertio sensu, sic quòd omnes de facto contrahant originale ab Adam? in qua ponit sequentes Conclusiones. Prima Conclusio: Post Concilium Tridentinum, ita est certum *omnes contrahere originale de facto (excepta Beata Virgine) quòd oppositum sit hæreticum.* Conclusio 2. Ante Concilium Tridentinum non erat expressa hæresis dicere aliquem de facto ex privilegio non contraxisse originale: erat tamen temerarium & proximum errori, &c. Et nihil ampliùs dicit de hac materia. Lib. impress. Toleti 1622. in folio.

GREGORIUS Mastrilius, Societ. Jesu Italus, de temporali generatione Jesu Christi, discur. 14. super illud: Benedicta filia tu à Domino, agit *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali, ac de ejus Immaculata Conceptione*, ferè per totum discursum, à folio 242. usque 263. Impress. Neapoli 1625. in 4.

GREGORIUS Nazianzenus, Sanctus, cognomento Theologus, natione Græcus, in tomo 2. suorum Operum, in Tragœdia, seu potiùs Tragicomœdia, dicta Christus patiens, à Roilleto Belnensi versibus exposita Latinis, ad finem fol. 297. inquit:

. . . . . Et Matrem tuam
Venerandam, ô Verbum admitte, & hos omnes
quibus,
Vt vincla solverent dedisti gratiam.
Veneranda, Virgo ô casta, fœlicissima
Quando Beata nunc beatorum in polo
Exuta quidquid fœcus humanæ sedes
Æternitatis pallio ornata, ut Dea
Habita senectæ expers, supremo ex æthere
Benigna adesto vocibus meis preces
Admitte Virgo, ô inclyta, hîc quando tibi
Verbi Parenti, sed supra modum tamen
Legemque solus inter omnes contigit
Honor . . . . . .
. . . . . Per fidem, quâ justior
Sum factus, & per gratiam tuam inclytam,
Quâ nuspiam ulla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce, texo nunc tibi memor
Gratumque carmen. O puella gratiâ
Æquanda nullis, Mater, & Virgo supra
Omnes decora Virgines, & maxima,
Quæ vincis omnes cœlitum jure ordines,
Regina, Domina, generis humani bonum.
Amica semper esto tu mortalibus,
Maximaque quovis in loco mihi salus.

Opera hujus Sancti sunt impress. Parisijs, anno 1583. & novissimè 1641. & alibi.

GREGORIUS Nazianzenus à Sancto Basilio, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Gallus, in libro dicto: L'adoption des enfans de la Vierge, dans l'Ordre, & la Confrairie de Nôtre Dame du Mont Carmel, parte 1. cap. 44. folio 393. Quòd Virgo Maria nunquam fuit terra maledicta per culpam, sed benedicta *& præservata à peccato originali*; & de devotione Universitatis Parisiensis erga *Immaculatam Conceptionem, &c.* latè. Item, parte 2. cap. 24. Quòd inter alia privilegia quæ habuit, *fuit exempta ab omni culpa & peccato, &c.* & alibi passim. Lib. impress. Parisiis 1641. in 8.

GREGORIUS Neocæsariensis Ponti Episcopus, cognomento Thaumaturgus, Sanctus, natione Græcus, in Sermone 1. de Annuntiatione Sanctissimæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ, sic inquit: Convenientem igitur Sanctam Mariam ex omnibus generationibus solam gratia elegit; nam prudens revera, ac sapiens in cunctis erat, nec similis ei ex universis generationibus ulla unquam est reperta; non sicut antea virgo Eva, sola in paradiso chorum agens, atque tripudians relaxata mente per injuriam ab auctore omnis mali serpente verbum suscepit, & sic sensu mêtis corrupta est, ac per ipsam fraudulentus venenum effundens, mortemque admiscens in omnem mundum introduxit; ac propterea omnis Sanctorum ærumna nata est; *verùm in sola sancta Virgine ejus lapsus reparatus est, &c.* Maria à gratia eligitur ex omnibus generationibus: igitur ejus generatio in gratia fuit, & à gratia incœpit, non à culpa. A gratia fuit electa Maria, non ex omnibus ætatibus, aut sæculis; sed ex omnibus generationibus, ut gratia

sibi generationem Mariæ vendicaret, & ipsius generationem solam sanctam & puram efficeret, ut quæ lapsum venerat reparare, nullum in se lapsum admitteret. Item, infra inquit Gregorius: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum; *ne dijudices gratiam ſecundùm naturam, legibus enim naturæ ſe ſubduci gratia non patitur*, &c. In Maria non est judicanda gratia ſecundùm naturam, ſed è contra, natura ſecundùm leges gratiæ perpendẽda est. Si igitur in Conceptione Mariæ judicanda est natura per gratiam, ut sit Judex gratia, & rea natura; Maria libera, immunis & absoluta per gratiam extitit; quia non ſecundùm leges naturæ, ſed gratiæ jura judicata est. Et infra: Convenienter igitur Angelus Sanctæ Mariæ Virgini primò omnium illud Ave, gratiâ plena, Dominus tecum præſignificavit, quia cum ipſa totius gratiæ theſaurus reconditus erat; *ex omnibus generationibus, hæc ſola Virgo ſancta corpore & ſpiritu extitit*, &c. Si cum Maria totius gratiæ theſaurus fuit; igitur & juſtitiæ originalis. Hæc enim extitit in primis parentibus theſauri gratiæ prima gemma, ſeu unio; ſicque convenienter primò omnium dictum fuit Mariæ: Gratiâ plena; quia quod primò ei dictum in Conceptione filij, primò factum fuerat in Conceptione Matris. Præſignificavit hoc verbum Gratiâ plena in Conceptione Chriſti (inquit Gregorius) & quid præſignificavit? Præteritâ præſervationem: in Conceptione Mariæ. Si ex omnibus generationibus ſola Maria fuit ſancta corpore & ſpiritu, hoc non de vita, ſed de generatione intelligendum est: quia in vita multæ fuerũt virgines ſanctæ corpore & ſpiritu; in generatione verò ſola Virgo fuit ſancta. Ex his verbis deduxit ejus interpres Gerardus Boſſius immunitatẽ Virginis à peccato originali: lege ejus diſcurſum ſupra. Infra: Qui ex terra virgine creavit hominẽ, & ex illius latere ac coſta Evam aſſumpſit, hic Dominus tecum, & rurſum ex te. Agite igitur chariſſimi, & nos Angelicam conſectantes laudem, debitum pro viribus grati perſolvamus, dicentes: Ave, ac gaude gratiâ plena. Tuum enim verè est avere, atque gaudere; *quoniam tecum divina gratia, ut novit, habitationem elegit*, cum ancilla Rex gloriæ; cum ſpecioſa ſpecioſus formâ præ filijs hominum; *cum impolluta*, qui ſanctificat univerſa, &c. Si electa fuit, ut divina gratia novit: interrogo; noveratne gratia divina creare, vel producere aliquem à primo ſuæ formationis inſtanti immunem à peccato? Noverat ſanè in Adamo, & Eva; igitur elegit Mariam, ut novit; & in primis parentibus ſignum ſuæ ſcientiæ dederat, & ſic novit eligere, ſicut cum Patre Matrem, cum Adamo Evam, & ſic cum ancilla Regem, cum ſpecioſa ſpecioſum, & cum impolluta impollutum. Impolluta enim eſſe non poterat quoad animam, ſi in primo animationis inſtanti à peccato originali fuiſſet polluta. Item infra: Ave gratiâ plena, fons lucis, qui cunctos in ipſum credentes illuminas. Ave gratiâ plena, intelligibilis Solis oriens, & flos vitæ *immaculatus*. Ave gratiâ plena, pratum fragrantiſſimum. Ave gratiâ plena, vitis ſemper virens, quæ animas glorificantes te lætificas. Ave gratiâ plena, ager, qui non exaratus, fructus profert pulcherrimos, &c. Si Maria fuit fons lucis; quomodò in primo inſtanti ſuæ vitæ obtenebrata exiret? Si vitis ſemper virens; quomodò in radice marceſſit? Et ſi ager non exaratus à viro, quod poterat eſſe ſine culpa; quomodò exaratus ab originali, quod nõ poterat eſſe abſque peccato & macula? Et ſi flos vitæ immaculatus; quomodò maculata? Item infra: Et ſicut margarita ex duabus naturis, ex fulgore ſiderum, & aqua occultis quibuſdam indicijs ortus maris provenit; ita quoque Dominus noſter Jesus Christus inconfuſè, & immutabiliter ex *pura, ac caſta, & impolluta*, ac Sancta Maria Virgine progreditur; in Deitate perfectus, & humanitate perfectus; Patri per omnia ſimilis, & nobis per omnia conſubſtantialis; ſed omnis peccati expers, &c. Pura fuit Maria in ſua Conceptione, caſta in Incarnatione Filij, & in tota vita ſua impolluta. Perfectus fuit Chriſtus in Deitate, quia à Patre immaculatiſſimus proceſſit (ut infra dicit Gregorius) & perfectus etiam fuit in humanitate, quia à Matre Immaculata natus. Et ſi Patri per omnia ſimilis, per omnia non diſſimilis Matri. Nota perinde illa Gregorij verba, ad exprimendam omnimodam puritatẽ Chriſti: *Omnis peccati expers*. Ergo quando Patres antiqui loquentes de Maria, utuntur eiſdem verbis, omnimodam puritatem Virginis voluerunt exprimere. Et infra: Vere enim arca est ſanctiſſima Virgo intrinſecùs, & extrinſecùs deaurata, *quæ univerſum ſanctificationis theſaurum ſuſcepit*, &c. Si Maria univerſum ſanctificationis theſaurum ſuſcepit; igitur & ſanctificationem ante peccatum. Sanctificationis enim theſaurus ex duplici parte cõponitur, ſcilicet ex ſanctificari ante culpam, & poſt culpam, ut in Angelis & hominibus; de quibus latè agimus in Sole Veritatis Auctore 1. Et ſic Maria ſanctificata fuit ex potiori theſauro ſanctificationis. Non enim est æquanda hominibus, quæ est ſuper Angelos.

Item, in ſermone 2. de eadem Annuntiatione Sanctiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, ſic inquit: Ave gratiâ plena; quæ abſque dolo ad eam facta est, quoniam & prima omnis ſapientiæ, & ſalutaris doctrinæ in novo Teſtamento illa nobis ſalutatio à Patre luminum emiſſa est. Gratiâ autem plena, dicens, omnem naturam humanam amplexus est: *Ave gratiâ plena in ſanctæ conceptione*, & glorioſo partu, &c. Si in illo Ave gratiâ plena, omnem naturam humanam amplexus est; igitur & naturam in ſuo principio, prout fuit in Adamo & Eva, ſcilicet naturam in juſtitia originali exiſtentem, & ab omni nævo & macula liberam. Item, ſi in illa ſancta Conceptione intellexit Gregorius Conceptionem paſſivam; expreſſiſſimus est pro pia ſententia. Et infra: Nam quoniam Sancta Maria in carne dum eſſet, *puriſſimam* vitam, omniq; genere virtutum excultam, opimamque ſupra humanæ naturæ conſuetudinem gerebat; ideo æterni Patris Verbum carnis ex ea & perfectam humanam naturam ſuſcipere dignatum est, &c. Si, dum fuit in carne, puriſſimam vitam geſſit Maria, à primo ſuæ Conceptionis inſtanti fuit in carne, atque ab ipſo inclusè puriſſimam vitam geſſit: & hoc ſupra humanæ naturæ conſuetudinem fuit; nam naturæ conſuetudo est non à puritate incipere, ſed à nævo, peccato & macula. Et infra: Ave gratiâ plena. Tu enim, quæ reverà gaudio ſunt digna, agis; *quamobrem immaculatam induta es veſtem*. Ave gratiâ plena, nam per te gaudium omni diſpenſatur creaturæ, genique humanum antiquam dignitatem recuperat. Cumque puritatis, atque integritatis *immaculatum* ſimulacrum eſſet aſpectum, ipſa Angelicum ſic

plures

plures ex Prophetis) non formidavit, &c. Ex his Gregorij verbis deducitur, quòd, si quando anima infunditur corpori, vestem humanitatis induimus, si hæc in Virgine Maria fuit immaculata; igitur absque maculâ concepta, ut sic genus humanum antiquam recuperaret dignitatem. Cumq; à peccato originali ortum habeat, quòd homo viso Angelo trepidet & turbetur; ideo Maria aspectum Angeli non formidavit, quia peccatum non contraxerat originale. Propter hoc enim formidavit Adam Angelum positum in paradiso terrestri. Inferiùs verò: Non solùm enim tibi, quod nihil timendum est, sed & fiduciæ rationem in novam, cunctæ per me cœlestes te sacram Virginem salutant: quin & ipse cœlestium omnium Potestatum dominator ex omni creatura te sanctissimam & ornatissimam elegit, *& per sanctum, ac castum, purum, atque impollutum* ventrem tuum fulgentissima margarita, in salutem totius terrarum orbis progreditur, &c. Timor, ut supra dicebam, in homine respectu rerum cœlestium à primæva dimanabat culpa; ideo abscondit se Adam ad vocem Dei deambulantis in paradiso, sed cùm Maria illam non contraxerit, nihil sibi timendum erat. Paveant omnes, quia participando naturam, contrahunt cum culpa timorem; *sed tibi, ô MARIA, nihil timendum est; quoniam & tu sancta omni humanâ naturâ gloriosior ac purior, sanctiorque effecta es, ac nive quidem candidiorem habens mentem; quo vis autem auro, quamvis probato, purificatum magis corpus.* Verba sunt ejusdem Gregorij. Et si omni humanâ naturâ gloriosior, purior Maria ac sanctior; igitur & Adami in statu innocentiæ excessit puritatem, & à peccato immunitatem; ideoque dicitur pura, & impollura. Et infra inquit: Omnia enim fecit Salvator, non ut sibi ipsi virtutem compararet, sed ut nobis vitam conciliaret æternam. Ad imaginem quippe Dei hominem formans in paradiso deliciarum, jussit eum dirigere. Cæterùm diaboli invidiâ is deceptus, & divini præcepti transgressor factus, morti se obnoxium reddidit: quapropter & qui ex ipso geniti sunt per successionem, hæreditario debito obstricti, dãnationis sententiâ mulctati sunt. Regnavit enim mors ab Adam usque ad Moysen; benignissimus autem Dominus cernens plasma proprium à morte detineri, non in finem usque aversatus est hominem, quem ad imaginem suam fecerat; sed per singulas eum generationes visitans non reliquit. Et antea quidem Patribus ostensus, & in lege prædicatus, ac in Prophetis assimilatus salutarem dispensationem suam prænuntiavit; quando porrò venit plenitudo temporum glorioſi adventûs sui, Archangelum præmisit Gabriël ad Mariam Virginem, qui lætum ipsi nuntium deferret. Hic autem ab ineffabilibus supernis potestatibus ad Sanctissimam Virginem deveniens, primùm illis verbis: Ave gratiâ plena, ipsam compellavit ac salutavit. Qua quidem verborum voce ad eam facta, in ipsa mox auditione Spiritus Sanctus Immaculatum Virginis templum ingressus est, *& sanctificata est mens ejus simul cum membris*, &c. Ut originale peccatum curaret Verbum, immaculatum quæsivit templum: supervenit igitur Spiritus Sanctus in Virginem sanctificans ejus mentem cum membris, qui priùs in Conceptione membra sanctificarat cum mente. Et immediatè post: Stetitque natura ex adverso, & concubitus procul cum stupore spectantes naturæ Dominum præter naturam rem admirabilem in corpore perpetrantem: & per quæ diabolus arma decertaverat, per contraria nos Christus liberavit assumpto corpore, quod pati posset, ut nostrum; ut deficienti humano generi majorem gratiam tribueret; & ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia. *Convenienter igitur gratia ad Sanctissimam Virginem est missa*, &c. Nota hoc; nam si convenienter est gratia missa ad Mariam in Conceptione Filij, quia omnia, quæ necessaria erant pro illa Conceptione, ei fuerunt ab Spiritu Sancto administrata; sic etiam pro Conceptione passiva Matris: quia stetit natura ex adverso, & peccatum procul cum stupore spectantes naturæ Dominam ac Reginam. Item infra: Quid enim splendore Virginitatis illustrius? Quapropter & virgines denominant, qui rectè essentias earum conjciunt: quòd si tantum est bonum habere cor virginitate præditum, quantum tandem erit caro, quæ cum animo virginitatem coluerit? *Sic & Sancta MARIA in carne dum esset, vitam incorruptam, atque Immaculatam possidebat*, &c. Cùm ergo vita incipiat à primo Conceptionis instanti, ab illo vitam incorruptam & immaculatam habuit, ut sic esset in animo Virgo purissima, quæ in carne futura erat Virgo pœnitus intacta. Item infra: Vox igitur Mariæ efficax fuit, & Spiritu Sancto replevit Elisabeth. Exultavit infans in utero ejus, & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, ac veluti ex perenni quodam fonte, instrumento linguæ flumen charismatum per prophetiam cognatæ suæ immisit, & pedibus infantis in utero colligatis saltum & exultationem suppeditavit, quod quidem miraculosi tripudij symbolum, signumque erat: *nam ubi gratia plena advenit*, gaudio cuncta repleta sunt, &c. Peccatum originale pedes alligaverat Joannis; sed adveniente gratiâ plenâ Maria, soluta sunt vincula infantis in utero, in symbolũ & signum, quòd numquam Mater Dei tali fuerat ligata vinculo. Item infra: Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ ac testamenti, quod dispositit cum Abraham, & semine ejus in sæcula. Vides, quo pacto Sanctissima Virgo, etiam Patriarchicam superaverit perfectionem, confirmaveritque testamentum Dei ad Abraham dicentis: Hoc est testamentum, quod statuam inter me & te: ideoque veniens, suum ad Abraham confirmat testamentum, *mystice signum circumcisionis accipiens*, &c. Maria superavit Patriarcham Abraham, cui facta est repromissio per signum circumcisionis, quod erat contra peccatum originale contrahendum ab omnibus filijs ejus: non autem tetigit Mariam, quæ fuit supra Abraham in perfectione, &c.

Item, Sermone 3. in Annuntiationem Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ: Mense sexto (inquit) missus est Angelus Gabriël à Deo ad Virginem desponsatam viro. Missus est Gabriël, ut totius mundi salutem annuntiaret. Missus est Gabriël, *ut revocationis subscriptionem Adamo referret*, &c. Missus est servus incorporeus *ad Virginem inviolatam, atque immaculatam.* Missus est à peccato liber ad eam, *quæ omnis corruptionis expers erat*, &c. Nota verba in hac auctoritate signata, quia expressè indicant Mariæ puritatem. Et infra: Cui nomen erat Joseph. Audi, quid de hoc viro, & Virgine dicat Propheta: Dabitur (inquit) liber hic obsignatus viro ferenti litteras. Et quis iste obsignatus est li-

ber, *nisi omninò Immaculata Virgo*? A quibus datur? A Sacerdotibus scilicet. Cuinam viro? Fabro Josepho,&c. Et dicet: Non possum legere. Cur non potes legere,ó Joseph? Non possum(inquit)legere; nam liber obsignatus est. Cuinam servatur? Rerum omnium creatori pro domicilio custoditur, &c. Ad requirendum Adam, qui erraverat meis commotus miserationibus, descendere propero; peccatum inveteravit eum, qui ad imaginem meam formatus est, & opus manuum mearum debilitavit,pulchritudinemque à me confectam obscuravit; lupus meum alumnum devorat; paradisi domicilium desolatur; lignum vitæ à flammeo custoditur;campus deliciarum clausus est; oppugnanti misereor, & hostem comprehendere volo; mysterium hoc cunctas virtutes cœlestes latere cupio,quod tibi soli confido. Vade igitur ad MARIAM Virginem, abi ad animatam civitatem, de qua dicebat Propheta: Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Abi ad paradisum meum ratione præditum;abi ad portam orientalem; abi ad domicilium Verbo meo dignum; abi ad alterum, quod in terra est,cœlum; abi ad nubem levem, & adventûs mei imbrem ipsi annuntia; abi ad sanctuarium mihi præparatum; abi ad Incarnationis meæ cubiculum; *vade ad purum meæ secundùm carnem Nativitatis thalamum*;loquere in auribus arcæ meæ ratione præditæ, ut auditionis mihi paret ingressum:sed cave offendas, aut conturbes Virginis animum. Humaniter, ac placidè coram *divino* illo sacrario compareas, primamque ipsi gaudij vocem nuntia. Tu illud Ave gratiâ plena ad MARIAM dicito, ut ego ærumnosæ, atque afflictæ miserear Evæ, &c. Perpende,quomodò elogia hîc contenta stare possint cum peccato originali. Item, infra ad finem sermonis inquit: Tunc igitur Angelus Dei jussa in se recipiens, & exequi volens, Virginem adijt, & clara eam voce compellavit dicens: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Non ampliùs diabolus erit contra te; *nam ubi antea hostis ille vulnus inflixit, illic primum nunc medicus salutis medicamentum adhibet.* Unde mors prodijt,inde vita sibi egressum paravit;per mulierem mala fluxerunt, & per mulierem bona emanant. Ave gratiâ plena;ne quòd mulier damnationis causa extiterit,erubescas: Judicis enim,& Redemptoris tu Mater eris. Ave *Immaculata,&c.* Lib. impress. Parisijs 1624. in fol. & etiam in 4.

GREGORIUS Nuñez de Sotomayor, Ordinis Sancti Augustini Hispanus,edidit Concionem *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ contra peccatum originale*; & extat impressa cum alijs Granatæ, folio 309.

GREGORIUS Nunnius & Coronel, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro de vera Christi Ecclesia, libro 9. folio 447. inquit: Te etiam atque etiam,Christe Fili Dei vivi, cujus isti Matri sanctissimæ, quæ salutem attulit mundo, *quando te pretiosum lilium convallium Virgo innocentissima in lucem edidit*,&c. Audacissimam Elisabetham,quæ ex impurissimis lumbis egressa, non nisi lachrymas, &c. Lib. impress. Romæ 1594. in 4. Tangit historiam illius Elisabethæ Angliæ Reginæ audacissimæ, quæ publico edicto sancivit, ut in die Nativitatis gloriosissimæ Virginis Dei Matris MARIÆ, ipsius Elisabethæ iniquus natalis dies celebraretur. Sed pro nostro assumpto nota illud: Quæ ex impurissimis lumbis egressa; quasi inde extollenda & laudanda cœlorum Regina MARIA innocentissima: quia eximpurissimis lumbis egressa illa in peccatis genita, sed MARIA ab omni peccati macula contagio libera.

GREGORIUS Nyssenus S. ac Basilij magni frater, in Oratione de Natali Domini,fol. 446. loquens de Virgine MARIA, sic inquit: Veram, quia carnem Deo consecratam,tanquam sanctum aliquod oblatum munus;oportebat *intactam, integramque præstare, &c.* Si enim ad Incarnationem Verbi oportebat intactam, & integram servare carnem à viro; quare non & animam à peccato? Quia illa potuit esse sine Dei offensa, hæc vero non. Et infra hæc habet: Per hominem mors, & per hominem salus;primus in peccatum lapsus est, jacentem secundus suscitavit; à muliere mulier defensa est; prima peccato aditum patefecit, *hæc ut justitiæ pateret aditus,ministra fuit*; illa serpentis consilium est secuta, hæc serpentis interfectorem exhibuit, & lucis Auctorem in lucem edidit. illa per lignum induxit peccatum,hæc per lignum gratiam intulit: lignum autem crucis intelligo, &c. Hæc verba,licèt à longè, puritatem Virginis MARIÆ videntur respicere: quia per MARIAM ab titia originalis quasi habuit aditum ad Christum.

Item, in libro de Virginitate, cap. 13. fol. mihi 396. sic inquit: Neque enim fieri poterat,ut hominum genere è nuptijs procreato, mors unquam cessasset; sed superiores omnes hominum aetates prætergressa,cum his etiam,qui hanc vitam ingrediuntur, simul jam illa percurrens, virginitatis muneris sui terminum invenit,quem porrò transire difficile est: tanquam Dei Matris MARIÆ tempore *ab Adamo usque ad eam regnum mors obtinuerit*, posteaque sola effecit,ut cùm tanquam ad lapidis aliquem virginitatis fructum mors offenderet, *ea contrita sit*,&c. Cùm ergo secundùm Gregorium mors ab Adamo originata in MARIA contrita fuerit, cur non & peccatum originale, cùm de hoc dictum expressè fuerit: Ipsa conteret caput tuum?

Item, aliqui citant pro omnimoda Virginis immunitate ac puritate illa ejusdem libri de Virginitate verba: *Incorrupta utique est Virgo illa sanctaque labe carens.* Lib. impress. Coloniæ 1617. in fol. alibi;ut videre est in Sole Veritatis.

GREGORIUS de Ortega, Doctor Medicus, ediditHieroglyphicum *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impress. cum aliis Bonæ 1618. in 4. & aliud extat ibidem, folio 80. & aliud, folio 76. & 84.

GREGORIUS de Pedrosa, Ordinis S. Hieronymi, atque Episcopus Vallisoletan. in Sermone de Beata Virgine MARIA vocat *ejus mundum ac sanctitatem, Immaculatam puritatem*, Hispanice *limpieza.* Extat impress. cum aliis in Sacrario Toletano à folio 113.

GREGORIUS de la Peñuela Mendez, Hispanus Granatensis, dicavit Philippo IV. Hispanarum Regi librum sic inscriptum Hispanicè: Elogios à MARIA Sanctissima, que consagra en templos suos las celebridades devotamente Granada, *con limpieza pura de su Concepcion*,&c. Lib. impress. Granatæ 1651. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis pullulantis ex malo granato,per allusionem ad Civitatem.

GREGORIUS Ruiz, Ordinis Minorum Hispanus,& Provinciæ Conceptionis filius, in suo Controversiarum Theologicarum, in totum quatuor

tum Sent. Scoti, &c. Controversia 85. sub hoc titulo: An Virgo præclarissima, suppositâ innocentiâ perfectissimâ, quam semper retinuit, fuerit subjectum capax Sacramenti Extremæ-Unctionis, sic quòd licitè, & cum fructu potuerit illud recipere? & fol. 371. asserit, *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum actuale, nec originale.* Lib. impress. Vallisoleti 1613. in fol.

GREGORIUS Sayro, Ordinis S. Benedicti Anglus, habet Summarium lib. 4. cap. 15. circa *mysterium Conceptionis Virginis MARIÆ*, & contra affirmantes in concionibus popularibus aut alibi, ubi populus utriusque sexûs concurrerit, ita unam partem, ut contrariam refellant, quas pœnas incurrere debeant. Extat in suo lib. Thesauri Theologiæ moralis. Imp. Venetijs 1606. in folio.

GREGORIUS de Valentia Metinensis, Societatis Jesu Hispanus, tomo 4. Commentariorum Theolog. disput. 1. generali, quæst. 1. de Sanctificatione Beatæ Virginis: An Beata Virgo fuerit sanctificata, priusquàm nasceretur? punctum 1. Utrum B. Virgo fuerit sanctificata in ipso Conceptionis suæ momento, ita ut semper fuerit ab originali peccato immunis? punctum 2. Ubi pro certo statuit, potuisse quidem Beatam Virginem in ipso suæ Conceptionis momento divinitus per gratiam præservari à peccato originali, & quidem quoad omnia, etiam quæ quovis modo ad hoc peccatum pertinent: non fuisse tamen re ipsa divinitus liberatam, seu præservatam à peccato originali quoad omnia illud antecedentia & subsequentia, neque à debito incurrendi peccatum originale fuisse liberatam; *& si à peccato originali præservata, hoc tamen non fuit ex modo ordinario, seu Conceptionis, sed solum per gratiam singularis cujusdam privilegij*, & consequenter, quòd longè inferiori modo, quàm Christus Dominus fuit à peccato originali præservata, &c. Item, pro certo statuit, quòd in quæstione solùm controvertatur: Utrum de facto re ipsa fuerit B. Virgo in momento suæ Conceptionis liberata ab originali peccato quoad ejus essentiam, sive maculam? neutramque sententiam esse ex fide compertam; neque esse hæreticum, nec peccare mortaliter, qui alterutram defenderit contra quendam Barth. de Spina, & ejus discipulum, qui quodam tractatu de hoc argumento asseruerunt, repugnare fidei Catholicæ opinionem eam, quæ B. Virginem asserit fuisse conceptam absque peccato originali; *sed non obstantibus his spinis & aculeis, viget & floret in Ecclesia Conceptio Immaculatæ Virginis, sicut lilium inter spinas.* Tandem concludit, sententiam asserentem Beatam Virginem fuisse in sua Conceptione præservatam à peccato originali, longè probabiliùs & verosimiliùs, & multò magis piè defendi à Doctoribus plurimis, imò penè infinitis, quod probat latissimè per plures paginas. Et ibidem quærit: An B. Virgo sic etiam fuerit per gratiam sanctificata, ut nullum unquam, nec veniale quidem commiserit peccatum actuale: in puncto 3. & in sequenti: An Beata Virgo sic fuerit sanctificata, ut habuerit plenitudinem omnium gratiarum, *idque modo singulari, ac sibi proprio?* &c. Nota, quomodò semper vocet Beatam Virginem sanctificatam in utero, licèt ipsam præservatam à peccato originali pro viribus defendat ac tueatur.

Item, tomo 2. disput. 6. quæst. 11. de Peccato originali, puncto. 2. affirmat *Virginem MARIAM fuisse immunem à peccato originali*, agitque de Constitutione Sixti IV. & indulgentijs concessis professo Conceptionis. Quæ omnia reperies in tomo 4. à columna 352. usque 392. Lib. impress. Venetijs 1608. & Lugduni 1619. in folio.

GREGORIUS Valentianus à Marsalia, Ordinis Minorum Siculus, in libro: Hymnodia sacra Patrum, &c. fol. 173. ad illud: Sumens illud ave, inquit: Lætari potes, ô Maria, sed præcipuè, *quia immunis es ab omni peccato originali* & actuali, &c. Et ad marginem adducit auctoritates S. Bernardini Senensis, & S. Bonaventuræ. Lib. impress. Venetijs 1646. in folio.

GREGORIUS Virsalus, Doctor Theologus, scripsit Sermones Adventuales super librum Esther, in quibus latè affirmat *Dei Matrem MARIAM ab omni peccati nævo fuisse immunem ac liberam*, ut adducitur à R. P. Daniele Agricola, in Corona Conceptionis, folio 175. à tergo.

GREGORIUS Ulyssiponensis, Ordinis Minorum, ac S. R. E. Cardinalis, cum Oliverio Neapolitano Protectore Ordinis Prædicatorum, ex Decreto expedito ultima die Maij anni 1502. innovavit Constitutionem Sixti Papæ IV. prohibuitque, ne Prædicatores in suis ad populum sermonibus ullam omninò mentionem facerent de *Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ, &c.* Vide de hac re alia verba apud Spondanum, ad annum 1494. num. 14. & Bzovium.

GREGORIUS Undecimus Pontif. Max. circa annum Domini 1377. approbavit revelationes S. Birgittæ, in quibus extant illæ *de Immaculata Virginis Conceptione* expressæ & celebres; ut videre est in Prologo ipsarum revelationum, & in Joanne Serrano, lib. 2. cap. 8. num. 2. & Antonio à Leone, classe 9. & in originali manuscrip.

GUALTERUS Daniel Anglus, Ordinis Cistercienſis, edidit duos Libros circa controversiam *de Conceptione Virginis MARIÆ*, exortam tempore S. Bernardi inter Petrum Celensem, & Nicolaum Albanum. De quo lege Angelum Manrique, tom. 2. Annalium ad annum 1171. cap. 7. ad finem, lib. impress. Lugduni, anno 1642. Pitseum, & Leonem classe 6. & etiam Possevinum in Apparatu, folio 692.

GUANDULPHUS de Urbino, Ordinis Minorum Italus, in libro de Nobilitate Virginis Mariæ, affirmat *ipsam exemptam fuisse à peccati originalis macula*, ut dicit Antonius Daza libro de Conceptione, cap. 6. fol. 48.

GUARINUS N. scripsit de fundatione Ordinis Militaris *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, erecta à Garcia Rege Navarræ, ut refert Josephus Micheli in suo Theatro Militari, fol. 17.

GUARRICUS Ignatiensis Abbas, necnon Sancti Bernardi discipulus, in Sermone de Purificatione Sanctæ Mariæ, in principio sic inquit: Quid enim in ea purificandum esse potuit, quæ Virgo concepit, Virgo peperit, Virgoque permansit; *imò quæ in ipso Conceptu planè purificata fuit*, si quid fortè minus ante puritatis habuisset? &c. Ex his Guarrici verbis colligitur, quomodò antiqui Doctores utebantur verbo *purifico*; ait enim, quòd Virgo in ipso conceptu Verbi purificata fuit, si quid minus puritatis in ea erat; nec tamen ex ijs & similibus verbis colligitur, quòd in Virgine Maria tempore incarnationis fuerit macula, vel aliquis minimus defectus. Ita, licèt in aliquibus antiquis

Docto-

Doctoribus audias, quòd in sua Conceptione fuerit purificata, mundata, purgata; non inde infertur, eam originalem habuisse maculã. Hoc notavi ad excludendas continuas consequentias Adversariorum, ex his tribus verbis communiter deductas. Fuit enim purgata in suo Conceptu passivo, sicut à Guarrico dicitur purificata in Conceptione sua activa. Et infra, fol. 203. Gratulor, & gratias ago tibi, gratiâ plena, quæ misericordiam genuisti, quam suscepi; cæreum præparasti, quem accepit: tu ceram ministrasti suscepto lumini, Virgo Virginum, *dum incorrupta Mater incorruptibile Verbum incorrupta carne vestisti*, &c. Hîc non loquitur Guarricus de incorruptibilitate solùm quoad Virginitatem; sed absolutè, simpliciter, & universaliter de omni incorruptibilitate tam animæ, quàm corporis. Cùm ergo conferat incorruptibilitatem Matris cùm Filij, & hæc fuerit omnimoda: ergo pariter & illa.

Item, Sermone 4. de eadem Purificatione, folio 124. inquit: O Mater *Immaculata*, Mater intacta, nonne tuæ tibi conscia es *puritatis*? Quare ergo tamquam muliebre aliquid in concipiendo vel pariendo fis passa, sic mundationis (quæ muliebri promissa est infirmitati) quæris remedia? & respondet: Decet nos omnem implere justitiam, ut quæ summæ Mater electa sum justitiæ. Novi ergo superbiam filiorum Evæ, quæ promptior est ad excusandum, quàm ad expurgandum commissa. *Necessarium arbitror, ut vitys originis antiquæ statim in initys omnia novæ generationis occurrant exempla. Mater prævaricationis peccavit, excusavit procaciter; Mater redemptionis non peccet*, & satisfaciat humiliter, ut filij hominum, qui de matre vetustatis traducunt vetustatem peccandi, de Matre saltem novitatis trahant humilitatem purgandi, &c. Sensus verborum Guarrici talis est: Vitium originis fuit excusatio, id est, originatum à primæva originali labe, sicque omnes antiquæ generationes cum originali contraxerunt & vitium: sed non illæ novæ generationes Christi, & Mariæ; quia sicut non contraxerunt originale, ita nec excusationis vitium. Peccavit mater prævaricationis Eva ab antiquo serpente persuasa, & inde statim excusatio est exorta; sed Mater redemptionis, cùm esset ab illo peccato immunis, non se excusavit: quo significavit se ab initio fuisse Immaculatam, prorsus intactam, & omnis puritatis Matrem. Et infra, fol. 125. inquit: Est quidem & in hoc ipso multa Domini clementia erga filias Sion; sed longè clementiùs, & mitiùs purificata est illa, quam prædicant beatam filiæ Sion, cui scilicet dictum est: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. *Hæc nempe supernæ virtutis obumbratio, vera fuit purificatio MARIÆ; non ista, quæ quadam mystica dispensatione tantùm specietenus hodiè celebrata est. Hæc planè fuit tota ac vera sanctificatio Matris & Filij*; sicut & Angelus exposuit ei: Ideo, (inquit) & quod nascetur ex te, Sanctum vocabitur Filius Dei. Antea namque purificanda erat natura mortalis, ut Deum conciperet, non posteaquam concepisset, cùm concepisse Sanctum Sanctorum summa sanctificatio sit, & eâ, quæ Mater ipsius sanctificationis effecta sit, nihil sanctius esse possit &c. Breviter illud perpende: Obumbratio facta die Incarnationis Verbi per Spiritum Sanctum, fuit perfecta Mariæ purgatio & sanctificatio: at in hac obumbratione, sanctificatione, vel purgatione nulla erat culpa in Maria, nulla macula, nihilq; purgatione, aut emundatione digna. Quomodò ergo, vel unde colligitur, & volumus libenter Adversarij, tanquam principium irrefragabile, & quasi per naturalem ac necessariam consequentiam deducere, quòd ubicumque in aliquis Patribus inveniuntur hæc verba, purgata, sanctificata, supponant culpam & maculam in Maria? Si obumbratio Spiritûs Sancti fuit purificatio vera Matris, & vera sanctificatio Filij, & tamen neque in Matre, neque in Filio fuit aliquid prius & rigorosè sanctificatione, & purificatione dignum, & hæc non obstant in Conceptione actuali, quare obstare debent in Conceptione passiva? De hoc alibi latiùs.

Item, Sermone 1. de Assumptione, fol. 337. inquit: Sanè omnium Beatorum Beatissima est Maria, *quæ de numero omnium electorum singulorum electa & prælecta*, quoniam elegit eam Deus, elegit eam in habitationem sibi, &c. Illud *præ* aliquid singulare, ac extra communem electionem semper denotat in Virgine Maria. Dices, fundatur prælectionem respicere maternitatem: & quare non filiationem? Maria fuit prælecta ut Mater, prælecta ut Filia, prælecta ab æterno ut Mater, ut Filia concepta, nata & assumpta.

Item, Sermone de Nativitate Virginis, fol. 355. sic ait: Nata est hodie Mater nova, quæ matris maledictionem dissolvit, ut per illam benedictionem hæreditatem possideant, qui perditi sub præjudicio maledicti æterni fuerant. Prorsus nova Mater, quæ novitatem attulit, quæ inveteratis, *vitiumque sanavit tam ingenitæ, quàm superadditæ vetustatis*. Prorsus nova Mater, quæ tam novo miraculo parit, ut pariat & Virgo sit, ipsa *que pariat, qui omnia Matremque ipsam nova creavit*, &c. Hæc Guarrici verba sic intelligo: ego nascens sanavit ingenitam vetustatem, & quomodò sanavit? Reddit rationem Guarricus: quia Deus novo miraculo, & novo modo ipsam inter omnia creavit, id est, omnia erant vetusto & ingenito peccato infecta: sed Mater inter omnia creata est novo modo, id est, absque illo inveterato, ingenito, & vetusto peccato. Item, infra fol. 167. inquit: In Maria tamen gratia singularis præ omnibus multipliciter floruit, *quæ tota pulchra intus & foris, & tota vernabat quadam floralem & venustate pudoris*, &c. Si tota pulchra intus & foris, & si gratia singulari floruit præ omnibus ipsa non fuit, ut omnes, fœdata intus in ventre matris, nec extra uterum orta. Per hoc enim agit Guarricus de Nativitate, non de alijs mysterijs; & ita fatendum est, quòd Maria tam intus, quàm extra uterum, semper fuit pulchra, & gratia singulari prædita.

Item, Sermone 2. de eadem Nativitate, fol. 359. inquit: *Vbi enim cor purum est, nulla est rugarum congentia bona, nulla est macula*; ubi fides non ficta, non est aliquid hujusmodi, quod oculis sponsi displiceat, &c. Fateor, quòd hæc verba protulit Guarricus generaliter, sed tamen cum sit sermo de Nativitate Virginis, & Maria per antonomasiam sit sponsa, de ipsa primò ac præcipuè intelligenda sunt. Ab instanti enim suæ Conceptionis habuit Maria cor purum, & conscientiam bonam, & ideo sine ruga, & sine macula, &c. Extat liber impress. Parisijs, & Lugduni 1630. in 8.

GVIBERTVS, Abbas B. Mariæ de Norigen-

to, Ordinis S. Benedicti Gallus, in libro de Laude B. Mariæ, cap. 8. inquit: Imber descendit, cùm Angelus ad Virginem verba incarnandi deposuit. Nix de cœlo venit, cùm se à Patre Sanctus Spiritus non Virgineum sublaturus, *sed candorem munditiæ et superexcellenter aucturus, infudit.* Qui enim potuit dare Conceptum priùs in ea per fidem, *cum actuali abolevit originale peccatum, &c.* Ex hoc probat R. P. Lucas de Acheri præservationem Virginis à peccato originali; ut videre est in lib. impress. Parisijs 1651. fol. 300. & 561.

GUIDO Brianſonius, Ordinis Minorum Doctor Parisiensis Gallus, in Opere aureo in quartum librum Sent. elaborato anno 1488. quæst. 2. corollar. 2. fol. 14. *Quòd Virgo MARIA fecit purificationem secundùm legis consuetudinem, quæ tamen non indigebat purgatione seu purificatione, sicut & Filius ejus, qui circumcisus fuit, licèt mundatus esset ab originali macula, &c.* Item, quæst. 4. docum. 1. folio 35. à tergo: *Quòd B. Virgo fuerit baptizata, nisi fortè Deus voluerit ipsam excipi ab illa lege, & de illa fuisset ratio dispensandi, &c.* Lib. impress. Parisijs 1512. in 4. Nota illud de Christo, *licet mundatus.*

GUIDO Catonis Friulienſis, Doctor, Legista ac Poëta, in Cantione de Virgine Maria inquit:

Vmile, è gloriosa
Figlia del figlio ch' ab eterno, &c.
E fortunata sposa
Di Dio cui Padre è parto esser le piazze
Sola senza peccato, &c.
Sancta prima che nata, &c.

Extat in libro: Il tiempo della Imperatrize de Cieli. Impress. Venetiis 1613. in 12. fol. 264.

GUIDO Servidus, Episcopus Volaterranus Italus, in Constitutionibus Synodalibus, in Tabula dierum festorum, & rubrica 40. agit de observatione *festivitatis Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ.* Vide verb. Volaterrana Ecclesia.

GUIDO Vanninus Lucheſis, Poëta Italus, in libro de Arte amandi Virginem, libro 1. folio 5. sic inquit:

Intactam hanc volumus primævi labe parentis,
Hæc generis fugiat publica damna sui.
Quam creo, sit nostris oculis gratissima semper,
Nullaq; venturæ corpora munda necet,
Hanc sine mortifero conceptam labe reatûs,
Semper & ætheream deveneyare Deam.
Quâ, capiendus erat, sedes, dominator olympi,
Purior Alpina debuit esse nive.
Exlegem voluisse suam servare parentem
Christigenis magis est credere nonne pium?

Lib. impress. in 4. absque anno & loco impressionis. Vide alia ibi.

GUILIELMUS N. vel Gulielmus (ut credo fuit Religiosus) fecit Postillas Majores tam Evangeliorum, quàm Epistolarum per annum, & adducit Sermonem sub hoc titulo: *In festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*, Epistola Proverb. cap. 8. Et Postillam incipit sic: In festo B. Virginis Mariæ pro Epistola præsens lectio secundùm sæculares legitur; quæ lectio principaliter exponitur de æterna Sapientia, &c. Quis autem fuerit iste Auctor, investigare non potui; nam in principio solùm dicitur: Postilla Guilerini super Epistolas & Evangelia de tempore, & de Sanctis, & pro defunctis, & de Passione Domini nostri Jesu-Christi, & de Planctu B. Mariæ Virginis. Hucusque titulus; & pro imagine habet visionem Apocalypsis, cap. 12. Mulier amicta Sole, id est, Virgo Maria. Impress. fuit hoc Opus Lipsiæ anno 1595. in 4. Simile Opus extat impress. cum præfatione Joannis Probenij Basileæ, anno 1612. etiam in 4. Istas Postillas existimo non esse distinctas ab alijs editis sub nomine cujusdam Fratris Guiliermi, de quibus vidimus ferè viginti impressiones.

GUILIELMUS Abselius Bredanus, Carthusianus & Prior Brugensis, scripsit Tractatum de *Semper candida cœli Regina.* Obiit anno 1471. Ita Arnoldus Bostius Carmelita. Et credo, quòd iste Tractatus sit de Conceptione Virginis, ut etiam existimat R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo Carmelita, in sua Notitia manusc. existente apud nos.

GUILIELMUS Alabastro, natione Anglus, in libro: Apparatus in revelationem Jesu-Christi, cap. 3. folio 46. explicans verbum illud Hebræum Haggala, inquit: Haggala filius genitus, Maria scilicet illuminatrice, & revelatrice thesauri divinitatis sub carne absconditæ Aggala Virginis, ut superiùs dictum est, separata *ab omni tactu generationis humanæ, &c.* Si B. Maria fuit separata ab omni contactu generationis humanæ: ergo à peccato originali.

GUILIELMUS Alanus Anglus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in Opusculo quod edidit de Imaginibus, tenet, fatetur ac defendit *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ mysterium.* Vide nostrum Armament. in Regest. colum. 469. & Purpuram Marianam, fol. 192.

GUILIELMUS Allotus, Doctor Anglus, in Thesauro Bibliorum: Omnem utriusq; vitæ antidotum, &c. fol. 260. sub hoc titulo: Virgo Maria prænuntiata erat, ponit ferè omnes prophetias quæ his temporibus accommodantur immunitati Virginis, verbi gratiâ: Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei. Adjuvabit eam Deus manè diluculo, &c. Ab initio & ante sæcula creata sum, &c. Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob. Sicut lilium inter spinas. *Tota pulchra es amica mea, & macula peccati non est in te.* Lib. impress. Lugduni 1580. in 8. & Antuerpiæ 1581. Vide ibi plura pro hoc Conceptionis Virgineæ mysterio: nam his ultimis verbis Auctor iste suam opinionem, seu sententiam declaravit, addendo verbum illud *peccati*, quo insinuavit quòd Virgo Maria dicitur à Spiritu Sancto tota pulchra, quia nullam maculam habuit peccati; & si nullam maculam peccati; igitur neque originalis.

GUILIELMUS vander Beke, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii die 22. Novemb. 1638. de Peccatis, Legibus & Gratia, eximit *Virginem à peccato originali, & debito illud contrahendi, &c.* Vide verb. Joannes de Jonghe. Impress. eodem anno in 4. Idem defendit 12. & 13. Julii anni 1639.

GUILIELMUS Bernardi, Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro Sermonum Adventualium & de Sanctis, qui incipit: Rex tuus veniet tibi mansuetus; sermone de Annuntiatione B. Virginis, sub themate: Invenisti gratiam apud Dominum, sic ait loquendo de gratia habita à Virgine à principio mundi, & munditia singulari: Quare Angelus ei hodie cum reverentia dixit: *Ave, id est, sine væ & labe peccati, ratione suæ claritatis, &c.* Alia hujusmodi habet hoc mysteriú concernentia tam in hoc sermone, quàm

in 2. Et de Nativitate Virginis est manuscrip. in Conventu Burdegali Patrum Augustinianorum in 4. in charta pecorea.

GUILIELMUS Bivaucius, Ordinis Carthusiensis, in Carmine ad S. Joachimum Patrem B. Virginis MARIÆ, sic inquit:

..... tulit natam sine labe summi
Principis toti dominantis orbi,
Lance qui justa, trutinaq; recta
Præmium vitæ meritis coerceat, &c.

Extat cum aliis in libro Vitæ Christi Landulphi de Saxonia communiter Carthusiani dicti, ad finem folio 563. in 4. In illis autem verbis: *Tulit natam sine labe*, &c. videtur alludere ad mysterium Conceptionis.

GUILIELMUS Blitterswyck, supremi Consilii Mechlinensis Consiliarius, in manusc. hæc dicit: Scribit R. P. Franciscus vander Veken 15. April. Româ, hæc verba: Unum affirmo, S. D. N. Alexandrum antea incertâ valde valetudine usum & sæpiùs per eam impeditum in suis functionibus, ab 8. Decembr. *quando Constitutioni in favorem Immaculatæ Conceptionis editæ subscripsit*, hucusque constanter valuisse quàm optimè, omnesque functiones Pontificias obiisse: Deus eum ulteriùs conservet. Hujus gratiâ incidit mihi cogitare de conceptu Anagrammatico, qui simul & votum sanitatis, ejusque post subscriptam Constitutionem recuperatæ exprimeret, in hunc modum:

VIVAT DIU
ETIAM
IN SÆCULA
ET
IN PRETIO
MARIÆ
ALEXANDER
SEPTIMUS.

Anagramma.

LIS MIRA
PEREAT
EX
UNICA DEIPARA,
ET
INTIMA SALUS
VENIET
DOMUI TUÆ.

Huic voto subscribentem, veluti ac definientem Summum Pontificem altero hoc Anagrammatis argumento exhibeo, cui vicissim Deipara respondeat.

O LUX DEI!
TU MATER
SINE MACULA
ET SPINA.

Anagramma.

ET JAM
CONVALUIT
ALEXANDER
SEPTIMUS.

Utrumque brevi Epigrammate sum complexus.

Languebam: occurrit Virgo servanda; mihiq;
Subscribo; vitæ protinus illa meæ.
Restituor charisq; meis, curisque, sacrisque.
Nonne albo hæc gemino est digna notanda die?
Candida semper eat mihi candida, candida mundo,
Candida cælitibus: candida Virgo jubet.

Item, Somnium de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ:

Obscurâ, somno vacuo, dum nocte quiescerem,
Cœpit ab externo nuper mens libera sensu
Post varias species ipsum quoq; Virginis almæ
Conceptum versare animo, quid nempe teneamur
In bivio quod Christicolas tot detinet anxos.
Num primo immundus fuerit, num purus ab ortu.
Hæc ego dum mecum validèq; diuq; revolvo,
Obrepsit sensim & dulci medicamine pressis
Membra sopor; tum visa oculis se sistere nostris
Alma Parens, nil dissimulans, sed qualis olympo
In solio Regina sedet mortalia fata
Disponens; tantâ cum majestate refulsit.
Perculit insolitus Divæ splendorq; decusq;
Mortalem intuitum: non tantos exuit igneo
Cùm novus eoo surgit de cardine Titan,
Nec tanto candore micat, cum nocte serenâ
Exhibuit plenos vultus argentea Phœbe.
Tunc ego, sicut adhuc objecta recentia mentis
Hærebant, O Virgo, Deo quæ proxima pectus,
Jura tenes, quam summus honor mihi cursitet ipsi
Qui nec dulce tuum mereor depromere nomen.
Nunc video (atq; aliter posthac sentire pudebit)
Esto mihi) quòd te non nævus originis ullus
Attingit; nec enim tantus consistere posset
In te, Diva, nitor, animam si fortè capaxem
Exiguæ quamvis maculæ vel labis habentem
Sed si quid mea vota valent, & si quid inane
Ante alios sperare potest, quem contigit ullus
Conceptûs in luce tui auspicioq; beatis
Mortales hujus vitæ prodire sub auras
A puero si te, ut Dominam simul atq; Parentem
Dilexi & colui; fas à te quærere, Diva,
Sit mihi, quo noxam potuisti evadere dirum
Quæ totam infecit stirpem genitoris Adami.
Non alio siquidem scimus te germine natam.
Tum Regina poli: Tua sunt temeraria, dixit,
Vota nimis, nec tantâ etenim mortalibus ullis
Nosse arcana datum est: non his qui colubrinæ
Prendere & æternas meruerunt scandere sedes.
Ipse etiam qui Christicolas moderamine casto
Dirigit in terris, fideiq; oracula, fallit
Nescius, exprimit; nondum satis hausit ab ortu
Luminis ut dubiæ nebulam depellere possit.
Sed quia te pietas & nostri zelus honoris
Efficit audentem, soliti haud invita favores
Transgrediar fines, teq; in penetralia mentis
Divinæ admittam, ne spe tuus excidat ardor.
Exemplo interea præsenti concipe, quantus
Noster abundet amor, quàm me non irritus ullus
Esse meus quicumq; cliens avet atque vocari.
Arbiter immensus rerum, cui cuncta patescunt
Humani generis (quod culpâ authoris Adami
Perpetuæ diro signandum caumate mortis
Norat ab æterno) sortem miseratus acerbam,
Constituit proprium cœlo demittere Natum,
Corpus ut humanum, dictu mirabile! sumeret
Personamq; rei, culpas Deus ipse reorum
Elueret, dignumq; Patri placamen haberet.
Tantum igitur, quàm digna putas, quâ pura decebat
Mater opus, gremio cunctis quæ in matribus unis
Conciperet Dominum, quem non capit ætherea aula
Quem neq; milleni possunt comprendere mundi:
Illum lactaret quem, quicquid vivit in orbe,
Altorem agnoscit, manibus tractaret, & inter
Stringeret, ætherea quem nec spectare coloris
Absq; horrore valent, ad cujus vasta tremiscit
Intuitum tellus, quem quicquid ubique tremit
Formidat. Certè Triadi vix grandior unquam

Cura fuit, quàm dum cœlestem effingere Matrem
Aggressa est: tantis etenim fulgere decebat
Dotibus, ut longo tractu præcelleret omnes
Quotquot erunt homines, atq; ordine proxima staret
Naturæ Angelicæ; nec ad hoc mortalia dona
Et formæ species sat erat, vel nobilis ortus,
Aut numerosa domus, vel copia fertilis agri.
Nunc mihi quas dates Dominus concesserit audi.
Perpetuæ primum mihi virginitatis honorem
Conservare dedit, non quam jactare puellæ
Possunt innumeræ, sed quam non corporis ullus,
Non mentis, quamvis levior, corrumperet actus,
Cui pretium non diminuit peperisse, sed auxit.
Insuper & quæcumq; hominem sexumve sequuntur
Vitæ, suâ quatiunt incommoda corporis, à me
Arcuit: hinc nullos prægnans patiensve dolores
Persensi, nullos, seu quos turbata dedisset
Temperies, seu qui solito stant tempore, morbos.
Nobilius longè & multò sublimius illis
Accessit decus, integritas purissima vitæ:
Hac ego non tantùm noxas, quæ tabe nefanda
Corrumpunt animam & districtæ vindicis iræ
Plectendam obyciunt; sed quæ fuligine quadam
Leviter obducunt, evasi libera noxas.
Hactenus humanæ, pertalia munera, turbæ
Communem anteibam grandi discrimine sortem.
Sed Deus Omnipotens nil se fecisse putavit,
Memisi vi quadam primo præstaret in ortu
Labe tuâ immunem, primævæ culpa parentis,
Dira lues! quam sanguineis deflere fluentis
Deberet meritò, quisquis vitalibus auris
Perfruitur: tu namq; hominem sine fine beatum
Mittis in æternas vitæ mortisq; perennes.
Causa mea hic hæsit, fateor, namq; inde supremus
Arbiter instabat summum hoc mihi tradere munus;
Inde repugnabat sententia mortis ab ipso
Lata Deo totam in sobolem peccantis Adami.
Sed mihi conflictibus demum victoria cessit;
Nam nihil adversum sensit se promere legi,
Si tuto è numero Matrem Sponsamq; Tonantis
Exciperet. Cur si primævus originis author
Terrigenæ, conjuxq; suo contagia nulla
Natali attulerant & se peccando nocentes
Fecerunt, ego quæ fœlici germine culpæ
Delendæ amborum fueram delecta, nefandum
Præferrem exoriens infausto caunate casum?
Adde, quod à tunctis hic me sejungere tantùm
Sufficiebat honor; nam possedere priores
Quos dixi titulos alij, quorum edita quamvis
Conditio, longo cedebat in ordine nostræ.
Ergo ubi per multos revolutis orbibus annos
Advenit signata dies, quâ corporis hujus
Vitales anima impleret feciata meatus,
Qualis puniceis invecta jugalibus exit
Sub puros Aurora dies, spargitq; futuræ
Iam lucis radios, scires de Sole creatam;
Talis ego emicui, tanto circumdata fulsi
Lumine: namq; Deus, Gnatus mihi deinde vocandus,
Numinis ipse sui lætos afflarat honores.
Protinus exiguo divini Pneumatis igne
Pectore concepi, jam cùm vix noscere possent
Semet, anhelabant sacrâ præcordia flammâ.
Iam quæcumq; jacent immensum sparsa per orbem
Mente pererrabam celeri, diversaq; rerum
Et genera & formas, in queis expressa renidet
Divinæ Bonitas & munificentia dextræ.
Inde Beatorum sedes penetrare juvabat,
Atq; tot Angelicos animo distinguere cœtus,
Quorum equidem species in se convertere totum
Affectum poterat: sed sicut sydera Phœbus
Obscurat radiante comâ, sic æthere toto
Innumeri quamquam ingenito splendore coruscent
Indigetes, fixos cunctorum detinet in se
Ac rapit obtutus majestas Numinis una.
Hic mihi mellifluos cor solvebatur in æstus,
Et teneræ interno stillabant igne medullæ,
Dum prope mirari & coram spectare dabatur
Æternos Domini vultus faciemq; manentem
Et sibi constantem, quâ quot fluxere fluuntq;
Præsens ipse sibi discernit tempora, densis
Aëra suffusum nimbis videt ipse serenus,
Vrbibus & totis summam latura ruinam
Fulmina, & illisas tumidis Aquilonibus undas;
Immotus motum assiduum stellantis olympi
Conspicit, & variâ currentes lege Planetas,
Et Solis Lunæq; vices. Truculenta quietus
Prælia prospectat quæ gens contra aspera gentem,
Et reges ineunt ut glebæ iura pusillæ
Finibus adjiciant propriis. Turbare nec illum
Formidanda potest toti discordia mundo,
Si quando impositam naturæ fœdere prisco
Ruperunt elementa fidem, mutuumq; feruntur
Alterum in alterius damnum, sive imperit unda
Aut aër terram, sive æthera concutit ignis.
Tam placidè molem hanc cœliq; soliq; gubernat
Omnipotens, ut non vocem aut mandata requirant
Singula, sed solâ pendentia mente Tonantis,
Quodq; suas peragant fixo moderamine partes.
En tibi iam deducta patent quæ nosse cupisti
Conceptûs arcana mei, & quo munere tetri
Contigerit mihi servitium vitare tyranni.
Hæc roseo cùm Virgo Parens fudisset ab ore,
Conticuit; sed visa moram indulgere loquendi:
Cur igitur, dixi, comprensa oracula sacris
Codicibus tam sæpe monent hæsisse nefandam
Omnibus infecto natis de semine culpam?
Quin etiam Doctor veritatis Paulus idipsum
Nuntiat expressis, quæ sunt tibi cognita, verbis.
Tum Regina poli: Verum est certoq; tenendum
Eloquium quicquid sacrum, vel præco salutis
Affirmat Paulus: sed inest exceptio cunctis
Naturâ comprensa rei, quæ me eximit ista
Lege; quid in sacris potuit generalius esse
Testatum eloquijs & conspirante piorum
Voce Patrum, mæsto quàm mortis fine resolvi
Quæcumq; in fragilem mittuntur corpora vitam?
Et tamen Elias & Enoch mortalibus ævi
Expletis spatijs, meruerunt sorte beata
Fatorum mutare vicem, & tellure remota
Sepositi servantur adhuc placideq; morantur;
Donec ubi humanis iustam inclamantibus iram
Criminibus, demum horrendi Deus arma furoris
Arripiet, totumq; volet disperdere mundum,
Ipsi iterum exurgent ut recto in tramite iustos
Confirment, falsiq; impugnent dogmata Christi.
Non equidem dignas grates tibi pendere, dixi,
Diva queam, mihi quod mysteria pandere tanta
Dignaris. Sed cur (veniam dabis ipsa roganti)
Hanc voluit curam superi Regnator olympi
Linquere Christicolis, ut tot iam sæcula perstent
Scrutari, tua num fuerit Conceptio pura
Criminis? Hinc lites, inconsultusq; scholarum
Impetus & fervor; dum nititur alter in illam,
Fertur in hanc alter nullo moderamine partem.
Vix valet ardentes animos compescere summus
Ecclesiæ Rector, quamvis à sede Magistrâ

Sæpius emissæ terrarum in disita leges
Præcipiant strictè, ne qui tibi labis in ortu
Aspergant vitium, placitum rationibus ausint
Confirmare suum, sanctæve infundere plebi.
Quin potius densas tam longo errore tenebras
Discutis, & voces de te non vera loquentûm
Comprimis, ut cuncti qui te venerantur amantq;
Candorem nulla dubij formidine ponant
Collaudare tuum: nam postquam Ecclesia, cuius
Ex nutu pendere, Deo testante tenemur,
Articulum fidei, divino concita flatu
Fecerit, intactam genitali labe MARIAM,
Protinus unanimi gentes fervore videbis
In laudes iurare tuas. Si dicere contra
Ausus erit quisquam, sit Rex dominusve licebit,
Exeret innumeras zelo cum vindice dextras;
Obsequio pia turba tuo, devotaq; morti
Pectora præstabit, per ferrum ignesq; parata
Vadere, & horrentes strictis mucrombus alas,
Et sancti e tuam proprio quoq; sanguine causam.
Tunc tibi mille aras & mille nitentia templa
Culmine marmoreo populus totidemque trophæa
Extruet ob partum stygia de peste triumphum.
Virgo Mater ad hæc nondum signata superne
Tempora venerunt, quibus hoc cognoscere detur
Arcanum cupidis mortalibus: atque ergo certè
Non invita fero cæcis, ut cætera multa,
In tenebris condi, nec enim tunc fervor in ortûs
Nostri munditiem plenè pulchri èq; micabit,
In fidei simulac partem statuetur habendam
Christicolis; nunc quanta, putas, est nostra voluptas,
Impete dum sancto credendi lege solutos
Tam celsi video tituli mihi tradere palmam.
Aspice, quot flagrent populi, quot regna, quot urbes
Hoc studio, quot fulgentes diademate Reges,
Qui nobis sub conceptæ sine labe MARIÆ
Nomine seq, suosq; vovent. Asi inclyta gentis
Austriacæ soboles Regni dominator Iberi
Prægreditur cunctos: ô quantus fulget in illo
Integritatis amor nostræ, quot vota precesq;
Legato Domini in terris, Dominoq profundit,
Vt dubium præsens divina luce diremptum
Cernere contingat. Subiectos Regius ardor
Transiit in populos, tantum est præcuntis in omnes
Principis exemplum: non ullum Hispania quantum
Vsq; patet, gignit, quin sic sentire decorum
Laudandumq; putet. Studio non impare fervent
Cætera quæ vario sub Sole jacentia Regna
Dinumerat Castella potens. Tibi cernere coram
Contigit, ut nuper Belgarum summa caputq;
Strinxerit emisso sese Brabantia voto:
Tergeminus nostras ordo dum pronus ad Aras
Me statuit puram genitali credere culpâ.
Communem populi sensum construcla superbo
Testantur delubra tholo, passimq; piorum
Turba sodalitijs titulo hoc inscripta sacratis.
Tu quoq;, si nostri tangit te cura decoris,
Conceptum venerare meum, morsuque nefando
Aspidis inferni protectum crede potenti
Numinis imperio; sed non tibi proderit ista
Credulitas, nisi quam sustollis laudibus, ipsam
Moribus exprimere intendas, huc strenuus omnes
Exere conatus, nam quælibet ardua præstes
Et summota licèt, tam purâ à Virgine longè
Te distare scies: peccati noxia diri
Blandimenta fuge & dulces in limine tantùm
Illecebras mundi evita. Si ritè rependis
Quos Deus electis in cœlo servet honores,
Sordescet tibi vile solum, mansuraq; semper
Servitio turpi postponere Regna pudebit.
Vix ea finierat, cum sancto pectus ab ictu,
Nulla mora est sequor, immeritum quà ducere gressus
Diva placet, dixi. Si quid mea carmina possunt,
Nulla tuas non assiduo modulamine laudes
Et stygia immunem resonabunt tabe MARIAM.
O utinam vis tanta meis in vocibus esset
Et fragor, ut vatem audirent quascumq; per orbis
Succiduus terras perlustrat lumine Phœbus.
Nascenti qui regna colit contermina luci,
Seu quem stella premit prænuntia noctis equos,
Quemq; dies medius torret flagrantibus horis,
Quiq; superstantem gelido videt axe Bootem,
Tot segetum populos me præcipiente videres
In tua devotas præconia solvere linguas.
Adjecsam verbo exemplum, satis usq; litatos
Dæmonis obsequio, libet ad meliora reverti
Depressamq; diu terreno pondere mentem
Tollere, tu vires precibus modò Diva benegni
Exora, tribuasq; precor quam serò (fatendum)
Ingredior constante viam decurrere gressu.
Hæc mihi dicenti sensim tubar Alma coruscum
Subduxit Virgo ex oculis, speciemq; micantem
Abdidit & tenues tandem discessit in auras.

Est manusc. apud ipsum, & pœnes nos in folio.

GUILIELMUS Budæus Parisiensis, Comes rius Gallus (postquam retulerat fabulam Æolo gis, qui ventos in utre quasi in carcere compo Ulyssi navigaturo dederat, qui unum dumta ventum à puppi flantem à vinculis illis exemit patriam ferentem, cujus tenebatur desider sic prosequitur: *Immunitas est hæc singularis omn & eximia, rarissimiq; exempli, quod olim prædica in diva ejusdem ipsius parente Dei atq; homin modo à partu salutis integra atq; intacta, sed etiam ori natalitij conditione immuni, ut credimus; atq; non fortasse præterea, aut in altera anima aliquando po pavit, &c.* Sic in libro dicto: De transitu Hel nismi ad Christianismum, libri tres. Impressi risiis, anno 1535. in 4. regali, lib. 3. folio 191. tergo.

GUILIELMUS Cardinus Anicensis, compo suit librum: Officiarium Curatorum, & c. Ia Decembris, *Conceptio B. MARIÆ* inter festa de pr cepto ponitur rubeis litteris. Lugduni 1505.

GUILIELMUS Golletetus Parisiensis, Poë Gallus, unus ex quadraginta Academicis, cui Gallicè Poëma *de Conceptione Virginis MARIÆ* Obiit 1659. Ita P. Ludovicus Jacob à S. Carol Carmelita in notitia manuscript. sive Catalog Auctorum, qui scripserunt de B. Virgine.

GUILIELMUS Coto, Ordinis Prædicatorum in quodam manuscrip. existente in Monasterio Victoris extra muros Parisiens. num. 942. fol illa verba: Non est talis mulier super terram, i una parte habet titulum de Conceptione, & a alia de Sanctificatione; & in illo de Sanctificato ne sic inquit: Exaltata est Sancta Dei Gen trix, &c. Ista ergo B. Virgo ascendens benedict id est, sanctificata & mundata, est à Deo & a hominibus, id est, cæteris honorificata & bene dicta in tabernaculo, id est, in corpore suo a Domino sanctificato. Unde Psalm. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus; & verè sanctificavit, *quia fuit mundissima & purissima*, & propter hoc Creator omnium & sanctificator in suo glorioso tabernaculo, id est, in corpore sic glorioso habitan

bitavit per novem menses. Unde ipsa dicere potuit illud Eccles. Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, id est in utero meo; *& ideo ex-peri fuit omnis peccati.* Unde Sapiens: Aufer rubiginem de argento, id est, de corpore Virginis & anima, & egredietur vas, id est, habitaculum mundissimum. Unde Augustinus de Natura & Gratia: Cùm de peccatis agitur, nullam de B. Virgine mentionem fieri volo, &c. Et in quadam margine hujus libri dicitur: A F. Guidone Coto, Ordinis Prædicatorum Regente in Theologia.

GUILIELMUS de Cremona, Ordinis Minorum Italus, scripsit *Virginem Immaculatam fuisse sine peccato originali conceptam.* Ita Episcopus Acernensis in Elucidario, parte secunda, fol. 63.

GUILIELMUS Eisengreinei de Mineto Spirensis, in Centenariis & descriptionibus rerum memorabilium in Orthodoxa & Apostolica Christi Ecclesia gestarum, &c. Centuria 1. parte 5. dist. 7. fol. 160. verb. Hierosolymitani, sic inquit: *Sancta MARIA Mater Domini ex tribu Iuda, & Regia stirpe David, dignum Deumq; decens Verbi domicilium, etiam ante Nativitatem Deo consecrata, ex membris similibus & non longè à naturæ fervore alienis tanquam quidam divinitus datus fructus est producta,* &c. Lib. impress. Ingolstadii 1600. in folio. Deinde agit latè de modo ejus Conceptionis.

GUILIELMUS de Falcario, Ordinis Minorum, sustinuit & scripsit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali.* Ita Ant. Chucarus in suo Elucid. par. 2. fol. 63. col. 3.

GUILIELMUS Filiatrus, Episcopus Tullien-sis, in officio Ordinis Velleris aurei, sive Beatissimæ Virginis sub figura Velleris, roris & victoriæ Gedeonis, edito anno 1458. & in Comitijs ejusdem Valencenensibus in Hannonia approbato, in Hymno ad Vesperas sic de Beatissima Virgine:

Alba lana sanctitate, carens peccati macul2
Clarissima castitate, humilitatis regula
Hoc vellus absq; læsura repletum divino semine
Tingitur, &c.

Vide Joannem Eusebium Nieremberg. librod e Exceptionibus, cap. 27. fol. 499.

GUILIELMUS Forlugen, vel Forleo Theologus, Ordinis Minorum secundùm Dazam & Waddingum, in 3. Sententiarum, dist. 3. scripsit, *quod Virgo MARIA nunquam contraxerit peccatum originale.* Ita refert Daniel Agricola seu Meyer in Corona Doctorum, folio 175. Auctor illius temporis; & fortè hic est, qui ab aliquibus vocatur Guilielmus Barro Scoti Magister.

GUILIELMUS de Fulgar, Ordinis Minorum, in 2. sermone de Assumptione Virginis, qui incipit: Quæ est ista, quæ progreditur? Per te Mater mea, sic loquitur Salomon, &c. dicit *Virginem MARIAM fuisse sine culpa & Auroram claram sine nube culpæ*; sic similiter naturalis ortus Mariæ præcessit Solis justitiæ ortum, id est, Nativitatem Christi. B. Maria fuit clara, ut Aurora: quia immunis à peccato. 4. Cant. Pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Dicitur: Tota pulchra es, *quia in utero fuit sanctificata*, & non est in ea macula affatu, neque in actu, &c. Extat manusc. Tornaci in Monasterio S. Martini in 4. num. 52. Nescio, an hic sit diversus à præcedenti.

GUILIELMUS Gazette Belga, in libro cujus titulus est: Briefve histoire de la sacrée Mame, & de la sainctè chandelle, miraculeusement donnée de Dieu, & religieusement conservée en la ville & Cité d'Arras, fol. 20. sic concludit: *Dieu en soit l'honneur & à sa tres-digne Mere la Vierge Immaculée*, laquelle a proveu les habitans d'Arras de ce tant sainct & sacré joyau. Lib. impress. Atrebati 1603. licèt mendosè in 12.

Item, in libro: Historiæ Sanctorum, Gallicè conscripto, vel de Vitis ipsorum, à fol. 881. est Catholica exhortatio *pro die Conceptionis Dominæ nostræ*, ubi latè probat ejus puritatem & immunitatem à peccato originali. Rothomagi 1610. in 8.

Item, in libro: Exercices de devotion pour chacun jour de la semaine, in Rosario ad principium: *O MARIA concepta sine macula & peccato.* Bruxellis 1610. in 12.

GUILIELMUS Gibicus, Congregationis Oratorij Jesu Christi Gallus, *de Conceptione Immaculata ter sanctæ Virginis*, &c. Caput unum in quindecim divisum, in 1. parte libri dicti: Vita & magnitudines S. Virginis Mariæ, à fol. 10. Impress. Parisijs 1637. in 8.

GUILIELMUS de Gorris, Doctor Theologus sæcularis, in lib. Sententiarum, libro 3. distin. 3. *pro Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* eruditè decertavit; quem citat Daniel Meyer Franciscanus in sua Corona Doctorum pro hoc mysterio, fol. 175. Fortè hic Auctor est, quem adducit Joannes Vitalis in suo Defensorio, lib. 4. cap. 7. sub nomine Guilielmi Garri, in 3. distin 3. An iste fuerit Guilielmus Gorris Hispanus, cujus Opus in 3. Sent. sub tit. Scotus Pauperum, qui dist. 3. sub hoc titulo: Utrum B. Virgo fuerit concepta in peccato originali? magis piam pro viribus defendit sententiam, impress. Tolosæ, absque anno in 4. in Bibliotheca D. D. Cardinal. Barberini, litt. B. num. 1. mihi incognitum est; constat tamen de Auctore & sententia.

GUILIELMUS Herincx, Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus ac Provinciæ Germaniæ inferioris Custos, Belga, in Thesibus habitis Lovanij in Congregatione Provinciali, die 13. Julij 1643. Thesi 22. de Peccato originali, hæc defendit: Illud omnes, *excepta Virgine Matre*, contrahimus. Impress. eodem anno in 4.

Item, in Thesibus publicè habitis Lovanij die 14. Januarij, hæc adstruit Thesi 22. *Nec nocuit Deiparæ Immaculatè conceptæ, ut ex sensu Ecclesiæ indubiè colentis determinatè festum Immaculatæ Conceptionis*, & doctrina Angelici Doctoris nusquam ab ipso retractata conficitur: *immò ipsa verosimiliter etiam à debito propinquo peccati exempta fuit.* Impress. ibidem in 4. absque anno apud Bernardinum Masium. Et idem defendit Mechliniæ, die 14. Januarij.

Item, in Thesibus de Incarnatione habitis Lovanij die 19. Maii 1654. hæc defendit: Ipsam porrò Deus singulariter præparavit, ut dignum Filij sui habitaculum effici mereretur: *atque ideo non solùm ab omni culpa personali, etiam tenuissima, immunem prorsus atq; alienam fuisse indubitanter tenet Ecclesia: sed inde etiam caruisse macula originali, Deo per gratiam eo instanti infusam ex morte Filij prævisa ipsam præservante*, conficitur argumento Augustini: Profectò enim etiam Christus peccatum major fecisset, si parvulus habuisset. Quod ipsum sufficienter Ecclesiæ Catholicæ persuadet auctoritas, quâ hoc Virgineum privilegium solemniter noscitur celebrari. An proximam maculam contrahendi debitum

habuerit? in utramque partem absque censuræ aut improbabilitatis periculo disputatur, &c. Impress. ibidem in 4.

Item, in Thesibus habitis Lovanij die 19. Julii 1656. hæc habet: *Privilegio tamen speciali ex Christi meritis præservata fuit Deipara, ne maculam* (secùs est de debito remoto) *originalis peccati contraheret.* Quod sufficientissimè constat ex auctoritate Ecclesiæ, quæ certò colit determinatè *festum Immaculatæ Conceptionis.* Non leve præjudicium oppositæ sententiæ per Constitutiones Ecclesiæ est illatum. S. Tho. distin. 44. art. 3. piam & veram Doctrinam expressè docuit. Oppositam defendit, sed alteri potiùs favet 3. part. q. 27. art. 2. Minùs ibi vel alibi alteram retractavit. Quod etsi fecisset, in dubitatum tamen est, eum si nunc viveret, defensurum Immaculatam Conceptionem. Impress. in 4.

Item, in Summa Theologiæ Scholasticæ & Moralis in quatuor partes distributæ, part. 2. disp. 6. de Peccato originali, quæst. 4. à fol. 170. usque ad 179. tractat latè *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, neque debitum proximum.* Antuerpiæ 1660. in fol.

Item, in Centiloquio Theologico publicè habito Vallisoleti in Congregatione Generali anno 1661. hæc adstruit: Neque nocuit *Deiparæ Immaculatè conceptæ*, juxta Doctores Seraphicum, Angelicum & Subtilem: quibus consonat Ecclesia indubiè colens festum Conceptionis quà Immaculatæ. Impress. ibidem in 4.

GUILIELMUS Hestius Gallus, *de carne à Verbo Dei assumpta sine peccato, deque ejus mundatione* Distinctionem unam; & respondet Auctor ad argumenta utriusque sententiæ in 3. lib. Sententiarum, tomo 3. Impress. Duaci 1616. in folio.

GUILIELMUS Horneo, Ordinis Minorum, in Thesibus Theologicis habitis Aquisgrani, die 9. Maij anni 1640. Thesi 8. de Originali Peccato, hæc inquit: *Quale privilegium probabiliter creditur Deiparæ fuisse concessum*, &c. Impress. ibidem in 4.

GUILIELMUS Jordanus, Northumbricensis Anglus, Ordinis Prædicatorum, scripsit Quæstiones *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* circa annum 1370. Ita Pitseus, Leon classe 6. Marrac. affirmat scripsisse Librum unum. Scio quemdam P. Jordanem ex Ord. Præd. pro contraria sententia.

GUILIELMUS de Lamormaini, Societatis Jesu Germanus, in vita Ferdinandi II. Imperatoris semper Augusti, hæc refert capite 7. de devotione erga Virginem Dei Matrem: Ardenter cum Romano Pontifice egit, *ut Virginem sine originali macula fuisse conceptam, pronuntiaret*; hoc itidem officij à Ferdinando Filio, cùm *ipso Conceptæ Virginis* die, anno 1625. Hungariæ Rex inauguratus esset, factum esse, magnopere gavisus est. Quandoque etiam sua confessurus peccata formulam Ecclesiæ consuetam præmittebat; vel etiam alias recitabat, & Deo confitebatur, post Deum adjungebat: Beatissimæ & semper Immaculatæ Virgini. Lib. impress. Viennæ Austriæ sub hoc titulo: Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris virtutes, anno 1638. in 4.

GUILIELMUS Linderwode Anglus, in lib. Constitutiones Anglicæ Provinciales ex diversis Cantuariensium Archiepiscoporum Synodalibus Decretis, fol. 53. à tergo, ex Simone Mepham: Decretum pro mysterio & *festivitate Conceptionis.* Vide prælegatum Archiepiscopum. Lib. impress. Londini 1557. in 16. Sed latiùs agit in suis adnotationibus seu summariis ad Provinciale, seu Constitutiones Anglicanas, fol. 74. ubi habet integrum Summarium seu Scholium. Lib. impress. Londini 1504. in folio.

GUILIELMUS Martin, Ordinis Minorum Gallus, in libro: Les marques des enfans predestinez, &c. Serm. 16. *pro die Conceptionis Virginis, de excellenti puritate Matris Salvatoris* à fol. 458. usque 465. ubi de præservatione ab originali peccato, &c. Impress. Parisiis 1613. in 8.

GUILIELMUS Mercator, Poëta Valentinus in Palæstra, seu certamine ad annum 1486. cum aliis edidit Poëmata *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. in libro Ferrand. Diaz.

GUILIELMUS Minorita, edidit *Sermonem de Immaculata Virginis Conceptione*, cujus titulus est: *Sermo de Conceptione nostræ Dominæ* editus à Magistro Guilielmo Fratre Minore de Observantia in sacra Pagina Professore existente Parisijs coram Universitate & Clero. Et incipit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hic sunt aliqua notanda de lite Conceptionis Mariæ, in quibus breviter quatuor sunt notanda, &c. Invenimus ipsum antiquissimis characteribus scriptum Coloniæ cum alijs Sermonibus scriptis ante trecentos annos, & qui (Deo dante) inter nostra Monumenta antiqua videbunt lucem. Extabat in 4.

GUILIELMUS N. Sacræ Theologiæ Professor Minimus Parisiis educatus (fuit Religiosus sed cujus Ordinis, ignoratur) in libro dicto: Postilla Evangeliorum, *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem super Epistolam: Dominus possedit me; ut videre est in lib. impress. Hispali 1497. in 4. Sed nota, quòd istæ vocantur Postillæ solummodò: nam aliæ sunt dictæ Postillæ majores; de quibus vide Antonium de Bitonto, & Joannem de Verday.

GUILIELMUS N. qui scripsit in Cantica Canticorum, inquit: *Virgo lilium, quia nihil in eadem maledictionis Matris Evæ transierat.* Item, ad illud: Una est columba mea, Canticorum 6. versiculo 8. sic ait: Columba mea, cui ego singularis pulcra sum; perfecta mea, *cui nihil defuit ad gratiam*, &c. nihil defuit Virgini Mariæ ad gratiam, ergo neque ad præservationem. Et infra: *Potuit dare filia nascisi sed id Filius non permisit*; communis tamen Mater illi est gratia illa redemptrix, imò & singularis, quæ præripere malum maluit illi, quàm (a nobis fuit) sanare illatum. Sic illa una generalis suæ, quia omnes nos hoc privilegio supergredi, &c. Item, ad illud: Acervus tritici vallatus liliis dicit: Non vallatus lilio, sed lilijs propter dono Virginitatis; unum intus in animi proposito, *alterum foris in animo incorrupto.* Item, ad verba cap. 3. Verè ascendit, sed unde? Planè de deserto; *per desertum autem rectè intelligitur genus humanum, quod mirum gratia conditoris propter peccatum Adæ deser.* Extat apud Delrio in Cantica. Si ascendat de deserto generis humani, quod à gratia & justitia originali erat desertũ, & ab hoc ascendit, in quo omnes alij descenderunt: ergo aliter concepta, quàm totum genus humanum: quia præservata ne caderet.

GUILIELMUS de Occam, Ordinis Minorum Anglus, in 3. Sent. quæst. 2. quærens: Utrum in Beata Virgine fuerit fomes peccati? litteris inquit:

sic ait: Sed est dubium, utrum iste fomes fuerit ablatus à Beata Virgine, vel non? Respondeo, quòd fomes peccati fuit totaliter ablatus, quia fomes peccati connotat actum peccati, qualem non potuit habere. Sed fomitem simpliciter auferri, potest intelligi triplicitet: uno modo, quòd non posset inclinare voluntatem contra judicium rationis ad aliquem actum; & sic fomes peccati fuit ablatus: quia quantumcumque potuit inclinare ad aliquem actum, quia illa qualitas remansit in parte sensitiva, tamen aliquis habitus fuit in voluntate, ratione cujus illa qualitas non potuit eam inclinare contra judicium rationis. Quinimo actus ille ad quem illa qualitas inclinabat, moderabatur per aliquid in voluntate. Ista autem ablatio potest dupliciter intelligi, vel in secunda sanctificatione, vel in prima. *In prima fuit iste fomes ablatus, quia in ejus Conceptione, quando infundebatur ejus anima*, ne inclinaret ejus voluntatem ad peccatum mortale, sed non quando potuit inclinare ad peccatum veniale. In secunda sanctificatione, scilicet in Conceptione Salvatoris, fuit totaliter liberata à fomite, &c. Ita lib. impress. Lugduni 1495. in fol. & pro hac sententia adducitur ab Episcopo Azerien. fol. 63. col. 2.

GUILIELMUS Oonselius, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Syntaxis instructissima ad expeditam verbi Dei tractationem, ex variis conceptionibus sacræ Scripturæ, ordine alphabetico concinnata, &c. fol. 204. verb. MARIA Virgo, inquit: *Electam Sole, quia præ cæteris astris nullâ maculâ peccati defuturi*, &c. Hortus conclusus, quia virtutum omnium varietate, veluti flosculis ornata: conclusus autem; *quia nulla adversaria potestas eam unquam maculare attentavit*, &c. *Rosa mystica sine spinâ peccati*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in 12. regali. Idem, hic idem Auctor Sermones R. P. F. Hugonis de Prato Florido recognovit, illustravit, atque summariis additis perfecit; ut videre est in libro impress. Antuerpiæ 1617. in 8. & in Serm. 1. & 2. de Annuntiatione Virginis MARIÆ eandem opinionem ac sententiam secutus est, quam prædictus Hugo. Item, idem Guilielmus ab innumeris mendis vendicavit librum Anonymum, dictum Paradisum Concionum, olim Sermones cujusdam Sensati dictum; qui quidem Serm. 55. fol. 605. ut videre est in lib. impress. Antuerpiæ an. 1613. in 8. Sermone Dominicæ 26. post Pentecosten, sic dicit: Secundum, quod debet hominem movere ad ambulandum, & proficiendum in virtutibus, est itineris prolixitas; quia via virtutum adeò longa est, quòd nemo quantumcumque perfectus & sanctus plenè perficere potest; quia dicit Origenes super librum Numeri: Justi quantùm magis proficiunt, tantò eis via proficiendi augetur, & in immensum tenditur. Ratio hujus est; quia vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Unde nullus homo quantumcumque perfectus & sanctus tantùm profecit, quin ultrà potuisset proficere; nisi hoc esset ex speciali gratia Dei, ut fuit in diva Virgine. Est enim triplex gradus virtutum; quia omnis homo aut est in principio virtutum, aut in progressu virtutum, aut in summa perfectione virtutum, ultra quam non posset proficere. Ad hunc gradum sola Virgo beata pervenit inter puras creaturas; nullus enim alius Sanctorum, cujuscumque sanctitatis, & virtutis extiterit, tantum profecit in gratia & virtutibus, quin amplius potuisset profecisse, *sola Virgine gloriosa excepta*, quæ in omni gratia & virtutibus & bonis operibus tantùm profecit, quòd summum gradum perfectionis obtinuit.

GUILIELMUS Parisiensis, cùm esset Episcopus, recolligi curavit errores Joannis de Montesono, qui erant contra Conceptionem; ut videre est in Opusculo de erroribus Parisijs damnatis, quod extat ad finem Sententiarum Petri Lombardi, à fol. 348. usque 365. cujus Conclusio est sic: Huic ergo tractatui, utinam adverso errori! finem statuimus. Illi laus & honor, atque gratiarum actio, qui nobis causam suam tractantibus non defuit, quo docente assertam hic veritatem sentimus, quo præcipiente defendimus, per quem postremò superna charitate permoti ad omnes devenire, & nobiscum sentire vehementer affectamus: quia si veritati huic (judicio nostro clarissimæ) nec sic creditur, aut alio favore, vel ipsa prosequatur, aliove fine, quàm ejus veritas postulet, dignitas criminetur: testamur te, Christe; *testamur & illam, cui testimonium perhibes esse totam pulchram, & in ea maculam non esse*; omnes ad extremum tui, atque ipsius amatores in testimonium evocamus, nostrum nunc debitum sufficienter, & (ut putamus) superabundanter expleviisse, &c. Lib. impress. Lugduni 1618. in 8. magno. Propositiones autem damnatas, quæ sunt de Conceptione Virginis, vide verb. Joannes de Montesono in Sole Veritatis.

Item, in Homilia de Conceptione explicans de Beata Virgine MARIA illud Sapientiæ, cap. 14. Quasi palma exaltata sum, inquit: Palma solet deferri in signum victoriæ aut lætitiæ: rosa autem pulchra & munda, quamvis procedat ex spina arbore, &c. *Virgo MARIA habuit victoriam contra serpentem antiquum, ne mordaret ipsam, & inde lætata est; processit ex Judæis spinosis per culpam, sine culpa.* Ita Ignatius Coutinus Ordinis Prædicatorum, Sermon. de Conceptione, fol. 64. Hanc citat etiam Didacus Lopez in Harmonia Scripturæ, Sermone 2. de Conceptione. Eusebius vocat etiam Guilielmum Juniorem. Scripsit itidem Sermonem de *Conceptione Virginis*, super Epistolam. Impress. Lugduni 1482. in 4.

GUILIELMUS Parvus, vulgò Petit, Episcopus Parisiensis, capite 2. in Cantica Canticorum, vocat *MARIAM lilium inter spinas; quia nihil in eam maledictionis matris Evæ intulerat*, &c. Ita Martinus Delrio in Cantica, cap. 2. sect. 1. fol. 93. Pistoia, fol. 126. Vide etiam fol. 153. & Serranum, lib. 2. cap. 28. circa annum 1230. & Euseb. in lib. Except. cap. 26. fol. 445.

GUILIELMUS Pepin, Ordinis Prædicatorum Gallus Ebroicensis, in libro: Speculum aureũ super septem Psalmos Pœnitentiales, lect. 53. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, fol. 186. ait: Omnis homo descendens ab Adam per carnalem generationem, in actuali unione animæ ad corpus contrahit peccatũ, quod est inclinativum ad actualia peccata ratione fomitis remanentis, etiam in illis, qui mundati sunt ab originali in quantum culpa est; sed non in quantum pœna. *Ab hac tamen generalitate excipitur Virgo MARIA, quæ etsi naturaliter concepta fuerit, tamen fuit divinitus ab originali præservata*, &c. Lib. impress. Parisijs 1539. in 4. & Venetijs 1573. Postilla verò, seu expositio fuit finita ab Auctore, anno salutis 1510. ut ibidem dicitur. Et in Psalmum

4. lect. 4.

4. lect. 4. ad illa verba: Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam; fol. 130. inquit: Propterea dicunt Doctores, quòd Deus facit majorem misericordiam justo præservato, quàm impio justificato, maximè quantùm ad qualitatem doni. Majus siquidem beneficium est præservare aliquem ne in lutum cadat, quàm jam lapsum relevare à luto; *& ideo major misericordia facta est Beatæ Virgini præservatæ, quàm Magdalenæ justificatæ*, & similiter Joanni in innocentia conservato, quàm Petro ad pœnitentiam recepto, &c.

Item, in libro Sermonum de Imitatione Sanctorum pro illorum diebus festivis, &c. à folio 20. usq; 30. adducit Sermonem *de Conceptione*, ubi latissimè probat, & eruditè satis Virginem Mariam præservatam fuisse à peccato originali, ad cujus evidentiam aliqua hîc transcribo; nam omnia ejus verba referre, esset satis onerosum. Ait ergo: Tertiò differunt prædictæ duæ Conceptiones, eò quòd Conceptio Christi non potuit aliter esse quàm sancta, pura & immaculata; *Conceptio autem Virginis MARIÆ nisi divinitus, & ex specialissima Dei gratia fuisset prævenita & præservata*, utique fuisset vitiosa, polluta & maculata, sicut & conceptiones cæterorum hominum, &c. *Sic Virgo MARIA habuit victoriam contra serpentem antiquum, ne morderet ipsam per originalem culpam*, &c. Olim enim serpens ille infernalis callidus & tortuosus solitus erat crudelibus faucibus suis transglutire omnes filios, & filias Adæ per originalem culpam, etiam in uteris matrum adhuc existentes: *at verò nihil mali ab eo passa est Dei Genitrix MARIA; quinimò in sua gloriosa Conceptione ipsa per Dei gratiam contrivit caput illius*, ut non prævaleret contra eam, &c. Præterea idem Anselmus in Epistola ad Episcopos Angliæ scribit dicens: Non puto verum amatorem Mariæ Virginis, *qui respuit celebrare festum suæ Conceptionis*, &c. Richardus de Sancto Victore in quodam Sermone, qui incipit: Nondum erant abyssi, dicit sic: *Non decuit, ut caro MARIÆ qualicumquæ foret obnoxia culpæ*; nam Dei sapientiæ indignum credimus, ut quam ad lucem gentium destinavit, pravitatis tenebris sineret involvi; neque erit ingratus propriæ Matri, qui patri, matrique honorem præcipit exhiberi. Cæterùm prædictis omnibus non injuriâ connumerandus est Beatus Thomas de Aquino, laus, honor & gloria Ordinis Prædicatorum, qui 1. Sententiarum, distinct. 20. artic. 3. in salutatione ad tertium dicit: *Quòd Beata Virgo fuit immunis ab originali & actuali peccato.* Et quamvis in 3. parte aliter senserit, nihilominùs excusandus est, eò quòd tunc loquebatur, ut plures. Tunc enim temporis erat problema neutrum dicere Virginem Mariam in originali peccato fuisse conceptam: cujus quidem problematis utraque pars olim famosos Doctores habuit; hodie autem alma Theologorum Facultas Parisina, in qua (quamvis indignus) professionem feci, pro cõstanti tenet opinionem Beati Thomæ in 1. Sent. ut supra allegatum est; videlicet, *quòd Christifera MARIA immunis fuit ab originali*, &c. Lib. impress. Venetijs 1589. in 8.

Item, in libro cujus titulus est: Opus admodum insigne, de Adventu Domini nostri & secretis secretorum nuncupatum, &c. folio 237. habet Sermonem primum *de intemerata Conceptione Virginis MARIÆ*, & incipit: Vidi librum scriptum intus, &c. ubi quamplura adducit pro ipsius Deiparæ immunitate & præservatione; ex quo hæc pauca transcribo: At verò Virgo Maria in sua sanctissima Conceptione, dono Dei gratiæ, contrivit caput ejus; ut jam non noceret, nec morderet eam per originalem culpam, neque ex consequenti per actualem, &c. Congruè ergo Virgo Maria non comparatur, quæ de parentibus originali peccato infectis, tanquam rosa de vepribus & spinibus nata, & inter spinas & tribulos libidinum concepta, nullum ex parentibus contraxit originalis culpæ aculeum, &c. Ita hæc Virgo sanctissima in sua intemerata Conceptione tantùm non dolevit per omnium charismatum abundantiam & sanctimoniam, quòd in ea pœnitus extinctum fuit venenum serpentis antiqui, quod in cæteros homines quodammodò transfundit, videlicet peccatum originale, à quo pœnitus præservata fuit ex specialissimo Dei dono, quod nemini alteri natis quidem mulierum creditur esse donatum. Noli tamen intelligere quasi priùs eam infecerit; sed quia infecisset, nisi *præservata* & privilegiata fuisset, &c. Vide ibi alia multa. Ibidem addit Sermonem secundum de eadem intemerata Conceptione Virginis Mariæ, sub eodem themate. Vide librum, & lege ipsum à fol. 262. Lib. impress. Parisijs 1536. in 8.

Item, in Libello à se edito sub hoc titulo Sermones septem doctissimi intitulati: Salutatio Mariam, &c. sparsim aliqua dicit *pro immunitate sacratissimæ Matris Dei à peccato.* Liber extat impress. cum aliis ejus Operibus Coloniæ in 4. & Parisijs in 8. Sed habemus etiam aliam impressionem in 16. per Joannem Petit, & ibidem extat alius Sermo octavus, & est quædam expositio super Psalmum: Fundamenta ejus in montibus sanctis, &c. ubi in principio inter alia sic dicit: Sive in hoc octavo totum Sermonem facere ad laudem Virginis de ipsâ expositione, quæ plenius habetur sermone secundo *de Conceptione* ejusdem Virginis inter prædictos sermones.

Item, edidit particulares expositiones super Genesim & Exodum, discurrendo per quamlibet sensus sacræ Scripturæ, & passim sensum tropologicum accommodat *mysterio Immaculatæ Conceptionis*, cujus verba hîc non transcribo; quia ea replere nostram Militiam auctoritatibus, & non Auctoribus; præsertim cùm isti sint libri communissimi. Impress. Parisiis in 8. & Coloniæ in 4. Alia hujus Auctoris Opera non sum scrutatus quæ plura sunt, quia ex dictis constat fuisse pro Immaculata Conceptione strenuum militem.

GUILIELMUS Piraldus, Ordinis Prædicatorum (ut dicitur) Episcopus Lugdunensis, in Sermone de Annuntiatione, sic inquit: *Vide Ave pro culpa, & magnum est, quòd sine culpa fuerit Virgo, gratia plena gratiâ: quia non est locus culpæ, ubi est plenitudo gratiæ: omnis autem gratia singularis culpam excludit.* Extat manusc. in Bibliot. Regia Scorialis, Plut. V. num. 18. littera E. in 8. De hoc vide latè in Sole Veritatis, & Radijs Solis Veritatis.

GUILIELMUS Promper, Ordinis Minorum, in Theologiâ habitâ Aquisgrani die 9. Maij, anno 1640. Thesi 8. de Peccato originali, hanc defendit: *Quale privilegium probabiliter credimus pro Deiparæ fuisse concessum.* Impress. ibidem in 4.

GUILIELMUS van Ranst, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij 17. Julij an-

no 1647. Thesi 15. de Habituali & Originali, hæc defendit: *Sola Virgo inter puros homines originalis culpæ expers*: in Adamo tamen peccavit. Impress. ibidem in 4.

GUILIELMUS Raymundus Centelles, Doctor Hispanus, edidit Orationem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ extat impress. in lib. Ferrandi Diaz ad finem. Vide ipsam ibidem.

GUILIELMUS de Rubion, Ordinis Minorum Hispanus, circa distinctionem 3. in qua Magister determinat Christi carnem formatam de Virgine: *Quæro; Vtrum B. Virgo fuerit in peccato originali concepta?* quæstionem resolvit pro parte negativa. Impress. Parisijs 1518. in folio.

GUILIELMUS Schiavata & Comes, natione Bohemus, scripsit pulcherrimam narrationem *de columna erecta ab Augustissimo Imperatore Ferdinando III. atque de voto ab ipso emisso pro tuenda immunitate, seu Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, Viennæ Austriæ die 18. Maij, anno 1647. Fuit libellus typis excusus ibidem apud Matthæum Cosmeronium in Aula Colonienſi, anno 1648. postea ibidem typis Matthæi Recti Typographi Academici, anno 1649. in 4. Quam postea transcripserunt ad litteram R.P. Fr. Thomas de Geraze Capuccinus, in 2. tomo Adamantis Mariæ, in principio, & R.P. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, Dissert. 10. Adnot. 7. per totam.

GUILIELMUS van Sichen, Ordinis Minorum Belga, in Conclusionibus de Theologia habitis Mechliniæ sub R.P. Guilielmo Herincx, defendit *Virginis Immaculatam Conceptionem ex sensu Ecclesiæ, & ipsam etiam à debito propinquo contrahendi originale exemptam fuisse*. Fuerunt impress. Lovanii apud Bernardinum Masium in 4.

GUILIELMUS Sirletus Calaber, S. R. E. Cardinalis, in lucem edidit Mœnologium Græcorum, in quo ad diem 9. Decembris celebratur *Commemoratio Sanctæ Annæ Matris Deiparæ Virginis*. Hæc autem festivitas est propter Conceptionem; ut videre est verb. Mœnologium. Extat in antiquis lectionibus Henrici Canisii impress. Ingolstadii, anno 1602. in 4.

Item, *pro Immaculata Virginis MARIÆ Concept.* Oraculum, quod extat in nostro Armament. Regest. col. 171. Vide etiam Purpur. Marian. fol. 194.

GUILIELMUS à Sancta Fide, Ordinis Carmelitarum, natione Anglus Cantabrigensis, scripsit Librum *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, ut referunt Pitseus, Marrac. in Bibliotheca, folio 544. Pistoja folio 155.

GUILIELMUS à Sancto Laudo, Abbas Gallus, in libro Sermonum Latino & Gallico idiomate, fol. 77. *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & de Dominica 2. Adventûs Sermonem antiquis characteribus scriptum in Biblioth. S. Victoris, num. 807. in 4. ubi adstruit Virginis præservationem à peccato originali.

GUILIELMUS Spoelbergius, Ordinis Minorum Belga, in lib. dicto: Concionum Moralium pro Dominicis, festivitatibusque totius anni, &c. in Sermone de Visitatione, fol. 479. ait de B. Virgine: Licèt sint, qui dubitent, *utrum in peccato originali concepta fuerit*; tamen vita ejus talis fuit, ut omnes fateamur cum Augustino: Cùm de peccatis agitur, &c. Item, Sermone de Assumptione fol. 525. Cùm enim piè credamus B. Virginem fuisse privilegiatam, *quòd sine peccato originali nata & concepta fuerit*; non usque adeò miramur, Deum præservasse eam à pœna, quæ partim nos habebat in culpa. Item, in Sermone de Nativitate B. Mariæ Virginis fol. 544. ait: Non est hic materia tristitiæ propter miserias secundùm animâ *ex peccato originali; ab illo ipsa planè libera & præservata fuit*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1642. in 4. Item, in secundo tomo Concionum Moralium à fol. 497. *in festo Conceptionis B. MARIÆ* 8. Decembris Sermonem super Evangelio: Loquente Jesu ad turbas, & Epistola, usque ad fol. 574. latè & eruditè. Et statim eodem folio: In eodem festo Conceptionis B. Mariæ collatio: Psalm. 54. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Impress. Antuerpiæ 1643. in 4. & 1632. In quibus agit de præservatione Virginis ab originali, & ejus gratijs. Vide in indice verb. Maria, quia latè agit de mysterio.

Item, in libro 1 Manuale Fratrum Minorum, fol. 176. agit *de Conceptione Virginis*, & indulgentijs à Summis Pontificibus ejus festivitati concessis. Lib. impress. Antuerpiæ 1618. in 16.

GUILIELMUS Sprewen, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini Trudonensis Belga, scripsit Sermones varios *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut dicit Hippolyt. Marrac. in Catalogo ad annum 1477. & in Bilioth. folio 545.

GUILIELMUS Tasselon, Ordinis S. Augustini, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii die 29. Aprilis, anno 1616. Thesi 15. de Originali, hæc inquit: *Ab eo Virgo Deipara immunis fuit*. Impress. ibidem in 4.

GUILIELMUS Tasiere, Gallus sive Normandus, scripsit Triumphum *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* ad annum 1552. Rothomagi. Vide Hippolytum Marrac. in Biblioth. & in Catalogo Mariano, Pistojam coronam 2. cap. 8. fol. 227.

GUILIELMUS Valdesanus, Canonicus Italus, in libro: Stimuli virtutum adolescentiæ Christianæ, lib. 2. cap. 23. folio 328. loquens de causis, quare diligenda, & adoranda sit B. Virgo Maria, inquit: Primùm, quia inter omnes res creatas (Christi humanitatem semper excipio) *maximam illam puritatem habet: purior non hominibus tantùm, sed etiam purissimis Seraphim; puritate sua simillimam referens imaginem Filij*, &c. Vide alia ibi, & lib. 3. cap. 12. fol. 430. Lib. impress. Antuerpiæ 1603. in 12. Non autem simillimam referret imaginem Filij sui, si in peccato originali esset concepta.

GUILIELMUS de Valle Roldon Britonus, Doctor Parisiensis, in 3. Sentent. sub hoc titulo: *In Conceptione Matris Dei purissimæ ab omni peccato infusa fuit sanctificatio*. Ita extat in lib. manuscrip. existente in Collegio regali Navarræ in fol. in titulis quæstionum; licèt in opere non perveniat ad 3. quia deest.

GUILIELMUS de Vallone, Ordinis Prædicatorum Gallus, & Episcopus Ebroicensis, Christianissimi Caroli VI. Regis Francorum Confessarius, *cùm immunitatem Virginis Deiparæ à peccato originali* mordicùs negasset, tanquam infamis à Regno pulsus est, & cum aliis palinodiam canere compulsus fuit; statuitque Rex Carolus nunquam deinceps ex eo Ordine Confessarium eligere. Spondanus ad annum 1397. vel 1387. num. 7. Velazquez de Maria Immaculatè concepta, lib. 4.

fol. 380. Poza & Valdeclausa. Nos habemus authẽtica testimonia ex Archivo Univer. Parisien.

GUILIELMUS Vauro vel Barro, Guarronis, sive (ut alij) de Waria vel Oona, Ordinis Minorum, & Præceptor Scoti, in 3. Sententiarum, dist. 3. scripsit quæstionem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ubi dixit illam sententiam, quòd si ei errandum foret, potiùs in Virginem laudando, quàm ei detrahendo, &c. Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, artic. 2. folio 104. Et existimo, quòd hic sit, qui vocatur à Daza, fol. 48. Joannes Barro, sed ipse distinctum judicat: siquidem infra citat ex Bernardino de Bustos, sermone 4. Leon, classe 9. De quo semel & iterum Eusebius Nieremberg, lib. de Exceptionibus, cap. 27. folio 520. & Antonius Chucarus, folio 63. columna 7. Præcipuum verò testimonium desumendum est ex illius temporis Scriptore, & contemporaneo Guilielmi Guarronis Henrico de Hassia, qui in speciali libello insurgit contra eum, propter illud de macula Sancti Bernardi.

GUILIELMUS de Villamodij, Canonicus Aurelianensis, primò in illo Episcopatu instituit *Conceptionis festivitatem, &c.* Ita Marrac. ex Claudio Sausseio in Antist. Marian. folio 499.

GUILIELMUS Vincentij, Ordinis Patrum Cœlestinorum Gallus, *de Conceptione Beatæ ac gloriosæ Virginis MARIÆ* Sermonem, sub themate: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Incipit: Secundùm Philosophos & Doctores Catholicos beatitudo est status bonorum, &c. Ubi latè agit de ejus præservatione à peccato originali, & mira Conceptione, & ad finem habet: Explicit Sermo *de Conceptione Beatæ MARIÆ semper Virginis* compilatus per Fratrem Guilielmum Vincentii Cœlestinum. Est liber manusc. in 4. in Conventu Patrum Cœlestinorum Parisiens. characteribus antiquis exaratum, & apud nos sudat sub prælo hoc anno in 4.

GUILIELMUS Vorrilong, vel Borrilon, vel Forrilongus Gallus, Ordinis Minorum, ad quæstionem: Utrum in Conceptione Matris Dei purissimæ ab omni peccato, infusa fuerit sanctificatio? ponit tres Conclusiones, quarum prima est de sanctificatione Conceptionis Beatæ MARIÆ quoad Deum sanctificantem. Secunda de ipsa sanctificatione, respectu peccati. Tertia verò de eadem sanctificatione, respectu impotentiæ peccandi. Prima Conclusio: *Deus potuit facere, quòd Beata MARIA non conciperetur in peccato originali, atque decuit Deum, ipsam MARIAM præservari ab omni impuritate peccati, & quòd de facto ita fuit: unde imaginor in utero MARIAM fuisse sanctificatam, primò in carne ante animæ infusionem à corruptione, scilicet vitiosa; secundò in animæ infusione ne peccatum contraheret originale*, in quo signo gratia ei collata est. Conclusio 2. Sic in MARIÆ sanctificatione fomes præventus est, *ut omni à peccato foret aliena*, &c. Conclusio tertia: Concepto Dei Unigenito, sanctificatione MARIA impeccabilis effecta est, &c. In secunda difficultate prædictæ quæstionis inquirit: Quid præelegisset MARIA in naturalibus constituta, aut cadere in peccatum originale, aut privari visione Dei, si unum oportuisset eligere? Et respondit cum Francisco de Mayronis, *quòd eligeret privari visione Dei*: quia non est tantum malum, quantum odium Dei, quod incurritur in peccato originali; quia vocamur filii iræ, &c. Lib. impress. Lugduni 1489. in fol. & Venetiis 1596. & 1502. in 4. & iterum Lugduni 1484. & Parisiis 1503.

GUILIELMUS de Weidea Canonista, in Cap. Conquæstus de feriis, specialem edidit quæstionem, in qua probat *Virginem almam MARIAM à peccato Adæ fuisse prorsus liberam*. Sic David Meyer Agricola in Corona Doctorum, fol. 77.

GUNDISALVUS de Albornoz, Societatis Jesu Hispanus, primus videtur fuisse ex Definitoribus ex professo circa debitum, ut colligitur ex Epistola quadam R. P. Francisci Suarez originali, scripta ad eum ex Civitate Conimbricensi die 26. Septembris anni 1626. quam originalem vidi, sicque ibidem Suarius scribit: Y particularmente lo siento assi en la historia, que V. R. me cuenta tocante a lo de la Concepcion, approbacion de la probabilidad de que la *Sanctissima Virgo non contraxit debitum*, porque en la materia del debito yo no me inclino à aquesta sentencia, pero si que es verdad todo lo que V. R. me escribe, y que muchos doctos que la defienden constantemente, y no se puede negar, sino que es probable, y que nace de mucha devocion, y piedad con la Virgen; y assi tengo por cierto, que lo aurá aceptado, como trabajo tomado por su amor. Extat littera originalis in Archivo Complutens.

GUNDISALVUS, Archiepiscopus Toletanus Hispanus, composuit post revelationem & apparitionem sibi factam de celebranda festivitate *Conceptionis, & eius à peccato originali præservationis*. *Tractatum unum de Conceptione* pulchrum. Et celebravit per totam Hispaniam festum Conceptionis solemnizari, & sic toto tempore vitæ suæ amatim prædicavit. Ita Michaël Mediolanensis in Sermonario de Pœnitentia, Sermone de Conceptione, parte 3. fol. 16. à tergo, ubi latè narrat historiam.

GUNDISALVUS de Arriaga, Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ Professor Hispanus, dicitur scripsisse de Conceptione. De vera D. Antonii de Lupian Zapata in suis Notis manusc. El P. Presentado Fray Gonzalo de Arriaga de la Orden de Predicadores natural y hijo de S. Pablo de Burgos, escrivio *de Concepcion*, costole la vida año 1657. Scio, quòd tempore ejus acciderint mirabilia, & maximas passus fuit persecutiones à suis; an autem scripserit, mihi est ignotum: fides sit apud referentem Auctorem.

Item, in tomo 2. de doctrina S. Thomæ, lib. 3. cap. 7. §. 5. num. 8. fol. 594. postquàm dixerat: Espejo clarissimo, fue dezir careze de mancha, prosequendo certo, que no es clarissimo el espejo manchado, &c. en extension à su Señora llama la Iglesia, Espejo sin mancha: *Speculum sine macula*. Item in indice concionatorio adducit Elenchum pro *festivitate Conceptionis, &c.* Lib. impress. Matriti an. 1652. in fol.

GUNDISALVUS de Ayala, Poëta Hispanus, fecit Glossam *pro intemerata Conceptione Virginis Deiparæ*. Ita Sanct. Zapata in Tractatu de Concept. folio 121. & Hieroglyphicum, folio 149. & 150. & folio 194.

Item, in Certamine Dominæ nostræ del Sagrario Toletan. folio 78. inquit:

Que para Madre del Verbo
Fue limpia de toda mancha, &c.

Extat Poëma in libro impress. Matriti per Petrum de Herrera, anno 1617. in 4.

GUN-

GUNDISALVUS de Campo, Provisor Hispalensis, Archiepiscopus deinde Limensis, dispoſuit & dotavit, ut Horæ Matutinales recitarentur *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* in Ecclesia Hispalensi cum omni solemnitate, &c. Ita Antonius de Quintanadveñas, in libro de Ecclesia Hispalen. fol. 374.

Item, fecit quamplures informationes contra aliquos Religiosos prædicantes *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*; quarum Summarium prodijt impress. Hispali ad annum 1615. in fol. & habet folia 13. Vide verb. Ludovicus Alvarez.

Item, Hispali fundavit Collegium pro sæcularibus studentibus, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*. Marrac. in Antist. Marian. fol. 234. ex Leone in vita Vener. Toribii Alph. Mogrovejo.

GUNDISALVUS de Castilla, Societatis Jesu Hispanus, cùm esset Romæ Procurator Regius pro *causa Conceptionis circa titulum Immaculata* ipsi adscribendum, diversa edidit Memorialia circa hanc materiam satis erudita, quorum aliqua mihi ostendit: sed ejus morte immatura non potuerunt typis mandari. Quæsivi ipsa, sed invenire haud potui: quia Patres Jesuitæ dicebant esse apud D.D. Cardinalem Tribultium, & Cardinalis reclamabat esse apud Jesuitas; & sic perierunt. De hoc mentionem facit Hippolytus Marraccius in lib. Cæsares Mariani, folio 33.

GUNDISALVUS de la Cerda, Ordinis Militiæ Alcantaræ, in Epistol. ad Romanos, cap. 5. fol. 104. numero 19. ad illa verba: Propterea sicut per unum hominem peccatum, &c. excipit Virginem Mariam à regula generali peccati originalis, dicens: *Sanctissima Virgo MARIA ab hac originali regula meritò excipienda videtur, &c.* Lib. impress. Ulyssiponæ 1583. in fol.

GUNDISALVUS Cervantes, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Parecer de San Agustin, *en favor de la Concepcion purissima de la Virgen MARIA Madre de Dios sin pecado original*, en doze insignes lugares, y principios Teologicos del santo Doctor, con respuesta à otros doze, al parecer en sus obras encontrados, &c. Lib. impress. Hispali 1618. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

GUNDISALVUS Fuentes de Albornoz, Societatis Jesu Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Padece el daño quien le haze, *de que sola fue libre la siempre indemne, è Immaculada santissima Virgen MARIA, Madre de Dios nuestro Señor concebida sin los debos de la culpa, y deuda original*, advertimiento Theopolitico en los tres estados de la Republica Christiana, justicia original, naturaleza, y gracia, &c. Exat manuscr. in Collegio Complutensi Societatis Jesu in folio, & incipit: Por la Republica Christiana.

GUNDISALVUS Frances Hispanus, Doctor ac Vicarius Hispalensis Archiepiscopi, accepit informationem juridicam circa scandala exorta à fautoribus opinionis affirmativæ, *in materia de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ cum aliis viginti sex prodiit Hispali, anno 1615. in folio. Vide Verb. Ludovicus Alvarez.

GUNDISALVUS de Herrera, Ordinis Minorum Hispanus, & meæ Provinciæ Limensis meritissimus Minister Provincialis, edidit Sermonem sub hoc titulo: Oracion Evangelica, que predica en la Cathedral de Lima, al juramento que hizieron los Señores Virrey, Arçobispo, Audiencia, ambos Cabildos, y demas de la Ciudad, de tener, y defender *la Concepcion santissima de MARIA, el dia de su fiesta, &c.* est Sermo doctus. Impress. ibidem 1655. in 4.

GUNDISALVUS de Illescas Sanfrontes, Abbas Hispanus, *de institutione festivitatis Conceptionis*, & Decreto Sixti IV. &c. in secunda parte Historiæ Pontificalis, lib. 6. Pontifice 220. fol. 86. Impr. Barchinone 1606. in fol. & Salmanticæ 1575. in folio.

GUNDISALVUS Lopez, Tevariensis de Alarcon Hispanus, in 1. parte Quadragesimæ pro Dominicis, quartis ac sextis feriis, &c. Homilia 2. pro feria 4. Cinerum, fol. 40. inquit: Quis homo vel mulier in consilium impiorum non abiit, saltem per originalem culpam, & à Deo recessit, nisi Filius Dei, *& sanctissima ejus Mater? &c.* Vide etiam fol. 210. quomodò contrivit caput serpentis. Et Homilia 8. folio 929. ad illa verba: Qui non est mecum, &c. inquit: Quæ mulier aut homo purus, imò & Angelus hucusque fuit in virtute & bonitate ex parte Dei contra dæmonem, ut sanctissima Virgo Maria, miserorum levamen? Quis ex hominibus non fuit aliquando contra Filium Dei, saltem originali macula, *nisi illa tota pulchra intus & foris in Conceptione, & postea amica Dei sanctissima, in quâ macula ab ipso Deo non fuit unquam inventa?* Lib. impress. Salmanticæ 1584. in 4. Sunt ibi alia quamplura, præcipuè fol. 439.

GUNDISALVUS de Rebolleda, Ord. Minorum Hispanus, correxit Librum editum sub hoc titulo: Por alabança de la preciosa Virgen, y Madre de Christo Jesus, comiença el libro intitulado: El Triumpho de Maria, por Martin Martinez de Ampies compuesto, y enmendado de sus delitos; à el otorgada por el Doctor Fray Gonzalo de Rebolleda Frayle Menor, como por padre de su confession, &c. & adducit: *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à Deo, electa atq; prælecta.* Vide verb. Martin. Martinez. Lib. impress. in 4. absque anno & loco impress.

GUNDISALVUS Sanchez Luzero, Canonicus Granatensis Hispanus, edidit Defensorium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Matris Dei, & Dominæ nostræ, &c.* parte 1. Lib. impress. Hispali 1617. in 4.

Item, ibidem: *Quòd Virgo sanctissima non peccavit in Adam, nec habuit debitum peccati originalis*; quam veritatem probat discursibus Theologicis, &c. Lib. impress. Hispali 1617. in 4. & 1616. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Altissimamente descubre, &c.

Item, scripsit Discursum Theologicum *pro immunitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Matris Dei, Dominæ nostræ.* Impress. Matriti 1614. & Granatæ 1608. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Aunque son muchos, &c.

Item, ibidem Discursum alterum Theologicum *pro immunitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, ex testimoniis Cœcilii & Thesiphonis, &c. Et incipit: En el sacro monte. Impress. ibi à folio 79. Hic Tractatus coincidit cum alio incipiente: Antes de proponer, solùmque differunt aliquibus verbis. Impress. Granatæ 1608. in 4.

Item, Discursum alterum Theologicum *pro immunitate Virginis MARIÆ*, sub hoc titulo: *Fue la Virgen predestinada à perpetua santidad, de donde se prue-*

la la immunidad de la culpa en Adan. Extat impress. cum alio Hispali 1616. in 4. & incipit : De lo dicho en todo , &c.

GUNDISALVUS, Tolosanus Archiepiscopus Hispanus, *de Conceptione V. MARIÆ* composuit Tractatum pulcherrimũ; ut referunt multi antiqui, ac moderni Scriptores, ac de eadem *Conceptione* Orationes & Homilias plures. Vide Bernard. de Bustos in officio diei 2. infra octav. lect. 4. de quo Salazarius, c. 35. n. 50. Leon, classe 6. Marrac. in Bibliot. Mariana, tomo 1. & in Antist. Marian. fol. 256.

GUTERIUS Carbajalus, Episcopus Placentinus, edi curavit Missale ejusdem Ecclesiæ, in quo est Missa *de Immaculata Virginis Conceptione* cum pulcherrima imagine ejusdem, folio 363. Impress. Venetiis 1554. in folio magno.

GUTIERUS Gonzalez, Protonotarius & Commensalis Apostolicus Hispanus, in libro de Doctrina Christiana, hæc verba habet in Prologo : Libro de Doctrina de la Christiana Religion, instituido de licencia, y facultad de la Sede Apostolica, por Gutierrez Gonzalez, de buena memoria, Protonotario, y Commensal del Papa, Fundador *de la santa Capilla de la Concepcion de N. Señora* de S. Andres de Jaen, &c. Toleti 1564.

GUTIERUS Marquez de Cariaga, edidit Opusculum cujus titulus est : Respuesta con breve, y cierta solucion à la pregunta hecha por el Maestro de Ceremonias de la Santa Iglesia de Sevilla, y à los papeles, que algunas personas doctas han escrito, à cerca de la duda, por dicho Maestro propuesta, y aqui consultada por el Maestro de la Santa Iglesia de Granada; si en la de Sevilla se pueden rezar las Horas Canonicas, y celebrar la Missa, haziendo el Oficio *de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, este año de 1619. que cae en una de las Dominicas de Aviento, &c. Ubi plura adducit de ejus circa mysterium devotione, & incipit Opusculum : Despues de escrito este papel, &c. Granatæ 1619. in 4.

GUTIERUS de Ocampo, Ordinis Minorum Hispanus, *in festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem. Impress. Salmanticæ 1619. in 4.

GUTIERUS Trejo Placentinus, Ordin. Minorum Hispanus, ad c. 13. Epistolæ ad Romanos ait : *Quod Virgo MARIA non fuit obnoxia peccato originali*, num. 10. Item : *Quòd fuit tota pulchra absque ulla macula peccati originalis*, contra quemdam Doctorem, qui affirmabat animam beatissimæ Virginis fuisse per horam vel modicum tempus in tenebris, & deinde factam esse lucem, &c. n. 18. Item, ad cap. 5. ejusdem Epistolæ : *Quòd anima Virginis habuit gratiam concreatam in primo suæ Conceptionis instanti, & quòd fuerit exempta à generali lege*, &c. num. 19. & 17. in libro dicto : Paradisus deliciarum Pauli Apostoli. Compluti 1638. in fol.

H.

HADRIANUS Budsius, sive Adrianus Budsi, natione Belga, Ordinis Cistercienses, qui obijt anno 1488. secundùm R. P. Carolum de Visch in sua Bibliotheca, fol. 5. scripsit carmine Tractatum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus Tractatûs mentio fit in Epitaphio quod illi post obitum posuit Judocus Badius Gandensis, ubi inter alia sic dicitur :

Carminibus scriptis declaravit Genitricem
Virgineam, intactam crimine originis, &c.

Vide supra allegatum Visch, verb. Adrianus Budsius; & R. P. Ludovicum Jacobum à S. Carolo Carmelitam in sua Notitia manuscripta.

HADRIANUS Collaert, in vita V. Mariæ quam pulcherrimis iconibus sculptis excudit, adducit imaginem Conceptionis, & in primo folio vocat ipsam ex semine Abrahæ, ortam de tribu Juda, clara & regia stirpe David, *speciosissimam super sæculo natis*, &c. Extat in Biblioth. D. Antonii de Leon seorsim, & in nostris libris de Imaginibus Virginis MARIÆ in fol.

HADRIANUS Hecquetius, Atrebatinus Ordinis Carmelitarum, in libro : Peripetasma argumentorum insignium, in miscellanea dysticorum inquit :

Unica Virgo fuit, prolem quæ protulit orbi,
Unica, non plures, Unica Virgo fuit.

Lib. impress. Lovanij 1564. in 8. Hæc verba plusquam in cortice sonant, indicant. Nam *Una* idem est, ac sola & singularis : *una* numerabilis est, sed *unica* est extra numerum. Semper ergo V. MARIA vocatur ab Hadriano *unica*, non *una*, quia semper *unica* fuit, nunquam verò *una*. Si originale haberet, *una* esset, & tanquam *una* ex filiabus Adæ cum ipsis computanda, atque connumeranda quasi una ex ipsis; sed quia præservata *unica*, & sola ideo *unica* : unicum enim fuit privilegium præservationis à peccato. Et si istum noluerit admittere pro expresso milite, parum interest, si excludatur à Militia.

HADRIANUS Lametius Henencuriæ Doctor Theologus, atque Ambianorum Decanus, &c. Tract. in 27. Psalmos, Psalm. 18. fol. 398. inquit : Postea & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, MARIÆ videlicet utero, quæ quidem decora fuit per puritatem & gratiam, nata ex stirpe legis veteris : quia de tribu Juda & stirpe David, *nec, tamen noctis peccati tenebras contraxit, sed à Oriente Sole iustitiæ illustrata, per gratiam præservata est.* Lib. impress. Parisijs 1547. in 8.

HADRIANUS Liræi, Societatis Jesu Antuerpiensis : *Quòd Virgo MARIA erat de se obnoxia originali culpæ*, & quòd fuerit à Deo virtutibus, gratijs, ac donis plurimis præventa, in libro : Thesagion Marianum, sive Trium mũdi Ordinum cœlestium, terrestrium & infernorum, cultus, pietas & adoratio. Antuerpiæ 1648. in folio. Item : *Quòd MARIA fuit tota pulchra, absq; ulla macula*, & Sancti Spiritûs sponsa charissima, sono 16. folio 93. Item : Quomodò Mariana de Jesu Tertiaria habuerit revelationem, *quòd Beata Virgo MARIA ab omni originali peccato fuit præservata*, modulo 29. fol. 302. Extat impress.

HADRIANUS Mangotius, Societatis Jesu natione Belga, quem aliqui Doctores ipsius Societatis Carolum vocant, sed perperam, in lib. inscripto : Monita Mariana, monito secundo super illa verba : Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus, sic inquit : Scripturam hanc de sanctissima Virgine MARIA multi, ac magni intellexerunt Patres, eamque interpretationem ab antiquis usque temporibus approbavit Ecclesia : in eo autem dæmonem superavit, quòd nulla unquam ex parte antiquo serpenti subjecta fuerit, *utpote ab omni peccati labe prorsus immunis* : ac non

eriam caput serpentis contrivit, quòd peccatum originis, cui omnes filius obnoxij, non contraxerit (quæ nostra est sententia) sed singulari Dei gratia ab eo sit præservata; quod caput serpentis dicitur, quia ex eo serpens vires omnes suas expromit tanquam ex capite & radice cæterorum, &c. Vide totum Monitum. Lib. impress. Antuerpiæ 1613. & 1615. in 8. quem nos transcripsimus in nostra Bibliotheca Virginali, seu Mari magno tom. 1. à fol. 88.

HADRIANUS Moerbetius, Diestensis Ordinis Præmonstratensis, in lib. Scala purpurea in sex gradus divisa Dominicæ Passionis, &c. tom. 2. *in fejo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis introductione*, in qua latissimè tractat & eruditè de immunitate & præservatione Deiparæ à fol. 127. usque 144. Lib. impress. Antuerpiæ 1634. in fol.

HADRIANUS Oyen Brochusanus, patriâ Colonicnsis, ediditOpusculum sub hoc titulo: *Hieroglyphicum literæ O. Alphabeti Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Lib. impress. Matriti 1655. in 4. Habemus de hoc plura Carmina manuscripta alibi fortè danda.

Item, in libro dicto: Declaracion muy provechosa de los misterios del sancto sacrificio de la Missa, con Imagines, Oraciones muy devotas para cada Misterio, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, fol. 40. & fol. 55. à tergo & folio 61. etiam à tergo. Lib. impress. Matriti, anno 1659. in 16.

HADRIANUS Primus, Summus Ecclesiæ Pontifex, in Epistola ad Tarasium Patriarcham Constantinopolitanum vocat *Virginem MARIAM incontaminatam, immaculatam, incontaminatam & inculpatam*, &c. Extat in secunda Synodo Nicæna. Vide Joannem Eusebium de Except. cap. 8. fol. 77.

HADRIANUS Quartus, Summus Ecclesiæ Pontifex ad annum Christi 1150. ante Papatum suum scripsit Libros duos *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Simblerus, & in Biblioth. Pontificia P. Jacob. à S. Carolo, Leon in Bibliotheca classe 4. Possevinus, Tamajus, Pistoia, fol. 163. & alij.

Item, cùm esset Pontifex celebravit *festivitatem Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre est apud Nicolaum Alvacensem, & Euseb. Nieremb.

HADRIANUS Sextus Papa, Trajectensis Germanus, pro Confraternitate Toletana *in obsequium & laudem Conceptionis Immaculatæ ejusdem augustissimæ coelorum Reginæ*, à Carolo V. Imperatore fundata, habet Bullam unam expeditam Tarraconæ 1522. ultimo die mensis Julij. Ita Marrac. in Pontif. Marian. fol. 175.

HAMELIUS, in 3. partem D. Thomæ, quæst. 17. de Sanctificatione B. Virginis, art. 1. Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in utero, & quomodò? Propositio tertia: *Probabilius videtur B. Virginem in primo instanti suæ Conceptionis esse sanctificatam, ac proinde à peccato originali præservatam.* Quod latè probat per Scripturas & auctoritates. Manusc. in Bibliot. S. Mariæ Dunensis Brugis, classe 6. num. 24.

HAUTBERTUS Hispalensis, Ordinis S. Benedicti Hispanus, & filius Monasterij de Dumio in Galetia, qui floruit ad annum 919. in sua Chronica, quæ manuscripta extat apud D. Antonium de Lupian, ut ipse affirmat in Epistola contra Bachalaureum Anonymum, fol. 7. ubi dicit Hautbertum scripsisse hæc verba: Eodem anno sanctus Petrus Apostolorum Princeps, & ovium universalis Pastor ad Hispanias venit, & docuit Hispanos usum sacrarum imaginum, *& prædicat Conceptionem B. MARIÆ Virginis, quæ fuit intacta, & sine macula peccati.* Hæc sunt verba relata, quæ si vera sunt, B. Petrus fuit Immaculatæ Conceptionis primus Prædicator. Et in alijs quinque locis sui Chronicon agit *de eadem Immaculatæ Virginis Conceptione*, teste eodem Antonio de Lupian in quadam notitia manuscripta, Auctore Iacque Gregorio Argaz.

HAYMO Albestatensis, Monachus Fuldensis & Episcopus, in lib. Homiliarum, Homilia super eo verbo, quod scriptum est Ecclesiastici 24. Ab initio & ante sæcula creata sum, & potest legi in omnibus solemnitatibus Beatæ Mariæ Virginis, fol. 243. sic inquit: Quid enim absurdum, quidve contrarium est, si hoc quod ait: In omnibus requiem quæsivi, & in hæreditate Domini morabor, Dei Genitrici convenire dicamus? Ipsa quippe in omnibus requiem quæsivit, quæ ut in requie sempiterna Patrem invenire posset, prima omnium virginitatem suam sine macula servare devovit, sicut Angelo Gabriëli Domini Conceptionem nuntianti respondit: Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, nec cognoscere disposui? Ipsa in hæreditate Domini morata est, quæ non peccando à possessione Domini non discessit, sed integram suam animâ à concupiscentia, & carnem à corruptione servans, portio hæreditatis Dei effecta est; cantans cum Propheta, & dicens: Etenim hæreditas mea præclara est mihi, &c. Ita in libro impress. Parisijs 1534. in 8. In quibus verbis notare debes primò illam negationem: Quæ non peccando; si igitur non peccavit, ergo neque originaliter, quia aliàs jam à possessione Domini discederet. An, qui sunt in peccato originali, sunt in possessione Domini? Secundò nota illud: Virginitatem suam sine macula servare devovit, quia non esset Virginitas sine maculâ illa, si in aliquo saltem instanti esset maculata. Unde deducitur, quòd quando absolutè ac simpliciter dicitur: Maria sine macula fuit; supponit pro omni tempore, ac statu.

Item, in Serm. de Assumptione D. Virginis Mariæ, super illud: Missus est, &c. fol. 205. inquit: Gratiâ plena dicitur, gratis datâ. Gratiâ Dei fuit plena Maria. Nulli enim homini ex mare & fœmina procreato tanta gratia collata est, quanta illi, quæ creatorem suum meruit generare. Et infra inquit: Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, umbram tibi faciet. Qui calorem habet, umbra est illi necessaria, ut refrigerium habeat tempore æstatis à calore. Adveniens Spiritus Sanctus umbram fecit Mariæ, quia omnem calorem concupiscentiæ carnalis ab illa abstulit. Primò mundavit eam *ab omni peccato*; deinde omnem statum concupiscentiæ, quam habent virgines, abstulit, ut postmodum nullam passionem, quam habent virgines, inde haberet, &c.

HAYMO de Montefalcone, Lausanensis Episcopus, ac Ordinarius in Civitate Bernensi, auctoritate Apostolica Legatus Julij II. inquisitionem fecit contra quasdam falsas, impias & diabolicas machinationes, quas in odium *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* aliqui excogitarunt, &c. Vide de hac re Laurentium Surium & Nicolaum Vallesium in additionibus ad Nauclerum, Martinum Delrio, lib. 4. Disquisitionum Magicar. Velazquez, fol. 243. Cabellum in Ro-

sario. Vide etiam Matthæum Walesonum, & Achillem Castellanum. Itidem Librum de hac re editum, parte 4. cap. 6. Impress. Bernæ, anno 1609. in 4. Vide supra Achillem Grassum, & Matthæum Schinder infra, atque Petrum Martyrem de Algeria, & Joannem Jetzer, Ordinis Prædicatorum.

HECTOR ab Albata, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 26. Julii 1661. Thesi 17. de Peccato originali, hæc defendit: *A peccato originali & omni ejus debito Matrem Dei eximimus, non tantùm pio, sed etiam solido fundamento.* Impress. ibidem in 4.

HECTOR Pintus, Ordinis S. Hieronymi Hispanus, tomo 2. in Ezechielem, cap. 43. fol. 353. inquit: Et quoniam omnes in peccato originali concipiuntur, dicebat divinus Psaltes: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Paulus: Eramus naturâ filij iræ; at admirabilis Virgo Maria Dei Genitrix tributum hoc nunquam tulit. Fuit hoc singulare quoddam privilegium, quod ei concessit summus Rex; quoniam fuit genita, ut Deum ipsum generaret, & electa à Deo in tempore, ut eum, qui est absque tempore, conciperet: *ideo fuit absque peccato concepta*, &c. Hæc est Immaculata Dei Genitrix; hæc est Civitas illa immunitate ornata, quæ tale tributum pendere non agnovit; hæc est terra illa sacerdotalis, quæ nulli erat obnoxia tributo, &c. *Hujus Sacerdotis terra est illa, quæ nullum unquam pœnitus habuit peccatum nec originale, nec actuale.* De illa ait Ecclesiasticus: Liberasti me, Domine, secundùm multitudinem misericordiæ tuæ. *Fuit enim ab omni culpa præservata*, &c. Vide alia perpulchra ibi. Lib. impress. Lutetiæ 1617. in fol.

HEGNEMANNUS N. Magister Ordinis S. Augustini Germanus, edidit Tractatum *pro Immaculata Virginis puritate & sua immunitate a peccato originali*, ut refert Joannes de Meppis, cognomento Schypower in Tractatu suo de Conceptione, Auctore 7.

HELÆCA, Cæsaraugustanus Episcopus, recollegit Carmen, seu Hymnum Marci Maximi Episcopi Cæsaraugustani de fundatione Ecclesiæ à Columna, sub titulo *Conceptionis illibatæ*, &c. ut videre est in fragmentis prædicti Episcopi Marci Maximi. Lib. impress. à Fratre Joanne Calderon Franciscano Cæsaraugustæ 1619. in 4. & alijs.

HELIAS, Gandensis Episcopus, cùm Tolosæ prædicare vellet contra Conceptionis sanctitatem, omnes rationes, quas eôtra ipiam proponere decreverat, à memoria ejus exciderunt: & solùm *aliæ pro Conceptione* in ejus memoria fixæ permanserunt; & sic coactus fuit oppositum sui propositi prædicare: quem casum, dum vixit, privatim & publicè omnibus enarravit. Ita Nicol. de Nisse in Serm. 2. de Concep. Joan. de Segovia & alij quamplures, ut infra videbimus littera Q.

HELSINUS vel Helpinus, Abbas Ordinis S. Benedicti Anglus, primus fuit, qui ad ann. 1060. revelationem accepit circa celebrationem *festi Immaculatæ Conceptionis*, quam ipse in suo Beccensi Cœnobio, quamdiu vixit, devotis obsequijs celebravit; quem postmodum tota Ecclesia imitata fuit. Vide de hac re Epistolam S. Anselmi satis devotam & eruditam ad Episcopos Angliæ, in principio nostri Regesti Armamentarij Seraphici, & in nostra Biblioth. Mariana, & in Lectionibus ferè omnium officiorum in nostro Choro Castrorum adductorum, atque etiam omnes Scriptores qui de Conceptione Virginis Mariæ scripserunt. Vide etiam Antonium Chucarum, fol. 62.

HENRICUS, Abbas de Vallibus in Omeis Ordinis Cisterciensis in Diœcesi Tullensi, Gallus, scripsit Sermones de Adventu, inter quos habet unum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, manuscr. in Bibliotheca Morimundi. Eorum meminit R. P. Carolus de Visch in Bibliotheca Cisterciensi.

HENRICUS Arnoldi Saxo, Ordinis Carthusianorum, Decretorum Doctor, & Concilij Basileensis Scriba & Notarius, scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum. Lib. impress. Antuerpiæ 1527. in 4. ut referunt Cornelius Scultingius, & Joannes à Sancta Maria in supplici libello, fol. 320. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo, Possevinus, Petreius, Leon. & Pistoia.

HENRICUS Blake, Ordinis S. Augustini Hybernus, in Gymnasiis Augustinianis Collegij Parisiensis die 23. mensis Februarii, in Theologicis Assertionibus, Præside Magistro Nicolao Coffe Doctore Theologo Facultatis, & Regiæ Navarræ summo Moderatore, sustinuit pro tentativa *Virginem MARIAM fuisse exemptam & intactam à macula culpæ originalis*, &c. anno 1661. Impress. Parisiis 1660. in charta expansa.

HENRICUS Canisius, Juris Consultus Noviomagus, in Mœnologio Græcorum ad diem 9. Decembris, *de Commemoratione Sanctæ Annæ matris Deiparæ Virginis*; quòd autem hæc festivitas de Conceptionis Virginis, vide verb. Mœnologium. Lib. impress. Ingolstadii 1602. tomo 2. atque lectionis, folio 930. in 4.

HENRICUS Carthusianus, Auctor antiquus, scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ*, ut refert Joannes Eusebius in lib. Exceptionum cap. 27. fol. 519.

Item, scripsit super Canticum Canticorum voluminosum Opus, ita ut de quolibet Capitulo unum ediderit librum, & in cap. 8. tomoque 8. continente 79. Consolationes (ut ipse vocat) agit pulchrè *Immaculata puritate Virginis MARIÆ*. Alios septem tomos priores non potui videre. Et extat apud Patres Carthusianos Coloniæ littera O. num. 112. in fol. In isto, si non duos, saltem habemus unum egregium militem.

HENRICUS Culens, Pastor Gerardimontanus, in libro: Thesaurus locorum communium, verb. Maria: *Quòd de semine David nata fuerit Virgo*, ubi etiam agit de *Conceptione ejus*, fol. 225. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in 8.

Item, in spirituali Sermonario, ac variarum concionum ad diversos hominum status materiarum, sermone de Assumptione, fol. 506. *Quòd ab omnibus maledictionibus Evæ fuit MARIA exempta.* Lib. impress. Antuerpiæ 1613. in 8.

HENRICUS de Cuta, sive de Oyta Germanus, scripsit Librum unum *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Hippolyt. Marrac. in Catalogo ad ann. 1392. & in Biblioth. fol. 553. ex Possevino, & Trithemio, & Leone Pistoia fol. 228. num 219.

Item, edidit Sermones pro festivitatibus Virginis Mariæ, scilicet *Conceptione*, Nativitate, &c. Vide Auctores supra citatos.

HENRICUS Emmanuel S. R. E. Cardinalis Hispanus, in Meditationibus seu Homilijs latinis

tati donatis à R. P. Antonio Senensi, de Purificatione B. Virginis inquit: Quomodò pateris Domine Deus, ut gloriosa Virgo Mater tua, tanquam purificanda ad Templum veniat, *in qua nihil sit quod purificatione indigeat*, neque ad id lege teneatur? Et licèt nulla legis obligatione cogeretur, hoc tamen legis præceptum implere voluit, ut non modò non peccaret, sed nec peccare quidem, aut legem prævaricari videretur, &c. Lib. impress. Lovanij 1575. in 8.

HENRICUS Engelgrave, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 1. Julii an. 1642. Thesi 18. de Originali, hæc defendit: *MARIAM Deiparam si debitum originalis remotum attigit, puritas eius nihil offecit.* Sed quid si decreta est nova creatura, novo homini Deo parens, nihil obest id certè, quòd redemptam se gloriatur à Filio. Impress. in 4.

Item, in libro: Cœleste Pantheon, sive Cœlum novum in festa & gesta Sanctorum totius anni, tomo 2. fol. 298. Emblem. 46. *in festo Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* adducit Sermonem latissimum, usque fol. 314. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ, anno 1658. in 4.

Item, in libro: Lux Evangeliorum sub velo sacrorum Emblematum recognita, in anni Dominicas selecta historia, & morali doctrinâ variè obumbrata, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Emblema 32. *Et quòd à primo instanti suæ Conceptionis fuerit gratiâ plena*, Emblema 665. Lib. impress. Antuerpiæ 1657. in folio magno in duas partes divisus.

HENRICUS Gomez Hispanus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad annum 1619. ut testatur Pistoia in Maria triumphante, corona 2. cap. 5. fol. 163.

HENRICUS Gorrichen, Monachus Benedictinus Germanus, in lib. 3. Sent. Utrum caro Christi fuerat peccato obligata ante sui *Conceptionem*, videlicet antequam à carne Virginis separabatur? Secunda quæstio est: Utrum adhuc caro Christi fuerat peccato obligata, quando à Verbo assumebatur? Ad primum respondet secundùm communem sententiam Doctorum, ac testationem: Quòd caro ante sui Conceptionem fuerit peccato obligata, sicut reliqua beatissimæ Virginis caro. Ad secundam verò quæstionem respondet dicens: Quòd caro illa ad hoc quod uniretur Verbo, Spiritûs Sancti operatione immunis reddebatur ab omni peccato, remanente tantùm in ea possibilitate patiendi, &c. super Magistrum Sententiarum, in lib. impress. Basileæ 1602. in fol. & in principio distinctionis 3. ad marginem dicit sic: Quòd non solùm illa caro, scilicet Christi; sed ipsa *sacra Virgo ab omni peccato à Spiritu Sancto fuit mundata.*

Item, in Regesto seu Repertorio Magistri Sententiarum à se elaborato adducit hanc propositionem: *MARIA fuit immunis ab omni peccato.* Lib. impress. Basileæ 1516. & 1502.

Item, in libro cujus titulus est: Textus sententiarum cum conclusionibus, ac titulis quæstionum S. Thomæ, articulisque Parisiensibus, & in quibus Magister communiter non tenetur, inquit: Excerpta principalium articulorum Tractatûs cujusdam contra errores Fratris Joannis de Montesono Ordinis Prædicatorum, in quo continentur etiam errores contra *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem.* Extat impress. Parisijs absque anno impressionis in fol. & Venetijs 1489. etiam in fol.

HENRICUS Guthberleti, ait: Quòd in Concilio Basileensi decretum & pronuntiatum fuerit *MARIAM Virginem Matrem Domini nostri IESV CHRISTI fuisse sine peccato originis conceptam, idque ex singulari privilegio.* In Chronologia, fol. 491. Lib. impress. Amsterodami 1639. in 8.

HENRICUS Guysius Belga, & Episcopus Ruremundanus, compilavit & recollegit officium solemnitatum & festorum gloriosæ Virginis MARIÆ; in quo agit *de Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. 1594. Marrac. in Bibliotheca, parte 1. in Antist. Marian. fol. 262.

HENRICUS de Guzman, natione Hispanus & Procurator in Romana Curia, *pro hoc mysterio de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* scripsit Librum unum. Lib. impress. 1616. in 4.

Item, ediditMemoriale ad Hispaniarum Regem, & incipit: Enrique de Guzman agente, &c. in quo petijt, *ut cuderetur moneta cum imagine Immaculatæ Conceptionis.* Extat impress. in fol.

Item, edidit Memoriale ad Catholicam Majestatem, sub hoc titulo Hispanico: D. Enrique de Guzman, agente de su Magestad en la causa de la Concepcion de la santissima Virgen. Haviendo tenido noticia que han procurado algunos impedir el feliz progresso de la definicion deste articulo, que tantas vezes ha pedido V. Magestad à la Sede Apostolica. Dice, que por estudios de varones doctos le consta que el Angelico Doctor tubo por ultima opinion y sentencia *que la Reyna del cielo fue concebida sin pecado original*, y porque la persuasion contraria y el deseo de honrar à S. Thomas es la principal causa de la resistencia que se haze à la definicion de la verdad; presenta à V. Magestad los fundamentos siguientes, &c. Habemus manuscriptum in folio; & extat etiam impr. in 4. In quo probat ferè omnia Opera S. Thomæ esse vitiata ab aliquibus.

HENRICUS de Hassia, plantator Gymnasij Viennensis in Austria, quem Theodorus Petrejus vocat Juniorem, Ordinis Carthusianorum, scripsit Librum sub hoc titulo: Contra disceptationes, & contrarias prædicationes Fratrum Mendicantium *super Conceptione Beatissimæ MARIÆ Virginis*, & contra maculam S. Bernardo mendaciter impositam. Impress. characteribus antiquis in 4. absque anno & loco impressionis. Manuscriptum vidimus apud PP. Cruciferos Coloniæ.

Item, edidit alium Tractatum *de Conceptione Virginis*, qui extat apud R. P. Theodorum Moretum, Societatis Jesu Uraftilaviæ Silenorum, ut accepi ex quadam ejus notitia, cujus verba sunt: Henrici de Hassia junioris Carthusiani Prioris Domûs Monachorum S. Mariæ, in Scripturis SS. nobiliter eruditi, sæcularis litteraturæ non ignari, professione Scholastici, & sermonis elegantiâ ad illuminandum intellectum, & inflamandum affectum satis accommodati, quondam sub Sigismundo Imperatore anno 1420. clari, juxta Sixtum Senensem lib. 4. Biblioth. sed secundùm C. Gesnerum anno 1397. defuncti, *Consilium in controversia de Conceptione MARIÆ, & ejusdem de ipsa Sermonem* appositum, vice Corollarij. Incipit: Quid jam dicturi sumus de ipsa morte Christi, &c.

HENRICUS de Hassia (& fortè est alius, qui antiquior dicitur) scripsit Tractatum de Opere sex dierum, in quo multa dicit *pro Immaculatæ Conceptionis*

zionis Virginis MARIÆ mysterio, ut refert & citat Daniel Meyer Agricola, in tract. de Corona Doctorum scribentium pro immunitate ipsius Virginis, fol. 175.

HENRICUS de Hassia, Ordinis Carthusiensis, qui vixit ad annum 1350. & fortè hic est antiquior altero, quem vocarunt Juniorem, in 3. Sentent. distinct. 3. quæst. 1. *& in Sermone de Conceptione, immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali tutatus est*, ut referunt P. Salazar & Leon, class. 9. & multi alij.

Item, in Biblior. S. Martini Lovanij extat manuscr. Serm. sub nomine Hen. de Hassia, & incipit: Ave MARIA, &c. Hanc orationem in quatuor particulas dividendam esse, &c. Et post pauca, sic dicit: *Ave, quia sine væ maculæ originalis*, & sine væculpæ actualis, &c. Nescio, an sit Auctor aliquis ex relatis.

HENRICUS Helmessius Germipolitanus, Ordinis Minorum, in tom. 1. suorum Sermonum, fol. 12. *in die Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ*, in Epistolam, Sermonem unum. Item, *in die ejusdem Conceptionis* Sermonem alterum, fol. 15. Item, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem alterum, fol. 32. Impress. Parisijs 1557. in 8. & Lugduni 1574 in 8.

HENRICUS Henriquez, Episcopus Placétinus Hispanus, in porta suæ Cathedralis Ecclesiæ titulum istum collocari mandavit: *MARIAM non tetigit peccatum primi hominis.* Ex Armament. nostro in Regest. col. 657. Marrac. in Antist. Marian. fol. 262.

HENRICUS Henriquez Hispanus, & Episcopus Oxomensis, in Diœcesana Synodo numeravit inter festivitates observandas *festum Conceptionis Dominæ nostræ, semperq; Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Oxomen. Ecclesia.

HENRICUS Henriquez, Societatis Jesu Hispanus, *de dignitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Caput unum, in lib. Summæ Theologiæ Moralis, lib. 3. de Confirmatione & Extrema Unctione, cap. 11. Impress. Moguntiæ 1613. in fol. Item: Quod *in die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & per totam octavam, tempore Interdicti possint sepeliri mortui, etiam laici, cum solemni officio publicè dicto, sive dicatur in Ecclesia officium Nogarolis, sive non, ibidem num. 4. Item: *Quòd B. Virgo fuit concepta absque peccato originali*, in eadem Summa, lib. ultimo de Fine hominis, c. 10.

Item: *Quòd in die purissimæ Conceptionis B. MARIÆ*, & in octava illius suspendatur Interdictum, lib. 3. de Excommunicatione & Interdicto, cap. 47. nu. 3. colum. 1223. Impress. Salmanticæ 1593. in fol.

HENRICUS Herph, Ordinis Minorũ Flander, in lib. Sermonum de Sanctis, habet Serm. in ordine 3. *in festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, super illa verba: Ecce nubecula parva, &c. Lib. impress. Hagenau, anno 1509. in 4. in quo acerrimè tuetur piam sententiam.

HENRICUS de Hostio, in Epistola contra Guarium, parte 3. cap. 11. sic citatur in originali Joan. Vitalis; sed in altero Alani est Henricus de Hassia, & ego consului prædictum Henricum: locoitaq; citato fol. 13. loquens de utraque opinione Conceptionis, & ad quam esset potiùs declinandum, sic dicit: Et singulis pensatis utrobique satis favorabilibus, verosimiliùs videtur gloriosam Matrem Dei numquam in mortali peccato & filiam iræ fuisse & damnationis, quàm quòd sic: Augustinus enim videtur dicere, quòd quilibet adultus actualiter peccavit, qui originale habuit. Item, in dubijs si contingit declinare ad unam, potiùs ad partem magis piam & utilem declinandum est, modò ista pars opinionis est longè maioris devotionis, & occasio divini honoris: & error est longè excusabilior, quia ex amoris magnitudine oritur. *Et ego (dicit quidam Doctor) si deberem hoc facere, cùm non sim certus de altera parte, magis vellem facere per superabundantiam, dando sibi aliquam prærogativam, quàm per defectum diminuendo, vel subtrahendo ab ea aliquam excellentiam, quam habuit.* Item, secundùm Aristotelem, prodigus est minùs malus quàm parcus. Hucusq; Henricus de Hassia: ex quibus patet, quòd hæc ultima sententia signata non sit sua, sed alterius Doctoris Anonymi. Fuit autem potuit esse Henricus de Hostio nominatus à Joanne Vitali. Cùm ergo evidenter constet quòd non fuerit Henrici de Hassia, sed alterius ab ipso citati; jure ut diversum enumeramus.

HENRICUS van Hulten, Societatis Jesu Belga in Thesibus Theologicis de Peccato originis, Justificatione & Merito, habitis Lovanij die 18. Novembr. 1658. Conclus. 9. defendit hanc Conclusionem: In iis, quæ de peccato originali dicimus, *purissimam Virginem MARIAM comprehendi nolumus; à labe enim originali immunem eam fuisse, certum esse putamus: à periculo verò hujus naufragij tam remotam fuisse arbitramur, quàm fuerunt Angeli.* Et hoc ipsum sensisse & docuisse D. Thomam fuerunt impress. ibidem, eodem anno in 4.

Item, in Theologiâ habitâ die octavâ Julij, anno 1659. Thesi 17. hæc defendit: *Sacratissimam & Immaculatam Dei Genitricem Virginem MARIAM ab originali labe immunem planè fuisse, omnino & divinitùs certum est.* Impress. ibidem in 4.

HENRICUS Lancilotus, Ordinis S. Augustini Doctor Lovanienſis, in libro sub titulo Scholasticum: Quare? per Catholicum: Quia, in omnibus materia religionis controversa solutum, quæ sit de peccato originali parvulorum, ad hanc Scholasticorum objectionem: Quare Papistæ docent filios fidelium contrahere peccatum originis, ideoque debere baptizari, quamvis peccatum originis non imputetur? Sic ait fol. 449. Respondeo & dico, omnes homines & parvulos, qui ex stirpe Adæ naturali generatione propagantur (unde Christus excipitur de Virgine matre) habere necessitatem, & debitum contrahendi peccatum originale; ita ut illud re ipsâ in concipiendo contrahant, *nisi singulari privilegio præmuniantur, quod creditur concessum Deiparæ Virgini MARIÆ.* Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1631. in 12. regali.

Item, in libro: Lapis adiutorij, hoc est, in Psalm. 4. Davidis Cùm invocarem, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Impress. Antuerpiæ anno 1641 in 4.

Item, in libro: Viticula Mariana virginitatis propinismysticis in gratiam studiosæ juventutis adornata, folio 16. Pampinus tertius: *Deiparæ Conceptio illibata*; ubi agit latè de præservatione. Item folio 144. in orationibus ad B. Virginem agit etiam passim de ejus puritate. Lib. impress. Cantadavi 1614. in 16.

HENRICUS de Langesteyd, dictus etiam de Hassia, Ordinis S. Augustini Germanus, dicitur scripsisse Librum contra disceptationes [illegible] contra

contrarias prædicationes Fratrum Mendicantium *super Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & contra maculam D. Bernardo mendaciter impositam. Sed hunc Auctorem existimo esse ipsum, qui supra.

HENRICUS Lantgravius Hassiæ Comes, edidit rescriptum sequens: Nos Henricus Dei gratiâ Lantgravius Hassiæ, Comes Zigenhein & Medde, &c. Fatemur publicè, denuntiamusque omnibus vigore præsentium. Postquam hactenus inter Religiosos venerabiles & honestos, nobis charissimos, devotos ac probos Patres & Fratres utriusque Conventûs Marpurgi Nudipedum, & Prædicatorii Ordinis, contentiones & dissidia obortæ sunt, & præsertim laudabile *festum Conceptionis intemeratæ Virginis MARIÆ* mæstorum Consolatricis singularis, à prædictis Patribus & Fratribus, secundùm doctrinam Patrum, & etiam morem utriusque Ordinis præfatorum Conventuum concionando, psallendo & legendo in Ecclesiis duplici contrario ritu celebratum est: hinc est, quòd ad omnipotentis Dei, gloriosissimæ Virginis MARIÆ mæstorum singularis Consolatricis super omnes benedictæ, & omnium cœlestium Hierarchiarum laudem & gloriam & prosperitatem, salutem & consolationem majorum nostrorum, omniumque fidelium defunctorum animarum, etiam dissensiones, quæ ex hoc inter subditos nostros oriri possent attendentes, maturo & deliberato consilio Consiliariorum nostrorum intendimus prænemoratos Patres & Fratres inter se matuò conciliare, & ad concordiam perducere, & potissimùm prædictos Patres & Fratres Ordinis Prædicatorii informare, quòd ob allegatas rationes desideremus & velimus, prædictum festum Conceptionis non aliter concionando, psallendo & legendo, quàm ut ab alma Matre Ecclesia celebrari institutum, à Beatissimis Patribus nostris Summis Pontificibus ratificatum & confirmatum, & etiam in Diœcesibus Moguntina & Trevirensi, Parochia item nostra Marpurgensi, & prædictorum Patrum Nudipedum Conventu peragi solitum, etiam ab ipsis imposterum semper observari & celebrari, & ita una cum præfatis Ecclesiis & Conventibus idem festum summa cum devotione concorditer *sub titulo & nomine Conceptionis* venerari. Ad quod prædicti Patres & Fratres Prædicatorii Ordinis bona & matura deliberatione prævia, Nobis instantibus voluntariè se obligarunt, &c. Datum ipso festo S. Silvestri, anno 1479. Extat hoc Decretum apud Patrem Wadding. tom. 7. Annal. eodem anno, num. 18. & apud Ægidium Schiesel de Mysterio præservationis, pag. 40.

HENRICUS Laureys, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanii diebus 21. 22. & 23. Novemb. 1650. Concluf. 6. de Peccato habituali, hæc defendit: *Dicta de originali, & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroq; immunis fuit.* Impress. eodem anno in 4.

HENRICUS Lochius, Ordinis Minorum, cum aliis sex Patribus suæ Provinciæ Colonienses edidit supplicem Libellum *pro retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis.* Incipit: Sanctissime Domine pervenit ad has extremas Ecclesiæ in Germania partes, &c. Extat in folio in Archivo Gandensi apud Minores.

HENRICUS Marcellius, Societatis Jesu Rhemensis, in libro dicto: Theologia Scripturæ divinæ in quatuor libros Sententiarum, &c. lib. 1. parte 5. folio 56. agit *de Conceptione atq; Nativitate Immaculata B. Virginis MARIÆ*, & pro ipsis adducit loca sacræ Scripturæ. Impress. Bruxellis 1658. in 4.

HENRICUS Mauroy, Ordinis Minorum Gallus, in Apologia in duas partes divisa, de Abraham scilicet, Isaac & Jacob, & de Christo Jesu & fide Catholica, &c. parte 1. folio 165. agit *de Genealogia, parentibus ac ortu sacratissimæ V. MARIÆ* usq; ad fol. 182. Lib. impress. Parisiis 1553. in 4.

HENRICUS Modeghe, Magister Ordinis Eremitarum S. Augustini Germanus, edidit Tractatum in quo tuetur Virginem Maria *fuisse immunè à peccato originali*, ut refert illius Religionis Scriptor Joannes de Meppis etiam Germanus, in Tractatu de Conceptione, Auctore 7.

HENRICUS N. Magister, in quodam Sermone, qui incipit: Consurget virga, &c. affirmat *Virginem conceptam fuisse absque originali peccato.* Ita Leon in Bibliotheca manuscr. classe 9. Ejus verò verba vide apud Bartholom. Guerrero de Concept. fo. 2.

HENRICUS de Nauda, Decanus Ecclesiæ Trecensis, fundavit solemne officium *Immaculatæ Conceptionis* in eadem Ecclesia ad annum 1312. ut testatur Andreas Saussaius Episcopus Tullensis, in sua serie Chronologica manusc. pro Immaculata Conceptione.

HENRICUS Paludanus, Ordinis Minorum Leodiensis, Latinè reddidit Sermones, seu duas Conciones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à R. P. Fr. Didaco de la Vega elaboratos; ut videre est in libro impress. Coloniæ 1606. & 1610. à fol. 28. usque ad 75. in 8. & Venetijs 1611. in 8.

HENRICUS Pantaleon, Basileensis Doctor, in lib. de Chronographia Ecclesiæ Christianæ agit *de institutione festi Conceptionis V. MARIÆ* à Concilio Basileensi facta, sess. 36. Impr. Basileæ 1551. in fol.

HENRICUS Petrus Typographus, recollegit aliqua Opuscula, & inter alia unum cujus titulus est: Christophorus Colon, de prima Insularum in mari Indico, quæ sub Ferdinando Rege Hispaniarum facta est, & fol. 116. agit de Insula primò à ipso vocata *S. MARIÆ Conceptionis.* Basileæ 1533.

HENRICUS Pimentel Hispanus, & Episcopus Conchensis, fecit Constitutionem Synodalem *circa observationem festivitatis Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Item, concessit quadraginta dies Indulgentiarum jejunantibus *vigiliam Conceptionis B. Virginis MARIÆ.* Vide de, hoc verb. Conchensis Ecclesia.

HENRICUS de Piro, alijs Henricus Brunonis, Ordinis Carthusianorum Colonijensis, scripsit plura *circa puritatem. Conceptûs semper candidissimæ Reginæ cœlorum MARIÆ.* Marrac. in Bibliot. folio 564. & in Catal. ad ann. 1469. Pistoia, fol. 156.

HENRICUS Schadehoet, Magister Ordinis S. Augustini Theutonicus, in multis Positionibus suis editis in Universitate Rostockensi sustinuit *Virginem MARIAM fuisse conceptam sine peccato originali*, ut refert P. Fr. Joannes de Meppis in suo Tractat. de Conceptione, Auctore 7.

HENRICUS Sedulius, Ordinis Minorum Flander, in Explicatione salutationis Angelicæ: Quòd Maria gratiâ plena erat, & bene plena, quia cæteris per partes præstatur; Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ, &c. ô Beatissima Virgo Maria, non sine ratione te salutavit Angelus: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, *quia nunquam fuit MARIA absque Domino*, in libro 3.

bro 3. Apologetici de Pietate & moribus Franciscanorum, cap. 16. fol. 160. & 183. Lib. impr. Antuerpiæ 1600. in 4. regali. Et cap. 15. folio 166. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam, &c.*

Item, in diva Virgine Mosæ Trajectensis, &c. folio 2. & 151. & 158. & 159. vocat *Virginem MARIAM inviolatam, integram, pleneque puram, immaculatam, ac supra omnes decoram, &c.* Vide alia hujusmodi locis citatis. Lib. impress. Antuerpiæ 1609. in 8. regali.

HENRICUS Sehckcilingen, aliàs Bebelius, Orator facundissimus, in suis Orationibus *purissimam Conceptionem MARIÆ Dominæ nostræ tutatus est*, ut refert Daniël Meyer verb. Oratores, fol. 175.

HENRICUS Sextus (absque alio cognomine) edidit Librum Sermonum, in quo etiam est Concio de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ; & immunitatem ejus sic explicat: Nubes ex aquis marinis generatur, & in altum virtute solis elevatur, & in dulcedinem convertitur; sic B. Virgo de originali propagatione Adæ sumpta, per respectum Solis Justitiæ elevata est, *& dulcorata ab omni amaritudine originalis culpæ*, quæ semper transfunditur in posteros, &c. Serm. de Nativitate Virginis, *ipsam à peccato originali immunem prædicat.* Hunc citat Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, art. 2. fol. 95.

HENRICUS Spondanus, in Gallia Narbonensi Episcopus Apamiarum Gallus, in tomo 1. suorum Annalium refert, quòd anno 1350. Monachus quidam Cracoviæ in Polonia Paulus nomine, cùm ausus esset in sacra ad populum concione dicere, *Deiparam Virginem conceptam fuisse in peccato originali, subitò cecidit & expiravit sermone nondum finito*, eaque res alijs multis de eadem materia disputantibus grandem incussit timorem, &c. Et *quòd pro assertione Immaculatissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis, ejusque propugnatione paratissimus esset*, quoties contingeret eam in dubium revocari, toties vitam profundere. Hæc in primo tomo. Item, de Decreto Concilij Basileensis *circa Conceptionem Virginis MARIÆ* & ejus festivitatem, atque de examine utriusque sententiæ, ad annum 1435. num. 12. & 1439. numero 38. Item, circa Decreta Sixti IV. *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, ac ejus festivitate, ad annum 1476. num. 3. & 1483. numero 8. Item, de fundatione Religionis Monacharum Toletan. *sub titulo Immaculatæ Conceptionis*, ad annum 1484. num. 9. Item, de controversia inter Trithemium Abbatem, & Wigandum Cauponem *circa Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, ad annum 1494. num. 14. Item, de controversia Joannis Veri, & Decreto Universitatis Parisiensis *circa Conceptionem purissimam Virginis MARIÆ*, ad annum 1497. num. 8. Item, ad annum 1619. num. 14. agit de erectione & confirmatione Militiæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, ad annum 1616. num. 7. & 1622. adducit Decreta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Quæ omnia reperies in lib. impress. Lutetiæ Parisiorum, ann. 1641. in folio. Item, ad annum 1546. num. 6. de exemptione *Virginis MARIÆ à peccato originali*, in Concilio Tridentin. Item, in Epitome Annalium Cæsaris Baronij S. R. E. Cardinalis, ad annum 1136. numero 3. *de Immaculata Conceptione Dei Genitricis*, & quando ejus festum celebrari incœperit. Lib. impress. Lutetiæ 1617. in folio. Item, in Annalibus ad annum 1397. numero 7. quomodò Fr. Guilielmus Valone Episcopus Ebroicensis, D. D. Regis Caroli VI. Confessarius, tanquam infamis fuerit pulsus à Regno, *quia Virginis MARIÆ immunitatem negabat*; statuerque Rex nunquam deinceps ex eo ordine Confessarium eligere. Vide eundem ubi supra.

HENRICUS Suso, Ordinis Prædicatorum, in Dialogo Sapientiæ, cap. 16. egregiè puritatem Virginis in sua creatione commendat, dicens: Et quid tibi in mentem venit, aut qui tàdem affectus eras in illa tua sempiterna incommutabilitate, & incommutabili æternitate, *cùm tamen prædaret omnes creaturarum omnium purissimam, elegantissimam, atq; dignissimam?* Meritò sanè dicere tunc poterat: Ego cogito cogitationes pacis, &c. Vide Joannem Eusebium, lib. Dissert. epist. 15. folio 288. & in sacro Syll. §. 7.

HENRICUS de Villalobos, Ordinis Minorum Hispanus, circa Decretales & Extravagantes Summorum Pontificum Sixti IV. Pauli V. Gregorij XV. *de materia Immaculatæ Conceptionis*, per integram columnam in Summa sua Theologiæ liberalis & Canonicæ, tract. 17. difficult. 25. folio 471. num. 11. Impress. Salmanticæ 1625. in folio.

Item, in Manuali Confessorum, capite 12. de Privilegijs Ordinum Mendicantium, fol. 244. agit etiam de privilegijs Monialium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Barcinonæ 1633. in 8. & alibi sæpe, & in quadam impress. habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

HENRICUS de Urimaria, Ordinis S. Augustini, ad quæstionem Magistri Sententiarum dicerne, quam Verbum assumpsit, qualis ante fuit, & qualis assumpta fuit, fecit additiones, quarum secunda est *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione defensio*; ut videre est in Magistro Sententiarum Impress. anno 1516. Basileæ in folio. De hoc doctore alibi loquor latè; nam nostram sententiam apertè tuetur in Sermone 1. de Nativitate Virginis MARIÆ, licèt in Sermone de Conceptione aliter videatur sentire; ut videre est in libro Sermonum impress. Hagenau, anno 1513. in 4.

HENRICUS Wichinganus vel Witingeus aut Winchinghamus, Ordinis Carmelitarum Doctor Oxoniensis Anglus, edidit Librum unum *de Immaculata Virginis Conceptione* ad annum 1447. de quo Marrac. in Catalogo & in Bibliotheca, Possevinus, Pitseus, & Leon classe 6. Joannes Baleus folio 197. Pistoia, folio 155. R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Bibliot. Carmelitana & Mariana.

HENRICUS Willot, Ordinis Minorum Belga, in libro: Athenæ Orthodoxorum Sodalium Franciscani, &c. refert Auctores, qui ex Seraphica Familia scripserunt *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, præcipuè folio 13. 61. 64. 149. 211. 294. 306. 315. 322. & 326. Lib. impress. Leodij 1598. in 8. Et etiam dicit Clesius, quòd sit impress. anno 1600.

HENRICUS Yonghen, Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Lector Belga, in libro à se recognito & typis mandato, cujus titulus est: Medulla Evangelij per Christum dictata S. Francisco, &c. habet indicem concionatorium *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impr. Antuerpiæ, anno 1657. in fol.

Item, in Conclusionibus publicè habitis Bruxellis, die 19. Aprilis 1649. ad finem pri-

nit tale Impertinens: Doctor Angelicus non tantùm bene scripsit de Christo; sed etiam de Sanctissima Matre ejus, asserens *Immaculatam ipsius Conceptionem* 1. dist. 44. art. 2. ad 3. Item, in antiquis editionibus Expositionis Angelicæ (testibus Auctoribus fide dignis) ait: Ipsa purissima fuit quantùm ad culpam: quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Et alibi: Auctor Concordantiæ dictorum S. Thomæ, citat viginti tria loca Doctoris, in quibus contrarium docuerit. In nullo omnium illorum locorum S. Doctor retractavit piam opinionem, quam in locis prælegatis tradiderat. Rectè advertit Cajetanus, in pluribus illorum nequidem fieri mentionem opinionis contrariæ. Fuerunt impress. Lovanij eodem anno in 4.

Item, in libro: Nuptiæ Agni, sive Discursus exhortatorij pro sacris Vestitionibus, Professionibus & Jubilæis Religiosorum. Itemque, de Dedicationibus Ecclesiarum, strenisque spiritualibus novorum annorum, &c. parte 2. Exhortatione 23. folio 435. *Quomodò Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis* habuit usum rationis permanenter, & tunc votum perpetuæ virginitatis emisit, &c. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1658. in 4. magno.

Item, in libro: Vera Fraternitas declamanda Confratribus Sodalitatum Sacri Rosarij Dominicani, Sacri Scapularis Carmelitani, Sanctæ Zonæ Augustinianæ, & S. Funiculi Franciscani, Exhortation. 18. super illa verba: Quasi plantatio rosæ in Jericho, fol. 103. *Immaculata B. MARIÆ Conceptio* ex tribus probatur particulis Salutationis Angelicæ: necnon ex sanctissimi Patriarchæ Dominici, & Doctoris Angelici, aliorumque Scriptorum ex Sacro Ordine Prædicatorio, multiplici auctoritate. Ubi plura tractat de hoc mysterio. Et Exhortation. 31. fol. 480. de Miraculo quod accidit Bommeliæ Hispanis Legionis Bobadillæ, tempore Gubernationis Principis Parmensis in Belgio; & quomodò liberati fuerunt ab hoste ob repertam *imaginem B. Virginis conceptæ in vigilia Conceptionis ejus*, dum quidam miles foderet terram. Quomodò hanc ob causam instituta est Societas, cujus *Confratres milites Virginis Immaculatè conceptæ* appellari voluêre, &c. Impress. Antuerpiæ, anno 1662. in 4.

HERACLIUS Prevost, Ordinis Prædicatorum Gallus & Doctor Parisiensis, hæc habet propriâ signata manu, in quodam regesto existente in Archivo Universitatis Parisien. manusc. Ego Frater Heraclius Prevost Ordinis Fratrum Prædicatorum Conventus Senonensis, &c. in alma Facultate Parisiensi Sacræ Theologiæ Professor, eandem & præfatam *de purissima Conceptione sacratissimæ Virginis MARIÆ* semper protestatus sum & protestor fidem: in cujus veritatis testimonium hîc manu propria subscripsi, die Julii 23. anno Domini 1575. F. Heraclius Prevost.

HERCULES Bangonus Mutinensis, & Bisaciarum Episcopus, in Constitutionibus Synodalibus Diœcesanis præcepit, ut die 8. Decembris observetur *festivitas Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Ex lib. impress. Romæ 1624. in 4. Vide verb. Sancti Angeli Lombardorum.

HERCULES Vicemala, Collega Mediolanensis Italus, in lib. de Miraculis Sanctissimæ Virginis MARIÆ, miraculo 2. sub hoc titulo: *Sanctè celebrandum esse Conceptionis diem*, &c. ex Guilielmo Britanniæ Rege, & Helsino Abbate. Et mirac. 2. in ordine 3. fol. 3. dicit: *Hoc etiam miraculo hominibus festius Conceptionis dies commendatur*; & est de Clerico recitante Horas B. Virginis MARIÆ. Item, mirac. 4. sub hoc titulo: *Tertio hoc miraculo Conceptionis festi diei auctoritas confirmatur*; & est de Gallo Sacerdote ex intimo sensu Virginem colente. Lib. impress. Mediolani 1579. in 4.

Item, in vita B. Virginis MARIÆ, folio 16. *Quòd Deipara concepta fuit absque originali peccato*, &c. Lib. impress. Mediolani 1582.

HERMANNUS Buschius Pasifilius, Poëta antiquus, in Serto rosaceo Virginis MARIÆ, de Vita, Miraculis & Passione Christi, sic incipit:

Cùm Deus astriferis olim venturus ab oris
Vellet ovaturo nos reparare polo,
Conciperis Mater, puerum genitura Tonantem,
Nil ex antiquæ crimine sæcis habens.
Indè statim ternos, horis crescentibus, annos
Nata subis Templi limina pura sacri, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1559. in 16.

HERMANNUS Colonien sis Archiepiscopus, in lib. Constitutionum Concilij Provincialis Colonien sis, sive Enchiridion Christianæ institutionis anno 1536. in explicatione Symboli, ad illa verba: Natus ex MARIA Virgine, fol. 58. inquit: Hæc est illa MARIA, ad cujus nomen recreantur omnes animæ piorum. Eva siquidem diabolo assentiens maledictionem & mortem orbi intulit; MARIA Virgo Deo credens benedictionem & vitam protulit. Per Evam adhuc virginem serpentis afflatu deceptam venit calamitas; per Virginem Spiritûs S. afflatu gravidam redijt beatitudo. Per Evam prævaricantem Dei præceptum, iræ filij nascimur; per MARIAM Deo subjectam ac dicto Angelico parentem, atque credentem Christum accepimus, per quem renascimur filij Dei. Eva superbiens gratiam Dei amittens audivit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios; & quæ sequitur MARIA gratiam apud Deum inveniens, humilis audivit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, &c. natus ex MARIA Virgine, illæsa ipsius virginitate ac pudore permanente: *idque propter nos, ut nativitatem nostram originalis peccati maculâ pollutam purgaret Deus & homo. Nam quî posset hæc, nisi esset pariter Deus & homo? Quis enim, ut Iob ait, potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Lib. impress. Veronæ 1541. in 4.

HERMANNUS Hugo, Societatis Jesu, in vita Joannis Berchmanni, *de puritate Virginis gloriosæ absque peccati labe conceptæ* agit fol. 209. & 270. Lib. impress. Antuerpiæ 1636. in 8.

HERMANNUS Joseph Steinfeldensis, Ordinis Præmonstratensis Belga, in suis Carminibus de B. Virgine MARIA, cecinit:

Tu nive candidior, Lunæ tu clarior astro,
Nec tua virginitas partu vitiata, nec ullis
Ille tuus poterit maculis nigrescere candor.

Et in aliis Carminibus, sic inquit:

O Rosa! sed Rosa quæ superas decus omne Rosarum,
O Rosa! nullius sceleris quæ spinea spina, &c.

Extant Carmina ista apud R. P. Gerardum de Herdegom Præmonstratensem in suo libro dicto: Diva Virgo candida, fol. 81. & fol. 179. Et extat impress. etiam Antuerpiæ in 8.

HERMANNUS Petra seu Petri, Stutdorpæus Ordinis Carmelitarum (vel Carthusianorum ex Bibliotheca Carthusiana) Theodorj Petrei Belga, scripsit Tractatus plures *de immunitate B. MARIÆ Virginis ab originali macula*. Ita Marrac. in Bibliot. fol. 572. & in Catal. ad ann. 1425. Alium invenio ejusdem nominis ex Carthusiana Familia, qui etiam scripsit *pro Immaculata Conceptione*, ex Trithemio, Possevino, Petrejo, atque Leone: & an fuerint diversi, investigare non potui. Pistoja folio 156. vocat Henricum Petra.

HERMANNUS de Schildis vel de Schelis Germanus, Ordinis Sancti Augustini, præclarum Tractatum seu librum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* in lucem edidit ad annum 1340. Quem Tractatum habemus manuscrip. prælo paratum ex Biblioth. Regia Parisiens. ubi extat in 4. Item, in sua Historia mundi, quæ figuris & iconibus expressa est, ad an. mundi 6670. Christi verò 1471. in Sixto IV. Pont. Maximo asserit, quòd prædictus, antequam ad Summum Pontificatum ascenderet, *scripsit Librum de Conceptione B. MARIÆ Virginis*. Lib. impress. anno 1493. in fol.

HERMANNUS Torrentinus, in lib. Evangeliorum & Epistolarum, quæ Dominicis & sacris diebus leguntur, *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Evangelium. Lib. impress. Coloniæ 1590. in 4. & 1602. in 8.

HERMAS Letmatius, in libro de instauranda Religione, cap. 13. de sacris ritibus; unde agnosci queat, quis verè ritus Ecclesiasticus sit, quis non; inquit: *Talis est forsan ea, quâ Virginem Matrem dicimus ab initio non sanctificatam solummodò, ut Hieremias & Præcursor, sed ab omni labe præservatam.* Quare neque possunt ritus, qui ex id genus opinationibus profecti sunt, propriè Ecclesiastici nuncupari, sed affines dumtaxat Christianæ religioni, &c. Impress. Basileæ 1544. in folio.

HERMITE Vauzelle Gallus, in Expositione salutationis Angelicæ, sive Ave Maria, folio 11. ait: *V. MARIA fuit sine maledictione*, & ideo dictum est ei Ave; circa quod plura adducit pro immunitate Virginis. Et fol. 27. *Quòd V. MARIA fuit Immaculata à momento suæ Conceptionis*, ipsamque vocat Immaculatam, liberamque, & immunem ab omni peccato, per totum librum. Impress. Gallicè Parisijs 1643. in 8.

HERNANDUS Canus de Montoro, Poëta Hispanus, elaboravit Epigramma *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Extat impress. Baëzæ cum alijs 1618. in 4.

HERNANDUS Lopez Buenavida, Doctor Hispanus, cecinit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione Trophæum duplex*. Extat impress. Baëzæ cum alijs 1418. in 4.

HERNANDUS de Peralta Montañes, Ordinis Eremitarum S. Augustini Hispanus, in lib. de Christo & Maria, *de Immaculata Conceptione Virginis Dominæ nostræ* Sermonem à folio 1. usque 33. Lib. impress. S. Lucæ de Varrameda 1626. in 4.

HERNANDUS de Santiago Hispanus, edidit *Sermones de Conceptione Immaculata B. Virginis MARIÆ* Salmanticæ. Ita Marrac. in Catalogo Marian. ad ann. 1594. & 1607. in Sermonibus de B. Virgine.

HERNANDUS de Sanctistevan, Doctor Hispanus, edidit Epigramma ingeniosum *pro Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione*. Impress. Baëzæ, anno 1618. in 4.

HERNESTUS Episcopus Leodiensis, [illegible] tatem impertivit, ut typis mandaretur Breviarium illius Ecclesiæ, quod folio 659. habet [illegible] *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, &c. Impress. [illegible]

HEYLAN Belga Antuerpiensis, Ordinis Minorum, excudit laminam illam pulchram, cujus titulus est: Seraphicæ Religionis vox *pro [illegible] Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cum doctoribus & Scriptoribus Seraphicæ Religionis, & duplici imagine Immaculatæ Conceptionis. Impress. Granatæ, anno 1625. in charta expansa. Vide Gregorium Camara.

HEYMERICUS de Campo, sacræ Theologiæ Professor in Universitate Colonien[si], & postea Lovanien[si] Vicecancelarius, & Lector ordinarius Germanus, scripsit Defensorium Revelationum [illegible] Birgittæ, quod extat manusc. in Conventu [illegible] Monasterio Waztenensi Ordinis S. Salvatoris [illegible] Suecia cum illo Turrecremataæ, & alijs. Prologus ergo operis incipit sic: Ad honorem & gloriam Dei in unitate essentiæ personaliter trini, secundùm mirabile, & ineffabile ejus nomen in [illegible] sæculorum laudabilis, &c. Opus verò taliter [illegible] ponsurus ad quosdam articulos in libro Revelationum B. Birgittæ contentos, &c. Et articulo [illegible] pagina 226. dicit sic, ad illa verba: Per [illegible] modum coniunctio parentum B. Virginis fuit, quia ex mandato Dei erat causa, quòd non contraxit peccatum originale, &c. Hic articulus infra cap. 55. resumitur, ubi dicitur quòd melius fuit honestius matrimonium, quàm Joachim & Annæ. Nec (ut arbitror) infideliter, sed credibile figuraliter innuit illud Ecclesiastici: Auferetur nem de argento, & egredietur vas purissimum. In quo enim dispositio & habitudo, seu portio [illegible] malis materiæ, & actus sibi proportionata [illegible] ejusdem generis, secundùm Philosophum; [illegible] *quemadmodum generatio Christi fuit supernaturaliter à peccato originali immunis; ita & generatio sua [illegible] ei materiam præparantis, præsertim cùm hujusmodi [illegible] tia fuerat in utroque sexu generis humani insitus*, [illegible] quam post ejus lapsum reparandum, prout [illegible] bat justitia rationis originalis, & restauratio [illegible] nalis conversus ordo. Eo modo Adam novus [illegible] batur de incorrupta fœmina, sicut ab Adam [illegible] descendit fœmina suæ virtutis propagalis [illegible] Quamobrem illud carnale Joachim & Annæ [illegible] jugium (in quo fervor concupiscentiæ inhonestæ extinguebatur, & refrigerabatur per zelum charitatis, juxta illud Sophoniæ: In igne zeli devorabitur omnis terra) prædicatur non perfidè, sed honestissimè, quasi de bono delectabili carnis in bonum honestum Spiritûs, sua charitativa [illegible] omnem illicitum concupiscentiæ motum immobiliter suspendentis, heroicè transformatum. Quid enim decentius est, quàm quòd cooperatrix [illegible] parationis humani generis, esset non indigens beneficio passivo talis reparationis, sicut decet [illegible] dicum alicujus ægritudinis ad hoc, quòd [illegible] perfectè curet, non esse obnoxium hujusmodi [illegible] firmitatis?

Item, in Epistola parte 1. articulo 24. difficultate 20. fol. 299. sic dicit: Difficultas, lib. 6. cap. [illegible] est: *Si possit sustineri pia fide quòd præceptum divinum sanctificavit copulam carnalem Joachim & Annæ sanctitate Conceptionis B. MARIÆ à peccato originali præservatæ?* Ad quod potest dici, quòd non ex formali & communi modi sui præcipiente lege, ut [illegible] objicitur

objectio contra hæc præmissa, sed ex privilegiata suæ intentionis pietate hujusmodi copulâ ad conceptum deiformiter dirigente; sicut contingit manum paralyticam occasione sui tremoris ad scribendam litteram regularem ineptam, modo directivo alterius scribentis non paralyticam, ad formandam litteram manuduci.

Item, in Dialogo suo, fol. 343. sic dicit: In eodem dicitur, quòd commixtio parentum B. Virginis, quia ex mandato Dei fuit, erat causa quare non contraxit originale peccatum; quod resumitur cap. 55. ubi dicitur: Quòd nullum fuit honestius matrimonium, quàm Joachim & Annæ. *Loquitur de mandato Dei privilegiantis conjugium, unde oritura erat immunitas peccati*; & non de mandato legis communis.

Item, in alia Epistola num. 24. sic inquit: Lib. 6. cap. 49. *prout innoxium B. Virginis MARIÆ in utero suæ matris Conceptum* resolvi casualiter in divinum ejus parentes ad mutuam carnis copulam movens præceptum; ad innuendum, quòd illa specialis naturæ propagandæ præceptio fuit privilegiata benedictionibus Christiferis ab Abraham usque ad Joachim, & Annam genealogicè deducentis, gratificatio, ac geminæ suæ originalis fœcunditatis benedictione simplex maledictæ libidinis *peccatum originale moraliter seminantis, maleficium prohibens, & à communi carnaliter nascentium contagione præservans, ut sic Immaculatæ Conceptionis benedicta Christi caro sequestraretur de incontaminato suæ benedictæ Matris.....* prout congruit connaturali generantis & geniti, locantis & locati, nutrientis & nutriti similatio, & consubstantiali eorumdem in una materia originalis consortio. Originale erat viciatum.

HIBERNIÆ Regnum apud Loughreagh, fecit statutum die 7. Decembris 1650. Per Comitia Generalia Regni Hiberniæ. Hæc Generalis Congregatio attentè considerans periculosum statum & conditionem, ad quam hæc Natio per hostis potentiam ac successum (quem defectus mutuæ intelligentiæ ac divisiones in populo exortę, magnâ ex parte auxerunt) jam nunc redacta est: eâ animorum inter nos differentiâ, Dei gratiâ, per solemnem Declarationem hodie in hac domo unanimiter conceptam, conclusam & lectam, remotâ; firmam Nationis unionem redintegravit. Ex quo Dei beneficio singulari, tanta fœlicitas in ipso *professo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* occurrens, hanc Congregationem induxit ad offerendum Deo, tanquam in gratiarum actionem (pro infinitâ eius misericordiâ in hanc Nationem extensâ, & ut super eandem ulteriores benedictiones ac misericordias, quæ ad eam contra potentiam hostis protegendam valerent, superinfunderet) hunc actum devotionis *per annos singulos diem octavum Decembris in honorem B. Virg. MARIÆ solemniter celebrandi*. Et declaratum ac concordatum est, quòd, quantùm est ex parte hujus Congregationis, ita sit: & per præsens Decretum commendatur omnibus partibus hujus Regni pro die festo annuè ac in perpetuum celebrandus. Et ulteriùs concordatum est, quòd primâ datâ opportunitate, apud suam Sanctitatem pro ejusdem obtinendo consensu ad dictum diem octavum Decembris pro festo semper in futurum celebrando, nomine hujus Nationis supplicetur. Richardus Blake Comitiorum Prolocutor. Extat Lovanij in Collegio Patrum Hibernorum.

HIEREMIAS Drexelius, Societatis Jesu Germanus, in libro: Rosæ selectissimarum virtutum, quas Dei Mater orbi exhibet, part. 1. in succincta Chronologia de annis B. Virginis, sic incipit: *MARIA Mater Domini IESV æterna Virgo concepta est anno ab orbe condito 4037. à condita Vrbe Romana anno 736. die 8. Decemb. Nata est anno proximo die 8. Septemb.* &c.

Item, in Elogijs seu Epithetis sacratissimæ Virginis MARIÆ, collectis vel desumptis ex Græcorum Patrum dictis vel scriptis, per alphabetum dispositis, invenies plura, scilicet *quòd Virgo fuerit Immaculata, speculum totius sanctitatis, tabernaculum sanctificatum*, & his similia. Lib. impress. Antuerpię 1636. in 24. regali.

HIERONYMA Marquez, fœmina Hispana, elaboravit Cantionem *circa Conceptionem purissimam sacratissimæ Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis apud Zapatam de Conceptione, fol. 114.

HIERONYMUS Albertucius Busellus, Ordinis Prædicatorum Bononiensis, *de Conceptione B. Virginis Dei Gemtricis MARIÆ* Librum unum. Ex Hippolyto Marraccio in Biblioth.

HIERONYMUS de Alcala Yañez, Doctor Medicinæ Hispanus, in lib. de Miraculis Dominæ nostræ de la Fuencisla Segovien. atq; de ejus translatione & aliorum, fol. 47. 87. 88. 96. plura adducit Poëmata seu Cantiones *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide ibi. Lib. impr. Salmanticæ 1615. in 8.

HIERONYMUS de Aldovera Monçalve, Ordinis S. Augustini Hispanus, in lib. Sermonum de festivitatibus Sanctorum, serm. de S. Agnete, discur. 1. folio 612. inquit: Agora se entendera la diferencia dicha de la Reyna celestial; no se dice adducentur, sinò astitit Regina; *Porque como la hermosura de su gracia no tubo que enmendar*, no fue necesario hacer con ella la diligencia que con las demas, estubo siempre con el Rey sin apartarse un punto de su lado, mas las otras Virgines, adducentur, seran traidas, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1625. in 4.

HIERONYMUS Alexandri Iralus, fecit Epigramma tale:

Conceptus sine labe tuos, purissima Virgo,
Vox meritò laudat, quæ sine labe fluit, &c.

Et est cum Gaspare de Simeonibus in Oratione de concepta Deipara.

HIERONYMUS Allè, Ordinis S. Hieronymi Fisolen. Italus, in Concione de Nativitate Virginis MARIÆ, parte 1. inquit: *Sei concetta senza peccato, è concetta* se nasce, nasce santa, se vive, senza peccato vive, &c. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, art. 2. fol. 110.

HIERONYMUS Almonacirius, Ordinis Prędicatorum, in Commentarijs super Cantica Canticorum Salomonis, capite 4. folio 214. à tergo, ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, &c. inquit: De Militante verò Ecclesia, difficultate non carer, quomodò verè explicari possit, quòd tota sit pulchra: cùm apud Matthæum 13. Christus comparet Ecclesiam hanc agro, in quo inter triticum nascuntur zizania; & inter bonas fruges, steriles dominantur avenæ. Sunt namque inter Ecclesiam multi peccatis mortalibus deformati, & contaminati culparum maculis. Neque verò mihi videntur satisfacere illi, qui respondent verba hæc referenda esse ad præcipua Ecclesiæ membra; *Christum in quo nullum potuit esse peccatum, & Virginem*

ipsam Deiparam, quæ fuit immunis ab omni peccati macula; nam cùm dicit totam, omnes partes Ecclesiæ complectitur, atque ita si aliqua pars est, quæ pulchritudine careat, non videtur quòd tota sit pulchra; unde alij secuti Augustin. &c. Et infra cap. 8. part. 2. fol. 142. loquens de Virgine in Sermone de Assumptione, hæc habet: Percunctatur ergo, quæ sit hæc fœmina virili robore & fortitudine prædita, tantâ prudentiâ insignis, quam neque serpentis astutia seducere potuit, nec pomi pulchritudo ad peccatum allicere, nec dæmonis, mundi, & carnis incitamentum ulla ratione ab altissimo sanctitatis gradu depellere; *quæ ab ipso statim Conceptionis suæ momento, omni culpa, etiam levissima carens*, divini amoris impulsu incitata, aquilis velocior, imo verò omni alacritate, promptitudine, ardore & velocitate superans, ascendere semper conata est, nunquam vel per levissimam culpam descendens. Item, infra fol. 146. Admirabantur, ut dixi, in fœmineo, fragili & lubrico sexu tantam animi celsitudinem, constantiam & robur invictum, *quod nulli unquam, vel levissimæ culpæ succubuit*. Impress. Compluti 1588. in folio.

HIERONYMUS de Andrada, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de purissima Conceptione Dominæ nostræ*, super Evangelium: Liber generationis Jesu Christi, desumptum ex sermonibus, quos in aula Matritensi ejus Germanus Frater Didacus Lopez de Andrada, Ordinis D. Augustini Archiepiscopus Hieruntinus prædicavit, Tractatum unum. Impress. Neapoli 1633. in 4.

HIERONYMUS Angelita Italus, in historia translationis Sanctissimæ Domûs Lauretanæ, &c. in Epistola dedicatoria ad Clementem VIII. Pontificem Maximum, loquens de illa domo Bethlemitica Sanctæ Annæ, ac Virginis Mariæ domicilio, *vocat ipsam Deiparam semel & iterum Immaculatam*. Lib. impress. Fermi 1586. in 12. Vide Vincentium Brigantium.

HIERONYMUS de Arriaga, Ordinis Minorum Hispanus, in causa & lite *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* exorta Mutiæ, multùm laboravit pro defendendo mysterio; de quo Daza in libro de Conceptione.

HIERONYMUS de Aznar Embid, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, edidit Conceptus *in honorem purissimæ Conceptionis Matris Dei*, Opus in 3. cap. partitum. Impress. Oscæ 1620. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

HIERONYMUS Baptista de Lanuza, Ordinis Prædicatorum, & Episcopus Barbastrensis & Albarracinensis, in Tractatibus super Evangel. Latino sermone conscriptis, tractatu 4. de Dilectione inimicorum, numero 135. parte 4. §. 18. folio 82. inquit: Hæc enim maxima Sanctorum cura est, orare pro peccatorum suorum remissione, pro culparum venia. *Christo enim excepto, inquit Gregorius (addit Augustinus Beatam Virginem) nullus sine crimine vivit*; scriptum est enim: quia nemo sine peccato, neque infans, &c. Vides, quòd eodem modo excipit Virginem Mariam, ac Christum Dominum. Et tractatu 5. numero 209. fol. 222. sic ait: Aut verò, quia summa humanæ naturæ miseria est peccatis perpetuò implicari, ut nullus inveniatur liber à sorde: semper cùm ita loquitur Augustinus, *Christum excipit & Beatissimam Virginem*, de qua (cùm de peccatis agitur) nullam vult fieri mentionem, &c. Item, in indice concionatorio adducit Elenchum pro die Conceptionis Virginis, sed sub hoc titulo: In festis Beatæ Virginis, Liber generationis, &c. *id est, Conceptione & Nativitate*: quia in his festivitatibus solùm legitur prædictum Evangelium. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1612. in folio.

Item, tomo 2. Homiliarum Hispanico sermone, Homilia 21. folio 241. *de prima gratia recepta à Virgine MARIA in utero Matris suæ*, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1636. in folio.

Item, tomo 3. Homilia 34. folio 317. inquit: Peraque nosotros tubiessemos remission, era necessario, què el que es solo puro, limpio, y sin pecado, y Cordero sin mançilla, derramasse su preciosa sangre en el arbol de la Cruz; pero es aqui necessaria la advertencia de San Agustin, que tratâdo esse mismo argumento, que ninguna persona humana careciode pecado, sino solo Christo, dize: *Cùm de peccatis agitur, nullam prorsus de Sancta MARIA Virgine habere volo quæstionem*, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1636. in fol.

Item, tom. 5. in Tabula conceptuum pro Evangelijs totius anni, hæc Hispanicè habet: *La fiesta de la purissima Concepcion de la Virgen nuestra Señora*, indicem latissimum comprehendens fol. 7. Vide etiam indicem verb. Virgen Maria.

Item, edidit plura Opera manuscripta, in quibus varias rationes adducit *pro tuendo mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quas in ejus vita refert R.P. Hieronymus Fusser, libro 3. cap. 12. ab eoque transcriptas apposuit R.P. Joannes Eusebius Nieremberg, in lib. Except. cap. 24. à fol. 401. & incipiunt sic: Primò infertur puritas Conceptionis Virgineæ, quia sicuti in modo, quo servatus est in generatione naturali hominum, &c. & habet undecim rationes. Vide hæc verba Hispanicè in nostri Armam. Regesto, &c. colum. 415.

Item, scripsit Epistolam ad Sanctitatem Pauli V. anno 1617. *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis*, quæ est in eadem vita, scripta à prædicto Hieronymo Fusser.

Item, de ejus devotione circa *mysterium Immaculatæ Conceptionis* mira mihi aliquando dixit D.D. Michaël de la Nuza Consiliarius Regius, & ejus consanguineus.

HIERONYMUS Benerius Corrigiensis, ex Ordine Prædicatorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis supra Minervam, Episcopus & Princeps Asculanus, præcepit ut cum alijs particularibus festivitatibus observaretur *festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, sub pœnis in Constitutione Synodali assignatis. Ex libro impress. Asculi 1596. in 4. folio 42.

HIERONYMUS Bordonius de Sermoneta Italus, edidit Poëma *pro Immaculata Conceptione Deiparæ MARIÆ* Neapoli ad annum 1629. Ex Marrac. in Catalogo.

HIERONYMUS Brunorii, Imolensis Italus, in libro: Arbor aurea Beatissimæ Virginis Mariæ, folio 5. vocat illam *Lilium inter spinas*. Et folio 7. *Quæ ante sæcula ordinata, quæ sine macula nata, &c.* Lib. impress. Faventiæ 1634. in 4.

HIERONYMUS Cambonus Salidiensis, Ordinis Minorum Italus, in Sermone de Puritate & pulchritudine animæ Sanctissimæ Virginis Mariæ: *Quòd fuit præservata à peccato originali, & repleta justitiâ originali in sua Conceptione*, in libro Sermonum in laudem Virginis Mariæ. Impress. Brixiæ 1622.

1622. & 1624. in 4. fol. 16. Hic secundùm Marrac. etiam scripsit Conciones de Concept. V. Mariæ.

Item, in lib. de laudibus Virginis, fo. 1. sic incipit: E per dire il vero era cosa decente, è convenente, che questa Vergine *fosse præservata dal peccato originale*, &c. Vide latè. Impress. Brixiæ, an. 1622. in 4.

HIERONYMUS Cancer & Velasco, Poëta Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Cantionem, in libro variorum Operum pro festivitate in Ecclesia Matriten. S. Salvatoris. Impress. 1651. in 4.

HIERONYMUS Carmelus, Ord. B. Mariæ de Mercede Redèptionis Captivorum Italus, sub hoc nomine adducitur à Martino Carrillo, Abbate Montis Aragonum in Annalibus mundi, libro 5. folio 407. à tergo: sed de hoc, & ejus sententia & revelatione circa *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*, vide infra; nam proprium ejus nomen fuit Hieronymus Michaël Carmelus.

HIERONYMUS Columna, tit. S. Agnetis in Agone Diaconus Cardinalis, Basilicæ Lateranen. Archipresbyter, Archiepiscopus Bononiensis, Italus, fecit Decretum tenoris sequentis, pro Prædicatoribus verbi Dei: *De Immaculata Beatæ MARIÆ Virginis Conceptione* tractaturi, ne latum quidem unguem à Tridentini Concilij præscripto ac Summorum Pontificum Constitutionibus discedant, &c. in Bononien. Synodo Diœcesana, cap. 5. fol. 21. ut diximus supra, verb. Ecclesiæ.

HIERONYMUS Copola Neapolitanus, Clericus Regularis, in libro: Panegyrici in lode delle sette feste di Maria Madre di Iddio, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Panegyricos, à folio 1. usque 48. Lib. impress. Neapoli 1649. in 4.

Item, in libro prænotato: Maria privilegijs coronata, dicur. 2. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide Marrac. in Catalogo ad annum 1642. & Pistoiam, folio 137. & 157. De hoc etiam agunt quamplures Scriptores.

HIERONYMUS Corabinus Italus, in Sermone de Puritate animæ Beatæ Virginis Mariæ, folio 11. ad illud: Tota pulchra es amica mea, inquit: Solo à lei conviene questo, per che *fu concetta senza peccato originale*, &c. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, art. 2. folio 111. atque ejus Continuator in Appendice.

HIERONYMUS Fasolius, Societatis Jesu, in primam partem Divi Thomæ, tomo 2. quæstione 23. de prædestinatione, artic. 5. dubit. 1. numero 13. folio 531. inquit: Sine dubio fuit omnes peccasse in Adamo, ac proinde habuisse debitum contrahendi peccatum originale, & propterea indiguisse Christo Redemptore, priusquam contraxissent in se actualiter peccatum originale; unde *de Immaculata Dei Matre fatemur fuisse liberatam à peccato originali, non autem à debito, quamvis hodie non desint, qui liberam esse etiam à debito asserant*, &c. Lib. impress. Lugduni 1629. in folio.

HIERONYMUS de Ferrarijs Fontonus Biglevanensis, Ordinis Prædicatorum Inquisitor Ferrariæ, in Repertorio locupletissimo tam librorum Sententiarum, quàm Quodlibetorum Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti, operà R. P. Julij Hyssopij Cesænatis Lectoris Patavini ejusdem Ordinis, in lucem edito Venetijs 1588. in 4. fol. 33. C. ante O. *Beatam Virginem fuisse conceptam sine peccato originali*. 4. dist. 3. Item, M. ante A. num. 1. fol. 153. Maria V. fortè non fuit baptizata, & rationabiliter dispensatum est cum ea, quia fortè in conceptione Filij habuit gratiam, ad quam Deus disposuit eam perventuram. Nec est similis ratio de Apostolis; creditur tamen & ipsa baptizata. 4. dist. 4. quæst. 6. ad primum C. Baptismus A. Justificatio. Item, Maria si fuisset confessa, confitendo peccasset; quia innocens tenetur non confiteri. 4. dist. 17. quæst. 1. ad B. S. Confessio est necessaria. Item, num. 17. folio 154. Maria si mortua fuisset, non fuisset beata; quia adhuc clausa erat janua, 3. dist. 3. quæst. 1. K. Maria non est concepta. Item, num 20. Maria Virgo contraxit peccatum originale propter auctoritates, & quia Christus est universalis Redemptor. Opinio & reprobatio. 3. dist. 3. B. C. Maria non est concepta. Item, num. 21. Maria contraxit originale, quia propagata ex semine infecto. Opinio 3. dist. 3. B. Reprobatur. E. Maria non est concepta. Item, num. 22. Maria contraxit originale, quia habuit pœnalitates ejus. Opinio 3. dist. 3. B. Reprobatur. E. Maria non est concepta. Item, num. 23. Mariam sine originali Deus potuit facere. Item, potuit illam sanctificare. *An autem contraxerit originale, Deus novit, licèt probabilius sit, quod non*; si tamen non repugnat auctoritati Ecclesiæ & Scripturæ. Propria opinio 3. dist. 3. F. Solvitur ad auctoritates ut supra. H. Maria Virgo non est concepta. Item, num. 24. Maria non potuit esse sub peccato tantùm per unum instans, & in tempore habito sanctificari per potentiam Dei. Opinio, & reprobatur 3. dist. 3. G. Maria non est concepta.

HIERONYMUS de Florentia, Societatis Jesu Hispanus, *de purissima Conceptione Dominæ nostræ* Sermones quatuordecim in Mariali suo. Impress. Compluti, anno 1625. in folio.

Item, in Sermone de Assumptione Beatissimæ Virginis Mariæ, in dedicatione Sacrarij Sanctæ Ecclesiæ Hispalensis: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*; per totum Sermonem; ita ut potiùs esset dicendus Sermo de Conceptione, quàm de Assumptione. Impress. Hispali cum alijs Opusculis ac Sermonibus, anno 1616. in 4. & Matriti 1617. à fol. 1.

Item, in Sermone pro funerali pompa D. Petri de Castro, Comitis de Lemos, fol. 23. *agit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide ibi. Serm. impress. Matriti, anno 1622. in 4.

Item, in Sermone pro funerali pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, declamato in Monasterio Matritensi Sancti Hieronymi, circa medium inquit: Cada noche antes de acostarse, por mas que le agravasse el sueño, rezava una orazion muy larga, que tenia impressa *de la purissima Concepcion de la Virgen*, &c. Impress. Hispali 1621 in 4.

HIERONYMUS Forensis, in libro Confessionis Augustanæ, lib. 2. capite 1. num 6. tenet *Virginem Deiparam fuisse absque nævo originalis culpæ*. Sic Andreas de Peruzzinis in Analysi Concep. art. 2. fol. 102.

HIERONYMUS de la Fuente, Poëta Hispanus, scripsit Cantiones *de Virgine MARIA Immaculatè concepta*; ut videre est apud Ferriol. de Concept. fol. 33. & 58.

HIERONYMUS Fusser, Ordinis Prædicatorum, scripsit vitam D. Hieronymi Baptistæ de Lanuza, ubi l. 3. c. 12. adducit *rationes pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Didacus Alphonsus Malvenda, fol. 24. & ejus verba ad litteram adducit

adducit Joannes Eusebius Nieremberg, in lib. Exceptionum Concilij, cap. 24. §. 4. à folio 401. & prædictus Pater Fusser incipit sic: Præ cæteris mysterijs sanctissimæ vitæ Beatissimæ Virginis, quæ celebri & solemni devotione recolere solitus erat haud sine magno animi solatio, hic servus illius, fuit Conceptionis ejus puritas, &c. Vide ibi latè.

HIERONYMUS Fuster, Poëta Hispanus, ad annum 1486. scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre est in Opere Ferrandi Diaz.

HIERONYMUS Gallus Novariensis, Ordinis Minorum Italus, in tert. Sent. dist. 3. quæst. 1. de Immunitate B. Virginis MARIÆ ab actuali peccati originalis contractione; cujus primum Caput est sic: Referuntur Auctores eam immunitatem tutantes. 2. Probatur aliquo modo sententia affirmans *B. Virginem in sua Conceptione puram & Immaculatam extitisse*, ex sacra Scriptura, Conciliis, summis Pontificibus, Decretis, & consensu Ecclesiæ. 3. Probatur eadem sententia *puritatem B. MARIÆ in Conceptione adstruens*, testimonijs Patrum. 4. Quibus rationibus eadem sententia communiatur. Sectio secunda est: *Virum B. Virgo debitum incurrendi peccatum originale contraxerit?* Et probat latè per plura capita, quòd non. Lib. impress. Mediolani 1645. in fol. studio ac labore R. P. Francisci Pacifici Porriegera Cremonensis.

HIERONYMUS Gentilis, Poëta Italus, edidit Cantionem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut videre est in libro: Il sacrò Tempio dell' Imperatrice di cieli, fol. 77. Lib. impress. Venetijs ann. 1613. in 12. regali.

HIERONYMUS Genuinus, per Anagrammaton comperit, quòd hæc verba: *Conceptio Sanctissimæ MARIÆ*, reddunt hæc: *Mira satis ac sine omni peccato*. Ita in suis Anagrammatibus, centuria 1. Velazquez, libro 4. differ. 3. adnot. 4.

HIERONYMUS Gratianus, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro de Jubileo anni sancti, parte 2. fol. 283. numerat septem præcipuas Virginis festivitates, *scilicet Conceptionem, Nativitatem, Præsentationem, Annuntiationem, Visitationem, Purificationem & Assumptionem*. Lib. impress. Romæ 1599. in 4.

Item, in libro: Summa brevis Confessionis ac Communionis, Hispanicè, folio 106. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1607. in 12.

HIERONYMUS Gratus de Cremona, Ordinis S. Augustini Italus, correxit ac disposuit Opus R. P. Antonij Melli de Cremona ejusdem Ordinis de Scala Paradisi, in quo folio 23. dicitur: *Quòd Virgo MARIA nullum fecit peccatum*, ideoque Augustinus dixit illud: Cùm de peccatis agitur, &c. Lib. impress. Cremonæ 1611. in 4.

HIERONYMUS Guadalupensis, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, super Oseam Prophetam, *pro die Conceptionis B. MARIÆ Virginis* indicem concionatorium. Impress. Brixiæ 1604.

Item, in Commentarijs in sacrosanct. Evangel. S. Lucæ, cap. 1. ad illa verba: Ave gratiâ plena, folio 149. inquit: Ex quonam tempore plena? Num ab instanti suæ Conceptionis? &c. *Ad primum dubium respondetur, pium esse credere, cùm dicitur: Gratiâ plena, ibi implicari Immaculatam ejus Conceptionem*, & sic explanandum hunc locum arbitror: Gratiâ plena, hoc est semper, & ab instanti suæ Conceptionis plena: nam si aliquo tempore caruit gratiâ, ergo eo tempore falsum esset dicere: Ave gratiâ plena, quod absit. Quis enim audeat dicere aliquo tempore vitæ Virginis, etiam intra materna viscera conclusæ, non esse salutandam, eique non esse dicendum: Ave gratiâ plena? &c. Lib. impress. Valentiæ 1598. in fol.

HIERONYMUS de Guevara, Societatis Jesu Hispanus, in Commentarijs in Matthæum, *de augustissimo Immaculatæ MARIÆ Conceptu* fecit Librum integrum, qui est tom. 2. in Matthæum. Lib. impr. Matriti 1640. in folio.

Item, tom. 2. habet Elenchum *pro festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi plura pro ipsius immunitate. Matriti ann. 1636. in fol.

Item, tomo 3. verb. MARIA, inquit: *Vellem ego piò contrà MARIÆ puritatem diligenter cavere.* Impress. Matriti 1641. in fol. Vide in his tribus libris plura pro præsenti mysterio.

HIERONYMUS ab Hangesto, Doctor Gallus, in lib. Præconiorum sacrosanctæ Christiparis, Virginisque semper gloriosæ MARIÆ, adversus Antimarianos propugnaculum, &c. certum 3. circa titulum Virginis, Immaculata, incipit sic: *Charissimam Matrem à fœda originalis peccatitis labe conservavit Dominus*; satisque, ac super reprobata jam dudum fuit illa fœda lutuosi Lutheri decoram Virginem lutare & labefactare molientia contradictoria, quod nunc compendio & strictim ostendere sufficiet, &c. Concludit verò sic: Desinat igitur totam pulchram ac immaculatam deformare, atque conspurcare turpis & maculosus ille momus, profectò in barathrum prolapsa errorum, qui & ejus fœculenti palpones serunt sunt in hac decora Virgine iniquitates, atque defecerunt scrutates scrutinio, quandoquidem præcinxit eam Dominus virtute, & posuit immaculatam viam suam. Hucusque Doctor iste. Vide fol. 10. usque 13. Lib. impress. Parisijs 1518. in 4.

HIERONYMUS de la Higuera, Societatis Jesu Hispanus, in lucem dedit Chronicon Luitprandi Subdiaconi Toletani, in quo æra 714. ad annum Christi Domini 676. agit *de beatissima Virgine de Columna in urbe Cæsaraugustana, quæ constructa fuit jussu Virginis à B. Iacobo, cum in Hispania prædicaret, & fuit consecrata eiusdem Immaculatæ Conceptioni*, &c. Extat fol. 352. num. 131. Lib. impress. Antverpiæ 1640. in fol.

Item, edidit Notam D. D. Laurentij Ramirez de Prado ad supra posita verba Luitprandi *de fundatione prædicti Templi sub titulo Conceptionis*, quæ extat in eodem libro, fol. 356.

HIERONYMUS de Huerta Hispanus, ad Doctor, *edidit de Immaculatâ Conceptione Panegyricum.* Lib. impress. Matriti 1630. in 8.

HIERONYMUS Joannellus, Episcopus Sorianus, in Constitutionibus Synodalibus à se editis præcepit ad diem 8. Decembris, *ut in civitate tantùm observaretur de præcepto dies Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre est in libro impress. Romæ 1614. in 4. fol. 41. tit. 16.

HIERONYMUS de S. Joseph, sacri Ordinis Carmelitarum, in vita Venerab. P. Joannis de la Cruz, ad annum 1591. fol. 54. num. 14. inquit: Acercandose ya el tiempo de su muerte, aunque mucho antes se la havia revelado nuestro Señor, ora de nuevo con su noticia, la sacratissima Vir-

gen

gen un dia Sabado, *y vispera de su limpidissima Concepcion, &c.* Vide ibidem. Lib. impress. Matriti an. 1639. in 8.

HIERONYMUS Lauretus Cevariensis, Monachus Benedictinus Hispanus, in libro: Sylva allegoriarum totius sacræ Scripturæ, &c. verb. Maria, folio 664. inquit: *MARIA Virgo Beatissima, quæ fuit desponsata, sed Virgo; figura est Ecclesiæ, quæ conjuncta est Christo, sed sine macula.* E. Terminus iste *sine macula* communiter & ut plurimùm semper fuit protestativus piæ sententiæ absquo alio verbo adjuncto, vel dictione exprimente Conceptionem: quia cùm solùm de hac fuisset controversia, Latini dicendo: *sine macula*, & Hispani: *sin mancilla*, aut: *sin mancha*, declarabant exemptionem universalem ab omni peccato tam actuali, quàm originali; quod notare debes pro omnibus Auctoribus sic loquentibus in hac nostra Militia Immaculatæ Conceptionis. Et saltem non poterunt gloriari Scriptores opinionis contrariæ, quòd Auctores qui talia habent, sint pro ipsorum opinione. Lib. impress. Coloniæ, anno 1612. in folio.

HIERONYMUS Llamas, Ordinis Cistercientis Hispanus, in libro: Methodus curationum animarum, quatuor partibus distincta, &c. par. 3. cap. 4. fol. 467. *de festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione & immunitate à peccato originali* agit latissimè. Lib. impress. Matriti, anno 1600. in 4.

HIERONYMUS Lombardellus, Ordinis Minorum, in Concilio Tridentino sic argumentabatur pro immunitate & exemptione Virginis Deiparæ à peccato originali, diluendo dilemma factum à Patre Joanne de Udine Dominicano. Dilemma erat hoc: D. Paulus & Patres, aut credidérunt ipsam vestram Beatæ Virginis à communi mortalium lege exemptionem, aut non crediderunt. Si crediderunt, neque tamen unquam, nisi universè locuti sunt, nulla facta exemptionis hujus mentione; cur non nunc eorum exemplum imitamini? Si contra crediderunt, tunc vestra opinio novitatem redolet. Hoc fuit dilemma Fratris Joannis de Udine; sed præfatus Pater illud sic diluebat, *affirmans nihilò minorem esse auctoritatem Ecclesiæ hujus temporis, quàm fuerat primitivæ; eodem videlicet divino Spiritu ductæ, ejusdem Christi Domini Vicario gubernatæ. Atque ideo, si Ecclesiæ antiquioris consensu factum, sive potiùs omissum, ut Patres sine exemptione tunc loquerentur, consensionem universalem (quæ celebratione festivitatis Deiparæ Conceptionis à Romana Ecclesia instituta esse hisce temporibus prodidit) multò esse fortiorem ad Deiparam à communi sorde excipiendam, & validiorem ab ea argumentationem desumi.* Vide Joannem Antonium Velazquez de Maria Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 4. fol. 417. & latissimè folio 289. Petrum Suave Polonum in historia Concilij Tridentini, à folio 170. Italicè & Latinè, ubi narrant hanc historiam.

HIERONYMUS Marthon, Ordinis S. Benedicti Hispanus, 1. part. Sermonum vel discursuum prædicabilium in Dominicis Adventûs, &c. folio 173. *de Conceptione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* Discursus tres, à prædicto fol. usque 220. Lib. impress. Vallisoleti, anno 1614. in folio.

HIERONYMUS de Mascareñas, Supremi Consilij Ordinum Militarium, Prior de Guimaraens, & Episcopus electus Leyriæ, scripsit formulam juramenti ac voti nuncupati à nobilissima & illustrissima Religione Equitum de Calatrava, *in defensionem mysterij Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Dei Genitricis MARIÆ*, dum celebrarentur Comitia hujus Ordinis, in Cœnobio S. Martini in Curia Philippi IV. Hispaniarum Regis, die 23. Decembris 1652. Vide Christophorum de Vega in Theologia Marian. par. 1. fol. 145.

Item, in libro: Difiniciones de la Orden y Cavalleria de Calatrava, conforme al Capitulo General, que la Magestad del Rey Phelipe IV. celebrò en esta Corte el año de 1652. que salen à luz este año de 1661. folio 201. agit latè sub hoc titulo: Difinicion de nuestro Capitulo General, y continuacion del voto, que hizo en 23. de Deciembre de 1652 *por la defensa de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA, Madre de Dios, y Señora nuestra*: en la qual se dispone la forma que se ha de guardar en su execucion, assi en la celebridad de todos los años en esta Corte, como en los Conventos, y Comunidades de la Orden, y en el ingresso, y profession que hizieren las personas particulares della. Incipit: Considerando las muchas, y grandes obligaciones; ubi adducit Antiphonam: Conceptio tua, &c. & Orationem: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Et infra, titulo 7. cap. 6. fol. 343. agens de forma emittendi votum, & faciendi professionem, sic inquit: Señor, yo N. hago profession à Dios, y al Señor Maestre, y à vos, que estais en su nombre, y prometo obediencia, y castidad conjugal, y vivir sin proprio, segun la Regla del Señor San Benito, Estatutos, y Privilegios de la Orden y Cavalleria de Calatrava, de la Orden de Cister. Y assi mismo hago voto (ratificando el que hize quando recibi este santo Abito) que aora, y siempre defenderè, y afirmarè *que la Virgen MARIA, Madre de Dios, y Señora nuestra fue concebida sin pecado original, y que nunca cayò en ella esta mancha, sino que en el instante de su Concepcion dichosa, y de la vnion de su alma y cuerpo fue prevenida de la divina gracia, y preservada de la culpa original*; y esto por los meritos de la Passion, y muerte de Christo nuestro Redemptor, que avia de ser su hijo, prevista ya en el divino Consistorio, por lo qual fue verdaderamente redimida, y con mas noble genero de redempcion, que todos los otros hijos de Adan; y que en esta verdad, y por honra de la sacratissima Virgen, con el ayuda de Dios, vivirè, y morirè. Impress. Matriti, ut supra in folio.

Item, in tomo 1. de Vita Christi agit per plura capita *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* latè, & eruditè satis. Est liber paratus ad prælum.

HIERONYMUS Matranga Panormitanus, Clericus Regularis, in libro: Hiperboli proposte à gl' intelletti umani, accioche possano in qual che modo concipere l'immensa charita de Dio inamorato del huomo, le gratie ineffabili di Maria sua Madre, è gle incomprehensibili auvenimenti nell' Incarnatione del Verbo Eterno, discursu 5. fol. 229. sub hoc titulo: Il fabro divino invaghito della sua fatura nell' utero di cui scese ad assomiglarsi, per totum agit *de incontaminata puritate Virginis, & quomodò creata fuit absq; macula*, usque fol. 288. Lib. impress. Panormi 1645. in 4.

HIERONYMUS Mautinus à Narni, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Conceptione B. Virginis*

nis Conciones quatuor. Romæ 1632. & Venetijs 1639. in 4.

Item, in libro Gallicè traducto à M. du Bosc Bachalaureo Theologo de Sermonibus habitis in Palatio Apostolico, à folio 51. secundus Sermo *de festo Conceptionis B. Virginis* sub themate: De qua natus est Jesus, &: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, &c. usque ad fol. 117. Lib. impress. Parisijs 1636. in 8. & Romæ 1648. in 4.

HIERONYMUS de Medicis à Camerino, Ordinis Prædicatorum Italus, ad primam secundæ S. Thomæ, ad q. 81. fol. 521. art. 3. Utrum peccatú primi parentis transeat per originem in omnes homines? ponit hanc Conclusionem: Secundùm Fidem Catholicam firmiter est tenendum, quòd omnes homines, præter solum Christum, ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Lib. impress. Venetiis 1614. in 4.

Item, in formali Explicatione 3. part. ad q. 27. de Sanctificatione B. Mariæ V. art. 1. *Vtrum Beata V. Mater Dei fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero?* ponit hanc determinationem: Rationabiliter creditur, quòd Beata Virgo Maria sanctificata fuerit antequam ex utero nasceretur. Quæ Conclusio declaratur, deinde probatur. Declaratur autem quantùm ad illum terminum, rationabiliter; de Sanctificatione enim Beatæ Mariæ, quòd scilicet fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura Canonica traditur, quæ etiam nec de ejus Nativitate mentionem facit. Tamen sicut August. in sermone de Assumptione ipsius Virginis rationabiliter argumentatur, quòd cum corpore sit assumpta in cœlum, quod tamen Scriptura non tradit; ita etiam rationabiliter argumentari possumus, quòd fuerit in utero sanctificata. Quia igitur non habemus expressam, & specialem Scripturæ auctoritatem de Sanctificatione B. Virginis Mariæ in utero; rationabiliter hoc ostendendum est, & propterea dictum est in Conclusione, quòd rationabiliter creditur. Item, art. 2. Utrum B. Virgo Maria fuerit sanctificata ante animationem? ponit hanc determinationem: Sanctificatio B. Mariæ Virginis non fuit facta ante ejus animationem. Ponit verba S. Thomæ ad litteram & nihil aliud: ex quibus videtur hunc nihil habere pro nec contra Conceptionem. Unde deducitur, non omnes Dominicanos fuisse contra Immaculatam Conceptionem expressè, ut multi ex ipsis affirmarunt hoc tempore. Lib. impress. Salodii 1622. in 4.

HIERONYMUS Michaël Carmelus, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, cùm scriberet in Cantica Canticorum, & perveniisset ad illud cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; habuit specialem revelationem, *quòd Virgo MARIA fuerat concepta absque peccato originali*; & sic cum exultatione spiritùs, lætus scripsit: Ita est, nam & ego vidi; & nihil amplius potuit scribere per totam noctem. Hinc ortum habuit, quòd hic venerabilis Pater depingatur cum lib. oculis in cœlum levatis aspiciens imaginem Conceptionis, cum illa inscriptione egrediente ex ore ipsius: Ita est, nam ego vidi, &c. Lege Ildephonsum Ramon, libro 3. histor. cap. 18. Saavedram, libro de sacra Deipara, disput. 16. sectione 14. folio. 350. num. 657.

HIERONYMUS Michaël Ferrer, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermonibus Adventualibus, *in festo purissimæ Conceptionis Virginis Mariæ* Sermones duos, à folio 211. usque 254. Impress. Cæsaraugustæ 1615. in 4.

HIERONYMUS de Mieses, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Sancta Theresia §. 2. fol. 5. à tergo, inquit: Por mas dares y tomares que tuvo con Eva la Serpiente, no se cometio el pecado original, hasta que llego el consentimento advertido de Adam; y por mas que de y tome la imaginacion no ay culpa, hasta que llegue advertida la voluntad. De estos embates fue libre Christo nuestro Señor, que como lo era de las passiones no pudo sentir tentaciones interiores. *Lo mismo diremos de la Virgen purissima MARIA que tuvo por gracia muchissimas de las que se davan a Christo de justicia.* Serm. impress. Compluti 1619. in 4. Verba ista, meo judicio, expressa sunt, & nullo indigent expositione seu interpretatione.

HIERONYMUS Molinus, Poëta Italus, in Cantione de Beata Virgine Dei Genitrice Maria, sic cecinit:

Si del mal seco à noi de Eva & d'Adamo,
A te ci ripariamo,
O somma Diva, hou reggia il mondo oppresso
Quanto à te fu concesso
Che ci priat elesse ènte poi seese & nacque;
Et quanto chiedi lui sempre lui piacque, &c.
O vivo specchio del eterna lampa
Duci ogni gratia avampa.

Extat in libro: Il tempio, &c. cum aliis. Impress. Venetiis 1613. in 12.

HIERONYMUS Moroneus, Ordinis Minorum, post quæstionem: An Christus in quantum homo habeat regnum & dominium directum & absolutum in omnia tam spiritualia, quàm temporalia? adducit quæstionem: *Vtrum B. Virgo fuerit concepta sine peccato originali?* Sustinet affirmativam sententiam, num. 184. Lib. impress. in fol. sine loco & anno.

HIERONYMUS Natali, Societatis Jesu Italus, de Virginis Matris prædestinatione secundùm Filj prædestinationem primam atque excellentissimam, Meditationes duas. Item, de eadem *Virgine MARIA sine macula* Meditationem alteram. Item, *de Immaculata Virginis Conceptione* Meditationem unam in libro de Laudibus Deiparæ. Impress. Antuerpiæ 1595. in folio.

HIERONYMUS Nolanus, Ordinis Sancti Augustini Italus, in libro Privilegiorum ac gratiarum à sancta Sede Apostolica concessarum pro Confratribus Corrigiæ Eremitarum, vocat *Virginem MARIAM semper Immaculatam.* Lib. impress. absque cap. vel foliatione Neapoli 1586. in 8.

HIERONYMUS de Ornachea Guevrero, Canonicus Magistralis Hispanus, edidit Lib. sub hoc titulo: Commentaria in Cant. Salomonis, quorum verba omnia declarantur *de purissima Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis Dei Genitricis sine originali peccato*, & de alijs excellentijs ad ipsius gloriam, & majestatem pertinentibus, &c. tom. 1. Impress. Lucruni 1637. in folio. Utinam edidisset tomum 2. quia primus solùm pervenit ad versiculum 8. cap. primi.

Item, scripsit Sermonem *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* declamatum in Monasterio Monialium S. Mariæ Gaditan. & incipit: La circunstantia, &c. Impress. ibi 1617. in 4.

HIERONYMUS Osorius, Episcopus Algarbiensis

bienſis Hiſpanus, in Commentarijs ad Parabolas Salomonis, col. 940. ad illud: Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ, dicit: *Quòd Virgo divina non fecit, neque peccati labe ſe aſpergi ſuſtinuit.* Et infra: *Divina Virgo fuit, quam nulla unquam labes impuritatis infecit, cui nec tenuis quidem peccati macula inuſta fuit, quæ nunquam à ſanctitatis via in deteriorem partem declinavit*, &c. Lib. impreſſ. Romæ, anno 1592. in fol.

HIERONYMUS de Pancorbo, Ordinis Carmelitarum, ſcripſit Cantiones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, quas adducit Ferriol, in Tractatu de Conceptione Virginis, à fol. 62.

HIERONYMUS Pardo, Clericus Minor, in libro edito ſub nomine D.D. Antonij Calderon: De las Excelencias del glorioſo Apoſtol Santiago, unico, y ſingular Patron de Eſpaña, &c. fol. 52. *ego de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ abſque peccato originali*, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1658. in fol.

HIERONYMUS de Paula, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit ingenioſum Epigramma *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* impreſſ. cum alijs Baëzæ 1618. in 4.

HIERONYMUS de San Pedro, Scriptor Hiſpanus, in lib. edito ſub hoc titulo: Segunda parte de la Cavalleria celeſtial de las ojas de la roſa fragrante, cap. 30. fol. 34. inquit: Començò Gabriel à explicar ſu embaxada divina, y pues no ablava con Eva, que maldicion quiere dezir, *dixo à la Virgen, Ave, monſtradola ſin el væ del original pecado*; y para confirmacion de eſte titulo le dixo, llena de gracia; y para monſtrar de donde la venia eſta excelente preëminencia, le dixo: El Señor es contigo; finalmente para enſeñar ſu gratuita bendicion, cerrò con dizirle, bendita entre las mugeres, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1554. in fol.

HIERONYMUS Perboni, Marchio de Inciſa, in lib. 16. de Laudibus Immaculatæ Virginis Deiparæ, inquit: *Idcirco putandum eſt, Virginem hanc puriſſimam, cæleſtiſſimam, dilectiſſimam à tuo Numine conceptam ſuiſſe ſine labe originali, quæ infectio eſt quædam in anima, ex ea in unione ad carnem diffuſa.* Item infra: *Qua ratione Virgo quantùm de ſe erat, ex conditione naturæ erat apta nata contrahere peccatum originale; ſed illud non contraxit ex privilegio privatim conceſſo: ſic Chriſtum non contraxiſſe dicimus labem illam per naturam, Virginem verò per gratiam*, &c. in ſuo Ovillario in lib. 26. diviſo. Impreſſ. abſque loco impreſſionis in folio.

HIERONYMUS Perea, Societatis Jesu Hiſpanus, ſuppoſito nomine Gerardi de la Cruz, in libro cujus titulus eſt: Chriſto Señor nueſtro padeciendo, como refieren los quatro Evangeliſtas, expreſſè tenet *Virginem MARIAM fuiſſe immaculatè conceptam*, &c. pag. 15. & 110. Lib impreſſ. Matriti, anno 1660. in 8.

HIERONYMUS Perez, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, edidit Opuſculum *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Saavedra in libro de Sacra Deipara, diſp. 16. ſectione 14. fol. 351 num. 658.

HIERONYMUS Planes, Lector Jubilatus Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro: Tratado del examen de las revelaciones verdaderas y falſas, y de los raptos: dividido en quatro libros, y dirigido à la Beatiſſima Trinidad Padre, hijo, y Eſpiritu Santo, *y à la puriſſima Conception de la Virgen nueſtra Señora.* Et cap. 11. fol. 48. *Quòd B. Virgo MARIA fuit exempta à peccato originali per privilegium &c.* Impreſſ. Valentiæ 1634. in 4.

HIERONYMUS de Quintanadveñas Notarius S. Inquiſitionis Hiſpanus: Quomodò villa Matritenſis fecit votum obſervandi *feſtivitatem Conceptionis Dominæ noſtræ*, & S. Sebaſtiani, & ieiunandi vigilias ipſarum, &c. lib. 3. cap. 62.

Item, *de Monaſterio Franciſcano Conceptionis* in eadem villa Matritenſi, capite 75. Item, *de Monaſterio Conceptionis S. Bernardi*, cujus Moniales vulgariter nominantur de Pinto, cap. 98. Item, *de Monaſterio S. Ioſephi Monialium Recollectarum Conceptionis*, aliter vocato del Cavallero de Gracia, capite 102. Item, *de Monaſterio Conceptionis Dominæ noſtræ Monialium Capuccinarum*, capite 110. Item, *de Monaſterio Regali Immaculatæ Conceptionis Commendatariarum, Ordinis de Calatrava*, cap. 111. Item, *de Hoſpitali Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ, communiter vocato de la Latina*, cap. 113. Item, *de Monaſterio Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ Ordinis Sancti Hieronymi*, capite 76. Quæ omnia reperies in prædicto libro 3. Hiſtoriæ, ſeu Chronicæ antiquitatis, nobilitatis, atque magnitudinis villæ Matritenſis. Impreſſ. 1629. in folio.

Item, lib. 1. cap. 47. de la Parochia de S. Salvador, fol. 66. de imagine Conceptionis, ſic inquit: Imagines milagroſas, y de grande antiguedad, que dize Alcozer ay en Madrid, que ſon, la de Atocha, la del Almudena; *la de la Concepcion de S. Salvador, tuvo muy de antiguo eſſa invocation*, y quando la traſladaron de la Capilla donde eſtava, à la que ſolia ſer Capilla mayor de la Igleſia, donde eſtà al preſente, queriendo mudarla echaron ſuertes en tres nombres, para ſacar el conque la avian de invocar de alli adelante, y le cayò tres vezes el de la Concepcion, lo qual ſe atribuyo à coſa milagroſa, con que manifeſto la Virgen, que no guſtava le quitaſſen ſu nombre, y aſſi ſe le dexaron, con el qual es venerada, &c. Et lib. 3. cap. 66. folio 391. *de imagine pulcherrima Conceptionis*, & quodam miraculo. Vide quæ ibi dicuntur. Impreſſ. Matriti 1629. in fol.

HIERONYMUS Ramirez, Poëta Hiſpanus, in libro ſeu tractatu de Raptu Innocentis Martyris Guardienſis, lib. 4. & 5. fol. 40. & 47. inquit:

Poſcebam lachrymas, niveas ad Virginis aras,
Quæ peperit ſine labe Deum, &c.
Plebs quibus effuſas ad puræ Virginis aras, &c.

Lib. impreſſ. Matriti 1592. in 4. Illud ſine labe, non ſolùm ſupponit pro tempore partûs, ſed abſolutè; nam nihil eximium erat parere Deum ſine labe: ſupponit igitur tam pro partu, quàm pro Conceptione activa & paſſiva.

HIERONYMUS Requeſens, Epiſcopus Dertuſenſis, approbavit Breviarium ſuæ Eccleſiæ, in quo eſt *officium Immaculatæ Conceptionis.* Impr. 1547. in 4.

HIERONYMUS Rodriguez, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Compendio Quæſt. Regularium R. P. Emmanuëlis Roderici, *de Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis* Reſolutionem unam latiſſimam & pulchram, à fol. 243. uſque 249. Lib. impreſſ. Lugduni 1630. in 8.

HIERONYMUS Roman, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, *de hiſtoria fundationis Religionis Monialium*

nialium Immaculatæ Conceptionis per D. Beatricem de Sylva, Caput unum in lib. Rerumpublicarum mundi, lib. 6. cap. 21. Impress. Metinæ 1575. in folio.

Item, in dicto libro lib. 1. de Republica Christiana, cap. 1. fol. 73. inquit: Este es Jesu Christo Señor nuestro Hijo de Dios verdadero, y de Santa Maria Virgen, segun la carne, la qual tomò para sacarnos del captiverio, y servidumbre del pecado, para que como antes eramos hijos de ira, y maldicion, despues por el lo fuessemos de gracia, y reconciliacion, &c. Para esto fue determinado por aquella alta Sabiduria, que vinieße el Archangel san Gabriël à la Ciudad de Nazareth en Judea, *à una Virgen tal, y tan hermosa en el alma, y en el cuerpo, qual convenia para ser Madre de Dios*, &c. Lib. impress. Metinæ à Campo 1575. in folio. Si decebat, quòd Virgo esset tam pulchra animâ & corpore, quantùm decebat Matrê Dei: igitur decebat, ut nunquam fuisset maculata aliquo nævo, vel originali, vel actuali. Ita cum Sancto Anselmo, & alijs Patribus discurrunt Auctores moderni.

Item, *de fundatione Ordinis Militaris Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ absq; originali peccato conceptæ*, à Garcia Navarræ Rege. Ex Josepho Micheli, folio 17. De hoc diximus alibi.

HIERONYMUS de la Rua, Toletanus Doctor Theologus, in tom. 2. Controversiarum Theologicarum partim positivarum, partim scholasticarum, controversia 7. de Merito & ejus generibus, fol. 562. sic inquit: *Quamobrem ea sententia in Beata Virgine ab initio suæ Immaculatæ Conceptionis gratiam habitualem ad hoc ordinatam ponit*, ut esset conveniens Dei Mater, &c. Lib. impress. Matriti apud Ludovicum Sanctium 1629. in fol.

HIERONYMUS Ruiz, Ordinis Minorum, in libro Hispanico, sub titulo: Alma aventurera, capite 18. folio 307. cecinit de Virgine Maria:

Toda te veo hermosa,
Y de belleza tan prima,
Que de mancha, y fealdad
Estas pura, libre, y limpia, &c.

Vide alibi passim lib. manuscript. in Archivo Sancti Francisci Matriten. in 8.

HIERONYMUS de Saona, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Discursos predicables, literales, y morales de la sagrada Escritura, y questiones positivas, y escolasticas, sobre qual fue mas amado del Señor, San Pedro, ò San Juan Evangelista, &c. in indice concionatorio *de Conceptione Beatæ Virginis* Elenchum. Lib. impress. Barchinone 1588. in 4.

HIERONYMUS Savanarola de Ferrara, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. cujus titulus est: Molti devotissimi trattati ad esortatione dei fideli, & devoti Christiani, &c. folio 157. in expositione Salutationis Angelicæ ad illud: Ave Maria, inquit: Maria vuol dire Madona, ô vero illuminata & illuminatrice, ô vero stella del mare; secondo che dice San Hieronymo; onde la chiesa humilmente confessa che l'ha bisogno della sua santa mano, quando la dice: *Ave MARIA, quasi dicesse, tu sia sempre salva madona mia*, & illuminatrice & stella & porto de le mie tribulationi, &c. Nota illud verbum *semper*, nam supponit pro omni tempore ac instanti tam præterito, quàm futuro. Nota etiam, quòd illud verbum Ave, secundùm Savanarolam Italico sermone idem est, ac Dio te salvi, ô vero tu sia salva, come se dicesse: io desidero che tu sia salvo. Igitur si Maria fuit à Deo salva, salvata (à quo Salvator) libera, liberata (à quo liberator) interrogo, à quo periculo fuit salva, salvata, libera, liberata? certe à nullo alio, nisi à periculo communis lapsûs, & sic illud Ave Angelorum respiciebat Evæ lapsum. Et infra inquit: Questo nome Maria è etiam santto in lei masimamente, cioe *puro*, il quale significa quella *candida* Virgine della cui purissimo sanguine il figliolo di Dio scese fece il suo santto corpusculo, &c. Et pero tu veramente *sei sancta*, cioe confirmata nella gratia, o *purificata* da quella luce che illumina tutti gli huomini, & le donne che inquesto mondo nascono, &c. Omnia hæc Savanarolæ verba puritatem, candorem, sanctitatem ac purificationem significant & dicunt in Nativitate, vel Ortu Virginis Mariæ quòd si hîc pro nasci in mundo intelligit Savanarola Nativitatem in utero (tunc enim verè & propriissimè homo vel mulier nascitur in mundo) quando concipitur, hoc est, anima unitur corpori) Savanarola nostram tuetur sententiam absque ulla hæsitatione. Et infra ad illud: Gratiâ plena, inquit: Ma il nostro Salvatore fu pieno de gratia per che haveva tutte le gratie & in tanta perfettione, in quanta si possono habere, & dopo lui la sua Madre dolcissima fu piena di gratia; per che fu mai creatura ne sera eccetta l'anima di Christo *non ch'abese ô habera tanta gratia quanta hebbe la Vergine gloriosa*, &c. Hoc non solùm est intelligendum intensivè, sed etiam extensivè; & sic perfectiorem justitiam originalem habuit Virgo Maria, quàm Adam vel Eva; imò quàm Angeli in gratia creati. Item, ad illud: Dominus tecum, inquit: Beata adunque sei tu ò Vergine Santa la quale ai trovata la gratia con il signor vero, *il quale è teco per un modo singulare, che mai non fu ne sera creatura alcuna*, &c. Veramente il Signore è teeco piu che maniera cum altra creatura, &c. Dupliciter fuit Dominus cum Virgine Maria singulariter quòd in nullo alio sic fuerit; uno modo, quando corporaliter habitavit Verbum in sacrario uteri sui: alio modo (meo judicio) quando ipsa Virgo fuit concepta in utero matris suæ Annæ & sic optimè verificatur repetitio Savanarolæ. Et infra, ad illud: Benedictatu in mulieribus, inquit: Dicemo adunque alla Vergine gloriosa: benedita tu tra le done la prima, *benedita da Dio, il quale la adornata de maggiori done, & gratie che non fecce mai donna ne altra creatura*, sempre cavando l'humanita de Christo suo dulcissimo figlivolo, al quale non si puo comparar alcuna creatura, perche le congionta in una persona con il Verbo divino, &c. Ex aperte fatetur, quòd post Christum Dominum, nulla creatura ampliorem gratiam sortita est, quàm Maria: igitur habuit gratiam Angelorum, ac primorum Parentum. Denique, ad illud: Sancta Maria Mater Dei, inquit: *Adunque Sancta MARIA, cioe pura, & immaculata*, è confirmata nella visione di Dio. Maria purissima &c. Impress. Venetijs 1547. in 8.

Item, in libro de veritate Fidei Catholicæ, lib. 3. fol. 190. inter alia cap. 8. inquit: Ut qui habet in cœlis Patrem sine corruptione & sine matre, haberet quoque in terris *sine labe ac sine patre immaculatam Matrem*. Lib. impress. cum Paulo Contesio Basileæ 1540. in fol.

Item, in Homilijs super Ruth & Michæam, cap. 7. Michææ, homilia 21. folio 269. vocatur Virgo Maria

Maria tota dulcis, tota plena dulcedine in anima & corpore, quæ extraxit ex Angelorum Hierarchijs gratias *universas*; quòd *nunquam* turbata, sed *semper* quieta & tranquilla, & quòd residet media inter Deum & Angelos, &c. Lib. impress. Per R. P. Alphonsum Magniozium ejusdem Ordinis, Salmanticæ 1556. in 4.

Item, in libro: Confessionale pro instructione Confessorum, &c. in Expositione salutationis Angelicæ, fol. 63. inquit: Tertiò in dignitate conditionis excedit Angelos, vel saltem est eis æqualis: *ipsa enim fuit purissima* & dignissima, quia absque omni culpa actuali, & absque pœna maledictionis debita hominibus propter peccatum. Ubi sciendum, quòd duæ maledictiones datæ sunt hominibus propter peccatum: prima data mulieri, scilicet quòd in corruptione conciperet, & cum gravamine portaret, & in dolore pareret; sed ab his immunis fuit Beata Virgo Maria, &c. latè ibi. Lib. impress. Venetijs 1520. in 8.

HIERONYMUS de Segorve, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: Navegacion segura para el cielo, &c. in Explanatione salutationis Angelicæ, fol. 749. inquit de Maria: Toda *llena de gracia, segun a Madre de Dios convenia*, &c. Lib. impress. Valentiæ 1611. in 8.

HIERONYMUS Seripandus Neapolitanus, Ordinis Sancti Augustini, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in Explicatione Symboli, ad illa verba: Qui conceptus est de Spiritu Sancto, &c. inquit: SS. Patres in consideratione propriæ conceptionis affligebantur, eorumque afflictionis causa erat peccatum, in quo communiter omnis humana creatura concipitur. *Non loquor nunc de* MARIA *Virgine, de qua, cùm de peccatis agitur, nulla debet fieri mentio*, cùm sciamus quàm magna & copiosa fuerit gratia contra omne peccati genus ei à Deo optimo, maximo collata, &c. Marrac. in Purpura Mariana, folio 303. Vide ibi. Item, in tract. de peccato originali.

HIERONYMUS a Sorbo, Ordinis Minorum, *de Immaculata Virginis Conceptione* Compendium, in suo libro Privilegiorum. Venetijs 1603. in 4. Coloniæ, anno 1619. in 4.

HIERONYMUS Spadius Placentinus, Poëta Italus, in Hymno ad B. Virginem Regiensem, fol. 18. & in Oda fol. 31. inquit:

Nullo dolore saucia,
Summo repleta gaudio
Labem pudoris nescions, &c.
Ergone ego fileam per te exitiale draconis
Inferni clisum, candida diva, caput?

Extant ejus Carmina in libro impresso Mutinæ 1619. in 8.

HIERONYMUS del Spiritu sancto, in libro: Sermones de diversas festividades, à pag. 1. *Sermon de la purissima Concepcion de La Virgen MARIA nuestra Señora* Sermonem latum & eruditum. Impress. Hispali 1557. in 4.

HIERONYMUS Stridonensis, Sanctus Ecclesiæ Doctor, in Psalm. 77. ad illa verba: Deduxit illos in nube diei, fol. 95. inquit: Nubem levem, aut propriè Salvatoris corpus debemus accipere, quia leve fuit, & nullo peccato prægravatum est: aut certè nubem levem debemus Sanctam Mariam accipere, nullo semine humano prægravatam. Ecce Dominus venit in Ægyptum sæculi istius super nubem levem Virginem, & deduxit eos in nube diei. Pulchrè dixit diei, *nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce*, &c.

Item, *de Ortu Virginis MARIÆ* Librum unum, qui teste Driedo nondum vidit lucem.

HIERONYMUS Taix, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Dels miracles de nostra Señora del Roser, y del modo de dir lo Rosari, ò Psalteri de aquella, &c. dist. 1. capite 7. folio 31. inquit: Per que en ella la Verge Maria es lloada en set maneres; la prima, per que en ellas manifeste, *com foren purissima, id est, lliure de tota culpa, y peccat, dientli Ave, que vol dir sens macula, è sens maledissio*, &c. Lib. impress. Barchinone 1602. in 4.

HIERONYMUS Tamarit à Tavaria, Setabiensis Valentinus Hispanus, in Floribus Theologicis, in 1. lib. Sent. & meliorem partem secundi, de Gratia, quæst. 8. Utrum homo possit in tota vita non peccare venialiter per gratiam legis ordinariæ? folio 818. ponit hanc tertiam Conclusionem: *Privilegium carendi omni peccato per totam vitam, præter Virginem, nemini debetur, aut potest attribui, &c. nemo enim censendus est ab omni peccato veniali præservatus, nisi qui etiam fuerit ab originali immunis, utiq; perfectè, & sine fomite, quod ex privilegio soli B. Virgini concessum est*, tomo 1. Lib. impress. Valentiæ 1622. in 4.

HIERONYMUS de Vergua, Poëta Hispanus, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma. Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata, lib. de Conceptione fol. 164.

HIERONYMUS Verobaldus, Ordinis Prædicatorum Italus, recollegit in Rosario Beatissimę Virginis, quæ scripsit R. P. Andreas Gianetti di Salo, & manent supra verb. Andreas, *pro immunitate Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

HIERONYMUS de Visch, Poëta Hispanus & antiquus, edidit quædam Carmina Hispanicè *de Conceptione sacratissimæ Virginis MARIÆ*. Lib. impress. cum alijs 1486. apud Ferrand. Diaz.

HIERONYMUS Vielmus Venetus, Ordinis Prædicatorum, in libro de Sex diebus conditi orbis, lectione 18. fol. 223. inquit: Ut enim obsignato sepulchro Dominus surrexit, ianuisque clausis ad discipulos introijt, *& antea ex incontaminato & inviolato Virginis utero homo prodijt*, &c. Lib. impress. Venetijs 1575. in 4. Si uterus Virginis fuit incontaminatus & inviolatus, & semper obsignatus uti sepulchrum Dominicum, in quo nondum quisquam positus fuerat: igitur neque ab homine, neque à dæmone contaminatus, vel violatus à quoquam, à nulloque, quisquis ille fuerit.

HIERONYMUS de Villavitis, Ordinis Canonicorum Regularium Italus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Orationem, quæ in ejus lib. dicto: Panis quotidianus, est in ordine 392. Lib. impr. Haugenau 1509. in 4.

HIERONYMUS Xaviere vel Xaverius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, Generalis, ac S. R. Ec. Cardinalis, tempore sui Generalatûs fecit pro tota sacra Dominicanorum Religione statutum, anno 1602. videlicet, *ne quis audeat in publico prædicare vel docere, quòd B. Virgo fuit concepta in originali peccato, propter scandalum fidelium.* Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de Maria Immaculatè concepta, dissert. ultim. adnot. unica, num. 5. fol. 454. Purpur. Marian. fol. 214.

Item, in Missali juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum, Romæ 1603. fol. 9. in Sanctificatione B.

Virginis MARIÆ, dicitur Missa sicut de ejus Nativitate infra die 8. Septembris, mutato nomine Nativitatis in Sanctificationem. Item, in alio Missali impress. Romæ 1604. in 4. fol. 278.

Item, in Collectario juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum ad diem 8. Decembris: Sanctificatio Sanctæ MARIÆ Virginis totum duplex. Lib. impress. Romæ 1607. in 4.

Item, in Breviario juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum, folio 564. die 8. Decembris: in Sanctificatione Beatæ MARIÆ Virginis totum duplex. Omnia præter Lectiones infrascriptas de officio Nativitatis ipsius assumantur, mutato Nativitatis vocabulo in Sanctificationis. Impress. Romæ 1607. in 4.

Item, in Martyrologio juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum, fol. 344. ad diem 8. Decembris: *Conceptio gloriosæ semper Virginis MARIÆ festum totum duplex.* Ex hac clausula constat, quomodò mutaverit sententiam. Lib. impress. Romæ 1604. in 4.

HIERONYMUS Zapata, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermone de pompa funerali D. D. Andreæ de Guzman & Acuña, fol. 8. inquit: El dexar dotado un farol, que ardiesse perpetuamente, *delante del Triumpho de la Concepcion de Granada, &c.* Serm. impress. Hispali 1633. in 4. Vide etiam pro Immaculata Conceptione, ibidem fol. 12.

Item, pro gratiarum actione de Decreto expedito à Summo Pontifice Gregorio XV. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* scripsit Sermonem. Impress. Hispali 1622. in 4. Incipit: Quatro nacimientos, &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis ad finem.

HILARION de Coste, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, in libro de Elogijs & vitis Reginarum, Principissarum, quæ pietate & doctrina floruerunt, &c. fol. 73. de Beatrice de Sylva, *& fundatione Religionis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis*, usq; ad fol. 78. Impress. Parisijs 1630. in 4.

Item, edi curavit Officium *Conceptionis* Virginis MARIÆ, quo utuntur Sanctimoniales Monasterij Challensis Ordinis Sancti Benedicti. Parisijs anno 1658. in 8.

HILARION Mediolanensis, Ordinis Sancti Benedicti Italus, *de Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ* Opusculum unum.

Item, *de Corona ejus aurea stellarum duodecim, eidem Virgini ab omnibus quotidiè persolvenda* Opusculum alterum Mediolani impress. anno 1494.

HILARIUS Mont-Lovys, Ordinis Minorum Gallus, in libro: La genealogie de l'ame fidele & devote, depuis le commencement du monde jusques à nôtre temps, par l'espace de 57. siecles, &c. fol. 978. anno mundi 4037. sæculo 41. inquit: Le corps de cête sacrée Vierge ne fut pas plûtost organisé & capable informé de son ame, que sur le point de cête union elle fûte prevenuë de toutes les dons & graces convenables à Dieu, graces que les sacrez Docteurs expliquent pour la plus part, *le mot d'une Conception Immaculée, c'est à dire par une Sanctification, dont elle fut prevenue dés le poinct de sa Conception par laquelle estante renduë exempte de la tâche du peché originelle & de toute la corruption, &c.* prosequitur latè. Impress. Lugduni 1649. in fol.

HILARIUS N. Scriptor antiquus, recollegit Hymnos & Prosas in Ecclesia recitari solitas, ut videre est in lib. cujus titulus est: Expositio Hymnorum cum notabili commento, quod semper implicat historias cum optimis allegationibus sacræ Scripturæ, illorum Sanctorum vel Sanctarum de quibus tales Hymni decantantur, ex quibus possunt faciliter de eisdem Sanctis colligi sermones optimi, subiunctis quorumdam vocabulorum expositionibus, & liber incipit sic: Iste liber dicitur liber Hymnorum. Hymnus dicitur laus Dei cum cantico. Quatuor autem fuerunt principales Auctores qui Hymnos composuerunt, scilicet Gregorius, Prudentius, Ambrosius & Sedulius sed quidam vir prudens nomine Hilarius videns illos sic multos Hymnos composuisse, dignum duxit, placuitque quosdam in unum colligere compendiosè, & unum brevem & utilem tractatum componere, in quo omnes Hymni continerentur, &c. Hic ergo Auctor in textu Sequentiarũ de Purificatione MARIÆ, fol. 34. inquit: *Unde B. Virgo comparatur Auroræ propter sanctificationem in utero, &c.* Item, fol. 105. in Prosa *de Conceptione* quæ incipit: Dies læta celebretur, in qua piè recensetur *MARIÆ Conceptio*, &c. sic inquit in Commentario: Ista Sequentia noviter est composita ad laudem & gloriam B. Virginis MARIÆ quantùm ad ejus Conceptionem: quod quidem festum fidelibus in hoc mundo longis temporibus fuit occultatum, sed modò per divinam potentiam signis & miraculis est revelatum, &c. Notandum: Scribitur in Canticis Canticorum: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Unde secundùm Apostolum, nos quia nascimur filii iræ, quasi in tenebris progredimur; *sed B. Virgo MARIA quæ sanctificata in utero creditur, rectè quasi aurora progreditur, &c.* Est tamen sciendum quòd quidam dicunt hoc festum non esse celebrandum: quia dicunt B. Virginem esse conceptam in peccatis originalibus, quod tamen difficile est servare. *Debemus enim piè credere, quòd ipsa sit concepta sine omni originali peccato, quia corpus B. Virginis in utero matris per infusionem & unionem sanctissimæ animæ virtute Spiritus S. consacrificatum & confirmatum est, quòd fomes peccati nequaquam in ea posset dominari: ergo propter sanctissimam unionem & infusionem sanctissimæ animæ sciendum est peragendum, quia fuit initium nostræ salutis, &c.* Ex his verbis constat, quomodò antiqui intelligebant propositionem hanc: Virgo MARIA fuit sanctificata in utero; ex qua Adversarii deducunt: ergo à peccato, quando ipsi volebant exprimere per talem propositionem ejus præservationem à culpa. Item, adducit quoddam miraculum de Conceptione sic. Notandum: Beata Virgo dicitur virga Aaron & stella maris, de quibus sufficienter dictum est in Sequentia Ave præclara. Item nota: Auctor dicit, quòd per hanc Conceptionem mors devincitur & vita reparatur. Unde quomodò Conceptio B. Virginis fuit initium nostræ salutis, declaratum est in Sequentia Stirpe MARIA. Item nota: Quidam vir secularis operi rusticali deditus, & aliis mundanis studiis occupatus, qui multis pravis actibus fuit intentus etiam dum terram suam excoleret, quantùm poterat vicinis suis insurgebat, & metas suas transgrediens terram aliorum furtivè sibi appropriabat & apposuit. Hic tamen B. Virginem in mente habebat, & sæpius eam devotè salutavit. Cùm iste moreretur, dæmones venerunt ejus animam rapere cupientes: affuerunt etiam Angeli, qui cùm proferrent pauca ejus bona opera, cœperunt dæmones contraria mala proferre innumerabilia.

Cumque

Cùmque exultantes diaboli putaverant se vicisse, irruit unus ex Angelis, quòd cum magna devotione sollicitus fuisset B. Virginem salutare. Diaboli audientes nomen B. Virginis, timuerunt valdè, & libenter iviſſent, si potuissent, ne eorum conturbatio augmentaretur. Tunc accedens B. Virgo dixit ad defunctum: Vis dæmonis horribilitatem evadere? vis in mundo diutiùs vivere? Qui se talia optare respondit. Cui B. Virgo: *Promitte mihi, ut festum Conceptionis meæ velis celebrare. Qui dixit se velle celebrare diem hujus festi.* Cui B. Virgo dixit: *Tantum Sabbatis diebus memoriam hujus festi peragas, donec à Sacerdotibus hoc festum fuerit manifestatum & celebratum, &c.* Nota, qualiter secundùm istum Auctorem primitus instituta fuit festivitas Sabbato in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ, de quo multa possent dici. Item, præter Sequentias communes, invenies ad finem libri prædicti septem speciales Sequentias de B. Virgine MARIA, quarum prima incipit: *Mittit ad Virginem, &c.* Secunda: *Lætabundus exultet, &c.* Tertia: *Verbum bonum & suave, &c.* Quarta: *Hodiernæ lux diei, &c.* Quinta: *Gaude MARIA templum, &c.* Sexta: *Ave MARIA gratiâ plena, &c.* Septima: *Uterus virgineus thorus est eburneus, &c.* In quibus nonnulla invenies pro omnimoda puritate Virginis. Lib. impress. Coloniæ, anno 1492. in 4. magno.

HILARIUS Rancatus Mediolanensis, Ordinis Cistercienſis, ad annum 1647. edidit *Apologiam pro Immaculata Virginis Conceptione*, quam se vidisse testatur Franciscus Maria Pistoia, in MARIA triumphante, corona 2. capite 7. folio 191. num. 138.

HILDEBERTUS absque alio nomine, existēs in Bibliotheca Regia Parisijs manuscrip. numero 1815. in Versibus ad B. Virginem, hæc habet:

Sancta Parens, caro labe carens, & dulcis odoris.

HILDEBERTUS Cenomanensis Episcopus & postea Turonensis Archiepiscopus, Monachus Cluniacensis, in Prosa de Natali Domini ait: Die ista virga Jesse florita fructum reddit. Gedeonis vellera ros infudit die ista; *pressus pede mulieris colubri contritus est.* Vide Joannem Eusebium in lib. Excep. fol. 455.

HILDEGARDIS, Abbatissa in Monte S. Roberti apud Naham, Sanctissima & Prophetissa, in lib. suarum Epistolarum, folio 117. Epistola ad Prælatos Moguntinenses, loquens de Christo Domino, sic inquit: *Ipse namque est Immaculatus Agnus & speciosa forma præ filijs hominum, qui non de virili semine sed de Spiritu Sancto conceptus, virtute altissimi Dei de carne MARIÆ Virginis Deus, & homo natus processit.* In eadem verò virtute altissimi Dei oblatio panis cum vino & aqua, in carnem & sanguinem Salvatoris, quam de MARIA Virgine assumpsit, ad verba Sacerdotis tam substantialiter, quemadmodum lignum in ardentem carbonem per ardorem ignis, mutatur, &c. Et infra folio 131. Joannes, qui speculum sanctitatis & virginitatis est, quia propterea terrenam desponsationem repudiabat, & quem Filius Dei, qui à Patre suo in Virginalem materiam humanitatis suæ descendit, *cum omni ornamento virtutum ornavit præ cæteris Sanctis, &c.* Item, infra folio 136. loquendo de peccato Adæ, ac de conceptione humana, inquit: *Sed istam mortiferam conceptionem hominis Filius Dei abstersit, cùm de S. Spiritu ex MARIA Virgine sine omni peccato virilis naturæ conceptus & natus est, &c.* Item, parum post: *Unde etiam omne carnale desiderium in MARIA Virgine ita consumpsit, quòd Filius suus absque omni incendio peccati ex ipsa humanitatem suam induit.* Spiritus Sanctus enim, qui vivus fons est, suavissimo humore suo eam perfudit sicut ros super granum descendit; *ita ut per virtutem Altissimi ab omni ardore, qui per suggestionem diaboli in nascentibus hominibus fit, & ab omni dolore humanæ naturæ & genituræ obumbrata sit, &c.* Item, fol. 144. loquēs de peccato originali, & quomodò per aquam baptismi deleatur, inquit: O sanctitas aquæ, in qua Filius tuus mortem contrivit, quem Virgo de tuo igne concepit, *qui in ea omnem liquorem aquosi peccati exsiccavit, ut ex illo non læderetur, quemadmodum etiam Noe non lædebatur: in his enim signis prævidisti quod in MARIA perficisti, quæ caput serpentis contrivit, per quem prima mulier decepta est.* Item, infra fol. 149. Abraham prima radix fuit, quæ in ramis generis sui floruit, sicut Virga Aaron de radice abscissa fronduit, in qua prælignasti Nati tui incarnationem, qui in pudica alvo Virginis de vi tua, sancta divinitas, absque omni carnali conceptione floruit. *O pura divinitas, tu attendisti malitiosum auditum primæ mulieris per serpentem deceptæ, & nobilissimam virgam MARIAM de vi tua florere fecisti.* Hæc omnia in prædicta Epistola. Lib. impress. Coloniæ 1566. in 4.

HINEMARUS Rhemensis, vocat uterum Virginis MARIÆ *immaculatum, Deiparamque illibatam.* Vide Joan. Eusеb. lib. Excep. cap. 13. fol. 257.

HIPPOLYTA Truxillo Hispana, habuit particulares revelationes *de mysterio Immaculatæ Conceptionis*, ut refert Vincentius Blascus, lib. 3. Histo. Ecclesiast. Reg. Aragonum, tomo ultimo, cap. 38. Daza de Conceptione, capite 6. folio 44.

HIPPOLYTUS Capilupus Mantuanus, Poëta Italus, in Carminibus ad Virginem MARIAM, Carm. 2. ait:

Vt levis in niveum vellus fluit imber ab æthra,
Sic in te cœli venit ab arce Deus;
Et te prole sua fecit sine labe parentem,
Et dedit æterna virginitate frui.

Vide alia infra in alio Hymno, fol. 8. Lib. impress. cum alijs Antuerpiæ 1572. in 4.

HIPPOLYTUS Carmelitanus, edi curavit Quæstiones duas *de Conceptione Virginis MARIÆ* Francisci Mayronis Ordinis Minorum; ut videre est in lib. impress. Venetijs 1520. in fol. & 1507.

HIPPOLYTUS Chizzola, Canonicus Regularis Lateranensis Italus, habuit Concionem Dominicâ 3. Adventûs *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, sub themate: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, &c. Quæ extat parte 1. Sermonum diversorum, ac illustrium Theologorum, &c. à fol. 62. usque 104. Lib. impress. Italicè 1565. in 8. & Gallicè Parisijs 1631. in 8.

HIPPOLYTUS Denesmondus Mantuanus, Ordinis Minorum Italus, de fabrica Conventuum & Ecclesiarum *sub hoc titulo Conceptionis Dominæ nostræ* agit fol. 26. & 29. in Chronologia, & in lib. Historiæ Ecclesiæ Mantuanæ, folio 451. Lib. impress. Mantuæ 1613. in 4.

Item, sermone 3. super Magnificat, ad illa verba: In Deo salutari meo, inquit: Il terzo respeto, *è per la sua santissima Concettione, poi che fu concetta senza macchia de peccato originale.* Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, art. 2. fol. 109.

HIPPOLYTUS Maria Tallapietra, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Gandezze, Privileggi

leggi,Indulgenzze, Miracoli, Ritti, & Amaestramenti, per contemplare i misterij del santissimo Rosario,&c. lib. 5. folio 450. inquit: *Dio ti salve dolce suave MARIA, che fosti fatta maravigliosamente bella nel ventre di tua madre del sumo Dio, il quale ti adornò di tute le perfetioni, & gratie, &c.* Item, folio 461. Dio ti salvi dolce, è suave MARIA, præciosissima gemma, è per la singolare delgenero humano *Tu sei tutta bella, Vergine santissima, ne si trova macchia alcuna in te, &c.* Lib. impress. Venetijs 1647. in 8. Vide alia in eodem lib. 5.

Item, hic Sermones seu Concionum Librum à R. P. Ferdinando Peralta Hispanicè conscriptum, Latinè reddidit, atque marginibus illustravit, in quo sunt quatuor Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Item, prædictos Sermones in compendium redegit, explicans summariè, quæ in ipsis continentur; ut videre est in principio libri typis mandati Venetijs 1613. in 4.

HIPPOLYTUS Marracius Lucensis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei Italus, in libro: Pontifices Maximi Mariani, seu De Romanorum Pontificum in MARIAM Deiparā Virginem ardenti studio ac pietate, &c. *de Immaculata ejusdem Deiparæ Conceptione* plura sparsim per totum lib. impress. Romæ 1642. in 8.

Item, in libro: Apostoli Mariani, seu De singulari Sanctorum Apostolorum in MARIAM Deiparam pietate, &c. *de purissima intemeratæ Virginis Conceptione* aliqua adducit, quæ ibi videri possunt. Impress. Romæ anno 1643. in 8.

Item, in libro: Fundatores Mariani, seu De sacrarum Religionum, Congregationumque Fundatoribus MARIÆ Deiparæ Virgini singulariter addictis ac dilectis, &c. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, vide plura in indice. Impress. Romæ 1643. in 8.

Item, edidit Bibliothecam Marianam alphabetico ordine digestam, & in duas partes divisam, in qua refert quàmplures Doctores, *qui pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* scripserunt. Lib. impress. Romæ 1648. in 8. Sunt Tomi duo.

Item, edidit Mariale S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani ex Operibus, quæ in diversis Bibliothecis reperiri potuerunt, ubi *adducit pro Virginea puritate, ac ejus incontaminata integritate* ea, quæ videri possunt verb. Germanus Constantinopolitanus. Lib. impress. Romæ 1650. in 8. Vide etiā ejusdem Notas.

Item, in Mariali Leonis Imperatoris, cognomēto Philosophi, seu Sapientis, &c. *adducit plura pro Virgineo candore ac innocentia Immaculata*, tam ex ipso Leone, quàm ex suis Notis. Lib. impress. Romæ 1651. in 8. Vide verb. Leo Sapiens.

Item, in Mariali Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis *scripsit pro Virginis MARIÆ illibatæ innocentia purissima*, &c. quæ videri possunt verb. Isidorus Thessalonicensis. Lib. impress. Romæ anno 1651. in 8.

Item, in libro: Lilia Mariana, seu De candidissimis sacrarum Virginum in MARIAM Deiparam Virginem, & virginitatis principem studijs, &c. *adducit de Immaculata Virginis Dei Genitricis Conceptione*, quæ possunt videri in indice. Impress. Romæ 1651. in 8.

Item, in Mariali Adæ Abbatis Persenniæ sacri Ordinis Cisterciensis refert & exponit, *quomodò sacratissima Virgo MARIA fuit sine culpa*; & alia, quæ ibi videri possunt in Notis, & in hoc lib. verb. Adam de Persennia. Lib. impress. Romæ 1652. in 8.

Item, in libro: Reges Mariani, seu De Christianis Regibus in MARIAM Deiparam cœli, terræque Reginam cultu ac devotione illustribus, &c. *de Immaculata Virginis Conceptione* adducit plura monumenta. Lib. impress. Romæ 1654. in 8.

Item, in libro: Purpura Mariana, seu De purpuratis Patribus Eminentissimis Cardinalibus, pietate in MARIAM Deiparam Virginem eminentibus, &c. *de Immaculata ac purissima Virginis Conceptione* extant plura scitu digna. Lib. impress. Romæ 1654 in 8.

Item, suppresso nomine editum fuit Opusculum sub hoc titulo: *Fides Cajetana in controversia Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ ad libram veritatis appensa, & nulla inventa*, &c. Impress. anno 1655. in 8. Sed quamvis Anonymum, mihi certâ scientiâ constat, quòd sit hujus Auctoris.

Item, composuit Opusculum sub hoc titulo: Catalogus immaculatus Marianus quingentorum & amplius Auctorum, pietate ac doctrina maximè illustrium, inter quos multi Dominicanorum, qui *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis*, vel speciales Tractatus ediderunt, vel ejusdem Conceptioni titulum *Immaculata* in suis Operibus addiderunt, servato temporum ordine, &c. Hunc manuscriptum vidi Romæ.

Item, cùm essem in Curia Romana Procurator Generalis Ordinis Minorum, an. 1654. approbavi ejusdem Lib. de Principibus Marianis, ubi multa extant testimonia *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Romæ anno 1655. in 8.

Item, Lib. Cæsares Mariani, seu De Christianis Imperatoribus erga augustam Deiparam Virginem MARIAM singulari pietatis, ac venerationis cultu præcellentibus, ubi plura extant *pro purissima & illibata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impress. Romæ, anno 1656. in 8.

Item, Lib. Antistites Mariani, seu De Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, Archiepiscopis ac Patriarchis præcipuo in MARIAM Deiparam Virginem amore præcellentibus, *ubi & de purissima Conceptione Virginis MARIÆ non pauca adducit*. Lib. impress. Romæ 1656. in 8.

Item, edidit lib. Heroides Marianæ, seu De illustrium fœminarum Principum in MARIAM Deiparam Virginem pietate, in quo etiam multa referuntur *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Romæ 1659. in 8.

Item, edidit Catalogum de Doctoribus scribentibus *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quem ab ipsomet manuscriptum accepimus & habemus penes nos.

Item, Lib. Trutina Mariana, in qua auctoritates Sanctorum Patrum, ac Beatorum Virorum contra *Immaculatam Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ* ab Adversarijs adductæ, bene expensæ ac ponderatæ, fictæ prorsus & somniatæ inveniuntur. Lib. sub nomine Cryptophili Mariani impress. Placentiæ 1660. & Bruxellis 1662. in 12. Habet etiam secundum tomum paratum de eadem materia, ut ipse testatur in eodem libro.

Item, Lib. Vindicatio S. Ordinis Prædicatorum à vulgi calumnijs *in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, in duos libros divisa: in quorum primo Angelicum Doctorem S. Thomam Aquinatem; in secundo verò reliqua præclarissima

ma Dominicanæ Religionis Lumina, non (ut falsò vulgus putat) Immaculatum Deiparæ Conceptum oppugnasse; sed eundem (ut evincit veritas) strenuè ac gloriosè propugnasse, demõstratur.

Item, Vindicatio S. Catharinę Senen. à commentitia revelatione eidem S. Catharinæ Senensi apticia revelatione eidem S. Catharinæ Senensi apticia *contra Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis MARIÆ.* Extat manusc. apud nos.

Item, Vindicatio Cajetana, seu Thomas de Vio S. R. E. Cardinalis Cajetanus *in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* à calumnijs vindicatus, adversùs Pseudo-Cajetanum quemdam, qui, ut Cajetani famam inficeret, vel ut suo de Conceptione B. Virginis ad Leonem X. Opusculo auctoritatem conciliaret, sub clarissimo ejusdem Cajetani nomine illud scripsit, atque evulgavit.

Item, de Ecclesiastica Marianæ Conceptionis celebritate Opusculum, in quo manifestè ostenditur, *Ecclesiam in festo Conceptionis celebrare MARIÆ Deiparæ Virginis Conceptionem Immaculatam.*

Item, de legitimo Fidelium sensu in Ecclesiastica Marianæ Conceptionis celebritatè Opusculum, in quo ostenditur, non posse fideles *in festo Conceptionis* licitè inter divina Officia sentire, B. Virginem maculatè fuisse conceptam.

Item, Tiara Pontificia Mariana immaculata, seu De Summorum Pontificum erga MARIAM Deiparam *Virginem Immaculatè conceptam* ardenti studio & pietate, Libri tres.

Item, Galerus Purpureus Marianus immaculatus, seu De Purpuratis Patribus Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus pietate in MARIAM Deiparam *Virginem sine originalis peccati macula conceptam* eminentibus, Libri duo.

Item, Insula Mariana immaculata, seu De Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, Archiepiscopis ac Patriarchis præcipuo *in MARIAM Deiparam Immaculatè conceptam* amore præcellentibus, Libri duo.

Item, Diadema Marianum immaculatum, seu De Orthodoxis Imperatoribus *in MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* singulari pietatis ac venerationis cultu insignibus, Liber unus.

Item, Sceptrum Marianum immaculatum, seu De Christianis Regibus *in MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* cultu ac devotione illustribus, Liber unus.

Item, Corona Mariana immaculata, seu De Christianorum Principum, infra Cæsares Regesq; *erga MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* obsequijs, Liber unus.

Item, Onomasticon Conceptionis Immaculatæ, in quo ex varijs B. Virginis nominibus, alphabetico ordine digestis, *eadem B. Virgo sine originalis peccati maculâ concepta* comprobatur.

Item, Speculum opinionis *Deiparam Virginem in Conceptu labe originariâ maculantis*, in quo status præsens ejusdem opinionis, ac præjudicia ipsi à Sede Apostolica hactenus illata conspiciuntur. Hæc ad verbum refert in fine suæ Trutinæ Marianæ.

HIPPOLYTUS de Olivares Buitron Hispanus, scripsit Librum *de Immaculata Virginis Conceptione*, soluta & ligata oratione, &c. Impress. Limæ, anno 1631. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

HIPPOLYTUS Portuensis Episcopus, & S. Martyr, in Oratione de Consummatione mundi, ait de Deo: Qui ex *impolluta Deipara MARIA ortum sumpsit atq; incrementum*, &c. Deinde: Cùm Dominus noster Jesus Christus secundùm carnem advenerit ex sancta & *Immaculata Virgine.* Deinde paulò inferiùs: Cùm Salvator mundi genus humanum salvare decrevisset, *de Immaculata MARIA natus est.* Extat in Biblioth. VV. PP. omniũ impress. Ex his sic dicit Marrac. in Antis. Marian. fol. 276. Ubi, Lector, cùm MARIAM Immaculatam & impollutam audis, cur non de integra puritate, munditia & sanctitate capias, atque adeò perpetua?

HIPPOLYTUS Titi à Burgo S. Sepulchri, in Thesauro quatuor Ecclesiarum de Urbe, &c. de Ecclesia S. MARIÆ Majoris, in Litania ad Virginem, ait: *Per Immaculatam MARIÆ Conceptionem, libera nos Domine.* Et fol. 17. vocat Virginem purissimam. Lib. impress. Romæ 1600. in 12.

HONOR de la Corte, in Fundatione Ordinis Militaris à Garcia Navarræ Rege, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Ex Josepho Micheli, folio 17.

HONORIUS Augustodunensis Presbyter, in Cant. Cantic. cap. 2. ad illa verba: Ego flos campi, inquit: Flos campi propriè est flos parvulus nimis rubicundus, & est Christus humilis factus proprio sanguine rubricatus: *campus, idest terra inarata, est Virgo inviolata*, cujus flos est Christus Dominus, quia de Virgine natus, &c.

Item, cap. 3. ad illa verba: Ferculum fecit sibi Rex Salomon, inquit: Libanus dicitur candidatio, & Christus est candidus, *quia de casta Virgine sine labe peccati natus.* Verba illa, *sine labe peccati*, videntur referri ad Christum, sed etiam possunt intelligi de MARIA Virgine. Extat in Biblioth. Veterum Patrum, tom. 12. parte 1. fol. 1137. Aliqui dicant eum esse Benedictinum sub nomine Honorij de Augusta.

Item, in Sigillo B. MARIÆ, cap. 1. fol. 1170. inquit: *MARIA ignoravit maculam sordis*, & ideo pulchra, idest, benedicta inter mulieres; pulchra bis prædicatur, quia sine interiori & exteriori macula declaratur. Et c. 4. inquit: Tota es pulchra, quia in singulis sensibus tuis, ut dixi, es per virtutes gratiosa, *& quia in te non est peccati macula.* Hæc auctoritas expressa videtur pro puritate Deiparæ.

Item, in Sermonario suo, serm. de Purificat. ad illa verba: Veritas de terra orta est, inquit: Quæ veritas de terra orta est, cùm de S. MARIA humanitas sumpsit exordia. Hæc idcirco terræ comparatur, quia sicut primus Adam de munda terra formatur; *ita secundus Adam Christus de munda Virgine procreatur.* Lib. impress. Coloniæ 1531. in 8. Si ergo iste Auctor antiquus ac classicus non sustinuit nostram sententiam expressis ac formalissimis verbis, loquendo de Conceptione in individuo: duo tamen ex ipsius scriptis colliguntur. Primum, pro nobis esse in locutionibus universalibus, & pro opinione contraria nullo modo.

HONORIUS Lucius Gallienſis, in lib. Decretorum Concilij Tridentini, *circa Decretum de peccato originali à Synodo Tridentina editum, & exemptione Immaculatæ Virginis MARIÆ ab universali regula.* Venetijs 1567. in 8. & Duaci 1618. in 8.

HONORIUS Primus Pontifex Maximus, edidit rescriptum, quod recitatur in sexta Synodo, additione 12. ubi inquit: Quia profectò à divinitate assumpta est natura nostra, non culpa illa (alij legunt, in illa) profectò, *quæ ante peccatum erecta est, non quæ post peccatricem vitiata.* Et infra: De

sancta & Immaculata Virgine *nullum experiens contagium vitiatæ naturæ*, &c. Vide de hac expressa auctoritate Euseb. Nieremberg. in lib. Excep. cap. 8. fol. 74.

HONORIUS Tertius Summus Ecclesiæ Pontifex, qui Religiones Prædicatorũ ac Minorum confirmavit, edidit brevissimas Expositiones super Cantica ferialia, quæ in Ecclesia recitantur ad Laudes & ad Vesperas; & super Magnificat, ubi sic inquit: Magnificat anima mea Dominum; hoc est: Tanto & tam inaudito munere me Dominus sublimavit, quòd nullo linguæ officio explicare potero, & ideó anima mea jubilet magnificentiam ejus. Et exultavit spiritus meus, id est, superior mens animæ in Deo salutari meo, hoc est: De divinitate Christi Salvatoris spiritus meus lætatur, cujus Spiritu caro mea temporali conceptione fœcundatur: & meritò lætor; quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Per superbiam Evæ mors in mundum intravit, & per humilitatem Mariæ vita advenit, quæ mortem interemit. Humilitatem ejus Dominus respexit, dum non à filia Regis vel divitis, sed à paupercula nasci voluit. Ideo autem ab illa & non ab alia nasci voluit: quia ipsa prima in mundo votum virginitatis fecit. Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Omnes generationes Mariam beatificant, quia ipsa genuit beatitudinis Auctorem. Quia fecit mihi magna qui potens est. Et magna Deus cum ea fecit, quia Filium suum de ea nasci voluit, quæ post partum Virgo & Mater fuit; *& humanum genus per Evam lapsum, per ipsam reparavit ad vitam.* Et hoc quia potens est: quia nullus alius potuit hoc facere. Et sanctum nomen ejus, quod est Dominus, *qui me ancillam suam sanctificat propriè sanctus, & homines & Angelos sanctificans.* Et misericordia ejus à progenie Judæorum in progenies Christianorum, &c. Invenimus Expositionem istam antiquis characteribus scriptam in fol. Coloniæ apud S. Martinum Majorem Ordinis S. Benedicti. Et licèt non sit expressus miles pro nostra sententia, est tamen Auctor antiquus, & non est contra eam; imo si in aliqua acie collocandus sit, absque dubio pro omnimoda puritate Virginis videtur militare, ut cuilibet consideranti signata verba constabit. Quid autem dicant de hoc Defensores opinionis contrariæ, vide in Radijs Solis Veritatis.

HONUPHRIUS Manescal, Doctor Hispanus, in libro Concionum, tomo 1. *in die Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* Concionem, à fol. 90. usque 99. Lib. impress. Barchinone 1603. in 4.

HONUPHRIUS Martini, Ordinis S. Augustini Congregationis Illicitanæ, edidit Senis vitam B. Christinæ, seu Christianæ de S. Cruce vallis Arni, *in qua agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Marrac. in Catal. ad annum 1593.

HONUPHRIUS Pambinus, Ord. S. Augustini Veronensis Italus: *Quòd Sixtus 4. Pont. Max. veteribus solemnitatibus adjunxit festivitates Conceptionis, Oblationis Beatissimæ Virginis Deiparæ, SS. Annæ, Josephi & Francisci, quas in Ecclesia celebrari jussit.* In historia Summ. Pontific. Coloniæ 1611. in 4.

HORÆ Diurnæ de Beata Virgine Maria, *de Immaculata Conceptione ejusdem* in Tract. vel Oratione de quinque festis B. Mariæ. Lib. impress. Parisijs 1513. in 4. regali.

Item, Horæ in laudem Beatissimæ Virginis ad usum Romanum, *de Immaculata Conceptione ejusdem* officium ad finem. Impress. Parisijs 1531. in 8.

Item, Horæ B. V. Mariæ, fol. 302. adducunt *officium Conceptionis Immaculatæ*, usque ad fol. 308. & incipit: Fletus longævi. Lib. impress. Antuerpiæ 1565. in 8. Item, aliæ inter varia officia fol. 122. habent *officium Conceptionis B. Virginis*, & incipiunt etiam: Fletus longævi. Item, aliæ Horæ Gallicè impressæ, *habent officium Immaculatæ Conceptionis*, de quibus in Regest. Armament. Seraph. columna 210. & titulus est: Les presentes Heures à l'usage de Rome, &c. Aliæ sunt Horæ, ex quibus Antonius Balinghen in suo Parnasso Mariano, fol. 34. adducit Hymnos *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Tandem sunt aliæ Horæ Gallicè impressæ sub hoc titulo: Les saincts devoirs de l'ame devote, &c. & fol. 128. *adducunt officium Immaculatæ Conceptionis* speciale. Primus Hymnus incipit: Salve mundi Domina; Oratio verò: Sancta Maria Regina Cœlorum, &c. qui nunc tuam *sanctam Conceptionem* devoto affectu recolo, &c. Lib. impress. Parisijs 1652. in 12. regali. Et hoc officium habet imaginem Sancti Hyacinthi, Ordinis Prædicatorum. Item, aliæ S. Ecclesiæ Toletanæ, ad diem 8. Decembris: *De Conceptione Virginis MARIÆ.* Extant manusc. in Bibliotheca Collegij Complutensis in 8.

Item, Horarium antiquum in charta pecorea pulcherrimis imaginibus adornatum, & (ut ex signis constat) Ordinis S. Bernardi, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* rubris characteribus, in Bibliotheca D. D. Card. Barberini, num. 336. in 12.

Horæ itidem Beatæ Mariæ Virginis ad usum sacri Ordinis Cisterciensis, die 8. Decembris, rubris characteribus: *Conceptio Beatæ MARIÆ* Impress. Vallisoleti 1630. in 16. & Parisijs an. 1605. in 16.

Item, Horæ secundùm usum Romanum habent officium Concept. & sic incipit ad Matutinum:

Benedicta Conceptio
Virginis Matris MARIÆ
Festivetur cum gaudio,
Adsit dies lætitiæ, &c,

Integrè adducitur à Patre Antonio de Balinghen in Parnasso Mariano, à folio 33.

Item, Horæ Sanctissimæ Virginis Mariæ manusc. in charta pecorea antiquis characteribus, ad ultimum *adducunt officium de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & incipit: Fletus longævi Rex Regum. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, &c. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis, & omnibus attributis circumscriptis. Extant in Bibliotheca D. Cardin. Barberini.

Horæ B. Virginis Mariæ, folio 188. adducunt officium singulare pro festo Conceptionis Virginis Mariæ cum tribus Hymnis. Et Missa est: Gaudeamus omnes, &c. Et Sequentia incipit: Hæc clara die turba festiva dat præconia, &c. Extant impress. in 8. in Conventu S. Francisci Recollectorum Duaci: sed carebant principio & fine; & ideo nescio quando vel ubi fuerint typis mandatæ.

Horæ in laudem Beatissimæ Virginis, &c. fol. ubi adducunt officium Conceptionis; & Hymnus incipit: *Benedicta Conceptio Virginis Matris MARIÆ, &c.* V. In conspectu Altissimi *Immaculata permansit.* Oratio: Deus, qui pro salute humani generis eximiam gloriosæ Virginis Mariæ assumere dignatus es, & *ipsam sine macula concipiendam ante secula Matrem elegisti, &c.* Et in Hymno ad Tertiam *Conceptio laudabilis ab Angelo nuntiata MARIÆ, tam laudabilis in Conceptu præservata est, &c.* Et sic ad omnes

Horas

Horas agit de præservatione à labe originali, estque officium singulare, impressum in charta pellicea Parisijs 1521. in 24.

Item, Gallicæ in Kalendario: *Conceptio B. MARIÆ.* Parisijs impress. extant in Collegio Claramontano lit. M.

Item, Horæ B. MARIÆ Virginis seu officium, fol 27. habet officium *Conceptionis B. V. MARIÆ* Græco-latinum. Lib. impress. Parisijs 1620. in 24.

Item, Horæ Dominæ N. ad usum Parisien. Gallicè, fol. 57. S'ensuyvent les Heures *de la Conception de la Benoiste Vierge MARIE.* Hymnus: Fletus longævi, &c. ℣. Necdum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Oratio: Deus ineffabilis. Lib. impress. Parisijs 1583. in 12. Item, ibidem: Prosæ totius anni, impress. Parisijs 1584. folio. 22. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis:* Dies iste celebretur, in quo piè recensetur Conceptio MARIÆ, &c. & est Prosa particularis.

Item, ibidem Horæ Monasticæ: *Conceptio, Summum dupl.* Item, aliæ ibidem: Totum dup. & duo Diurnalia Monastica eodem modo, ac aliud Horarium; & omnia sunt manuscripta in Belgio.

Item, Horæ B. Virginis Gallicè: *Conceptio Dominæ nostræ.* Antuerp. 1594. in 16. Psalterium Dominæ nostræ: *Conceptio MARIÆ* 12. Lectiones, manusc. in Conventu Fratrum Minorum Ipris in 8.

Item, Horæ antiquæ in charta pecorea existentes in Biblioth. Societatis Jesu Collegij Tolosani, ad finem in Hymno de Beata MARIA:

Ave, cujus Conceptio
Solemni plena gaudio,
Cœlestia, terrestria
Novâ replet Lætitiâ.

Et in Oratione: Deus qui nos Conceptionis, Nativitatis, &c.

Item, Horæ ad usum Romanum noviter imp. Parisijs, die octava Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ;* & fol. 65. Gallicè: *Vierge sans peché,* &c. Item, 2. part. fol. 40. à tergo: *Ave rosa sine spinis, te quam Pater in divinæ majestate sublimavit, & ab omni culpa præservavit,* &c. Impress. Parisijs per Guilielmum Merlin absque anno: sed sunt antiquissimis characteribus in Collegio Claramontano Paris. in 8. lit. M.

Item, Horæ B. Virginis Flandricè manus. *Conceptio Dominæ nostræ,* in Monasterio Dunensi in 8. Item, Horæ Latinæ, vel varia officia manus. *Conceptio MARIÆ.* Et alia officia antiqua cum eadem rubrica de Conceptione.

Item, Horæ impress. Parisijs absque anno, folio 137. hæc habent:

Ab omni contagio
Munda præservata,
Ante sancta, in utero
Parentis quàm nata.

Item, Horæ Gallicæ impress. Duaci 1583. & Turonis 1587. habent semper rubricam *de Conceptione.* Et aliæ à Nicolao de Leice dispositæ, impress. Duaci 1606. Horæ ad usum Fratrum Prædicatorum, impress. Parisijs apud Simonem Bostre absque anno, habent rubricam *de Conceptione Beatæ Virginis.* Et aliæ plurimæ quas manusc. vidimus in diversis Bibliothecis Galliæ & Germaniæ ac Belgij, semper sunt cum rubrica de Conceptione.

HORATIUS Bertius Lateranensis, Ordinis Minorum Italus, in pulcherrima lamina miro artificio ac dispositione excogitata disposuit Arcē, seu castellum Immaculatæ Conceptionis, cujus succinctam explanationem sic proponit: Arx ista, quam cernis, optime Lector, mysticè est Virgo MARIA, prout ex D. Luca cap. 10. in illis verbis habetur: Intravit Jesus in quoddam Castellum, id est, in Beatam Virginem per incarnationem; exponunt nonnulli graves Doctores. Castellum verò & arx pro eodem ferè usurpantur; construitur ab Angelis supra tres sanctos montes ex sexaginta tribus lapidibus pretiosis juxta 63. annos, quos ipsa in hoc sæculo vixit: quando enim ex ea Verbum carnem assumpsit, puella erat 14. annis exactis; quando Filius mortuus est 42. reliquos verò 15. vixit usque ad Assumptionem in cœlum. Singuli autem Chori, qui 9. sunt, ponunt in arce lapides 7. qui novies repetiti, numerum 63. complent. Lapides per numeros in arce distincti habent sua quique nomina, virtutes & proprietates (prout in capsulis nominantur) significantque virtutes & proprietates Beatæ Virginis. Clypei ab arce pendentes sunt Sancti Patres & Doctores Scholastici, *qui B. Virginē MARIAM sine originalis peccati labe fuisse conceptam asseruerunt.* Ab altera arcis parte acies gratiæ, peccati originalis aciem debellans, posita est; ab altera verò acies peccati actualis à 7. ducibus in fugam versa. Duæ scalæ ex 24. gradibus, qui sunt 12. fructus Spiritus Sancti, & 12. virtutes MARIÆ, significant scalam Jacob, per quam Angeli ascendebant, & descendebant. Adest arbor generationis humanæ, quâ orimur, & in pelagus peccatī originalis labimur, *excepta Virgine gloriosa, quæ à Deo suscipitur, & præservatur ne cadat:* renascimur autem per sanctum Baptismum, qui habet virtutē à Passione Christi. Hæc Horatius de suo Opere, & quod proponit, exactissimè complet. Impress. Florentiæ 1660. in charta expansa.

HORATIUS Diola Bononiensis, Ordinis Minorum Italus, in traductione Chronicorum Ordinis Minorum Illustrissimi D. Marci de Lisboa Episcopi Portuensis, 3. parte, lib. 1. cap. 47. sic inquit Italicè: *Nel medisimo tempo era Retore dello studio de Tolosa, un Dotore in Teologia, il quale volendo persuadere al Popolo, che la gloriosa Vergine fù conceputa in peccato originale, fu dal Popolo furiosamente scacciato fori della Città, per lo che sen' ando à Roma à querelarsi al Papa Martino Quinto, è seco assai si dolse della receuuta ingiuria; sua Santità doppo che lo hebbe ascoltato, è prefisse un giorno per disputare questo articulo, è chiamati d' ordine d' sua Beatitù molti gravi, e segnalati Maestri in Teologia, andarono tuti à sedere nel luogo diputato, ma non fu poi essequita la disputa, è ciascuno rimasse nella sua opinione.* Lib. impress. Venetijs, anno 1598. in 4. folio 33. à tergo: Sed nota, quòd hæc relatio sit truncata verbo illo: luogo diputato, & hoc factum est in sola hac impressione, nam in alijs aliter extant verba, ut diximus in Sole Veritatis, & ut videre est in Chronico Hispanicè scripto.

HORATIUS Guizziardus Mutinensis, seu de Guizziardis Italus, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum; & fortè idem est cum infra ponendo. Ex Hippolyt. Marrac. in Bibliotheca, & in Catalogo ad annum 1586.

Item, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Opusculum, ut testatur Franc. Maria Pistoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 8. fol. 228.

Item, sub nomine Joannes Baptista de Guiçejardis Mutinensis, in libro de octuaginta octo Sermonibus spiritualibus, sermone 5. sub hoc titulo: *MARIAM Virginem in sacra Scriptura prædicatam fuisse*

sine macula extitisse, multaque privilegia à Domino Deo recepisse, a folio 12. usque 16. Lib. impress. Bononiæ 1586. in 4.

HORATIUS Tursellinus, Societatis Jesu Italus, in Lauretana historia, cap. 1. fol. 4. inquit: Natalem Beatæ Virginis domum Galilæa Syriæ Regio olim habuit; *ibi in oppido Nazaretho illa genita, & educata est*, &c. Lib. impress. Romæ 1597. in 4. & Hispanicè translatus à R. P. Joanne de Rojas ejusdem Societatis, Matriti 1603. in 4.

HORTENSIUS Fœlix Palavicinus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Orationibus Evangelicis de Christo Domino ac Sanctissima ejus Matre, &c. *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Sermones quatuor, à fol. 65. usque 88. Lib. impress. Matriti, anno Domini 1638. in folio.

Item, in Orationibus Evangelicis funeralibus, orat. 1. fol. 91. *Quare mysterium Conceptionis Virginis MARIÆ non sit declaratum de fide, &c.* Lib. impress. Matriti 1641. in 4.

Item, in serm. de Præsentatione Virginis MARIÆ, fol. 21. *agit de Immaculata Conceptione Deiparæ.* Extat impress. cum aliis in Sacrario Toletano, folio 20.

HORTENSIUS Ludovicus Cicada, Genuensis Ordinis Prædicatorum, typis mandari curavit Cursum Theologicum in 1. par. D. Thomæ P. Joan. à S. Thoma, in quo à fol. 119. art. 2. cujus titulus est: *Quis sit sensus D. Thomæ circa ea, quæ Ecclesia docet de Immaculata Virginis Conceptione?* latè agitur de hoc mysterio. Lib. impress. Januæ 1654.

HOSBERTUS Pyckercghamus Anglus, scripsit Librum *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad annum 1330. ut testatur Andreas Sausajus Episcopus Tullensis in sua serie Chronologica, ad annum 1330. & Joannes à S. Maria in supplici Libello ad SS. D. N. Innocentium X. folio 330.

HUGO Burlætus, Theologus Sorbonicus, in lib. Homiliæ viginti quatuor, tempore Adventùs habitæ in Ecclesia Meldensi, anno 1576. fol. 130. Serm. *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Incipit: Sicut malum inter sylvas. Lib. impress. Lutetiæ 1578. in 8.

HUGO Cavellus, Ordinis Minorum Hybernus, Archiepiscopus & Primas Armachanus, doctissimis scolijs illustravit quæstionem *de Immaculata Virginis Conceptione*, à Doctore Subtili Joanne Duns Scoto scriptam; ut videre est in lib. impress. Antuerpiæ 1620. in folio. Item, ad calcem 3. libri Sent. scripsit Rosarium B. Mariæ, seu Appendicem ad quæst. 1. dist. 3. *de Immaculata Conceptione MARIÆ*, in quo adducit testimonia omnium seculorum pro eadem *Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* per 7. folia, ubi multa & præclara scitu digna invenies.

HUGO Constantiensis, Episcopus Tigurinus, in Quæst. de imaginibus colendis, à se patrio sermone conscripta, deinde latinitati donata à Georgio Theandro, articulo 6. fol. 17. inquit: Eam autem Reginam cœli, & terrarum Dominam haud immeritò dicimus, prædicamus, & immensis laudibus celebramus, quòd videlicet ea Regis Regum cœlique & terræ Domini sit Mater. *Quòd hæc sit illa & unica, quæ digna visa fuit, ex cujus immaculato, eoque virgineo corpusculo* totius mundi Salvator carnem sumens nasceretur, &c. Lib. impress. Ingolstadii 1546. in 4.

HUGO de Loubenx Verdola, Magister Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, præcipit ut in judicijs prædicti Ordinis *observarentur festum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre est in libro Constitutionum Ordinis, fol. 89. Lib. impress. Romæ 1584. in fol.

HUGO Magister, habet Tractatum super Tota pulchra, & incipit: Frater charissime, mandasti sponsionis meæ. Ubi dicit latissimè, *liberum & immunem esse ab omni malo & macula MARIAM*. Extat in 4. Insulis in S. Maria de laude.

HUGO Magnesius, Ordinis Minorum, in Apologia pro Scoto agit *de Immaculata Conceptione*, ut refert R. P. Hondeghen in sua Luce Meridiana.

HUGO N. Præmonstratensis Ordinis, & S. Norberti Discipulus, scriptum reliquit prædictum Fundatorem suam Religionem instituisse *in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Joan. Eusth. de perpet. obiect. Concept. cap. 7. fol. 54.

HUGO de Novo-Castro, vel de Castro-Novo, Ordinis Minorum Anglus, scripsit Collationes, quarum una fuit *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum *pro Conceptione Virginea*, fol. 196. Andreas de Peruzzinis in Analysi Concept. an. 2. fol. 107. citat ipsum in 3. lib. Sentent. fol. 78. & Daza, fol. 48. De hoc etiam Waddingus, fol. 79. Pitseus, Salazar, Serranus, Leon & Eusth. lib. Excerpt. fol. 519. & Episcopus Azernensis in Elucidario, part. 2. fol. 63. Pistoia, folio 158.

HUGO de Prato-Florido, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sermonjbus de Sanctis per annum, serm. 1. de Annuntiatione Mariæ, folio 122. inquit: Beatissima Virgo potest dici nubes levis, *quia non fuit onerata pondere peccati*; dignum etiam fuit, quòd illa, quæ debebat concipere Dominum Sabbati, non portaret pondera in die Sabbati, &c.

Item, Serm. 2. de Annuntiatione, ad finem fol. 125. inquit: Ne timeas à facie eorum, quia ego sum tecum, ut eruam te, dicit Dominus. Ista verba dicuntur de Hieremia Propheta, qui à Domino (sicut legitur ibidem) fuit sanctificatus in utero, Hierem. 1. Priusquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te; ideo verba prædicta competenter gloriosæ Virgini adaptamus: *ipsam enim sanctificatam fuisse in utero firmiter tenemus.* Unde in Psalmo 45. dicitur: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Christus ergo gloriosam Matrem suam, *quam in utero sanctificavit, à morte & omni mortalitate eruit, sive eripuit, &c.* Verba illa, quòd Deus sanctificavit Virginem Mariam in utero matris, generaliter non signando tempus vel instans, ex antecedentibus, & subsequentibus explicantur ac individuantur: quia si non fuit onerata pondere peccati, igitur absque illo concepta & sanctificata. Et hinc Maria libera, & erepta ab omni morte & mortalitate; cùm verba ista non possint verificari de morte corporali, necesse est ut intelligantur de morte spirituali & peccati (peccatum enim originale mortiferum est) Igitur ab hac morte Matrem suam eruit, sive eripuit Christus.

Item Sermone 1. de Nativitate Virginis, fol. 234. inquit: Nec mirum, si adventum Beatæ Virginis dæmones timuerunt; quia *in ejus adventu contriti sunt.* Unde Beatus Hieronymus: Dixit Dominus Deus ad veterem serpentem; Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & se-

men

men illius ipsa conteret caput tuum, &c. Si ergo per arcam significata est Virgo Maria; hanc arcam Noë, id est Christus aptavit: quia ut sibi esset aptum habitaculum, sanctificavit eam Altissimus. Decebat ut illius hominis Conceptio de Matre purissima fieret; ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, &c.

Item, Sermone 2. de Nativitate, folio 236. Fons quandoq; habet ortum in locis lutuosis, habet tamen claritatem & perspicuitatem; sic Beata Virgo à Judæis per peccatum lutuosis, *habet tamen omnis pulchritudinis nitorem*, &c. Hæc venit ad Libanum, qui interpretatur candidatio, per interiorem & exteriorem sanctitatem & puritatem; decebat enim, &c.

Item, Sermone de Dominica 5. post octavam Epiphaniæ, qui est in ordine 24. & incipit: Simile est Regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen, &c. folio 78. inquit: Sextus ager est Beata Virgo, in quo Deus seminavit Verbum suũ divinum & æternum, cum plenitudine gratiarum & virtutum. Terra illa quondam inculta, facta est ut hortus voluptatis. Hic est ager plenus, cujus fragrantiam Deus Pater sentiens benedixit ei; hæc est terra bona & optima, quæ attulit fructum cẽtesimum, sexagesimum & trigesimum: quia & Virgo, & nupta fuit, & vidua. *In hoc agro diabolus nunquam potuit aliquod malum seminare, neque actuale, neq; originale*, Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Et sic patet, quòd Deus vicit diabolũ, &c. Lib. impress. Lugduni 1528. in 8. & Antuerpiæ 1617. in 8.

Item, Sermone 1. de Omnibus Sanctis, folio 3. columna 1. inquit: Nubis columna est Beata Virgo Maria, Isaiæ 19. Ascendet Dominus super nubẽ levem. Beata Maria dicitur nubes levis, *quia ab omni sarcina peccati tam originalis, quàm actualis liberata*, &c. Neque ex eo, quòd audias liberatam fuisse Virginem ab originali, existimes hoc fuisse post contractionem originalis; nam eodem modo fuit liberata ab originali, sicut actuali; atqui ab actuali fuit liberata non sublevativè, sed præservativè; igitur eodem modo secundùm Hugonẽ fuit liberata ab originali: aliàs non esset vera illa universalis: Ab ồni sarcina peccati. Imp. Antuerp. 1617. in 8. Nihil aliud habet Hugo pro nec contra circa materiam Cõceptionis; sed ex his patet, quòd in nostram sententiam fuerit plusquã propensus.

HUGO Salelius Gallus, qui floruit ad annum 1533. edidit Parisijs Canticum Regium *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ut refert Hippoly. Marrac. in Catalogo, & in Bibliotheca, fol. 611. Pistoia, corona 2. cap. 8. folio 226.

HUGO de Sancto Charo, Ordinis Prædicatorum, in Expositione Evangeliorum, ad cap. 10. Lucæ dicit: *Primum MARIÆ privilegium est immunitas à peccato.* Ita Andreas Saussajus Episcopus Tullensis in sua serie Chronologica pro Immaculata Conceptione Virginis, ad annum 1244. Sed quid dicendum ac sentiendum sit de hoc Auctore circa materiam Conceptionis, diximus in Sole Veritatis, ac dicemus latiùs in Radiis Solis.

HUGO de Sancto Hesth, Ordinis Carmelitarum Theutonicus, qui floruit ad annum 1349. scripsit Librum unum *de Conceptione Immaculata Virginis*, ut refert Marrac. in Catalogo; & in Bibliotheca, folio 610. Pistoia, fol. 155.

HUGO de Sancto Neoto Cantabrigiensis, Ordinis Carmelitarum Anglus, elaboravit *de Immaculata Conceptione MARIÆ* Librum unum; de quo Marrac. in Biblioth. folio 611. & in Catalogo ad ann. 1340. Petreus, & Leon classe 6.

HUGO de Sancto Victore, Canonicus Regularis Lateranensis, tom. 2. in lib. Institutionis, sermone 9. folio 321. sub hoc titulo: In festivitate *Conceptionis B. Virginis*; sed magis in desponsatione cujuslibet animæ fidelis, &c. assumpto themate ex Canticorum 4. hæc habet: Tota pulchra es amica mea, *& macula non est in te*, inquit Deus ad animam, & ad talem qualis ista fuit; cujus hodie solemnia celebramus, cujus castitatis irradiamur exemplis. Tota pulchra es: pulchra es intus, pulchra foris; intus in corde, foris in corpore; intus rubicunda, foris candida, utrobique composita; rubicunda per charitatem, candida per castitatem, composita per humilitatem. Tota ergo pulchra es amica mea, *& macula non est in te; totum, quod in te est, pulchrum est, & nihil ineſt tibi, quod sit sordidum.* In toto grata, in nullo ingrata; in toto places, in nullo displices. Tota pulchra es: pulchra per naturam, pulchrior per gratiam, pulcherrima es per gloriam, &c. Hucusque Hugo. Si ergo Sermo iste est pro Conceptione passiva; constat ex eo festivitatem Conceptionis fuisse à tempore Hugonis, id est, ad annum 1150. in Ecclesia; sed quamvis sit pro Conceptione activa; omnia verba signata exprimunt omnimodam B. Mariæ puritatem: quæ si sigillatim essent explananda, Liber hic ad magnam excresceret molem. Infra sermone 55. qui de B. Maria, & incipit: Quasi storax, &c. fol. 371. inquit: Odor autem B. Mariæ Virginis quasi balsamum non mixtum existit: quia ejus sanctam & sinceram opinionem, quæ cœlum & terram adimplevit, *nullius infamiæ fœtor corrupit, &c.* Hæc ultima verba videntur relegare à Virgine omnem umbram peccati vel maculæ; nam qui negat omnimodam & totalem alicujus infamiæ, fœtoris, aut corruptionis nævum, potiori jure excludit ab ea originem, radicemque omnium horum.

Item, Serm. 65. de Nativitate B. Mariæ, folio 385. qui incipit: Sicut spina rosam, genuit Judæa Mariam, &c. circa finem concludit sic: *MARIA rosa, & sicut spina rosam, sic Iudæa MARIAM genuit*, &c. Facit allusionem, ut de se patet, ad rosæ spinam; nulla ergo spina peccati fuit in Maria.

Item, in illo celebri Sermone de Assumptione Beatæ Mariæ, qui extat ad finem prædicti tomi, cujus Prologus incipit: Accipe charissime, &c. Sermo verò: *Tota pulchra es amica mea, &c.* inquit: O qualis societas! totus pulcher totam pulchram sibi sociat. Tota pulchra es amica mea. Ego totus pulcher, & tu tota pulchra; ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia omne, quod pulchrum est, in me est; tu tota pulchra, *quia nihil, quod turpe est, in te est.* Tota pulchra es amica mea, *& macula non est in te.* Tota pulchra es; pulchra in corpore, pulchra in mente: in corpore pulchram te facit integritas virginitatis, in mente pulchram exhibet virtus humilitatis. Tota ergo pulchra es; corpore nivea, mẽte sincera. Tota pulchra es: nihil enim in tẽ pulchritudo reliquit, quod non possideat; totum decor obtinet, formositas tenet, regit honestas. Tota pulchra es, &c. nec aliam talem decebat, nec alius talis tali inveniri poterat. O digna digni, formosa pulchri,

munda incorrupti, excelsa Altissimi, Mater Dei, sponsa Regis æterni, &c. Tunc postquam dixerat nullam in ea maculam inveniri, mundam & sinceram, ab omni quod displicere poterat alienam; ne fortè adhuc ista laus minùs animaret timidam, minùs accenderet verecundam, adjecit insuper, & prosecutus est, ostendens non solùm immunem & liberam esse à malo, sed ineffabilibus bonis plenam, omnium perfectione virtutum refertam, dicens: O formosa mea! ô dilecta mea! ô columba mea! Amica mea gratanter amplector, iucundè intueor, *quòd nullam in te maculam video*, quòd totam te pulchram aspicio, &c. Et aliquantulum infra inquit: Antiqua illa Mariâ nominis tantùm, non lepræ reliquit hæredem, *quæ nec rugam habuit*, quam unguenta tergerent; sed unguenta accepisti, ut speciem & formam tuam gratiùs commendarent, &c. Hæc & alia habet Hugo pro immunitate Virginis, quæ ita clara esse judico, ut commentario non egeant.

HUGO Sifilinus P. A. Societatis Jesu (ut existimo) scripsit Librum sub hoc titulo: Corolla Virginea, Opusculum, in quo novâ methodo *quid de controversia Immaculatæ Conceptionis V. Deiparæ censendum sit*, piamque sententiam certam omnino esse & infallibilem, ex Decretis & Constitutionibus Apostolicis concluditur. Lib. impress. Panormi, an. 1655. in 12. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Bruxellis 1662.

HUGO Teisser, Ordinis Præmonstratensis Germanus, in Panegyrico de S. Patricio, loquendo de Scoto, quomodò propugnavit & defendit *puritatem Immaculatæ Conceptionis*, latè agit. Sic Colganus cap. 18. folio 189. in vita Scoti.

HUGO Virlæus, Ordinis Carmelitarum Norvianensis Cœnobii, edidit Libros tres *in honorem Conceptionis* ad annum 1344. ut testatur D. Andreas Sausajus Episcopus Tullensis in sua serie Chronologica pro Immaculata Conceptione.

HUMBERTUS Velleius Sabatensis, in libro dicto: Conserta epitome à primæva mundi origine ad tempora nostra, &c. per Fratrem Joannem Laziardum edita, & à Velleio addita & recognita, lib. 1. cap. 81. fol. 53. tenet, *quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali, &c.* Vide verb. Joannes Laziardus.

HUMILIS Segala, Ord. S. Francisci Italus, scripsit Librum Italico idiomate de Arte amandi, atque colendi Deiparam, in quo plura extant testimonia *pro Immaculata Virginis Conceptione, ac ejus immunitate à peccato originali.* Impress. cum figuris Brixiæ 1612. in 12. regali, quem Latinè reddidit R. P. Philippus Bosquierius, & nos in tomo 1. nostræ Bibliothecæ Virginalis typis mandavimus sub nomine Alesij à Salo Capuccini. Vide ibi.

HUNGARUS Posthiensis, sive Hungarius, Ordinis Minorum, in libro dicto: Biga salutis, seu Sermones de Sanctis, serm. 6. edidit de *Conceptione Virginis MARIÆ*, ad illa verba: Domum tuam decet sanctitudo. Item, serm. 7. *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ*, super illud thema: Nondum erant abyssi, &c. Lib. impress. Hagenau 1515. in 4.

HYACINTHUS de Bocanegra & Guzman Hispanus, scripsit Hieroglyphicum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & est apud Ferriol de Concep. folio 42.

HYACINTHUS Maidalchinus, Ordinis Prædicatorum Italus, *de Conceptione B. Virginis* Concionem unam. Impress. Venetiis 1644. Ex Marmi. in Bibliotheca.

HYACINTHUS Minuarte, Episcopus Matrinen. recepit vota seu juramenta facta *pro Immaculata Virginis Conceptione* à tribus Congregationibus, scilicet Spiritûs Sancti, Trinitatis & Ascensionis, sitis in Domo professa Societatis Jesu Valentiæ: quo demonstravit pium erga piam opinionem affectum. Ex Leone.

HYACINTHUS Quesada, Poëta Hispanus, edidit Epigramma *de B. Virgine MARIA sine labe originali*, in illud Cantic. Quam pulchri sunt gressus tui! Extat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 72.

HYACINTHUS Valejo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Exercicio quotidiano del Santissimo Rosario para los Hermanos de la santa Cofradia, &c. medit. 1. fol. 13. inquit: Gratiâ plena: porque la hallò con la plenitud de gracia, virtudes y dones, que para ser digna Madre de Dios se requerian. *Su alma purissima fue puro, ni rastro de pecado*, &c. Lib impress. Hoiæ 1635. in 16.

I.

JACOBUS Ægidius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, ac sacri Palatii Magister, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Librum unum, circa annum 1457. mandante Calixto Pontifice Maximo. Ex Possevino & Leone, classe 6. & Marraccio. Hunc citant Adversarii pro sua sententia. Quidquid sit de hoc, in Conventu Fratrum Minorum Florentiæ vidi Librum ejusdem P. Dominicani versibus scriptum, ubi ad finem, loquendo de B. Virgine, extant hæc verba: *Delevit vetere hæc sua labe notas.* Vide Radios Solis Veritatis.

JACOBUS de Alba, Ordinis Minorum Italus Lombardus, scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*: cujus verba adducit Bernard. de Bustis, serm. 9. de Concept. littera X.

JACOBUS Albericius à Sarnico Bergomensis, Ordinis S. Augustini, in libro: Historiarum sanctissimæ & gloriosissimæ Virginis MARIÆ de Ponto Almæ Urbis Compendium, in Sixto IV. ac Innocentio VIII. Pont. Max. à folio 43. adducit indulgentias & privilegia *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Romæ 1599. in 4. Vide in relatis Summis Pont. Extat etiam Italicè impress. Romæ 1600. in 4. regali, fol. 34. & fol. 81.

JACOBUS Albertus Castrensis, Italus Ordinis Prædicatorum, aliquibus illustrationibus illustravit, atque à mendis non paucis ex vetustissimorum codicum collatione repurgavit Opera S. Thomæ Aquinatis, seu Commentaria super Epistolas Pauli, in quibus super Epistolam ad Galatas, cap. 3. lect. 6. fol. 143. habet hanc sententiam ex Sancto Thoma ubi dicit: Virum de mille unum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omninò immunis esset, adminùs originali vel venialis excipitur purissima, & omni laude dignissima V. MARIA, &c. & ad marginem addit prædictus Jacobus Albertus hæc verba: *Vide hic, esse de mente S. Thomæ, nullum habuisse peccatum B. Christi Matrem, nec etiam originale.* Extant hæc

hæc in impressione facta Venetijs apud Hieronymum Scotum, ann. 1548. in fol. & extant in Biblioth. D.D. Cardin. Barber. Et etiam in impressione facta Parisijs 1541. etiam in fol. pagina 157. in principio 1. columna. Etiam extant in Bibliotheca Minorum Matritensi E. 17. Eadem verba habentur in impressione facta Venetijs, an. 1555. per eundem Jacobum Albertum. Vide nostrum Nodum indissolubilem, à fol. 582. Sed in impress. facta Lugduni apud Sebastianum Barthol. Honoratum, anno 1556. in 4. repurgata, correcta & dispositа, ut ibidem dicitur, per eundem Patrem Fratrem Jacobum Castrensem, tom 1. pag. 999. desunt illa verba: Excipitur purissima, &c. Et etiam desunt in alia editione Venetijs facta anno 1593. Extant in eadem Bibliotheca Cardinalis Barber. plureo 3. B. num. 14.

JACOBUS Almaynus Senonensis Gallus, in 3. Sentent. distin. 3. de Sanctificatione Virginis Mariæ: Utrum Virgo Maria Mater Christi fuerit aliquàdo maculata peccato originali? Circa quam quæstionem resolvit, folio 10. à tergo: *Quòd Deus Virgini gloriosæ cum infusione animæ infudit charitatem, & sic habuit justitiam originalem, adminùs in æquivalenti, & sic præservata fuit ne contraheret originale*, &c.

Item, circa hanc quæstionem: An Virgo aliquando fuerit in peccato originali, & postea sanctificata; vel ante fuerit per speciale auxilium præservata, ne illud contraheret? inquit: *Fuit duplex modus dicendi temporibus antiquis: sed nunc est, & alter prohibetus per Concilium Basileense*, &c. Lib. impress. Parisijs in folio absque anno impressionis.

JACOBUS Alvarez de Paz Toletanus, Societatis Jesu, in libro de Inquisitione pacis, sive studio orationis, de Regina Ecclesiæ Maria, & primò de ejus ingressu in mundum, Caput unum; in quo medit. 3. *qui de Conceptione Immaculata Virginis*. Lugduni 1623. in fol.

Item, in lib. de Vita religiosè instituenda, cap. 5. de speciali invocatione B. Virginis, folio 320. inquit: Postea de ipsius Virginis bonis gaudebis; quòd scilicet fuerit in Dei Matrem electa, *ab omni peccato etiam originali præservata*, &c. Lugduni 1613. in 12.

JACOBUS Alora Hispanus, in Hymno ad Divam Genitricem Dei Mariam Carmine Sapphico & Hendecasyllabo, Adonico quoque composito, sic inquit:

O maris portus Virgo Mater alma
Cœlorum via, lux & astrorum
O Dei Christi Genitrixq; Diva
MARIA salve.
Ecce nos ægros misero parente
Quos diu traxit luctam peremptos
Germinis nutu facis advenire
Gaudia prima.

Quamvis autem hæc Carmina sint vitiata, ponimus tamen sicut invenimus. Extat Hymnus in aurea Expositione Hymnorum Ecclesiasticorum impress. Toleti, anno 1504. in 4. ad finem. Lues miseri parentis Adami fuit peccatum originale, sicut prima gaudia justitia originalis: hæc autem redierunt in germine Christo & germinante Maria, sicut recesserunt in Adamo & Eva.

JACOBUS Apostolus Minor, natione Galileus, in Liturgia seu Missa hæc habet pro Immaculata Virginis Conceptione: *Commemorantes sanctissimam, gloriosissimam Dominam nostram Matrem Dei, & semper Virginem MARIAM*, &c.

Item, infra: Commemorationem agamus sanctissimæ, *Immaculatæ*, gloriosissimæ, benedictæ Dominæ nostræ Matris Dei, & semper Virginis Mariæ &c. Item, post Consecrationem: Præcipuè sanctissimæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semper Virginis Mariæ. Atque infra: Dignum est, ut te verè dicamus Deiparam *semper beatam, & omnibus modis irreprehensam*, & Matrem Dei nostri, honorabiliorem quàm Cherubim, &c. Item, in alia Liturgia Æthiopum, quæ secundùm aliquos Doctores ab eodem Sancto Jacobo fuit disposita, multa dicit pro Immaculata Virginis Conceptione. Vide verb. Marcus Evangelista, & Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 1. adnot. 1. folio 311. & Biblioth. Veterum Patrum, & Martinum Philippum fol. 1203.

Item, in Concione habita coram Apostolis in transitu B. Virginis Mariæ sic locutus fuit: Ipsa enim contrivit caput venenosi serpentis; ipsa vicit mundum: victoria ejus talis fuit, quòd cunctas hæreses interemit, &c. Supplantavit & vicit diabolum, vicit Luciferum, principem hujus mundi ejecit foras. Iterum: Continuè ejicietur, qui parentes nostros ex paradiso voluptatis ejecit. Qui tunc eos supplantavit, à filijs ipsorum supplantabitur; sed præcipuè ab hac filia sancta & *immaculata, perfecta, & omni veritate, sanctitate & sinceritate plena*, in qua sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Accidit Lucifero, ut sicut per arborem Evam supplantavit, & per Evam Adam; ita & ipse per arborem, seu per lignum Crucis Christi quod exterius erat, & per lignum Crucis Mariæ, quod interius gerebat, fuerit supplantatus: & qui matrem superavit & supplantavit & vicit, à filia ejus superaretur, supplantaretur & vinceretur, &c. Vide Bibliothecam nostram Virg. tom. 1. fol. 514. ex B. Amadeo rapt. 8. & Marrac. in Apostolis Marian.

JACOBUS Atrebas, Doctor Theologus Parisiensis, Monasterij S. Martini in Diœcesi Cameracensi Abbas, edidit *de Conceptione B. Mariæ* Epistolam ad Præpositum, Decanum, & Capitulum Atrebatense B. Mariæ circa annum 1220. De qua Epistola dicit Gerardus de Herdegom in sua Diva V. candida, lib. 1. cap. 12. §. 3. fol. 183. Quam Epistolam optem nobis esse ad manum vindicandæ opinioni candidi nostri Ordinis *pro Immaculata Virginis Conceptione*, cujus mentio fit in Marianis Litaniis Ecclesiæ nostræ Tungerloënsis, jam pœnè à quadringentis annis ibidem recitari solitis, Lauretanis Litaniis & festo Conceptionis antiquioribus. Hucusque prædictus Auctor: sed ego quæsivi in prædicto Monasterio Tungerloënsi Litanias istas, in quibus nihil inveni de Conceptione; & sic quoad hanc partem fides sit apud Auctorem. Leon in Biblioth. manusc. classe 8. Pistoia, fol. 162. & latiùs, fol. 193. & affirmat fuisse Libellum.

JACOBUS Austratus, Ordinis Prædicatorum, in libro 3. Moral. cap. ult. *Immaculatam Conceptionem adstruit*, ut refert Eusеb. Nieremberg. lib. Excep. cap. 33. §. 1. fol. 355.

JACOBUS Balde, Societatis Jesu, natione Germanus, in suo libro Lyricorum, lib. 2. edidit Panegyricum *de laudibus Virgineæ Matris sine macula concepta.*

conceptæ. Lib. impress. Coloniæ Ubiorum 1646. in 12. Vide fol. 60. in principio.

JACOBUS Baius, Doctor Lovanienſis, ac Eccleſiæ S. Petri Decanus, in libro: Inſtitutionum Religionis Chriſtianæ ad Catechiſmi Romani methodum, &c. lib. 4. de Expoſitione ſalutationis Angelicæ, cap. 6. ad illud Ave, inquit: *Lætare Virgo, ab æterno ut Mater Dei ſis prælecta, à lapſu primorum parentum repromiſſa, ab omnibus ſanctis tantopere deſiderata*, &c. Agit de Genealogia B. Virginis; & cap. 7. de ejuſdem Conceptione, ac Bulla Sixti IV. & Pij V. Vide alia plura ibi à fol. 581. uſque 591. Lib. impreſſ. Lovanij 1612. in folio. Et in eodem libro, lib. 4. de Oratione Dominica, cap. 32. folio 576. ad illa verba: Dimitte nobis; poſtquàm adduxerat propoſitiones illas univerſales: In multis offendimus omnes: Non eſt homo, qui non peccet: Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens; & alias, concludit ſic: Reſolvit Auguſtinus, *nullum, excepta Beata Virgine, ſine peccato, ſaltem levi actuali, vitam peregiſſe*. Quę autem levia, & quæ gravia ſunt peccata, non humano penſanda ſunt judicio, &c. Item, infra in Expoſitione ſalutationis Angelicæ, cap. 8. de Virtutibus Beatæ MARIÆ, folio 584. poſt plura de gratia Virginis MARIÆ ex illa auctoritate Auguſtini: Cùm de peccatis agitur, &c. inquit: Cæterùm de tempore ſanctificationis; utrum videlicet nulla peccati labe unquam infecta, *ſed ab originali macula initio ſuæ Conceptionis præſervata ſingulari privilegio fuerit*; an in matris utero ſanctificata demum ſit? inter Doctores controvertitur, &c.

Item, in libro: Theatrum ſcientiarum, fol. 136. lib. 1. de Inſtitutione Religionis Chriſtianæ *pro puritate ac munditia B. Virginis* adducit figuras veteris Teſtamenti, & auctoritates Sanctorum, quę communiter adaptantur Conceptioni. Lib. impreſſ. Lovanij 1635. in fol.

JACOBUS Bidermannus, Societatis JESU Germanus, in libro Epigrammatum, libro 2. in 1. Epigrammate ad MARIAM Virginem Dei Matrem, folio 71. ſub titulo: Virginitas oſtenſis comprobata, inquit:

Seu temerata neget Genialis fœdera lecti,
Seu probet intactos nupta Virago thoros;
Aſtra fidem faciunt, patronaq; ſydera clamant,
Et mentita ſtygis probra tacere jubent.
Innuba ſeu quærat primævi Virgo pudoris
Indicium, Indicium Virginis Ara facit.

Lib. impreſſ. Pariſiis 1622. in 12. & Romæ 1628. & Dilingæ 1620. & 1623. *Primævus pudor* ad primævam originalem juſtitiam refertur.

JACOBUS Billius Prunæus, S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, in Commentarijs in S. Joan. Damaſcen. lib. 3. de Fide Orthodoxa, cap. 2. fol. 362. inquit: Atque nequaquam admittendum eſt, unquam in ſacratiſſima Virgine vel ullum fuiſſe carnalis concupiſcentiæ fervorem, ut in qua nullus unquam fuerit fomes peccati, neque ſtimulus ad malum; *quandoquidem expers omnino fuit originalis culpæ in ſua ſubſtantia, & Conceptionis exordio*, ex qua fomitis aculei, & libidinum incendia potiſſimùm in nobis pullulant & inſurgunt. Quis enim rectè fateatur in ſancta Virgine ſæcularia deſideria unquam habuiſſe locum, quæ ab æterno præordinata fuit, & prælecta ut fieret Mater Dei, & cœleſtibus ſemper accenſa deſiderijs, ſuam cum Apoſtolo converſationem in cœlis habuit? Certè *Immaculata ejus puritas & intemerata Conceptio* non patiuntur nos aliquam labis notam inferre aut inurere tam candidæ Virgini, in qua nunquam peſtifer afflatus ſerpentis, & virulenta propaginis contagio ſedem & locum obtinuit. Neque illis quoquo pacto aſſentiendum eſt, qui aſtruunt in ſemper ſancta Virgine fomitem quidem peccati fuiſſe, ſed extinctum prorſus & ſopitum; atque adeò repreſſum per abundantiorem ſanctificationis gratiam, ut nunquam ille exierit in illicitum motum carnis contra ſpiritum, aut ſuſcitaverit rebellionem virium inferiorum in ſuperiores. Nam ſi fomitem peccati in Deo ſacrata Virgine, ullo modo fuiſſe contendant, aut remiſſum, aut languidum, aut ſuppreſſum; quomodò non cogentur conſequenter admittere, labem culpæ originalis in eadem aliquando fuiſſe Virgine, quam quidem culpam ipſe fomes conſequitur, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1619. in fol.

JACOBUS Bolduco, Ordinis Minorum Pariſinus Doctor, *in feſto Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Deiparæ* habet indicem concionatorium. Item: *Quòd à terra ſeu regione Virginis MARIÆ, averit Deus captivitatem peccati originalis*, &c. ad cap. 13. Commentariorum in Job. verſic. 17. tropologia 1. fol. 541. Lib. impreſſ. Lutetiæ 1637. in fol.

Item, in Elencho Sermonum pro feſtivitatibus in Commentarijs ad Librum Job, cap. 14. verſ. 4. fol. 577. *Quòd Virgo Deipara fuit à peccato originali ſervata, præſervata & immunis*, &c. Lib. impreſſ. Lutetiæ 1619. in 4.

JACOBUS Boileau, Pariſienſis Baccalaureus, Socius Sorbonicus Gallus, die 23. Julii an. 1661. in Sorbona pro quarta Sorbonica, quæ eſt Sorbonicorum, ſic inquit loquendo de MARIA: *Cujus Immaculatam Conceptionem veneramur*. Impreſſ. in charta expanſa.

JACOBUS Bonfrelius, Deonatenſis Societatis JESU, in Pentateuchum Moyſis commentatus & illuſtratũ, cap. 3. fol. 131. ad illa verba: Ipſa conteret caput tuum, inquit: Nota verò hæc ad allegoriam tranſlata, ſignificare Beatam Virginem diaboli caput contriviſſe, vel quia nullum peccatum *nec quidem primum illud originale, quod cæterum quaſi caput eſt, in ſe admiſit*; vel quia nec quidem in ſe habuit peccati alicujus actualis principium, ſive illud fomitem intelligamus, ſive pravam aliquam ſuggeſtionem aut cogitationem, &c. Lib. impr. Antuerpiæ 1625. in fol.

JACOBUS Bonus Venetus, Doctor antiquus, ſive Ordinis Minorum, ſcripſit Opuſculum *pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis*, ut refert Marrac. in Catalogo ad annum 1436. De hoc Waddingus, fol. 181. & citat Barletam: ſed apud Barletam eſt auctoritas Jacoponi notiſſimi Auctoris, de quo infra.

JACOBUS Boſius, Agens in Romana Curia pro Religione S. Joannis Hieroſolymitani, in libro Statutorum prædictæ Religionis Italico idiomate, habet: *Quòd dies Conceptionis B. Virginis MARIÆ* obſervetur in judicijs prædicti Ordinis, tit. 7. fol. 107. Lib. impreſſ. Romæ 1597. in 4.

Item, traduxit Italicè Tractatum de Jubileo P. Hieronymi Gratiani, in quo enumerat inter ſeptem feſtivitates *Virginis MARIÆ* primam, *Conceptionem eiuſdem*. Lib. impreſſ. Romæ 1599. in 4.

JACOBUS Branche, Canonicus de Langeac Gallus, in libro: Amalthée, ou Corne d'abondance

dance des graces & vertus de la glorieuse Vierge, in quo explicat Litanias B. Virginis; & ad illa verba: Mater purissima, fol. 83. & deinceps agit *de exemptione B. Virginis à peccato originali, & de eius pulchritudine*, &c. Impress. Lugduni 1622. in 8.

JACOBUS du Breul, Ordinis Sancti Benedicti Presbyter Conventus S. Germani à Pratis, in libro dicto Gallicè: Le Theatre des antiquitez de Paris, lib. 2. fol. 119. titulo de Ecclesia S. Severini Parochiali & Archi-presbyterali Universitatis Parisiensis, de Confraternitate sita in illa Ecclesia, sic ait: *In illa Ecclesia est Confraternitas nominata à Conceptione Sanctissimæ Dominæ Adventus*, quæ fuit instituta anno 1350. ut apparet ex antiquo regesto dictæ Confraternitatis, quæ per totam Urbem quæstum faciebat, donec aliæ Ecclesiæ similes Confraternitates erexissent. Capella Dominæ nostræ hujus Confraternitatis est constructa retro Chorum beneficiis, & impensis Confratrum dictæ Confraternitatis, qui approbationem obtinuerunt ab Episcopo Parisiensi, & summo Pontifice, simul cum magnis gratijs & Indulgentijs, &c. Item, fol. 325. *de Confraternitate Conceptionis Dominæ nostræ* fundata in Ecclesia Patrum Augustinianorum. Lib. impress. Parisijs 1639. in 4.

JACOBUS le Brun, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 27. Julij anno 1648. Thesi 11. de peccato originali, hæc defendit: *Ab illo omnique ejus debito Matrem Dei eximimus.* Impress. ibidem in 4.

JACOBUS van Calloen, Societatis Jesu sacræ Theologiæ Professor Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Gratia, Justificatione & Merito, publicè habitis Lovanij 18. Novemb. 1658. hæc defendit: In ijs, quæ de peccato originali dicimus, *purissimam Virginem MARIAM comprehendere nolumus: à labe enim originali immunem eam fuisse, certum esse putamus: à periculo verò hujus incurrendæ tam remotam fuisse arbitramur, quàm fuerunt Angeli*; & hoc ipsum sensisse & docuisse D. Thomam. Impress. ibidem ipso anno in 4. Et idem posuit die 27. Novemb. eodem anno.

Item, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij die 1. Julii 1654. Thesi 19. de Peccato habituali & originali, sic inquit: *Ab hoc & illius debito proximè & remoto immunis fuit SS. Dei Mater*, sive dependenter, sive independenter à prævisо Adami lapsu Christus decretus sit. Commodiùs tamen immunitatem illam explicare potest, qui ante Adami peccatum prævisum, decretam admittit Incarnationem. Impress. ibidem in 4.

JACOBUS Calogerus, Ordinis Carmelitarum, scripsit Græcè *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*. Ex Possevino, & Leone classe 6.

JACOBUS Canisius, Societatis Jesu Belga, in libro de Sacris Meditationibus, parte 2. folio 77. & parte 3. fol. 208. adducit Meditationes *de Immaculata Virginis Conceptione & Nativitate*. Lib. impress. Monachij 1628. in 12. regali.

JACOBUS, Carthusianus Prior juxta Leodium, edidit Librum sub hoc titulo: Hortus aurearum rosarum Jesu & Mariæ, & incipit Prologus primus: Fasciculus myrrhæ dilectus meus, &c. Verba Job ad Baldad. Opus verò: Domine Jesu Christe redemptio mea, &c. Pro feria secunda & mysterio Annuntiationis, sic inquit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. O salutatio nova & insolita, tuæ maximæ dignitati congrua & sanctitati; *siquidem propter omnimodam culpæ carentiam & immunitatem*, propter omnimodam vitæ innocentiam & puritatem meritò per Ave salutaris, quasi sine væ, &c. prosequitur latè & multa alia sunt hujusmodi. Et infra, sub hoc titulo: De Gaudiis & Excellentiis gloriosæ semper Virginis Mariæ in ejus beatissima Nativitate & sanctificatione, devota contemplatio; & incipit Sermo: Gaudia gaudiorum sunt tibi ô gloriosa Virgo Maria, quia Nativitas tua, &c. Et in principio Sermonis, sic dicit: Nulli deniq; dubium, *castissimum corpus & castissimam animam tuam funditus fuisse ab omni macula peccati, jugi Angelorum custodia protectam*, utpote aulam, &c. Et infra: Ave Maria gratiâ plena. Itaque sanctificata in utero ad imaginem Christi Filii tui fideliter prædicaris; ut quemadmodum Christus ab initio suæ Conceptionis nequaquam peccare potuit, ita tu ab initio tuæ Sanctificationis nequidem venialiter (quod aliis concessum non fuit) peccare quomodolibet posses, cum dicat Sapiens: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tota pulchra, id est, perfectè pura tam à peccato mortali, quàm veniali. Tota pulchra es, corpore nivea, mente sincera, &c. Ave Maria gratiâ plena, ô formosa mea & dilecta mea, columba mea: dilecta mea gratanter amplector, jucundè intueor, *quòd nullam in te maculam*, quòd totam te pulchrâ inspicio, &c. Liber extat manuscriptus apud PP. Carthusien. Ruremunden. litt. M. num. 29. in 4. & fuit scriptus (ut ad finem dicitur) anno 1471.

JACOBUS de Cassa seu de Cæsa, Ordinis Minorum Italus, edidit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione, seu de Conceptu Virginali*, ut referunt Waddingus, fol. 182. Daza de Conceptione, fol. 48. Willotus, fol. 199. Marrac. in Indice ad an. 1524. & in Bibliotheca, fol. 625. Leon, classe 6. affirmat hunc fuisse tertij Ordinis S.P.N. Francisci. Vide Possevinum, & Pistoiam fol. 158. Hunc adducunt pro sua opinione Turrecremata, Anonymus & Bandellus, ut vidimus in Sole Veritatis, veritate 124. folio 484. & sic iste est sub lite, quousque compareat, quia nullibi reperitur.

JACOBUS Castellanus, Clericus & Doctor Tarvisinus, in Compendio Constitutionum Summorum Pontificum, quæ extant à Gregorio VII. usq; ad Paulum V. in Pio V. constit. 124. fol. 122. à tergo agit mentionem de Bulla confirmante Decretum Sixti IV. & approbata à Concilio Tridentino, session. 5. de Peccato originali, *circa Conceptionem Immaculatam Beatæ Virginis MARIÆ, atque disputationem & controversiam hujus mysterij*, &c. Lib. impress. Venetijs 1505 in 4.

Item, in Compendio Operum Navarri, verb. Maria, affirmat *Virginem Deiparam omni nævo ac labe peccati caruisse*. Impress. Venetijs 1598. in 4. & 1602. in 4.

JACOBUS Catalanus sive de Catalunia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, scripsit *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Librum seu Tractatum, circa annum 1460. Ex Ildeph. Fernan. & Leone class. 6. Hunc citant Adversarij pro sua opinione: & existimo esse eundem Jacobum Ægidium supra relatum.

JACOBUS Coentzen Belga, fecit hæc: Excellentissimis Dominis, D. Ludovico de Benavides, Carillo & Toledo, Marchioni de Fromista & de Caracena, Comiti de Pinto, &c. Regiæ Majestati à Consiliis Statûs, Belgii & Burgundiæ Guberna-

tori, &c. necnon Excellentissimæ Dominæ D. Marchionissæ charissimæ ejus conjugi, Sanctissimæ Matris & Virginis MARIÆ Immaculatæ Conceptionis zelosissimis Cultoribus.

Magnæ DeIparæ CVLtorIbVs honos.
appLaVDIte InsIgnI MarChIonI regentI.
appLaVDIte el & InsIgnI MarChIonIssæ.
CVMpLaVDIte els.
LaVs, beneDICtIo, & gLorIa saCrosanCtæ DeIparæ sIne Labe ConCeptIonI.
LaVs DeIMatrI ab Ipsa orIgIne ILLIbatæ.
sInt sIne fIne DeCor, & gLorIa regInæ trIVMphantI.
sanCtVarIVM DeI Lætare.
aDæ MaCVLA non fVIt In te,
qVIa DæMonIs potestas à te (ô regIna, ab orIgIne gratiæ plena) ContrIta est.
saLVe grata Deo, saLVe sIne Labe MarIa;
saLVe Chara Deo, VIrgo MarIa parens.
Lætare & gaVDe, VIrgo saCrata MarIa;
InsIgnIs tIbI sIt LaVs, DeCor, oMnIs honos.
InsIgnIs nobIs esto MeDICIna saLVtIs.
aDsIs, Magna parens, VIta, Corona, saLVs.
ô regIna, DeLICIVM trInItatIs, ora pro nobIs.
appLaVDIte gratIosæ regInæ serpenteM ab InItIo ConterentI.
CVMpLaVDIte trophæa reportantI.
sIt sIne fIne gLorIa saCra regInæ pestIfero serpentI InsIgnIter præDoMInantI.
In hoC orIgInIs DeIparæ festo oMnes IVbILate.
DeLeCteMInI In plæ regInæ festIVItate.
In pLenIs tVbIs, ChorDIs, & tIMpanIs
gaVDete; In CIMbaLIs, sonIs sonorIs, & organIs
Cantate & LVDIte; sIt honor perennIs regInæ serpenteM ab orIgIne terentI.
Ipsa est Vas sIne MaCVLa aDæ.
Ipsa est gLorIa & DeCVs beatorVM.
Ipsa taberna CVLVM fœDerIs.
Ipsa DIgna aLtIssIMI CIVItas.
VIrgo ab orIgIne gratiæ & DeCorIs pLenIssIMa.
saLVe pVra parens, & fœDerIs arCa MarIa;
affLICtIs aDsIs, VIrgo MarIa, pIIs.

Marchio, qui summo Patriam fervore gubernas,
Accipe, quæ Dominæ Dona colenda canunt.
Accipe, nigne Comes, cujus pietatis odore,
Tot puræ Matri vota dedêre viri:
Quòd bene defendent, quòd sit concepta MARIA,
Primævi nunquam crimine tacta Patris.
Hinc in Regali fulscripta fuêre Sacello
Carmina, zeloso quæ tibi corde sacro.
Vive, revive Comes, felix sine fine gubernas;
Virginis Intactæ crescat Amantis Amor.
Crescat Amantis Amor, nec Amor decrescet Amatæ
Virginis, Illa tibi causa salutis erit.
Sit (precor) Illa tibi, Dominæ sit Marchionissæ,
Et toti Soboli, Vita, Corona, Salus.

Impress. Bruxellis in charta expansa.

JACOBUS Cornelius Lummenæus à Marcha, Monasterij D. Petri in Monte Blandino Ordinis S. Benedicti Religiosus, in libro cui titulus: Lampas Virginea, idest, Homilia sacra dicta pro encomio Virgineæ Purificationis in festo Luminum, à folio 16. agit de immunitate B. Virginis à naturali nævo, qui perpetuo traduce in nos derivatur; & post plura, sic inquit: Non possum in ista florida & dulcia porcos immittere; non possum obturbare musicam, *quam Angeli in sacrosancta & Immaculata ejus Conceptione integram canunt, &c.* Lib. impress. Gandavi 1621. in 8.

Item, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad Antonium Sanderum, & incipiunt:

Quòd illa toto Numine, & toto Iove, &c.

Apud eundem Ant. Sander. fol. 656. Lib. impr. Lovanij 1651. in 4.

JACOBUS Duretz, Insulensis juvenis, in Gymnasio S. Augustini, anno 1629. fecit Orationem *ad Sodales de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, quæ incipit: Cùm mentis oculos per scriptorum monumenta circumfero, &c. Extat impress. Insulis an. 1630. in 12.

JACOBUS Erforden, sive de Clusa (& sub illo nomine passim citatur à P. Polio) Ordinis Carthusiensis Germanus, in libro cujus titulus est: Incipiunt Sermones notabiles per eximium Dominum Doctorem sacræ Theologiæ Patrem Jacobum Carthusien. Domûs extra muros Erfurden Vicarium, de præcipuis festivitatibus celebribus per anni circulum tam de tempore, quam de Sanctis, auctorizati per Dominum Papam Colixtum III. anno suo primo, in octava Visitationis MARIÆ gloriosæ Virginis, anno Domini 1455. &c. adducit Sermonem de Conceptione V. MARIÆ ad illa verba: Sapientia ædificavit sibi domum, Proverb. 9. Consuetudo est sapientum & potentium Regum, &c. Et in hoc inter alia dicit: Si enim Moyses arcam Dei in deserto de lignis putrissimis imputribilibus sethim ædificare, in qua tabulæ testimonii, manna, & panes ac virga Aaron quæ fronduerat continebatur, & Salomon templum de auro purissimo; quanto magis iste virginalis thalamus, in quo Rex Regum quiescere voluit, omni decore debuit præparari ut nunquam conscia sibi esset de aliqua macula cujuscumque peccati, ut verificaretur de ejus omnibus cæteris illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. quòd de nullo Sanctorum fas est credi. Super cujus dicti intellectu, & de præeminentia MARIÆ, & ejus *immunitate peccati, scilicet originalis* & venialis, vide Sermonem hunc sequentem, qui latiùs hoc declarat, & solvit argumenta quæ solent objici in contrarium, scilicet quòd non sit impeccabilis, quid sit redempta à Filio, & quòd ei janua paradisi fuit clausa sicut aliis, &c. Et prosequitur latè.

Item, Sermone sequenti (qui etiam est de Conceptione Virginis) super illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, Cantic. rum 4. Scimus quia amator rerum, &c. inter alia inquit: Dixi secundò quòd, Spiritus scilicet, invenit in dictis verbis super eminentissimam mundatiam ab omnibus sordibus tam actualium, quam originalium peccatorum, à quibus erat depurata ibi. Et macula non est in te, &c. In quo verbo Spiritus sanctus fundamentum toti Ecclesiæ tribuit, ac removit omnem dubietatem ad celebrandam hujus Virginis hodiernam Conceptionem; sicuti etiam per Concilium Basileense extitit decretum & definitum, indulgentias non minimas tribuens omnibus celebrantibus eandem, &c. Et post aliqua sic prosequitur: Restat igitur nunc videre de hoc, quòd ipsa etiam liberata fuit ab originali peccato, &c. Pro quo sciendum, quòd originale peccatum non est aliquid, &c. Et post declarationem naturæ originalis peccati prosequitur sic: Unde nullius conceptio rite so-

lius Filii Dei & B. MARIÆ in Ecclesia celebratur, quia omnes alii in originali peccato sunt concepti, nec merentur ut eorum conceptio celebretur, sed Nativitas; ut Joannis Baptistæ: Conceptio verò Christi celeberrimè celebratur in die Annuntiationis MARIÆ, *hodie verò* MARIÆ *Matris suæ ipsam verò Christi Matrem liberam ab omni originali culpa* (licèt nata sit naturaliter secundùm cursum naturæ à patre & matre) clarissimè probatur & firmiter credendum est ex quatuor fundamentis. Primò, ex auctoritate sacræ Scripturæ, & Doctorum Ecclesiæ, & Conciliorum sacrorum. Secundò, revelationibus ab ipsa factis personis devotis atque sanctis, &c. Tertiò, ex approbata consuetudine Ecclesiæ, quæ plusquam trecentis annis Conceptionem gloriosæ Virginis celebravit. Quartò, ex apparentissimis rationibus, quas nullus fidelium potest improbare, sed omnes fideles amplectuntur & venerantur. De primo igitur, suavissimum est miraculum de quodam Abbate per maria longa transmeante, scilicet de Suecia ad Urbem Romanam, qui in mari incidens periculum à quo evadere non posset nisi per Virginem MARIAM, ipsam invocans, audivit vocem MARIÆ dicentis: Si vis evadere naufragium, da operam ut tu & tui, & quos adhuc inducere poteris, diem Conceptionis meæ celeberrimè celebretis, & hoc ipsum Romano Pontifici studeas intimare. Quo promittente, naufragium evasit, & ita egit & omnia ad vota sibi successerunt, &c. Deinde adducit testimonia de revelatione S. Birgittæ, & concludit: Attestantur etiam plures revelationes de Conceptione MARIÆ personis devotis factæ, quæ de die in diem fiunt, quæ modò narrare longum esset, &c Deinde prosequitur sic: Quod secundum probationis genus *de festivitate Conceptionis, & sine originali peccato*, notum est quibusdam in diversis & penè omnibus mundi regionibus & provinciis ante tempora B. Bernardi, qui floruit & mortuus est anno Domini 1115. & ante tempora Anselmi, qui ante eum vixit triginta quinque annis, &c. hoc sacratissimum festum ritè celebrabatur ac solèniter in Cathedralibus Ecclesiis, scilicet Lugdunensi, &c. Et ab illo tempore usq; nunc, quo scribitur 1449. fluxerunt anni amplius quàm trecenti, & semper augmentata est & dilatata est festivitas præsens, &c. Alia quamplura habet Auctor iste antiquus usque ad finem illius Sermonis. Lib. impr. in fol. antiquissimis characteribus absq; anno & loco impressionis. In Biblioth. Frat. Minorum ad Olivas Coloniæ Agrippinæ.

JACOBUS Faber, Stapulensis Gallus, in libro dicto: Quintuplex Psalterium, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus & Conciliatum, in Psalmum 84. Benedixisti Domine terram tuam, &c. sic inquit: Christum Dominum, & quem constituit Salvatorem, vicinum esse timentibus eum, ut è proximo majestas ejus incolat terram nostram, terram sanctam, terram benedictam, terram quam benedixit Dominus, purum, sanctum, intactum, illibatum puellare gremium. Misericordia & veritas obviaverunt sibi, justitia & pax osculatæ sunt. Divina misericordia & veritas divina in idem conspirantur. Divina justitia & reconciliatio cum hominibus se amplexatæ sunt, & in amicitia junctæ. Veritas de terra orta est, & justitia de cœlo prospexit. Verbum Dei, Unigenitus Patris æternus de terra sancta, terra benedicta, de Virgineo illabefactæ Deiparæ parentis utero natus est, & nihilominus Christus Dominus misericordia, veritas, pax nostra & justitia incarnatus in terris, cœlos non deseruit; sed semper de throno suo cœlesti (terrenis cum cœlestibus reconciliatis) in æquitate & justitia prodivit. Etenim Dominus dabit benignitatem, &c. Adverte 1. versum, ubi dicimus: Benedixisti Domine terram tuam. Hieronymus ex Hebræo dixit: *Placatus es Domine terræ tuæ; quo designatur, si placatus illi terræ: ergo terra illa non est terra iræ. A reliqua igitur terra filiorum Adæ excipitur benedicta illa terra*, &c. Vide ibi plura, folio 124. à tergo. Lib. impress. anno 1508. in folio.

Item, in Commentario, lib. 3 Orthod. Fidei, cap. 2. *Sacrosanctam Virginem primævæ culpæ & ab origine contractæ contagio, in ipso Conceptu fuisse contaminatam, non modo Ecclesiæ Catholicæ determinationi, & pietati fidei esse contrarium, sed & sacris litteris*; quæ sicut Christi carnem sacratissimam eximunt ab omni labe peccati cujusvis generis, ita & sanctam Virginis atque Dei Matris carnem, cùm eadem sit Christi & dignissimæ Matris suæ caro. Ex Benedicto Ferdinando super Genesis cap. 29. sect. 7. numero 18.

Item, in Scholijs ad cap. 3. S. Dionysij de Divinis Nominibus, folio 121. loquens de Beata Virgine, inquit: Contuiti sunt sacrum illud tabernaculum, quod sanctificavit Altissimus, depositum veræ & spiritualis Evæ, *quæ serpentis virus non sensit*; sed quæ caput ejus (juxta eloquia) contrivit. Carnalis enim Eva carnalium filiorum mater est, & filiorum iræ; spiritualis autem Eva spiritualium & regeneratorum mater est, & filiorum gratiæ, & sanctæ & immaculatæ Ecclesiæ, &c. Spiritualis Eva mater est ineffabilis Verbi, *quæ omnem sanctificationem & gratiam*, cœlum, terramque universam replentem, *in suo semper sancto Virginali gremio* (si ita dicere licet) concluserit, facta cœlo & terrâ capacior: quippe quæ infinitum acceperit. Virgo sancta, *quia tu tota sancta es*, tota mitis & misericors, largitrix vitæ & gratiæ (quæ nobis vitam ipsam protulisti, & ipsam perfectè gratiam efflorusisti) & non ulteriùs ultionis & vindictæ; te, oro, non ulciscaris ad interitum eorū, qui te non possunt in tuo perfecto decore inspicere: quia te in sua carnali tunica inspiciunt, & per chlamydem peccatricis Evæ; sed tu Virgo, *tuo modo semper sanctificata, sicut Christus homo semper sanctificatus*, aperias eorum oculos, ut te per tunicam Christi, per spiritualem chlamydem aspiciant; non in umbra delirent, sed aversi se convertant ad veritatem, & vestigia suis reddant archetypis, *& in paradiso te videant ante Evam eorum matrem geniram, sicut & Christus ante Adam*; sed posteriùs in tempore, &c. Et post aliqua verba concludit Faber sic: *Tu es Ancilla & libera Dei Mater, sicut Christus Dominus in æternitate Filius liber*, & pro nobis exinanitus, & formam servi accipiens. Tu es, & ipse est, de quibus per Spiritum Sanctum dicitur: Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Helvidius si rediret, qui te (Virgo Angelis purior) virginitate expoliabat, conspueretur, pessumdaretur, calcareturque pedibus. *Ita Virgo semper plusquam beata*, Angelis sanctior, qui te sanctitate spoliant (nisi resipiscant, nisi pœnitentiam agant) conspuantur, pessumdentur, calcentur, lucē vitamque fugiant, &c. Lib. impress. Parisijs 1515. in folio. Nota verba signata, quia omnia sunt pro omnimoda puritate Virginis & ultima aptissima pro propugnantibus ipsam.

JACOBUS Falces Valentinus, Poëta Hispanus, & Eques Montesiæ Militiæ, in suis Operibus Poëticis in descriptione Montisserrati, Epigrammate 24. folio 7. inquit:

... . *Salve antiquissima proles,*
Anteq; quàm fieres, tot decantata Prophetis.
Te solam primi non infecere parentes
Labe sua, juriso; sui non fecit Avernus, &c.

Lib. impress. Mantuæ Carpentanorum 1600. in 8.

JACOBUS Feuchtius, Episcopus Naturensis, à Consiliis Cæsareæ Majestati, in sua Postilla Catholica Evangeliorum de Sanctis totius anni, Sermone de Annuntiatione B. V. MARIÆ, fol. 287. inquit: Hinc credo, Deum MARIAM semper *ab omni peccato præservasse ante & in Conceptione & Nativitate ab originali, post Nativitatem* omnibus diebus vitæ ejus ab omni peccato veniali & mortali. Extat German. impress. Coloniæ, anno 1597. in fol.

Item, in libro dicto: Epitome Postillarum Fuetinian. de Sanctis, fol. 22. adducit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, usque 32. Item, infra fol. 28. alterum Sermonem *de eadem Immaculata Conceptione*. Fuerunt editæ per Joannem Ertlyn Episcopum Suffraganeum ejusdem Domini. Lib. impress. Ingolstadii 1583. in 4.

JACOBUS Flotteus, Cantor Ecclesiæ Aurelianensis, *auxit in eadem Ecclesia solemnitatem Conceptionis, ab Milone ejus Episcopo*. Vide Hippolyt. Marrac. in Antist. Marian. folio 409.

JACOBUS Foderè, Ordinis Minorum Doctor Parisiensis, Provinciæ Sancti Bonaventuræ Provincialis, Gallus natione, in lib. quem intitulavit Gallicè: Vitæ sanctarum Virginum, &c. cap. 1. de Vita Beatæ Virginis, agit latè *de ejus Immaculata Conceptione, & modo præservationis à peccato originali & ejus macula*, &c. Lib. impress. Lugduni 1620. in 8.

JACOBUS Gandensis, Ordinis Prædicatorum, natione Hollandus, castigavit & typis mandavit Evagatorium sive Sermones R. P. F. Michaëlis Hungari Ordinis Minorum, in quibus agit *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. Parisiis 1515. in 8. parvo.

Item, ibi sunt Sermones de Serto Rosaceo Beatæ MARIÆ Virginis, & duo Sermones electissimi de Privilegiis S. Annæ. Dicit ergo in 2. Serm. circa principium: Prima ratio ex parte Virginis MARIÆ, quia ipsa debuit fore Mater gratiæ, & singularissimâ gratiâ *super omnes debuit sanctificari in utero S. Annæ à Deo*, ut dicit Anselm. de Conceptu Virginali: Decebat, inquit, ut ipsa Virgo B. ea puritate niteret, &c. An vero Sermones isti sint prædicti P. mihi incognitum est.

JACOBUS Gerad Campanus, edidit Conciones *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Hippolyt. Marrac. in Catalogo ad annum 1635.

JACOBUS Goar, Ordinis Prædicatorum Parisinus, typis mandavit & ex Græco in Latinum convertit Rituale Græcorum complectens ritus, & ordines divinæ Liturgiæ, officiorum, Sacramentorum, consecrationum, benedictionum, funerum, orationum, &c. cuilibet personæ, statui vel tempori congruos, juxta usum Orientalis Ecclesiæ, in quo vocat *Virginem Deiparam illibatam, puram, purissimam, benedictam, totam puram, immaculatam, sanctissimam, intemeratam*, &c. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1647. in fol. Vide infra, verb. Rituale Græcorum.

JACOBUS Gordonus Lesmarius, Societatis Jesu, tomo 3. in novum Testamentum, folio 148. ad illa verba: Invenisti gratiam, inquit: Obtinuisti, accepisti, primam scilicet & subsequentem, quamvis dispari modo; *& quidem gratiam primam in utero Matris* non quæsitam, postea quæsitam & quærendo inventam. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum, anno 1632. in folio.

Item, in Opere Chronologico de annorum serie & Regnorum mutationibus, ad annum 1388. folio 550. inquit: Wenceslai Regis Romanorum anno 10. Parisiensis Academia universa perhibentur hoc anno commota in Dominicanos, quòd in Concionibus dicerent *Beatam Virginem MARIAM Dei Matrem in originali peccato conceptam*, &c. Lib. impress. Augustorati Pictonum 1617. in folio.

JACOBUS de Graffis à Capua, Monachus Cassinensis Italus, in Sermonibus spiritualibus totius anni, Dominica 1. Adventûs, serm. 1. de Salutatione Angelica, folio 2. inquit: *Sine væ concepisti propter bonum continentiæ, sine culpâ natus, sine peccato vivens, sine væ mundi*, &c.

Item, sermone 40. sub hoc titulo: De Horto deliciarum, ac mystico seu spirituali mundo Mariæ, fol. 127. dicit: Quòd MARIA fuit tota dealbata, & in nullo corrupta, Immaculata, à qua Immunditus processit. Ac tandem inquit: Hæc est illa Mare, ubi pretiosa Margarita dicitur: nam parva per humilitatem, candida per puritatem, solida per sanctitatem, pretiosa per Deitatem, rore dicitque cœli concepta, id est, operatione Spiritus S. Hæc est Paradisus ille temperatissimus, ubi nec superbiæ ventus, *nec sordis nebula fuit, nec ullus iniquitatis: sed quidquid in ea gestum fuit, totum gratia & veritas, totum misericordia & justitia, & ideo immaculata*, &c. Pulchra igitur est ut Luna, imò illâ pulchrior, quia jam sine defectu sui coruscat cœlestibus illustrata fulgoribus. Pulchrior quàm Luna: etenim tota pulchra es, & macula non est in te, &c. Et in Sermone de singulari Dormitione Virginis MARIÆ, fol. 139. inquit: Tota pulchra, &c. Tota pulchra, quia tota deificata: *macula non est in te*, quia Spiritus Sanctus supervenit in te, quæ te mundavit, &c. Lib. impress. Venetijs 1596. in 4.

JACOBUS Granados Gaditanus, Societatis Jesu Hispanus, *de Immacul. Virginis Conceptione, seu de singulari illius immunitate ab originali peccato per Filij Christi Filij ejus cumulatissimam redemptionem*, Liberum unum in tres distributum Disputationes, & incipit: Concors Theologorum sententia. Lib. impress. Hispali 1617. in 4. Et in 3. part. D. Thomæ, à fol. 312. usque 453. Lib. impress. Granat. 1633. in fol.

Item, tomo 5. in 3. part. Divi Thomæ, controv. 7. de Pœnitentia, tract. 13. disp. 1. folio 1329. *Quòd Virgo MARIA non indiguit Baptismo, quia non contraxit peccatum originale*, &c. Lib. impress. Granatæ 1633. in fol.

JACOBUS Gretserus Germanus, Societatis Jesu, in libro de Festis Christianorum, adversus Danæum Hæreticum Sectarium, lib. 2. cap. 2. fol. 266. *Quomodò Virgo MARIA à primæva labe fuit immunis*, neque ideo exæquatur Christo Domino, &c. Et cap. 3. de Festis B. Virginis, fol. 269. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, & quando cœperit apud Græcos. Lib. impress. Ingolstadij 1612. in 4.

Item, collegit Libellum de Vita B. Virginis in gratiam Sodalitatis B. MARIÆ, in quo agit *de Congregatione*

ne Immaculatæ Virginis. Extat in Catalogo librorum ab eodem Gretsero editorum, in Commentarijs Exegeticis ad finem. Lib. impress. Ingolstadij, an. 1620. in 4.

JACOBUS Hackerius Ehinganus, Doctor Triburgensis & Canonicus Passaviensis in libro Commentariorum Theologicorum, tomo 2. de Beatitudine & Actibus humanis, tractatu 1. qüæst. 83. disp. 1. An detur aliquod peccatum originale? fol. 161. inquit: In quolibet homine ab Adamo per seminalem generationem descendente (*nisi speciali Dei privilegio præservaretur*) est proprium peccatum originale, quo verè & formaliter constituitur peccator, filius iræ, & Deo odibilis, &c. Lib. impress. Triburgæ Brisgoiæ 1621. in 4. Excepto illa: Nisi speciali privilegio, &c. respicit Virginem MARIAM; quia nulla alia persona in mundo tali est decorata privilegio.

JACOBUS Hautinus, Societatis Jesu Belga, in libro: Sacramentum amoris Eucharistiæ, &c. *Quando Conceptionem Immaculatam voverit defendere* P. Eschenus. Vide in Indice verb. MARIA. Lib. impr. Insulis 1650. in folio.

JACOBUS Hieronymus, Doctor Parisiensis, scripsit Conciones *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis.* Ex Hippol. Marrac. in Catalogo ad annum 1528.

JACOBUS Hieronymus Carthusius, in Sermone de Assumptione, folio 71. inquit: *Enim verò eum eum ab omni vitij labe, necdum ab originea, perpetuò immunem fuisse asserat Ecclesia*, quid præterea reliquum est, nisi ut ab ista in putredinem, pulveremque resolutione eandem liberet? Si nihil unquam fuit MARIÆ cum ejus culpa, cui Dominus est interminatus: Pulvis es & in pulverem ibis; quid ei cum pœna? Lib. impress. Parisiis 1538. in 4.

JACOBUS de Hillerin Presbyter, Consiliarius Regius in Curia Parlamenti, in libro dicto: Les grandeurs de MARIE la Saincte Vierge, la Mere de Jesus, &c. folio 53. Caput 9. ponit *de Immaculata Virginis Conceptione, & ejus ab originali peccato præservatione*, in decem puncta divisum. Item, folio 60. agit *de ejusdem puritate, & à peccato præservatione*, per totidem puncta divisum; post quæ adducit longam orationem de eadem materia. Item, libro 2. Caput primum est *de ejus productione, & de gratia præservativa redemptionis à peccato originali à sua Conceptione, & festi celebratione à S. Anselmo, &c.* per totidem puncta latè. Item, fol. 80. Caput secundum: I. *De gratijs datis MARIÆ in instanti suæ Conceptionis.* II. *MARIA nec in creatione animæ suæ, nec in separatione sui corporis fuit subjecta dæmoni.* III. *Nunquam Virgo fuit absq; gratia Dei.* IV. *MARIA ab instanti suæ Conceptionis præservata à peccato originali.* V. *Per Conceptionem exempta à peccato originali, & ideo celebrant ejus Conceptionem.* VI. Miracula confirmant, *quòd Virgo in sua Conceptione & Nativitate non fuit prostrata à peccato originali.* VII. Apparitio S. Thomæ Faustino Episcopo Patav. dicentis: *Quòd ipse nunquam scripserit contra honorem Conceptionis MARIÆ Matris IESV.* VIII. Punitio eorum, qui prædicaverunt contra honorem Conceptionis. IX. *Dies festus Conceptionis determinatus 8. Decembris* prope festum Sancti Nicolai. X. *IESVS CHRISTVS per suam naturam & unionem hypostaticam absq; peccato: MARIA ejus Mater per gratiam præservationis.* Item, folio 88. Caput tertium est *de causa celebrationis festi Conceptionis*, per decem puncta divisum. In quibus omnibus adducit multa pro Immaculata Conceptione notatu digna. Lib. impress. Parisiis 1648. in folio.

Item, in libro: Les grandeurs & mysteres du saint Verbe incarné, libro 1. folio 5. Quòd B. Virgo MARIA nata ex sanctis conjugibus Joachim & Anna, fuit perfectior & sanctior omnibus creaturis, *non solùm per gratiam præservationis exempta in sua Nativitate à peccato originali, sed in sua Conceptione: nec voluit, quòd aliquo momento esset subdita illi, contra quam ille, nempe inimicus, fecit prælium mortale à principio, &c.* Quod latè prosequitur. Lib. impr. Parisijs 1635. in fol.

Item, in secunda parte de Verbo Incarnato, lib. 3. fol. 234. *Quòd B. Virgo per quandam gratiam specialem sibi datam præservata fuit, & exempta à peccato originali, &c.* latè. Item, lib. 5. f. 508. inquit: Et ego dico sub eadem ratione D. Thomæ, *quòd si B. Virgo cecidisset in peccatum originale*, non fuisset capax portandi in suo ventre S. Verbum incarnatum, nec vocari Mater Dei, &c. Quod prosequitur & probat deinceps. Lib. impress. Parisijs, ann. 1639. in folio.

JACOBUS Jansonius Amstellodamensis, Lovaniensis Doctor, in lib. Psalterium & Cantica, quibus per Horas Canonicas Romana utitur Ecclesia, in Cantic. B. MARIÆ Virginis, num. 3. *Quòd Virgo MARIA præveniente gratiâ fuit præservata à peccato, &c.* a fol. 843. usque 845. Vide lib. impress. Lovanij 1597. in 4.

Item, in Psalterio Davidico, Psalm. 50. num. 6. ad illud: Ecce enim in iniquitatibus, &c. fol. 269. inquit: Cùm ergo in utero ali, sive nutriri, aut foveri hoc loco describatur per concipi, opportunè hîc notabitur, hominem in Scripturis sacris dici concipi, non solùm cùm embrioni anima rationalis infunditur; sed etiam quamdiu fœtus animatus in utero ad corporis incrementum fovetur. Unde & Ecclesia in illis, qui arbitrantur Beatam Virginem MARIAM conceptam esse in peccato originali, *rectè celebrat festum Conceptionis ejus*, eò quòd ipsa dum adhuc in utero conciperetur, id est, ad incrementum animati corporis foveretur, ab his, atque adeò omnibus Christianis creditur esse sanctificata. Lib. impress. Lovanij 1597. in 4.

JACOBUS de Jesu, Presbyter Gallus, in libro: Exercices de devotion sur la vie de nôtre Seigneur JESUS-CHRIST, & de sa tres-saincte Mere la sacrée Vierge MARIE, parte 1. folio 1. *de Conceptione sacræ Virginis MARIÆ* Exercitium primum, ubi de ejus præservatione in Conceptione, &c. Parisiis 1635. in 4.

JACOBUS Joannis, Parisiensis Doctor Theologus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Gallus, in libro: Devotion particuliere des Pseaumes recitées en l'honneur de la glorieuse V. MARIE Mere de Dieu, fol. 20. *Orat. pro Conceptione Beatissimæ, & Immaculatæ Virginis MARIÆ: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem* &c. Et folio 24. *Virgo absq; macula,* & fol. 43. *Tu sine labe,* &c. Lib. impress. Parisijs 1634. in 24.

Item, in libro: Thresor sacré des prerogatives & grandeurs de la glorieuse & tres-sainte Vierge MARIE Mere de Dieu, divisé en trente-deux Chapitres, sur son Antienne Alma Redemptoris Mater, &c. c. 6. fol. 36. *Quòd prima Capella Immaculatæ Conceptionis erecta* fuit Parisijs in Conventu Augustinianorum, deque Missa quæ cantatur ibidem diebus

Dominicis, &c. Et ad marginem hab et, quòd Fratres Augustiniani induuntur habitu albo in honorem Virginis MARIÆ. Lib. impress. Parisijs 1620. in 8. Et cap. 8. demonstrat B. Virginem MARIAM statim post Christum fuisse prædestinatam.

JACOBUS Irring, in Historia Virginis Otinganæ, in Epistola dedicatoria *vocat Conceptionem Virginis MARIÆ Immaculatam*, &c. Lib. impress. Monachij 1643. in 4.

JACOBUS Junterbuick, Ordinis Carthusianorum Theutonicus, ad illa verba: Tota pulchra es; Sermonem *pro puritate Virginis*. Ita Petreius & Hippolytus Marraccius in Bibliotheca fol. 632.

JACOBUS de Laire Gallus, in libro: Theologie Françoise, où les Canons de la verité de Dieu, cap. 7. fol. 718. agit *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* latè usque 729. Lib. impress. Parisijs 1630. in 8.

JACOBUS Laurus Italus, edidit Symbolicam Descriptionem sanctissimæ Christi Conceptionis & Immaculatæ Virginis Conceptionis. De hac, quæ nostri instituti assumptum est, habet Symbola seu Carmina sequentia:

Sic Deus & Christum & MARIAM produxit in orbes,
Hic naturâ insons, gratiâ & illa nitet.
Insontis ramus semper frondescit olivæ,
Sic frondens, insons crimine, Virgo fuit.
Castanea hirsuto salva est circumdata tecto,
Sic salva antiquo crimine Virgo fuit.
Nescia corrumpi surgit generosa Cupressus,
Nescia sic rodi crimine Virgo fuit.
Gratiâ ut arca Noë trucibus servatur ab undis,
Sic servata ortûs crimine Virgo fuit.
Altitonum Regina timet non fulminis ictus,
Sic Virgo haud labis fulmina dira timet.
Turpia ne tangat servavit dextera Malum,
Sic servata malis Virgo decora fuit.
Solis sponsa nitet radiantem Solis ad ortum,
Sic Sole æterno Virgo micante nitet.
Insignis laurus quatitur non fulmine diro,
Sic ortûs Virgo crimine tuta fuit.

Hæc, & alia extant impressa in charta expansa Romæ 1609.

JACOBUS de Lenda, Ordinis Minorum, in Serm. Adventualibus habet *Sermonem de Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 41. & incipit: Qui elucidant me, &c. Lib. impress. Parisiis absq; anno impress. in 4. Item, habet alium Sermonem *de eadem Immaculata Conceptione* sub eodem themate: Qui me elucidant, vitam æternam habebunt. Ex dispositione impressionis Auctor fuit antiquus, & in sermone feriæ 3. Advent. agit etiam de præservatione Virginis.

JACOBUS Lernutius Belga, in lib. Preces metricæ, fol. 44. in Ode encomiastica ad Deiparam Virginem Deiparam, sic inquit:

Virgo Dei, conjux sine labe, puerpera Virgo, &c.

Impress. Duaci 1622. in 12.

JACOBUS de Lezze, Generalis Congregationis Cœlestinorum Italus, in libro Ceremoniarum ejusdem Congregationis, *de divino officio in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Rubricam. Item, *in nocte Conceptionis Dominæ nostræ* Benedictiones duodecim. Lib. impress. Bononiæ 1549. in 8.

JACOBUS de Lime, Ordinis Carmelitarum, natione Gallus, in lib. Exercitia piorum affectuum *ad Deiparam, potissimùm in suo Conceptu*. Manusc. extat in Bibliotheca Carmelitan. Transpontina Romæ. Ex Marraccio in Bibliotheca, folio 633. Pitheus folio 155.

JACOBUS Lobetius Belga, Societatis Jesu, in Libro de Peccato ejusque natura, Pœnis ac remedijs, proposit. 4. fol. 31. *Quòd sacratissima Virgo MARIA fuit libera & immunis a peccato originali*. Lib. impress. Antuerpiæ 1535. in 8.

Item, in Quæstionibus Theologicis, Historicis & Moralibus in Evangel. Dominicarum & Festorum totius anni, tom. 3. fol. 250. *in festo Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* Sermonem. Lib. impress. Leodij 1653. in fol.

JACOBUS Locher, alias dictus Philomusus, Orator eloquens, in suis Orationibus scriptis ac tenuit *sententiam præservativam Virginis MARIÆ à peccato originali*. Sic Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Conceptione Virginea, fol. 171.

JACOBUS à Logen-Hagen, Ordinis S. Salvatoris Tenerremundæ, in Commentarijs in Evangelium secundùm Lucam ex omnibus D. Augustini Operibus collectis, ad illud Ave gratiâ plena, inquit: A salutatione incipit, qui salutem in fine portavit. Sileat nunc à fœminis, sileat tortuosi serpentis male suasibilis sibilus; ad Matrem Domini nostri Angelus est locutus. Ave (inquit) gratiâ plena, Dominus tecum. Gratia refertur pro culpa: *plena dicitur, non vacua*; impleta est ergo gratiâ, & evacuata est culpa. Hoc modo & ipsa venerabilis Virgo nostra in suo Cantico plausit: Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. Ave gratiâ plena, Dominus tecũ. Dominus (inquit) tecum, sed plusquam mecum. Cùm divinæ salutationẽ illi cœlestem exhibuit. Cùm dixit Gratiâ plena, *ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ*, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Sic in lib. impress. Antuerpiæ 1574. in 8. Verba Augustini ab isto Doctore allata, multi & gravissimi Auctores intelligunt & explicant pro immunitate Virginis à peccato originali.

JACOBUS Magnus, Ordinis Sancti Augustini Gallus, in libro dicto: Sophologium sapientiæ, lib. 4. cap. 1. folio 32. vocat Virginem Mariam *incorruptam, virtutibus ac genere claram, ex cujus purissimis sanguinibus nutritus est Christus*, &c. Lib. impress. Parisiis 1506. in 4. Illud incorrupta non respicit corporis virginitatem, sed animi integritatem: & si incorrupta animo; igitur immaculata, id est, in nullo corrupta, ut alibi dixi. Et nihil aliud hic antiquus Doctor.

JACOBUS Major Apostolus & Sanctus, patione Galilæus, prædicavit in Hispania & instituit *festivitatem Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Ita Antonius de Quintanadveñas de Ecclesia Hispalensi, fol. 369. ad diem 8. Decembris, & alij quamplurimi in hoc Opere adducti.

JACOBUS Malatesta Lingoniensis, Baccalaureus Theologus Parisiensis, Gallus, in vigesima quarta Sorbonica, die 19. Octobris 1658. vocat absolutè *Immaculatam Conceptionem B. Virginis*. Sunt Theses impress. in charta expansa.

JACOBUS Marchantius, Sacræ Theologiæ Professor, Pastor Couvinensis & Decanus, Belga, in libro dicto: Quadriga MARIÆ Augustæ, qua in cœlum evehitur à Filiis, &c. folio 22. tract. 1. sect. 2. *de nostra Domina de Conceptione Neapolitan.* Item, tract. 2. sect. 1. folio 142. sic inquit: Quamvis ad

ad totum ex anima & corpore compositum, totidem stellis fuit coronata : *quia in utero matris fuit sanctificatione præventa*, ab Angelo salutata &c. Et tractatu 3. sect. 5. fol. 141. sic dicit : Unde de utraque pulchritudine tam spirituali, quàm corporali intelligunt illud : Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quod quidem videtur particulariùs insinuare illud in eodem cap. Cant. 4. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Bis pulchram dicit, corpore scilicet pulchram, *pulchram & animo; & maculam dicit non fuisse in te, quia nec in anima, nec in corpore.* Vide plura alia in Operibus ipsius. Impress. Montibus, anno 1648. in 8.

Item, in libro: Vitis Florigera de palmitibus electis odorem spirans suavitatis &c. folio 10. *in festo Conceptionis Virginis* MARIÆ, sub themate: Fundatur exultatione universæ terræ civitas Regis magni, Concionem in qua latè agit de præservatione Virginis Mariæ à peccato originali & ejus maculâ. Parisiis 1646. in 4 Vide etiam Hortum Pastorum ejusdem Auctoris.

JACOBUS de la Marchia, Beatus Ordinis Minorum Italus, scripsit varios Sermones *de Immaculata Virginis Conceptione à labe originalis peccati præservata.* Anton. Daza, lib. de Concept. cap. 6. fol. 42. & alij Auctores, quos tamen non inveni. Et utinam tanti viri & tam insignis concionatoris, & verbi Dei declamatoris zelosissimi Sermones de hac materia Conceptionis venirent ad manus nostras, ut simul cum illo S. Bernardini Senensis ejus contemporanei prodirent in lucem ad honorem ejusdem sancti viri & laudem Sanctissimæ Virginis Mariæ.

JACOBUS à Melphito Apulus, Ordinis Minorum Italus, scripsit Librum *de Conceptione Beatæ Virginis* MARIÆ. Ita Marrac. in Bibliotheca, & in Catalogo ad ann. 1561. Nescio, an iste fuerit quem Waddingus fol. 184. vocat Jacobum Panicotum Melphitensem. Vide etiam Pistoia, fol. 158. num. 72.

JACOBUS Mercatus Italus, scripsit *Typum Conceptionis B.* MARIÆ *Virginis.* Lib. impress. Neapoli in fol. Ita Antonius de Leon, classe 8. ex Apibus Urbanis.

JACOBUS Merlo Hustius, Sacræ Theologiæ Licentiatus, & in Ecclesia B. Mariæ Virginis in Paseulo Pastor, in libro: Paradisus animę Christianæ, sect. 7. fol. 507. ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: *Ira & maledictio in omnes filios Adæ, tu autem invenisti gratiam apud Deum, imò gratiâ plena es, omni natæ vitio, & cunctis virtutibus ac donis gratiæ referta.* Et ad illud: Benedicta tu in mulieribus: *Verè benedicta in mulieribus, quæ à communi maledictione, & conditione mulierum eximia*, fortè exempta, *ita ut nec sterilis maneas, nec virginitatem perdas, nec cum dolore parturias, &c.* Tu simul & fœcunda & munda, cruciatûs expers, maledictionem Evæ convertisti in benedictionem. Maledicta olim terra in opere prævaricantis, quæ etiam excitata spinas & tribulos germinat hæredibus maledictionis; at nunc benedicta terra in opere Redemptoris, quæ remissionem peccatorum, fructumque vitæ parturijt universis, & filijs Adæ sententiam originalis maledictionis dissolvit. Item, infra fol. 510. in Litania de Beata Maria Virgine ex Scriptura sacra vocat *sacratissimam Deiparam speculum sine macula, & gratiâ plenam.*

Item, cap. 4. in Rosario Deiparæ Virginis Mariæ, decade 1. fol. 515. inquit:

O, quàm fœlix & præclara,
Deo grata, nobis chara
Virginis Conceptio!
Quæ parentes infœcundos
Prole beat, nos immundos
Vitæ beneficio. Ave Maria.
O, quàm præstans atque pura,
Quæ transcendens carnis jura
Nescit improperium!
Eia clausum pande cœlum,
Recreatur inanhelum
Patrum desiderium. Ave Maria.
O, quàm fœlix fulsit hora,
Qua consurgens hæc Aurora
Mortis umbram dissipat!
Quæ natalem nata purum
Tota pulchra jam venturum
Mundo Solem nuntiat. Ave Maria.

Item, decade 3. folio 517. inquit:

Salve Virgo Christi parens,
Virgo salve labe carens,
Salve flos o Virginum,
Donum gestans singulare,
Paritura sine pare
Mox Ancilla Dominum.

Item ibidem, folio 589. inquit:

Tu fons roris, favus mellis,
Planta dulcis, nulli fellis
Subjacens contagio.

Lib. impress. Coloniæ 1630. in 16. Item, idem *de præclara Conceptione B. Virginis ac ejus puritate*, & quòd in ea nescierit improperiũ. Et fol. 520. Nulli fellis subjacens contagio. Et fol. 1526. Pulchra tota sine nota cujuscumque maculæ. Et etiam fol. 505. super Pater noster, & alibi. Lib. impress. Coloniæ 1644. in 12. regali. Alia quamplura habet Auctor iste pro omnimoda puritate Virginis Mariæ.

Item, in Oper. Sancti Bernardi, in introductione ad Opera S. Bernardi, fol. 103. ubi agit de Henrico de Hassia in tractatu manusc. in Biblioth. Carthusiensi Colon. circa maculam S. Bernardi, scripto ad Jacobum Abbatem Eherbacensem, qui ibidem præfuit annis 22. & mortuus est anno 1393. sic inquit Merlonius: Erant enim, *qui Bernardum tanquam Immaculatæ Conceptioni Virginis Deiparæ minùs faventem*, nescio quâ notatum maculâ, post mortem apparuisse spargebant, quos ille acriter redarguit, & Sanctum Doctorem à nota egregiè vendicat, &c. & adducit verba Henrici de Hassia, cum annotatione speciali ad verba Petri Abbatis Cellensis, ac deinde Carnotensis Episcopi. Item, in Annotationibus seu Scholiis, fol. 31. agit latissimè de mente S. Bernardi *circa Immaculatam Virginis Conceptionem* in Epistola 174. ad Lugdunenses, & incipit: Hæc de Conceptione Virginis Deiparæ ad Canonicos Lugdunenses Epistola, integris libris & tractatibus occasionem præbuit, &c. & discurrit latissimè indagando mentem S. Bernardi: ipse tamen tenet ac profitetur piam sententiam. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1641. in fol. magno.

JACO-

JACOBUS Milesius à Pontana, Ordinis Minorum Hibernus: Præclara palma cœlestis arcani *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ* diuturna fidelium pietate radicata, sacrâ Scripturâ copiosè locupletata, sanctorum Patrum suis quibusque sæculis sententijs roborata, continuâ Fratrum Minorum doctrinâ tutata, eorumdem & aliorum devotione acceptata. Opus ingeniosum in charta expansa.

Item, fecit Typum *Conceptionis Immaculatæ V. MARIÆ*. Impress. Neapoli. Ex Marrac. & Waddingo, folio 184.

Item, in libro: Catechismus pro Hæreticis Anglis, Scotis, &c. fol. 13. adducit *imaginem Immaculatæ Conceptionis*. Lib. impress. Neapoli, anno 1635. in 8.

Item, in libro: Corona, ò vero sacro settenario della Beatissima Vergine MARIA dalla stessa Vergine revelata, &c. vocat Virginem puram, *Immaculatam* & gratiâ plenam, atque fol. 36. inquit:

Madre del Genitore
Tu che sei l' Eva sine væ beata.

Lib. impress. Neapoli 1631. & 1632. in 8.

JACOBUS Milorus vel Melorus de Bognolo Italus, in Scala Quadragesimali, gradu 21. fol. 200. *Quòd Virgo MARIA exempta fuit à peccato originali, &c.* Lib. impress. Neapoli 1614. in 4.

JACOBUS Monachus, natione Græcus, scripsit Sermonem *de Conceptione & Nativitate Virginis Mariæ*, qui (ut inquit Gibbonus) invenitur in Bibliotheca Esfortiana manuscr. num. 65. Vide Possevinum, & Leonem classe 7. Ioann. Eusseb. in libro Except. cap. 13. folio 180.

JACOBUS Naclantus, Episcopus Elugiensis, in libro: Scripturæ medulla Arcanorum Christi, quibus singulæ mundi sunt locupletatæ ætates, &c. folio 227. & 230. *vocat Virginem MARIAM intactam & purissimam*. Lib. impress. Venetiis 1561. in 4.

JACOBUS Nisibiensis Episcopus, cognomento Sapiens, natione Syrus, in Cantico in laudem Beatiss. Virginis, vocat ipsam dilectam & sanctam, *puram*, victricem, triumphantem, gloriosam & *perfectam*, &c. quæ summam ejus puritatem indicant. Vide Marrac. in Antist. Marian. fol. 289.

JACOBUS N. antiquus, *scripsit de Conceptione, Nativitate, & rebus gestis B. MARIÆ Virginis*: de quo agit S. Eustachius Antiochen. Quis autem fuerit hic Jacobus, vide Leonem Allacium, & Marrac. in Biblioth. fol. 640.

JACOBUS Ottherus, recognovit librum: Navicula pœnitentiæ, editum à Joanne Kerssersbergio, in quo est illa sententia: *MARIA sine corruptione originalis peccati concepta & nata est*, &c. Vide infra Auctorem allegatum. Lib. impress. charact. antiquis in 4.

JACOBUS Paniscotus Melfitensis, Ordinis Minorum, in Opere seu Expositione Psalmi: Domine quis habitabit, &c. parte 1. *agit de Conceptione Virginis MARIÆ* latissimè. Et quia Tractatus ratissimus est, decrevi hic singula Capita, quæ per modum Dialogi inter Davidem & Salomonem ipse adducit, ordinatè referre. De macula peccati originalis, Caput primum. Quid antiqui, & maiores nostri Patres de Messiæ Salvatoris Matre senserè, quid cæteræ nationes? Cap. 2. Mahumetani confitentur & tenent *Virginem præservatam fuisse à peccato originali*, Cap. 3. David Matrem Messiæ absque omni macula peccati originalis conceptam fuisse sentire videtur, Cap. 4. Opinio, quæ tenet Virginem conceptam fuisse in originali, Cap. 5. Deinde prosequitur: Opinio, quæ tenet Matrem Messiæ ab originali præservatam fuisse, Cap. 6. Lib. impress. 1535. in 4. & approbatus à Cæsare Baccono Protonotario Apostolico Ecclesiæ Sancti Bartholomæi de Rivoalto, & Patriarchæ Venetiarum Vicario Generali. Est cum alio Opere ipsius Auctoris de S. Fidei art. in Colleg. Rom. B. 8. n. 69.

JACOBUS de Paradiso sive Interboch Germanus, Ordinis Carthusiensis, inter alia multa quæ scripsit, edidit Sermones, & unum de Beata Virgine MARIA, fol. 305. cujus initium est: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, scribitur Canticorum 4. Scimus, quòd amor rerum, id est, quòd aliqua res amatur, &c. ubi fol. 312. agit latè *de præservatione Virginis à peccato originali, ac de festivitate Conceptionis*, & citat Concilium Basileense. Signum quòd post ipsum scripsit, Extat in Bibliotheca Patrum Carthusianorum Coloniæ Agrippinæ litt. O. num. 85. in folio.

JACOBUS Perard, Societatis Jesu Gallus, in libro: Trophées des Saincts, composez en l'honneur de Dieu, de la Saincte Vierge, &c. tomo 2. à folio 761. *de Conceptione Virginis MARIÆ* per ejus die Sermones tres, usque ad folium 792. in quibus latè probat ejus præservationem à peccato originali. Lib. impress. Parisiis 1635. in 4.

JACOBUS Perez de Valentia, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, & Episcopus Chrisopolitanus, super Psalmum 45. ad illud: Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob, *de Immaculata Virginis Conceptione* habet expositionem pulchram.

Item, idem in Canticum Virginis MARIÆ Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna, &c. pro *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ mysterio* positionem latissimam, à fol. 330. usque 340.

Item, in Psalm. 13. ad illos tres versus: Sepulchrum, Quorum, Contritio, littera B. folio 48. inquit: Est verum, quòd nullus Sanctorum superadictorum potuit evitare originale peccatum, quod anima contrahit per consortium ex carne corrupta, *à qua regula fuit excepta B. Virgo MARIA, &c.*

Item, in Psalm. 45. ad finem, ex illis verbis Psalmi: Adjuvabit eam Deus manè diluculo, tractat latissimè & eruditè quæstionem *de Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 108. usque 111. Vide ibi. Lib. impress. Parisijs 1548. & Venetijs 1586. in 4. in parte 2. & Parisijs 1518. in fol.

JACOBUS Perius Pistoriensis, Ordinis Minorum, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Franciscus Maria Pistoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 5. folio 159.

JACOBUS Philippus Bergomensis, Ordinis S. Augustini Italus, in lib. Supplementum Chronicorum, ad annum mundi 5185. de Ortu *MARIÆ* Virginis Matris Christi, *ubi Virginem vocat sanctam, & intactam corpore & mente*, &c. Vide finem lib. fol. 160. Atque libro 8. ad annum 5199. vocat *Virginem MARIAM puram & illibatam*, &c. Vide ibi. Lib. impress. Parisijs 1535. in folio.

Item, lib. de claris mulieribus, cap. 1. de MARIA Virgine perpetua, Deique Genitrice gloriosissima, cœlorum atque Angelorum Regina, multa dicit à folio 16. usque 27. pro immunitate Virginis. Et quia liber singularis est, aliqua transcribere

bere decrevi, & incipit sic: MARIÆ Beatissimæ, & *Immaculatæ* semper Virginis Genitricis Dei, ac Domini nostri Jesu Christi vitam consummatissimam, omniumque perfectissimam hoc in exordio scripturus, &c. Quæ quidem omnia cùm divina mens in illa ineffabilis æternitatis & sapientiæ suæ luce prævidisset, Matrem suo Filio coëterno omni naturæ munere perfectam, omni virtute præditam, omni suæ beneficentiæ munere præornatam, denique qualem Dei Matrem esse conveniebat, in amplissimo & suæ mentis utero priùs procreavit. De qua quidem æterna nativitate Sapientiam divisse reor, prout etiam sanctæ Ecclesiæ consuetudine edocemur, quâ discimus peculiare ipsius sanctissimæ Virginis subsistere præconium, cui specialis est attributa Lectio: Ab initio & ante sæcula, &c. Simile quid est in Proverbijs ex ipsius persona, quæ Beatissima Virgo est: Dominus creavit me ab initio viarum suarum, in opera sua ante sæcula fundavit me in principio antequam terra fieret & abyssus, priusquam procederent fontes aquarum, priusquam formarentur montes, ante omnes colles generavit me Dominus, &c. Joachim autem castissimus, sanctissimusque vir ex huiusmodi stirpe divina tandem procedens, Annam æquè sanctissimam fœminam duxit uxorem, ex qua, cùm jam multis annis nullos suscepisset liberos, & uterque nihilominus castissimè, religiosissimèque viveret) sobolem, quam illis neque ætas, neque natura dederat, summis à Deo precibus & votis demum impetravêre, divinam & supra naturam mirabilem: *divinus enim Angelus utrique, seorsim sanctissimæ puellæ Conceptum, partumque promisit.* Nota igitur, suo tempore ipsa puella Maria, &c. Hucusque Bergomensis, & infra vocat sæpe Virginem Mariam Immaculatam. Lib. impr. Parisijs 1521. in folio, & Ferrariæ 1497. in folio. Illud solùm pro nunc breviter nota, quòd si Virgo fuit omni virtute prædita, & Deus eam omni beneficentiæ munere ornavit; igitur & justitia originali. Deinde, si dum concipitur fuit sanctissima; igitur absque culpâ concepta extitit.

JACOBUS Philomusius, Poëta antiquus, anno 1509. provocatus à quodam P. Ordinis Prædicatorum, qui venit Ingolstadium quæstûs causâ, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ incipiunt: Pica loquax, &c. Deinde alia Carmina contra Wigandum, quæ incipiunt: Wigandus Monachus, &c. Extant impress. cum alijs opusculis in 4. sine anno impressionis, in Collegio Societatis Jesu Lovanij, quæ transcribere hîc nolui, quia nimis pungentia sunt.

JACOBUS Pintus Sacernensis, Societatis Jesu, in tom. 1. de Christo Crucifixo, *de Conceptione Immaculatæ MARIÆ* adducit plura; ut videre est in indice, verb. Maria Deipara. Lib. impress. Lugduni 1624. in folio.

Item, tom. 2. de Christo crucifixo, lib. 6. titulo 3. sect. 1. fol. 99. super illud: Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, atque de ejus præservatione à peccato originali* latè, & alibi passim per totum librum, ut videre est in indice, verb. Maria. Lib. impress. Lugduni 1644. in fol.

JACOBUS Pistorius vel Pistoria aut Pistoia, Ordinis Minorum Italus, scripsit Sermonem unum *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impr. Florentiæ 1616. ut refert Marrac. in Catalogo. Alij dicunt scripsisse plures Sermones de hoc mysterio; sed cùm non viderim illos, fides sit apud Auctores ipsos referentes.

JACOBUS Platel, Societatis Jesu Belga, in libro: Synopsis cursus Theologici, &c. part. 3. cap. 3. §. 4. dicit de B. Virgine Maria: Potuit mereri totam sanctitatem habitualem, & cætera dona supernaturalia accepta post primam gratiam, quibus decenter dispositа fuit ut esset Mater Dei: imò etiam *immunitatem ab omni labe originali*: quia ista non fuerunt principium ejus meriti, ac proinde potuerunt esse illius præmium. Probatur *specialiter de immunitate à labe originali*: quia potuit primo instanti suæ animationis elicere actum amoris Dei super omnia, ergo mereri saltem de congruo gratiam sanctificantem, originalis impeditivam. Confirmatur: quia licet Conceptio B. Virginis sumpta materialiter, sit (saltem connaturaliter) necessariò prior naturâ omni ejus operatione & merito; formaliter tamen ut Immaculata, potuit esse naturâ posterior aliquo ejus actu meritorio, &c. Lib. impress. Duaci 1661. in folio. Vide ibi reliqua.

JACOBUS Pochetius, Belga Poëta, in libro: Apollinis spiritualis oraculum, sive pro electione Imperatoris ad sacros Imperij Electores, &c. fol. 48. in salutationem Angelicam, ad illud: Ave Maria, inquit: *Ave Regina cœli, quæ fuisti & eris semper sine væ peccati.* Ave pax, gaudium & salus mundi, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Francofurti 1658. in 12.

Item, Chronica achrostica piæ Virgini Matri Labe Carenti sacra.

> Ve Mater Dei Chara, Virgo pLena gratIâ.
< erè CLara pIetas & pVra Dei IMago.
M Vge MaLI In te aDæ & eVæ nesCIa.
V agna DeIpara VnICè tVta à LabIs nota.
> neCe Interna DVrI poMI soLa serVatæ.
M egIna CœLI, Io! tota pVra & MVnDa.
I gnoras CVLpaM eVæ ô pIa DeIpara.
> ngeLIs pVrIor Ipsa DeVM Confers.
D aVDe, tV à MaLItIa es IntaCta.
V egIna pVLCherrIMa VIrgo Deo grata.
> MaLo eVæ VaCas, Io pIa DeIpara.
I Vta es, ô DIgna regIna, MaCVLa non est In te.
I n spLenDore eXorta es, pIa & sanCta Maria.
> rCa In te pVra, aLMa VIrgo DeIpara.
D orta LVCIs tV nobIs es, ô Mater Dei!
I apsVs aC reatVs aDaMI non te tangIt & angIt.
I n Ipsa es habItaCVLVM Dei.
V æVVS non est In te, ô IntaCta DeIpara.
> VLa Dei pVrItate MICans es.
D VLCeDo spei à sVperIs nobIs Data.
O Verè beneDICta Inter MVLIeres!
V VnDa orIgo es & pVra CœLI regIna.
I VgVM aDæ Longe est à te, ô sanCtIs pIetas.
V atVM Dei LaCtans Ipsa VIrgo es.
< erè MVnDa, sanCtæ pIetatIs pLena orIgo.
S anCtorVM gLorIa VIrgo DeIpara.
I V DIgna es sine MaCVLæ notIs.
I n VIrgo CLara Ipsa DeVM parIs.
O anDore nItens sVperas oMnes fILIas eVæ.
< era CLarItas à nobIs oMnIno VeneranDa.
M ater pIetatIs VaLe ô VIrgo DeCora.

ORACVLVM ASSISTENS FIDEI,
sive,
SINCONCEPTIO
MACVL
AC PECCATI NÆVO.
(sive)
MARIÆ DEIPARÆ PVRITATIS ET INTEGRITATIS CLARA ASSERTIO.
EDITIO SECVNDA DILATATVR.
pro Magno Dono & felici Xenio.

Hæc ACTV PHOEBI SOCIVS Theoremata pangit,
Vt, quicunq; leget, sit pietatis amans.
His {*Ana* / *Epi*} *grammatibus credatur, oportet; ab illis*
Major erit nobis Spes, Amor atq; Fides.
Virgineæ Matris laus dilatanda per orbem,
Diversis à me gessit abire typis.
Cum tot Ei dotes sint, quot sunt sidera cœlo,
His tanquam gradibus scandit ad alta throni.

OMEN DE CŒLO, CLVIQVE BENIGNITAS.
SANCTISSIMÆ CHRISTIPARÆ ABSQVE PECCATO ORIGINALI CONCEPTÆ AIT:

Non minor Angelicâ naturâ nosceris esse,
Subdita peccati non fuit illa jugo.
Aligerûm prælata Choris Regina vocaris,
His virtute præis purior: ordo petit.
Sanctior his (inquam) cum sis, hinc infero quòd Te
Labes atq; lues tangere nulla potest.
Sit condigna Tibi, Virgo, laus inde decusq;,
Gaude primævi libera labe patris.

SANCTÆ MARIÆ DEIPARÆ SINE LABE VITIOSÆ ORIGINIS:

Quòd concepta viges, Virgo, sine labe priore,
Hic Anagrammatices cantat Apollo sonis:
Musarumq; novem Chorus integer ipse Serorum
Accinit, affirmans sæpius illud idem:
His ACTV PHOEBI SOCIVS metra consona subdit,
Cœtus ut hæc volvens, sit quasi multa videns.

CENTVM LAVDES INTEGRITATIS
(sive)

Centum Anagrammata Deiparæ Virgini sine peccato originali conceptæ sacra, quæ emanant & sunt eruta ex his sequentibus Salutationis Angelicæ verbis per Achrosticum:

AVE MARIA GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

ARCA PURA NATI DEI, EUM TEGAM ALMO SINU.
Arca Dei nati, quòd sis bene pura, fateris,
Et tuus almus eum quod teget ipse sinus.

ANA SEMPER IMMACULATA VIRGO DEI NATA.
Ana Dei Virgo Tu dilectissima nata,
Pura cui semper vel sine labe manes.

EIN VIRGO, EN DEIPARA SUM, AT IMMACULATA.
Ein Deus elegit sibi Te pro Matre futura,
Immaculata quod es, protinus inde patet.

MARGARITA COELI SUM NIVEA APTÈ MUNDA.
Margarita quod es cœli bene lucida, dicas
Quæ candore suo scit superare nivem.

PULA SUM TOTA MUNDA, AC REGINA REPERTA.
Pula quòd es summi Regis, Reginaq; talis
Empirei, rutilans totaq; munda, probat.

REGINA SUMME DIVA, PURE INTACTA À MALO.
Regia divinæ Tu stirps es mentis, ab omni
Quod cunctos maculat, libera dicta malo.

STA EVA SECUNDA MALUM IGNORAT PRIMÆ.
Ignorat labem primæ sic Eva secunda,
Non fuit, est, nec erit conscia dicta mali.

ANTE CASUM ADÆ PERMUNITA I ALMA VIRGO.
Ante nefas Adæ Tu permunita manere
Diceris, ô Virgo Mater amanda Dei!

GAUDIUM COELI NATA MERE PURA AMANTIS.
Gaudia multa paris cœlo, dum gignis Jesum;
Tu quæ nata simul Mater amantis eras.

RUAT ANGUIS AMARÈ, IMMANE CAPUT ELIDO.
Ruat libertas data sit, ruat anguis amarè,
Nam caput ejusdem vis tua magna terit.

AGE MUNDA, I PURA, TOTA MIRÈ SINE MACULA.
Alma Dei Genitrix age quod vis, puraq; pergas,
Immundus mundus Te maculare nequit.

HUC ERGO IMMACULATA, NAM DEIPARA VENIS.
Hu sine labe micas Virgo purissima Mater;
Ad nos suppetias dando, venire soles.

I REGUM PATRONA, EN DIVA IMMACULATA.
I Regum Patrona potens & maxima Diva;
Ostia cunctorum sunt patefacta Tibi.

AGE, IDEA SANE CLARA OMNIUM PURITATUM.
Apta Deo Genitrix ut sis, vult Spiritus almus;
Non inter puras dignior esse potest.

PURA ANTE ORIGINEM IMMACULATA VADIS.
Pura cunctis vadis Sanctis ab origine mundi,
Inde suam Matrem Te Deus ipse facit.

LAPSUM AC REATUM ADAMI NIVEA IGNORAT.
Labe cares ut nix, non lapsum nonq; reatum
Adami potuit mens subivisse tua.

EN VIRGO NATA, DIVA SEMPER IMMACULATA.
Ecce potens Virgo, quæ divo digna favor,
Et prima semper plena nitore micas.

NEGAMUS JURE MACULAM IN TOTA DEIPARA.
Nos in Matre Dei maculam labemq; negamus,
Quam natura suis omnibus ipsa dedit.

AGE, NUMEN PARIS Ô DIVA TER IMMACULATA.
Alma paris Numen sine væ vitioq; Virgo:
Est in Te triplex Virginitatis honos,
in partu, antè & post.

DEI SUMMA IMAGO, CLARA ET PURA INVENTA.
Digna satis quòd eras tanquam cœlestis imago
Credimus, ut fieres Mater amata Dei.

O CLARAM ET SANE PURAM DEI VIVI GNATAM.
Omnibus esse patet Te cœli lumine claram,
Vt tu sis vivi Filia grata Dei.

MAGNA DEIPARA UNICE TVTA E MORSU MALI.
Magna Dei Genitrix à pomi labe remissa
Sola manes, omnis quo maculatur homo.

IRAM MACULAMVE ADÆ PENITUS IGNORAT.
Ignoras omnem maculam quâ ladit ur Adam,
Illius non Te tangit & angit onus.

NIVEA MATER IESU CUI PAM ADAM IGNORAT.
Nunquam Te potuit cunctorum tangere culpa,
Candida cùm Virgo sis Genitrixq; Dei.

VERUM DEI AGNUM INTACTA À MALO PARIES.
Virgo, Dei verum paries benè fertilis Agnum.
Prædicat hoc nobis Spes, Amor atq; Fides.

SANE DIGNA MERITOQVE PURA IMMACULATA.
Sane digna sacris meritorum dotibus una
Plena manes Virgo, par cui nulla fuit.

HII REGIA PURÈ MUNDA ANIMA AMICTA SOLE.

Te Regum Regi mens Regia nosceris esse;
Vt fuit, & nunc est, Sol Tibi vestis erit.
TVM MICAT TONITA, ALME PURA DOMUS AUREA.
Tum micat tonita micas almè Domus aurea pura;
Mystica tres Reges dona tulère Tibi.
COELUM APERIS TU REGIA, MUNDA ANIMATA.
Coelum aperis tu Regia, munda animata
Electo Regni portas aperire rogata,
Exoratis Servi vota precesq; tui.
ORNA DEO IMMACULATA ES MATER PURI AGNI.
Ornata placens Domino cùm sis & candida Virgo:
Hinc Agni puri Mater es alma Dei.
NATURÆ NEGO IN DEIPARÂ IUSTÂ MACULAM.
Natura nescens, quàm sis pia iustaq; Mater,
In te peccati jure negabo jugum.
AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.
AVE PATRONA MUNDI, IURE IMMACULATA ES.
Ave patrona mundi, mundi Patrona, rogaris
Hoc carens vitio, mundi Patrona, rogaris
Vt digneris ei ferre salutis opem.
VIRGO VENERANDA EN IPSAMET IMMACULATA.
Virgo pia clemens, venerandaq; semper, ubique
Robur opemq; tuis Immaculata dabis.
VIA SINE TUTA PURA, MIRACULUM MAGNI DEI.
Via sine tuta pura, miraculum magni Dei,
Tu si Tibi par nemo, profers miracula mundo
In magni sancto nomine multa Dei.
VALE MATER VIRGO PIA, IAM VALE SANCTE MUNDA.
Vale Mater, ô Virgo flagrans pietatis amore,
Hinc tua plebs zelo sit calefacta tuo.
VIDIT ET EVAM IN MACULA PURE IGNORASTI.
Vidisti culpam nescis, & protinus Evæ
Ignoras labem, noscq; beare potes.
REGINA MIRA, TUTA A COMMUNI LAPSU ADÆ.
Regina mira, tuta a communi lapsu Adæ
Regina cœli nomen doteque mereris
Vt Tibi sint, cùm nil Te maculare queat.
VIRGO ALME AMATA, PURA, MUNDA NITESCE.
Virgo alme amata, pura, munda nitesce
In Te Virgo vigor reperitur magnus & almus,
Integritate tuâ tota nitesce polo.
VOCE PURE ANIMATA, MIRE CUMULATA DONIS.
Voce tot sacros quot agis, celebrabo lubenter,
Mirificis donis es cumulata nimis.
CONCEPTUM DEI PARIENS Ô PURA IMMACULATA!
Conceptum dum Domini paris ae alis omne creantis,
Illa Tesimilem vix reor atq; parem.
REGINA MUNDI ETIAM PURA ESTO À MACULA.
Regina in optatis nobis da spemq; fidemq;
Regia cùm tua nos mens ubicumq; regat.
VIMICI, EN PURA GENUIT ADAM SALVATOREM.
Vivida nostrorum Virgo tu gignis Adamum,
Qui pietate suâ nos amat atq; beat.
TU REGINA PIA, SUMMA ET MUNDA COELI ARCA.
Tu pia directrix mundi, Reginaq; cœli
Nos bene præservans sic ut in arce tegas.
TU AGE PURA A SORDE ET MUNITA IN MACULAM.
Tu macula primi cùm sis munita Parentis,
Rebus in adversis robur opemq; feras.
ALMA INVICTA, EVA VIRGO SEMPER MUNDA.
Alma precor, vel sis nobis munimen asyli,
Forte erit tua vis, Virgo, potensq; nimis.
PURE IMMACULATA ES, NAM VIRGO DEI NATA.
Parvum es puris mulieribus unica cunctis,
Namq; sibi natam Te Deus esse cupit.
PUGNI AMARI A NECE PURA TU À SUMMO DATA.
Pugnum dat pomum, quod nobis prorsus amarum
A nece, quam dat idem, pura manere potes.
PVRGO SINE MACULA AVITA, NAM DEUM PARIT.
Pvrgo hos concludo, quòd sis sine labe priore,
Cùm fœtus ventris sit Deus ipse tui.
PULTER IMMACULATA, PURA, EIA ERGO MUNDA.
Pulter Immaculata, pura, eia ergo munda,
Nobis Tu lux es niveo quæ clara nitore,
Eia micare soles, & sine labe manes.
AMORIS MAGNI RE ELECTA MUNDA, EIA PURA.
Amoris magni re electa munda, eia pura.
Ancillam Domini Te dicens, numen amoris
Eligeris, Mater digna futura Dei.
DIGNAM TE IURO (EVA) PARTAM SINE MACULA.
Digna Te iuro (Eva) partam sine macula,
Divam Te cœli juro Dominamq; potentem,
Et quòd non mulier purior ulla fuit.
O DIVAM INGENTI MACULA PRÆSERVATAM!
O Divam cœli, Dominam sine labe repertam
In terris! O nos prorsus ubique reos!
MUNDA AGE, I PURA, TOTA MIRE SINE MACVLA.
Munda age, i pura, tota mire sine macula,
Mundior esse nequit, nec purior extat in orbe,
Admiranda diu, non imitanda semel.
ISTA EVA REGINA MUNDO ALMÈ PURA MICAT.
Ista Eva Regina mundo almè pura micat.
Ipsa cani debes Regina suprema, per omnes
Terrarum gentes pura, coruscа micas.
NATI DEI MATER ALMA, PURA UNICA EGO SUM.
Nati Dei Mater alma, pura unica ego sum.
Nascenti Domino Tu dulcia basia præbes,
Hinc dicis quàm sis pura placensq; Deo.
VIVAM DEO INTEGRA, IMMACULATA PARENS.
Vivam Deo integra, Immaculata parens.
Vivere Te Domino, bene cùm sis integra, dicis;
Hoc à Te dicto verius esse nequit.
SUMMA COELI IANUA, PURA ET DIGNA MATER.
Summa coeli ianua, pura et digna Mater
Summa poli nobis Tu janua nosceris esse,
Cum pia sis, clemens, digna parensq; Dei.
TU IURE IMMACULATA, Ô MAGNA DEI PARENS!
Tu iure Immaculata, ô magna Dei parens!
Tecum Sanctorum dotes sunt protinus omnes,
Cùm Tu sis astris clarior apta Deo.
TIBI PURA DEI AMANS ET IMMACULATA VIRGO.
Tibi pura Dei amans et Immaculata Virgo.
Tu nec, quòd es Domini Mater purissima, constat,
Et Virgo pariter quæ redamaris amans.
CREATOREM GENUI ALMA, PIA, MUNDA, IUSTA.
Creatorem genui alma, pia, munda, iusta;
Clara nimis titulis insignibus omnibus illis,
Dicas quòd fueris gignere digna Deum.
UNA EST DEIPARA VIRGO, EN IMMACULATAM.
Una est Deipara Virgo, en Immaculatam.
Unica Tu Virgo Genitrix es cuncta Creantis
Ignorando virum; res ea mira nimis.
MUNDA È MACULA ORIGINIS ET PURE AMATA.
Munda è macula originis et pure amata.
Munda manens splendes, tua non maculatur origo,
Conscia nullius nosceris esse mali.
AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.
AGNI PURI MATER UNA DEO IMMACULATA ES.
Agni puri Mater una Deo Immaculata es.
Agni tam puri Mater quem lacte fovebas,
Æterno fulgens ejus honore micas.
UNA PARIES DEI NATUM, ERGO IMMACULATA.
Una paries Dei Natum, ergo Immaculata.
Virgo Dei Natum paries: Te dignior esse
Nulla potest; es enim tota parata Deo.
EIA MUNDA PARENS ET IMMACULATA VIRGO.
Eia munda parens et Immaculata Virgo.
Tuque vigere vales Domini purissima Mater,
Et sine labe manens Virgo micare potes.
MATER JESU AMATI ET VIRGO PLANÈ MUNDA.
Magnificare velint omnes Te Mater IESV:
Quòd quoq; sis Virgo candida, nemo neget.
AUGUSTE IMMACULATA NOMINER DEIPARA.
Augustè cùm sis sine crimine labeq; nata,
Christiparæ nomen jure tenendo micas.
REGINA DIVA MATER, EN MULTÀ POMI VACAS.
Regina diva Mater, en multà pomi vacas.
Regius omnino genius tuus esse probatur,
Hinc multà pomi jure vacare potest.
NÒ! REGINA PURA ET IMMACULATA MUNDA ES.
Non Te Letitiæ nostræ bona causa manere
Nescitur, ô clemens Virgo Parensq; Dei.
A CULPA ADÆ MERÈ IMMUNIS TANTA VIRGO.
A culpa quòd sis immunis, dixerit omnis,
Cum non præter te, Virgo parensq; fuit.
GENUI CREATOREM MUNDA, PIA IUSTA, ALAM.
Genui Te Summi Domini genuisse fateri,
Iure potes; cùm sis candida, justa, pia.

REGIA MATER, EN MULTÂ POMI VACANS DIVA.
Rex Regum multâ pomi de jure vacare
Te voluit, fieres ut sibi digna Parens.

AGNI IMMOLATI PURA MATER EVA SECUNDA.
Agnosci cupiens Agnus tuus (ô pia Mater)
Est immolatus, tormina multa ferens.

TOTA SINE MACULA ADAM, PURE GERMINAVI.
Tota lubens toti mundo succurrere gestus,
Dum bene vis fieri Mater amata Dei.

IMMACULATA DEIPARA EGO AURUM NITENS.
In Te, Virgo nitens, aurum bene dicitur esse,
Cùm Tu sis Genitrix Immaculata Dei.

APERTÈ IMMACULATA, I VIRGO SANE MUNDA.
Ampla Tibi virtus, vigor est quoq; sanus, apertè
Immaculata manens Virgo Parensq; Dei.

PROCUL ANGUIS À ME UNA MATRE DEI AMATI
Exulsus sit, dicas, procul anguis & error ab una
Te Genitrice Dei, quem bene semper amas.

TAPSUM AÇ REATUM ADAMI NIVEA IGNORAT.
Tabimur heu miseri! nos omnes sicut Adamus,
Et sumus inde rei, Tu bene pura manes.

ECCE PARIS DEUM VIRGO ANTEA IMMACULATA.
Ecce paris Regum Regem qui cuncta creavit;
Virgo, vel ut fueras antea, pura manens.

NITIDA Ô SUMME REGINA ET PURA À MACULA.
Nulla fuit labes in Te Regina suprema,
Adami primo crimine sola cares.

AMANTI SUMMO DILECTA REGINA, PURA EVA.
Amfueris Domino prorsus dilecta supremo,
Labe carens cùm sis, hoc satis ipsa probas.

DEIPARA INVENTA SUM, ERGO IMMACULATA.
Digna Deo Genitrix ut sis, reperiris amata,
Hinc constat, quòd Tu labe priore vacas.

O JESU EN DIGNA MATER, PURA, IMMACULATA.
O pietatis amans IESV! tua Mater abundè
Est pia, mirificè candida, pura nimis.

MATER JESU DIGNA ET PURA À MACULA OMNI.
Mater digna Tibi fuit, optime maxime IESV,
Cùm fuerit verè candida, pura, pia.

IPSAMET IMMACULATA VIRGO VENERANDA.
Immaculata Tibi stirps est ab origine prima,
O veneranda pijs Virgo, Parensq; Deo!

NESCIA MALI, EUGE PURA, MUNDA, TOTA MIRA.
Nescia Virgo mali cùm Tu sis, mundaq; tota,
Debebas fieri Mater amata Dei.

VIRGO À MACULA ADÆ PATENTER IMMUNIS.
Virgo labe carens, maculâ quoq; prorsus ab omni
Immunis, non Te dignior ulla fuit.

SAT PURA È MALO ADAMI INCREATUM GENUI.
Sancta Creatorem bene Te genuisse fateris.
Sat puram Matrem Te cupit esse suam.

TU PARENS VERI DEI, Ô MAGNA IMMACULATA.
Te veri Matrem Domini bene prædicat omnis,
Te quoniam puram protinus esse sciat.

EN VADES Ô PURA MATER AGNI IMMACULATI.
En vades ad eum, qui puram diligit unam,
Vt sibi sit Mater, Tu pia talis eras.

CARA DEI NATI EUM TEGAM ALMO SINU, PURA.
Cara Deo Patri, Mater sis inclyta Gnato,
Spiritui sancto Sponsa parata prius.

VENERANDA, MITIS, EGO PURA, IMMACULATA.
Virgo Parens, nobis mitis, venerandaq; prorsus
Vt Sol pura micas integritate nitens.

MUNDA MATER JESU PERGAM, AT INVIOLATA.
Magnificans Dominum pergas, ô Mater IESV!
Munda nimis, necnon inviolata manes.

AVE MARIA GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

ANIMATA VIGET PURÈ AC MIRÈ SOLA MUNDA.
Alma vigore tuo splendes animata superne,
A maculis Adæ libera sola micas.

ANA EST IMMACULATA VIRGO, EN DEIPARA.
Virginitate potens sis unica Mater IESV,
Non Adæ labes, nec tibi nævus inest.

EN ERGO IMMACULATA, SI PARIAT UNA DEUM.
Ensi Virgo tuum Dominum sis gignere digna,
Ergo cani debes unica labe carens.

MAGNA DEIPARA VENIT, MORSU MALI VACET.
Magna venis Virgo quæ gignis cuncta creatum,
A morsu pomi protinus ergo vacas.

ANECE MALI DURI POMI TU MAGNA SERVATA.
Anece cùm fueris pomi servata superne,
Digna cani poteras Virgo Parensq; Dei.

REGINA SUM DIVA, ME JURE INTACTÂ A MALO.
Regia stirps in Te, necnon mens nescitur esse,
Te potuit talem tangere nulla lues.

ISTA VIRGO ALMÈ, PURÈ AC MUNDÈ ANIMATA.
Ipsamet es Virgo Genitrix animata superne,
Alma nimis cùm sis, candida, munda, pia.

ADORAVI TE PURAM SINE MACULA GENITAM.
Alba quòd ut nix es, cecini per cantica centum,
His, tot AVE fumens, Virgo benigna fave.

Delparæ Verè sIne MaCVLIs.
Cùm Tibi tot dotes sint, quot sunt sidera cœlo,
O nobis clemens, Virgo Parensq; Dei,
Hæc quoties repetit supplex { Ana / Epi } grammata vates,
Angelicum toties tunc Tibi dicit Ave.

sanCtIssIMæ VIrgInI DeIparæ sIne Labl nata.
Hæc Tibi, Virgo Dei Genitrix, Anagrammata sacra,
Vel se dans hæc dat gratia sola Dei:
Quando salutavit Te Gabriel Angelus, illo
Tempore composuit quæ modo scripta patent.
Hæc ACIVPHOEBI SOCIVS dictata superni,
Scribit, & optat eis ut sit habenda fides.

PIæ MarIæ DeIparæ VIrgInI oratIo eLegIaCa
Intemerata manens Virgo concepta fuisti,
Digna sat, ut fieres Mater amata Dei.
Quod fuit, est, & erit, cedat tibi candida Virgo,
Cùm tantùm solo sis minor ipsa Deo,
Sint sine labe nives, quid erit formosius illis?
Hæ tamen à maculis crimen habere solent.
His mea metiri propono pericula damnis,
Nititur in fragili forma pudica bom.
Mollibus insidijs dum nos ferit ipsa libido,
Et pungunt Paphiæ corda pudica faces,
Si posco, præbebis opem, flammasq; nocentes
Extingues nivibus, candida Virgo, tuis.
Non nunc illecebræ, non quæ pro crimibus angues
Ventilat, aut Pluton dirus obesse potest.
In te spero meis si votis Virgo secundes,
Non potero Domino non placuisse Deo.
Felix, cœlesti cui munere, tota benigna,
Crimina das lacrymis occuluisse suis.
Mens quoq; quæ superas tantummodo cogitat astra,
Semper servandi certa pudoris erit.
Post cœlibatum sterilem, cœlestibus arvis
Quæ perdurabit, gloria messis erit.
Virgo Parensq; tibi tuus hæc per cantica servus
Dicit Ave, cui nunc ac in agone fave.

angeLI gabrIeLIs saLVtatIo hIs pIIs repetenDa MetrIs.
Alma Parens Christi, parvo succurre clienti,
Hoc tibi qui versu pangere gestit Ave.
Unica quæ reliquis placuisti pulchrior Esther,
Et merita es sceptrum tangere Regis, Ave.
Effformata Dei digito sculpente tabella,

Qua

Quæ Moyses legis dogma recepit, Ave.
Porta magna ferens quicis gratior atria posit
Ingrediens, vultum cernere Regis, Ave.
Arca mensa, super quam fœderis arca quievit,
Ex ligno Sethim facta decenter, Ave.
Horrida Vellus Gedeonis rore liquescens,
Expers & liquidi postea roris, Ave.
Sanda docens refluentes Virga per undas,
Cum submersa fuit gens Pharaonis, Ave.
Arca Philistæas potuit quæ vincere turmas,
Non secus atque manu tela vibrasset, Ave.
Gloria, quâ Domini fuit omnibus agnita nubes,
Ejus cum populum Manna cibavit, Ave.
Regia progenies, Salomonis digna sedili,
Ejus quæ lateri proxima sedit, Ave.
Angelicis iuciata choris super æthera scandens
Femina divinæ conscia mentis, Ave.
Una quæ virga, ferax Christi nascentis origo,
Magna simul nostræ causa salutis, Ave.
In medio positum Paradisi nobile lignum,
Ex quo tota hominis vita pependit, Ave.
Ampla domus Domini, Salomonis churnea sedes,
Pulchra quidem visu, pulchrior intus, Ave.
Picta fronte micans radians tu nubibus Iris,
Vivaci hic signum fœderis esset, Ave.
Nympha tamen primis non degustata labellis,
Sed libata Deo, munus ut esset, Ave.
Excelsis erecta rotis Aurora coruscans,
Quæ evaderes Christi nuntia Solis, Ave.
Numen effigiem Speculum sine labe remittens,
Candor ab æterno fidere lucis, Ave.
Imago Genitrix sanctiq; Magistra timoris,
Et pia divim Mater amoris, Ave.
Extra Sampsonis discerpens ora Leonis,
Cui sua cæsio copia mellis, Ave.
O Rubi, qui medio quamvis videaris in igne:
Attamen es flammis inviolatus, Ave.
Armore, cui solutho, gemmis auroq; decorum
Templum, quod Soboles regia struxit, Ave.
Aggere & valido fons obsignate sigillo,
Quo viventis aquæ desluit humor, Ave.
Virga quidem formosa tamen vultuq; decora,
Quam sacer in terris Sponsus amavit, Ave.
Vinea virtutum gravidis onerata racemis,
Quam Deus æthereo fonte rigavit, Ave.
Insidians valido serpentem robore furca,
Cujus in aspectu mors fugiebat, Ave.
Qui nos infirmos piscina probatica sanans,
Proximus ut lymphas moverit ales, Ave.
Regnes cujus duodenus luce coruscat
Stellarum numerus tempora cingit, Ave.
Vidi fœcundi Libani fructus in vertice montis,
Et quamvis Platano celsior arbor, Ave.
Nunc precem faciam, Virgo salveto MARIA,
Laudibus hoc cunctis nomine major, Ave.
Hæc quamvis Judith Holofernem dextera truncans
Non, velut illa suos, ut tueatis, Ave.

Conceptio Divæ Virginis Mariae.
Anagramma.

Inea vigore pacis vincit amor Dei.
Orbata fructu connubij Parens,
Dolore magno sesterilem diu
Dum flevit Anna, grata tandem
Vota habuit moderator Orbis,
Fusasq; tanto cum gemitu preces
Matris Parentis noluit irritas
Illius ast alvum recluſit
Prole datâ toties petit â:
Formatur Infans, membraq; sanguine
Concreta Matris, fœminæi ferunt
Sexus figuram, mensq; corpus
Fusa animat Superûm favore.
Originalis num sceleris carens
Labe embrionis Spiritus hic fuit?
Antiqua lis est, non Thaliæ
Dulcisonis dirimenda metris.
Favens amori, quam pietas docet,
Amica nobis semper opinio
Arrisit: omni labe puram
Asserimus vitij MARIAM;
Desideratæ sic melius sacer
Vigore pacis vincit amor Dei,
Sub propria haud dæmon Tonantis.
Dum tenuit ditione Matrem.
Id dignitati convenientius
Tuoque honori, Virgo Puerpera,
Deiq; Mater mox futura
Esse etiam ratione constat.
Nos primi Adami mortiferum genus
Contracta noxæ debita solvimus:
MARIA Adami sed secundi
Virgo parens *sine labe fulges.*

Extant manusc. apud nos in folio.

JACOBUS Polius Marcoduranus, Ordinis Minorum Germanus, in lib. Exegeticon historicum S. Annæ aviæ Christi, inter alia habet hæc verba: *Sancta Anna fœcundatur, Virgo Deipara intro modo concipitur*, Caput unum. Lib. impress. Coloniæ 1640. in 8. Item, in cap. alio: *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ mysterium inclarescit, assertio ejus confirmatur, & cultus propagatur.* Extat apud nos manusc. Item, in prædicto libro *habet Hymnum de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* ex Romano Missali. Impress. Lugduni 1632.

Item, in lib. Historia sanctorum Joachim & Annæ geneseos, vitæ, transitûs, & connexorum, necnon quæstiones pro tuenda veritate asceticæ, par. 1. à fol. 62. sub titulo: *Conceptus Filiæ SS. Ioachim & Annæ*, agit latè de ejus purissima Conceptione & præservatione à peccato originali. Lib. impr. Herbipoli 1653. in 8.

Item, in descriptione Provinciæ Colonienſis scripsit *de defensione mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ab Ægidio Delpho Magistro Parisiensi. Vide verb. Ægidius.

Item, in Relatione ejusdem Provinciæ, verb. Confratria, fol. 111. *agit de Confraternitate Immaculatæ Conceptionis*, à Fratre Guilberto Nicolai sive de Ave Maria, ad annum 1514. fundata Coloniæ & Antuerpiæ in æde S. Georgij, cui concessit auctoritate Apostolica indulgentias decem Evangelicarum virtutum B. Virginis, &c. Item, ibidem *de Confraternitate Conceptionis B. Virginis MARIÆ* fundata à D. D. Ferdinando Bavaro Archiepiscopo Colonienſi, in Conventu Fratrum Minorum ad Olivas, die 28. Februarij 1647. ac de indulgentia ibi promulgata die 8. Martij an. 1653. per D. D. Gregorium Pulum Stravium Episcopum Ioppensem, concessa à sanctissimo Innocentio X. die 23. Aprilis ejusdem anni, quam habemus manusc.

JACOBUS Pontanus, Societatis Jesu, natione Bohemus, in 3. tom. sive 3. par. libri dicti: Attica Bellaria, sive Litteratorum secundæ mensæ ad animos ex contentione & lassitudine studiorum, lectiunculis exquisitis, jucundis & honestis relaxan-

dos, &c. Syntagma II. continens serta duodecim Deiparæ Virgini ex ejus attributis, & Græcorum Patrum scriptis contexta, additis nonnullis ad ejusdem ..... pertinentibus, fol. 672. Ex Liturgia S. Jacobi Apostoli, vocat *MARIAM immaculatam, inculpatissimam, Templum sanctificatum, &c.* Et ex Gregorio Thaumaturgo: Per quam humano generi vetus restituta est dignitas, illustriorem, puriorem & sanctiorem omnibus hominibus; purum & sincerum à *reprehensione alienum oblectamentum*, cujus mens nive candidior, semper virens incorruptionis Paradisus. Ex Joanne Chrysostomo: In quam corruptio cadere nequit, quæ mortem primæ matris in utero submersit. Ex Joanne Damasceno: Bonum & imprædicabilem mundi thesaurum, rosam de spinis *sine macula* in sponsam Dei custoditâ, humanæ naturæ decus, & primæ genitricis Evæ correctionem: vitem sarmentatam ex Anna prodeuntem; Templum Dei sanctum, quod spirituali modo Salomon ille princeps pacis ædificavit, *ab omni labe*, puris puriorem, sinceram, innocentem, divinoque spiritu sanctificatam animam; glebam mundam, puteum non fossum. Et ex Germano Patriarcha Constantinopolitano: Super Angelos, Deo simillimam, ô homo propter primum hominem de terra, & ô Deifica propter secundum de cœlo. Ex Andrea Cretensi, & Antipatro Episcopo: Purum thalamum, incorruptam, benedictâ, quæ finem maledictionis apportavit. Et ex Andrea Patriarcha Hierosolymitano: Electam à Deo antequam nasceretur, terram sanctam virginalem ex qua novus Adam, &c. sacrum Dei fermentum, quo totius generis humani massa denuò fermentata est. Et ex Methodio Patarensi Episcopo: Quibusvis generationibus sublimiorem, *vestem immaculatam*, verè omnis sanctimoniæ copiam. Et ex Georgio Charthophilacio: In qua thesauri gratiæ sunt repositi. Quæ omnia, & alia reperies à fol. 671. usque 699. Lib. impress. Augustæ Vindelicorum 1620. in 8. Hæc uti fragmenta in sanctis Patribus Græcis relativè judicavi esse apponenda.

Item, in libro Floridorum, lib. 4. qui est primus de B. Virgine MARIA, *de Immaculata MARIÆ Conceptione ac sanctificatione* Carmina varia, ad illud: Tota pulchra es amica, &c. à fol. 114. usque 129. Item: *Quòd Virgo MARIA fuerit pulchrior Sole, labis vacua, rosa inter spinas, & sanctè concepta.* Reperies ibidem, folio 154. & fol. 159. & 174. & 178. Lib. impress. Ingolstadij 1602. in 4.

JACOBUS de la Porte, Ordinis S. Augustini Belga, in libro: Le Glaive de douleur, qui outreperça l'ame de la tres-sainte Vierge MARIE, cap. 10. fol. 120. *Quòd numquam sacra Virgo MARIA incurrit in aliquod peccatum veniale, cùm fuerit præservata à macula originali*, quæ est via & fomentum actualium, &c. Impress. Duaci 1645. in 8.

JACOBUS du Retz Insulensis, edidit Orationem *de Conceptione B. MARIÆ Virginis* habitam in Sodalitate Corrigiata, anno 1629. ubi latè probat ejus præservationem ab originali peccato. Impress. Insulis 1630. in 12.

JACOBUS Raymundus Genuensis, Ordinis Carmelitarum Italus, scripsit Sermones *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, ut refert Marrac. in Biblioth. fol. 641. & in Catalogo ad annum 1618. Pistoia fol. 155.

JACOBUS Reymolanus vel Kermolanus, natione Flander, scriptit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum, de quo Hipport. Marrac. in Catalogo ad annum 1508. ex Cassanate. Leon, classf. 9.

JACOBUS Salianus Avinionen. Societatis Jesu, *de Immaculata Virginis Conceptione* narrationem, in tomo 6. Annalium Ecclesiasticorum veteris Testamenti, ad annum 4037. num. 6. fol. 726. Lib. impress. Lutetiæ 1641. in fol. & 1624.

Item, in libro de Amore Dei, lib. 3. cap. 24. folio 112. inquit: *Par erat utique istam Angelorum æquam proportione Regis Filij sui extra ordinem cæterorum eligi ac prædestinari, prærogativa singulari ab omni macula immunem servari decorum erat, suprema quadam sanctitate, & excellentissimis gratiarum ornamentis efformi decorari, &c.* Lib. impress. Lutetiæ 1631. in 4.

Item, in Epitome Annalium Ecclesiasticorum &c. ad annum mundi 4037. Olympiade 150. Sanctique Augusti Imperatoris 27. ante Nativitatem Christi 16. *Quomodò concepta fuit Virgo MARIA non absq; miraculo, &c.* Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1638. in fol.

Item, in Enchiridio Chronologico sacræ & prophanæ historiæ, fol. 322. ad annum mundi 4037. *de Ortu B. Virginis, &c.* Lib. impress. Coloniæ 1638. in 4. Et quòd ibi loquatur de Conceptione, constat; nam anno 4038. loquitur de Nativitate ipsius in Civitate Nazareth.

JACOBUS Schellebroot, Societatis Jesu Belga, in Theologia habitâ Lovanij die 7. Julij, anno 1648. Theti de Verbi Divini Incarnatione, hæc defendit: *Virgo etsi ab originali macula remota, verè tamen & propriè fuit à Filio redempta.* Impress. ibidem in 4.

JACOBUS Schoeperius, Presbyter Germanus, in tomo 3. suarum Concionum adducit Sermones tres pro feriis *Conceptionis Virginis*, super illa verba Ego quasi vitis, à fol. 48. & inter alia sermone 3. hæc habet: Est igitur sensus, quòd & Mater concipienda quidem ac nascitura ex parentibus peccato originali infectis; *verùm concepta ac nascitura citrà originalis peccati sordes, & immunitas* & omnium virtutum virore prædita. Quæ pæne quæ Ecclesia docet, *MARIAM* (quæ nimirum ipsissima Messiæ Mater est) *conceptam natamq; ipsis ne originis vitio, incorruptam (inquam) ab omni labe peccati præservatam divinitus*; atque hoc ita oportuisse, &c. Et prosequitur adducendo rationes. Et super Evangelium: Erat Jesus ejiciens dæmonium, adducit Conciones duas *de eadem Conceptione*, in quibus latè probat ejus immunitatem ab originali peccato. Lib. impress. Termoniæ 1558. & 1560. in 8. & Coloniæ 1570. secundùm Joannem à S. Maria in supplici libello, qui etiam affirmat Concionnes esse sex.

Item, in libro: Conciones in Epistolas & Evangelia Dominicalia, in Concione 28. de Salutatione Angelica, fol. 210. inquit, loquendo cum Virgine Maria: Ab æterno singulariter electa & ab ipso mundi exordio per oracula Prophetarum mirabiliter præmonstrata, *& in Conceptione sui sanctissima adeò vita à quovis peccati tum originalis, tum actualis nævo mirabili prorsus modo præservata, &c.* Lib. impress. Coloniæ 1562. & 1555. in 8.

JACOBUS Sleftatinus, Poëta laureatus, scripsit Carmina seu Librum de triplici Candore, & candore 1. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Sic citat eum R.P. Daniel Agricola in Corona Doctorum pro immunitate Virginis, fol. 171. à tergo

à tergo, & Sebastianus Brant in sua Invectiva contra Maculistas.

JACOBUS Suarez à S. MARIA, Ordinis Minorum Hispanus, Episcopus Sagiensis in Gallia, in lib. cujus titulus est: Conciones viginti tres in tria prima Apocalypsis Capita, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum. Extat à fol. 640. usque 665. Lib. impress. Lugduni 1599. & 1605. in 8.

JACOBUS Tettorius Senensis, Ordinis Minorum, scripsit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Daza, cap. 6. fol. 50. De hoc Auctore dicit Waddingus, folio 186. quòd scripsit Sermones, quorum initium est: Nondum erant abyssi; quæ verba respiciunt Conceptionem. Vide Marrac. in Biblioth. fol. 646. & in Catalogo ad annum 1523. Henricum Wilottum, fol. 201. Pitsium, fol. 158.

JACOBUS Tigeou Angevienſis, Magister & Doctor Theologiæ, &c. in libro: Les œuvres de Sainte Cecile Cyprian jadis Evesque de Carthage, tres-victorieux Martyr, &c. fol. 284. E 1. & 2. A. *Quòd Virgo MARIA nullum habuit peccatum originale nec actuale.* Vide in indice. Lib. impress. 1574. in folio.

JACOBUS Tirinus Antuerpiensis, Societatis Jesu, tomo 3. Commentariorum in S. Scripturam, folio 114. ad illa verba: Ave gratia plena, inquit: *Erat enim MARIA, utpote futura Mater Dei, ipsa omnibus Sanctis dignata omnis generis gratiâ, maximè verò gratia sanctificante: unde & præ omnibus creaturis placuit Deo.* Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1632. in fol. Nota, quòd si habuerit MARIA omnem gratiam sanctificantem, habuit etiam justitiam originalem: illa enim gratia justificans fuit in statu innocentiæ contenta sub gratia justificante ut sic. Item, si præ omnibus creaturis placuit Deo, præ Angelis & Adamo creatis in justitia & gratia; ergo. Item, idem Auctor, tomo. 1. ad cap. 3. Geneseos, fol. 98. ad illa verba: Ipsa conteret caput tuum, inquit: Uti & per mulierem præcipuè designatur B. Virgo MARIA, quæ pariendo nobis Christum (primarium & nobilissimum semen seu filium mulieris) facta est verissima Eva, id est, mater viventium (idque vita longè præstantiore, scilicet spirituali & æterna in cælis) ita pœnitus contrivit caput, & potentiam hujus serpentis. *Primò quia nullum peccatum, nec quidem originale (quod primum, & quasi caput est omnium peccatorum) in se admisit;* deinde quia nullum etiam peccati fomitem, &c. Lib. impress. Antuerpiæ, ut supra.

JACOBUS Tonerius Romanus, in indice Martini de Azpilicueta Navarro: *Quod MARIA Virgo immunis à peccato, etiam originali fuit.* Lib. impress. Romæ 1588. in 4.

JACOBUS Tribesco Brixianus, Canonicus Regularis Lateranensis, in libro Responsionum ad mille quæsita in omni ferè facultate, quæst. 657. adducit auctoritatem B. Aug. *Excepta Sancta Virgine MARIA, &c.* & nihil aliud. Venetiis 1588. in 4.

JACOBUS Typotius Germanus, scripsit Homiliam *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impr. Pragæ ad ann. 1595. ut refert Marrac. in Catalogo Mariano.

JACOBUS Vietius Polonus, qui obijt Cracoviæ ad annum 1597. edidit Conciones *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Marrac. in Catalogo Mariano.

JACOBUS de Vitriaco Episcopus Tusculanus, & S. R. E. Cardinalis, in lib. Sermonum in Epistolas & Evangelia Dominicalia, in vigilia Natalis Domini fol. 79. sic inquit: Cùm igitur prædictis rationibus desponsata esset Mater JESU MARIA Joseph, inventa est prægnans simul & Virgo: *inventa est habens in utero de Spiritu Sancto, Mater simul & filia, Mater Sancta, Mater Immaculata & intacta.* Item, fol. 53. inquit: Neutram autem maledictionem Christi Mater incurrit, *sed per omnia benedixit Dominus terram suam*; concepit enim sine culpa, & peperit sine pœna. Ecce, inquit Dominus, nova facio omnia. Mutata est maledictio Evæ in benedictionem MARIÆ, *sola à generali maledictione fuit libera*, &c. Si per omnia fuit benedicta MARIA, ergo & in Conceptione. Item, infra in Sermone de Natali Domini: Facta est enim quasi navis institoris de longè portans panem suum, sicut Salomon ait. Eva quasi navis confracta & submersa fuit, Beata autem Virgo navis integra fuit, &c. Sicut Sol super omnem irrationabilem creaturam obtinet præeminentiam, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem. In calore Solis attende Virginis claritatem; in rotunditate integritatis, illius perfectionem. *Sol per loca polluta transit, & B. MARIA Virgo pollutum mundum impolluto calle pertransijt.* Impress. Venetijs 1578. in 4.

JACOBUS Ungarellus, Ordinis Minorum Italus, in Summa Angelica R. P. Angeli de Clavasio, verb. Feriæ, tom. 1. fol. 529. habet Scholium, seu notam marginalem: *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque originali peccato*, & quòd ita est tenendum; quia totus mundus id tenet, exceptis paucis, &c. Lib. impress. Venetijs 1582. in 4.

JACOBUS de Voragine, Januensis Archiepiscopus, Ordinis Prædicatorum, in suo Mariali sermone 6. inquit: Virgo Beata habuit magnam pulchritudinem; tunc autem anima est pulchra, quando est sine peccati macula; & illud notatur cùm dicitur: Ave, idest, sine væ alicujus peccati, sive originalis, sive mortalis, sive venialis. Ideo Sponsus eam alloquitur dicens Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Ipsa enim fuit pulchra, quia sine peccato originali;* fuit tota pulchra, quia sine peccato mortali; & fuit Dei amica, quia tota pulchra amore cœlesti, &c.

Item, serm. 2. Sabbati secundæ hebdomadæ ait: De Beata Virgine dicitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; ipsa enim fuit pulchra, quia ab omni peccato mortali pœnitus elongata; ipsa fuit tota pulchra, *quia in carne & anima ab omni originali aliena;* ipsa fuit sine macula, quia ab omni veniali immunis effecta, &c. Fuit enim, ut pulchrè deducit S. Thomas, *sine peccato mortali, originali & veniali.* Rari sunt, qui sibi caveant à venialibus; rarissimi, qui nascuntur sine originali, &c. Hucusque Januensis. Ex quibus verbis potest deduci, quomodò Doctores antiqui enumerabant diversas maculas in origine, seu hominis generatione: nàm in carne & in anima constituebant defectus, ideoque dicit Auctor iste, quòd MARIA in carne & anima fuit ab omni originali aliena. Quando ergo alibi constituit in MARIA peccatum originale, loquitur de carnis macula.

Item, Sermone sexto & septimo de Annuntiatione citatur *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, de quo alias latè agimus. Citatur etiam in Legenda Historiæ Lombardicæ pro Conceptione Virginis:

ginis: sed perperam; nam illa Legenda non fuit Januensis, sed alterius; de quo vide Lombardicam Legendam.

JACOBUS van Weerden, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 23. Julii anno 1652. Thesi 15. de Originali, hæc defendit: *Et ab illo fuit & ab illius debito esse potuit immunis ex Filij meritis sanctissima ejus Mater.* Impr. ibidem in 4.

JACOBUS Wimphelingus Germanus, Presbyter Spirensis, scripsit ad Dominum Bertoldum Archiepiscopum Moguntinum, Volumen celeberrimum Hexametro & Pentametro elegantissimè, *de triplici candore Beatissimæ semper Virginis MARIÆ, contra impugnantes purissimam ejus Conceptionem.* Sic Pistoia, corona 2. cap. 8. fol. 226.

Item, *contra Fratrem quemdam Conceptionem Dei Genitricis, & Basileense Concilium impugnantem & projicientem, elegantes & instructas Epistolas.* Ita Hippolytus Marrac. in Bibliotheca, fol. 649. & in Catalogo ad annum 1465.

Item, ad finem opusculi Henrici de Hassia ad candidum Lectorem, qui incipit: Suscipe tandem hilari vultu, inquit: *Dominam nostram venerare, immunemq; à contagio crede;* nec dubites, &c.

JACOPONUS de Todi, vel Jacobonus, Beatus Ordinis Minorum, Italus, in suis Poëticis Operibus, Ode 6. fol. 277. loquens de B. Virgine Maria, inquit:

O Virgen piu che femina
Sancta MARIA beata,
Piu che femina dico,
Ogni Huom nasce nemico
Per la scrittura splico
Santa se pria che nata:
Stando nel ventre chiusa
Poi alma ci fu infusa,
Potenza virtu vosa
Sit' hà sanctificata,
La divina unione
Si ti santificone.
D' ogni contagione
Rimanesi illibata
L' original peccato
Che Adam ha seminato
Ogni Huom con quello è nato
Tu se da quel mondata.
Ninn peccato mortale
In tuo voler non sale
Et da lo veniale
Tu se da quel mundata, &c.

Extat in libro impress. Venetijs in 8. & 1617. in 4. cum Annotationibus R. P. Tresati de Lugnano, etiam Ordinis Minorum. Vincentius Bandellus, & Gabriel Barelete hunc citant pro sua sententia, mutatis tamen aliquibus verbis, non tamen essentialibus: sed immeritò, ut latè explicat & declarat ejus Commentator, & nos diximus in Sole Veritatis. Vide ipsum, ne actum agamus.

JAQUES Fodere, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Traicté des Indulgences & conservation des celles du Cordon de S. François, &c. in Litania Virginis Mariæ, fol. 265. postquam vocarat eam rosam inter spinas & speculum sine macula, inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Domina.* Lib. impress. Lugduni 1617. in 12. Nescio, an sit diversus à præcedenti Jacobo Foderè; & sic sub dubio relinquo.

JAUMES Roig, Doctor Hispanus antiquus, scripsit Librum ligatâ oratione sub hoc titulo: Llibre de Consells, los quals son molt profitosos, y saludables, axi per al regiment, y orde de ben vivre, *com per augmentar la devocio à la purissima Concepcio della sacratissima Verge MARIA, &c.* Thema, seu libri scopus sunt illa verba: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Impress. Valentiæ 1532. in 4. & in principio habet pulchram imaginem Conceptionis cum attributis circumdatam illis verbis: Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo. Vixit Auctor, ut in eodem lib. dicitur, anno 1450.

JAYME del Portillo & Sosa Hispanus, & Canonicus Guatimalæ in Indijs, elaboravit Librum, cujus titulus est: Primera parte de la Chronica general de los Templos, y casas famosas, que tiene la Virgen Maria por todo el mundo, &c. in hac prima parte, ubi adducit quinquaginta Sanctuaria, cap. 15. fol. 114. loquens de Domina nostra del Azedo, una legua de la villa de Trazejo campo de Tineo, en el Principado de Asturias, &c. agit latè *de Immaculata Virginis Conceptione absq; originali peccato, &c.* Lib. est manuscr. in folio & extat in Bibliotheca D. D. Antonij Rodriguez de Leon Pinello, Consiliarij Hispalensis, jam approbatus ab Ordinario.

JAYME Prades, Doctor Hispanus, in lib. Historia de la adoracion, y uso de la santas Imagenes y de la imagen de la Fuente de la Salud, lib. 4. cap. 2. §. 2. & 13. folio 424. vocat Virginem Mariam absque macula, & adducit indulgentiam Clementis VII. Pontif. Max. *pro die Conceptionis Virginis Deiparæ, &c.* Lib. impress. Valentiæ 1597. in 4.

JAYMES Primus, alijs Jacobus Conquistator dictus, Rex inclytus Aragoniæ Hispanus, fuit ille, qui ut Deiparæ immunitatem firmissimis fretus columnis, & in suis Regnis in perpetuum stabiliret, sacram Religionem de B. Maria de Mercede, regia magnanimitate fundavit. *Unde hæc de ejus à primo sui exordio illa festum Immaculatæ Conceptionis cum octava solemniter celebrat, &c.* Verba sunt Joannis Antonij Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculate concepta, dissert. 10. adnot. 1. num. 7. fol. 310. Ojeda in informat. cap. 8. Vide Ægidium, lib. 3. & 6. art. 3. & 4.

Item, de ipso etiam dicitur, quòd nullus Principum Aragonum erga puritatem Dominæ nostræ in ejus Conceptione affectum suum ita declaraverit, sicut iste: hic enim in aciem produxit magnum Religiosorum numerum, qui piam opinionem tuerentur, id est, Religiosos Ordinis B. Mariæ de Mercede, *Conceptionis Immaculatæ generosissimos defensores, &c.* Ita Marcus Salmanticensis in Memoriali Ordin. folio 243. Marrac. in Regibus Marianis, fol. 130.

JAYMES de Rebulloſa, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro cujus titulus est: Conceptos espirituales sobre la Magnificat, del Muy R. Cel. Calderario de Vincenza, Canonigo Lateranense, traduzidos en Español, y añadidos hasta Lecciones enteras, &c. Lect. 3. hecha en el santissima dia de la Concepcion de nuestra Señora, sobre Tota pulchra es amica mea, &c. inquit: Y aun esta deve de ser la causa, por la qual nos dize el Evangelista, tiene su assiento (esto es la Luna) debaxo de los pies de la Virgen santissima: & Luna sub pedibus ejus; esto es, tiene Maria santissima debaxo de

de sus sagrados pies *todo lo que dize defecto, mancha, ò fealdad como cosas que non tienen que ver con ella, ni es possible hallarse en ella, por ser toda hermosa, &c.* Lib. impress. Matriti 1600. in 8.

JAYMES Tenza, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Summario indulgentiarum Religionis, ad diem 8. Decemb. fol. 50. agit *de indulgentijs concessis pro festivitate Conceptionis Dominæ nostræ, &c.* Lib. impress. Matriti 1611. in 8.

JAYMUS de Oleja, Poëta Valentinus, in quodam Certamine Poëtico habito anno 1486. scripsit *de Concept. Immaculata V. MARIÆ.* Vide Ferran. Diaz.

IDIOTA, sive Raymundus Jordanus, vir antiquus & sanctus, in opusculo de Virgine Maria, sub hoc titulo: De pulchritudine Virginis Mariæ, *affirmat Conceptionem ejusdem Virginis fuisse absque macula*, in tomo 1ô. Biblioth. Veterum Patrum. Lib. impress. Coloniæ 1618. in fol. & seorsim in impressione facta Parisijs 1634. in 4. regali edita à R. P. Theophilo Raynaudo, Societatis Jesu & in Paralypomenon, à fol. 469.

IGNATIUS Albanus Meratensis, in lib. 3. Epigrammatum, fol. 53. in Epigram. ad B. Virginem, sic concludit:

Pulchrior at multò es, Virgo, & formosior omni
Auro, bono, gemmâ, sidere, luce, rosa, &c.

Impress. Mediolani 1612. in 4.

IGNATIUS de Coutinho, Ordinis Prædicat. Hispanus, in lib. Promptuario spiritual sobre os Evangellos das festas dos Santos, &c. par. 1. tract. 3. da festa da Conceiçaon da sacratissima Virgen, de qua agit à folio 44. usque 67. sed præcipuè à consideratione 6. cujus titulus est: Em que se trata da Conceiçaon da purissima Virgen, May de Deos, & se mostra com has Escrituras divinas, & doutrina dos santos Padres, sua singular pureza, & rara santidade. Numero igitur 1. inquit: Ben he verdade que se considerarmos à natureza da Virgen soberana, parece que pedia à razaon, qué sua generazaon fusse semelhante à dos mais descendés de Adan, si mas recorrermos à poderosa mao de Dios, & à efficacia de sua divina graza, necessariamente avemos de dizer, que assi como ò seu Divino Verbo humanado (que en Adan foi figurado) foi por modo diverso do que ò saon os outros homes nas entranhas de suas mays, no ventre purissimo da Virgen concebido, è formado assi he fez de propotsio singular posento & lhe fabricou hun Paraiso especial ornado dà toda àvariedade de virtudes, è diversidade de gracias logo na sua formazaon enriquecidas, &c. Infra, num. 3. tractans, quòd Conceptio Virginis fuit sicut dies cœli, non verò sicut dies terræ, inquit: Figura muy propria da Virgen sacratissima, trono soberano, en que avia de descansar à grandeza de noso Deos, *na qual nam avia de haver tarde, nem minguante de luz, isto he da divina graza, &c.* Deinde affirmat, quòd Virgo processit à Judæis spinosis tanquam rosa, sed sine culpa. Et infra num. 9. loquens de natura Unicornij animalis ita mundi, ut nullum permittat ad cubiculum suum accedere, inquit: Foi profetizar à pureza, & santidade da quella Virgem, que para May de Deos, templo seu, en que elle avia de fazer sua habitazaon, avia de ser chea de graça, & nella confirmada, *de feiçaon que nunca à avia de perder, porque em nehum tempo ousaria de chegear à sua alma animal algun immundo ou bicho peçonhento isto de peccado, ou aparençia delle, &c.* & nesta Senhora (despois de ser illustrada da divina graza) nam ouve nunca en ella nemhuna pequena sombra de alguna leve imperfecçaon, sempre foi pura, sempre foi santa, sempre flor suavissima, &c. Item, infra num. 13. inquit: Discorrendo por este principio, parece concluise eficazmente, que à oamor de Christo pertenecia defender sua May de todas as culpas, & pecados (despois de sua primera graza, y por que se à nao livrara delles, nem celava sua autoridade na forma que convenhia, nem acudia per sua reputazaon, da maneira que importava, & à boa conveniençia pedia que ficese extraordinarias ventaxens à May, da quem imediatamente avia de tomar carne humana, *preferindoa nos favores à todos os mais filhos de Adan, pois ò foro da May redunda en autoridade do Filho.* Et infra num. 15. *Porque como na casa santissima da alma, & entranhas da Virgen nam ouve resaibo algum de culpa, por leve que fosse &c.* para que se entenda quam parecida he ha pureza da May do Filho de Deos à de seu eterno Pai, senanque, ò que elle he per naturaleza, tem à Virgen pollo beneficio da graza, &c. Lib. impress. Ulyssiponæ 1636. & Matriti 1646.

Item, in Sermone Jubilæi pro die Palchatis Resurrectionis seorsim impress. ad illa verba: Sed & fructus ejus dulcis gutturi meo, plura adducit *de puritate atque pulchritudine Virginis MARIÆ.* Vide ibi. Impress. 1630. in 4. & in Mariali Barchinone 1639. à folio 54. usque 82. Sermo est integrè impressus.

IGNATIUS Derkennis, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij die 13. Julij anno 1639. Thesi 15. de Originali peccato, hæc inquit: *A quo sacratissimam Dei Matrem non multò difficiliùs, quàm ipsummet eximes.* Impress. ibidem in 4. & in Thesibus habitis die 20. & 21. Julij 1638. defendit *ejus immunitatem etiam à debito contrahendi originale.* Impress. Lovanij in 4.

Item, in Positionibus sacris ex universa Theologia publicè habitis Lovanij anno 1640. fol. 18. Conclusione 37. *de immunitate Virginis*, eximit Dei Matrem ab originali, & à debito illud contrahendi. Impr. Lovanij eodem anno in folio.

IGNATIUS Garcia, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem, cujus initium est: *In Annuntiatione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ, absque macula originalis culpæ conceptæ, &c.* Serm. impress. Hispali 1618. in 4. Et fortè hic est Sermo *de Immaculata Virginis Conceptione* impress. Hispali, ut refert Hippol. Marrac. in Catalogo Mariano, ad annum 1618. & Daza de Conceptione, cap. 6. fol. 52. Vide Pistoiam, fol. 158.

IGNATIUS le Gault, Ordinis Minor. Gallus, in secundo tomo dicto: Homilies sur les Dimanches & Festes de l'année, fol. 161. Sermonem *pro Immaculata Conceptione, de puritate Virginis.* Parisiis 1631. in 8. & in Sermone de Nativitate Virginis agit passim de præservatione. Impress. Parisiis 1628. in 8.

IGNATIUS Goyvaerts, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 18. Julij, anno 1645. Thesi 15. hæc defendit: *Ab hac Virginem exemptam vel ejus Conceptionis festivitas sola efficacitet probat.* Impress. ibidem in 4.

IGNATIUS Landrianus Mediolanen. Abbas Olivetanus, in Libro: Virginis partus, ejusque Filij Emmanuel divinitatis & humanitatis scriptu-

ralis dissertatio atque demonstratio adversùs Hæreticos & Hebræos, tomo 2. sub hac quæst. Quæritur secundò, quænam fuerit illa inimicitia, quam posuit Deus inter utrumque, illum serpentem & mulierem, & semen utriusque? folio 408. inquit: *Secundò B. Virgo MARIA contrivit serpentis caput, quia singulari privilegio, merito Filij, ut Mater Dei, peccatum originale non contraxit*; quod caput serpentis dicitur: nam ex eo diabolus omnes vires suas tanquã ex radice & capite cæterorum desumit; sed ab ipso, divinâ gratiâ præventa & plena, præservata fuit in primo instanti suæ Conceptionis, &c. Vide alia ibi quamplura. Lib. impress. Mediolani 1641. in 4. magno.

IGNATIUS à Loiola Sanctus, ac sacræ Religionis Societatis Jesu Patriarcha, natione Hispanus, primò fundavit suam Religionem, *ut Beatissimæ Virginis immunitatem, & à peccato originali præservationem doceret & exornaret tam in communi, quàm in particulari*: quod à suis incunabulis fœlici auspicio præstitit, præstat modò, & Deo dante præstabit in perpetuum. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta differt. 9. adnot. 3. fol. 672.

Item, Sanctissimus hic Pater, & illustres sanctitate & doctrina decem illi viri, quorum auxiliari manu ipse Societatem erexit & sanctissimis statutis communivit, in Parisiensi Academia *ad docendam & defendendam Deiparæ immunitatem jure jurando obstricti*, magisterii in Theologia lauream sũt adepti, atque ideo piam opinionem perpetuò se fore docturos & propugnaturos jurarunt, &c. Ita Joannes Antonius Velazquez ubi supra, Sebastianus Novaes, fol. 338. Maslejus, lib. 3. cap. 9. Itaque ex S. Ignatii sociis non tantùm eam docuerunt allegati Patres, sed etiam S. Franciscus Xaverius, & Venerabilis Pater Petrus Faber viri sanctissimi & sapientissimi, & reliqui ejus primi socii sub juramento præstito.

Item, *hujus mysterij de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* studiosissimus assertor fuit verbo & scripto, ut constat ex Codice suo manuscripto, qui Romæ asservatur, &c. Vide Auctores supra relatos, & Marac. in Fund. Marrianis, folio 297.

Item, in primis Theologicis disputationibus, quæ publicè in Societatis Collegio Romano, ipsomet S. Ignatio præsente, favente ac fovente habitæ fuerunt, princeps assertio extitit, *MARIAM ab originali labe fuisse immunem*. Ita liber dictus: Imago primi sęculi, & Velazquez ubi supra, &c.

IGNATIUS Maillot, Societatis Jesu Belga, in Theolog. habita Lovanii die vigesima octava Julii, anno 1653. Thesi 10. de Peccato originali, hæc defendit: *Ab illo omniq; ejus debito Mater Dei exempta fuit*. Impress. ibidem in 4.

IGNATIUS à S. Maria, Ordinis S. Augustini, in libro: Turris salutis Deiparæ Virginis dicto, in quo traduntur industriæ spiritualis militiæ contra animæ hostes, &c. in Dedicatoria, & fol. 112. & 119. vocat Virginem Deiparam murum atque inexpugnabilem turrim, quæ contrivit caput serpentis juxta prophetiam Genesis 3. Ac denique: *Nullus est justus, qui in gratia Dei non deficiat, exceptâ Virgine MARIA, cui datum est privilegium perseverandi pro toto vitæ tempore*, &c. Lib. impress. Venetiis, anno 1630. in 4.

IGNATIUS de Meyer, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 22. Julii, anno 1660. Thesi 11. de Peccato originali, hæc defendit: Originale, quod omnibus Adæ posteris vi ordinariâ generatis (*solam Deiparam excipimus*) proprium, &c. Impress. ibidem in 4.

IGNATIUS Oudin, Ordinis Minorum Flander, in Conclusionibus habitis Duaci 16. Januarii 1659. defendit sub R.P. Francisco Rouffel in Conclusione de Christiparę perfectione & dignitate: *Virginem MARIAM non solum à peccato originali præservatam, sed etiam justitiâ originali insignitam*, &c. Fuerunt impress. Duaci eodem anno in charta expansa.

IGNATIUS Portalupi de Vigevano, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Italus, in libro de Historia miraculosæ Virginis Sanctæ Mariæ de Loreto Spolet. *de Capella Conceptionis existente in Ecclesia S. MARIÆ de Loreto Spolet.* cap. 15. fol. 71. Item, *de purissima Conceptione V. MARIÆ* Meditationem unam, cap. 39. fol. 321. Item, *de Commemoratione faciendâ purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ibidem folio 294. Impress. Fermi 1621. in 12.

IGNATIUS de Quintanadveñas, Societatis Jesu, in libro de Christo crucifixo Hispaniæ, libro 2. capite 9. consideratione 3. folio 517. *quod MARIA non fuit comprehensa in peccato Adæ*. Lib. impress. Vallisoleti, anno 1653. in 4.

IGNATIUS Sanz, Doctor Valentinus, sub præsidio D.D. Michaëlis Hieronymi Araziel defendit, *quod nulla originalis spina Virginem MARIAM afflixit*, &c. Impress. Valentiæ in charta expansa, anno 1654.

IGNATIUS de Smet, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratiâ, habitis Lovanii die 22. 23. 24. Novembris 1638. Thesi 4. de Peccato habituali & originali, defendit *Virginem MARIAM unicè fuisse exemptam à peccato originali, & debito illud contrahendi*, &c. Inqu. ibidem in 4.

IGNATIUS Verdolivius, alias à Neapoli, Ordinis Minim. S. Francisci de Paula Italus, scripsit *de Conceptione Immaculatæ B. Virginis MARIÆ* Librum unum, ut testatur Hippolytus Marrac. in Biblior. & in Catalogo ad annum 1620. Pistoia, fol. 158. numero 71.

IGNATIUS Xavier, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. apud Sanct. Zapata, libro de Conceptione folio 165.

IGNATIUS de Zegama, Ordinis Minorum Hispanus, in Thesibus eruditis ac ingeniosis hanc habuit pro titulari: *Utrum pia de immunitate Virginis Deiparæ ab originali sententia, sit proximè dogmatibilis?* assertivè defendit. Impress. in charta expansa 1645.

ILDEPHONSUS Brizeño, Ordinis Minorum Hispanus, & Episcopus Nicaraguæ in Indiis, in prima parte celebriorum Commentariorum in 1. Sententiarum Joannis Duns Scoti, &c. hã doctissimi operis Apparatum inchoat sub hoc titulo: *Apparatus historicus sapiens Apologiam de vita & doctrina Ioannis Scoti Doctoris Subtilis, Conceptionis Immaculatæ propugnatoris præcipui*, &c. Item, fol. 23. §. 10. *Pietas Scoti in Deiparam & gloriosa concertatio pro Immaculatæ Conceptionis assertione*. Insuper Apologia Scoti ad Sanctum Ildephonsum Toletanorum Archipræsulem, Mariani candoris pugilem, & ad alios Patres defensioni Virginis mancipatos.

De

De Conceptione Virginis alia adducit in eodem Apparatu. Lib. impress. Matriti 1638. in folio.

ILDEPHONSUS Cavallero de los Olivos, Ecclesiasticus Judex Hispanus, fecit informationem de excessibus aliquorum asserentium *Dominam nostram Virginem MARIAM, ac cœli Reginam exsistere macula originali.* Prodiit Hispali 1615. in fol.

ILDEPHONSUS Cottart, Ordinis Minorum Gallus, in libro dicto: Le Manuel du bon seculier, à fol. 410. agit *de Immaculata Conceptione*, & adducit parvum officium Alphonsi Rodriguez Latinè & Gallicè. Lib. impress. Parisijs 1661. in 12.

ILDEPHONSUS Enriquez de Toledo, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Episcopus de la Habana in Indiis, in Epistola ad P. Ildephonsum Ramon, inter alia subtexuit: Gran consuelo he recibido en saber que V. Paternidad emprende en sacar à luz estos ocho discursos en alabança y defensa *de la Limpissima Concepcion de la Reyna de los Angeles*; obra en que espero (de mas de que su Magestad ha de ser servida) se hara grande fruto en los coraçones de los fieles devotos suyos. V. Paternidad mostrara en esto junto con su religion, zelo, y devocion, el grande caudal de su ingenio. De mi se decir, que si mis ocupaciones, y poca salud dieran lugar, sirviera à esta soberana Señora con mi cornadillo, y saliera à la defensa de la causa en publico, pues à todos nos corre obligacion como hijos y Religiosos de la Madre de Dios de las Mercedes, cuyo habito vestimos. Bien creo, que ha de llegar à prisa el permitir Dios, que se descubra esta verdad, y se revele este mysterio para gloria suya, y honra de su Madre, y se verifiquen aquellas palabras de Habacuc, cap. 3. de la victoria, que le diò su Hijo *en el instante de su Concepcion, quebrando la cabeça à la mancha de la original culpa, y preservandola de que cayese en ella*, saliendo MARIA triunfante y gloriosa, &c. Impr. 1615.

ILDEPHONSUS Flores, Societatis JESU Hispanus, in lib. de inclyto agone Martyrii, &c. in Appendice de inclyto martyrio Deiparæ, c. 7. num. 1869. fol. 673. *Quòd animus Virginis nullo originali peccato, neq; actuali culpa, quantumvis levissima violatus unquam fuit*, & propter hanc immunitatem habet specialem aureolam in cœlis, &c. Vide ibi alia. Et in Indice ad sacras Conciones, *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* indicem latissimum. Lib. impress. Neapoli, anno 1648. in folio.

Item, edidit Librum sub hoc titulo: La Ave Maria, salutacion Angelica, traçada por el mismo Dios, rezada por el Archangel S. Gabriel, ilustrada con assumptos varios en abono *de la Immaculada Concepcion de la Virgen Madre, &c.* cum variis Hieroglyphicis in lamina. Hispali 1658. in 4.

Item, in Commentario litterali, panegyrico & moràli in cap. 24. libri Ecclesiastici, in indice concionatorio *pro Immaculata Virginis Conceptione* hæc habet: De hoc Mariano festo decantatissimo copiosè agimus, frequenter multa, quę in illius comprobationem & illustrationem tum solidè, tum amœnicè versamus, ex quibus noviter forsan festi negotio conciones plures poterunt concinnari. Vide in indice Verb. MARIA, ubi ea quæ ejus Conceptionem spectant, in suas classes distributa colligimus, & quomodò *Marianæ immunitati* firmè insistit et Evangelica Matthei & Lucæ genealogia, latè & accuratè expendimus à num. 370. usq; 510. &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1661. in folio.

ILDEPHONSUS Giron, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Promptuario Concionum, à folio 60. usque 100. in concione de Conceptione sanctissimę Virginis, super illud thema: Opus grande est, Paralip. 29. sic inquit: Hodierno die huic grandi operi intra uterum matris Annæ divinus Artifex primam manum admovere dignatus est, *statim enim ut corpus fuit debitè organizatum, infudit animam gratiâ & cœlestibus donis plenam.* Itaque (ut Augustinus dicit de Angelis) Deus erat cum sacro illo fœtu, simulque condens naturam & largiens gratiam, tantamque gratiæ plenitudinem hoc die alma Virgo suscepit, ut excesserit gratiam omnium Angelorum & Sanctorum, adeò ut nullus Sanctus post longam vitam pervenerit ad gratiam, quæ hoc primo die Virgini communicata est. Sanctificavit igitur hodie templum suum, & ab hoc die in illud oculos suos & cor tam firmiter fixit, ut nunquam averterit, &c.

Item, Concione 2. de Conceptione Beatissimæ Virginis, super illud: Sapientia ædificavit sibi domum, folio 73. inquit: Hodie inchoatum est ædificium excelsæ domûs, quam inhabitaturus erat Altissimus; priùs enim quàm divinum Verbum videretur in terris, & cum hominibus conversaretur, oportebat ædificari domum, quam inhabitaret. Hodiernam igitur diem domûs suæ fabricæ consecravit. Hodie siquidem caro & anima Virginis naturalem & supernaturalem perfectionem accipere, &c. Hodie in utero B. Annæ primi splendores gratię fulgere cœperunt; sicut enim in altissimis montibus & excelsis ædificiis solent in ortu solis primi suscipi radii, sic hodie gloriosa Virgo, cujus fundamenta sunt in montibus sanctis, primos radios divinæ lucis suscepit: primos cœlestes honores, roresque, quos cæli desuper rorare cœperunt, Spiritusque Sancti primitias, &c. Jam verò tertio loco Virgo *Immaculata* & sanctissima domus Dei dicitur; custodivit quoque Filius Dei paradisum suum, dum domum virginalem deliciarum suarum *servavit ab omni culpa. Neq; in hunc paradisum invenire potuit ingressum callidus serpens*; fuit enim conclusus hortus, imò ipsa Virgo contrivit serpentis caput, &c.

Item, Concione 3. de Conceptione, super illa verba: De qua natus est Jesus, inquit: *Hujus sacræ Virginis Conceptionem purissimam*, & ingressum sanctissimum in uterum matris Annæ hodie celebramus. Et infra: Hodie celebrat Ecclesia fœlicissima principia sacræ Virginis MARIÆ, meliora quàm exitus Sanctorum omnium; *custodivit enim Dominus introitum & exitum ipsius*, juxta Regium vaticinium, &c. Vide quæ sequuntur.

Item, Concione 4. de Conceptione, super illud: Quàm pulchra es, sic inquit: Festivitas hodierna inter cunctas festivitates novi Testamenti primum locum tenet; fuit enim fundamentum cunctarum festivitatum. *Hic fuit veluti primarius lapis totius Ecclesiastici ædificij* & spiritualis fabricæ, quâ divina Sapientia antiquum mundi, atque hominis ædificium instaurare decrevit, &c. Vide ergo, quomodò poneret Sapientia divina suum primum fundamentum, atque lapidem ruinosum. Impress. Moguntiæ 1605. in 8. & Salmanticæ 1602. in 4.

ILDEPHONSUS Hurtadus de Mendoza, Ordinis Minorum, edidit pulcherrimas Theses *pro Immaculata Virginis Conceptione* cum imagine

ipsius sub hac inscriptione: Stella Maris, &c. Habitæ sunt Romę 1651.

ILDEPHONSUS Nuñez de Castro, Hispanus, in libro dicto: Historia Eccleſiastica, y Seglar de la muy noble, y leal Ciudad de Guadalaxara, fol. 83. agit *de Conventu Conceptionis* fabricato ab Alvaro Gomez de Ciudad Real, Secretario Regis. Lib. impress. Matriti 1653. in fol.

ILDEPHONSUS Perez Hispanus, recollegit & edi curavit Gloſſas & Carmina facta *pro festivitate Conceptionis* in Eccleſia S. Ildephonſi Giennen. anno 1615. & fuerunt impreſſa Malacæ eodem anno in 4. Vide verb. Giennensis Civitas.

ILDEPHONSUS de Pozuelo, Ordinis Minorum Hiſpanus, propoſuit queſt. Theologica: *Vtrum cuncti fideles Chriſtiparam MARIAM dicentes, eo ipſo illam ab originali labe immunem proteſtentur?* Impr. Complut. 1616. Mar. in Biblioth. fol. 654. Piſtoia, fol. 16.

ILDEPHONSUS de Prado, Ordinis Minorum Commiſſarius Generalis Indiarum, Hiſpanus, Præſes fuit controverſiæ: *An Seraphicæ Familiæ labor in propugnanda Immaculata Conceptione* MARIÆ, nova Chriſtianæ Familiæ, &c. Vide Joan. de Salzedo.

ILDEPHONSUS Saaz Hiſpanus, ſcripſit Librum ſub hoc titulo: Relacion de la fieſta, que el Colegio mayor de S. Maria de Jesus, Univerſidad de la Ciudad de Sevilla, hizo en la publicacion de un eſtatuto, en que ſe *juró la Concepcion puriſſima de nueſtra Señora ſin mancha del pecado original.* Lib. impreſſ. Hiſpali. 1616. in 4.

ILDEPHONSUS Sanchez Zarzoſa, Canonicus Hiſpanus, ſcripſit *Theſaurum Conceptionis Virginis* MARIÆ, ubi per totum agit de præſervatione. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1631. in folio.

ILDEPHONSUS Saraſſa, Societatis Jesu Belga, habuit Conciones duas *de Immaculata Conceptione*, anno 1658. contra quem ſcripſerunt Patres Dominicani, quibuſque ipſe reſpondit per tractatum ſatis prolixum & eruditum, quem manuſc. vidi Bruxellis apud FF. Minores in 4.

ILDEPHONSUS Toletanus Archiepiſc. ac ſanctiſſimus Doctor Hiſpanus, in libro contra eos, qui diſputant de perpetua virginitate Sanctæ Mariæ, in principio ſic inquit: Quòd ſi ita eſt, (ut aſſtruunt & affirmant) quod abſit, jam Maria Virgo non eſt; Chriſtus ſub maledicto natus eſt iræ filius de carne peccati, & ipſa, quæ benedicta ab Angelo prædicatur, in maledictione adhuc permanens, ſub maledicto peperit: alioquin, quid eſt quòd legem naturæ requirunt in Maria, ubi totum quidquid in ea fuit, poſſedit Spiritus Sanctus, quoniam virtus Altiſſimi obumbravit? Quòd ſi virtus Altiſſimi ab omni æſtu peccati eam obumbravit in Conceptu & in partu; ſicut ab omni æſtu libidinis liberavit, ita & ab omni preſſura maledictionis, non ex ſeſe, ſed ex virtute Altiſſimi *immunis & aliena fuit.* Quapropter cogitent iſti diſputatores naturarum leges, cogitent & divinarum rerum virtutem: quia non ex natura rerum divinæ leges pendent, ſed ex divinis legibus naturę rerum & leges manare probantur, &c. Hęc Ildephonſus: Ubi nota, quòd in Maria non eſt requirenda lex naturæ, quia quidquid in ea fuit, poſſedit Spiritus Sanctus: ergo ſi totum univerſaliter, igitur nihil poſſeſſum fuit à dæmone. Item, non dixit: quidquid in ea eſt, tempore ſcilicet Conceptionis & partûs Chriſti; ſed quidquid in ea fuit, ſumens tempus præteritum perfectum, quia nihil imperfectum in ea fuit à primo ſuæ Conceptionis inſtanti; ab illo enim cœpit eſſe Mater. Sed his & alijs prætermiſſis, quæ communia ſunt; nota ſignatè illa Ildephonſi verba: Si Maria in maledictione adhuc permanens, ſub maledicto peperit. Quaſi dicat: radix maledictionis ſeu prima maledictio eſt peccatum originale; tunc enim fuit caro peccati. Ex hac prima radice maledicta neceſſariò oritur ſecunda maledictio, ſcilicet amiſſio virginitatis in Matre, ex hac oritur alia tertia maledictio, ſcilicet quòd proles filius iræ naſcatur. Dicit ergo Sanctus: Si Maria fuit ſub ſecunda maledictione, id eſt amiſit virginitatem; igitur tertia maledictio neceſſariò ſecuta eſt, ſcilicet quòd Chriſtus natus eſt ſub maledicto iræ filius. Igitur ſi hanc tertiam maledictionem, ô Hæretice, tollis à Filio, tolle etiam radicem, id eſt, ſecundam à Matre, id eſt, ſibi amiſſionem virginitatis, ut tollunt Catholici. Si tollis ſecundam, ô Chriſtiane, tolle etiam primam radicem, ſcilicet quòd ex peccato originali fuerit Maria caro peccati. Iſte, meo videri, ad curſus Sancti Ildephonſi, alias ejus argumentum non haberet vim, & ſic concludit, quod conſtat evidenter ex illis ultimis verbis: Quòd ſi virtus Altiſſimi ab omni æſtu peccati eam obumbravit in Conceptu & in partu, ſicut ab omni æſtu libidinis liberavit, ita & ab omni preſſura maledictionis, non ex ſeſe, ſed ex virtute Altiſſimi immunis & aliena fuit. Et ſenſus eſt: æſtus peccati in Conceptu & partu filij eſt tertia maledictio, & æſtus libidinis in matre eſt ſecunda maledictio: & omnis preſſura maledictionis in carne filij ac matris eſt prima & radix aliarum maledictionum, id eſt, infectio peccati originalis. Sic ait ergo Ildephonſus: Sicut Spiritus Sanctus obumbravit Mariam ab omni æſtu peccati in Conceptu & partu Filij, ut non naſceretur filius iræ & ſub maledicto (quod tu concedis) ita etiam liberavit ab omni æſtu libidinis Matrem, ut integra maneret eius virginitas: & ut iſta conſentanee, aptè & neceſſariò tenent, ſic etiam eam liberavit à radice & prima maledictione, & immunem & alienam fecit carnem illam ab omni preſſura maledictionis, id eſt, contagio peccati originalis; ſed hoc non ex ſeſe, ſed ex virtute Altiſſimi. Quòd hic non loquatur de carne Chriſti, ſed de carne Matris, patet quia Chriſtus ex ſeſe fuit immunis, & alienus à peccato; Maria verò non ex ſeſe, ſed virtute Altiſſimi. Conſtat ergo ex iſtis verbis, quòd Chriſtus non eſt natus ſub maledicto, quia Maria non amiſit virginitatem; & non amiſit virginitatem, quia fuerat libera ab omni maledictione, ſivitatem habuit carnem peccati. Et ita dicit idem Sanctus poſt pauca: Nam & ipſa lex naturæ, ſub qua nunc mulieres concipiunt & pariunt (ut ita dicam) vere non eſt lex naturæ quodammodo, ſed maledictionis & culpæ, &c. Naſcimur homines ſub lege peccati; & qualis eſt radix hujus legis? maledictio: & qualis maledictionis radix? culpa, id eſt, originalis. Ad extrahendam ergo legem Conceptionis & partûs, extrahenda erat prius maledictio: & ad extrahendam maledictionem evellenda erat radicitus culpa originalis. Vide ad majorem probationem ac demonſtrationem noſtræ illationis, quomodò proſequatur Ildephonſus: Quoniam nisi Adam & Eva primùm peccaſſent in paradiſo, nemo deinceps naſceretur ſub culpa peccati, & hoc con-

communis ista lex non nascendi naturæ est, sed corruptionis & vitij; Maria autem, quia benedicta, culpam corruptionis non habuit, propterea Christum non in dolore, nec sub corruptione genuit: quòd si ex corruptione, aut cum dolore natus est Christus, jam ex maledicto natus est, &c. Item: At verò benedicta & gloriosissima Virgo Maria, nunc dico, quòd non ex communi lege naturæ, verùm etiam *nec ex natura primæ originis* Filium, neque ex semine viri, sed Spiritu Sancto ex sua carne divinitus procreatum *sine ulla vitiorum colluvione* Deum & hominem protulit, &c. Nota, quòd in fœmina absolutè tria vitia possunt considerari. Primum est naturæ primæ originis, id est, illa quæ essent in natura integra; quia certum est, quòd adhuc in illo fœliciſſimo statu non essent omnia pura & integra inter homines ex carne procreatos, sicut in Angelis. Secundum est illa communis lex naturæ orta ex natura lapsa per peccatum originale, ut sunt dolores, amissio virginitatis, &c. Tertium est semen viri, verbi gratia, immunditia, impuritas, pollutio, &c. Dicit ergo Ildephonsus: Ita fuit pura & purissima Virgo Maria, quòd ipsa fuit libera & immunis non solùm à viri semine & à communi lege naturæ peccati originalis, sed quod plus est, etiam fuit immunis ab ipsa natura primæ originis, quia omnia in ipsa fuerunt sine ulla vitiorum colluvione purè ab Spiritu Sancto patrata.

Item, infra inquit Ildephonsus: Quapropter, quæso, cessent isti dicere sic esse natum, ut cæteri nascuntur, quia non genuit eum Virgo Dei Genitrix ex origine primæ prævaricationis, ut renascatur, sed de Spiritu Sancto, ut Deus credatur; sine dolore & sine gemitu, sine molestia & ærumna, sine tristitia & afflictione, quoniam omnia justissimæ damnatæ carnis in prima origine retributiones sunt & vindictæ. At verò B. Maria, licet ipsa de carne peccati sit nata & procreata, ipsaque quamvis caro peccati fuerit, non tunc jam ex præveniente Spiritus Sancti gratia ab Angelo præ omnibus mulieribus benedicta vocatur: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Alioquin, si non eodem Spiritu sanctificata est & emundata; quomodò ejus caro non caro peccati fuit? *Et si caro ejus de massa primæ prævaricationis venit: quomodo Christus Verbum caro non sine peccato fuit, qui de carne peccati carnem assumpsit*, nisi quia Verbum, quod caro factum est, eam primùm obumbravit, in quam Spiritus Sanctus supervenit, & virtus Altissimi totam eam possedit? Propterea verè caro ejus jam non caro peccati fuit, in qua Deus totum infudit, & Verbum, quod caro factum est, sine peccato ad nos venit, &c. Scindo auctoritatem Ildephonsi, ut clariùs procedamus; quia verba difficillima sunt, & sententia sententiæ contrariatur, & verba verbis inter se pugnant seu repugnare videntur. Primò dicit, quòd Virgo Maria de carne peccati fuit nata & sic procreata, & ipsamet fuit caro peccati. Quid aliud desiderare possunt Adversarii? Secundo dicit, quòd Mariæ caro non fuit de massa primæ prævaricationis; quia si caro Mariæ esset caro peccati, quomodò Christus sine peccato esse poterat? Quapropter caro Mariæ, inquit Ildephonsus, nullo modo fuit caro peccati: quæ omnia, ut dixi, pugnant & repugnant inter se. Adversarii sumunt illa prima verba, ut probent Virginem Mariam contraxisse peccatum originale; nostri assumunt ultima, & videntur sibi decantare victoriam; quare decrevi radicitus hanc inculcare auctoritatem. Dicit ergo Ildephonsus: Christus non est natus ut cæteri nascuntur; & reddit ac assignat causam à priori, quia non genuit eum Virgo Dei Genitrix ex origine primæ prævaricationis ut renascatur, sed de Spiritu Sancto. Illud obiter nota, quòd nos nascimur ut renascamur, id est, nascimur cum peccato originali, ut renascamur per Baptismum & gratiam; sed Christus non est natus ut renascatur, quia non contraxit originale. Sed quare natus est absque originali? Reddit rationem Ildephonsus à priori, dicens: quia non genuit eum Virgo ex origine primæ prævaricationis. Optimè. Et si genuisset eum ex origine primæ prævaricationis; contraheret originale? Utique, inquit Ildephonsus. Si caro ejus de massa primæ prævaricationis venit; quomodò Christus Verbum caro sine peccato fuit, qui de carne peccati carnem assumpsit? igitur ut Christus ex vi suæ generationis & Conceptionis (hoc enim modo loquitur, & argumentatur Ildephonsus contra Hæreticos & Judæos) non contraheret originale; necesse fuit, quòd Dei Genitrix non generaret cum ex origine primę prevaricationis, & quòd caro ejus non veniret ex massa ejusdem primæ prævaricationis. Hæc de generatione Filij. Videamus parturitionem Matris. Maria peperit sine dolore, sine molestia & ærumna, sine tristitia & afflictione. Et quare ita peperit Filium? Reddit eandem rationem, scilicet quia non genuit eum ex origine primæ prævaricationis, quia istæ pœnalitates damnatæ carnis in prima origine retributiones sunt & vindictæ; igitur, quòd à Filio & Matre removerentur pœnalitates & peccatum, causa fuit unica, sola & totalis adæquata, quòd Maria non fuit damnata in prima origine, seu comprehensa in prima prævaricatione, nec caro ejus de massa primæ prævaricationis venit. Uno verbo, quia non contraxit peccatum originale; si enim contraxisset, vel per unicum solum instans esset Maria in peccato originali, absque dubio pareret cum dolore, cum gemitu, molestia, ærumna & tristitia; quia conciperet & pareret ex origine primę prævaricationis, & caro ejus ex illo solo instanti efficeretur de massa illius primæ prævaricationis. Dices, quòd per sanctificationem in secundo instanti poterat hoc malum reparari. Minimè, inquit Ildephonsus; sed ante ejus verba propono exemplum, ut res postea clarior efficiatur. Concipitur fœmina, verbi gratia Elisabeth, & concipitur in peccato originali; baptizatur, & per sacrum lavacrum regeneratur, & aufertur illud peccatum originale; nupta post temporis discursum concepit & peperit Joannem, & parit ipsum cum dolore, cum gemitu, &c. Et quare hoc, si jam non est peccatum originale in matre? quia concepit ex origine primæ prævaricationis, & illa caro matris per illud peccatum originale antiquitus contractum, de massa primæ prævaricationis effecta est, id est, ex originali peccato contracto; & conceptus est filius, ut renascatur per Baptismum; igitur si Maria peperit Christum sine dolore, tristitia, &c. & Filius natus est, non ut renascatur; signum evidens est, quòd Virgo non genuit eum ex origine primæ prævaricationis, nec caro ejus fuit ex massa ejusdem primæ prævaricationis, id est, ex

originali peccato contracto; quia illæ sunt damnatæ carnis in prima origine iustæ retributiones & vindictæ. Nunc intelliges difficillima illa verba Ildephonsi, quæ acutissimum ejus discursum reddiderunt obscurum. At verò B. Maria, licèt ipsa de carne peccati sit nata & procreata, ipsaque quamvis caro peccati fuerit, ex præveniente Spiritûs Sancti gratia liberatur ab illo. Aliter philosophandum seu theologizandum est de Maria, quàm de Christo, inquit Ildephonsus, quia Maria fuit genita à sua matre Anna ex origine & massa primę prævaricationis: siquidem Anna fuit concepta in peccato originali; & ab ista damnatione carnis in prima origine provenit, quòd Maria fuerit & dicatur nata & procreata de carne peccati, imò quòd ipsa Mariæ caro fuerit caro peccati, & consequenter quòd nata fuerit cum dolore, gemitu & molestia matris Annæ; quia istæ sunt retributiones & vindictæ damnatæ carnis in prima origine: & si Anna habuit censum, quid mirum si solvit redditus? Sed non tum jam præveniente Spiritûs Sancti gratia, hoc dici potest de Maria respectu Christi: quia cùm ipsa fuerit præventa & præservata ab Spiritu Sancto in utero matris suæ Annæ, ut non contraheret peccatum originale, & sanctificata & mundata fuit ab illa massa, quæ in matre Anna fuerat primæ prævaricationis & damnationis origo; ideo Maria peperit sine dolore, tristitia, &c. & Filius ejus non sumpsit carnem de carne peccati, & Verbum quod caro factum est, sine peccato ad nos venit.

Item, ex alia parte auctoritatis Ildephonsi: Verbum, quod caro factum est, sine peccato ad nos venit, qui jure, non solùm legem naturæ vitiatæ nascendo non tenuit, verùm nec legem primæ originis, quam haberent fœminæ, si mandatum servasset omnium Eva in paradiso. *Aliàs autem, quomodò Spiritu Sancto eam replente, non sine peccato originali fuit*, cujus etiam Nativitas gloriosa Catholicâ in omni Ecclesiâ Christi ab omnibus fœlix & beata prædicatur? Enim verò, si non beata esset & gloriosa, nequaquam tam festiva celebraretur ubiq; ab universis: sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesiæ, *quòd nullis, quando nata est, subiacuit delictis, nec contraxit in utero sanctificata originale peccatum.* Unde etsi Hieremiæ dies, atque Job maledicta pronuntiatur, dies inquam Nativitatis eorum; tamen dies quando inchoata est fœlix Mariæ Nativitas, beata pronuntiatur, & colitur religiosè satis. Quòd si in peccato esset, jure maledicta diceretur, & gemebunda potiùs, quàm benedicta, quando nuntiatum est patri ejus, quòd nata esset in sæculo: nunc autem, quæ universam benedictione sua illustrat Ecclesiam, non immeritò sanctificata in Spiritu Sancto colitur veneranda. Nullius igitur Nativitas celebratur in mundo, nisi Christi & ejus, atq; B. Joannis. Joannes autem, qui & ipse in utero sanctificatus legitur: sic & B. Virgo Maria, nisi in utero matris sanctificata esset, minimè ejus Nativitas colenda esset; nunc autem quia ex auctoritate totius Ecclesiæ celebratur, *constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse*, per quam non solùm maledictio matris Evæ soluta est, verùm etiam & benedictio omnibus condonatur. Quòd si præclara sacratissimæ Virginis Nativitas universaliter tam sancta, & tam gloriosa iure colitur & veneratur; quantò magis ipsa, quando ab Angelo jam gratiâ plena officiosissimè salutatur? Nam cùm dicit: Ave, cœleste venerationis obsequium exhibet. Cùm autem dicit: Gratiâ plena, ex integro iram exclusam ostendit, & restitutam gratiam declarat. Cùm dicit: Benedicta tu, fructum benedictionis demonstrat. Quando Spiritus Sanctus in eam advenit, totam defœcavit à sordibus Virginem, & decoxit ut esset sanctior, quàm astra cœli, &c. Hęc est auctoritas Ildephonsi, quæ multorum vexavit ingenia, tam Adversariorum, quàm ex nostris quia loquens de Nativitate, aliquando deflectit ad Conceptionem; jam vocat eam sanctificatam in utero sicut Joannem, jam quòd fuit sine peccato originali; & postquam probatam reliquit ejus Nativitatem sanctam & mundam, ac quòd nullis subjacuit delictis, neque originali, concludit dicens: Quòd in Conceptione Filij eam Spiritus Sanctus defœcavit à sordibus, quæ omnia videntur sese minimè compati. Ego sic intelligo, & explico auctoritatem istam: Totus beati Ildephonsi conatus est probare, quòd Virginis Mariæ Nativitas fuerit sancta, benedicta ac pura, & quòd tunc nullis subiacebat delictis, & dum hoc firmiter conatur ostendere & stabilire, ex hac quasi præmissa & principio suadere contendit ipsam etiam in sua Conceptione non habere peccatum originale; hoc expresè indicant illa verba: Aliàs autem, quomodò Spiritu sancto eam replente non sine peccato originali fuit, cujus etiam Nativitas gloriosa Catholicâ in omni Ecclesiâ Christi ab omnibus fœlix & beata prædicatur? &c. Et poster: Sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesiæ, quòd nullis, quando nata est, subiacuit delictis, nec contraxit in utero sanctificata originale peccatum. Et tandem illa: Sic & B. Virgo Maria, nisi in utero matris sanctificata esset, minimè ejus Nativitas colenda esset; nunc autem, quia ex auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab originali peccato & macula immunem fuisse. Nonne expresè & clarè vides, quomodò ex Nativitate pura, sancta & fœlice conatur etiam ostendere eam fuisse conceptam absque originali peccato? Sed dicet aliquis, quòd Ildephonsus in hoc magnam assumpsit provinciam, quia Nativitas & Conceptio nullam inter se habent connexionem, ut patet in Hieremia & Joanne, qui fuerunt concepti in peccato, & nati in gratia. Potuit enim ipsa Virgo Maria contrahere peccatum originale, & post horam, diem vel saltem in secundo instanti sanctificari & purgari à peccato, ut omnes fatentur Adversarij factum fuisse, & nos concedimus posse fieri; & sic non videtur legitima illatio, nec consequentia rationabilis. Sed expecta, attende & ruminare discursum Ildephonsi, qua sublimis est: Tres, inquit sanctus Doctor, Nativitates celebrat Ecclesia, Christi, Mariæ, atque B. Joannis. Quòd Christi Nativitas fuerit sancta, est de fide; quòd Nativitas Joannis fuerit sancta, constat ex Scriptura; de Mariæ Nativitate, neque ex fide, neque ex Scriptura ostendi potest quòd fuerit sancta, sed Ecclesia universalis celebrat ipsam festivè ut fœlicem & beatam; igitur etiam fuit sancta: quia cùm Maria sit media inter Christum & Joannem, quod habuit Christus, quod concessum fuit Joanni, non est negandum Mariæ. Hæc est consequentia legitima, & necessaria Ecclesiæ; & si tenet in Nativitate, ut tenet; debet etiam habere vim in Conceptione

ceptione, inquit Ildephonsus. Transeamus ergo à Nativitatibus ad Conceptiones. Conceptio Christi fuit sancta, ut tenet Fides; Conceptio Joannis non fuit sancta, ut colligitur ex Scriptura; Mariæ Conceptio extat media inter has Conceptiones, de qua nihil certum extat neque ex Fide, neque ex Scriptura, sed solùm metienda est ex rationabili, docto ac pio discursu, & cõmensuranda uno & altero extremo. Joannis mensura parva ac minima est ad mensurandam Mariam à primo ejus vitæ puncto usque ad ultimum: ergo mensuranda est ejus Conceptio ex Christi Conceptione; igitur Maria absque originali peccato fuit concepta, utpote magis similis in omnibus, & per omnia Christo, quàm Joanni: quia mater magis propinqua est filio, quàm nepoti, & major proportio est in Deipara cum Christo, quàm cum homine; ergo concepta fuit Maria absque peccato originali. Aliàs quomodò simul staret, quòd Christus & Maria excluserint à Joanne originale peccatum, & quòd in ratione ejusdem peccati originalis Maria stet ex parte Joannis, & non ex parte Christi? igitur si necessariâ & legitimâ consequentiâ proponit Ecclesia Nativitatem Mariæ celebrandam ut sanctam; eâdem, inquit Ildephonsus, probatur, quòd concepta fuit absque originali peccato; aliàs autem quomodò Spiritu sancto eam replente (nunc intelliges vim verborum Ildephonsi) non sine peccato originali fuit, cujus etiam Nativitas gloriosa Cathol. in omni Ecclesia Christi ab omnibus fœlix & beata prædicatur? Sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesiæ, *quòd nullis, quando nata est, subjacuit delictis, nec contraxit in utero sanctificata originale peccatum*: *unde autem quia ex auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse.* Iste fuit discursus Ildephonsi; tunc verus & speculativus, nunc realis & practicus: quia si tunc celebravit Ecclesia Nativitatem Mariæ, ut ostenderet quòd Joannes non præcedebat Mariam, nunc Ecclesia celebrat Conceptionem Mariæ, ut demonstret quòd Virgo præcedit Joannem. Ad illud autem (ut nihil relinquamus intactum) quòd Spiritus Sanctus in Conceptione Filij defœcavit Mariam à sordibus & decoxit, cùm tunc in Deipara nullæ essent sordes, jam Ildephonsus infra se explicat, dicens: Hinc ergo colligitur, quòd superstitiosa sit istorum cunctatio & superflua disputatio, qui dicunt ostia ventris & vulvæ eam aperuisse, & colluvione sanguinis, ut cæteri omnes, & secundas spurcitias post se traxisse, &c.

Item, infra inquit Ildephonsus: Ergo, inquies, per quam tanta benedictio effloruit, & gratia manavit, non est credendum, quòd eius puerperium doloribus & gemitibus more fœminarum subjacuit, & quia tristitijs non subjacuit & ærũnis, *libera ab omni maledictionis nodo fuit*, quam Spiritus S. adimplevit, & totũ Dño dicavit, &c. Sed absit à fidelium cordibus, ut ita Christus natus credatur filius iræ, sicut cæteri nascuntur in vitio corruptionis, de qua corruptione dolor & gemitus multiplicatur. Aliàs autẽ secundùm carnem, nec gemitus nec dolor sine corruptione viscerum, nec corruptio sine dolore cordis & gemitu. Gemitus & corruptio in partu fœminarum non nisi ex delicto & maledictione primæ originis veniunt. Unde interrogemus istos sequaces Helvidij Hæretici, qui etsi Virginem eam non denegant permansisse, pudicitiam tamen commaculant & gratiam, quâ plen prædicatur, quando communi lege naturæ vitiatæ dicunt eam peperisse; quia si ita peperit, ergo adhuc ac si in massa primæ damnationis contra Angelj vocem maledictioni subjacuit, & Verbum Patris de carne peccati (quod absit) ut caro fieret, hominem assumpsit. Sed quia contra fidem Catholicam est sic sapere, Beata V. plena gratiâ, nec dolorem sensit nec corruptionẽ viscerum pertulit, *quia quantùm aliena fuit à culpâ*, Spiritu S. in ea cooperante & virtute Altissimi, quâ obumbratur; *in totum extranea à maledicto primæ damnationis, & tantùm immunis permansit à corruptione carnis*, necnon à gemitu & doloribus, quibus vexantur omnes filiæ Evæ, cùm pariunt, &c. Ista Ildephonsi verba nullam habent difficultatem, ex illis enim facillima consequentia deducitur pro immunitate Virginis Mariæ à peccato originali.

Item, infra usque ad finem Tractatûs dicit sequentia: Sed eximiæ pietatis honorem vobis, & decus virtutis Beatissimæ V. pudicitiam prædicare *incorruptam & incontaminatam, & ab omni contagione primæ originis confiteri alienam*, &c. Beata Virgo Mater Domini Virgo in utroque permansit, id est, in Conceptu Mater & in partu Virgo, *quia in nullo horum contaminata, reliquarum exemplo fuit* quæ neque Adam ad se admisit, nec ex Evæ colluvione Filium suscepit, nec sub maledicto in doloribus & angustijs enixa Dominum peperit. Unde constat, quia sicut clauso utero concepit, ita & clauso utero peperit, non communi lege naturæ vitiatæ & maledictionis damnatæ, sed Spiritûs Sancti gratiâ, virtute Altissimi, quâ legitur obumbrata. Quòd si intus & extra florens incolumis manet; *constat in nullo eam fuisse contaminatam*, non in gemitu, non in dolore, &c. & ideo ex toto jure novum dicitur, sicut in conceptu, ita & in partu: quoniam si esset in eo partu aliqua corruptio, esset peccati contaminatio, pro quo defæviret in Maria antiqua maledictio: *quia si maledictio illa adhuc in MARIA viguit*, adhuc ipse Christus, ut sæpe dictum est, sub maledicto fuit; sed quia solus inter omnes liber fuit à culpâ, liberè egit in nascendo de Maria, &c. Quapropter audiant tam stulti disputatores, & non adscribant vile aliquid aut fœdum in Maria, vel triste; sed gaudium & non dolores, sed salutis gratiam in ortu Salvatoris, &c. Nullas adscribant sanctissimæ Matri contumelias intulisse, non gemitus, non dolores, non ærumnas, nullas viscerum vexationes, non ullas diræ tristitiæ corruptiones; quia hæc omnia (sicut sæpe dictum est) in prima origine illata sunt vindictæ & retributiones justissimæ primæ prævaricationis, *à quibus omnibus B. Virgo MARIA quantùm est aliena à culpâ*, tantùm proculdubio libera fuit à doloribus & à pœna, &c. Hæc sunt quæ adducit Ildephonsus in prædicto Tractatu; de quibus breviter dico: Si Maria fuit ab omni contagione primæ originis aliena; ergo à peccato originali. Quid enim est aliud primæ originis contagium, nisi velint ludere verbis? In sequenti auctoritate argutè loquitur Ildephonsus; nam fœmina recipit Adamum, quando concipitur in peccato originali; recipit Evam, quando concipit amittendo virginitatem & colluvionem pœnalitatum: sed Maria neque Adamum recepit, neque Evam; quia nec in originali fuit concepta, nec cum dolore peperit, nec concepit

cum

cum amissione virginitatis. Item, si in nullo contaminata, ergo neque peccato. Ac denique, si monet Ildephonsus, ut non adscribamus MARIÆ aliquid vile aut fœdum; quid fœdius peccato? & si fuit tantùm aliena à culpa, quantùm libera à doloribus & pœnis in partu; si per nullum instans habuit in hoc pœnâ aut dolorem: igitur nec per instans habuit culpam. Nec te terreat illud, quod dicit Ildephonsus: Quia solus Christus inter omnes liber fuit à culpa; quia loquitur liberè, & ex sese, seu jure, vel ex vi suæ nativitatis, quod sæpè repetit in antedictis. Item, ter in hoc Tractatu vocat Virginem MARIAM Immaculatam.

Item, Serm. de Parturitione & Purificatione MARIÆ vocat semel & iterum Christum Dominum Immaculatum, ut probet omnimodam ejus sanctitatem & carentiam peccati. Et ibidem vocat etiam V. MARIAM *Immaculatam*; & si ibi terminus iste *Immaculatus* signat in Christo carentiam omnis peccati, cur non & in MARIA? Etiam in eodem serm. colum. 465. inquit: Ergo in qua claustrum pudoris integrum permansit, *nulla deflorationis intervenit, nulla vexatio carnis, nulla fœditas diræ conditionis* ei in qua vexilla virtutum micarunt, nullum peccatum primæ originis, ut cruciaretur, viguit.

Item, Serm. 1. de Assumptione, inquit: Floruit ut Mater honorificata, ut Mater pulchræ dilectionis & timoris, ut Mater agnitionis Dei & spei, in qua gratia omnis spei, vitæ & virtutis, *& quæ sola fuit Virgo sancta inter filias, ac si lilium inter spinas*, &c. Et infra, eodem serm. de Assumptione, colum. 360. inquit: Et ideo rectè arca Sacramentorum Dei Virgo MARIA fuit, supra quam sanè propitiatorium & Cherubim hinc inde obumbrantia figurantur, *quia MARIÆ nullum extrinsecus obrepsit peccati contagium*, sed intus omnis custodia legis, & Manna fuit, &c. Hæc auctoritas clarissima est, nam peccati contagium adveniens ab extrinseco filijs Adæ est peccatum originale: quia non à propria & intrinseca nostræ voluntatis potentia emanat, sed obrepsit ab extrinseca & forensi persona, scilicet Adamo. Et sic Marginator Ildephonsi ad hujus auctoritatis marginem scripsit: Peccatum nullum fuit in B. Virgine MARIA. Et bene, quia qui nullum dicit, omnia excludit. Atque infra inquit: Quoniam hæc est anima illa beata per quam Auctor vitæ ingressus est mundum, *per quam omnis maledictio soluta est primorum parentum*, & cœlestis benedictio in toto venit mundo, &c. Si omnis maledictio soluta est per MARIAM, igitur & illa peccati originalis, quæ prima fuit & origo aliarum. Atque etiam infra, ad illa verba: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, inquit: Non enim ait, quia respexit virginitatem meam, *aut innocentiam*, aut aliam quarumlibet virtutum, gratiam, &c. Cùm certum sit ex sanctis Patribus & Scripturis, quòd nec infans unius diei potest dici innocens propter peccatum originale contractum in maternis visceribus, & MARIA innocens fuerit, & sic vocetur ab Ildephonso; igitur secundùm ipsum non contraxit originale. Item, proponit æquales has tres virtutes in Deipara, virginitatem, innocentiam & humilitatem; igitur si in virginitate & humilitate nec apex fuit imperfectionis, quare admittis punctum in innocentia?

Item, Serm. 3. de Assumptione, colum. 464. inquit: Verùm, quia *de propagine carnis nulla nobilior De Matre resulsit, nulla splendidior eâ processit*, quam splendor paternæ gloriæ ineffabiliter divinitus illibavit, &c. Si nulla; igitur neque Eva, quæ peccatum originale non habuit.

Item, Serm. 4. de eadem Assumptione, inquit: Igitur sancta & venerabilis Virgo MARIA Mater Domini nostri JESU CHRISTI, secundùm carnem *ex semine Abrahæ orta* & ex tribu Juda, *virgula de radice Jesse, clara ex stirpe David*, filia Hierusalem, Stella maris, ancilla Dei, Regina gentium & Domina Regum, Sponsa Domini, Mater Christi, Conditoris Templum, Spiritûs Sancti sacrarium, velut columba speciosa, pulchra ut Luna, electa ut Sol, signaculum fidei, reparatio Evæ, introitus vitæ, Janua cæli, decus mulierum, caput Virginum, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, multiplicatur ut Cedrus Libani, &c. Hæc epitheta reduplicativè more Scholastico loquendo) dicta sunt ab Ildephonso, & sic intelligenda: quòd MARIA in quantùm genita secundùm carnem ex semine Abrahæ à radice Jesse, orta ex stirpe David, fuit Stella maris, ancilla Dei, &c. Et ab illo tempore seu instanti, quo secundùm carnem fuit ex semine Abrahæ orta, cœpit multiplicari ut Cedrus; sed sic est, quòd à primo instanti suæ Conceptionis fuit secundùm carnem ex semine Abrahæ, & in primo instanti verum erat dicere, quòd MARIA erat orta ex stirpe David; ergo ab illo instanti erat, seu fuit Stella maris, ancilla Dei, Spiritûs Sancti sacrarium, speciosa, pulchra, &c. Sed hæc omnia nullo modo compatiuntur peccatum originale; ergo secundùm hanc auctoritatem Ildephonsi illud non habuit.

Item, Serm. 6. de Assumptione, colum. 467. inquit: Unde ei soli Angelica illa salutatio conveniens fuit: Ave MARIA gratiâ plena; *cæterorum electis ex parte gratia datur, huic vero Virgini tota infundit plenitudo gratiæ*, &c. Hæc auctoritas eòdem modo explicatur à modernis Doctoribus de Concep. Quomodò enim in V. esset diffusa plenitudo gratiæ, si in originali fuisset concepta? Per partes fuit data gratia Adæ & Evæ & fuerunt absque originali culpa quomodò data sit MARIÆ plenitudo. Data est gratia per partes Jeremiæ & Joan. qui fuerunt sanctificati in utero post sex menses à sua Conceptione. Saltem ergo concedamus MARIÆ gratiam ad tres menses alios. Et si fateris, quòd in secundo instanti fuit sanctificata; quæ plenitudo esse potuit, quæ nec ad unum instans attingere potuit & pro unico solo puncto in ore tuo reservata, pro ea evertitur plenitudo gratiæ Marianæ; & quam Ang. plenam proclamat, tu semiplenam adstruis.

Item, Serm. de Purificatione, colum. 470. inquit: Hanc ergo præsens lectio non minùs in Domino Salvatore, quàm in venerabili ejus commendat Genitrice, *quorum uterque cùm ab omni legis præcepto liber exiterit*; uterque tamen causâ commendandæ humilitatis sponte se legalibus subdere voluit institutis, &c. Sed Dominus legis sponte se voluit subdere legi, ut nos à maledicto legis absolveret; *similiter & intemerata ejus Genitrix, quæ se noverat nihil legi debere*, humilitatis tamen gratiâ legale voluit exequi præceptum, &c. Licèt hæc omnia dicta sint de Purificatione, tamen ex his verbis colligitur, quòd Christus & MARIA ab omni lege fuerunt exempti; & si à lege Levitica,

Levitica, cur non & à lege Geneſea? & ſi à lege parturitionis, cur non & à lege Conceptionis? Qui legem Moyſis adimpleverunt propter humilitatis virtutem exercendam, quomodò admitterent legem Adami ad peccatum contrahendum? Intemeratus ergo fuit uterque lege, qui liber uterque exiſtit ab omni legis præcepto. Et infra in eodem Serm. de Purificatione, inquit: Et puerorum quidem purificatio in hoſtiarum oblatione conſtabat; matrum verò in hoc, quòd quadraginta diebus tam ab ingreſſu templi Domini, quàm à viri thoro prohibebatur; non quòd ex legitimo & nuptiali connubio ſit culpa filios procreare; ſed quia *ipſe legitimus & nuptialis thorus à culpa iniquitatis non poſſit eſſe extraneus*, &c. Deus enim humanæ naturæ fœcunditatis dona contulit; libidinis verò malum creatura Dei non eſt, ſed pœna peccatis proinde de munditia nuptiarum *mundus homo non naſcitur, quia interveniente ſordida libidine iniquitas ſeminatur*. Hinc & Beatus David, qui ſe noverat de legitimo connubio generatum, hujus tantùm rei conſcius, maculam carnalis generationis non ſine gravi gemitu deplorabat, dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Hæc paucis dicta ſunt, ut noveritis maculam originalis peccati *non in legitimis nuptiis, ſed in voluptate & delectatione conſtare libidinis*. Quòd autem mulier quadraginta diebus, edito partu, ab ingreſſu templi prohibebatur; ideo juxta litteram factum videtur, *ut quot diebus infans in utero formatur, tot etiam diebus ejus purgatio celebraretur*, &c. Hic duo notanda ſunt: Primum & præcipuum, quòd Patres antiqui intelligebant per peccatum originale concupiſcentiam parentum, quæ erat in coitu, ſive illam ſordidam libidinem & iniquitatem, quæ interveniebat in voluptate ſive delectatione carnis, quæ quidem præcedebat animationem prolis per quadraginta dies. Et hæc fuit communis ſententia, non ſolùm Ildephonſi; ſed ferè, imò abſolutè omnium antiquorum, Thomæ, Bonaventuræ, Aleſſis, Alberti Magni & aliorum. Et ſi ita ſentiebant de peccato originali, quid mirum quòd aliqui illorum ponerent originale peccatum in Maria? Sed illa parentum libido, culpa ſeu iniquitas voluptatis ac delectationis, non eſt formaliter peccatum originale prolis, ſed ſolùm radicaliter, cauſativè ſeu principiativè: quia peccatum originale contrahitur in ipſâ infuſione animæ rationalis in prole, ſive pullulat ex unione animæ & corporis, quæ fit poſt quadraginta dies ab illa prima delectatione & voluptate, ſive ſenſualitate parentum. Et quando Sancti Patres affirmant, quòd Spiritus Sanctus purgavit & purificavit carnem Mariæ ab immunditia & ſorde, loquuntur de illa immunditia libidinis, iniquitate & culpa ſeminata objectivè in ſemine ab alia formaliter exiſtente in genitoribus; ſed hoc breviter adnotato propter Complutenſem dicentem hanc doctrinam de culpa conjugatorū non eſſe ſanam. Nota illa ultima Ildephonſi verba: *Quòd autem mulier quadraginta diebus, edito partu, ab ingreſſu templi prohibebatur; ideo juxta litteram factum videtur, ut quot diebus infans in utero formaretur, tot etiam diebus ejus purgatio celebraretur*, &c. Ex qua auctoritate habes, quòd infans in utero formatur, perficitur ac diſponitur ad introductionem animæ, imò & introducitur die quadrageſimo à generatione ſive congreſſu parentum. Et etiam advertere debes, quòd ſecundùm Eccleſiaſticam computationem infans eſt in utero per novem integros menſes: ſic enim computat in Chriſto Domino à die 25. Martii uſque ad 25. Decembris; & in Virgine Maria à die 8. Decembris uſque 8. Septembris. Computando igitur à die 8. Decemb. ſi poſt quadraginta dies fuit formatum corpus Mariæ, & ultimo die diſpoſitum ad introductionem formæ, & eodem quadrageſimo die introducta anima rationalis; animatio Beatiſſimæ Virginis Mariæ fuit die 15. Januarij, computando diem more Hebræorum & Orientalium, qui diem 8. Decembris incipiunt enumerare à die 7. poſt prandium, & ſic quadrageſima dies neceſſariò incidit, ut dixi, die 15. Januarij. Hoc poſito fundamento, quod veriſſimum eſt & mathematicum, etiam notare debes aliud ſingulare myſterium: & eſt, quòd eodem tempore, quo ferventiori affectu & devotione excitata fuit controverſia de Immaculata Conceptione, ſeu reſloruit hoc myſterium in Eccleſia, aſſignando ipſi proprium officium tempore Sixti IV. ſimul & ſemel Bernardinus de Buſtis Minorita ex approbatione ejuſdem Summi Pontificis elaboravit pariter officium ſanctiſſimi Nominis Jesu. Do tibi verba Henrici Willot in Athenis Franciſcanis, folio 61. Compilavit etiam officium Conceptionis Beatæ Virginis à Sixto IV. Summo Pontifice approbatum anno 1480. Pontificatûs ſui anno 10. & officium Nominis Jesu, apud Sanctiſſimum Dominum ſupplicibus litteris ages, ut huic ſanctiſſimo Nomini colendo diem feſtum aſſignare dignaretur. Hæc Willotus. Id ipſum tota Seraphica Religio omni conatu & inſtantia à Sede Apoſtolica petiit & tandem obtinuit à Clemente VII. Pontifice maximo, qui & officium conceſſit & diem ſignavit, ſcilicet 14. Januarii, ut modò in toto Ordine recitatur. Sed quare (interrogo) ſignata fuit dies 14. Januarii? Feſtum Nominis Jesu, ſecundùm Eccleſiam, eſt dies 1. Januarii: quando enim circumciſus fuit, tunc impoſitum fuit ei nomen. Et ſi tunc recitamus cum tota Eccleſia officium commune Nominis Jesu Redemptoris; quare alteram feſtivitatem particularem de ipſo Nomine Jesu vult celebrare Seraphica Religio? Et dato quòd aliam velit celebrare; quare à Pontifice ſignatur dies 14. Januarii, quando eſt extra octavam, quando nulla apparet ſingularis aliqua prærogativa hujus diei? Eſt aliquod myſterium pro Minoritis in illa die, & hoc eſt: quia die 15. Januarii fuit animatio ſeu formalis Conceptio Virginis & præſervatio Deiparæ à peccato originali, ſecundùm computationem & demonſtrationem factam ſuperiùs ex Ildephonſo, & ſic diſpoſuit ac ordinavit Spiritus Sanctus per os Summi Pontificis, quòd, ſi Fratres Minores tuebantur ſententiam de præſervatione Virginis Mariæ ex præviſis meritis Redemptoris Jesu facta die 15. die antecedenti recitarent officium de ipſo Præſervatore Jesu, & ſpeciali feſtivitate non communi: quia ſi Maria non fuit communiter ſeu communi redemptione ſublevativâ redempta, ſed ſpeciali præſervativâ, ſpeciales ac ſingulares redderemus gratias; & ſi præſervatio fuit priuſquam Maria caderet, nos redderemus laudes canendo pridie ipſius præſervationis, ut cùm ante liberatorem celebramus Matris, ante diem etiam celebraremus antelucanam redemptionem Filii; & ſic redemptionem quæ fuit non ex nocte, ſed in die,

ante diem prævenimus in laude Redemptoris.

Item, Serm. ultimo de Nativitate Mariæ, colum. 472. inquit: Voluit per pietatem suam, & omnipotentiam suam visitare mundum, ut ipse qui hominem fecerat, per visionem suam redimeret. *Præparavit sibi vas*, ut per ipsum potuisset apparere hominibus, scriptum est enim: *Sapientia ædificavit sibi domum vel templum*; hoc est, Mariam Virginem. Consideremus quantùm possumus (quia nec lingua sufficit loqui, quod voluntas cupit proferre) quanta fuit benignitas Dei, ut de tam longinquo inquireret sibi templum, ubi habitaret; quia Maria Virgo non sic est nata, sicut solent pueri vel puellæ nasci, *sed de Anna sterili ex patre jam sene, extra consuetudinem mulierum*, post refrigescentem calorem, & sanguinem jam tepidum in pectore refrigescentem, & omnium amorum libidinis discessum, mundo corde & corpore ab omni pollutione carnali, orta est, &c. Fateor, quòd Sermo sit de Nativitate ex utero, sed verba hæc absolutè respicium Nativitatem Mariæ in utero: quia Deus non præparavit vas Marianum in Nativitate; præparavit enim ante sæcula, & à mundi constitutione præparavit, in generatione & congressu parentum præparavit; in ipsa Conceptione, tunc enim Sapientia cœpit sibi ædificare domum & templum: nam miraculum omnipotentiæ fuit, quòd Joachim senex & sterilis generaret; miraculum etiam, quòd Anna sterilis & vetula conciperet: nam posita jam Conceptione, ego existimo, quòd non erat necessarium aliud miraculum in Nativitate. Denique, si discessit libido in parentibus, ut Mariam generarent; hoc non potest dici de tempore Nativitatis ex utero: ergo omnia verba Ildephonsi suprapositæ auctoritatis respiciunt Conceptionem. Quomodò ergo relate prærogative possunt stare cum peccato originali? An præparavit sibi Deus vas maculatum, ut & ipse appareret hominibus sub maledicto? An Sapientia ædificavit sibi domum ruinosam, & immundam? Si de longinquo quæsivit, quomodò de proximo dereliquit quæsitam? Si concepit Anna extra consuetudinem mulierum, quomodò concepta erit intra consuetudinem mulierum? Si discessit libido à parentibus, ergo & peccatum à prole: si mundo corde & corpore ab omni pollutione carnali orta est in utero, ergo & anima: & si ab omni pollutione libera, igitur in nullo polluta. Ac denique, non est nata sicut solent pueri vel puellæ; ergo non est nata in utero, sicut puer Joannes vel Jeremias post peccatum; sed præservata, & à peccato originali omnino immunis. Omnia hæc relata ex Sancto Ildephonso reperies in Bibliotheca VV. PP. tom. 7. à pag. 457. Impress. Coloniæ, anno 1618.

Item, in lib. de Illibata Virginitate, cap. 1. fol. 6. à tergo vocat Virginem Mariam illæsam, incorruptam, inviolatam, intemeratam, integerrimam verè. Et cap. 7. fol. 32. à tergo, loquens de Christo, inquit: *Inde enim solus inter mortuos liber, quia sicut nec peccati contagio, ita nec mortis retineri potuit vinculo*, &c. In quibus verbis videtur probare resurrectionem Christi ex eo, quòd non habuit peccati contagionem; quasi hæc sit legitima & necessaria consequentia à priori: Non habuit peccatum originale Christus, ergo resurrexit. Vel melius sic: Non habuit Christus peccati contagionē, igitur non potuit retineri à vinculo mortis; nam mors non est effectus peccati originalis (ut opponunt Adversarij) sed naturæ: effectus peccati originalis est retentio à morte, id est, illud: Pulvis es, & in pulverem reverteris; pulvis enim est vinculum mortis sive catena carceris, qua retinet mors homines in pœnam, seu supplicium peccati originalis, & transgressionis divini præcepti. Sed de hoc aliàs latè. Igitur si hæc est consequentia à priori: Non habuit peccatum originale, ergo non est retentus à morte; hæc erit demonstratio à posteriori: Non est retentus à morte, igitur non habuit peccatum originale; sed Virgo Maria non fuit retenta à vinculo mortis, igitur non habuit originale. Et cap. 12. fol. 56. loquens cum Virgine, ait: Ex carne tua vulnerandum corpus exhibuit, in quo mortem meam tolleret, mortalitatis tuæ corpore mortale corpus attrahens, in quo mea deleret peccata. *Quod tulit à te corpus, sine peccato suscepit*, &c. Nota, quòd non dixit: Quod tulit à te corpus, sine peccato sumpsit, sed subjunxit; suscipere enim est ab alio recipere, quod diceret: ô Maria, corpus quod Christus à te sumpsit, hoc à te sine peccato suscepit: quia non solùm illud corpus fuit in Christo sine peccato, sed etiam in te erat sine peccato: sed hic non loquitur de peccato actuali, quia nullum fuit in Maria; ergo de originali. Et hæc de Ildefonso. Lib. est impress. operâ R. P. Michaëlis Ceranzæ Carmelitæ, Valentiæ 1556. in 8.

Item, tempore Sancti Ildephonsi institutum fuit & appositum *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Missali Mozarabe Toletan. Vide Eusebium Nieremberg. de object. Concept. cap. 3. fol. 17. Calderon. Apolog. cap. 6. num. 3. Gonz. 2. Thes. sect. 5. cap. 2.

Item, in Sermone de Sancta Maria, qui est Bibliotheca Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ transcriptus novissimè est, sic inquit: Sed Auctor mortis hinc reparationem invidens, fontem rudem humani generis, antequam rivulos nativitatis per ora spargeret, veneno suæ mortis immiscere festinavit. Sic ergo genus humanum, quasi unum arborem adhuc radice teneram, antequàm in propaginis prole prodiret, vitiavit. Inde est ergo, quòd radix vitiata quotidie indesinenter frondem, frondesque eius indesinenter per mortem marcescunt; *& sæpe contigit, quòd aurum fulgens reperitur in luto, & ex pungenti spinâ pulchra rosa oriatur rosa; hæc enim, operante providentia divina, radice vitiata sine vitio prodit Virgo MARIA*, &c. Extat Sermo apud Euseb. Nieremb. in libro Exceptionum Concilij Tridentini, cap. 11. à folio [illegible].

Item, scripsit secundùm aliquos specialem tractatum *de pura, ac Immaculata Virginis Conceptione*. Vide Hippol. Marrac. in Bibliotheca, folio 6[illegible].

Item, in quodam opere Sancti Ildephonsi, quod apud nos est antiquis characteribus scriptum sub titulo: Incipit Psalterium Beatæ Mariæ semper Virginis editum à Beato Ildephonso Toletano Archiepiscopo. Unaquaque die devota mente cantetur, &c. sæpissimè vocat *Virginem MARIAM Immaculatam ac puram, intemeratam*; & alia plura hujusmodi encomia ejus immunitatem indicantia adducit; de quo alibi.

Item, *quia fideliter reservavit Virginem MARIAM sordes primæ originis, mortisque veteris nuptiæ evanuisse, ab ipsa Virgine Dei Matre cæsulam gloriæ meruit accipere.* Ita Alanus Parisiensis in Defensorio de Con-

Conceptione conscripto, anno 1383. quod in nostra extat Bibliotheca & Regest. Armamentarij col. 563. Velazquez fol. 436. & alij.

ILDEFRONSUS Vazquez Hispanus, Ordinis Minorum, & Confessarius Reginæ Galliæ, in libro manuscrip. de Viris ac Fœminis illustribus Provinciæ Castellæ, in vita Hieronymæ de la Assumption, cap. 44. cujus titulus est: De como por Orden de la S. Madre se hijo la *S. imagen de la Concepcion* de S. Juan de los Reies de Toledo, latè de Conceptione Virginis MARIÆ absque peccato originali, &c. fol. 120. Lib. manusc. in folio.

Item, in altero tomo manusc. fol. 84. de fundatione Conventûs *Conceptionis Toletan.* latè; & de aliis, ut fol. 96. de fundatione Conventûs Guadalajaræ & Conceptionis de Scalona in speciali tract. etiam manusc. & etiam habet singularem tractatum *de Conventu Conceptionis* de la Puebla de Montalvan. Quæ omnia vidimus apud ipsum Auctorem Parisiis.

Item, habet aliud Opus inceptum, sub hoc titulo: *Exposito Theologica, Historica & Moralis super Bullam Alexandri Papæ VII. de vero sensu ab Ecclesia semper retento circa cultum Immaculatæ Virginis Conceptionis.* Item, componit Tract. de eximia Hispanorum Regum devotione *erga mysterium Immacul. V. Conceptionis.* Item, scribit modò Librum seu ingens opus sub tali titulo: Biblia Marian. seu Flores Bibli *de commenda Beatissimæ MARIÆ Virginis puritate*, cujus mysterium Immaculatæ Conceptionis juxta Sanctorum Patrum, & diversorum Auctorum mentem adumbratur, proponitur, defenditur, elucidatur. Opus singulare in quatuor tomos distributum. Tomus primus complectens Pentateuchum Marianum, hoc est, Expositionem in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros & Deuteronomium, &c. Opus paratur ad prælum, & utinam lucem citò videat!

ILDEPHONSUS Vergel, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Hispanus, in Conclusionibus habitis an. 1655. in die Immaculatæ Conceptionis, ut videre est verb. Michaël Meyers Caramuël, concludit sic: Has defendet in ipsius *Immaculatæ Conceptionis Collegio Deiparæ de Mercede*, &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

IMAGINES seu Icones sacræ in alma Urbe miraculis insignes, à Divo Luca aliisque surgentis Ecclesiæ religiosis viris delineatæ, Immaculatam Deiparæ Conceptionem repræsentantes, sunt istæ: 1. *Concepta Virgo MARIA in Basilica Immaculatæ Conceptionis* Sanctæ MARIÆ Majoris. 2. Imago *conceptæ Virginis MARIÆ in Ecclesia ejusdem conceptæ Virginis* de Ara cœli. 3. Fons lucis, stella maris, Imago *conceptæ Virginis MARIÆ* in Ecclesia ejusdem invocata. 4. Imago *conceptæ Virginis MARIÆ* in Ecclesia Monialium Sancti Sixti. 5. Imago *conceptæ Virginis MARIÆ in Ecclesia ejusdem Conceptionis Virginis* Monialium in Campo Martio. 6. Imago Archiconfraternitatis *Immaculatæ Conceptionis*; & Stellarij. 7. Imago *conceptæ Virginis MARIÆ* in Ecclesia S. Alexii. 8. Sancta Virgo Virginum; Imago *conceptæ Virginis MARIÆ* in Ecclesia interiori Monasterium ejusdem Conceptionis Virginis in Campo Martio. Prædictæ octo Imagines fuerunt typis mandatæ Romæ in charta expansa cum hac inscriptione litteris majusculis: *Ave concepta sine peccato*, sanctissimo coronata stellario, cum stemmate S.P.Q.R. Et infra: Protege Domina populum tuum. Romæ 1635. Dedicatio ejusdem chartæ sic se habet: Inclyto, ac Serenissimo S. P. Q. R. Immaculatæ Virginis amantissimo D. Thadæo Principi Barberino Urbis præfecto, Horatio Albano Senatori, Octavio Muto Alex. Rendanino, Bruto Gotifredo Consulibus, Juliano Duci Cæsarino Confallonerio, Leoni Verospio Priori, has illius sacras Imagines, simulacrum communis in illam pietatis, quâ triumphum *Immaculatæ Conceptionis* Urbano VIII. Maximo Pontifice favente XIX. Augusti 1635. arcubus ac pompa antiquis parem, præsentia illustravit, publico ære provexit Fr. Joannes Paulus Bonellus Romanus Minor Observans D.D.D. Hæc ad litteram, ut hic scripta sunt, cum Iconibus & inscriptionibus supra positis, manent in Sacristia Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Sancti Laurentii in Damaso.

Item, in nostris libris de Imaginibus B. Virginis sunt innumerabiles imagines *Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ V. MARIÆ*, præcipuè: Tomo primo, fol. 1. & fol. 2. & pag. 2. & f. 3. & f. 5. ad illud: Ipsa conteret caput tuum; & f. 24. à tergo, & f. 29. à tergo Comiti Francisco Triveltio, & f. 59. ad illud: Inimicitias, dicata Domino Domino Alexandro Garabalontico, & f. 69. à tergo, cum omnibus privilegiis & fœminis Beatis Ordinis Minorum, & f. 86. dicata Cardinali Justiniano, & f. 108. à tergo, & f. 148. inventa à R.P. Bartholomæo Saluthio Ordinis Minorum, dicata Domino Domino Evangelistæ Datario, & f. 156. symbolica descriptio *Immaculatæ Conceptionis* à Jacobo Lauro Romano, an. 1609. D Domino Alexandro de Tuuxanii. Tomo secundo f. 1. & f. 2. à tergo parva, & f. 7. & 8. à tergo, & f. 11. ejusdem altera à tergo, & f. 15. & ibidem duæ à tergo; & fol. 20. & altera à tergo, & 21. duæ & 23. & altera à tergo; & 24. & 31. & 44. à tergo, & 50. à tergo, & 54. à tergo, & 57. & 64. à tergo; & 73. & altera à tergo, & 78. à tergo, & 80. à tergo, & 86. & altera à tergo, & 90. & 95. à tergo, & 114. à tergo, & 122. & 130. à tergo, & 134. à tergo duæ, & 142. à tergo, & 150. à tergo, & 156. & 157. & 162. & 182. à tergo duæ, & 189. à tergo, & 191. à tergo, & 192. & ibidem alia à tergo, & 201. à tergo, & 212. & 233. & 235. à tergo, & 241. & 246. à tergo. Et Tomo tertio f. 3. à tergo, & fol. 6. à tergo, & f. 7. à tergo, & f. 36. & f. 48. & 51. & f. 52. à tergo, & f. 79. Tomo quarto extant Imagines *Conceptionis*, fol. 32. & fol. 37. à tergo, & fol. 46. in figura Arcæ Noemiticæ, & fol. 82. & fol. 119. & fol. 122. & fol. 157. à tergo, & fol. 180. & fol. 182 & fol. 188. Libri isti fuerunt dicati & traditi D. D. Comiti de Peñaranda, nunc Prorege Neapolitano.

IMPERFECTUS in Matthæum (inter Opera Chrysostomi) loquens de Sancto Josepho, inquit: Possibilius credebat mulierem sine viro posse concipere, *quàm MARIAM posse peccare*, &c. Euseb. Nieremberg. cap. 13. Excep. folio 199.

INDULGENTIÆ in Urbe sancta in die *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* sunt variæ, atque diversæ; præcipuè verò sunt Stationes ad S. MARIAM Majorem, ubi etiam sunt anni mille Indulgentiæ. & plena remissio omnium peccatorum. Item, in Ecclesia Sanctæ MARIÆ Rotundæ, & in Ecclesia Sanctæ MARIÆ Angelorum est eadem Indulgentia. Insuper pro eodem die & per totam octavam prædictæ festivitatis est statio, & Indul-

gentia plenaria in tribus Ecclesiis, scilicet in Sancta Maria de Ara cœli, in Sancta Maria de Populo, & in Sancta Maria de Pace. Ita omnes qui scribunt de Stationibus & Indulgentiis Urbis.

INNICUS de Avados, Episcopus Iselan. Hispanus, præcepit, ut inviolabiliter observaretur in sua Diœcesi *festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis*; ut videre est in libro Decretorum & Constitutionum Synodalium Ecclesiæ Iselan. de festorum observatione, fol. 12. Lib. extat impress. Romæ 1595. in 4.

INNICUS de Lodosa Navarrus, Societatis Jesu Hispanus, in libro cujus titulus est: Señal de predestinados la devocion con la Virgen Señora nuestra. c. 6. sub hoc titulo: *Fue concebida MARIA sin culpa original*, para que los hombres cobrasen esperanza de salvarse por medio suyo, &c. Vide latè ibi. Lib. impress. Pampilonę 1654. in 12.

INNOCENTIUS Papa Decimus, Joannes Baptista Pamphilius antea vocatus, Romanus, *pro observatione festivitatis Conceptionis in Regnis Hispaniæ expedivit Bullam*, quæ incipit: In his per quæ 10. Novembris 1644. Alias Bullas vide in Nodo.

INNOCENTIUS Papa Octavus, Joannes Baptista Civo antea vocatus, Januensis, *pro Conceptione B. Virginis MARIÆ Bullas*. Marraccius in Pont. Marian. fol. 160.

Item, *confirmavit Regulam Religionis Monialium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ac eis præscripsit modum, formam & colorem habitûs, &c. Vide Franciscum Vivarium part. 1. §. 4. Velazquez folio 346.

Item, anno 1489. concessit omnibus Confratribus Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis* Conventûs Parisien. S. Augustini, ut possent eligere Cõfessarium idoneum sæcularem, vel Regularem, qui illos absolvat ab omnibus peccatis, & concedat indulgentiam plenariam in mortis articulo, &c. & finaliter facit participantes omnium suffragiorum, & aliorum bonorum spiritualium Militantis Ecclesiæ. Ita refert Anonymus Augustinianus in lib. Privilegiorum ejusdem Confraternitatis, folio 27.

Item, concessit omnibus dicentibus infrascriptam Orationem ad honorem Beatæ Virginis Mariæ plenariam indulgentiam. Oratio est hæc:

Ave Virgo gratiosa,
Stella Sole clarior,
Mater Dei gloriosa,
Favo mellis dulcior,
Rubicunda plusquam rosa,
Lilio candidior.
Omnis virtus te decorat,
Omnis sanctus te honorat,
In cœlo sublimior, Amen.

Cùm in hac Oratione commendetur gratia, candor, atque claritas Virginis indefinitè & comparativè; existimo, quòd loquatur ab instanti Conceptionis, &c. Extat in Breviario PP. Cœlestinorum ad finem, folio 504. Si rem non probat, saltem favere videtur: sin minùs, trãseat. Alias Bullas hujus Pontif. vide in nostro Nodo.

INNOCENTIUS Quartus Summus Ecclesiæ Pontifex, concessit Indulgentiam ad supplicationem F. Petri de Morone, postea Cœlestini V. pro diebus *Conceptionis*, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis & Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ ad annum 1243. Ita Andreas Saussaius Episcopus Tullensis in serie Chronologica rerum in Ecclesia Occidentali gestarum circa celebrationem festi, cultumque mysterii Immaculatæ Conceptionis, &c. Quam videtur manusc. apud eundem.

INNOCENTIUS à Rudiano, Ordinis Minorum Italus, in Arbore Provinciæ S. Bernardini de Abruzzo agit de duabus Capellis existentibus in prædicta Provincia sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, de quatuor Altaribus existentibus in eadem Provincia sub eodem titulo *Conceptionis*. Quæ relatio extat apud nos.

INNOCENTIUS Septimus Pontifex Antipapa, promulgavit Sententiam contra Joannem de Montesono, qui in suis Conclusionibus asserere fuerat affirmare Virginem Mariam in peccato originali fuisse conceptam, *ordinavitq; ut Parisios rediens, quidquid contra immunitatem Deiparæ in suis sermonibus dixerat, publicè etiam in concione retractaret*. Ita Gaguinus in historia Francorum ad Carolum Sextum, Salazar, Hippolytus Marraccius in Polyantif. Marian. fol. 130. Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, disser. 6. adnot. 2. fol. 341. Serran. de Concep. lib. 2. cap. 8. Christophorus de Vega, Palest. 3. cert. 20. fol. 135.

INQUISITIO, seu fidei Tribunal sanctum atque integerrimum in Hispania, ac in partibus ipsi Imperio subjectis, cùm Fratres Minores Scoti Assertiones prælo mandatas publicarent, in quibus hæc propositio continebatur: *B. Virgo MARIA non contraxit debitum peccati originalis*, & delata fuisset ab Adversarijs prædicta doctrina ad sanctum Tribunal supremæ Inquisitionis, pluresque consulti fuerunt doctissimi Theologi Complutenses, Hispalenses, Cordub. Granatens. Ossun. & Salmanticens. Academiæ, sententiam tulit, seu Decretum fecit, quòd in prædicta Conclusione vel doctrina nihil erat, quod ejus publicam defensionem posset impedire, ipsamque tueri liceret, &c. Vide Jacobum Granados, Ferdinand. de Salazar cap. 10. num. 7. atque Joannem Antonium Velazquez, lib. 3. de Maria Immaculatè concepta, dissertatione 3. annotatione 3.

Item, cùm in Academia Pinciana eadem propositio, scilicet *quòd Virgo MARIA non habuit debitum contrahendi peccatum originale*, iterum in controversiam veniret, seu ad Palestram duceretur, & ad sanctum Tribunal iterum res delata esset, integerrimi fidei Inquisitores facta denuò inquisitione ac examine Decretum publicavit, ut præfatæ Assertiones publicè disputarentur atque propugnarentur. Vide Velazquez ubi supra, fol. 262.

Item, cùm R. P. Joannes de Villamar, Ordinis Minorum sustinere vellet publicas Conclusiones in quibus præcipuè propugnandum erat: *Virginis immunitas à peccato Virginis MARIÆ esset proxime dissimilis? Quòd non habuit debitum contrahendi originalem maculam: Quòd in instanti Conceptionis habuit majorem gratiam, quàm omnes Beati etiam collectivè: & denique, quòd ex Conceptione in gratia infecturatur præsens ejus Conceptio in gloria*; & cùm Adversarij contradicerent supradictæ doctrinæ, ita ut talis disputatio omnino interdiceretur, sanctum Tribunal supremæ Inquisitionis facultatem præstitit, ut præfatæ Assertiones integræ & illæsæ, quin iota unum aut apex ex illis præteriret, publicè defenderentur. Velazquez ubi supra. Vide etiam Joannem de Villamar.

Item,

Item, cùm anno 1615. in civitate Hiſpalenſi typis mandaſſent Adverſarij quaſdam Concluſiones, in quibus erat propoſitio: *Quòd Beatiſſima Virgo MARIA maculæ originali fuit obnoxia, imò ab eâ conflorcat;* delatæ ad ſupremum Inquiſitorem D.D. Bernardinum de Roxas & Sandoval, & D.D. Antoniſum, Gaetan. Sedis Apoſtolicæ Nuntium, ex amborum præſcripto Aſſertiones interdictæ fuerunt facultate negata, ne unquam publicè defenderentur. Lege Joannem Antonium Velazquez ubi ſupra num. 5.

Item, cùm delata fuiſſet ad Senatum ſupremum ſanctæ Inquiſitionis propoſitio illa: *Qui mortem apteret vel ſubiret propter cultum ac venerationem Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, verus Martyr eſſet cenſendus, &c.* judicavit non eſſe dignam cenſurâ, atque facultatem conceſſit illam tutandi in publicis actibus. Ita Ludovicus de Torres in ſeſtis, diſp. 2. part. 2. dubio 1. Vega, Paleſt. 3. cer. 19. num. 425.

Item, cùm prædicta propoſitio, ſcilicet: *An inter Martyres, annumerandus eſſet ille, qui mortem ſubiret pro veritate Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ tuenda ac defendenda?* delata fuiſſet ad ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Tribunal ex civitate Cæſarauguſtana, facultatem conceſſit, ut publicè defenderetur, teſte P. Chriſt. de Vega loco ſupra citato folio 131. colum. 1.

Item, Luſitaniæ Inquiſitionis Tribunal ex decreto Pauli V. Pontif. Max. anno 1610. menſe Maii, damnavit illam propoſitionem: *Feſtum Conceptionis Immaculatæ etiam in particularibus Eccleſijs inconſulto Pontifice quondam inſtitutum, ſic ejus immunitatem ab originali convincit, ut ei falſitas ſubeſſe non poſſit; unde quamvis eam de fide inſtitutio hujus feſti definire non poſſent, juxta veritates tamen ad fidem pertinentes collocarent, quæ verum ſubiret martyrium, qui pro defenſione ejus moreretur, &c.* De hac propoſitione vide Portel in dubijs Regul. verb. Conceptio, num. 6. Chriſtophorum de Vega, Paleſt. 3. cert. 10. num. 432. in quo invenies quomodò ſit intelligenda.

Item, cùm quædam Aſſertiones Cæſarauguſtæ, anno 1632. delatæ fuiſſent ad ſanctum ac ſupremum Inquiſitionis Tribunal, in quibus erat hæc propoſitio: *Immunitas ab originali in Beata Virgine ita eſt certa, ut nec publicè falſitati ſubjacere poſſit,* poſt diligens examen facultatem conceſſit, ut publicè defenderetur. Chriſtophorus de Vega, Paleſt. 3. cert. 8. num. 295. fol. 87.

JOACHIMUS Peronius Cotmeriacenus, Ordinis Benedictinorum, in lib. de Vita, rebusque geſtis Jesu Christi, generis hominum conſervatoris, &c. in vita Beatæ Mariæ Virginis, cap. 2. inquit: Nec Anna multò poſt (neque enim plures duodecim, inter abſentiam & conceptum interfuerunt dies) concepit Mariam, exactisque novem menſibus peperit. *Conceptus hic beatus fuit, beatus ſanctusque partus; quippe illud peccatum in quo concipimur, & cum quo naſcimur, divino conceſſu ac munere MARIA non contraxit; nec injuriâ.* Æquum enim fuit, eam quæ conceptura & paritura erat, à quo opera diaboli, id eſt, peccata delenda eſſent, *peccato non per omne ſolum vitæ tempus, ſed etiam in conceptu, & ortu carere.* Quæ utraque ejus laus tam propria eſt, ut ea, quæ ad Conceptûs ſanctimoniam referrur, cum nemine altera cum paucis hominibus illi ſit communis. Lib impreſſ. Pariſijs 1553. in 12. regali, & Coloniæ 1571 in 12. Nota, quòd ſecundùm ſupputationem Joachim & Anna fuerunt propter ſterilitatem excluſi à templo die 26. Novembris.

Item, in lib. de Rebus geſtis, vitiſque Apoſtolorum, in vita Sancti Bartholomæi, folio 114. inquit: Hoc loco Polymius Apoſtolum rogat, cur primam Virginem vocaſſet eam, ex qua homo & Deus natus eſſet? Ille, cùm gratias Deo primùm egiſſet, quòd Regi mentem ad ſe audiendum dediſſet, ita reſpondit: Primum hominem Adamum dictum eſſe, terramque ex qua fictus compoſitusque fuiſſet, & matrem ejus & virginem fuiſſe, *propterea quòd nec ſanguine humano ac lue polluta contaminataq; fuiſſet, nec ad cujuſquam mortui ſepulturam aperta.* Itaque conſentaneum fuiſſe id, quod tum dixerat, ut qui filium virginis, id eſt, terræ viciſſet; is à Virginis Filio vinceretur; viciſſe autem illum, quòd fraude & arte egiſſet, ut Adamus contra Dei præceptum veſceretur, ob eamque cauſam expulſum, &c. Lib impreſſ. Pariſijs 1552. in 16. & Coloniæ 1576.

JOANNA Clemente, fœmina Hiſpana, ſcripſit Hieroglyphicum *pro immunitate Virginea contra originale peccatum.* Impreſſ. apud Sanct. Zapata, lib. de Concept. fol. 149.

JOANNA de la Cruz, Monialis Sanctæ Claræ admirabilis virtutis Hiſpana, cùm eſſet anno 1509. in quodam raptu, dixit: Que desde el punto que la Sereniſſima Reina de los Angeles fue concebida en el vientre de ſu Madre Sancta Ana, tuvó uſo de razon, como ſi fuera de edad perfecta; y muy grande amor y conocimiento de Dios, en que fue ſiempre creciendo, y en todas las demas virtudes, &c. Sic in eius vita ſcripta à R. P. Antonio Daza, cap. 14. folio. 69. Lib. impreſſ. Matriti 1613. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

Item, in ſuo Conorte ſcripſit Sermonem, qui eſt in ordine 58. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione,* quem ego ad litteram tranſcripſi ex Manuſc. ejuſdem Monaſterij anno 1645. Vide Antonium Dazam de Concep. cap. 6. fol. 44. & fol. 130. ubi adducit plures auctoritates ex prædicto ſermone.

JOANNA Franciſca Fremiota, Canthalij Baroniſſa Galla, inter omnes ſolemnitates in honorem Reginæ Angelorum inſtitutas, præcipuum honorem ferebat *feſtivitati Conceptionis Immaculatæ.* Procujusveritatis defenſione, fœlicem (inquiebat) me reputarem, ſi vitam ipſam dare poſſem. Oravi Abbatem quemdam cujus juriſdictio ad diverſas Eccleſias extendebatur, ut ordinare dignaretur, quòd hæc feſtivitas in ejuſdem Eccleſijs ſolemni cultu celebraretur, concione addita ob populi excitamentum, &c. Ita Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 219. Item, in quadam oratione ad B. Virginem Mariam illi ſe obtulit, inter alia dicens: In unione ſacrificij, quod de te ipſa obtuliſti *in die tuæ Immaculatæ Conceptionis,* ob quam in æternum benedicere volo Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Amen. Marraccius ibidem folio 220.

JOANNA Garzes, fœmina Hiſpana, ſcripſit Gloſſam *pro myſterio Conceptionis Immaculatæ Deiparæ Matris.* Extat cum alijs impreſſ. apud Zapatam, tract. de Concep. fol. 123.

JOANNA Hiſpaniarum Regina, ac Imperatoris Caroli V. mater, proprio edicto ſeu privilegio

confirmavit erectionem seu fundationen Confraternitatis *sub invocatione ac titulo Conceptionis Dominæ nostræ, ac Matris Dei*, &c. Vide Privilegium in Regest. Armamentarij, colum. 306. Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnotatione 1. fol. 376.

JOANNES de Acherreta Osorius, Doctor Hispanus, in Epitome festivitatis Martyrum Japonensium facta in civitate Hispalensi de imaginibus *Conceptionis Virginis MARIÆ*, in processione agit sæpe. Impress. Hispali 1627. in 4.

JOANNES Adelphius, Philosophus Argentinensis, scripsit Sequent. pro festo Conceptionis B. Mariæ Virginis quæ incipit: *Dies læta celebratur, in quâ piè recensetur MARIÆ Conceptio*, &c. ut refert Vincentius Henobergius, Ordinis Prædicatorum in Viridario Mariano, part. 3. fol 273. quam nos vidimus in Collectanea Sequentiarum quæ in Missis legebantur antiquis, fol. 112. Impress. 1513. in 4.

JOANNES Æmilianus, Episcopus Tudensis, edidit Breviarium suæ Ecclesiæ *cum officio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* speciali. Impress. Salmanticæ 1564. in 4.

JOANNES de Agatijs, Veronensis seu Pergamensis Italus, scripsit Apologeticum satis eruditum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quam typis mandavit, ut refert Andreas de Peruzzinis in Analysi purissimæ Conceptionis, art. 6. fol. 99. & ipsum sæpe citat Theophilus Rainaudus in Dyptica Mariana, Marracius in Catalogo ad annum 1458. & in Bibliotheca, Pistoia coron. 3. cap. 8. fol. 226. De hoc Auctore sic inquit R. P. Joannes de Meppis, Ordinis S. Augustini in tract. de Conceptione circa medium, loquendo de Bonaventura Patavino ac S. R. E. Cardinali, Ord. Eremitarum. Sed antequam ad tertiam deveniam opinionem, volo priùs recitare aliqua dicta nostri Doctoris D. Bonaventuræ Patavini (qui quondam fuit Generalis Prior Ordinis Eremitarum, & tituli S. Cæciliæ Cardinalis Presbyter) utriusque Juris clarissimi Doctoris, qui anno Domini 1462. ob doctrinam & eruditionem suam magno fuit in pretio, quiq; cùm acerrimè Ecclesiæ libertatem contra Tyrannos tutaretur, à Carracensi Domino tandem sagittâ transfixus, martyrio coronatus fuit. Hic eruditissimus Doctor compilavit Tractatum unum de *Conceptione Immaculatæ Virginis*, qui ab æmulis in morte sua fuit subtractus, sed circa annum Domini 1468. per Reverendum Doctorem Joannem Agatijs civem Pergamensem reinventus fuit, & ne nomen tanti Doctoris ignotum maneret, volui ejus dicta in medium proferre, &c. Et adducit varia fragmenta ex prædicto Tractatu: sicque Tractatus ille editus in lucem à Joanne Agatio, est Bonaventuræ Cardinalis secundùm sententiam hujus Auctoris. Sed quomodocumque sit (nam Tractatus iste non pervenit ad manus meas) Bonaventura non debet relegari à nostra Militia, quem videre poteris in Appendice.

JOANNES Agudo Vallexus, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Dei Matris MARIÆ*. Impress. Granatæ cum aliis, folio 261. & aliam folio 292.

JOANNES de Aguila Hispanus, Doctor Complutensis & Canonicus Conchensis, in Sermone de funerali pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 7. agit de devotione *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Serm. impress. in 4. deest primum folium. Vir iste prudens & doctus non laudaret, nisi assentiret.

JOANNES Ahumada de Mendoza, Ordinis Carmelitarum, sermone de Beata Maria, Hispanicè de los Remedios, folio 6. inquit: Se dedicò este Templo à Maria santissima, que se llama con razon Arca del Testamento, lo primero porque como el Arca fue de madera incorruptible, así *en MARIA no se hallò mancha de culpa*; ni su cuerpo santissimo padecio corrupcion, &c. Serm. impress. Neapoli 1643. in 4.

JOANNES de Albertis, Episcopus Cortonensis Italus, in Synodo Diœcesana *præcepit, ut celebretur festum Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide vita. Cortonensis Ecclesia.

JOANNES de Alcala, Ordinis ..... Poëta Hispanus, elaboravit Cantionem *pro immunitate Virginis Conceptione*, quam videbis apud Fernd. tractatu de Conceptione, folio 38.

JOANNES Alcaydes, Ordinis Carmelitarum Hispanus Poëta, *pro Immaculata Virginis Conceptione* Poëma, in libro impress. Hispali 1616. in 4. fol. 39.

Item, in libro R. P. Joannis de las Ruelas, de pulchritudine corporali Virginis Mariæ habet Poëma *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Hispali 1621. in 4.

JOANNES de Alerio, Ordinis Carmelitarum Tolosanus, qui obiit ad annum 1342. reliquit scriptum Librum unum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, de quo Marracius in Catalogo & in Bibliotheca, folio 661. ex Augustino Biscareto, & R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo Carmelita in sua Biblioth. Carmelitana Mariana.

JOANNES de Algar Montenegro, Canonicus Granatensis Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: Sermon en la magestuosa fiesta, que la esclarecida ciudad de Granada celebrò este año de 1640. en la Apostolica y Metropolitana Iglesia à los desagravios de la Reyna del Cielo, por el sacrilego delito, que cometio un Judio, libelando blasfemo su virginal pureza. *Cantose en ella seva la Missa de la limpia Concepcion*, &c. Extat impress. in libro Ludovici de Paracuellos à folio 47. usque 66. Impress. Granatæ 1640. in 4.

JOANNES de Alloza, Societatis Jesu Hispanus, in lib. Cielo estrellado de mil y veinte y dos exemplos de Maria Parayso espiritual, y relacion de favores, regalos con que esta gran Señora à favorezido à los que se à cogen à su proteccion y amparo, agit de Conceptione sub hoc titulo: *De los exemplos, que pertenezen à la Immaculada Concepcion de la santissima Virgen*, &c. in indice. Lib. impress. Matriti 1654. in folio.

JOANNES Almeida, Societatis Jesu Hispanus, quotidie persolvebat *officium de Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Joannes Nadasi in suis Annalibus Marianis, num. 1256. fol. 577.

JOANNES de Almoguera, Ordinis sanctissimæ Trinitatis Hispanus, Regis Catholici Concionator, & Episcopus, in sermone de Assumptione Virginis, inquit: Acuenta de los fueros y privilegios de nuestra Reina, no le alcanço: Et in pulverem reverteris: *Porque le quitaron la causa que engendra el polvo, que nunca se le apago la luz del alma*, &c. Lib. impress. Granatæ 1646. in 4.

Item, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione absque originali macula*, &c. Lib. impress. Gienen.

Gienen. 1636. in 4. & incipit: Afianzado este principio. Item, sub hoc titulo, alium Sermonem: En la solemne fiesta del buen pastor Jesus sacramentado que su devota esclavitud le consagra la Dominica 2. despues de pascua y los dos dias siguientes *a MARIA immaculada* ya Joseph Justo en el Real Convento de las señoras Descalzas de Madrid, &c. Lib. impress. Matriti 1657. in 4.

JOANNES Alphonsus Curiel, profundissimus Doctor Hispanus, in Academia Salmanticensi primarius Theologiæ Professor, super 1. 2. D. Thomæ, quæst. 81. art. 3. §. 2. fol. 613. *An Beata Virgo præverit in Adamo, vel de facto contraxerit peccatum originale* §. 1. Lib. impress. Duaci 1618. in fol.

JOANNES Alphonsus Puccionellus, Doctor Theologus, ac Prædicator in Monasterio de Canolteno Italus, in libro: Triumphus Virginis Dominæ nostræ, elaborato à P. Domino Mirto Frangipane, & à se translato idiomate Italico, *de Immaculata Virginis Conceptione* per totum librum. Impress. Venetijs 1636. in 4.

JOANNES Alphonsus de Solis, Doctor Hispanus, scripsit Conciones Mariales in quibus etiam *de Immaculata Virginis Conceptione.* Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad annum 1637.

JOANNES Alphonsus de Solis, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *de Conceptione Virginis MARIÆ Immaculata* Sermonem impress. Salmanticæ 1516. in 4. Credo, quòd non sit diversus à præcedenti.

JOANNES Alphonsus de Valle soleti, Abbas de Salis, & postea Episcopus Siguntinus, celebravit speciali devotione festum Conceptionis, ut extat in quadam notatione in Kalenda antiqua Burgensi, ubi ad marginem sic dicitur: 6. Idus Decembris Notum sit, quòd Joannes Alphonsi de Valle soleti, Abbas quondam de Salis istius Ecclesiæ, postmodum Episcopus Siguntinus *fecit festum Conceptionis B. MARIÆ* de 9. lect. & dat 14. marabitinos, & cum sex cappis; & fit processio cum cappis sericis & cereis, & dat per totum 72. marabitinos, & dedit possessionem, &c. Ita Anti de Lupian in sua Epitome circa medium.

JOANNES de Altamura, Ordinis Prædicatorum Italus, scripsit tres Tomos de Rosario B. Virginis Mariæ cum varijs sermonibus festivitatum, in quibus nihil invenio de mysterio Conceptionis Virginis Mariæ, nec pro, nec contra: solùm tomo 1. fol. 6. habet hæc universalissima verba: Dise cascata Eva por il suo peccato dal dominio dell' universo, per sentenza del nostro benedetto Iddio si mandorono Angioli Ministri del cielo per trovare in tutto l'antiquo testamento, come nel' novo. Donne bellissime egratiosissime, e santissime, è quilla *che fra tutti fosse in ogni cosa la megliore*, regnase in luoco de Eva per Regina, non solo della terra, ma del cielo; per sposa pre eletta del Spirito Sancto, & ecco che fra tutti fu eletta la Vergine, &c. Lib. impress. Neapoli 1640. in 4. Si in omnibus rebus fuit melior ac præstantior Maria cæteris fœminis; igitur & in justitia originali, in qua fuit creata Eva.

Item, in libro: Esercitio por la novena, ò vero ramento per aparechio ad ogni sollenita de la Madona, fol. 99. *Quòd MARIA fuit plena gratiâ, & repleta Spiritu Sancto*, &c. Lib. impress. Neapoli 1637. in 12.

JOANNES Altestaig Mindelhaimensis, Sacræ Theologiæ Doctor, in Lexicon Theologico complectente vocabulorum descriptiones, &c. verb. Conceptio, fol. 106. C. O. Conceptio hominis potest intelligi duplex, ut scribit Gabr. dist. 3. q. 1. libro 3. una carnis, quæ fit in seminum commixtione, quæ potest dici conceptio seminis, quæ tempore præcedit animationem: alia est conceptio in fœtùs animatione, quæ dici posset propriè conceptio hominis, tunc enim primò constituitur homo in utero matris. Prima fit, cùm semen in matrice loco generationi apto accipitur, & susceptioni animæ per alterationis motus disponi inchoatur. Secunda, cùm in materiam iam aliquantulum dispositam, anima intellectiva infunditur, & hæc etiam vocatur nativitas in utero, secundùm illud Matthæi 1. Quod natum est in ea, de Spiritu Sancto est; distinguitur enim illa nativitas à nativitate ex utero, quæ est fusio infantis in lucem hujus mundi. Hæc Gab. *qui & recitat duas opiniones contrarias de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ, & quamvis utraque habeat auctoritates & rationes, quas ibi diffusè refert: tamen una illarum sententiarum & opinionum illa videtur, & est verior, communior, probabilior, quòd sanctissima Dei Mater ab omni originalis peccati contagione fuit pœnitus præservata*; quam & ipse opinionem imitatur, & probat & auctoritate & ratione, & sufficienter ad rationes & auctoritates adversæ opinionis respondet, ut apud eum videre licet. Potes de hoc videre Gerson p. 2. sermone de Conceptione Mariæ Virginis. Unde Augustinus, cùm sit mentio de peccatis ipsam immaculatissimam & castissimam Virginem volo habere exceptam & exclusam, &c. *sunt enim immunis ab omni peccato, nec obnoxia alicui peccato tam mortali, quàm venali, quàm originali.* Hinc de ea dicitur Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Non autem fuisset tota pulchra, si quęcumq; peccati macula fuisset in ea. Copiosiùs videto & multa apud Gabrielem ubi supra. Opiniones de Conceptione brevissimè narrat Paulus Cortesius libro 3. Sententiarum, dist. 4. Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ est duplex, passiva & activa. Passiva fuit à sanctis parentibus suis Joachim & Anna, de qua paulò ante dictum est. Conceptio verò ejus activa fuit, quando Dei Filium in suo sacro concepit utero, &c. Item, verb. Confirmatio, folio 116. postquam egerat de impeccabilitate per naturam & per gratiam, quarum prima convenit soli Deo, & quòd Apostoli non fuerunt confirmati in gratia, inquit: *Sed Virgo gloriosa confirmata fuit in via, ut dicit Gabr. ita quòd mereri potuit, & nullo modo peccare, assistente gratia divina*, id est, gratuita Dei voluntate eam peccare non permittente. Item, B. Joannes ab annis discretionis, &c. Et inferiùs, postquam egerat de impeccabilitate quam habuit Christus, atque gratia Confirmationis, &c. inquit: Dicitur & de Beata Virgine, quòd ipsa in Conceptione Filij, licèt non ante habuit impossibilitatem peccandi, *nec unquam infecta fuit aliquo peccato originali*, ut pulchrè ostendit & probat Bruleser, & (ut idem dicit) multi sunt Sancti in paradiso, qui excedunt in gratia à viatoribus, ut sunt viatores in præsenti vita, & tamen possunt peccare, illi autem non, &c. Item, verb. Maria, folio 344. inquit: Hæc Virgo Mater Christi secundùm Sanctum Bonaventuram major est post Christum omnibus Angelis, quantùm ad gratiam & gloriam: quia ipsa est exaltata super omnes Choros Angelorum, ut canitur, quamvis

vis quantùm ad naturam, cùm esset pura creatura humana, mortalis, erat inferior: sed quia per gratiam est Mater Dei electa, ergo eo ipso Regina cœli & Domina Angelorum & omnium creaturarum, ut volunt Doctores, & Ecclesia canit. Unde ipsa est superior omnibus tum dignitate maternali, tum majestate reginali, tũ superioritate singularis; & Pelbartus de ea plura scriptis reliquit. Unde Hieronymus ad Paulam & Eustochium: Cæteris per partes, MARIÆ verò se tota infudit plenitudo gratiæ. Et Bernardus: Deus omnium bonorum plenitudinem posuit in MARIA, ut si quid gratiæ, si quid spei, si quid salutis in alios redundaverit, non nisi per manus MARIÆ transierit, quam beatam dicunt omnes generationes, *& quæ ab omni peccato fuit immunis, etiam originali*: cujus laus edici non potest, & de cujus laude multi plura scripserunt in sermonibus suis, ut Gabriel & cæteri, & Gerson valde multa de ea scripsit. Hæc est nostræ salutis exordium; *hæc, ut melior & sanior tenet opinio vel sententia, concepta erat sine originali peccato.* Lib. impress. Lugduni apud Joannem Simonchium 1580. in fol. & Antuerpiæ 1575. in fol. & Colonię 1635. in 4. regali, & Venetijs 1533. in 4.

JOANNES Amadeus Rota Pedemontanus, Religionis Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, scripsit sub hoc titulo: *Patrocinium Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptionis*, ex singulis primi tomi ab A. R. P. Joan. Baptista Novato in ipsius Virginis laudes, &c. Et sunt Epigrammata 3. de Conceptione, quæ extant fol. 437. ad finem primi tomi prædicti Novati. Impress. Romæ 1637. in fol.

JOANNES de Ambues, Lingonensis Episcopus, in Synodo celebrata anno 1491. *Conceptionis festivitatem posuit cum octava.* Ita Andreas Saussaius Episcopus Tullensis in sua serie Chronologica pro Immaculata Conceptione.

JOANNES Amador, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Glossam *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & extat cum aliis, folio 297. Impress. Granatæ 1651.

JOANNES Amiax, Beneficiatus Hispanus, in libro: Ramillete de nuestra Señora de Codes, &c. componit suum Viridarium, vel (ut meliùs dicam) Virginis MARIÆ ex decem capitibus, & in quolibet capite est depicta imago *Immaculatæ Conceptionis* cum uno elogio seu attributo ejus puritatis, ita ut totus liber possit absolutè dici de Conceptione. Item, libro 3. discur. 4. in quadam Cantione de Virgine MARIA inquit:

Espejo resplandeciente
Sin macula de peccado
Cypres de Syon, &c.

Lib. impress. Pampilonæ 1608. in 4.

JOANNES Andreas Coppestein Mandalensis, Ordinis Prædicatorum, in libro cujus titulus est: Dispositiones Concionum in totum annum ad sensum litteralem, & sæpe mysticum ex D. Thomæ de Aquino Commentarijs in Matthæum & Joannem, & ex S. Bonaventuræ Commentarijs in Lucam, &c. tomo 2. Dispositiones Concionum in solemnitates Beatissimæ Virginis MARIÆ, folio 656. *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Concionem unam, super illa verba: Extollens vocem quædam mulier, Lucæ 11. & extat usque ad folium 661. Lib. impress. Moguntiæ 1616. in 8. & 1614. In prælegato sermone nihil expressum invenio pro immunitate Virginis à peccato originali; sed solùm constat ex propositionibus universalibus circa Conceptionem activam, seu Verbi divini Incarnationem, solùmque pro nostra sententia agit: Primò, quòd sit sub titulo *Conceptionis*, & non Sanctificationis, fuit enim sermo typis mandatus ante decretum Gregorij XV. Secundò, quòd exponat Evangelium, quod recitatur à Fratribus Minoribus de Immaculata Virginis Conceptione. Tertiò, quòd nihil dicat nec expressè nec tacitè directè vel indirectè pro Sanctificatione, vel contra præservationem. Item, infra num. 3. impugnat Conceptionem ejus, & omnem vitam à peccato integram extitisse inficiantur, & Sarcerius quidem quæstionem *de Immaculata Conceptione MARIÆ* velut otiosis ventribus esse derelinquendam, quæ nihil facit ad animarum salutem. Attamen ait: Turim et credere communi omnium hominum more conceptam esse: nam & Christus de peccatoribus nasci voluit. Calvinus ait: De speciali Virginis Matris privilegio cùm cœleste diploma prætulerim, quodemus quod jactant. Guilielmus Rosongus Doparam ita loquentem inducit: Ipsa in peccatorum sordibus concepta, & in mundum nata sum. Centuriatores omnem antiquitatem erroris arguunt secùs sentientem, acerbeque flagellant. His subrogatur Hieronymus Weller sese cum Maria improbè conferens in his quæ ad commune peccati rationem pertinent. At contra discipulus Magister Lutherus sentit, prædicat, scribit, pictus Erasmus. Vide Canisii Mariale lib. 1. cap. 8. ubi sic Azora: Nullus nascitur de filijs Adam, quem non tangat sathan, præter MARIAM & ejus Filium. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1613. in 8. Sed nota, quòd est alia impressio hujus libri Heidelbergæ 1629. & extat hoc Caput 13. fol. 121. & in aliquibus variatur textus.

Item, in libro dicto: Clavis prædicandi Rosarium & institutum Fraternitatis ejusdem, &c. lib. 1. cap. 12. vel 13. folio 121. inquit: Antidicomarianitæ de salutata Virgine, quid? hoc est, Lutherani & Calviniani, (quos utique hodie primipilos erroris causâ nomino) hi meras elatrant blasphemias & calumnias; isti aliquas etiam laudes. Colligam hic paucas dumtaxat, ordinem vitæ secutæ, quam in humanis egit MARIA: ut enim omnis Mariana laudis ac vitæ summa brevis in una salutatione Angelica compendio continetur, ita quidquid adversùs hanc unquam hæretica evomuit impietas, id omne eandem petit hostiliter salutationem. *Enim verò in hac velut aurora rutilat MARIÆ sanctissima Conceptio & Nativitas*: splendet ut luna puerilis educatio & desponsatio: relucet ut auricomus sol votiva ejusdẽ virginitas, virgineus partus, &c.

Item, in libro dicto: Nucleus Coppestenus ex Bessianis conceptibus enucleatus, sermone decimo nuntiatione part. 5. num. 3. folio 470. introducit Angelum dicentem & loquentem sic: Nr *meas peccatum originale, actuale, veniale*, non dolorem partùs, &c.

Item, Sermone de Assumptione Virginis Matris parte 3. folio 655. inquit: Esto sit generale decretum hoc: Pulvis es, & in pulverem reverteris; at exceptiones admisit: nam 4. Regum 2. Elias curru est igneo raptus, in pulverem non redactus. Enoch Geneseos 4. non apparuit; *Beata MARIA perinde fuerit ab eodem exempta, sicut ab originali peccato*, tametsi omnes peccaverunt in Adam. Sanctum servavit ab eo quod majus, ergo & corpus ab

ab eo quod minus est, præservavit Deus, &c. *At B. Virgo non fuit in universali conspiratione cum Adamo, sed exempta*, quòd esset area futura ipsamet. Quantò minus subesse pœnæ corruptionis debuit, quæ jam portarat arcam servationis, &c. Omnes filij Job in morte primogeniti occubuerunt obstricti, ego solus evasi, ait nuntius. Job Deus est, Adam primogenitus, posteri cum hoc periêre omnes, omnes peccaverunt in Adam, & mortui sunt; *at sola B. Virgo MARIA evasit peccatum originale*, ergo & corruptionem.

Item, parte 6. num. 1. ait in illud Cant. 8. Quàm pulchri gressus tui, filia Principis, in calceamentis tuis! *Hi duo sunt gressus MARIÆ; primus in vitam absq; peccato originali*, alter è vita absque corruptione: uterque in calceamento carnis pulcher, non miser.

Item, Serm. de Sancta Anna, part. 1. fol. 639. loquendo de Templo Salomonis, in persona Davidis, ait: Grande opus est; neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. Grandiorem præparari habitationem Virgini MARIÆ, quòd in hac grandia concursura erant, *Conceptio sanctificata, Nativitas gloriosa*, vita divina, mors mira, &c. Vide alia ibi.

Item, Serm. de Nativitate, parte 4. folio 672. inquit: Hæc nata est mulier, quæ vel in ipsa Nativitate drachmam innocentiæ perditam à nobis repererat; ideòque omnes pias animas convocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram. Natura mulier magna perdiderat gratiam & gloriam: *sola Deipara gratiam invenit apud Deum, & immunis à pœnitione communi drachmam sibi invenit* ac nobis, quam dolebat nos perdidisse, ac si perdidisset ipsa, &c. Unde Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es, & macula non est in te. Bis pulchra, in Conceptione & Nativitate. Meritò igitur miraris sponse, Cantic. 7. Quàm pulchri sunt gressus tui, filia Principis, id est MARIA, ut omnes intelligunt. *Gressus primus Conceptionis in naturam, alter in hoc Nativitatis: in utraq; offendimus omnes, sola tu gradieris pulchrè inoffenso pede.*

Item, Serm. de Annuntiatione, parte 3. fol. 468. inquit: Tu benedicta inter mulieres, imò homines universos, *qui cùm maledicerentur* Genesis 3. *tu excipiebaris in ea*, de qua dicebatur: Ipsa conteret caput tuum, &c. Vide alia hujus Auctoris in sermonibus citatis, & in alijs: nam hæc pauca extraxi, ut cognoscatur cujus fuerit sententiæ. Lib. impress. Coloniæ 1634. in 4.

Item, in libro de Confraternitatis Sanctissimi Rosarij progressu, statu, atque præexcellentia, lib. 2. cap. 9. folio 178. *Quòd MARIA Deipara contrivit caput serpentis.* Lib. impress. Heildebergæ 1630. & Coloniæ 1613. in 8. semper. Hæc sunt, quæ habet iste Auctor; sed eget cribro.

JOANNES Andreas Lopez, Poëta Hispanus, scripsit Hieroglyphicum *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis.* Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata, lib. de Concep. fol. 136.

JOANNES de los Angeles, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Considerationum spiritualium super Cantica Cantic. Salomonis, cap. 1. fol. 388. *Quòd ob merita Passionis Christi fuit præservata Virgo MARIA à peccato originali.* Lib. impress. Matriti, an. 1607. in 4.

JOANNES de la Annuntiacion, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Sermonario linguę Mexicanæ habet Sermonem eâdem Mexicanâ linguâ *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, folio 223. Lib. impress. in civitate Mexicana 1577. in 4.

JOANNES Antonius, Episcopus Comensis, typis mandari curavit Breviarium suæ Ecclesiæ, quod folio 364. *habet officium Conceptionis Beatæ MARIÆ duplex.* Impress. Comæ 1592.

JOANNES Antonius Faentinus, ex Ordine M. C. Italus, in Meditationibus pijs de Oratione Dominica & salutatione Angelica vocat Virginem MARIAM Immaculatam sæpissimè, & folio 116. ad illa verba: Ave MARIA, inquit: *La tua perfettissima purità non è contaminata da umbra di peccato, &c.* Alia vide ibi. Lib. impress. Veronæ 1579. in 12.

JOANNES Antonius de Herrera, Poëta Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma. Item, *de eadem Immaculata Conceptione Inscriptionem seu Hieroglyphicum* ibidem fol. 62. Lib. impress. Hispali 1616. in 4.

JOANNES Antonius van Papenbroeck, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 9. Julij 1659. Thesi 11. de Peccatis, hæc defendit: *Beata Virgo à peccati originalis etiam debito immunis fuit.* Lib. impress. ibidem in 4.

JOANNES Antonius de Pisis (nescio an fuerit Hisp. vel Italus) edidit in charta expansa *Imaginem Immaculatæ Conceptionis*, quam Angeli armis defendunt: infra verò est S. Ildephonsus, S. Franciscus, S. Didacus ac S. Antonius cum hac subscriptione Latina ex Psalm. 45. Deus in medio ejus non commovebitur, adjuvabit eam Deus manè diluculo; Hispanicâ verò hâc: Nacio de vos el sol pura MARIA: asi os alumbro el sol antes del dia. Extat impress. Romæ.

JOANNES Antonius Rosadus de Haro, Canonicus Hispanus, in Concione de Assumptione ac triumpho Virginis MARIÆ, loquens de ejus gratia & gloria §. 2. inquit: *Que como es tan singular criatura, en cosa la vereis entre las de mas adocenada, &c.* Lib. impress. Cordubæ 1655. in 4.

JOANNES Antonius Summonte, Neapolitanus, in Historia Civitatis Neapolitanæ, lib. 1. fol. 228. agit *de sancta MARIA de la Concettione*, & alibi sæpe. Lib. impress. Neapoli 1602. in 4.

JOANNES Antonius Velazquez, Societ. Jesu Hisp. scripsit Tomum in 5. libros digestum, cui titulus est *MARIA Immaculatè concepta.* Quod argumentum perdoctus Auctor limata eruditione & mirâ erga mysterium pietate copiosissimè tractat: nullumque non movet lapidem, ut Deiparam ab originali peccato & illius debito immunem asserat. Tom. impress. Pinciæ anno 1653. in fol. & postea Lugduni in folio. Et nunc dicunt eum scripsisse memoriale, quod non vidi.

Item, tom. 1. in Epist. ad Philippens. c. 2. v. 7. adnot. 8. *de splendidissima Deiparæ Conceptione*, opusculum unum. Lib. impress. Lugduni anno 1628. in folio.

Item, in tomo super Psalmum 100. de Optimo Principe, habet indicem concionatorium *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Antuerpiæ 1640. in 4.

JOANNES Antonius Uson, Societatis Jesu, Theologiæ Professor Compluti, in Thesibus publicis defendit propositionem sequentem: *Ab originali in cæteros quoque Adami posteros grassante contagio, unam excipio Beatam Virginem, quæ nec labem, nec*

labis debitū traxit à genere, sed industriori liberata remedio, ante illi properavit salus, quàm esset infirmitatis subitura periculum, cujus illustrior reliquis præservatio & ipsi Matri constitit meritis, & Filio sanguine. Die 18. Novembris 1631. Impress. in charta expansa.

JOANNES Antonius de Ybarra, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Virginis* MARIÆ, fol. 149. & aliam fol. 291. & fol. 300. Impr. Granatæ cum aliis. 1651.

JOANNES de Apalategui Hispanus, Ordinis Minorum, in lib. Christol de la Iglesia paciente del fuego del purgatorio, & §. MARIA unica redemptora despues de su hijo: *Quòd Virgo* MARIA *fuit concepta in justitia originali.* Vide manusc. paratum ad prælum.

JOANNES Aquilanus, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. Sermonum Quadragesimalium, seu: Vitiorum lima, sermone de Annuntiatione B. Virginis MARIÆ, fol. 789. ad illud Angeli: Ave gratiâ plena, inquit: Nunquam autem alicui in veteri testamento dixit Ave, nisi MARIÆ Virgini. Quod ideo dixit, ut ostenderet ipsam fore totam contrariam Evæ. Unde Ave dicitur ab à, quod est sine, & væ, id est sine væ, *quia* MARIA *fuit sine væ tam pœnæ, quàm culpæ*: in Eva autem è contrario causa fuit peccati & pœnarum, &c. Item: Eva clausit nobis januam Paradisi, MARIA verò illam aperuit. Unde cantat Ecclesia: Paradisi porta per Evam cunctis clausa est, & per MARIAM Virginem iterum patefacta est. Ave etiam à contrario prolatum fuit Evæ, ut dixit; ad denotandum, quòd MARIA tota contraria fuit Evæ. Ideo cogitabat qualis esset ista salutatio. Deinde dixit: Gratiâ plena; de quo bene poterat mirari MARIA, quia nullus in veteri testamento de se hoc audivit, quamvis sanctissimus foret; sed soli MARIÆ dictum fuit primò, quòd esset plena gratiâ. Et bene gratiâ plena, quia dicit Hieronymus: Cæteris per partes præstatur, MARIÆ verò simul se tota infudit gratiæ plenitudo &c. Benedicta tu in mulieribus, id est, super omnes mulieres. Unde verò, quòd mulieres triplici maledicto subjectæ erant, scilicet maledicto opprobrij, maledicto peccati, & maledicto supplicij? Maledicto opprobrij quoad non concipientes: unde Genesis 30. cap. dicit Rachel: Abstulit Dominus opprobrium meum, id est, sterilitatem. Maledicto peccati quoad concipientes: unde Psalmo 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Maledicto supplicij quoad parturientes: unde Genesis 3. cap. In dolore paries, &c. Sola ergo Beata MARIA benedicta in mulieribus, id est, super omnes mulieres. Quæ quamvis fuerit Virgo, tamen fœcunda; & quamvis fœcunda, tamen sine peccato; & quamvis peperit, tamen cum maximo gaudio, & sine dolore, &c. Lib. impress. Venetijs 1586. in 8. & 1499.

JOANNES Aquilanus de San Demetrio, Ordinis Minorum Italus, in libro Sermonum Quadragesimalium sermone de Annuntiatione, fol. 421. *Quòd sola* MARIA *fuit plena gratiæ, quam habuit non solùm per partes, ut aliæ creaturæ, sed secundùm omnem suam plenitudinem, & quòd fuit purissima*, &c. Lib. impress. Venetijs 1569. in 4.

JOANNES de Aranda, Doctor Hispanus, in libro Locorum communium, &c. verb. Virgo MARIA, fol. 102. postquam dixerat, quòd Virgo contrivit caput serpentis, & fuerat antea sancta, quàm nata, inquit: Grande fue la santificacion de Jeremias, por la qual pudo facilmente evitar la culpa mortal, y mayor la de San Juan Bautista, por la qual pudo evitar la frequentia venial, pero *mucho mayor fue la de la Virgen* MARIA *por la qual pudo evitar todo peccado y culpa*, &c. Lib. impress. Matriti 1613. in 4. Peccatum hic respicit actuale, & culpæ originalis maculam.

JOANNES Aragoniæ Rex hujus nominis Secundus, *edidit pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis Constitutiones duas*, quas damus integras in nostro Armament. Seraph.

JOANNES Arboreus Laudanensis, Doctor Parisiensis, in libro super quatuor Domini Evangelistas, ad illa verba Lucæ 1. Ave gratiâ plena, folio 224. inquit: Salutat quam non solùm amat, sed quam colit & suscipit: salutat quam scit ab æterno prævisam, ut esset Dei tabernaculum sanctissimum: salutat quam cognoscit cumulatis immensum donis sibi longè præferri, &c. Ave gratiosa, pudicitiæ decus, flos virginitatis & totius sanctitatis margaritam unicam, &c. Secundò laudatur Judith, quòd obtruncavit caput Holofernis, & totum ejus exercitum in fugam convertit: sed magis laudanda est Virgo MARIA: nam humilitate, suaque præstantissima virtute *contrivit caput serpentis*; de qua dicitur: Ipsa conteret caput tuum. Etenim validam dæmonum potestatem contrivit. Unde rectè de ea per figuram dicitur: Ira mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor, hoc est diaboli, &c. Lib. impress. Parisijs 1551. in fol. Quis dubitat, quin serpens antiquus sit peccatum originale; sive quin serpentis caput fuerit primum Adami peccatum. Si igitur MARIA hoc contrivit, igitur absque illo concepta.

Item, super Epistolam Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 19. Hoc autem vitium exprimit Paulus, dicens: In quo omnes peccaverunt, peccato scilicet originali; Qui concepti sunt ex semine virili, quod dico propter Christum, in quo non fuit peccatum originale, nam fuit conceptus sine semine viri, nec descendit ab Adam per rationem seminalem sicut descendimus, sed dumtaxat secundùm completam substantiam: *nec in Virgine* MARIA *fuit peccatum originale, licèt fuerit concepta ex semine viri, quia fuit præservata.* Quòd autem Paulus hic loquatur de peccato originali, &c. Lib. impress. Parisijs 1553. in fol.

Item, in Commentariis in Ecclesiasten & Canticum Canticorum, cap. 1. ad illa verba: Osculetur me osculo oris sui, &c. quæ promiscuè explicat de Beata Virgine & Ecclesia, fol. 56. inquit: *Possunt & hæc Salomonis verba adaptari incomparabilissimæ Virgini* MARIÆ, quæ suis uberibus lactavit Filium Dei, &c. Et folio 75. Potest etiam appositè Mater Christi Virgo MARIA hic hortus conclusus & fons signatus intelligi, in cujus utero etiam pudicissimo fuit conclusus & conceptus Dei Filius. Hic castissimus hortus castissimum & pudicissimum florem peperit, cujus odore & mirabili virtute eruit, ut perpetuò floreret. *Hæc Virgo inculpatissima decere potest: Ego quasi vitis fructificavi*, &c.

Item, ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, inquit: Eam sibi speciem & munditiam præ se fert, *ut nequidem nulla unquam labe maculata fœdari & coinquinari potuerit*: nec sola facie tenebrata, sed toto corpore. Quid dicam corpore? imò eximius & corpori & animo candor inest, nec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam dicenda est pulchra, quàm ipsa pulchritudo, &c. Lib. impress. Parisiis 1536. in folio.

Item, in Theosophia, tomo 2. libro 19. cap. 20. folio 215. Quòd Virgo Maria & naturâ & secundùm carnem de David processit per Nathan; ubi aliqua indicat *pro immunitate ejusdem Virginis.* Lib. impress. Parisiis 1540. in folio.

JOANNES de Arauz, Ordinis Minorum & Episcopus Guadigen. Sermone de Annuntiatione Virginis Mariæ, §. 7. folio 61. agit *de præservatione Virginis à peccato originali*, &c. Extat impress. cum aliis in Sacrario Toletano, à fol. 46. Eum etiam citat Antonius Daza, cap. 6. folio 51.

JOANNES de Argaiz, Doctor ac Poëta Hispanus, scripsit Glossam *circa Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ.* Ita invenies apud Zapatam, lib. de Concept. fol. 129. & fol. 163. aliam.

JOANNES de Argamanes, Ordinis Fratrum Minorum, in Compendio Indulgentiarum seu privilegiorum Ordinis agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Antonius Daza.

JOANNES de Aristizaval, Eques auratus S. Jacobi Hispanus, traduxit lib. Doctrinæ Christianæ D.D. Bartholomæi de los Martyres Ordinis Prædicatorum & Archiepiscopi, &c. in quo fol. 323. adducit Sermonem *de Conceptione Virginis.* Lib. impress. Matriti 1653. in 4.

JOANNES Augustinus de Vergara, Poëta Hispanus, edidit Carmina *circa immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impress. cum aliis Baëzæ 1618. in 4.

JOANNES de Avila, Magister & Concionator Apostolicus Hispanus, in libro Vitæ & operum, cujus Dedicatoria est in prima pagina sic: *Dirigida à la Inmaculada Virgen MARIA Señora nuestra.*

Item, ibidem in libro spirituali super illa verba seu versiculum: Audi filia & vide; cap. 14. fol. 85. à tergo inquit: Especialmente he visto haver venido provechos notables por medio de esta Señora à personas molestadas de flaqueza de carne porque hazerle alguna cosa, *en memorial de la limpieza con que fue concebida sin pecado*, &c. Lib. impress. Matriti 1618. in 4.

Item, in Discursibus moralibus Eucharisticis: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit exempta ac privilegiata, & immunis à peccato originali ex particulari privilegio*, &c. Lib. impress. Italicè Romæ 1608. in 4. & Hispanicè 1596. in 4.

Item, 3. part. suorum Operum, in quibus sunt Tractatus 16. De Spiritu Sancto 5. de festivitatibus Virginis Mariæ 10. & de Sancto Josepho 1. &c. Tractatus 6. de Nativitate Virginis Deiparæ ad illa verba: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, &c. *Quod Virgo Dei Genitrix fuit concepta absque peccato originali*, latè à fol. 310. usque 342. & in aliis Tractatibus vocat Virginem purissimam, Immaculatam, &c. Lib. impress. Matriti 1596. in 4.

JOANNES Auriacensis, Episcopus Gallus, subscripsit Decreto edito in Provinciali Concilio Avinione celebrato *circa Conceptionem Beatissimæ Virginis Dei Matris MARIÆ*; ubi asseritur Immaculatè concepta, ut dicitur in lib. Purpur. Mirian. fol. 369.

JOANNES de Austria, Serenissimus Hispaniæ Infans, fecit votum solemne de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, quod sub hoc titulo extat impressum: Voto y juramento que el Serenissimo Señor Don Juan de Austra hizo en el Real y Religiosissimo Monasterio de nuestra Señora de Monserrate, *en defensa y obsequio de la Immaculada Concepcion de la Reyna de los Angeles MARIA Madre de Dios* Señora nuestra en treze de Octubre de 1653. años. Cui etiam voto subscripserunt sequentes: Comes Ataver. D. Joannes Antonius de Cordova, D. Joseph Brizeño Ronquillo, D. Gaspar de Cueba Henriquez, F. Dominicus de Valencuela & Mendoza, D. Didacus de Egnes y Ozeaument, D. Rodericus de Borxa, Franciscus de Amolar. Formam autem juramenti vide apud Didacum Alphonsum Malvenda, libro de hac materia edito, folio 103.

JOANNES Aymericus, Magister, Sollicitator ac Procurator in Concilio Basileensi, prædicavit ac composuit Sermonem in eodem Concilio *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert testis ocularis Turrecremata in suo Tractatu de Veritate Conceptionis, parte 13. cap. 4. fol. 165. sic dicens: Sed secunda refert Magister Joannes Aymericus in sermone quem in hoc sacro Concilio Sollicitator hujus quæstionis composuit, quæ se recepisse asserit de Tractatu Fr. Joannis Vitalis de Ordine Minorum, ubi recitat aliquos, videlicet Alexandrum Nequam & tres Fratres Ordinis Prædicatorum & unum Fratrem Ordinis Minorum variis correptos esse infirmitatibus, quorum etiã aliqui mortui dicuntur pro eo, quòd asserebant & prædicabant Beatissimam Virginem fuisse in originali peccato conceptam, &c. Hæc Turrecremata de Aymerico: unde constat, quòd male Cartagena, lib. 1. homilia 19. & alii citant Joannem Aymericum prædicasse in Concilio Tridentino.

JOANNES Azzolinus, Clericus Regularis Italus, in libro Orationum sacrarum, oratione 1. num. 24. Quòd in B. Virgine primum locum habuit gratia, secundum natura, &c. ubi *de ejus Immaculatâ Conceptione.* Lib. impress. Venetiis, anno 1646. in 12.

JOANNES Azorius Lorcitanus, Hispanus Societatis Jesu, in parte 2. Inst. Moralium, cap. 21. *de aliis Beatissimæ Virginis celebritatibus annuis, & pro die Conceptionis.* Lib. impress. Mediolani 1608. in fol. & Lugduni 1616. & Romæ 1606.

Item, parte 1. lib. 4. capite 34. sub hoc titulo: Quomodò peccatum originis deleatur? quærit, *quomodo Beatissima Virgo fuerit à peccato originis servata ne unquam caderet?* Lib. impress. Romæ 1600. in fol. & Lugduni 1624.

JOANNES Bacconius Anglus, Ordinis Carmelitarum, in 2. Sententiarum dist. 30. quæst. unica: Quomodò peccatum originale transeat in omnes posteros Adæ, art. 2. folio 642. posita opinione Aureoli & Scoti, quòd Beata Virgo Maria non contraxit de facto peccatum originale? inquit: Contra hanc sententiam, excludendo responsionem aliorum, qui dicunt de Beata Virgine quòd nunquam contraxit formaliter & actualiter; sed magis quasi dispositivè & virtualiter, scilicet in quantùm habuit necessitatem contrahendi, arguo tripliciter, &c. Item, articulo 3. inquirendo: An possibile fuerit Beatam Virginem peccatum originale non contraxisse? inquit: Ubi sciendum est, *quòd de potentia Dei absoluta fuisset possibile, quòd B. Virgo numquam contraxisset*: cujus probatio est, &c. quod probat latè.

Item, in 3. Sententiarum dist.3.quæst.2.sub hoc titulo: Utrum oppositio quæ est inter culpam & gratiam impediat, *quòd Beata Virgo non potuerit esse in peccato originali solùm per instans?* & probat quòd non potuit esse per solum instans in peccato originali, à folio 30. usque 36.

Item, in 4. Sententiarum dist.2.quæst.3.fol. 306. *Vtrum Beata Virgo concepta fuerit absque peccato originali?* in quo probat, quòd secundùm statutam Dei legem omnes contraxerunt peccatum originale excepto Christo, qui non solùm à culpa originali fuit exemptus, sed etiam à necessitate contrahendi. Articulo verò 3. inquirit: An necessitas contrahendi peccatum originale, in Beata Virgine fuerit statim extincta? cui dubitationi sic respondet: Ubi dico, quòd mox per privilegium speciale in hora Conceptionis fuit causa & necessitas contrahendi originale in Matre Dei extincta, ut de jure privato illa in animatione nō contraheret originale, quo notatur culpa & macula in anima; *licèt alibi attendens ad jus commune aliter dixerim*: & latissimè probat privilegiatam & exemptam fuisse Virginem Mariam à lege communi & peccato originali in primo instanti suæ animationis. Ex quibus constat, quòd illa quæ hic Auctor dixit in 2. Sententiarum, fuerunt loquendo de lege communi, ut ipsemet hic notat. Deinde artic. 4. solvit dubia contra id, sanctitatem Conceptionis Beatæ Virginis non esse celebrandam. Deinde quæst. 4. inquirit: Utrum si Beata Virgo maculam originalem contraxisset, ejus Conceptio celebranda esset? & articulo 1. probat, quòd dato etiam, quòd B. Virgo concepta fuisset in peccato originali, ejus tamen Conceptio esset celebranda. Articulo verò 2. ostendit festum Conceptionis B. Virginis esse celebrandum die 8. Decembris: & articulo 3. ostendit debere Ecclesiam Romanam præcipere generaliter celebrationem Conceptionis B. Virginis Mariæ. Quæ omnia reperies à fol. 306. usque 317.

Item, in Quodlib. libro 3. quæst. 13. sub hoc titulo: Utrum solus Christus conceptus fuerit sine peccato originali? Ad quam quæstionem respondet per septem particulas sequentes. 1. particula est: Quòd Deus de plenitudine potestatis poterat Beatam Mariam præservare, ne originale peccatum contraheret. 2. Quòd Virgo Maria & filia Adæ, id est, per concubitum genita, non potuit de potentia Dei ordinaria præservari, quin contraheret necessitatem ad originale. 3. Quòd solus Christus, eò quòd de Spiritu Sancto conceptus, hanc habuit excellentiam, quòd nec contrahere potuit originale peccatum, nec de facto contraxit. 4. est: Quòd dicere, quòd Beata Virgo fuit privilegiata, ne de facto contraheret originale, temerarium est, & contra Canonem Biblior. 5. Quòd dicere, quòd Beata Virgo fuit privilegiata, ne de facto contraheret originale, temerarium est & contra Canonicas sanctiones, Decretorum & Sedis Apostolicæ. 6. Quòd dicere, B. Virginem privilegiatam esse ne originale contraheret, temerarium est, & contra Sanctos. 7. est: Quòd quamvis contraxit originale, & est filia Adæ, & descendit per carnalem generationem; *tamen ut prædestinata fuit futura Mater Christi, quòd non contraxit, ut tenet Anselmus* in Tractatu, qui intitulatur de Conceptione B. Mariæ Virginis: & istum librum inveni primò in domo Fratrum Minorum Cantabrigen. & postea inveni Parisijs eundem Tractatum in manu unius communis Stationarij, & incipit liber sic: Principium quo salus, &c. & hanc particulam probat Bacconius quinque rationibus.

Item, scripsit Tractatus duos *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert R. P. Ludovicus à S. Carolo ejusdem Ordinis, ut vidi in ipsiusmet Bibliotheca manus. Alij dicunt fuisse tres, alij unum; de quo videndus est P. Hippolytus Marrac. Sed quomodocumque sit, constat ex verbis ipsius in 4. Sententiarum supra signatis, quòd retraxerit primam opinionem; & hoc non obstante adversarij ipsum citant pro sua opinione, ut dicimus in Sole Veritatis: sed de hoc latiùs dicemus in Radijs Solis,

JOANNES Bachot, Senonicus Academiæ Parisiensis, Pastor Briæ, in libro: Fasti Christiani Sive: Pantheon quingentis in omnes Sanctos illustrium chis cum Commentarijs ornatum, &c. ad diem 8. Decembris, fol. 834. *de Conceptione Virginis* Mariæ diem sive fastum, cujus distichon est:

Chordigeri mihi sunt cordi non sordida proles,
Semine de patrio (laus mea) concipior.

Lib. impress. Lutetiæ 1624. in 8. regali.

JOANNES Bagotius Rhedonensis, Societatis Jesu Gallus, in parte priori Apologetici Fidei lib. 6. disput. 7. cap. 6. fol. 224. lectione 2. sub titulo: In ijs, quæ ad Virginem spectant, crescit doctrina Ecclesiæ, agit *de Conceptione B. Virginis*. Item, in parte posteriori, lib. 5. disput. 7. cap. 4. fol. 483. lectione 2. sic inquit: Cave existimes carnem Mariæ è cœlo petitam, non ex semine Abrahæ; sed eam Christus elegit, ut vas esset sibi, & fecerit templum pudoris, significans jam tùm à Deo mundatam & consecratam, cùm primùm creata est; quòd cùm in ipsa ejus Conceptione conspexerit, inde colligo jam tum carnem mundatam fuisse, ut templum pudoris esset, &c. Quòd si sensi evincerem, haud dubio in doctrina Sancti Augustini & ipsius D. Thomæ, eam nullam peccati originalis labem contraxisse, probarem, &c. Lib. impress. Parisijs 1646. in fol.

JOANNES Baptista Agnensis Cyrnæus, Calvensis Italus, Eminentissimi Principis S.R.E. Cardinalis Julij Rospiglioli Aulicus, Centum hexagrammata prorsus pura pro Deipara Virgine sine originali peccato concepta, sola memoriæ vi (nam oculorum lumine ferè orbatus, litteras in papyro exaratas inspicere non valet) eruit ex his Salutationis Angelicæ verbis:

Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

1. Pura unica ego sum, Mater alma Dei Nati.
2. Deipara inventa sum, ergo Immaculata.
3. Pia, Munda, Justa, Alma Creatorem genui.
4. Ego aurum nitens, Immaculata Deipara.
5. Ego mitis, Pura, Immaculata, Veneranda.
6. Margarita Cœli sum; nivea aptè munda.
7. Sat pura è malo Adami, Increatum genui.
8. Una semper Immaculata Virgo Dei Nata.
9. Deipara augustè Immaculata nominer.
10. Arca pura Nati Dei, eum tegam almo sinu.
11. Aula sum tota munda, ac Regina Empirei.
12. En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.
13. Procul anguis à me, una Mater Dei Amati.
14. Ruat anguis amarè, immane caput elido.
15. Tota sine maculâ Adam, purè germinavi.
16. Pergam Inviolata, ac Munda Mater Jesu.

16. Per-

17. Vivam Deo Integra, Immaculata Parens.
18. Pura & digna Mater, ſumma Cœli Janua.
19. Digna Mater Jesu, & pura à macula omni.
20. Sola purè, ac mirè munda animata viget.
21. Una eſt Deipara Virgo; en Immaculatam.
22. Una eſt Immaculata Virgo; en Deipara.
23. Si pariat una Deum; en ergo Immaculata.
24. En Pura Dei amans, & Immaculata Virgo.
25. Purè amata & munda è macula originis.
26. Regina ſummè Diva, purè intacta à malo.
27. Dei ſumma imago, clara & pura inventa.
28. En Virgo Nata Diva, ſemper Immaculata.
29. Alma Virgo ante caſum Adæ permunita.
30. En Virgo pariet Deum, ſana, Immaculata.
31. Nivea Mater Jesu, culpam ignorat Adam.
32. Ita Eva ſecunda malum ignorat primæ.
33. Virgo eſt, ac præmunita in Adæ malum.
34. Iſta Virgo almè, purè, ac mundè animata.
35. Tanta Virgo merè immunis à culpa Adæ.
36. Deipara magna venit, morſu mali vacet.
37. Eia ſanè tota Pura, Miraculum Magni Dei.
38. Iram maculamvè Adæ penitus ignorat.
39. Purior Angelus, Deum, unicè amata, amat.
40. Regina mirè tuta è lapſu communi Adæ.
41. En micat almè ignita, Pura Domus aurea.
42. Virgo Veneranda, ipſamet Immaculata.
43. Iſta Eva regina, Mundo almè pura micat.
44. Maturè nego in Deipara juſta maculam.
45. Lapſum, ac reatum Adami Nivea ignoret.
46. Magna Deipara unicè tuta è morſu mali.
47. Jure negamus maculam in tota Deipara.
48. Amici, en Pura genuit Adam Salvatorem.
49. Ergo ſine macula avita; nam Deum parit.
50. O ſanè claram, & Puram Dei vivi Gnatam!
51. O Divam purè genitam ſine atra macula!
52. O Divam ingenti macula præſervatam!
53. Age Munda; I Pura, tuta mirè ſine macula.
54. I, ô Regina; Pura, Munda, & Immaculata es.
55. Age Numen paris, ô Diva ter Immaculata.
56. Age Idea ſanè clara omnium puritatum.
57. Tu jure Immaculata, ô Magna Dei Parens.
58. Tu magna ſervata à nece mali duri Pomi.
59. Tu Regia purè Munda, anima amicta ſole.
60. Purè Immaculata es, nam Virgo Dei Nata.
61. En vades ô Pura, Mater Agni Immaculati.
62. En munda Parens, & Immaculata Virgo.
63. En è ſummo data Pura à nece amari ligni.
64. Pura ante originem Immaculata vades.
65. Tu ergo Immaculata; nam Deipara venis.
66. Tu Regia, munda animata Cœlum aperis.
67. Una paries Dei Natum: ergo Immaculata.
68. I, age pura à ſorde, & munita in maculam.
69. I, Regum Patrona: en Diva Immaculata es.
70. Jam munda es à culpa Virgo Intemerata.
71. Una Deo Immaculata es, Mater puri Agni.
72. Eia ergo pura, munda, Immaculata nites.
73. I, Virgo ſanè munda apertè Immaculata.
74. Eva te dignam juro ſine macula partam.
75. Pura à macula, eſto etiam mundi Regina.
76. Tu Regina pia, ſumma, & munda Cœli Ara.
77. I, Virgo almè amata, Pura, Munda niteſce.
78. Sanè digna, meritovè Pura, Immaculata.
79. Verum Dei Agnum, intacta à malo, paries.
80. Age purè animata, mirè cumulata donis.
81. O Regina ſummè nitida, & pura à macula!
82. Cœli merè gaudium, Nata Pura Amantis.
83. Virgo planè Munda, ac Mater Jesu Amati.
84. Eia pura, Munda, tu magni electa Amoris.
85. Virgo antea Immaculata, en paris Deum.
86. En vacas multâ pomi Regina Diva Mater.
87. Mater Virgo pia, jam vale ſanctè Munda.
88. Eva Regina ſummo Amanti Pura Dilecta.
89. O vera Immaculata Dei Gnatum pariens!
90. O Jesu, en digna Mater, Pura Immaculata!
91. O magna Immaculata! tu Parens Veri Dei.
92. Adam & Evam in macula purè ignoraſti.
93. I, alma; intacta, Eva Virgo ſemper munda.
94. I, ergo Pura, i ſanè munda, & Immaculata.
95. Euge mali neſcia, Pura, munda, mira tota.
96. Age Patrona mundi, jure Immaculata es.
97. En tu Immaculata es, nam Virgo Deipara.
98. Eva ſecunda, Pura Mater Agni Immolati.
99. Virgo à macula Adæ patenter immunis.
100. Te Puram, ſine macula genitam adoravi.

Hæc centum Anagrammata primò edita ſunt Romæ Typis Ignatij de Lazario anno 1661. ſimul cum S. Joſephi Hymnographi Mariali, quod ex Græcis manuſcriptis Codicibus collectum, Latinè redditum, Notiſque illuſtratum ibidem publici juris fecit Hippolytus Marraccius Lucenſis, è Congregatione Cleric. Regul. Matris Dei. Acceſſit poſtea & hoc centeſimum primum, Sanctiſſimo Domino noſtro Alexandro VII. ob decretum pro Immaculata Conceptione B. Virginis, ab ipſo editum die 8. Decembris 1661. Anagramma purum, ex his ſalutationis Angelicæ verbis:

AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINUS TECUM.
AGNITA PURA MACULAE A MONTIUM SIDERE.

Inſignia Chiſiorum Stella ſex Montibus impoſita.

Item, fecit alia hoc modo:

1. Agite, colamus radiantem, naevi puram.
2. En mira Gemma, tota lucida, Pura naevis.
3. Pia claruit, nivea Gemma, & Roſa munda.
4. Gemma animata es in utero lucida, pura.
5. Gemma auro nitida, Pura & ſine macula.
6. Nite viva Gemma, pretioſa, clara, munda.
7. Tu eia orientalis Gemma, pura ac munda.
8. Tu Evæ, Tu Adami crimen palam ignoras.
9. Nite ò pura maculæ, uti Gemma radians.
10. O Paradiſi Gemma, clarè tuta in nævum.
11. I, nivea Gemma, i pura, tota munda clares.
12. I, Gemma, i Roſa intacta, purè munda, vale.

Habuimus manuſcript. ex R. P. Hippol. Marraccio.

Item, in alia charta expanſa, hæc erant: Corona Anagrammatica Gemmarum XII. duodecies multiplicata, quam Joannes Baptiſt. Agnenſis, Eminentiſſimi Principis S. R. E. Cardinalis Julij Roſpigliosi Aulicus, oculorum lumine omninò orbatus, in honorem *Deiparæ Virginis ſine macula conceptæ*, XII. duodecies multiplicatis Anagrammatibus, prorsus puris, in quibus ſingulis eadem Deipara Virgo in ſuo Conceptu pura, ut *Gemma* continuò celebratur, compoſuit ex his Salutationis Angelicæ verbis: AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINUS TECUM. Deiparæ Virgini MARIÆ Conceptæ, Dominæ ſuæ clementiſſimæ Humilis Servulus Joannes Baptiſta Agnenſis. D. D. D. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Mihi autem, tametſi una quidem ſit diei hora, ſed omnes horæ ſint unica hora noctis; tamen ecce Gemmas XII. duodecies multiplicatas, velut tributum noctis meæ in horas ſingulas, ego cœcus tuus tibi pendo, ô Solis æterni Mater! Alibi dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet ſcientiam: apud me nox mea eructat diei tuo verbum, ô Mater Verbi, quod concepturam Te ijſdem verbis

Angelus salutavit, quæ hisce Anagrammatibus materiam nobilem, ac Gemmas his duodecim Coronis tuis præbuêre, ô ter Augusta Regina cœlorum, atque terrarum. Ubique Gemmæ nitent, & quidem Tuæ, nocte una, sed longa elaboratæ in Coronarias laudes Tuas. Neque tamen sunt opera tenebrarum, sed piæ tenebræ meæ in optimo tuo lumine splendidè collocatæ.

CORONA I.

En mira Gemma tota lucida, pura naevis.
Gemma salutata à Dei Nuncio mirè pura.
Salve, ô Mater, unica pura, nitida Gemma.
O Paradisi Gemma, clarè tuta in naevum.
Nite ô pura maculae, uti Gemma radians.
Nite viva Gemma, pretiosa, clara munda.
Gemma animata es, in utero lucida, pura.
Gemma auro nitida, pura & sine macula.
Tu ea Orientalis Gemma, pura, ac munda.
I, Gemma veneranda, i, tota pura maculis.
I, nivea Gemma, i, pura tota munda clares.
I, Gemma, i, Rosa intacta, purè munda. Vale.

CORONA II.

Valde manè, ô cara Gemma, nituisti pura.
O mirè pura, tu Gemma in Aula sancta Dei.
Tu sanè Gemma purior lacte, Anima diva.
Tu ô sacra Dei Gemma, inventa pura mali.
Avita Coeli Gemma, puriter sana, munda.
Gemma, at viva, pura alma; cor Dei nitens.
Divina Gemma, miraculo & sana, & pura.
Tu Gemma, Porta divina, sine rea macula.
I, Columna radiata, purave Gemma nites.
I, eia, ô pura Gemma stata Lucerna mundi.
I mira viva Gemma, procul à dente satan.
Gemma divina, ac Mater notis pura. Vale.

CORONA III.

En Gemma divinitus creata pura à malo.
En Vita alma, Vita cordis; en Gemma pura.
Pia claruit nivea Gemma, & Rosa munda.
Salve ô cara Gemma; Tu enim nitida pura.
Tu Anima pura, cara Dei Gemma sine luto.
Tu ô Gemma amata, clarè pura in sinu Dei.
Nitida Gemma, pura à naevo, Lucis Mater.
Mater, sed inviolata; unica Gemma, pura.
Luminosa ac nitida; vera & pura Gemma.
I, Gemma serio intacta, pura, munda à lue.
I, Rosa, & pura Gemma, Anima induta luce.
I, Manna, & Vita cordis; Gemma pura. Vale.

CORONA IV.

I, miranda Gemma, tota pura naevi luces.
En venis adorata Gemma, pura ictu mali.
Alta & pura Gemma, niveum ad Sion iter.
Nota Dei Amica, purave Gemma rutilans.
Nominaris electa, diva, aut pura Gemma.
Gemma pura, Vita munda, Ara Coeli nites.
O Claritatis Janua, permundave Gemma.
Nota Diva, mira venis, lecta pura Gemma.
I, ô vivida Gemma, latrantem pura necas.
I, mira tuta Gemma, colenda pura naevis.
Gemma Eoi sana pura, i, lacta, nutri Deum.
Cari Dei Gemma, in totum sana, pura, Vale.

CORONA V.

En una Gemma pura, i, ditata amoris luce.
Adesto Gemma, jurè nunciata pura mali.
Eia pura, ac munda nites, ô rutila Gemma.
Vivit clarè pura, Gemma sine nota Adam.
Gemma in auro, intacta à lue, Deum paris.
O Divina pura Gemma, sine tetra macula.
Gemma peralma, tuta, invisave draconi.
Tu, Anima dilecta, vera Sion, pura Gemma.
I, una pura, Gemma nostri medela ac vita.
I, nota Gemma, i, praeservata luci munda.
I, Gemma, Patrona mundi, avita lue caret.
Gemma pura, imo divina, ter sancta. Vale.

CORONA VI.

Gemma lucis Idea, animatur pura notae.
Clara Gemma in vivo pede ruit satanam,
Eat Gemma, nunciata pura domui Israël.
Gemma pura à luto, Adae ruinam nescijs.
Io, en alta pura Gemma, Sanctuarium Dei.
En Gemma pura notae, divitiarum Scala.
O Gemma nae pura, Arcus, laetitia mundi.
Io, en Gemma carè munda, puritatis Aula.
Tu nota Gemma, pura à lue criminis Adae.
I clara Gemma, tota pura, sine Mundi vae.
Tu Gemma nata Deo, unica eris pura mali.
En puritatis Arca, i, ô munda Gemma. Vale.

CORONA VII.

Venit Gemma pura mali, sacrata uni Deo.
Salve Urna, imò Dei Gemma, intacta, pura.
Salve Mater indicata Unio, pura Gemma.
Salve Indica Gemma, una mirè tota pura.
Tu Gemma pura è malo. Vas Incarnati Dei.
Pura, manè radiata, Gemma & Unio lucis.
Io, laetaris Gemma unica, pura, & munda.
Ito, unicè amanda Gemma, rutila, pura es.
Ito Gemma in aurea Capsula ritè munda.
Tu alma Gemma, puriter sana, vicina Deo.
Vale Divi Nati Mons, & Arca, pura Gemma.
I, Gemma seriò intacta pura, munda. Vale.

CORONA VIII.

Aurea Gemma ivit prolata munda notis.
Nite ut Aurora, Gemma sine Adami culpâ.
En tu divina Gemma, pura à mortali ela.
O ter pura Gemma, Aula es dicata Numini.
Venisti munda, ô Vita, praeclara Gemma.
Ito, Gemma verè pura, lacta Adam in sin.
Gemma sana, ac pura malo in virtute Dei.
Nivea Gemma, instructa à Deo, pura mali.
Venisti Gemma vera, alma, condita pura.
I, sola in veritate pura, ac munda Gemma.
I, pura alti Gemma, mira Eva non fedatis.
Porta Nati Jesu cari, Gemma munda. Vale.

CORONA IX.

Oriatur Gemma pia, & munda in saecula.
Vivat Sion, pura Gemma, ante diem clara.
Eia, Gemma ista incorrupta, munda à luc.
Rutilet Gemma, vacans poena viri Adam.
En rutila Gemma, pura à daemonis jactu.
Eia Sion pura Gemma, mundi cara tutela.
Cara Gemma es, initio lautè pura, munda.
Gemma ter pura à luto, incisa à manu Dei.
Procul à te ira Adam, Gemma viva nitent.
Tu jurè, divina Gemma, palam cares nota.
I, pia, i, sancta; Gemma revera munda luto.
Aurea Gemma, capitis nitor, munda. Vale.

CORONA X.

Io, en Adamas, unica Gemma ter pura furi.
Tanta Jesu Gemma procul è ruina Adami.
Veni Gemma lautè micas, ordinata pura.
Tu clara, & pura in anima, ô Gemma dives.
O Gemma mundè rutila; Arca Panis vitae.
I, Alta Gemma, pura à viro, centies munda.
Ea pura Gemma; Dei Natum caro sinu alis.
Tu Deipara, Tu ô Gemma, urna nescia mali.
I, mira Gemma, Tu nascenti Deo pura Aula.
I, Gemma, i, laureata ac pura mundo nites.

Deipara

Deipara Gemma, en tu una caruisti malo.
I, ô purè instructa, i, Gemma amanda. Vale.

CORONA XI.

En Deipara, Gemma in auro tuta maculis.
Tanta diva, Gemma, mirè procul à naevis.
O, en cara Gemma, & munda Spiritu Aula.
Adoratur pia Gemma; sine macula venit.
Eralit Sanctum Dei, Gemma pura in auro.
Praedicatur una Gemma, Vita sine malo.
Sine Adami nota, purave Gemma claruit.
Indivisa, ornata, pura mea Gemma lucet.
Una emicat pura Gemmà in Salutari Deo.
I, Gemma ornata, Vita pura, Diva clemens.
Ito, una sana Gemma, pura, redimita luce.
Numinis Gemma, Dei Arca, tota pura. Vale.

CORONA XII.

Una Iris luces, Gemma animata, pura Deo.
Eva, alma Gemma nae rupit cornua ditis.
Eia, en Alti pura Gemma, Sanctorum Diva.
En Auri sana Gemma: dicite à luto puram.
Gemma, dulcis Vita, Anima aeternò pura.
Eia, vitas noctem, Gemma auri, pura Luna.
Tu cara, pura Gemma, data in Monile Jesu.
Amantis Dilecta, purave Gemma in auro.
Amati Dei Cunae, ô Gemma pura rutilans.
En Tu Amoris Gemma, & Aula nitidè pura.
I vale Gemma ritè munda, ac pura à notis.
Tu Gemma, sita in corde, Anima pura. Vale.

Extat impress. in charta expansa.

Item: Psalterium Anagrammaticum Marianum Immaculatum, seu Centum quinquaginta Anagrammata prorsus pura pro MARIA Deipara Virgine Immaculatè concepta, ex his Salutationis Angelicæ verbis eruta: AVE MARIA GRATIÀ PLENA, DOMINUS TECUM. Auctore Joan. Baptista Agnensi Cyreo, Em. Principis S.R.E. Card. Julii Rospigliosi Aulico semper quidem inutili, sed nunc præsertim, quia à multis mensibus omninò cœco. Deiparæ Virgini MARIÆ semper Immaculatæ Dominæ suæ clementissimæ, infimus servulus Joannes Baptista Agnensis. AVE MARIA, GRATIÀ PLENA, DOMINUS TECUM. En interno mentis lumine dedi cor meum in similitudinem picturæ, quam in bono tuo lumine colloco, Lampas indeficiens. Ecce triginta & unum Angelici hujus acroamatis, velut mensis tui totidem dierum numero distincti, characteres seu litteras, tanquam totidem stellas ordine vario choreas agentes, ac Immaculatæ tuæ gloriæ ancillantes, & amabili concussatione alia ex aliis elogia Tibi texentes, Tibi sisto, Illuminatrix MARIA. Accipe hæc sidera noctis meæ. Ita mihi longa hæc oculorum nox erit illuminatio in deliciis meis, dum Tu eris oculus cœco tuo: nam ad laudes tuas, ut vides, cœci vident. Te feram in oculis cordis amore non cœco, dum per Te, gratiâ plena, hîc luce gratiæ, olim lumine gloriæ fim videns. Hoc est, Domina, quod 150. hisce Anagrammatibus, veluti totidem psalmis tuis, Tibi canunt, & jam defecerunt oculi mei dicentes: Domina, quando consolaberis me? Ecce lumen oculorum meorum ipsum non est mecum. Sed Tecum est, dum est Dominus tecum; Dominus illuminatio mea & salus mea. Hoc est, quod cœcus clamo secùs viam, Domina, ut videam Filium tuum in patria; & tunc lumen oculorum meorum erit mecum.

1. Cano Regina Jure tutam è lapsu Adami.
2. Reginam videtis à nota maculae puram?
3. Do Reginam puram, & sine macula avita.
4. Reginam (at naevo puram) laeti dicamus.
5. Jo Regina, pura, munda & Immaculata es.
6. Jo Regina amata: dic Tu, En almè pura sum.
7. Pura animata sum à Rege mei dulci Nato.
8. Pura Unica ego sum, Mater alma Dei nati.
9. Caro mea pura à malis, Dei Natum genuit.
10. Ego superna, Immaculata, Divina Mater.
11. Templum Dei sum, Arca ignara notae Avi.
12. Regia Munda, & Palatium emicans auro.
13. Ego aurum nitens, Immaculata Deipara.
14. Pia, munda, justa, alma Creatorem genui.
15. Ego mitis, pura, Immaculata, veneranda.
16. Margarita cœli sum; nivea, aptè munda.
17. Sat pura è malo Adami Increatum genui.
18. Una semper Immaculata, Virgo Dei nata.
19. Deipara augustè Immaculata nominer.
20. Arca pura Nati Dei, eum tegam almo sinu.
21. Aula sum tota munda, ac Regina Empirei.
22. En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.
23. Clarè pura, ideo amantis amatum genui.
24. Ego Eva armis Paracleti munita, munda.
25. Ego amans, mirè pura, Dei Natum lactavi.
26. Casta Mater, pura Diva, anguem elimino.
27. Longè caput irae à summa Divina Matre.
28. Procul anguis à me, una Mater Dei amati.
29. Ruat anguis amarè, immane caput elido.
30. Sum Mater unigeniti à Deo pura, ac alma.
31. Tota sine macula Adam, purè germinavi.
32. Pergam inviolata, ac munda Mater Jesu.
33. Vivam Deo integra, Immaculata parens.
34. Periit anguis coram Eva munda, & alma.
35. Deipara inventa sum, ergo Immaculata.
36. Si pariat una Deum, en ergo Immaculata.
37. Pura & digna Mater, summa cœli Janua.
38. Digna Mater Jesu, & pura à macula omni.
39. Sola purè, ac mirè munda animata viget.
40. En Paradisum, at ignotum irae maculae.
41. Eva, uti Parens, Adami ignoret maculam.
42. Eva secunda malum ignorat primae? ita.
43. Virgone semper munda à macula? ita, ita.
44. Una est Deipara Virgo: en Immaculatam.
45. Una est Immaculata Virgo: en Deiparam.
46. Ea pura à malo mira genuit sanctum Dei.
47. En Regia tota lucida, anima summè pura.
48. En Mater amata, Diva pura, signum cœli.
49. Munda mali vigeat super omnia creata.
50. Purè amata, & munda è macula originis.
51. Regina summè Diva, purè intacta à malo.
52. Dei summa Imago, clara & pura inventa.
53. En Virgo nata Diva, semper Immaculata.
54. Regia nata evadens luctum amari pomi.
55. Alma Dei Virgo ante casum præmunita?
56. En Virgo pariet Deum, sana, Immaculata.
57. Nivea Mater Jesu culpam ignorat Adam.
58. Virgo est, ac præmunita in Adae malum.
59. Ista Virgo almè, purè, ac mundè animata.
60. Tanta Virgo merè immunis à culpa Adæ.
61. Deipara magna venit, morsu mali vacet.
62. Ea sanè tota pura, miraculum Magni Dei.
63. Iram, maculamve Adæ penitus ignorat.
64. Purior Angelis, Deum unicè amata amat.
65. Regina mirè tuta à lapsu communi Adæ.
66. En pura, Domus aurea, micat almè ignita.
67. Virgo veneranda: Ipsamet Immaculata.
68. Ista Eva Regina, mundo almè pura micat.
69. Maturè nego in Deipara justa maculam.
70. Lapsum ac reatum Adami nivea ignoret.

71. Juro

71. Jure negamus maculam in tota Deipara.
72. En pura Dei amans, & Immaculata Virgo.
73. Amici, en pura genuit Adam Salvatorem.
74. Ergo sine macula avita: nam Deum parit.
75. O sanè claram, & puram Dei vivi Gnatam.
76. Divam purè genitam sine atra macula.
77. O Divam ingenti macula præservatam.
78. Age munda, I pura, tota mirè sine macula.
79. Age Numen paris, ô diva ter Immaculata.
80. Age Idea sanè clara omnium puritatum.
81. Purè Immaculata es, nam Virgo Dei Nata.
82. Una paries Dei Natum, ergo Immaculata.
83. I, age pura à sorde, & munita in maculam.
84. Munda à macula, i, Jesum parito & regna.
85. En Civitas alma, purè munda Regi amato.
86. Munda venis, Virgo amata, prima electa.
87. Ingenua, provida, Mater Immaculata es.
88. Gaude Eva, spinâ malorum mirè intacta.
89. Vale pacis Mater, Virgo mundè animata.
90. En Deipara; ergo tuta, immunis à macula.
91. Eva, mundi Regina, almè micas tota pura.
92. Eia pura, mundi Regem amato sinu lacta.
93. Tu, ô Alma, specie tua mira i, regna munda.
94. I, Regum Patrona: en Diva Immaculata es.
95. Jam munda es à culpa Virgo intemerata.
96. Una Deo Immaculata es, Mater puri Agni.
97. Eia ergo pura, munda, Immaculata nites.
98. I Virgo sanè munda, apertè Immaculata.
99. Eva te dignam juro sine macula partam.
100. Pura à macula, esto etiam mundi Regina.
101. Tu Regina pia, summa, & munda cœli Ara.
102. I Virgo almè amata, pura, munda nitesce.
103. Sanè digna, meritove pura Immaculata.
104. Verum Dei Agnum intacta à malo paries.
105. Age purè animata, mirè cumulata donis.
106. O Regina summè nitida, & pura à macula.
107. Cœli merè gaudium, Nata pura Amantis.
108. Virgo planè munda, ac Mater Jesu amati.
109. Eia pura, munda, Tu magni electa amoris.
110. Virgo antea Immaculata; en paris Deum.
111. En vacas multâ pomi, Regina, diva Mater.
112. Mater Virgo pia, jam vale sanctè munda.
113. Eva Regina, summo amanti pura dilecta.
114. O vera Immaculata, Dei Gnatum pariens.
115. Tu parens veri Dei, O magna Immaculata.
116. Adam & Evam in macula purè ignorasti.
117. I alma, intacta, Eva Virgo semper munda.
118. I ergo pura, I sanè munda, & Immaculata.
119. Euge mali nescia, pura, munda, mira tota.
120. Euge porta miræ lucis, animata munda.
121. Age Patrona mundi, Jure Immaculata es.
122. En tu Immaculata es, nam Virgo Deipara.
123. Eva secunda, pura Mater Agni immolati.
124. Magna Deipara unicè tuta è morsu mali.
125. Tu jure Immaculata, ô magna Dei Parens.
126. Tu magna servata à nece mali, duri pomi.
127. Tu Regia purè munda, anima amicta Sole.
128. Eia munda Parens, & Immaculata Virgo.
129. Tu è summo data pura à nece amari ligni.
130. Tu vera primogenita sine macula Adam.
131. Tu ergò Immaculata; nam Deipara venis.
132. Tu Regia, munda animata, cœlum aperis.
133. Tu, alma (duce amoris igne) purè animata.
134. Primatum tenes, ô Diva ignara maculæ.
135. Tu paries Virgo, mundè, ac almè animata.
136. Virgo semper munda, intacta à væ mali.
137. Virgo à macula Adæ patenter immunis.
138. Tu pia, munda è malo, sacrive Agni Mater.
139. Sana, & mira, en procul à te jugum Adami.
140. Angelorum Diva, & purè animata micas.
141. Eia pura munda es, ô Regina, à tactu mali.
142. Tu magna, almè pura, Diva emicas nitore.
143. Tu ergo i, jam per secula, animata munda.
144. Naevum, & maculam ignorasti Deipara.
145. Diva Mater genita pura omnis maculæ.
146. O Jesu; en digna Mater, pura, Immaculata.
147. O munda à macula per merita Jesu Gnati.
148. Te puram, sine macula genitam, adoravi.
149. Roma, en Diva Parens Immaculata viget.
150. Agnita pura maculae à Montium Sidere.

Impress. in charta expansa.

Item: Psalterium secundum Anagram. Marianum immaculatum, seu Aliacentum quinquagenta Anagrammata prorsus pura pro MARIA Deipara Virgine Immaculatè concepta, ex ijsdem Salutationis Angelicæ verbis deprompta: Ave MARIA GRATIA PLENA DOMINUS TECUM Auctore Joan. Baptista Agnensi Cyrneo Calvensi Em. Principis S. R. E. Card. Julij Rospigliosi Aulico. MARIÆ Deiparæ Virgini semper Immaculatæ, Dominæ suæ Clementissimæ infimus Servus Joan. Baptista Agnensis. En iterum tibi se sistit Anagrammatographus ille tuus, & singulas Angelicæ Salutationis litteras, læto gestu, ordine varié multiformi jubet ire in laudes tuas: nam nisi me cœlestibus his occupem, quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Video in his Te, quæ S. Epiphanio es Cœlum splendidum, S. Joanni Damasceno Cœlum vivum, è quo post has tenebras spero lucem in lumine viventium. Ita tenebræ non conculcabunt me, neque catena aut procella tenebrarum trahet me in tenebras exteriores. Ancillatur tibi intenuibus hisce tuarum laudum meditamentis modica hæc tenebrarum mearum lux; ita ut & lux mea, & tenebræ meæ, & hæc ipsa in corpore meo, velut in obscuro conclavi, clausis oculorum fenestris, sedem anima, sit in manibus tuis, sicut sunt oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ. Tu Mater illius es, qui totus oculus est, in quo sperant oculi omnium. Tu noctis meæ Luna pulcherrima es. Tu, ô Mater amicta sole, tege me splendido illo tuo pallio, nam contexerunt me tenebræ. Interea Benedicite lux & tenebræ meæ Domino, ac Matri Domini. In manibus tuis depono oculos meos. Profer lumen cœco tuo: illumina tenebras meas, nam à te ductus cœcus licèt, cœli viam inveniam, & non errabo in itineribus æternitatis. Hæ ipse tenebræ meæ mihi erunt pro luce ac face, ut per te ad Deum perveniam, qui posuit tenebras latibulum suum. Tu fac, ut in hoc tenebrarum mearum latibulo latentem inveniam illum, qui dixit: Cum ipso sum in tribulatione, qui in manibus suis abscondit lucem oculorum meorum: & si vult, præcipiet ei, ut rursus adveniat. At quicquid sit de hac luce, ego malo præ hac, ut lux perpetua luceat mihi in regione lucis & pacis; ubi cum Angelis & omnibus tibi singulari animi propensione addictis, jam non cæcus in gloriæ lumine Salvator dicam: Ave MARIA.

1. Iterum dico: Salve, Magna purè animata.
2. Salve Pia, te Agni amor mundam creavit.
3. Virgo, an deturpata es à macula? minimè.
4. Palam nitesce, Virgo amata, jure munda.
5. Dic ita Virgo; en almè amata, en pura sum.
6. Pura animata sum, nam Virgo Dei electa.
7. Mater pudica sum, notae malive ignara.

8. Mundae alma Vitis, vitae germen paro.
9. Sana ac pura, en tuli gremio Dei amatum.
10. Ceu Turris animata ego pia almè munda.
11. Magna Deum mirè portavi lactea navis.
12. Enitor, agite, Jesum, pura, munda ac alma.
13. Io, en Agna Dei sum ter pura Immaculata.
14. Caro Jesu, almi Gnati, mea, pura & munda.
15. Ignea luna, imò lactea, merita, pura sum.
16. Almè intacta à morsu Adami, purè genui.
17. Ego peralta Cedrus munda animata ivi.
18. Integra, mera, munda placui Jesu amato.
19. Cognita sum nivea, pura, alma, Dei Mater.
20. Praevia Coeli Mater, agnita munda sum.
21. Almo pede irrui, mactavi anguem, satan.
22. Pura vadam, longè sit à me Atavi crimen.
23. Agna jurè munda, mei Pastorem lactavi.
24. Jesum lactavi; ergo animata, permunda.
25. Roma, vidi puram ante saecula genitam.
26. Vide Arcam puri Agni, è malo sanè tutam.
27. I, agnosce puram, nitidamve laureatam.
28. En Deiparam; ergo tutam in maculas Avi.
29. Ponas Dei Virginem à rea macula tutam.
30. En summa via lactea meritò digna, pura.
31. Pange Divam; at jure sine macula ortam.
32. O, Agnam Dei intueris, & puram à macula.
33. O, nega maculam in Matre Dei pura, justa.
34. Agna pia, munda Jesum Creatorem aluit.
35. Virginem adora è spina maculae tutam.
36. Agite laeti, en adoramus unicam puram.
37. Agite, en Rosa pura dumi, en Immaculata.
38. A communi lapsu Adae jurate integram.
39. O laudate, eia, Virginem, puram, sanctam.
40. Ait Angelus, Matrem dici puram à naevo.
41. Una ergo, una dicite eam sat mali puram.
42. Virginem adeò puram ita altè canamus.
43. Solum Agna Dei Mater, pura naevi micat.
44. Pura ignoravit sentem maculae Adami.
45. Ea summo manè clara, nitida, pura viget.
46. Ignoravit Adae culpam, nam Mater Jesu.
47. Turris Evae communita in Adae plagam.
48. Rosa punicea, munda, mira & alma viget.
49. Una Eva Regia Mater, munda micat Polis.
50. Pia & mera Eva Adami ignorans luctum.
51. Virgo prudens, ea Immaculatè animata.
52. Eia Satorem mundi pura, ac Alma genuit.
53. Mater Virgo pia, munda eat sine macula.
54. Ea sacra, munda Eva Primogenitum alit.
55. En Virgo sanè tuta è macula primi Adam.
56. Enitiur Jesum pura, magna ac alma Deo.
57. Dulcis Amor manè avertit à pia anguem.
58. Prostravit anguem una almè Amica Dei.
59. Pura à luto irae Adae, cingat immensum,
60. Ruit anguis coram ea pia, & almè munda.
61. Ea munda evasit capturam originalem.
62. Eva ista maculam primae nudè ignorat.
63. Tota pura à casu mali, ea mundi Regimen.
64. Arca ignea, mundave mali, Jesum portat.
65. Eva Virgo, pia Mater, sanctè munda mali.
66. Mater Almi Agni, ea ipsa vocetur munda.
67. Invicta Virago Alma eat, semper munda.
68. Virgo sanè permanet Diva Immaculata.
69. Parit ne Jesum? ita; ergo munda à macula.
70. Primogenita data sine vae macularum.
71. Lactea Virgo Jesum pariat munda manè.
72. Amata, munda, puriorve Angelis emicat.
73. Casta Virgo, pura mali, ea munda eminet.
74. Ovis lactea, munda, ea mirè Agnum parit.
75. Electae Anima ita pura in summo gradu.
76. Sanè evadit pomi lutum Agna mirè cara.
77. Nil creatum amo purius ea dignè amata.
78. Virgo mea, en dulcis pura animata meat.
79. Veni ergo summa dilecta, animata pura.
80. Age, veni mirè munda, ac tota pura malis.
81. Jure ô Nata anguem perdis Immaculata.
82. Macula sive ira Adam te piam non urget.
83. I, jam animata pura, & Angelorum Decus.
84. A primo ad ultimum en cares vae Agnati.
85. Integra Deum paris, naevo Immaculata.
86. Tu integra munda à pomi vel amari esca.
87. Pura enites, ô Regia munda Immaculata.
88. Tu Regina, tu sine rea macula pomi Adam.
89. En tu Immaculata Deipara Virgo manes.
90. Eniteris Deum, ô Agna, pura, Immaculata.
91. Aurea scala, te non premit jugum Adami.
92. Virgo serena, pia munda & Immaculata.
93. Io, Agna Immaculata, en parturies Deum.
94. Jam pura es; age alito Deum Incarnatum.
95. Euge munda, sine pari orta Immaculata.
96. Amata, pia, munda, Coelum terrae jungis.
97. Auri lampas grandem Avi noctem evita.
98. Pia ac alma Virgo mundave Mater nites.
99. Jure munda pates, o Regina Immaculata.
100. En paritura es Agnum Dei Immaculata.
101. Age, ô Vita almè munda Increatum paris.
102. Vige, ô sanè munda, pariter Immaculata.
103. Agni aurea Domus in te, Perimmaculata.
104. Una paries Deum, ô integra Immaculata.
105. Virgo amanda, purè enites, Immaculata.
106. Vitam nudè paris, nae ergo Immaculata.
107. Tu Regina Diva, nempe Rosa Immaculata.
108. Eva purior Adam, ingens & Immaculata.
109. Jo Agna, Dei Mater, lupum averni mactas.
110. Ito Amata, munda, placa Regem universi.
111. Divina ope regnas tu merè Immaculata.
112. Agna Dei Mater, justè pura omni macula.
113. Coelum aperuisti Regina, amata, munda.
114. Virgo munda, & semper intacta à vae mali.
115. Salve, perge, mira, cui Anima tota munda.
116. O Agna mira; summè pura, ac in Dei tutela.
117. Tu naevo Immaculata, Paradisi germen.
118. I, lacteum mare, Virgo pia, sana & munda.
119. O Mare, tamen placidum sine ruga avita.
120. Mons Dei amati, tu Regina pura maculae.
121. Merè nites, ô pura Agna diù Immaculata.
122. Virgo nudè animata es Perimmaculata.
123. Euge jam intacta Rosa purè munda mali.
124. I, age Rosa intacta Veprium almè munda.
125. Regia emicans, tota pura, mundave mali.
126. Mundi Regem alis, ô unica amata, & pura.
127. Regina Diva, semper tuta à macula omni.
128. I, parva, tota magna, i, mirè munda eluces.
129. Io magna, & almè pura, Sanctuarium Dei.
130. Tu Mater Agni Dei, pura es à macula omni.
131. I, Rosa matutina, i, perge munda maculae.
132. O Vitis amata, Germen dulce, Anima pura.
133. Oliva pacis Mater, Materve Agni munda.
134. Invicta Virgo, peralmè amata, munda es.
135. Alma Regina jure munda es à tactu pomi.
136. Eva Mater Adami, ignores Avi planctum.
137. I, age, te sacram Lunam notae puram vidi.
138. I, vera Jesu Mater, palam cognita munda.
139. Ostendi te Reginam puram à macula Avi
140. Vive, regna ac impera tota munda malis.
141. Jam vale intacta Virago semper munda.
142. Casta, imo pura mali, in aeternum gaude.
143. Jam es jure cognita Alma, pura & munda.

144. Perge mira tota munda sine macula Avi.
145. Sancta Mater magni Dei, pura malo, vive.
146. Regina cor Jesu, tam pia, tam munda, vale.
147. En Regina amata Diva, te puram colimus.
148. Eia, te ingenti macula puram adoramus.
149. Eva Paracleti summi, nota Regia munda.
150. Virgo, i, munda Parens, Mater Amica, vale.
Extat impress. in charta expansa.

JOANNES Baptista Agnesius, Sacerdos & Theol. Valentinus, in suis Operibus Poëticis, f. 23. Rosetum edidit de B. V. sine peccato concepta:

Gaude nata Dei, conjux & amica, parensq;
.....
Lactea quod tabo concepta immunis ab omni,
Angelicis fulges purior una Choris.

Lib. impress. 1545. in 8. absque loco impressionis.

JOANNES Baptista Albertus Italus, in libro dell' apparitione della Madona santtissima di Misericordia di Savona, è delle miraculose sue imagini in Italia, &c. lib. 1. cap. 2. folio 7. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Et libro 3. cap. 18. fol. 201. inquit: Vie ancore la capella dell' *Immaculata Concettione della Beata Vergine* fabricata con preciosi marmi è ricchi ornamenti dall' Illustrissima Signora Madelena Spinola sorela del Il'eminentissimo Signor Cardinali de santa Cicilia, &c. Lib. impress. Genuæ 1642. in 4.

JOANNES Baptista Alesius Politianus, librum Auroræ secundùm Salutationem more Atlantium, ex Græco *pro Immaculata Virginis Conceptione* Latinè reddidit. Romæ 1630. in 4.

JOANNES Baptista Aquilatius, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ reformatæ septem Martyrum, inquit: Extra mœnia Arcis Roccellæ Diœcesis Episcop. Hieracen. circiter passus 50. versùs plagam Australem, à mari Ionico ad unum milliare distans *situs est hic Conventus Sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, qui fundatus est anno Domini 1614. in quo sunt Fratres octo. Item, infra inquit: Prope oppidum Satriani Diœcesis Episcopi Ascilatis, versùs plagam Orientalem quæ respicit mare Jonicum, *situs est Conventus Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*: cujus oppidi Princeps Hector ex Ravisorum familia administrat Conventui necessaria, &c. Relatio est apud nos. Et in arbore prædictæ Prov. dicit, quòd sunt duæ Ecclesiæ erectæ sub titulo Conceptionis.

JOANNES Baptista de Azevedo Hispanus, Patriarcha Indiarum & Episcopus Vallisoletan. inter festivitates observandas sub præcepto peccati mortalis, posuit *Conceptionem Dominæ nostræ Virginis MARIÆ, &c.* Vide verb. Vallisoletana Ecclesia.

JOANNES Baptista Barona de Castilla, Poëta Hispanus, sic de Virginis puritate cecinit:

Angelicum promens Virginis ipse & Ave
Hostibus adversis, spargensq; tumentia bella
Per Mare MARIÆ tutus adornat iter.
Conceptum mundo reserans, arcana tuetur
Virginis, & labem dejcit ab studys.
Quisquis amat Scoticâ Sophiâ lymphâq; repleri,
Hauriat hinc sapiens: hæc levet unda sitim.

Ita in libro Petri de Barona super Ave Maria impress. ann. 1596. in 4.

JOANNES Baptista Bellaverus, in libro titulato: Centum compèdiosi Sermones in opprobrium dæmonum, Serm. 18. *de Immaculata, ac pura Concept. B. Virginis MARIÆ.* Impress. Coloniæ 1624. in 8.

JOANNES Baptista Caffardi de Senis, Generalis Prior Ordinis Carmelitarum, edi curavit Breviarium sui Ordinis, quod folio 662. habet *officium Conceptionis B. Virginis MARIÆ.* Impress. Lugduni 1587. in 4.

Item, emendavit & edi curavit Breviarium ex usu & consuetudine approbata Hierosolymitanæ Ecclesiæ & Dominici sepulchri, quod fol. 442. habet officium *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ.* Incipit: Sicut lilium. Lib. impress. Venetiis 1579. in 4.

JOANNES Baptista Calamai, Poëta Italus Florentinus, agit in libro de Partu Virg. Mariæ de ejus *puritate & innocentia, atq; exemptione ab omni peccato* cant. 3. & 4. Impress. Florentiæ 1633. in 8.

JOANNES Baptista Camacho, Poëta Hispanus, *pro Conceptione Virginis MARIÆ Poëma*, folio 96. Lib. impress. Hispali 1626. in 4.

JOANNES Baptista Campania, Ordinis Minorum Minister Generalis, atque Episcopus Totosæ, noviss imè typis mandari curavit Opera Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti, in quibus tom. 7. parte 1. à fol. 91. usque 101. extat Quæstio de *Immaculata Conceptione Virginis*: & in principio tomi 1. apposuit pulcherrimam imaginem & Scoti Immaculatæ Conceptionis Virg. cū his carminibus.

Miraris Doctor puram sine labe MARIAM,
Quæ de non pura stirpe creata fuit.
Esse dedit puram Christus, da Doctor haberi
Et sciri, decus hoc debeat ille tibi.

Lib. impress. Lugduni 1639. in fol.

Item, in Assertionibus sub Capit. General. dicit, Philippo IV. Hispaniarum Regi, defendente Fr. Antonio à Plagis, plura adducit *pro Immaculata Conceptione, pura & absq; labe, &c.* ac ejus immunitate confirmata à Concilio Tridentino. Extant in charta expansa impress. Matriti 1633.

JOANNES Baptista de Castro Hispanus, *in laudem Dominæ Virginis absque originali labe* compr. Orationem unam. Hispali 1616. De illâ Marraccius in Bibliotheca, fol. 673. & in Catalogo Mariano, Pistoia coron. 2. cap. 8. fol. 228.

JOANNES Baptista Cavotus de Melphis, Ordinis Minorum Italus, in libro Trigintà trium lectionum super primum Caput libri S. Job. lect. 26. folio 372. Quòd Christus est major Angelis, quia primus in prædestinatione: deinde anima Mariæ Virginis, quæ ipsos superavit & antecelluit, & quòd sancta ejus anima non modò alios Angelis major est effecta; sed metrum & mensura simul eorum omnium, &c. Lib. impress. Romæ 1617. in 4. Licèt à longè, videtur tamen Auctor iste tangere mysterium immunitatis Virginis: quia in prædestinatione Christus Dominus habuit primum locum, secundum Virgo Maria, tertium Angeli: ergo prædestinata ante prævisionem peccati primorum parentum. Item, quomodò posset esse apta mensura & metrum Angelorum, si ipsa esset concepta in peccato originali? mensura enim non exceditur à mensurato.

JOANNES Baptista Chiodinus Pincens de Monte Miglione Italus, in Diademali spirituali de solénitatibus & virtutibus V. Mariæ, fol. 8. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali, sancta.* Lib. impress. Cohegliana 1617. in 8. Vide etiam Marraccium in Catalogo.

JOANNES Baptista Christiadorus, Ordinis Minorum, anno 1646. typis mandari fecit Italicè, quæ facta fuerūt Panormi in celebri *festivitate Immaculatæ*

culatæ Conceptionis eodem anno in 4. ubi extat Sermo R.P. Spuches Societatis Jesu, & alia D. Petri Magri Panormitani, ad finem.

JOANNES Baptista Cogcioli Italus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei* Sermonem unum in libro impresso Aquilæ, anno 1646. in 4.

JOANNES Baptista vander Cruyce, Ordinis Sancti Augustini Germanus, in Genealogia Jesu Christi per mundi ætates versu edita, pagina 214. de Sancta Maria Joachimi Filia, & Jesu Matre sic inquit:

Peccatum hic nullum culpes, nec nodus in isto
Cortice, nec mœrus, non crimen origine ductum, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1654.

JOANNES Baptista Davila, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Tomum *de originali MARIÆ immaculatitate, &c.* Et in primo libro probat, ex vi præsentis decreti in sacris litteris revelati, Mariam peccati originalis maculam contrahere non posse. In 2. verò probat, ad sui animationis primum instans personale originalis maculæ contrahendę nullum habuisse debitum; imò gratiæ per illud instans sibi infundendæ jus habuisse infallibile. Autographa Matriti ad prælum extant parata: utinam videant lucem!

JOANNES Baptista Delio, Sacerdos Italus, scripsit Italicè *de gloriosa Imperatrice cœli MARIA speciosissimè aurorâ in primo suo oriente* Poëma seu Concionem latam, in qua vocat Virginem absque originali peccato præservatam, &c. Impress. Romæ 1651. in charta expansa.

JOANNES Baptista Desvois, Ordinis Minorum Gallus, in Epitome disputationum de controversijs Christianæ fidei Roberti Bellarmini, &c. tomo 4. lib. 4. de Statu peccati, cap. 15. *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, cujus prima propositio est: Non est contra fidem, asserere Beatam Virginem sine originali peccato conceptam. Vide alia ibi contra Kemnitium Hæreticum à folio 66. Lib. impress. Parisijs 1603. in 8.

JOANNES Baptista Esfroniſſa, Ordinis Prædicatorum, & Archiepiscopus Montis Libani, primus fuit, qui iubente religiosissimo Rege Philippo 3. libros Arabicos repertos in cavernis sacri Montis Granatensis latinitati donavit; & in libro fundament. fidei secun. versionem prędicti Joannis, inveniebatur hæc propositio: *Procreatus est JESUS in Matre sine patre, & tunc prima culpa non apprehendit MARIAM, &c.* Vide de hoc latam relationem apud Ludovicum de Veluga in vita Deiparæ, fol. 175.

JOANNES Baptista Ferrarius, Societatis Jesu Italus, *de incontaminato B. Virginis Conceptu* Orationes duas. Ex Marrac. in Biblioth. fol. 657.

Item, sub hoc titulo: *Virgo tota pulchra*, Orationem alteram in lib. impress. Lugduni 1625. in 8.

JOANNES Baptista Giattinus, Societatis Jesu Italus, in libello dicto: Lauretana Domus divinitatis delicium, postquam multa de illa cœlesti domunculâ dixerat, addidit: Hæc una relinquebatur domuncula, in qua sanctitatis integritas *concepta fuerit cum Virgine non modò labeculam ullam non contraxerat*, sed semper intaminata, pulchrior & gratior adoleverat, &c. Lib. impress. Romæ 1652. in 4.

JOANNES Baptista Gorro, Ordinis Sancti Augustini Italus, in Sermone de Annuntiatione Virginis Mariæ, tomo 2. fol. 3. *Quòd Virgo purissima non habuit peccatum mortale, veniale vel originale, quæ fuit sicut lilium inter spinas.* Et infra, fol. 9. Quòd fuit gratiâ plena, quia in ea non reperiebatur minima peccati macula, nec unquam peccavit, nec veniâliter peccare poterat, &c. in lib. impresso Venetijs 1612. in 4.

Item, Serm. Sabbati post 2. Dominicam Quadragesimæ fol. 235. ad illa verba: Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? &: Signum magnum apparuit in cœlo, inquit: Hæc fundamenta notant Virginem Mariam, *quæ exempta & libera futura erat ab omni peccati macula.* Superaddit David hæc verba: Adjuvabit eam manè diluculo, quasi diceret: Diluculo manè antequam nasceretur, *in instanti suæ Conceptionis* induit eam veste innocentiæ, ne ullo maculæ genere fœdaretur. Hoc idem apparet ex illis Isaiæ verbis: Primò tempore alleviata est terra Zabulon. Hæc terra est Virgo Maria, quæ alleviata fuit à peccato originali primo tempore, id est, in Conceptione sua. Hinc D. Augustinus de eiusdem B. Virginis corpore loquens, ait: Vermes nunquam ausos illam carnem sanctissimam corrodere, in qua & de qua Christus carnem sumpsit. Si ergo vermes materiales carnem illam sanctam consumere non valebant; *quo pacto vermis peccati originalis animam illius consumere aut corrodere valuisset?* Hinc Habacuc quasi paradoxum pronuntiavit, dicens: Sol & Luna steterunt in habitaculo suo. Quid est hoc? Sol animam Mariæ, Luna corpus illius figurat: sicut ergo corpus à corruptione præservatum fuit, ita & anima à peccato originali. Lib. impr. ut supra, & Parisijs 1617. in 8. Alia plura habet Auctor iste antiquus, quæ brevitatis causâ omittimus.

JOANNES Baptista Grimaldus, Ordinis Minorum Italus, ad diem octavam Decembris *de solemnitate Sanctissimæ & Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* plura ex Doctoribus diversis: immo per totam octavam & mensem invenies plura & pulcherrima pro hoc assumpto in lib. Manuale Marianum. Impress. Romæ 1637. in 12.

Item, in die octava Decembris *ad Beatam Virginem MARIAM in festo suæ Immaculatæ Conceptionis* triumphum in libro inscripto: Manuale triumphi Sanctorum, fol. 738. Romæ 1638. in 12.

Item, ad diem octavam Decembris *de Immaculata, pura ac sancta Conceptione Beatæ V. MARIÆ absque peccato conceptæ*, vers. quinq; Psalm. in lib. Psaltes Parthenicus singulis anni diebus, &c. Extat scrip. in Archivo Curiæ in Araceli.

JOANNES Baptista de Grosis Protonotarius Apostolicus, Italus, in libro dicto: Catanense decachordum, sive, novissima sacræ Catanensis Ecclesiæ notitia, &c. Chorda 2. modulo 8. excurso 3. fol. 153. de Cœnobio Capuccinorum Sanctæ Mariæ de Spe, cujus primarium fundationis lapidem, sacris de more prævijs cæremoniis, posuit Joannes de Torres Ossorio Caëtan. Antistes *ipso Immaculatæ Virginis Conceptionis die*, anno 1622. &c. Impr. Granatæ 1642. in folio.

JOANNES Baptista Guerra Italus, *de Conceptione gloriosissimæ Virginis MARIÆ Legendam.* Venetiis 1578. in folio.

JOANNES Baptista Guilanus seu Julianus, Ordinis Minimorum seu S. P. Francisci de Paula, in lib. Assertiale prædicabile, verb. Maria agit latissi-

latissimè *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione à peccato originali*, à folio 631. usque 672. Lib. impress. Venetiis 1650. in 4.

Item, in libro: Prædiche straordinarie de la B. Vergine & de Sancti, &c. fol. 72. *de Immaculata Conceptione MARIÆ Concionem*: Et misericordia ejus à progenie in progeniem, &c. Item, habet ibidem Serm. alterum, fol. 91. *de eadem Immaculata Conceptione*: Fecit potentiam in brachio suo, &c. Impress. Neapoli 1652. in 4.

JOANNES Baptista van Helmont Flander, in libro dicto: Hortus medicinæ, id est, Initia Physicæ inaudita, &c. Tractatu, cujus titulus est: Mortis introitus in naturam humanam, &c. à folio 513. usque 514. agit de peccato originali, *atque præservatione Virginis MARIÆ, ac Immaculata ejus Conceptione*. Impress. Amsterodami 1652. in 4.

JOANNES Baptista Herbas, Ordinis S. P. nostri Francisci, disposuit juramentum seu votum pro Fratribus tertij Ordinis nostræ Seraphicæ Religionis Provinciæ Granatensis, *circa præservationis Virginis MARIÆ defensionem*; ut videre est in lib. impress. Granatæ 1651. fol. 183.

JOANNES Baptista Justinianus, Clericus Regularis Italus, in libro: Templum Lauretanum, in Litaniis Virginis MARIÆ, lectione 36. fol. 455. ad illa verba: Mater purissima, sub hoc titulo: *Come l'Anima della Vergine fù sempre lontanissima da ogni macchia di culpa*, usque fol. 472. Lib. impress. Venetiis 1653. in 4.

JOANNES Baptista Lancelottus, Societatis Jesu Italus, in lib. Annales Mariani, quibus historia SS. V. MARIÆ Dei Genitricis per annos distribuitur, &c. in Apparatu 583. fol. 88. inquit: Quid verò de hoc ipso Conceptu maximè prædicandum sit, satis (opinor) res ipsa demonstrat, abesse *illum ab originariæ noxæ macula*, à quâ nullus hominum transit immunis post primævum Adami parentis lapsum. Sine hac labe in omnes homines à parente transfusa conceptam divino munere esse MARIAM, sanctitas debita Dei Matri nos admonet cum Cypriano serm. de Nativitate Christi: Plurimùm à cæteris mortalibus differens, naturâ communicaret non culpâ, &c. Lib. impress. Romæ 1661. in fol. Alia quamplura habet ibi de Conceptione.

JOANNES Baptista Lenius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sancti Sixti, & Ferrariensis Episcopus: *Quòd festum Conceptionis Virginis MARIÆ in civitate Ferrariensi observandum est*, in libro Constitutionum & Decretorum Synodi Ferrariens. fol. 120. Impress. Ferrariæ 1612. in 8.

JOANNES Baptista de Lezana, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Librum apologeticum *pro Immaculata Deiparæ Virginis MARIÆ Conceptione: ubi non modo caruisse peccato originali, sed neq; in Adamo peccasse, nec debitum proximum originalis habuisse defenditur*. Impress. Matriti 1616. in 4 & habet 39. capitula.

Item, in tomo 1. Annalium Carmelitarum, *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato*, ad annum mundi 4037. num. 6. Lib. impress. Romæ 1645.

Item, in tom. 3. Annalium *de immunitate Virginis ab originali labe*, ad annum Christi 430. folio 105. & folio 149. Lib. impress. Romæ 1653. in folio.

Item, in libro: Summa quæstionum Regularium tomo 1. cap. 20. de Concionatoribus Regularibus, folio 229. numero 12. agit latè *de Conceptione Virginis*. 5. incipit: Concionatoribus de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ &c. Lib. impress. Duaci 1646. in 4. regali.

JOANNES Baptista Madrigal, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Discursuum prædicabilium *de Conceptione Virginis MARIÆ Matris* Dei, Serm. folio 68. usque 83. Lib. impress. Matriti 1607. in 4.

JOANNES Baptista de Marinis, Ordinis Prædicatorum Magister Generalis, Italus, scripsit ad Regem Catholicum sequentes Litteras: Copia de la respuesta del Rss. P. M. Fr. Juan Baptista de Marinis General de la Orden de Predicadores à la Magestad Catholica del Rey D. Phelipe N. Señor. Con toda veneracion he recevido la carta de V.M. de 10. de Julio en la qual se sirvio mandarme ordenasse à los Superiores desta su Religion en las Provincias de Indias hagan observar la forma resuelta en el Capitulo de la misma Orden, en estos Reinos de Castilla, acerca de la veneracion con que deuen alabar el misterio de la Concepcion. Yo Señor no tengo otra mira ni deseo en mis acciones mas que el servicio de Dios N. Señor, y el de V.M. que en todo procura cõformarse con el. Yassi me halle en suma perplexidad por no tener hasta aora noticia alguna de lo que los Superiores de Castilla tienen resuelto en esta materia, de que no me han dado parte como devian, con todo eso para maior acierto desde punto puesto à los pies de su Santidad le propuse el gusto de V.M. y lo que me mandava suplicandole se sirviese enseñarme lo que havia de hacer en esta materia, pues no puedo yo en ella sin expresa orden suia tomar resolucion alguna, respondio mandandome que no innovasse cosa alguna y me ordeno respondiese à V.M. de su parte en esta conformidad, que assi su Santidad mandaria tambien escrivirlo al Nuncio. Con esta ocasion digo à V.M. con toda verdad como viendo su gran piedad, y devocion à este mysterio le suplicado à su Santidad conforme lo hice otra la santa memoria del Papa Innocencio X. que se sirviese de definir este punto protestando que yo y toda mi Religion seriamos los primeros que obedeciessemos à todo lo que dimanaria de aquella santa Sede, la respuesta de entrambos fue la mesma de que no se sentian inspirados del Espiritu Santo para determinar esta materia, en la qual havia tanta dificultad. Esta su Religion Señor no se opone à la piedad de V.M. estando siempre mui dispuesta à abrazar lo que el Vicario de Christo nos enseñare en esta, y en qualquiera otra materia y deseosa de salir una vez de tantos trabajos que sin culpa padece por esta causa, en la qual no todo los que la tratan se visten de la piedad y santo fin de V. Catolica y Real Magestad à la qual humilmente suplico se sirva continuanos su real amparo que lo hemos menester no bastando el sufrir y callar como siempre lo mando à todos los de mi Religion. N. Señor guarde la Catolica y real persona de V.M. para el bien universal y defensa de la Religion. Roma y Noviembre 17. de 1655. De V.R.M. S.R.M. besa las manos Juan Bapt. de Marinis. Ex transumpto manuscripto.

JOANNES Baptista Marinus, inter Poëtas adducitur *pro Immaculata Virginis Conceptione* à R. P. Francisco Maria Pistoia in MARIA Triump. cont. 1. cap. 8. fol. 228. de quo latam mentionem facit Marrac. in Bibliotheca, folio 682.

JOAN-

JOANNES Baptista Masculus, Societatis Jesu Neapolitanus, in libro Encomiorum Cœlitum &c. ad diem octavam Decembris: Quòd Maria Dei Mater, vix materno concepta utero, de primigenio monstro (unde mali labes omnis extitit) *triumphum egit* speciosissimum. Lib. impress. Neapoli 1643. in 4.

Item, in libro Lyricorum sive Odarum, libro 8. *de Dei Matre Virgine concepta* Odas quatuor à folio 154. usque 158. Lib. impress. Neapoli 1627 in 12. & Antuerpiæ 1645.

Item, in libro dicto: Ponderationes concionales ex Operibus Sancti Augustini, sparsim agit latissimè *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in indice. Lib. impress. Neapoli an. 1572. in fol.

JOANNES Baptista de Masson Forisien. Gallus, in libro Confraternitatum civitatis Parisiensis, sub kalendario ad diem octavam Decembris, *de Conceptione Dominæ nostræ*, folio 34.

Item, *de eadem Beatæ Virginis MARIÆ Conceptione*, folio 194. Lib. impress. Parisijs 1627. in 8.

JOANNES Baptista de Mena & Perez, Presbyter S. Martini Vervescensis Hispanus, resolvit aliquas difficultates circa off. *Immaculatæ Conceptionis* ex Hymnis Breviarij Romani. Opus eruditum & approbatum à Regali Concilio, anno 1614. Ita Ant. Lupian Zapata in suis Notitijs manusc.

JOANNES Baptista Mulzzotus Italus, in Oratione de Beata Maria ad Nives, ubi de Virginis candore & innocentiâ multa, inquit: Aqua illa quæ in nivem formanda est, arcanâ solis vi (veluti à magnete ferrum) sursum trahitur, & ablato frigore, & quæ comes est frigoris gravitate, in aëris stationibus collocatur. Nec cogites nostræ aquæ frigus, ut pondus criminis cæteris hominibus communis inhesisse in Virgine, cui ullum peccatum unquam tribuere, & servituti dæmonis vel per unicum momentum addicere non decet; quia in suæ Prolis Genitricem delegerat Deus. Nusquam illa non sancta, nunquam non gratiæ ubertate locupletissima: in initio viarum suarum possedit illam Deus, *in primis videlicet Conceptionis exordio*. Usquequaque decora est & formosa hæc Principis Filia, dum in calceamentis quoque, in prima scilicet generatione redolet sanctitatem, &c. Alia plura vide ibi. Lib. impress. Romæ in 4.

JOANNES Baptista de Navarrete, Doctor Hispanus, in Commentario in Threnos Hieremiæ Prophetæ adducit ad finem indicem concionatorium *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impr. Cordubæ 1602. in 4.

JOANNES Baptista Novatus Mediolanensis, Odinis Clericorum Regularium Italus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Caput unum in viginti quæstiones divisum, in libro de Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ semper Immaculatæ. Imp. Romæ 1632. in folio.

JOANNES Baptista, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Sermonum linguâ Mexicanâ, fol. 459. habet Sermonem de Conceptione Virginis Mariæ, sub hoc titulo: *De como Dios præservò à la sacratissima Virgen su Madre de la culpa original*, y quanto nos importa celebrar esta santa festividad, &c. à prædicto folio 459. usque 525. Impress. in civit. Mexicana 1606. in 4.

JOANNES Baptista, Ordinis Minorum Italus, *pro mulieribus Societatis Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* de Perusio reseriptum, datum anno 1517.

JOANNES Baptista Ostiensis, Ordinis Minorum Italus, in libro: Flammigera & erudita Angeli & hominis dialexis, &c. Vigilia 2. Caput 10. *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, per totum à folio 115. usque 121. Impress. Romæ, anno 1623. in 4.

JOANNES Baptista de Perusio, Ordinis Minorum & Poëta Italus, in Panegyricis laudibus ad Virginem, inquit:

Vagheggia in cielo il criatore
L'alte hellezze che in te formo
E benedice à tutte l'hore
Il giorno el punto che te creo.

in libro intitulato: La sacra catena divisa in dodezi sonate, folio 337. Lib. impress. Venetiis apud Sarcinam in 12. absque anno impressionis.

JOANNES Baptista Petruccius, Archiepiscopus Tarentinus, in libro: Vita & Regestæ Beati Jacobi Pincens Ordinis Minorum, à R. P. Luca Waddingo notis illustrata, lib. 1. folio 25. *vocat Virginem MARIAM intemeratam, &c.* Lib. impress. Lugduni 1641. in 8.

JOANNES Baptista Pinellus Italus, in Expositione Psalmorum Sancti Bonaventuræ ad Virginem Mariam, sparsim per totum librum affirmat: *Quòd Deipara habuit omnes gratias absq; mensura, fuit pura & omni cœlesti dono decorata, &c.* Et alias propositiones sic universales reperies, quæ omnimodam ejus puritatem indicant. Lib. impress. Genovæ 1606. in 4.

JOANNES Baptista de Pistorio, Ordinis Minorum Italus, in descriptione Provinciæ Romanæ affirmat, quòd Capellæ seu Altaria Immaculatæ Conceptionis sunt in Ecclesia Aracœlitana, Tibuli, Lacorarum, Verularum, Sancti Bartholomæi in Insula Aquilarum, Hortarum & Orbeti. Item, folio 10. agit de principio & fundatione Monasterii Montis Cytorii de Urbe, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*. Item, folio 13. de fundatione Monasterii sanctissimæ *Conceptionis* Farnesii, fundato auctoritate Pauli V. anno 1617. Extat apud nos.

JOANNES Baptista de Porcel & Medina Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Ramillete Virginal de las excelencias, titulos, nombres y atributos de la Virgen nuestra Señora, *en honrra de su Conception santissima sin pecado original*. Impress. Hispali 1624. in 8. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOANNES Baptista Posarel Bergomensis, Societatis Jesu Italus, in libro: Corona stellarum duodecim, sive: De excellentia Virginis duodenaria ejusdemque imitatione, &c. lib. 3. cap. 3. de sanctitate B. Mariæ. Et §. 4. de altero sanctitatis genere quod hominibus etiam in hac vita degentibus obvenit, quàm excelluerit in eo Maria, *ubi de exemptione ac præservatione à peccato originali*, latè. Item, §. 5. Continuatio de eodem genere sanctitatis, quod positum est in recessu non solùm ab originali peccato, sed etiam à fomite & peccatis actu proprio commissis. Item, §. 6. Proponitur magis apertè modus, quo Beata Virgo à proximo peccati originalis debito exempta fuit, & nihilominus propriissimè redempta. Item, §. 7. Quòd Beata Virgo non solùm à peccato naturæ ac fomite, omnique alio delicto libera fuerit, sed etiam à peccandi periculo præ omnibus quàm remotissima. Item, §. 8. de Magnitudine sanctitatis seu gratiæ, quâ Beatæ Virginis anima

cumulatissimè exornatur. Item, §. 9. Quòd Beata Virgo etiam ea sanctitate, quæ per analogiam dicitur, sanctissima sit. Quæ omnia reperies à fol. 335. usque 379. Lib. impress. Viennæ 1638. in 4.

JOANNES Baptista Politus Senensis, *pro Immaculata Virginis Conceptione* circa impressionem libri Ambrosij Catharini habet Epistolam ad Lectorem; ut videre est in lib. impress. Senis 1532. in 4.

JOANNES Baptista Possevinus, Sacerdos & Theologus Mantuanus, *de festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Sermonem, seu declarationem Evangelicam in 2. parte libri explicationum titulorum & lectionum totius anni ex Breviario Romano & Ambrosiano, à fol. 1555. usque 1562. Lib. impress. Ferrariæ 1592. in 4.

JOANNES Baptista Poza, Societatis Jesu Hispanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Tractatus octo, à fol. 1088. usque 1250. in Elucidario Deiparæ. Lib. impress. Lugduni in 4. regali.

Item, in sermone sub hoc titulo: Informacion y defensa de los milagros y virtudes de F. Francisco Ximenez, in principio agit *de Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptione, &c.* Lib. impress. Compluti 1626. in 4. Vidi quatuordecim vel plura Opuscula hujus Auctoris, & in omnibus defendit acerrimè Immaculatam Conceptionem; imò habet hoc mysterium tanquam principale assumptum in omnibus. Sunt in 4. licèt non habeant annum, nec locum impress.

JOANNES Baptista Rubeus, Prior & Minister Generalis Ordinis Carmelitarum, disposuit ac præcepit ut typis mandaretur Opusculum de Antiquitate & sanctimonia Eremitarum Montis Carmeli R. P. Fr. Joannis Paleonydori, in quo libro 1. cap. 1. agit *de Conceptione Virginis gloriosæ, & quòd Carmelitæ portant habitum album per relationem ad puritatem virgineæ Conceptionis*; ut videre est in libro impress. Venetiis 1570. in 4.

JOANNES Baptista à S. Francisco, Ord. Carm. in Theologiâ habitâ Lovanij die 28. Aprilis 1656. Thesi 18. hæc defendit: *Attamen Dei Virginem Matrem esse sine originali conceptam, non solùm ab omnibus defendendum putamus, sed ipsam ne vel remotum illius contrahendi debitum habuisse, probabile valdè defendimus.* Impress. ibidem in 4.

JOANNES Baptista Scortia Januensis, Societatis Jesu Italus, in Constitutiones Pii V. Pauli V. & Gregorii XV. *de Conceptione Beatæ Virginis* Theoremata 3. Lugduni 1625. in 4.

Item, in libro de Sacrosancto Missæ Sacrificio, lib. 4. cap. 9. folio 311. *vocat Virginem MARIAM puram, sanctissimam atq; intemeratam, pluraq; refert de ejus eximia gratia.* Impress. Lugduni 1616. in 4.

JOANNES Baptista Signius, Canonicus Regularis S. Salvatoris, in libro de Reliquiis & veneratione Sanctorum, cap. 13. folio 37. inquit: Hoc etiam modo pacifica dicitur Maria Virgo ipsa Dei Mater inter omnes puras creaturas, de qua Cant. 8. Facta sum coram eo quasi pacem reperiens; *ad id enim maximè concepta est, atq; in lucem edita*, ad pacem scilicet faciendam, &c. Lib. impr. Coloniæ 1610. in 4. Si concepta, ut mediatrix ad pacem conciliandam, & ad hoc in lucem edita; igitur quando concepta & edita est in lucem, non ipsa exosa & inimica per peccatum originale. Si hoc non placet, omittatur Auctor.

JOANNES Baptista du Val, Secretarius Reginæ Galliæ, in libro dicto: Le Psautier de la Vierge Marie, fol. 22. Quòd Beata Virgo Maria fuit *expers, & absque macula peccati originalis*, quia erat organum nostræ subventionis &c. Lib. extat impress.

Item, in Litaniâ, fol. 26. *Singulari privilegio à peccatis præservata*, Ora pro nobis.

JOANNES Baptista Zuccarinus, Feltrensis in explanatione Salve Regina vocat Mariam pulchram *sol & luna, electam & puram.* Extat excus. in charta expansa in 5. Tomo de imagin. nost.

JOANNES Bascon, Ordinis Prædicatorum Gallus, in Mariali Philippi Diez habet Sermonem *de Immaculata Conceptione.* Incipit: La premiere chose. Parisijs 1609. in 8.

JOANNES de Basilea Episcopus, Ordinis S. Augustini, in prima quæstione responsionum suarum tenet: *Quòd Virgo purissima concepta fuit sine originali culpâ*; & ibidem ponit quinque modos, quibus possunt solvi rationes oppositum dicentium, &c. Ita Joannes Vitalis in suo Defensorio, lib. 4. ancil. 7. & Alanus.

JOANNES Basilius Sanctoro Hispanus, in lib. Vitæ Sanctorum habet quinque Discursus de *B. Virgine MARIA*, & fol. 120. *Quòd fuit concepta absque peccato*, &c. Lugduni 1596. in 8.

JOANNES Bassolis, Ordinis Minorum: *Sowa Beata Virgo contraxerit peccatum originale?* quæstionem unam. Item: *Utrum Beata Virgo potuerit esse in peccato originali solùm per instans unum, ita quòd immediate post habito ad illud instans suæ Conceptionis potuerit esse purgata?* quæst. alteram in 3. Sent. dist. 3. Resp. negat. Lib. impress. Parisijs 1617. in fol.

JOANNES Beckenhaub Doctor Moguntinus, super libros Sententiarum S. Bonaventuræ loquendo de erroribus Parisijs damnatis, inquit: Excerpta principalium articulorum Tractatus ejusdam contra errores Fratris Joanni de Montesono Ordinis Prædicatorum, in quo continentur etiam errores *contra Immaculatam Virginis Conceptionem.* Vixit Auctor ad annum 1491. & liber est impress. Venetijs 1535. in folio.

Item, in indice alphabetico, seu repertorio Sancti Bonaventuræ in quatuor libros Sententiarum videtur asserere *Beatam Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*; verb. enim Maria notat sequentia: Maria quomodò sola non fuit alicui peccato obnoxia: Mariæ Virginis cur an sanctificata fuerit ante animationem? Maria Virginis carnem ante animationem fuisse sanctificatam. Quæ rationes sonare videntur, quomodò sint intelligendæ: Maria concepta est absque culpa actuali, non tamen absque causa peccati Mariæ Virginis anima an sanctificata fuerit ante originalis peccati contractionem? Maria quomodò dicatur purissima: Mariam esse exemptam, cùm quæstio de peccatis, quomodò intelligatur: Mariæ sanctificatio quomodò excellat sanctificationem aliorum Sanctorum: Mariam facere ab omni peccato immunem non decuit Deum: Maria an sanctificata fuerit ante Nativitatem? Maria una nativitate contraxit originale, alia nativitate donata est sanctificatione: Maria an per sanctificationis gratiam mundata fuerit ab omni peccato actuali? &c. Lib. impress. Parisijs 1512. in 8. & Venetijs 1562. in 4.

JOANNES Beltrandus de Guevara, Archiepiscopus Compostellanus, in Cathedrali Burgensi piam sententiam, quæ tenet Beatam Virginem

fuit originali macula conceptam esse, solemnissimè semper amplectendam jurejurando obfirmavit. Vide Marrac. in Antist. Marian. fol. 314. & Armament. in Regesto.

JOANNES del Bene, Veronensis Italus, *in die Conceptionis Beatæ Matris MARIÆ* Sermonem unum, fol. 363. in libro impress. Venetijs 1581. in 8.

JOANNES Bence, Doctor Sorbonicus ac Congregationis Oratorij Jesu Christi, in indice Evangeliorum libri sui Manualis, *in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ex Matt. 1. Lugduni 1626. in 12.

JOANNES Benedicti, Ordinis Minorum Provinciæ Turoniæ Pictavensis, in libro: La somme des pechez & le remede d'iceux, &c. in Epistola Dedicatoria ad B. Virginem, loquens de festis Virginis per annum, agit de ejus prædestinatione & Conceptione, & quòd fuit absque peccato originali: & si per unum instans illi subjacuisset originali peccato, profectò caput serpentis non contrivisset, imò serpens superasset illam, &c. probat latè multis Scripturæ locis & auctoritatibus; ex quibus do solùm sequentia: La seconde étoille de vôtre couronne, c'est vôtre *pure & Immaculée Conception*, faite en la septiéme Hebdomade de Daniel & en l'an vingtdeuxiéme de Auguste, & en l'an d'Herodes le dixseptiéme, & en Olympiade cent & nonantiéme, & en l'an de la fundation de Rome sept cents trente & neufiéme, & en l'an de la creation du monde 3945. &c. Impress. Lugduni 1584. in folio parvo, & Parisiis 1587. in folio, & 1602. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOANNES Berbst Luxemburgensis, in Hymno seu Carmine de S. Anna facto Hydelbergiæ anno 1494. sic inquit:

Gaude terra nitens gramine fertili,
Et deplura madens rore deifico,
Ex quâ nata fuit purior æthere
Virgo criminis insciа.

Extat in lib. de laudibus S. Annæ edito à P. Joan. Trithemio impress. ann. 1506. in 4.

JOANNES Benitez Montero, Doctor Hispanus & Canonicus Magistralis, edidit Sermonem sub hoc titulo: *De la Immaculada y pura Concepcion de la Reyna de los Angeles MARIA Señora nuestra*, predicado en el solemne octavario, que todos los años celebra el Real exercito de Estremadura con devotas demostraciones, à esta Reyna soberana, siendo general de las armas el excelentissimo Señor Don Francisco de Totavilla, Duque de San German. Impress. Matriti 1656. in 4.

JOANNES Berckmans seu Beramans, Belga Soc. Jesu, fecit votum de tuenda Virginis Mariæ immunitate, sic: Yo Juan Berckmans indigno hijo de la Compañia de Jesus, prometo à vuestra Magestad, y à vuestro hijo sacrosanto, cuia Real presencia en este augustissimo Sacramento confiesso, *de ser perpetuo defensor y predicador de vuestra limpia Concepcion*, si la Iglesia nuestra Madre no determinare cosa en contrario. Juan Berckmans. Sic in ejus vita, lib. 2. cap. 12. folio 113. Item, hoc dedit testimonium de ipso Joanne R. P. Cornelius Cornelij à Lapide, dicens: Eximius fuit cultor Beatæ Virginis, cujus se filium vocabat; in morte, licèt canendi imperitus, bellè cecinit: Monstra te esse Matrem, &c. Uni è nostris concionatori petenti monitum salutis, hoc me audiente dedit: *Reverentia vestra semper tueatur Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis, usq; ad mortem. Inventa est ejus sanguine subscripta schedula, in qua illam se semper defensurum jure jurando confirmat*, &c. Ita in ejus vita, lib. 3. folio 169. Lib. impress. Valentiæ 1633. in 4. & Romæ 1627.

Item, edidit Coronam duodecim stellarum B. Mariæ Virginis, ad illa verba: Mulier amicta sole, &c. cujus prima meditatio est: Electio ut esset Mater Dei, desiderium Patriarcharum & oracula Prophetarum, *puritas ab omni peccati labe aliena*, &c. Sic in ejus vita scripta Latinè ab Hermanno Hugone, folio 270. Impress. Antuerpiæ 1630. in 8.

JOANNES Berckelaere Antuerpianus, composuit Indicem libri dicti: Scopus Biblicus veteris ac novi Testamenti, Auctore Alberto Novi-Campiano, in ipsoque indice sic ait: *MARIA Virgo sine peccato concepta est*. Lib. impress. Antuerpiæ 1572. in 12. Vide Albertum Novi-Campianum.

JOANNES Bermudez de Castro, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*. Impress. cum aliis Granatæ, folio 221.

JOANNES Bernal Diaz de Luco, Episcopus Calagurritanus Hispanus, in Contemplationibus de Virgine Maria, cap. 2. de pulchritudine Virginis Mariæ, folio 52. sic incipit: Toda hermosa, ò mas que glorioſa Virgen Maria, toda hermosa eres, y mançilla no ay en ti; y toda hermosa eres en el alma por el perfecto cumplimiento de los dones y gracias que en ti estan de todas las virtudes. *Toda eres hermosa en tu Concepcion para solo esto hecha, nunca en tu alma gloriosa se hallò fealdad, vicio, ni pecado*, &c. Lib. impress. in 12. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis ad finẽ, & cum alio Opusculo Soliloquiorum supra positi Doctoris, quod existimo esse Tractatum relatum de Contemplationibus Virginis; nam liber carebat principio.

JOANNES à S. Bernardino, Provinciæ Portugalliæ Pater ac Diffinitor perpetuus Ordinis Minorum, fecit Sermonem sub themate: Liber generationis Jesu Christi, &c. *Dedica este Sermaon da Immaculada Conceiçaom da Madre de Dios*, &c. Impress. Lisbonæ 1640. in 4.

JOANNES Bernardinus Martigianus Italus, in libro: Devotione alla santissima Vergine Maria Madre de Dio, fol. 34. inquit: *Ave sanctissima MARIA Mater Dei, Regina cœli, porta paradisi, Domina mundi, pura, singularis tu es Virgo, tu concepisti IESVM sine peccato*, &c. Lib. impress. Florentiæ 1626. in 4. & Romæ 1649. in 24. Illud sine peccato videtur respicere Conceptionem activam, non passivam: nam sic non adeò esset eximium elogium. Quòd enim Virgo esset absque peccato non solùm in Conceptione Verbi, sed ab utero Sanctæ Annæ, omnes fatentur unanimiter: quare illud sine peccato, intelligendum esse judico semper & pro semper.

JOANNES Bernardus Sessa, edi curavit Quæstionem *de Conceptione Virginis* Joannis Duns Scoti (quo ejus studium erga piam opinionem ostenditur) ut videre est in lib. impress. Venetijs 1597. in folio.

JOANNES Bernardus, in libro Concordiæ, lib. 6. cap. 6. colum. 1. & 2. tenet *Beatam Virginem MARIAM fuisse conceptam absq; peccato originali*. Ita Andreas de Peruzzinus in Analysi purissimæ Conceptionis, articulo 2. folio 102.

JOAN-

JOANNES Bertaud, Episcopus de Leez in Gallia, & magnus Eleëmosynarius, Consiliariusq; Regis, in libro: Sur les principales festes de l'année, &c. à fol. 40. adducit Sermonem pro festo Conceptionis Virginis, sub themate: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, in quo latè defendit *præservationem ab originali peccato*. Opus impress. Parisijs 1613. in 8.

JOANNES Bertaudus Petragoricus Turrisalve, Engolismensis, in libro dicto: Encomium trium Mariarum, sive: De cognatione sacerrimi Joannis Baptistæ cum filiabus, & nepotibus Beatæ Annæ &c. libro 1. folio 5. inquit: Barpanther genuit Joachim, Beatus autem Joachim Beatissimam Virginem MARIAM genuit, quam excellentissimam gratissimamque *privilegium* (*ut omnis in Concepta originalis labes abesset*) *condonante* sacrosancto Dei optimi maximi numine & Beatæ Annæ conjuge sanctissima susceptit, &c. Lib. impr. Parisijs 1529. in 4.

JOANNES de Betra, Poëta antiquus, in quodam Hymno metrico, sic cecinit de B. Virgine:

Salve casta parens & nata Dei benedicta
Omni labe carens, quæ lucem solis amicta
Lunæ sub plantis calcas, &c.

Extat cum aliis in libro manuscripto Orationum existente in Monasterio PP. Carthusianorum Ruremundæ, folio 208. à tergo in folio, num. 14.

JOANNES Bessonius, Societatis Jesu Gallus Tolosanus, in Cantica Canticorum Salomonis, cap. 1. versic. 14. *Quòd Beata Virgo MARIA non fuit meræ naturæ opus, sed potiùs gratiæ, & à serie posterorum Adami Dei decreto exclusa*. Item, cap. 4. versiculo 1. fol. 377. *Quare MARIA fuerit baptizata, cum immunis fuerit à peccato originali, &c.* Vide ibi fol. 443. Item, cap. 8. versiculo 5. *Quòd præviso Adami lapsu ejusque remedio, ex illo cœtu dormicatium Deus MARIAM subduxit*. Lib. impress. Tolosæ 1636. in folio.

JOANNES de Biffis Poëta, in Epigrammate de Annuntiatione, inquit:

..... Quamvis nonnullis lingua canina,
Conceperis nullo crimine Virgo decens, &c.

Vide alia apud Bernardinum de Bustis sermone 9.

J. Bigaud, Doctor Theologus Parisiensis, & Prior Conventûs Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Le Paradis sacré du Rosaire Virginal, fol. 96. de Indulgentijs, *pro die Conceptionis B. Virginis MARIÆ* Indulgentiam plenariam; & fol. 228. *Quòd B. Virgo à sæculo fuit in Matrem Dei prælecta, &c.* Lib. impr. Rothomagi 1621. in 12.

JOANNES Birellius, Canonicus Acitiensis Doctor Gallus, edidit Sermonem in Concilio Basileensi declamatum, *de celebritate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo Mariano ad ann. 1435. & in Biblioth. fol. 695. Pistoia, fol. 226.

JOANNES Bisselius, Societatis Jesu, in libro: Deliciæ veris, Elegeia 5. historica de MARIA in sole, folio 21. indicat *Virginem semper & ubique esse solem, lunam, lucem & diem, &c.* Lib. impress. Ingolstadij 1638. in 12. regali. Quibus verbis piam sententiam planè indicat.

JOANNES Blanconius Tolosanus, Ordinis Minorum Gallus, in 3. parte Chronicorum Ordinis Minorum S. P. N. Francisci, lib. 1. cap. 47. fol. 70. agit de miraculo facto tempore Martini V. circa Rectorem, qui ante disputationem *de Immaculata Virginis Conceptione inventus est mortuus*. Lib. impress. Parisijs 1623. in 4. Sed nota, quòd hic Auctor transcripsit miraculum hoc ex Horatio Diola, & non ex Marco de Ulyssipona Episcopo Portuensi, aliter hoc miraculum referente.

Item, transtulit in linguam Gallicam Mariale P. Philippi Diez, in quo à fol. 1. usque 134. *agit de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in lib. impr. Parisijs 1609. in 8.

JOANNES de Bloemendal, scripsit Sermonem de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, qui incipit: Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, Sap. 7. cap. Sicuti autem in veteri Testamento, &c. ubi latè agit *de præservatione Virginis à peccato originali*, à fol. 5. usque 9. in tomo de Sanctis.

Item, in sermone de Assumptione Virginis fol. 209. passim agit *de munditia & pulchritudine Virginis, & ejus gratia à principio sui esse*. Extat manuscr. in Collegio Societatis Jesu Bruxellis antiquissima characteribus in 4. lit. T.

JOANNES Bobadilla & Loaysa, Poëta Hispanus, in Concione de Conceptione Virginis ipsam profitetur *à peccato originali immunem*. Extat in quaterno 8. R. P. F. Christophor. Nuñez cum alijs.

JOANNES Boddaert, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij 23 Julij ann. 1646. Thesi 16. hæc defendit: *Ab originali immunem esse Deiparam, probat vel solum Immaculatæ Conceptionis festum*. Impress. ibidem in 4.

JOANNES Bodenus Silvæducensis, *in libro* de Ser. morales & doctrinales de septem Sacramentis Ecclesiæ, concione de necessitate baptismi ad abolendum peccatum originale, fol. 32. adducit illam auctoritatem sancti Leonis Papæ, serm. 5. de Nativitate: Christus originem quam sumpsit ex utero Virginis, posuit in fonte baptismatis, *deleturus aquæ; quod dedit & Matri, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1631. in 8.

JOANNES Boellus Valmoncelotanus, Societatis Jesu, in Indice Breviarij Romani ad formandas conciones: *Quòd Virgo MARIA sit speculum vitæ, & præclara rectè vivendi magistra, in festo Conceptionis ejusdem* ad diem 8. Decembris, verb. Virgo Maria, fol. 122. Lib. impress. Moguntiæ 1614. in 12.

JOANNES Boffer, Magister ac Theologus antiquus, in suis Disputationibus Heildebergensibus sustinet *Virginem MARIAM fuisse immunem ab omni peccato, &c.* Et citatur à P. Daniele Meyer in Corona Doctorum, fol. 175. à tergo.

JOANNES Bolandus, Societatis Jesu, in libris Acta Sanctorum quotquot toto orbe coluntur, vel à Catholicis Scriptoribus celebrantur, ex antiquis monumentis, &c. in tomo 1. die 10. Januarij, in vita B. Oringiæ Christianæ Virginis agit de visione exhibita huic servæ Dei in die *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de qua vide verb. Oringia. Lib. impress. Antuerpiæ 1643. in fol. magno.

Item, tomo 2. die 18. Januarii, fol. 181. col. a. Electio Beatissimæ Virginis MARIÆ hoc die in quibusdam non ita vetustis kalendarijs adscribitur: unde conijcere licet quarundam fortassis Ecclesiarum aut Congregationum pietate celebrari solitam *hanc ab æterno factam magnæ Matris electionem*. In dicto libro impress. ut supra.

JOANNES Bona à Monte Regali, Ordinis S. Bernardi Italus, in libro dicto: Psallentis Ecclesiæ harmonia, in Metro 26. *vocat Beatam Virginem MARIAM*

MARIAM sine labe nitentem, cap. 12. fol. 245. Item, cap. 16. §. 2. de Angelica salutatione, vocat *eandem Virginem MARIAM intemeratam atq; illibatam, gratiâ plenam*, folio 322. Lib. impress. Romæ 1653. in 4.

JOANNES Bonetus, Ordinis Minorum, edidit Sermonem declamatum in Concilio Basileensi *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Antonius Daza, cap. 6. folio 52.

JOANNES Bonifacius, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Historia Beatissimæ Virginis Mariæ, *de Virginis Immaculata Conceptione* Caput unum, quod est in ordine 4. Item, in lib. 2. c. 5. de Festis *in honorem Virginis institutis*. Lib. impress. Parisiis 1605. in 8.

Item, in libro de Sapiente fructuoso, Epistola ad quendam Theologiæ auditorem de moralibus diligenter audiendis, folio 223. *Quòd Virgo MARIA fuit expers ab omni macula originali, atq; purissima ejus Conceptio, &c.* latè. Lib. impress. Burgis 1589. in 8.

JOANNES à Bononia, Doctor Theologiæ, in libro De æterna Dei prædestinatione & reprobatione ex scriptis & Patrum auctoritatibus deprompta, disput. de Peccato originali, fol. 420. loquendo de Christo, inquit: Hinc arctissimum videns, quòd libidine carnis sive concupiscentia non fuerit tentatus, cùm sit materialiter vitiosa sive ex genere & obiecto mala, quandoquidem etiam baptizati, Augustino teste, omni peccato carent, sed non omni malo. Rursus etiam quia redemptioni generis humani non conducebat nec expediebat, imò potiùs etiam impediviſſet, turbasset & retardasset. *Verùm, Christiane Lector, cùm de quibus vis peccatis loquimur, de Virgine Matre MARIA (quam ab omni corruptione tum animæ tum corporis fuisse per Dei gratiam præventam credimus) nullum volumus habere sermonem.* Sed ad alios redeamus, &c. Lib. impress. Lovanii 1555. in 8. & 1554. in folio.

JOANNES Bosco, Ordinis Minorum sacræ Theologiæ Lector Jubilatus Belga, in Conclusionibus Theologicis de Virtutibus & Vitiis ac Peccatis in genere, publicè habitis Lovanii die 1. Maii 1650. sustinuit hanc Conclusionem, agendo de peccato originali: *Non est improbabile ab hac lege exemptam fuisse Deiparam Virginem, adeoq; neq; debitum proximum peccati originalis habuisse: saltem immunis fuit ab ipso peccato in suæ Conceptionis instanti.* Impress. eodem anno in 4.

J. Boucher, Ordinis Minorum Gallus, in lib. dicto: Angeliques pensées à la Vierge, super illud: Ave, à folio 10. *Quòd Virgo MARIA electa ab æternitate in Matrem Dei, fuit exempta ab omni maledictione & miseria omnium aliarum fœminarum, eò quòd illarum culpas non habuit, quia fuit ejus natura Immaculata, &c.* Item, in Orationibus ad Virginem, folio 509. *Supplico te per tuam Conceptionem Immaculatam, in qua fuisti præservata ab omni macula, per illum quem tu postea concepisti in omni puritate, &c.* Impress. Parisiis apud Ludovicum Boulenger 1626. in 12.

Item, in libro: Les magnificences divines chantées par la Vierge sur les montaignes de Judée; ad illa verba: Fecit mihi magna qui potens est, folio 190. defendit & adstruit latè *Virginem fuisse conceptam in gratia & absq; originali peccato*. Impress. Parisijs 1634. in 8.

JOANNES Bove, Presbyter Hispanus, in vita Jesu Christi Domini nostri secundum quatuor Evangelistas, in indice Evangeliorum adducit Elenchum *pro Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*. Impress. Compluti 1564. in 12.

JOANNES Bourghesius Malbodiensis, Societatis Jesu, in libro De bono Sodalitatis Parthenicæ & officiis Sodalis erga Deiparam Patronam, lib. 1. cap. 17. fol. 152. *de festo Immaculatæ Conceptionis* agit sparsim fol. 158. & 161. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in 12. regali.

Item, in libro: Societ. Jesu Mariæ Deiparæ sacra, sive: De patrocinio & cultu Deiparæ V. ad honorem ejusdem Sodalitatis, cap. 8. fol. 126. refert quomodò P. Jacobus Laynez in Concilio Tridentino, cùm esset quartanarius, per tres horas continuas sermonem habuerit *pro asserenda Virginis Immaculata Conceptione*, tot productis Sanctorum Patrum appositis testimoniis, tot rationibus exquisitis summi ponderis expensis, ea sententiarum copiâ & gravitate, ut summa cum omnium approbatione permoverit sacri Concilii Patres in illud Session. 5. de originis peccato Decretum, disertis verbis referens non esse suę intentionis eo decreto Beatam & Immaculatam Dei Genitricem comprehendere; sed servandas Sixti IV. Constitutiones, &c. Item, cap. 14. de Sodalitatibus & Congregationibus Deiparæ Virginis in Collegiis & Domibus Societatis Jesu erectis, mentionem facit *de Sodalitate Beatæ Virginis MARIÆ sine macula conceptæ*. Item, cap. 10. in Vita Alphonsi Rodriguez fol. 151. agit de devotione quam prædictus Pater habebat *erga Immaculatam Virginis Conceptionem, ac de officio veteri à se reperto de eadem Immaculata Conceptione*, quod quotidie memoriter recitabat, quodque iussu Virginis iterato illico scriptis mandavit, & posteriorum memoriæ. Item, cap. 21. folio 288. sub hoc titulo: Quid hactenus præstiterit Societas Jesu *ad asserendam Deiparæ Virginis Immaculatam Conceptionem*? per totum integrum Capitulum, ubi etiam dicit, quòd reperiuntur in eadem Societate Auctores laude doctrinæ præstantes super tres & quinquaginta *pro sententia de Immaculata Virginis Conceptione*, refertque miraculum de lucerna accensa Matriti &c. Item, cap. 25. de miraculo quod contigit Frederico Fornero & Martino Gutier, *in festo Conceptionis Immaculatæ Beatæ Virginis*, folio 352. De quo vide in prædictis nominibus. Item, cap. 27. folio 368. agit de re mirabili, quæ contigit P. Iosepho Anchieta cum Ferdinando Lusitano *in festo ac die Conceptionis V. MARIÆ*. Vide verb. Iosephus Anchieta. Item, eodem cap. folio 380. inquit: Hæc prolixiùs commemorasse non piguit, quòd & ab amantissimo Deiparæ Virginis Magistro Joanne Avila, ut eius præclara monumenta testantur, ad perquam studiosos Deiparæ discipulos primoresque nostræ Societatis Patres, eo quoque genere scriptorum de Deiparæ mysterijs celebres Loartem Guzmannum & Olavium, qui primus Romano in collegio Theologiam docuit, *& Immaculatam Beatæ MARIÆ Conceptionem asseruit &c.* Item, cap. 29. refert dictum Magistri Joannis de Avila *circa Immaculatam Virginis Conceptionem*; ut videre est ibi. Quæ omnia, & alia quamplura invenies in libro impress. Duaci 1620. in 16. regali.

Item, habet specialem Coronam *de Conceptione Immaculata Deiparæ* Virginis Mariæ, in libro impress. Coloniæ 1624. folio 291.

Item, libro: In quindecim mysteria sacri Rosarij Deiparæ V. Mariæ exercitationes, fol. 272. de

generatione Christi æterna, & Conceptione Immaculata Deiparæ, inquit: Qui te promissus ab æternitate Matrem elegit, *atque ab omnis peccati contagione immunem præservare*, omnique gratiâ ac dono cœlesti decrevit exornare &c. folio 29. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in 8. Coloniæ 1624.

Item, in libro: Vitæ, Passionis, & mortis Iesu Christi Domini nostri mysteria, in primam imaginem de Annuntiatione aliqua verba *dicit pro immunitate Virginis*, licèt generalia. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in 8.

Item, in libro dicto: Historia & Harmonia Evangel. &c. in indice concionatorio agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Montibus 1644. in folio.

JOANNES Breton, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *De la limpia Concepcion de la Virgen MARIA*, predicado en su dia en el convento real de las Huelgas de Burgos à la excelentissima Señora Doña Ana de Austria, y despues en la fiesta, que haze la Ciudad de Burgos en su octava presente el Illustrissimo Señor Don Fernando de Azevedo Arcobispo de Burgos, &c. Impress. Burgis 1616. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & in fine defendit propositionem illam: Quòd B. Virgo Maria nec in primis parentibus fuit obnoxia peccato originali.

JOANNES Brisselot, Natione Gallus, qui clarebat ad annum 1514. scripsit Sermones *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolytus Marrac. in Catalogo Mariano.

JOANNES vanden Broecke, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 14. Julii anno 1645. Thes. 16. hæc defendit: *Licèt non nisi post illud, quoad possibilitatem, quæ sententia D. V. à debito peccati originalis expeditè liberat.* Impress. ibidem in 4.

JOANNES Bromiardus, Ordinis Prædicatorum, in Summa prædicantium verb. Maria, folio 318. colum. 2. agens de corona Virginis Mariæ, & de duodecim stellis seu donis singularibus, numero 20. sic inquit: Secundam in corona habuit stellam seu florem elevatum ad modum coronæ regalis, in hoc quòd fuit cæteris eminentiùs & specialiùs sanctificata, &c. De aliis enim bene legitur, quòd fuerunt in utero sanctificati, sicut de Hieremia & Joanne Baptista, non tamen illico ita fuerunt sanctificati, quin potuerint venialiter peccare. Ipsa verò tam eminenter sanctificata fuit, quòd nec mortaliter, nec venialiter peccavit, sicut patet per sanctum Thomam in 3. parte de Christo, quæst. 37. art. 6. In eadem etiam quæst. art. 2. ponit ejus sanctificationis excellentiam, *quantùm ad temporis prioritatem in hoc, quòd sanctificata fuit in sua animatione, id est, in conjunctione animæ cum corpore in utero matris suæ, & non ante; quia sanctificatio & mundatio fit per gratiam, cujus subjectum est anima:* nihil enim est capax gratiæ nisi anima rationalis. Sic ergo sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, in Psalmo 45. in quo nobis magnum datur sanctificationis exemplum, quia sicut nec ipsa ipsum concepisse, ipsiusque Mater (qui sanctissimus est) fuisse potuisset corporaliter, nisi fuisset sanctificata, quòd nec ei aliter placuisset, &c. Item, part. 2. cap. 3. inquit: Filius Dei volens in aliquo loco & de aliqua muliere naturam nostram assumere, & nobis commorari, à principio mundi multam invenit pro hospitio dignam, quia omnes peccato originali, vel actuali, vel utroque infectæ erant: & tandem verò in fine mundi hanc mundissimam inveniens Virginem, *in qua nullum erat peccatum originale vel actuale*, tanquam gaudens de fortuna optata inventa dicere potuit: Hæc requies mea, &c. Lib. impress. Lugduni 1522. in 4. & Venetijs 1586. in 4. & Nierembergæ 1518. in fol. Antuerpiæ 1614. in fol.

JOANNES Brovetius, scripsit anno 1612. Librum sub hoc titulo: *Purissimæ Conceptionis probatio jure divino, canonico & humano.* Ita Ludovicus Jobert Societatis Jesu in sua Bibliotheca Mariana.

JOANNES Buisonius Hannonius, Doctor Decensis, in libro dicto: Historia ac Harmonia Evangelica, seu: Vita Domini Jesu, in indice pro festivitatibus totius anni, *de Conceptione Virginis MARIÆ Evangelium.* Lib. impress. Romæ 1575. in 8.

JOANNES de Burgo, Cancellarius Almæ Universitatis Cantabrigiensis, in libro dicto: Pupilla oculi omnibus Christigenis Sacerdotibus tam curatis quàm non curatis perneccessaria, part. 3. cap. 6. de Ferijs observandis, fol. 166. *Quòd festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis debeat celebrari.* Lib. impress. Parisijs 1522. in 4.

JOANNES Buschius, Canonicus Regularis Belga, in Chronicon Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Capituli Windecemensis, &c. fol. 194. ad annum 1412. agit *de die Conceptionis Virginis MARIÆ*; & infra fol. 231. affirmat totius virtutis & puritatis ipsam exemplar esse perfectum. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1621. in 8. regali.

JOANNES Buseus, Societatis Jesu, in Enchiridio piarum Meditationum in omnes Dominicas & Sanctorum festa, &c. *in festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ, de Immaculata Conceptione Meditationem unam*, à fol. 254. usque 257. Lib. impress. Duaci 1613. in 24. regali.

JOANNES de Bustamante, Doctor Hispanus, in lib. seu tractatu Ceremoniarum Missæ, & inter festivitates duplices communes majores, *numerat festum Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita lib. 1. fol. 6. Impress. Conchæ 1623. in 8.

Item, in libro de Reptilibus verè animantibus sacræ Scripturæ, tomo 1. lib. 1. cap. 11. fol. 55. num. 211. inter alia de serpente illo antiquo, ac ejus maledictione, inquit: Qui nunquam terram Virgineam & incorruptam adiit, ejus ut germine abretur incorrupto & integro. *Deipara Virginis privilegium, gratia, & titulus manifestatur voluntate Principis libera, & nobilis ab omni culpæ & labis reatu*, non secus ac Deus naturâ, & ut dicitur, sanguine extat nobilis; *illa gratiâ & privilegio, neque in ea fuit serpens latibulum, latebra, vel læso homine*, &c. Lib. impress. Compluti 1555. in 4. Vide alia quamplura in eodem Auctore impress. etiam Lugduni 1620. in 8.

JOANNES Caballero de Cabrera, Canonicus Limensis Hispanus, in libro Sermonum diversarum festivitatum adducit *de Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ* Sermones duos à folio 1. usque 25. Lib. impress. Matriti 1645. in 4.

JOANNES Caballero, Ordinis Minorum Hispanus, in Thesibus habitis in civitate Mexicana super illud: Et ait Dominus Deus ad serpentem, inimicitias, &c. & ad illud: Et misit serpens ex ore suo

ruo post mulierem, &c. & ad illud. Tria sunt difficilia, & denique ad illud: Nam sicut mulier de viro, &c. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* ad litteram plura. Impress. ibi 1649.

JOANNES Calderon Doctor Hispanus, edi curavit Opera Poëtica R. P. Didaci Murillo, Ordinis Minorum, ubi *vocat Virginem rosam absq; spina, speciosam sine macula*. Impress. Cæsaraugustæ 1616. in 8.

JOANNES Calderon, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Fragmentum Chronici, sive Ommamodę Hist. Flavij Lucij Dextri Barchinonensis cum Chron. Marci Max. additionibus S. Braulonis, & etiam Helecæ Episcoporum, &c. ad finem Prologi loquens de B. V. MARIA sub metaphora Columnę del Pilar Cæsaraugustanæ, inquit: Et bene de Columna; tanto namque pondere eam fixit Spiritus Sanctus, ut columna immobilis permaneret, *quanvis virus originalis peccati non læsit, ex morte eiusdem Filij sui prævisa*. Impress. Cæsaraug. 1619. in 4. Item, fol. 47. ad annum 301. adducit illud testimonium Flavij Dextri: A Jacobi prædicatione celebratur in Hispania festum *Immaculatæ & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis Virginis MARIÆ*. De quo vide etiam Rodericum Carum. & Bivarium.

JOANNES Calderon, Ordinis Minorum (ut existimo idem cum præcedenti) edidit Tractatulũ sub hac inscriptione: Milagro en favor de la *purissima Concepcion* de la Virgen, sucedido en la villa de Zuera en 17. de Marzo de 1621. aprobado con sunt de Theologos y otras personas doctas y pias conforme à la disposicion del sacro Concilio de Trento, por el licenciado D. Pedro de Molina, Vicario General del Arzobispado de Zaragoça. Impr. Cæsaraugustæ 1622. in 4. Miraculum est de charta projecta in ignę, & illæsa permanente.

JOANNES Calerus, Ordinis Minorum ac Martyr in Indiis Occidentalibus, Hispanus, prædicavit ac fundavit Conventum de Yzala *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Antonius Daza in lib. de Concept. cap. 6. fol. 44.

JOANNES Cantacuzenus, Græcorum Imperator, loquens de Beatissima Virgine MARIA, in Apologo 3. dixit: Credimus & confitemur, quòd MARIÆ similis homo nec natus sit, nec posthac ex utero & muliere nasciturus usque ad consummationem sęculi, & secundùm humanam quidem naturam eam Angelis inferiorem esse judicamus, tanquam hominem, *honore autem & sanctimonia ipsos omnibus Angelis indubiè præferimus, &c.* Hæc ultima verba in ordine ad prima sunt intelligenda & explicanda, scilicet quòd si nata MARIA excessit sanctitate & honore Angelos (quod nullus Catholicus negare potest) hoc vel est intelligendum de Nativitate MARIÆ ex utero vel in uteros; ego de utraque Nativitate intelligerem & explicarem, etsi diversè, licèt præcipuè de Nativitate in utero explicarem, quia tunc fuit nata ex viro & muliere; ex utero verò, quasi solùm ex muliere nascitur homo. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. folio 374. Eùsebium Nieremberg. lib. de Exception. cap. 27. folio 517.

JOANNES de Capistrano, Ordinis Minorum ac Beatus, Italus, scripsit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, qui non multis abhinc annis extabat inter opera ipsius manusc. Capistrani servata, quem indiscreta devotio cujusdam Fratris extraxit, ut retulit mihi Procurator illius canonizationis R. P. Hieronymus..... De hoc Tractatu mentionem faciunt Waddingus in Catalogo, fol. 197. Daza, cap. 6. folio 42. imo & ipsemet Beatus, ut dicemus in Radijs Solis Veritatis.

Item, scripsit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Daniel Agricola in sua Corona Doctorum, verb. Minores, folio 175.

Item, in libro Serm. apud nos existente manusc. in Serm. Sabbati ante festum Palmarum, sive in die Annuntiationis, incipiente: Ave MARIA gratiâ plena, inquit: *Omnia enim despexit, scilicet culpam*, divitias, & omnia peccata, & sine macula vixit, *quia concepta sine peccato originali, & immaculata permansit*, & latè prosequitur hoc. Extat in 4.

JOANNES Caramuel, Lobkovitsi Episcopus Flander, in lib. Theologia fundamentalis, fundamento quinto §. 9. num. 383. fol. 87. sic inquit: Quæritur hodie, an Regina Angelorum caruerit peccato originali? Hæc controversia videtur non fuisse tacta à Patribus ante quingentos annos. Multi videntur tenuisse opinionem severam, hodie cujus sint Doctores, nescimus; nam si qui contrariam tenent, præcipiuntur aut tacere, aut loqui nobiscum, qui piam defendimus. Quod notatum volo contra Pozam, qui frequentissimè asserit illam, quæ pia vocatur, esse hoc ævo omnium Catholicorum opinionem: nam ego quam opinionem habeam scio, quam habeas nescio; nec ex verbis eam colligere possum. Nam si fortè severam teneas, nec licitè impunè illam prodes; & si prudens sis, males in materia probabili (damnare enim hæreseos piam sententiam, delirare est) te accommodare superiorum dictamini, quàm coram Deo in conscientia, coram mundo in honore & commoditate pati jacturas aut censuras. Desideramus hanc controversiam semel ab Ecclesia decidi; & dicimus, à nulla Universitate, à nullo Tribunali inquisitionis, à nullo Cardinalium consistorio decidi infallibiliter posse, ita ut trãseat in articulum fidei, & sint, qui dissentiant, Hæretici. Cæterùm, quos Ecclesia Hæreticos dixerit, seu articulos seu homines, poterit inquisitio ultimâ sententiâ condemnare, &c. Et infra sic pergit loquendo de voto facto pro defensione Immaculatæ Conceptionis Viennæ Austriæ, & objectionibus ibi exortis: Dicebant primo, *iuramentum illud non peti, sed extorqueri à Cæsare; nec liberè procedere Universitatem. 2. Cæsarem non procedere liberè, sed ab alijs induci. 3. Hoc scriptum totum in odium D. Thomæ & Patrum Dominicanorum excitari. 4. Universitatem non esse doctiorem Ecclesiâ, nec debere definire quod nondum Ecclesia fuit ausa. 5. Se non posse iurare Virginem conceptam fuisse sine culpâ: est enim res ignota & incerta; & talia nequeunt juramento firmari.* 6. Eos omnes qui ejusmodi juramentum emittunt, se exponere periculo ut crastinâ die declarentur Hæretici & perjuri, si Ecclesia definiat pro Dominicanis. Hæc illi; qui tardè sedati & instructi, non sine magno labore magnifici D. Joan. Guilielmi Managettæ, etiam Doctoris & Professoris Medici, (sed qui non est purus medicus, sed in omni scientiâ versatissimus, sicuti Theologus) tandem aliquando sententiam benignam & piam juramento firmarunt. Constat igitur frequenter errare sutorẽ si ultra crepidam judicet; Medicũ, si ultra morbos & pharmaca. Lib. impress. Francofurti 1652. in 4.

Item, in Theologia morali lib. 3 cap. 2. numero 1542. sic ait: Tametsi per se loquendo liberum

berum sit homini habere opinionem quam vult, si materia est probabilis; nonnunquam per accidens teneberis juxta unam contradictionis partem operari & discurrere. 1. In tribunali confessionis &c. 2. In voti aut juramenti vinculo; quia si juraveris aut voveris unam contradictionis partem defendere, aut juxta unam operari, & sit ipsa melior oppositâ, aut proximo utilior, stare promissioni teneberis ..... Virginem esse conceptam cum peccato aut sine peccato, probabile est; alterutrum ante 100. annos laudabiliter docebatur, defendebatur. Si tunc aliquis adjuratus à Thomistis promitteret se defensurum esse sententiam D. Thomæ, Virginem esse conceptam cum peccato, propinquare ex vi juramenti deberet; sicut è contrario conceptam sine peccato fuisse, si vellet Scoticam Scholam rigidè profiteri. Jam omnes in hac materiâ, tametsi sentiamus quod volumus, *Immaculatam Conceptionem asserimus*, ut morem geramus Pontificî Thomisticæ opinionis defensionem ab orbe Christiano proscribenti. Impress. Lovanii 1645. in fol.

JOANNES Cardosus, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Jornada dalma libertada, guidario arriscado, è tempetuoso mar do mundo por Christo Piloto divino, &c. discurs. 7. §. 2. sub hoc titulo: *Que cobro ô mundo novos brios com à vista doma Virgen purissima MARIA, norte de la Igrexia, que sem macula de pecado original foi concebida*, latè agit à fol. 130. usque 138. Impress. Ulyssiponæ 1626. in 4.

JOANNES Carolus Copola Gallipolitanus, & postea Episcopus Muranensis; Poëta natione Italus, scripsit *de MARIA concepta* Librum unum. Florentiæ 1635. in 4. & Neapoli 1650. in 12.

JOANNES Carolus Potentius, Vicarius Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ in via lata, in libro de Statu hominis post mortem, consideratione 7. de Dotibus & gloria corporis beati, fol. 136. *vocat Virginem MARIAM Immaculatissimam & absq; ulla læsione, intactam in virginitate sua.* Lib. impress. Romæ 1609. in 8.

JOANNES de Cartagena, Ordinis Minorum Hispanus, pro Virginis præservatione à peccato originali, sub hoc titulo: *De meditatione Vitæ Sanctorum & præcipuè Beatæ Virginis* §. unum in libro de Oratione Mentali, lib. 4. cap. 4. Impress Venetijs 1618. in 4.

Item, *de sacris arcanis æternæ prædestinationis ac Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* Librum unum in Homilias 19. divisum, à folio 1. usque 112. Impress. Romæ 1611. in folio, & approbat. à Magistro sacri Palatii Fr. Ludovico Ystella.

Item, in libro de sacra antiquitate Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, part. 2. c. 5. f. 79. agit de Sermone edito à Richardo Rodulpho de Hybernia *pro festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ* in Conventu Avinionen. &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1620. in 8.

JOANNES Casimirus, Poloniæ Rex ac Sueciæ, devotissimus extitit mysterio Conceptionis, & ita anno 1649. die 8. Decembris votum emisit *de tuenda præservatione ipsius Deiparæ ab omni macula peccati originalis, &c.* Vide de hoc plura apud Marraccium in Reg. Marian. fol. 153.

JOANNES del Castillo, Doctor Hispanus, fecit Apologiam circa litteras seu tractatum D. D. Petri de Perea *de purissima & Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre est in lib. impress. in Civitate Regum 1625. in 4.

JOANNES Cebierius de Vera, Presbyter & Acolytus Clementis VIII. Hispanus, in Itinerario terræ sanctæ cap. 9. fol. 37. *de domo SS. Joachimi & Annæ, & Ecclesia ubi fuit concepta & nata gloriosissima Regina Angelorum Virgo MARIA, &c.* Lib. impr. Matriti 1597. in 8.

JOANNES de Celaya, Auctor antiquus Valentinus, & Doctor Parisiensis, in 3. Sententiarum distinct. 3. quæst. 1. fol. 17. *egit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ubi habet pro conclusione: Quòd Deus potuit præservare B. Virginem à peccato originali, & de facto eam præservavit, quod probat latissimè usque ad fol. 21. Hæc docebat in Valentino Gymnasio an. 1526. liber verò fuit impressus Valentiæ 1530. in 4.

JOANNES Centeno, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in quadam Cantione de Virgine Maria, inquit:

Premio fue enti lo que al mayor amigo
Rastros de Adan infaman por castigo.

Impress. invenies cum alijs in lib. Sacrarij Toletani, fol. 31.

JOANNES Ceron de Carvajal, Prior Argentinæ, & Canonicus Granatensis Hispanus, scripsit Tractatum seu Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Baëzæ 1626. in 4. cum imagine Conceptionis, & incipit: Conceptos de cosas, &c.

Item, in Sermone de Assumptione Virginis Deî Matris, fol. 5. inquit: No os admireis de la incorrupcion del cuerpo de esta peregrina Reyna, que es esta fiesta Hermana de la de su Concepcion, y como en esta fue pura, fue limpia, no sale rara alguna en su cuerpo de corrupcion, que lleque carezio de la primera culpa, raçon es, que carezca de la pena, &c. Lib. impress. Granatæ 1605. in 4. Alia quamplura extant ibi pro hoc mysterio.

JOANNES Chapeavillus, Canonicus & Vicarius Leodiensis, in gestis Pontificum Leodiensium à Rodulpho de Rivo conscriptis, refert *quod Monachus contra Immaculatam B. Virginis Conceptionem vaticinatus, subitò fuit mortuus*, & in adnot. 3. folio 15. citat Henricum de Hassia. Lib. impr. Leodij 1616. in 4.

JOANNES Chatron, Ordinis Prædicatorum Doctor in Theologia & Prior Conventûs Rhemensis, in libro dicto: Le Sacré Rosaire de la Vierge Marie, fol. 253. in Litania sic inquit: *Speculum sine macula*: Lilium inter spinas. Et inferius: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domine. Et in Litanijs pro omnibus diebus hebdomadæ: *Agna Immaculata, &c. Per Immaculatam Conceptionem tuam Domina Immaculata*, electa ex omnibus, ordinata ab æterno, &c. Lib. impress. Verduni 1620. in 12.

JOANNES Chrysostomus Marasea, Ordinis Carmelitarum Cremonensis, Quæstiones Joannis Bacchonii *pro Immaculata Virginis Conceptione* illustravit & locupletavit; ut videre est in libro impress. Cremonæ 1618. in folio.

JOANNES Chrysostomus, Sanctus ac Doctor Ecclesiæ Græcæ, in Liturgia sive Missa, dum Diaconus pronuntiat Rogationes, sic ait: Sanctissimam, incontaminatæ, super omnes benedictæ, gloriosam Domi-

Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memoriam agentes, &c. Et infra: Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, &c. Reliqua sunt ut supra. Et iterum vocat eam sanctissimam & *incontaminatam*. Item infra: Sanctissimæ, *Immaculatæ*, super omnes benedictæ, &c. Item, dum orat Sacerdos, dicit: Præcipuè pro sanctissima, *Immaculata*, super omnes benedicta Domina nostra Deipara & semper Virgine Maria. Et chorus canit: Verè dignum & justum est glorificare te Deiparam & semper Beatissimam & *pœnitus incontaminatam* Matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim, &c. Et hæc canente choro, Sacerdos dicit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, &c. Item, dum Sacerdos & populus recipiunt divina: Et intercessione *Immaculatæ* Dominæ nostræ & semper Virginis Mariæ dignum me fac, ut sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remissionem peccatorum, &c. Extat in tomo 4. Græco-latino à fol. 522. usque 544. Lib. impress. Parisijs 1636. in folio, & sunt tomi 12. & sparsim Venetijs 1628. in 4.

Item, tomo 5. Homilia in Annuntiatione gloriosissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis, inquit: Missus est Gabriel ad Virginem, desponsatam quidem Joseph, sed Dei Filio reservatam. Missus est incorporeus servus ad intemeratam Virginem. Missus est immunis à peccato *ad eam, quæ corruptionis omnis expers erat*, &c. Item, infrà: Audi quid de viro hoc, id est Josepho, deque Virgine Propheta dicat: Dabitur liber obsignatus viro scienti literas. Quis iste liber obsignatus, nisi *omninò Immaculata Virgo*? Item, infra: Tum verò postea rem imperatam peregit Angelus, & ad Virginem ingressus, eam his verbis compellavit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Non jam amplius diabolus contra te; nam ubi primum hostis vulnus inflixit, ibi medicamentum medicus apponit; unde initium egressûs mors habuit, inde vita ingressum paravit. Per mulierem mala oriuntur, per mulierem bona scaturiunt. Ave gratiâ plena: noli erubescere tanquam damnationis causa; Mater enim ejus, qui damnavit, per gratiam redderis. Ave gratiâ plena, quæ in utero matris mortem submergis. Ave templum Dei animatum, &c. Extant à folio 356. usque 361. Impress. Antuerpiæ, anno 1614.

JOANNES Clemens de Caceres, Ordinis Minorum, scripsit Cantionem *pro mysterio Immaculatæ ac sanctissimæ Conceptionis Virgineæ*, folio 240. Impr. cum alijs Granatæ 1651.

JOANNES à S. Clemente, Ordinis S. Augustini Hispanus, prædicavit Sermonem in Translatione *imaginis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Conventu Discalceatarum ejusdem Religionis. Impress. Matriti 1650. in 4.

JOANNES Clerée vel Clerq, Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, & Doctor Parisiensis, in Sermonibus Adventualibus folio 22. in sermone de secunda Dominica Adventûs, quando in ea accidit festum Conceptionis, cujus thema est: Venit Jesus quærere & salvum facere quod perierat; strenuè defendit Immaculatam Virginis Conceptionem, & multa dicit pro hoc mysterio; præcipuè noto sequentia: Quidquid humanis potest dici verbis, minus est laude Virginis; debemus igitur hoc privilegio honorificationis eam extollere & laudare & magnificare, quòd *dicamus eam exemptam ab omni culpa & peccato*: aliàs non debitum honorem Matri Dei nos impenderemus, si eam peccatricem fuisse dixerimus: Tota enim pulchra es amica mea (dicit Deus) & macula non est in te, &c. Cavendû enim est, si non celebremus festum hoc glorioſæ Virginis, ne incurramus illam ultionem, quæ scripta est Zachariæ ultimo: Percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderunt ad festivitatem tabernaculi; quia tabernaculum in quo debemus habitare, est Virgo Maria, 45. Psalm. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, &c. Et infra: Secundò dico, quòd Beata Virgo fuit soluta ab omni maledictione; est enim primum væ seu maledictio per peccatum originale, quæ communiter tangit omnes homines, *à qua solus Christus cum Beata Virgine fuit exemptus*; est enim primum væ culpæ, secundum væ ærumnæ, tertium væ miseriæ; & de illis tribus clamabat Angelus in similitudinem Aquilæ volantis Apocalypsis 8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. *A væ culpæ fuit Beata Virgo immunis, quia à Deo fuit ab instanti suæ Conceptionis sanctificata*; à væ ærumnæ fuit præservata, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Parisiis, anno 1529. in 8. & 1622. secundùm Marraccium.

JOANNES Clencock, Ordinis Eremitarum S. Augustini Germanus, Conventûs Hervordensis, gloriosus Doctor appellatus, edidit de peccato originali Tractatum unum, in quo probat *Beatam Virginem nunquam contraxisse originale peccatum*. Ita Joannes de Meppis in suo tract. de Conceptione Auctore II. Vide de hoc Scriptore latè Radios Solis Veritatis.

JOANNES Cluverius, agit *de institutione festivitatis Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* à Sixto IV. Pontifice Maximo ordinata, in Epitome Historiarum totius mundi à prima rerum origine usque ad annum Christi 1630.

Item, de Ferdinando II. fol. 791. inquit: Eodem verò anno Papa novos Cœlites elegit, Isidorum Agricolam Hispanum, Ignatium Loyola, Franciscum, Theresiam Fundatricem Carmelitarum Discalceatarum, Philippum Auctorem Congregationis Oratorii. *MARIAM Virginem cum peccato conceptam dicere, piaculum appellat*; & in indice inquit: *MARIÆ Conceptio à peccato liberata, &c.* Lib. impress. Lugduni Batavorum 1637. in 4. & 1645. in 4.

JOANNES Coelæus, Nierembergensis & Canonicus Moguntinus, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur Joannes de Pistoia in suo libro de Maria Triumphante, cor. 2. cap. 5. fol. 152.

JOANNES Colganus, Ordinis Minorum Hibernus, in libro: Tractatus de Joannis Scoti Doctoris Subtilis Theologorumque Principis Vita, Patria, Elogijs, &c. ferè per totum agit *de Immaculata Virginis Conceptione*; præcipuè cap. 13. sub hoc titulo: De singulari devotione & dilectione *Scoti erga Deiparam Virginem ejusque Immaculatam Conceptionem*. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1655. in 8.

Item, in Theologiâ habita Lovanij die 2. Martij sustinuit, *Virgine Dei Matre excepta*, omnes contraxisse peccatum originale. Impress. ibidem 1639. in 4.

JOANNES de Colonia, Ordinis Minorum Flander, in Quæstionibus Magistralibus super Scotum: *Virum MARIA Mater Christi fuerit concepta in peccato originali?* Quæstionem unam, quæ est in ordine 237. fol. 176. Lib. impress. Basileæ 1510. in 4.

Item, ibi: *Catenam seu coronam Doctorum pro Immaculata Virginis Conceptione*; sed hæc licèt sit in libro hujus Auctoris, proprius tamen Compilator fuit Daniel Meyer seu Agricola, ut ibi dicitur.

JOANNES de Combis, Ordinis Minorum, edi curavit Compendium Theologiæ veritatis, editum sive ab Alberto Magno, sive ab Ægidio Romano, sive à D. Thoma, sive à Seraphico Bonaventura vel alio, in quo cap. 4. à fol. 99. de Sanctificatione materna, inquit: *Hæc opinio non tenetur, nam Virgo fuit à peccato originali præventa* in colum. marginali. Lib. impr. Venet. 1575. in 12. 1560. in 8. & Lugd. 1563. & 1554. in 12. & 1633. in 16.

JOANNES Coraldus, Ordinis Minorum & Episcopus Draconensis, secundùm sententiam Franciſci Wiler etiam Ordinis Minorum, elaboravit vel recollegit Compendium Sacræ Theologiæ pauperis S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici, in quo licèt libro 4. Alphabeto 10. tertia rubricâ de Sanctificatione materna videatur in Virgine Dei Matre constituere peccatum originale; tamen ad finem ejusdem rubricæ est animadversio, sive notatiuncula, *in qua Immaculata Virginis MARIÆ Conceptio adstruitur & comprobatur.* Lib. impress. Basileæ, anno 1501. in 4. Vide Solem Veritatis 2. impress. Rad. 1.

JOANNES de Cordova & Rivera, Hispanus, scripsit Hieroglyphicum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Extat apud Ferriol. de Concept. folio 47.

JOANNES Cortes Ossorio, Societatis Jesu, Theologiæ Magister Hispanus, fecit Concionem sub hoc titulo: Serm. Panegirico *à la purissima Concepcion de Nuestra Señora.* Predicole en el septimo dia de su Octava del año de 1660. en el Convento de San Francisco de Murcia, assistida continuadamente por su muy noble, y muy leal Ciudad. Impress. Murciæ 1661. in 4.

JOANNES Cotovicus Ultrajectinus, utriusque Juris Doctor & Miles Hierosolymitanus, in Itinerario Hierosolymitano & Syriaco, cap. 13. fol. 300. dicit se visitasse templum in domo S. Annæ existens, & sub ipsa Ara superioris Templi, quæ Annæ thalamus dicitur (in quo Virgo Maria concepta & nata putatur) in ejus rei memoriam, Deo ejusque Matri preces fudimus (inquit ipse) Minoritis sequentia dicentibus: Antiph. Gloriosæ Virginis Mariæ, & Annæ matris ejus Conceptionis & Nativitatis Ecclesiam devotissimè visitemus, quæ & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. ℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oratio. Famulorum tuorum, quæsumus Domine, delictis ignosce, ut qui tibi de actibus nostris placere non valemus, B. Annæ matris Genitricis Filij tui Domini nostri intercessione salvemur. Per Dominum nostrum, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1619. in 4.

JOANNES de Craecker, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 4. Julij, anno 1645. Thesi 15. de Originali, hæc defendit: *Ab originali eiusque debito immunis est Dei Mater.* Impress. ibidem in 4.

JOANNES Crombecius, Belga Societatis Jesu, in lib. de Studio perfectionis, lib. 1. cap. 20. fol. 239. inquit: In multis offendimus omnes, & si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos seducimus, & veritas in nobis non est. Soli enim privilegium non peccandi, post Christum, Concilium Tridentinum soli Beatæ Virgini attribuit, & decernit tribuendum. Item, cap. 23. fol. 266. inquit: Sed quid de ordinatione virium inferiorum quæ rationi insidiantur, eamque rebelles prævertunt ac supplantant? quis modus, ut in gratiam cum ratione redeant, & rectitudo de perdito redintegretur? *Id profectò sine singulari Dei privilegio, quod post Christum illibatæ Virgini Matri concessum est, nullis poterit mortalium contingere in hac vita,* &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1613. Moguntiæ 1614. in 8. & Gallicè Audomari 1614. in 4.

JOANNES de la Cruz Talabricensis, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in 2. part. Directorij conscientiæ, lib. 2. cap. 7. de Privilegijs circa censuras, fol. 76. *Quomodo leveur Interdictum in festo Conceptionis Virginis MARIÆ & per octavas,* &c. Lib. impress. Toleti 1631. in 4.

JOANNES de la Cruz (alter & antiquior) Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro cujus titulus est: De los mysterios de la fe Christiana compuesta en Latin per el mui Religioso Padre Fr. Francisco Titelman de la Orden de los Menores y traducida en Romance por el P. Fr. Juan de la Cruz, del Orden de Predicadores de la Provincia de Portugal, &c. Contemplatione 11. de Conceptione & Incarnatione Filij Dei, fol. 94. inquit: Ta qual doncella llamada Maria, à quien eternalmente ordenaste hacer Madre de tu hijo, en el principio de su Concepcion la comenzaste à disponer y sanctificar de tal manera que su sancto vientre fuesse à su tiempo dignissimo aposento de su unigenito hijo. Por loqual tubiste por bien de anticipar su mesma Concepcion con privilegio de su gracia y preheminencia singular, *preservandola de toda manzilla de original peccado,* que ensucia por la lei comun à todos nosotros que nacemos de ajuntamiento de hombre y muger, como el Santo Propheta llanamente confiessa diciendo: En maldades fui engendrado y en pecados me concibio mi madre. Desta original macula que de la raiz de nuestros Padres traximos, como infamia heredada, todos los que por comun generacion nacemos, te plugo guardar por especial privilegio à aquella donzella quando fue concebida en el vientre de su madre. *Para no convenia que fuesse tocada de alguna manzilla de pecado assi original como actual,* la que en su vientre bendito havia de traer al Santo de los Santos y despues de sus sagrados pechos le habia de dar à mamar. Pero no solamente guardaste à aquella virginita de pecado original, mas sobre esto la adornaste y cumpliste de todos los dones de tus gracias espirituales, &c. Lib. impress. Salmanticæ, anno 1555. in 8.

JOANNES de la Cruze, Doctor Sorbonicus Parisiensis Gallus, approbavit Panegyricam Orationem de *Immaculata Virginis Conceptione*, editam ac typis mandatam à Joanne Rebbe, Sacerdote Achiensi; ubi aliqua extant pro mysterio. Impr. Bruxellis 1597. in 4. folio 37.

JOANNES à Cruze Hispanus, vir venerabilis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quamquam

quam quosvis sacros Dei Parentis, dies cultissimos haberet, *Immaculatæ tamen Conceptioni diem dicatam singulariter*; id propter inter mortales agens, ab eadem Virgine multis gratijs cumulatus fuit, & post ejus in membris *purissimæ Conceptionis imago* vivis effictæ in ultima infirmitate ei beatissima Virgo apparuit sabbato purissimæ suæ Conceptionis festo declinante, quæ ei prædixit diem suæ mortis. Vide Marraccium in Fund. Marianis, cap. 37. fol. 301. ex Josepho de Jesu Maria in ejus vita, & Hernando à S. Josepho in compendio Joannis Tam. de Salaz. fol. 297. Lezana & Pistoia.

JOANNES de Cuellar, Poëta Hispanus, edidit Poëma *pro illibata Dei Matris* MARIÆ *Conceptione*, quod invenies apud Ferriol. de Conceptione fol. 28.

JOANNES de Curijs Dantisco Episcopus Culmensis & Warmensis, in libro Hymnorum Ecclesiasticorum in laudem nominis gloriosissimæ Virginis Mariæ, folio 43. inquit:

MARIA labis nescia
Omnique plena gratiâ
Nos mundos fac à crimine
..... *tuo sacro juvamine.*

Item, infra in alio Hymno: Psallentium Hendecasyllabon in hostes gloriosissimæ V. Mariæ, &c. asserit quòd contriverit caput serpentis, & quòd fuerit à Deo electa futura Mater ante sæcula, &c. Quæ verba explicantur à multis Doctoribus pro omnimoda puritate Virginis Mariæ in sua Conceptione. Vide alia ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1576. in 12.

JOANNES Delphinus Italus, Episcopus & Comes Bellunen. præcepit observari *festum Conceptionis Beatæ* MARIÆ *Virginis*; ut constat ex Diœcesana Synodo Bellunen. fol. 68.

JOANNES Dadræus vel Dracis, Doctor Parisiensis: *Quòd Beata Virgo* MARIA *fuit sine motu peccati venialis, aut mortalis, aut originalis; & quòd fuit gratiâ plena, quæ illi non defuit omni tempore*, in lib. locorum communium similium & dissimilium, verb. Maria, fol. 336. Impress. Venetijs 1587. in 8. & Wirzeburg. 1582. in 8.

JOANNES Damascenus, Sanctus ac natione Græcus, in Menæis sive Rituali Græcorum, sic ad Virginem Dei Genitricem die 22. Januarij Ode 9. de Sancto Anastasio Martyre, loquitur: *O semper & ubique inculpatissima*, Numinis Mater, quæ es ingens cantandi materia Apostolis, Martyribus, Prophetis, &c. Item, ibidem ad finem dicit: Salve columba electa, quæ mentem habes pœninis inauditis spectabilem. Salve speciosissima turtur, eximia super omnes hirundo, passerecule nitidissime *absq; ulla nævi macula vel umbra*. Salve Agno Dei nostri gravida Agna. Item, die 21. Augusti: Equidem videbaris, ô Virgo, esse filia Adami collapsi, at re verâ eras tu ipsa Genitrix Dei eundem restituentis in integrum. Vide Velazquez, fol. 41.

Item, die 25. Martij Ode 4. introducit Angelum loquentem Mariæ: *Quid me pertimescis nulli unquam nævo subjecta?* Item, die 27. Januarij: Salve mundi tiarum omnium promptuarium. Item, die 9. Martij in Vesperis: Obsecro te, *ab omnibus nævis intacta*. Vide Simonem Wangnereck. in lib. de Pietate Mariana Græcorum, & Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert 5. folio 344.

Item. 1. Januarij Ode 1. de S. Domitiano Episcopo: Quòd Dominus carnis fermentum assumpsit, & aquis baptismi intinxit: hanc ille salutarem massam ex sanguine tuo virginali confecit; sed massa hæc legionum hostilium manibus numquam subacta est. Velazquez, fol. 236.

Item, ad illud: Invenisti gratiam apud Deum, inquit: Gratiæ abyssum invenit, quæ duplicis virginitatis navem incolumem servaverat, *animumq; non minus incolumem, quàm corpus*. Ita Martin. Philipp. in Theat. excellen. tom. 2. secul. 8. fol. 1206. col. 2. ubi & aliam auctoritatem habet ex Fide orthodoxa, lib. 4. cap. 15. sed non ita ad rem.

JOANNES Dammetus, Chronista Hisp. agit *de Monasterio purissimæ Conceptionis in Regno Balearico*, libro 2. folio 310. in Historia generali prædicti Regni. Impress. Majoricæ 1631. in folio.

JOANNES David, Societ. Jesu Belga, in lib. Duodecim specula Deum aliquando videre desideranti concinnata, speculo exemplari, fol. 136. *Quòd Virgo* MARIA *fuit speculum sine macula; nam præterquam quòd omni hominum generi in universa virtutum specie exemplo fuit & speculo, etiam ipsamet nullâ unquam peccati labe fuit respersa, &c.* Vide alia ibi. Impress. Antuerpiæ 1612. & 1610. in 8. regali.

JOANNES Decimus summus Ecclesiæ Pontifex, qui vixit ad annum 902. approbavit Mozzarabum Missale, in quo *jam erat officium Conceptionis Virginis* MARIÆ. Ita Joannes Eusebius cap. 7. fol. 36. de Perpet. objecto Concep. & libro de Exceptionibus, folio 418.

JOANNES Desperssin, Capellanus Moucronensis Belga, in lib. Les devoirs des Confreres & de tous Catholiques devots à nostre Dame de Sept Douleurs, par. 6. deb. 2. num. 2. fol. 223. *Dieu le Pere l'a preservé en sa Conception du peché originel & durant sa vie de tous pechez*. Item, f. 234. adducit illa verba Gallicè: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: ex quibus infert *Virginem fuisse exemptam ab omnibus peccatis originali, mortali, veniali, &c.* Item, folio 509. à tergo pro die Conceptionis adducit considerationem à Confratribus faciendam. Lib. impress. Tornaci 1642. in 12.

JOANNES Diaz de Calle, Regius Secretarius Hispanus, scripsit: Memorial y noticias sacras y Reales del Imperio delas Indias Occidentales, ubi folio 11. de devotione ad *myster. Immaculatæ Conceptionis*; & folio 5. & folio 53. §. 30. agit de la Ciudad de N. Señora de la Concepcion de Tocuyo en Veneçuela. Lib. impress. Matriti, anno 1646. in 4.

JOANNES Dicastillo, Societatis Jesu Hispanus, tomo 2. de Sacramentis, de Sacramento Pœnitentiæ & annexis, Purgatorio, Indulgentijs, & Suffragijs, tract. 8. disp. 2. dub. 9. num. 214. §. de Peccato originali proprio, an sit magis detestandum, quàm actionis proprium? plura scribit circa illud dubium: *An Virgo* MARIA *potiùs elegisset immunitatem à veniali vel ab originali, & de quo magis nunc gaudeat in cælis, de immunitate originali, vel de actuali?* &c. Vide ibi folio 104. Lib. impress. Antuerpiæ 1652. in folio.

JOANNES de Diest, Ordinis S. Benedicti Belga, & Supprior Conventus Leodiensis S. Jacobi, qui vivebat ad annum 1500. scripsit Tractatum de Conceptione B. Mariæ, qui (ut ibidem dicitur) fuit finitus 1. Februarij ejusdem anni, & incipit: Non parvo dolore animi afficior, cùm audio quos-

quosdam magistrali insula decoratos viros pertinaciter affirmare *gloriosissimam, intemeratamq; Virginem MARIAM ab æterno IESV Christi Matrem electam, à macula peccati originalis fuisse deturpatam atque in ea conceptam, &c.* In quo agit latè & eruditè de præservatione Virginis à peccato originali. Extat manusc. in eodem Monasterio Lit. I. num. 52. in 4. cum alijs tractatibus, & apud nos.

JOANNES Dieusaert, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanij die 24. & 25. Novembris 1654. defendit: *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec habuisse debitum illud contrahendi, &c.* Extant impress. ibidem in 4.

JOANNES Docæus, Ordinis Benedictinorum, ac postea Laudunensis Episcopus Gallus, in lib. De æterna Generatione Filij Dei, & temporali Nativitate ejusdem Filij hominis, libro 2. cap. 25. fol. 181. inquit: Sed sicut sunt varia gratiarum dona, similiter varijs temporibus diversimodè fuerunt V. collata: *ipsa priùs gratiam totius culpæ præservativam habuerat*, ex qua etiam miris virtutibus resplenduit, nunc verò donum gratiæ habuit ex quo facta est Mater illius, qui est Dei & hominis Filius, &c. Lib. impress. Parisijs 1554. in 4.

Item, in libro Homiliarum, seu enarrationum in omnes totius anni Dominicas, *in festo Conceptionis Dei Genitricis MARIÆ* Homiliam unam à fol. 445. usque 462. Lib. impress. Parisijs, anno 1560. in 4. regali.

JOANNES Dominicus Montesusoli Neapolitanus, in libro: Grandezze del verbo Ristrette ne mysterij del Rosario, lib. 2. statione 48. folio 65. inquit:

Nacque doppo la Vergine diletta,
Di steril pianta, è fu dal Rè superno
Senza il peccato original concetta
Colma di gratie è di splendor eterno
Ne à questo sol mà non fu mai soggeta
A leve colpa ò manchia rea d' inferno.

Lib. impress. Neapoli 1593. in 4.

JOANNES Dominicus, Ordinis Prædicatorum Italus, edidit *de Conceptione Beatæ MARIÆ V.* Tractatum, ut referunt Hippolytus Marraccius in Bibliotheca, Andreas de Peruzzinis in Analysi articulo 2. fol. 63. Hunc citant Adversarij pro sua sententia.

JOANNES Driedonis à Turnhout, Doctor Lovaniensis, tomo 1. suorum Operum de Ecclesiasticis Scripturis & dogmatibus, libro 3. tract. 2. cap. 4. de Tropologicis locutionibus in sacris litteris, part. 1. folio 127. Quòd B. Virgo Maria est, de qua dictum est: Ecce tu pulchra es amica mea, & macula non est in te: atque per mediatorem Jesum *ipsa MARIA filia Adæ fuit à peccato libera & sanctificata, & Deo Patri reconciliata & benedictione præventa*, suoque modo contrivit caput serpentis, cui Deus est auxiliatus manè, & in sui ortus principio; & tandem concludit dicens: Cùm hæc omnia competant Ecclesiæ secundùm illius membra, maximè tamen competunt Ecclesiæ secundùm nobilissimum, quod post Christum est Beata Virgo Maria, quæ est tanquam Civitas, & Domus Dei super omnes ejusdem civitatis cives lætificata, & auxiliata manè ab initio Conceptionis suæ, &c.

Item, tom. 3. lib. 1. de Gratiâ & libero arbitrio, cap. 3. fol. 94. inquit: Verùm pro intellectu hujus scire debes, quòd inter mortales homines, *solus liber à peccato est Christus; servata verò à peccato sola est MARIA Mater Christi*; liberati autem, atque liberandi à peccato omnes justi, quamdiu hac vita vivunt. Hæc est plena Ecclesiæ sententia, cujus primum & tertium membrum sunt in Scripturis sacris fundata; secundum autem secundum, *quod est de Virgine MARIA, profunditur ab Ecclesia, quæ ejusdem Virginis solemnia Conceptionis, & Nativitatis celebranda decernit*; quamvis Bernardus aliter senserit de gloriosa hac Virgine. Hanc quoque trimembrem sententiam tenet Augustinus in libro de Naturâ & Gratiâ: Excepta (inquit) Sancta Virgine Maria, de qua, &c. Item, ibidem cap. 6. part. 3. ejusdem cap. fol. agens de peccato originali, inquit: Nemo in potestate ullius hominis facere, ut non peccato concipiatur homo: verùm quæ impossibilia sunt apud homines, apud Deum sunt possibilia & qui sanctificat infantem in utero, potens est prævenire, ne in utero concipiatur sub peccato. *Proinde Virgo MARIA, cujus Conceptionis dignitatem Ecclesia, cui & Angelus testimonium dedit, gratiâ plena inter mulieres benedicta, piè creditur præservata esse ab omni malo, & numquam fuisse sub maledictione, & in ipso creationis momento fuisse sanctificata*, non solùm sicut Jeremias & Joannes Baptista, in quibus post sanctificationem remansit peccandi fomes; sed novo quodam sanctificationis modo, quæ decebat Matrem Dei, secundùm quam & prorsus excluso creditur fomes, ut accedente ratione usu non sentiret ullum desiderium ad illicitum contra legem mentis. Necsic credens facit injuriam Salvatoris gratiæ: quia sicut per gratiam Salvatoris absque meritis & ministerio hominis sanctificatur baptismo flaminis Joannes in utero; *sic piè creditur plus gratiæ esse collatum MARIÆ, ut per ejusdem Salvatoris gratiam sanctificaretur in ipso suæ creationis momento, ut ipsa quæ conterere deberet caput, Deo peculiariter præservante non peteret unquam sub ejusdem serpentis potestate*, cui & Venerabiliter Augustinus tale dedit testimonium pro cæteris etiam sanctificatis in utero peculiariter: Cum de peccatis, &c. Lib. impress. Lovanij 1556. & 1570. in folio.

JOANNES de Dueñas, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Epejo de consolacion de virtudes, in tabula concionatoria adducit indicem *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Toleti 1589. in folio.

JOANNES Duns Scotus, Ordinis Minorum Doctor Subtilis Hibernus, & piæ opinionis de Immaculata Conceptione Antefignanus, sub cujus vexillo militant, quotquot expresè, in propriis terminis & rigore Theologico Deiparæ à peccato originali immunitatem asserunt) quam primam gloriam nemo inviderit Scoto, in 3. Sentent. dist. 3. quæst. 1. Utrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato? ad quæstionem dicit: *Quòd Deus potuit facere, quòd ipsa nunquam fuisset in peccato originali; potuit etiam facere ut instans ejus conceptionis fuisset in peccato; potuit etiam facere ut per tempus aliquod fuisset in peccato & in ultimo instanti illius temporis purificaretur, &c.* Quid autem horum trium factum sit in Conceptione Virginis Mariæ, Deus novit. Si auctoritati Ecclesiæ vel auctoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile, quòd excellentius esset tribuere Mariæ, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1620.

in folio, & Venetiis 1580. & 1597. & Lugduni 1639. semper in folio, & Venetiis 1590.

Item, cùm in Universitate Parisiensi *immunitatem Virginis, præservationemq; MARIÆ docuisset*, ab ipsa Facultate vocatus ut coram sapientissimis Doctoribus suæ sententiæ rationem redderet, ducenta argumenta sibi objecta, omnia memoriâ tenuit, & singulis tanta verborum & sententiarum ubertate satisfecit, quòd omnes in suam sententiam facilè traxerit, tantamque sui admirationem omnibus moverit, ut victor ab omnibus proclamatus, exinde Victoris nomen retulerit. Ita Pelbartus lib. 2. Stellarii, parte 1. art. 3. Salazar sæculo 14. Velazquez folio 286. qui addit ab hoc bello & victoria ortum habuisse, quòd postea Academia Parisiensis decrevit, ne opposita sententia publicè legeretur in Scholis, ac nullus lauream vel gradum Doctoris obtineret, nisi priùs jurejurando promisisset, acerrimè à se *piam opinionem de Immaculata Deiparæ Conceptione fore defendendam*. Hucusque doctissimus Velazquez: sed perge, quòd si ab illa die & victoria exortum est in Universitatibus nomen Victoris, vel mos in Academiis victoriandi Doctores oppositoresve, omne Victor Scholasticorum erit virtualis protestatio pro Immaculatæ Conceptionis gratia vel præservationis gloria, atque in clamore illo tacitè jurant in verbo Magistri piam opinionem, cum Magistro Scoto defendendam, tuendam & amplectendam. Vide etiam Christophorum de Vega, Palest. 3. cert. 20. folio 133. num. 434.

Item, libro 3. sentent. dist. 18. quæst. unica: Utrum Christus meruerit in primo instanti suæ Conceptionis? §. Hoc viso, num. 13. folio 133. inquit: Nam ibi sunt aliqui Beati, qui nunquam fuerunt inimici actualiter peccato actuali, ut multi innocentes, & multi alij qui aliquando fuerunt inimici & mortaliter peccantes, & postea pœnitentes: & ibi etiam B. Virgo Mater Dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, *nec ratione originalis; fuisset tamen nisi fuisset præservata*: igitur decens fuit, quòd esset beatitudo alicujus personæ sine omni merito præcedente, &c. Impress. Antuerpiæ 1620. in folio.

JOANNES Duran, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, declamatum in quindenario festivitatum Confraternitatis Nazarenorum Hispalen. & incipit: Considerando aquel. Hispali 1622. in 4.

JOANNES de Egra, Ordinis Minorum Hungarus, *de Conceptione Beatæ MARIÆ* Titulum seu Antologium in Thesibus habitis in Conventu Aracœlitano, anno 1654. in 4.

JOANNES Emonte Bechetius Belga, in Sermone 2. Latino de Nativitate Virginis, sic dicit: Atqui illud in te, ô Deipara Virgo, locum non habet, *quia in peccato neq; concepta neq; nata es*, &c. Et infra, *in festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis* sub themate: Quia fecit mihi magna qui potens est, &c. Sermonem. Item, *in Conceptione Beatæ MARIÆ* Sermonem: in quibus ejus præservationem à peccato latè adstruit. Sunt manusc. apud S. Michaëlem Antuerpiæ.

JOANNES Enriquez, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Quæstionibus practicis Casuum moralium, &c. sectione 29. quæst. 7. *Quomodò tempore interdicti possit celebrari in festo Immaculatæ Conceptionis & per totam octavam*, &c. Lib. impress. Cordubæ 1646. in 4.

JOANNES de Escalona & Aguero, Poëta Hispanus, edidit quædam Carmina *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Extant apud Didacum Cano de Conceptione, folio 95. & folio 106.

JOANNES de Espinosa, Eques auratus Hispanus, in Carmine ad Hippolytum de Olivares fatetur *Immaculatam Conceptionem Virginis*. Lib. impr. Limæ 1631. in 4.

JOANNES de Espinosa Salazar, Presbyter Hisp. in lib. Espejo del Alma Christiana, lib. 2. cap. 61. folio 105. & folio 136. & præcipuè lib. 5. fol. 286. inquit: *O purissima azuzena sin corrupcion de culpa*, &c. Lib. impress. Matriti 1657. in 8.

JOANNES Evangelista ac Apostolus, in Sermone habito in transitu Beatissimæ Virginis MARIÆ, dixit: A laude hujus Virginis non cessabo; est omni laude dignissima, *& quamvis in ea sint omnia laude digna, omnia splendida, omnia pulchra, omnia decora*; id tamen pro nunc (cætera vobis relinquens) in ea commendabo, quòd digna fuit esse Mater Dei, Genitrix Verbi Divini appellari & esse, &c. Sic Amad. in Rap. 8. Vide nost. Biblioth. tom. 1. Marraccium in Apost. Mar. fol. 165. Si ergo quidquid in Virgine fuit, erat laude dignum, splédidum, pulchrum, decorum; igitur & ejus Conceptio. Vellem, ut explicatiùs loqueretur.

JOANNES Evangelista de Cordova, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit *de Conceptione Beatæ Virginis* Tractatum unum. Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1459. & in Bibliotheca, folio 721. ex Bustos serm. 9. ex quo aliquas transcripsit rationes Daza, folio 48. Francisc. Maria folio 158.

JOANNES Evangelista Ortiz, Ordinis Minorum Hispanus, in Serm. de S. P. N. Dominico Ordinis Prædicatorum Patriarcha, folio 15. & 34. inquit: Continuaba Domingo el predicar, no solo el Rosario, *sino la pureza perpetua y universalmente Immaculada de MARIA*, &c. Acreditando con los ampos, ô armiños de su habito *la Immaculada total pureza de MARIA*, &c. Impr. Granatæ 1652. in 4.

JOANNES Eusebius, S. Basilii Monachus, natione Græcus, *in Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Orationem unam, quæ manuscr. extat in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini.

JOANNES Eusebius Nierembergius, Societatis Jesu Hispanus, de Perpetuo objecto *festi Immaculatæ Conceptionis Virginis* Librum integrum. Impress. Valentiæ 1653. in 4.

Item, in libro Hispanico: De la aficion y amor de MARIA, cap. 5. fol. 150. *Quod Deipara fuit præservata à peccato originali*, &c. Impress. cum aliis opusculis Matriti 1651. in folio magno, & 1633. in 16. Et ibidem, cap. 18. folio 167. loquens de gratia accepta à Virgine MARIA, inquit: Ni solo la gracia que Dios à dado; pero aun la que determino de dar à los hijos de Adan en el estado de la inocencia, donde nacerian todos en gracia y justicia original, *no dejò perderla, sino que la logrò en su Madre, siendo ella concebida en mas gracia que fuera todas junta aquella con que nacieran todos los hijos de Adan*, &c.

Item, in libro: Practica del Catheciſmo Romano y doctrina Christiana, parte 2. lect. 35. fol. 371. *pro die Conceptionis Dominæ nostræ*, die 8. Decembris Lectionem unam, usque ad fol. 373. Lib. impress.

Matriti 1651. in folio magno. Vide etiam explicationem Salutationis Angelicæ.

Item, in libro: Ideas de virtud con algunos claros varones de la Compañia de Jesus, &c. in vita Alphonsi Rodriguez §. 13. folio 658. agit *de devotione ipsius ad mysterium Conceptionis & de officio divino quotidiano ejusdem Conceptionis.* Impress. Matriti 1643. in folio.

Item, in libro: Honor del gran Patriarcha San Ignacio de Loyola, &c. in vita ipsius, cap. 4. fol. 10. Quòd Societas Jesu fuit missa in mundum *propter mysterium purissimæ Conceptionis* &c. Impress. Matriti 1645. in folio.

Item, in libro: Stromata sacra, &c. Stroma 14. cap. 13. lib. 3. Esther mystica, fol. 416. *Quòd MARIA semper fuit excepta à lege peccati, & præventa Dominicæ passionis virtute.* Impress. Lugduni 1542. in folio.

Idem, in libro: Homiliæ Catenatæ, sive Collectaneæ, Homil. 43. de Nativit. V. Mariæ aliqua adducit, *quæ de mysterio Conceptionis intelligi possunt.* Impress. Lugduni 1649. in folio.

Item, scripsit Theoriam compendiosam *de solida veritate Immaculatæ Conceptionis*, & extat Romæ ut typis mandetur.

Item, elaboravit Librum alterum sub hoc titulo: *Sacrosyllabus de traditione Patrum innixa sacræ Scripturæ pro Immaculata Virginis Conceptione*, &c. Impress. semel & iterum Valentiæ & Lugduni in 8.

Item, habet alterum Librum *de Concordia debiti negati peccati originalis in Conceptione V. MARIÆ, cum redemptione Christi Domini*, quam vidi manuscript.

Item, in libro: De adoratione in spiritu & veritate, lib. 2. cap. 26. folio 225. Quòd major occasio se humiliandi fuit Beatissimæ Virgini *esse præservatam à peccatis, &c.* Impress. Antuerpiæ 1631. in 8.

Item, in Devotionario de Sanctissimo Sacramento, Dominâ nostrâ & aliis Sanctis, in devotione ad S. Joachimum & S. Annam, folio 247. vocat *Virginem fructum Immaculatum, &c.* Lib. impress. Matriti 1638. in 16.

Item, Epistolam ad D. Cardinalem Balthasarem Moscoso de Sandoval & Archiepiscopum Toletanum, *de doctrina Patrum circa Immaculatam Conceptionem.* Impress. cum suprapositio Valentiæ 1653. & in lib. Dissertation. à folio 53.

Item, scripsit Epistolam à D. D. Christophorum Crespi de Baldaura, *de gratia Deiparæ debita in Conceptione sua.* Impress. ut supra, & in libro de Dissert. Epist. 1. folio 3.

Item, scripsit Epistolam ad Amicum *de controversia Virgineæ Conceptionis decidenda.* Impress. cum supra positis Valentiæ 1653. ad finem, & in libro Dissertationum Epistola 124.

Item, scripsit Librum sub hoc titulo: Exceptiones Concilii Tridentini pro omnimoda puritate Virginis expensæ, quibus non solùm ejus actualis sanctitas, *verùm & justitia originalis confirmatur.* Impress. Antuerpiæ 1655. in 8.

Item, scripsit lib. Dissertationes Epistolicæ *de Immaculata Conceptione Deiparæ.* Lib. impress. Antuerpiæ 1655. in 8. cum antecedenti libro, & in eo sunt sequentes Epistolæ: Epistola 1. ad D. D. Christophorum Crespi, de qua supra. Epistola 2. de Canone Ecclesiastico Græcorum, *de Immaculata Conceptione & indubitata antiquitate festi ejusdem*, ad M. & Rss. D. D. Claudium de Acley Archiepiscopum Bizantinum, sacri Romani Imperii Principem, à folio 23. Epistola 3. *de claritate & declaratione festivæ Conceptionis*, ad R. P. Aloysium Novarinum, à folio 41. Epistola 4. est ad Cardinalem Toletanum. Epistola 5. de erratis circa errantem, in quibus eruditi Scriptores minùs attigerunt veritatem circa Faustæ Rhegiensis gesta, ad Abbatem S. Anastasiæ Alphonsum Vazquez, ubi etiam agit *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Epistola 6. de mente & suffragio Alberti Magni *pro Immaculata Conceptione*, ad Ill. D. D. Franciscum Borgiam, &c. à folio 145. Epistola 7. de exordio devotionis *Immaculatæ Conceptionis*, an plebs devota vel gens docta fuerit illam auspicata? ad Rss. D. L. Philippum Chiphletium, &c. à folio 167. Epistola 8. de assensu fidelium ad *Immaculatam Conceptionem*, & an fuerit Ecclesiæ Christianæ revelata? ad Rss. P. Petrum Matteo Ministrum Generalem Ordinis Minorum, à folio 181. Epistola 9. de Concilio Ariminensi & Anabaptismo, quomodò non obstent assertis Ecclesiæ communi *circa Immaculatam Conceptionem* ad Semieruditum, à folio 196. Epistola 10. de expiatione & purgatione à peccato originali sumpta à Patribus *pro præservatione in Beata Virgine* ad eundem, à folio 207. Epistola 11. de Auctore duodecim librorum de laudibus Virginis, & suffragio Richardi de Sancto Laurentio *pro libera Deiparæ animatione* ad Curiosum, à folio 222. Epistola 12. ad Amicum, ut supra. Epistola 13. de Arnesto Pragensi & successione renovati fervoris *erga Immaculatam Conceptionem*, ad R. P. F. Gasparem Catalam ex Prædicatorum Ordine designatum Episcopum Illerdæ, à folio 239. Epistola 14. *de revelationibus circa Immaculatam Conceptionem*, an sint necessariæ? ad Rss. Illust. D. D. Gabrielem Adarco Episcopum Vigebanculen. à fol. 252. Epistola 15. de Paralipomen. dictis veterum Patrum & Doctorum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ad Ill. D. D. Laurentium Ramirez de Prado, &c. à fol. 278. Epistola 16. de naturâ, gratiâ & divinis virtutibus *Immaculatam Virginis Conceptionem* expostulantibus ad eundem, à folio 297. Epistola 17. de singularitate Christi & variis quæstiunculis, ubi etiam *de Conceptione Virginis* ad Perplexum, à fol. 309. Epistola 18. de redemptione *Immaculatæ Virginis* à Christo ad eundem, à fol. 317.

Item, in Epistola ad Alexandrum VII. *pro Immaculata Conceptione* argumenta quædam formalia Vidi manusc. sed jam extat typis mandata in tom. Opera parthenica.

Item, in lib. Epitome de vida y muerte de D. Bernardino de Almanza, cap. 8. fol. 28. & 32. & 43. agit de Conventibus sub titulo *Conceptionis*. Matriti 1647.

Item, in lib. Trophæa Mariana, seu de vibrice Misericordia Deiparæ Patrocinantis hominibus, exquisitissimis SS. PP. sententijs, rarissimis historiis, lib. 5. cap. 36. fol. 219. & fol. 224. cap. 37. *De imagine Immaculatæ Conceptionis Gethica.* Et adducit Alcozerum in historia Tolet. Lib. impress. Antuerpiæ 1658. in folio.

Item, in libro: De Virginitate Sanctissimæ Deiparæ Matris superadmiranda, superexcelsa, & Deum decente ultra leges naturæ & virtutis moralis, comprobante *Immaculatam Virginis Conceptionem*, etiam passivam, Apologetica dissertatio 5. lib. fol. 30. latè. Lib. impress. ibidem.

Item, Supp. Libell. pro Immaculata B. Virginis Conceptione, & Pace Christianorum Principum,

cipum. Ad Sanctissimum Dominum nostrum *Alexandrum VII.* Pontificem Maximum. Anagramma inserti in hoc libello supplici est purum, & satis mysticum, litteris constans pro numero Discipulorum *Christi*, & Collegij Cardinalitij, conspiraturi pro exaltatione Deiparæ in obsequium Sanctissimi Domini *Alexandri VII.* qui est quartus Papa Senensis, post *Alexandrum III.* juxta Spondanum ad annum 1159. Item, ad ann. 1458. atque ad ann. 1503. Beatissime Pater, Joannes Eusebius Nierembergius è Societate Jesu ad pedes communis Ecclesiæ Patris provolutus, sacrum & felix sui nominis nomen offert & supplicat.

SANCTISSIMUS PATER ET DOMINUS
ALEXANDER PAPA SEPTIMUS,
QUI ERAT ANTEA FABIUS CHISIUS.

Anagramma.

QVARTVS E SENIS PAPA
DEI MATRI CHARISSIMUS,
IDEM TAMEN ADAE NON FUISSE, STATUET. TUNC PAX.

Pro honore Filij Dei, pro gloria Matris ejus, pro auctoritate Sedis Apostolicæ, pro gaudio Fidelium, pro tollendis Populorum scandalis, pro Ecclesiæ unitate & concordia, pro Europæ pace, pro comitione Hæreseos. Orat plebs, orant Principes, orat Clerus, orant Antistites, orant Pij, orant Docti, orat consensus Ecclesiæ, ut veritatem *de Immaculata Virginis Conceptione*, quam certam agnoscit, sic vestra Sanctitas sacram & sanctam statuat, ut à nemine contradici permittat, ad imitationem Sanctissimorum Pontificum, qui laboranti Ecclesiæ subvenerunt, propitiato Deo per ampliationē cultus & exaltationem suæ Sanctissimæ Matris. A quatuor ventis concutitur navis Sancti Petri, intùs & extra afflicta; ab Oriente Turca ingruit; ab Occidente Anglus insidiatur; à Meridie Afer audet; à Septentrione Moschus & Scyta imminet. In suo ipso gremio videt & plorat Mater Ecclesia charissima suorum viscerum pignora Hispanum & Gallum vicissim lacerari. Tunc pax expectanda, cùm pacificetur divina Justitia, si pacifica statuatur gloria justitiæ originalis in Matre Dei vincente omninò antiquum hostem, & conterente serpentinum caput. Hoc desideratissimum cunctis gentibus votum. Hoc cœlestibus ordinibus placidissimum obsequium. Hoc in præsentibus calamitatibus opportunissimum Deo propitiatorium. Impress. Brugis 1662. in folio.

JOANNES Ezquius, tomo 3. Homiliarum *in festivas festivitate Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Sermones quatuor, in lib. impress. Parisiis 1549. & 1553. à folio 15. usque 27.

Item, in tomo 4. de septem Ecclesiæ Sacramentis, Homilia 11. de Baptismo, folio 35. se citat ad Homiliam *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. Impress. Parisiis 1546. in 8.

Item, Centuria 2. in Appendice scribit de controversia Scoti cum Hervæo circa *Immaculatam Virginis Conceptionem*, & gloriam ab eo reportatam, &c.

JOANNES Faber, Episcopus Viennensis, in libro Homil. sive, de Miseria humanæ naturæ, in festo Purificat. MARIÆ, fol. 231. ait: *Munda ita, sit & pura, tota formosa & tota pulchra mulier hæc MARIA*. Impress. Coloniæ, anno 1541. in folio. Item, sermone de Annuntiatione, fol. 236. Nescio, quid latentis mysterii habeat, ut mulierem hanc, quam nos Evam dicimus, Hebræi Ave pronuntient, & hoc verbum nobis Latinum fit Ave. Ave dicta est prima mulier, eò quòd fuerit mater viventium, cùm tamen ipsa mortem suggestione diaboli nobis intulerit. MARIA verò gratiâ plena, &c. *Ave, dicant illi quo loco, tempore, qua occasione perdidit gratiam apud Deum.* Impress. ut supra.

Item, in libro Sermonum, serm. 46. folio 42. Hęc est illa, quæ misericordiam cecinit à progenie in progenies, *verè sanctificata, quòd in eâ macula non esset, &c.* Lib. impress. Coloniæ 1537. in folio.

JOANNES Fano, Ordinis Minorum Italus, in libro: Regula & Testamentum Seraphici P. N. Francisci cum Declarationibus, folio 492. de Festis quæ sunt sub præcepto observanda ex Concilio Moguntino, canone 36. inter alia ponit *Conceptionem B. Virginis*. Et folio 539. inquit: Ordinatio Officiorum de *Immaculata Conceptione* & Venerabili Sacramento; ubi adducit modum recitandi officium sabbatis per annum. Impress. Antuerpiæ 1631. in 16.

JOANNES Faunerus Bristoliensis, ex universa summa sacræ Theologiæ verè Angelici S. Thomæ Aquinatis, &c. in 3. part. quæst. 27. folio 459. *Quòd Beata Virgo fuit sanctificata non ante animationem, sed post animationem, &c.* Lib. impress. Lovanii 1570. in 8. Hic nihil aliud habet pro nostra sententia, nec contra, sicut & alii hujusmodi.

JOANNES de Fenario, Ordinis Prædicatorum Generalis Italus, pro pia præservationis Virginis MARIÆ à peccato originali sententia, affirmavit: *Antiquum est, Magistros quantò magis docti & quantò magis sancti essent, tantò magis piam sententiam ultrò amplexaturos.* Ita Joannes Antonius Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. ultima, adnotat. 1. num. 7. folio 454. Ferè eadem verba refert Anonymus Franciscanus in suo Catalogo, num. 3. Alia ejusdem Auctoris verba refert Andreas Peruzzinus (ex Ambrosio Catherino in Opusculo de Conceptione) articulo 2. fol. 63. videlicet: *Omnes jam ita sentire debent, Beatam Virginem MARIAM absq; originali macula fuisse conceptam.* Item, citant ipsum in quodam Tractatu de Conceptione, cap. 6. *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Vide Joannem Eusebium lib. Except. cap. 23. folio 355. Pistoiam folio 162.

JOANNES Ferdinandus, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Commentario in Ecclesiasten cap. 1. folio 32. ad illa verba: Omnia flumina intrant in mare, &c. num. 12. postquam multa de plenitudine gratiæ Virginis MARIÆ super omnes Sanctos dixerat, tandem inquit: Hoc docent verba Angeli: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ubi gratia non sumitur tantùm pro gratia habituali, sed pro quovis dono gratuito; ac si diceret: Ave gratificata peculiari amore Dei chara, *in omnes & super omnes gratiosa, tota pulchra: à planta pedis usq; ad vertitem capitis macula non est in te.* Deus noster omnia dona sua in te largiter effudit, &c. Spiritus Sanctus in Virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem divini principatûs adsunt, imbuens eam gratiâ, ut in omnibus esset gratiosa; atque ideo gratiâ plena cognominata est, *quam virtutem per omnia tempora Conceptus eam habuisse confido*, & post Conceptum etiam retinuisse: neque enim temporaneum in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum esse, quemadmodum & nunc in præsentia

& in æternum usque habet, &c. Quid clarius dici potuit? Lib. impress. Romæ 1621. in folio.

JOANNES Ferdinandus, Societatis Jesu Hispanus, in Thesauro divinarum Scripturarum juxta SS. Patrum sententias, &c. verb. Adam, fol. 37. num. 14. inquit: *Cæterùm, cùm de originali peccato sermo est, semper exemptam volumus Deiparam Virginem MARIAM, de qua legimus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et in Psalmo: *Adjuvabit eam Deus manè diluculo; decebat enim hoc privilegium Virginem illam*, de qua natus est qui vocatur Christus. Et verb. Calcaneus, num. 1. fol. 254. ad illud: Ipsa conteret caput tuum, inquit: Potest autem hic, ipse vel ipsa converti, sed Vulgata vertit ipsa, scilicet mulier conteret caput tuum. Alii vertunt ipsum, supple semen mulieris conteret caput tuum. *Si legatur in fœmineo ipsa, significat Virginem MARIAM, quæ prima contrivit caput serpentis, id est, peccatum originale à quo fuit immunis, &c.* Lib. impr. Metinæ à Campo 1524. in folio.

JOANNES Fernandez de Ledesma, Poëta Hispanus, in libro: Historia virginal por el insigne Poëta Baptista Mantuano, traducida de verso heroïco Latino, &c. *de Conceptione Virginis MARIÆ* plura. Vide lib. 1. in deprecatione, à folio 2. Impress. Vallisoleti 1639. in 8.

JOANNES Fernandez Lusitanus, in Bayensi Collegio Societatis Jesu, precibus ac meritis P. Josephi de Anchieta *in festo ac die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* habitum ac vitam æternam, ut piè credendum est, meruit obtinere. Rem narrat latè P. Joannes Bourghesius in libro: Societas Jesu B. V. sacra, cap. 27. folio 368.

JOANNES Ferrandus Aniciensis, Societatis Jesu, in libro: Disquisitio Reliquiaria, &c. lib. 1. cap. 2. sect. 2. agens de pulchritudine Virginis Mariæ, adducit illud: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, & alia ex Canticis, quæ ejus omnimodam pulchritudinem indicant. Impress. Lugduni, anno 1647. in 4. Vellem, ut expressiùs loqueretur.

JOANNES Ferus, Ordinis Minorum, in Enarrationibus super Genesim, cap. 3. ad illud: Tu insidiaberis calcaneo ejus, fol. 104. *Quòd Virgo MARIA contrivit caput serpentis.* Impress. Lovanij 1564. in 8. & Coloniæ 1573. in 8. magno.

Item, in Postillis de Sanctis edidit Sermones octo *in die Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, quorum primus incipit: In initio hujus. Ultimus verò: In corporeis, &c. Et extant à fol. 29. usque 65. Lib. impress. per Joannem de Via Lugduni 1559. in 8. De hoc vide Dazam, lib. de Conceptione capite 6. fol. 53. & Hippolytum Marraccium, in Catalog. ad annum 1554.

JOANNES Filesacius, Theologus Parisiensis, in in lib. Selectorum, lib. 1. fol. 145. ait: Hinc probo sensu accipiendus locus alter Apostoli, Galat. 4. quo dicit Christum factum ex muliere, Beatissimam Virginem Mariam mulierem appellans: sed mulierem quidem ob naturam & formam, Virginem autem propter integritatem *& puritatem*, &c. Lib. impress. Parisiis 1621. in 4.

JOANNES Filius, Abbas S. Bavonis Belga, in Manipulo exemplorum magni Speculi, qui est tomus 2. verb. Maria, f. 236. dicit: *Quòd fuit in matris utero beata & sanctificata, & de sanctificatione ejus à peccato originali.* Prodijt Duaci 1614. in 4. operâ & studio Maximiliani Thiculaine Religiosi Vedastini.

JOANNES à Fonte, Doctor Hispanus, edidit suo nomine (licèt Tractatus sit alterius) Compendium fusioris Tractatûs circa declarationem Decreti Romani *de titulo Immaculatæ Conceptionis*, & habet 4. titulos, seu divisiones per breves conclusiones. Lib. impress. Conchæ 1647. in 4.

Item, scripsit Indicem Sententiarum Petri de Rorea Augustiniani Episcopi Ariquippensis, in lib. *de Conceptione*, juxta editionem Limensem 1629. ad Philippum IV. Impress. Conchæ 1647. in 4.

Item, scripsit Indicem doctrinarum pro Deipara Petri Galatini Minoritæ, maximè *circa Immaculatam Conceptionem*, in Opere de Arcanis Catholicæ veritatis, quod præcedente examine Cardinalium & Prælatorum Leo X. ut egregium & aulissimum approbavit. Habentur litteræ Apostolicæ ad finem juxta impressionem anni 1518. Orthonæ per Hieronymum Sanctium. Impr. Conchæ, anno 1647. in 4.

JOANNES Forsanus, Ordinis Minorum Gallus, in lucem dedit Resolutiones in 4. libros Sententiarum R. P. Melchioris Flavij, in quibus libro 3. dist. 3. quæst. 2. concedit *Virgini in instanti sua Conceptionis gratiam præservantem ab omni peccato*; ut videre est in libro impress. Parisijs 1600. in 8. à fol. 168. usque 171.

JOANNES Franciscus Andreas de Ulzurro, Doctor Hispanus, edidit Tractatum Chronologicù de Imaginibus miraculosis Virginis Mariæ in Regno Aragonum, quem cum Certamine Poëtico Dominæ nostræ de la Cogolluda in lucem dedit Joan. de Iribarren, &c. Fol. 108. & 147. & 157. vocatur Virgo Deipara *Immaculata, prorsus pura, & defæcata macula.* Vide ibi. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1644. in 4.

JOANNES Franciscus de Chantal, fecit votum, signavitque suo sanguine, *defendendi purissimam Conceptionem*: & solebat dicere, quòd habiturus esset pro honore dare suam vitam pro *defensione Immaculatæ Conceptionis.* Sic Henricus Maupas in vita, parte 3. cap. 9. & Maximilianus Lenglez in Schola Virginis, folio 139. lectione nona.

JOANNES Franciscus de Collantes, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Divina prædicacion del soberano Rey constituido sobre el Monte santo de Sion, tomo 1. *de die purissimæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* Sermonem, à fol. 167. usq; 194. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1617. in 4.

JOANNES Franciscus Maya, Sacerdos Mantuanus, in libro Canticorum ad Beatissimam Matrem Virginem, in primo Cantico sic habet:

Ave Virgo inviolata,
Sub figuris præsignata.
Salve Mater præcolenda,
Iam concepta sine menda.

Lib. impress. Romæ 1644. in 4.

JOANNES Franciscus Picus Mirandulanus Princeps Concordiæ & Comes, in Hymnis ad Virginem, ad finem sic inquit:

Regina Angelicis superexaltata catervis:
Virginei fœcundà Parens sine labe pudoris
Filia Prognati, qui semper regnat Olympo.

Lib. impress. absque anno, loco impressionis & foliatione, in folio.

JOANNES Franciscus Rocha, Poëta Hispanus, edidit Epigramma, seu Prosodiam ad illud Genesis:

nesis: Ipsa conteret caput tuum, *pro solemnitatibus Beatissimæ Virginis Conceptionis celeberrimis*, &c. Impress. cum aliis Baëzæ 1618. in 4. & aliud extat folio 82.

JOANNES Franciscus Stoa Poëta, in lib. de Passione D. nostri Jesu Christi, qui Tragœdia Theoandros Thanatos inscribitur, &c. Act. 1. introducit Angelum dicentem post alia, fol. 357.

Crimine quo jam
Lege statutum est
Quemlibet atra
Morte premendum.
Quilibet ergo
Ventre parentis
Editus, almis
Visetur auris,
Mortis ob alta
Iura peribit:
Ergo Tonantis
Sancta propago
Victima fiet
Iuvence dura;
Sed tamen alma
Mater IESV
Nescit iniquæ
Tempora mortis.

Est liber impressus cum alijs Poëtis à Georgio Ziglio Francofordiano Basileæ 1543. in 8. sub titulo: Christianæ Poëseos opuscula, &c. sed nota, quòd hic non loquitur de morte temporali: nam hanc non evasit V. Maria; sed de morte peccati originalis, seu macula, quam supra vocat mortem, dicens: Quemlibet atra morte premendum.

JOANNES Fredericus Xeldre, Societatis Jesu Hispanus, Serm. de Beatificatione Beati Francisci de Borgia, à fol. 7. inquit: A la Virgen para decir el Angel: Invenisti gratiam, le dixo primero: Gratia plena, y el decir el Ecclesiastico, que el que se humilla en todas las cosas halla gracia, es suponer que esta lleno de todas las gracias ydones divinos: Inveniet gratiam. Hugo Cardinal lo entiende *de la gracia que perdio Adam en Paraiso por soberbia; una gracia semejante à la original*, que libra de perturbaciones y passiones, &c. Matriti 1624. in 4.

JOANNES Freire, Societatis Jesu Hispanus, *Immaculatam Virginis Conceptionem* adstruit, in cap. 6. lib. Iudicum. Matriti 1642. in 4.

JOANNES S. Fricherius Roffensis, Doctor Angelicus & Episcopus ac S. R. E. Cardinalis: *Quod angelum esse nemini potest quantùm ad gloriosam Christi Genitricem, quæ nævo quovis & labe caruit, tam originalis quàm actualis peccati*, &c. in libro: Confutationes contra Lutherum, art. 17. col. 420. Impress. Wirceburgi 1597. in folio.

Item, in Commentario super Psalmum 37. Domine ne in furore, ad illa verba: Quæ est ista quæ progreditur? semel & iterum repetit, *quod Beatissima Virgo ab omni prorsus peccati labe immunis fuit, quòd mundè & Immaculata*, &c. Vidi ibi à col. 1491. usque 1510.

Item, in Sermone de Nativitate Dominæ nostræ Mariæ, loquens de ipsa sub metaphora Auroræ, inquit: Eodem modo pœnè & hæc Beatissima Virgo magnam nobis admirandi materiam præbet; *ea scilicet quòd sit ab omni prorsus peccati labe immunis*, quod quidem præclarum lucis splendorem emittit, cùm sit ab illis parentibus oriunda, qui peccati tenebris & nocte circumfusi ac obducti fuerunt, &c. Vide Hippolytum Marraccium in Purpura Marian. folio 239. & Pistoiam folio 171. & Jacob. Millesium Palma sæculo 15.

JOANNES de la Fuente, Ordinis Minorum Hispanus: Super Psalmum quinquagesimum Homiliæ viginti sex, &c. Homilia 7. ad illa verba: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, folio 71. loquens de peccato originali & ejus fomite, inquit: Sine quo nullus hominum vixit quantumvis sanctus & electus, præter Dominum Jesum, qui de Spiritu sancto & sacra Virgine, sine ardore carnalis desiderij conceptus fuit: segregatus quidem ab hominibus non à carne eorum, quia homo factus est, sed à concupiscentia & peccatis eorum. Et propter ejusdem honorem hoc idem sacrę ejus Matri à sapientioribus conceditur; *quippe quæ sine peccato originali concepta fuit, neq; fomite aut concupiscentiâ ullâ fatigata*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1576. in 4.

JOANNES de la Fuente, Ordinis Prædicatorum, cum alijs octo Patribus sui Ordinis subscripsit rescripto seu Epistolæ ad summum Ecclesiæ Pontificem, *pro mysterio Immaculatæ ac purissimæ Conceptionis*, cujus fragmentum vide verb. Ludovicus de Aliaga, integrum verò adducit Joannes Eusebius, in libro Exception. fol. 414.

JOANNES Fuysher, Doctor Theologiæ & Episcopus Rochesterf. Anglus, in explicatione Psalmi: Domine ne in furore tuo arguas me, agit latè Anglicè *de Conceptione Virginis MARIÆ & ejus puritate & præservatione à peccato originali*, in lib. impress. Londini 1508. in 4.

JOANNES Gagnæius, Gallus & Theologus Christianissimi Regis Francorum, in Scholiis super Epistolas Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 11. à tergo, inquit: Est autem Adam forma Christi per dissimilitudinem; quia sicut Adam est fons mortis, ita Christus fons vitæ; & sicut per proprium Adæ peccatum, vel sine ullo proprio demerito obnoxij morti reddimur, ita per Christi gratiam sine ullo nostro merito iustificamur. Per similitudinem quoque; quia sicut Adam est caput & vir Evæ, ita Christus caput & sponsus Ecclesiæ. *Sicut in Adam omnes generati, sic in Christo omnes regenerati. Sicut Adam de terra virgine & non maledicta, sic Christus natus est de Virgine benedicta.* Lib. impress. Parisiis 1547. & 1566. in 8.

Item, in quatuor sacra Jesu Christi Evangelia, cap. 7. Sancti Lucæ, ad illa verba: Rogabat autem illum quidam Pharisæus, fol. 123. inquit: Quòd autem postea Christus dicit: Cui minùs dimittitur, minùs diligit, non est simpliciter intelligendum; sed inter debitores eos non ingratos. *MARIA enim Virgo, cui nihil umquam dimissum est, quia numquam peccavit, non minùs, immo magis diligebat quàm Magdalena, cui multa dimissa erant*, &c. Lib. impress. 1552. in fol. Si Maria numquam peccavit, igitur nec originaliter. Si nihil ei umquam dimissum, ergo non contraxit culpam, sed ante lapsum fuit præservata.

JOANNES Galan, Ordinis Minorum Hispanus, *in festo Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* Serm. unum. Impress. Conchæ 1619. in 4.

JOANNES Galindus, Ord. Minim. Sancti Francisci de Paula Hisp. in sermone de sanctissimo ac dulcissimo nomine Jesu, ad finem sic inquit: Ad laudem omnipotentis Dei, ejusque altis-

simi nominis,& intemeratæ Matris ejus MARIÆ *ab omni peccatorum labe puræ, etiam originali.* Impress. Hispali 1627. in 4.

JOANNES Gallinarius, Brisacensis Ecclesiæ Doctor, edidit Carmina in discordiam *super Conceptionis Beatæ MARIÆ opiniones*,& extant in principio opusculi Henrici de Hassia, & sunt Carmina 34. Vide ibi.

JOANNES Gallemart, Doctor Duacensis, in libro in Canones & decreta sacrosancti & œcumenici Concilij Tridentini cum adnotationibus Joannis Sotealli & Horatij Lucij, folio 15. num. 3. adducit decretum Concilij Tridentini: *Quòd non sit suæ intentionis in decreto de peccato originali comprehendere Immaculatam Virginem MARIAM.* Impress. Duaci 1618. in 8. & Coloniæ 1620. in 8. regali.

JOANNES Galvarrus Harmenta Hispanus, Ordinis Sancti Augustini, in libro Homiliarum Adventûs,&c. Homil. quint. *in Conceptione Immaculatæ Deiparæ MARIÆ Virginis* latissimam Homiliam: est divisa in 26. §. & extat à folio 358. usque 459. Impress. Granatæ 1617. in 4.

JOANNES de Gaona, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Poëmata, in quibus fatetur *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali labe.* Extant in libro Zapatæ de Concep. in principio.

JOANNES Garcia Romerus, Licentiatus Hispanus, & Beneficiatus de Lucar, edidit insignem Cantionem ad Summum Pontificem Alexandrú VII. pro defensione *mysterij Immaculatæ Conceptionis* & commendatione libri Solis Veritatis. Incipit: Fray Pedro de Alva se llama,&c. Extat apud nos manuscrip. in 4. & impress. anno 1663. in 8. cum alijs Opusculis.

JOANNES Garetius, Canonicus Regularis S. Augustini, in libro de Sanctorum invocatione, fol. 6. ex diversis Patribus *vocat Virginem MARIAM Immaculatam, & irreprehensam, atque gratiâ plenam.* Lib. impress Gandavi 1570. in 8.

JOANNES Garzia de Loaisa, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Opusculum *de Immaculata Conceptione* in defensionem Solis Veritatis, sub hoc titulo: La Risa del Alva. Impress. in 4. absque an. & Lovanij 1663. in 8. cum alijs Opusculis.

Item, scripsit alium Tractatum pro defensione *mysterij ejusdem Immaculatæ Conceptionis* sub hoc titulo: El Sermon de peor esta que estaba. Impress. Matriti 1663. in 4.

Item, aliud Opusculum contra P. Joannis Martinez de Prado Dominicani Memoriale, in defensionem *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ.* Impress. in folio hoc anno sub titulo: La Rosa Seraphica.

JOANNES de Garrin vel Garrius, Ord. Minor. Doctor Tolos. Gallus, produxit in lucem Tractatum seu Librum compositum ab Alexandro Alensi, etiam Ordinis Minorum, super illa verba Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; in quo *purissimam Virginis MARIÆ Conceptionem elucidavit* contra illa, quæ docuerat Parisijs 3. part. dist. 3. quæst. 9. adversùs nonnullos de novo garrientes in Universitate Tolosana *contra mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei Matris, ac eius præservationem à peccato originali.* Ita Frat. Guilielmus Borrilongus, in 3. dist. 3. Conclusione 1. Joannes Antonius Velazquez, lib. 2. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 7. adnot. unica, num. 6. fol. 244.

JOANNES de Gaudijs, Ordinis ..... scripsit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* ad annum 1450. Ex Antonio de Leone in Bibliotheca classe 6.

JOANNES Gazo, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Institutionum sacrorum Evangeliorum seu Sermonum, tom. 1. institutione 1. Sabbati 4. Quadragesimæ, fragmento 4. ad illa verba: Perrexit JESUS, fol. 291. *Quòd Virgo MARIA fuit prædestinata post Christum ante prævisionem peccati originalis*, latè. Vide ibi. Lib. impress. Barchinone 1610. in fol.

Item, tom. 2. institutione 1. Dominicæ 5. Quadragesimæ, fragmento 2. fol. 60. agit *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali*, &c. Impress. Barchinone 1614. in fol.

JOANNES Geiler Keyserspegius, Concionator Argentinensis, in libro dicto: Peregrinus Jacobo Otthero discipulo suo congestus, in Baculo spei, feria 6. post Invocationem, litera F. *Quòd MARIA contrivit caput serpentis calliditatis*, juxta illud: Ipsa conteret caput tuum. Et litt. G. inquit: Soror de MARIA, quæ singularis Virgo & navicula salutoris Christi de longè portans panem Christum. Non fuit hæc de ligno porosò per peccati somitem; sed imputrescibili sethim compactus, per quod nihil aquæ mundi instillare poterat: *quia per corruptione originalis peccati concepta & nata est*; alij omnes de spinea illa porosa massa maledicta stirpe sumus, &c. Lib. impress. Argentinæ 1613. in 4.

Item, in libro de Oratione Dominica per eundem Jacobum Ottherum collecto, feria 4. post Reminiscere, ad illud: Sanctificetur nomen tuum, inquit: Dico primò, quòd sanctificari quid, contingit dupliciter, uno modo per sanctitatis adeptionem, quia scilicet ipsum sanctitatem recipit; & illo modo sanctificantur creaturæ rationales in via & in patria; in via per susceptionem Baptismi, in quo infunditur gratia, quæ absolvit baptizatum à culpâ originali, & in Sacramento Pœnitentiæ in quo confertur gratia, quæ absolvit à peccato actuali; vel etiam, dum sine his Sacramentis ex speciali quodam privilegio gratia infunditur viatori. Sanctificari dicitur, *quemadmodum dicimus Virginem gloriosam sanctificatam in utero, Jeremiam & Joan. Baptist.* &c. Sic sanctificari nihil aliud est, quàm recipere gratiam, quæ est sanctitas via. In patria verò sanctificantur rationales creaturæ per susceptionem claræ visionis divinæ essentiæ, per veram fruitionem ejusdem, &c. Lib. impress. Argentorati 1515. in 4. Unde constat, quòd sanctificatio secundùm suum proprium significatum, solùm dicit recipere gratiam, & ex hoc antecedenti: MARIA fuit sanctificata in utero, solùm sequitur: ergo recepit gratiam.

JOANNES de Geldert, Poëta Hispanus, in Cantione de Beata Virgine MARIA pro ejus Conceptione, inquit:

De fiende (ô Marte Christiano)
La sin macula en su idea
Pues no ay argumento fuerte
A los golpes de tu esencia.

Extat in lib. impress. Matriti in Sacrario Toletan. fol. 75.

JOANNES à S. Geminiano, Ordinis Prædicatorum Italus, qui extremum clausit anno 1310. in Sermonibus funeralibus, dist. 1. serm. 2. de multiplici defectu humanæ vitæ, sub themate: Ho-

mo

mo natus de muliere, folio 7. col. 4. littera E. inquit: Est autem advertendum, quòd in natis ex muliere invenitur triplex malum. Primum est infectionis subjecti, ratione scilicet horribilis, utpote originalis peccati: cùm enim duplex sit nativitas, scilicet in utero & ex utero; quantùm ad primam nativitatem, solus Christus natus est sine infectione originalis peccati. Lucæ 1. dixit Angelus Virgini MARIÆ: Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Sed quòd quidam alij Sancti ex speciali privilegio gratiæ fuerunt sanctificati in utero, & à peccato originali purgati, in quo fuerunt concepti; tales quantùm ad secundam nativitatem ex utero nati sunt sine peccato, sicut legitur de Jeremia Propheta, & de Beata Virgine MARIA: etiam tenet Ecclesia de Beato Joanne Baptista, qui Spiritu Sancto repletus fuit ex utero Matris suæ, ut dicitur Lucæ 1. &c. Hæc Geminianus in hoc Sermone. Qui legent illa verba: Solus Christus natus est sine infectione originalis peccati; & quòd infra inter sanctificatos Joannem & Jeremiam enumeret Virginem MARIAM; non existimarem in sententia hujus Auctoris Deiparam fuisse infectam peccato originali, & postea sanctificatam? Sed audi ipsum se explicantem in altero sermone; sermone enim 4. distinction. 2. ad illa verba: Per unum hominem peccatum intravit, inquit: Circa primum advertendum est, quòd per unum hominem, scilicet primum Adam, qui scilicet primò peccavit, peccatum intravit in mundum, id est, in homines qui in mundo nascuntur & concipiuntur: quia omnes, qui concipiuntur in mundo ex ipso peccato Adæ in ipsa sui conceptione contrahunt originale peccatum, excepto Christo, qui non eodem modo quo alij est conceptus, scilicet non ex virili semine, sed mystico spiramine carnem sumens: unde quod in ea natum est, scilicet ex sanctissima Matre ejus, de Spiritu Sancto est. *Idem nunc sentit Ecclesia de Virgine MARIA Matre Domini intemerata & Immaculata.* Sed si aliquis diceret: quomodò potest hoc fieri, quòd ex primi parentis peccato justificantur filij ab eo descendentes, &c. Vide Lector, quàm expressè excipiat Virginem à peccato originali.

Item, clarius eadem dist. 2. serm 6. de generalitate mortis humanæ, fol. 5. littera D. inquit: Tertiò in auctoritate inducta tangitur generalitas culpæ, cùm dicitur: In quo omnes peccaverunt, & hæc generalitas veritatem habet tam de peccato originali, quàm de actuali. Quantùm enim ad peccatum originale, Adam primus homo fuit ille in quo omnes peccaverunt: quia scilicet omnes qui seminaliter ab Adam propagâtur, peccatum originale contrahunt ab ipso mox in sua animatione, &c. Et inde est, quòd pueri, qui moriuntur non baptizati, quia non fuit peccatum originale purgatum per baptismum, semper carebunt visione divina, & erunt semper in limbo, & non habebunt vitam æternam; & ideo, quia peccato originali omnes infecti sunt, patet, quòd quantùm est ex eo, omnes inutiles facti sunt. Hic attendat pius Lector & Christianæ veritatis cultor, *quòd ab universali hac sententia, uti modernorum tenet Ecclesia (forte sententia) excipitur Virgo MARIA in Conceptione purissima, quæ per gratiam prævenientem præservata creditur & colitur*, &c. Quid clarius & expressius potest dici? Extant hæc omnia in libro impress. per Antonium Vincentij, Lugduni 1536. in 8. & 1515. & 1526.

JOANNES Genesius Quaye de Parma (alijs Joannes Paulinus de Quaya) Ordinis Minorum Minister Generalis ante S. Bonaventuram, scripsit inter alia Librum de Civitate Christi, & incipit: Fundamenta ejus in montibus sanctis, &c. cap. de Ascensu primæ portæ, quæ est porta virginalis, versùs Orientem, & de primo signo, quod est Aries, &c. inquit: Dicit enim Isidorus, lib. 12. Quòd Rhinoceros est tantæ fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur; sed asserunt, qui de naturis rerum scripserunt: virgo puella ponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille omni feritate deposita caput ponit, sicque soporatus, vel ut inermis capitur & jaculis interimitur. *Per Rhinocerontem, nempe dæmonem, possumus designare seu intelligere, qui per Virginitatem capitur, vincitur & ligatur*, &c. Lib. impress. Regij, anno 1501. in 4. Non ignoro, quòd hìc loquatur Auctor de Virginitate in communi, non verò expressè de Beata Virgine MARIA: sed cùm hæc ipsissima verba applicet Catholicon verb. Rhinocerons, fol. 255. Beatæ Virgini MARIÆ, non erit abs re sic ea intelligere & explicare; nam dæmon serpens antiquus seu peccatum originale, nulla mortalium arte potuit superari, quousque Anna aperto sinu concepit Virginem Virginum MARIAM, quæ ipsum vicit & ligavit. Expressiora non desunt. Hic Auctor adducitur ab Adversariis pro sua sententia; quare vide Radios Solis Veritatis.

JOANNES Genesti Cœlestinus, in libro Prolusio Theologica de morte Christi pro reprobis, cap. 3. fol. 22. adducit auctoritatem S. Thomæ ex dist. 44. art. 3. *Quomodò Beata Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali.* Parisijs 1647. in 8.

JOANNES Geometra, natione Græcus, in Hymnis de Beatissima Dei Genitrice, Hymno 1. inquit:

Gaude languores solvens fraudesque Tyranni,
Libertatis fons, integritatis honos.
Gaude Luna hilaris, nec habens cœlestia damna,
Plenior at Phœbo proxima facta tuo.

Et Hymno 2.

Salve ô Regeneratrix, cujus purissima radix
Stirps Charitum triplex, atque sata à Triade
Salve nata in lætis & vernantibus hortis
Arbor ab antiquo sanguine nata sno.
Salve Virgo, Dei data munere utriqueparenti,
Atque parente Deo, munus utrique datum.

Et Hymno 3.

Gaude, quæ Christo corpus mortale dedisti,
Gaude primævi libera labe patris.
Gaude, quæ abstergis vitij commenta nefandi, &c.

Alia quamplura sunt ibidem, quæ brevitatis causâ relinquimus, quia nobis sufficit illud:

Gaude primævi libera labe patris.

Vide alia ibi. Lib. impress. Coloniæ Allobrogum 1614. in folio magno sub titulo: Poëtæ Græci Veteres, à fol. 746. tom. 2.

Item, in Catena Græca in Lucam, cap. 1. ait: Spiritus itaque (inquit) superveniet, qui præparet Filio introitum, & præinhabitet & præpurget ipsi thalamum, vel potiùs exornet, *tametsi præpurum & præornatum.* Vide Eusseb. Nieremberg. lib. Except. cap. 13. folio 186.

JOAN-

JOANNES Germain, Cabilonensis Episcopus, edidit Latino Sermone Libros duos *de Conceptione Beatissimæ Virginis*, qui manusc. servantur Cabilonæ in Biblioth. D. D. Jacobi Nuchezii Præsulis Cabilonensis in fol. Vide Mar. in Appendic. ad Biblioth. & in Antist. Marianis folio 314. & Ludovicum Jacob. à S. Carolo, in lib. de claris Scriptoribus Cabilonensibus, lib. 1. fol. 11. & Ludovicum Jobert Societ. Jesu, in sua Biblioth. Mariana, ad annum 1460.

JOANNES Gerson, Doctor & Cancellarius Parisiensis, fecit *Sermonem de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* in 2. part. suorum Operum à col. 730. usque 742. Lib. impress. Parisiis 1606. & 1489. in folio, & incipit: Tota pulchra es. Item, *Quòd Beata Virgo MARIA, nulli peccato fuerit obnoxia, vel actuali, de quo non dubitatur, vel originali, sicut piè creditur, &c.* Et prosequitur de præservatione ipsius in sermone habito coram Concilio Constantiensi in Dominica, quâ erat festum S. Antonii, in tomo 2. suorum Operum, col. 332. ubi inter alia dicit: Undecima veritas; Christus *præservando Matrem suam ab originali*, non ob hoc dedit dignitatem æqualem sibi ipsi, etiam secundùm humanitatem viatricem. Ratio: quia nunquam Christus habuit necessitatem originale peccatum contrahendi, quia non descendit per naturalem propagationem; propterea ratio sumpta ex hac æqualitate, *quòd MARIA contraxit originale, prorsus est invalidâ*; similiter & altera, quòd Maria non indiguisset redemptione; nec valet Apostoli consequentia: Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Hoc (inquam) argumentum potiùs est ad oppositum: quia si Christus fuit omnium perfectissimus Redemptor mortem pro omnibus sustinens, decuit *quòd Matrem perfectissimè redimeret; hoc autem non potuit convenientiùs fieri, quàm præservando ne caderet, potiùs quàm lapsam relevaret.* Veritas hæc probabilis est & pia: superque mirum est, quòd nonnulli volentes Virginem benedictam super limites honorare, prædicant nihilominus, quòd contraxit originale, sicut unus, de quo infra.

Item, in Epistola de susceptione humanitatis Christi allegorica & tropologica in 1. to. col. 453.

Item, Sermonem unum *de Conceptione Virginis MARIÆ* in Ecclesia S. Germani habitum, in tom. 4. suorum Operum à col. 577. usque 592. incipitque: Tota pulchra.

Item, alium Serm. promeridianum incompletum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, tomo 4. col. 592. incipit: O Virgo dignissima.

Item, in Sermone de Nativitate Domini, col. 612. part. 4. sic ait: Et si Virgo Maria ab eo peccato & generali ista maledictione fuerit exempta; non video quid obsistat, *quo minùs ab altera præservata fuerit, quæ multò pejor est maledictione, à peccato scilicet originali, & quòd bene placuit præservari & excipi singulariter de hac maledictione, à qua sine dubio extitit præservata, &c.* Parisiis 1606.

Item, tertia parte suorum Operum, post sermonem de Nativitate Virginis Mariæ factum in Concilio Constantiensi, colum. 144. incipientem: Jacob autem genuit Joseph, &c. & recitatur in Evangelio præsentialiter lecto: Invocandam te judicamus in primis, ô Maria; ubi aliqua adducit pro ejus omnimoda puritate. Ad finem sermonis habet Carmina sub hoc titulo: Carmen ejusdem de diversa *immunitate à peccato Christi & Mariæ suæ*, in quibus sic ait:

Nostram dignatus naturam supposituræ
Filius æternæ salvificare volens,
Circulus ut fieret, conjunxit ad ima supremum,
Virginis esse salus absq; viro voluit.
Virgo caret culpâ peccati, pœna remansit;
Natus utrumq; tenet, attamen impariter.
Virgo necessariam naturæ lege subisset
Culpam, ni Dominus sanctificaret eam.
Sed caruit Christus prima sub origine culpâ,
Peccati pœnam sponte subire volens.
Ad pejus subjecta fuit non sponte MARIA,
Quamvis virtutis traxit ad obsequium.
Indiguit redimi non Filius, ergo redemptam
Perfectè fieri Matris honor voluit.
Copula legitima fuit, & semen benedicti
More sacro potuit festus & esse dies.
Omnis jam virtus primo decoravit ab ortu,
Certatim dotes quaslibet accumulat.
Edocuit noster sermo vulgaris ad ipsum,
Totam qui pulchram magnificavit eam.

Liber extat impress. Parisijs 1606. in fol.

Item, super Magnificat alphabeto 38. lit. G. inquit: Beatam respice primo modo, *dum ab instanti suæ creationis* initiatum est matrimonium cum æterno sponso Deo per arrham fidei, spei & charitatis & cæterarum virtutũ. Et in hoc Cantic. pulsem.

Item, in Epistola missa ad studentes Collegii Navarri Parisien. tomo 1. sic inquit: Tertius defectus acriter urget animum, qui noviter subortus non parvo dedecore in Universitatis gloria maculam ponit. Pluries itaque relatio fide dignorum mihi tam prope, quàm remotè degentiũ significavit deesse frequenter sermones in Universitate etiam Dominicales ad Clerum, quod nuper aliquid monstro simile & penè intolerabile semel accidisse visum extitisset. Cogor tunc ex hoc, tunc ex aliis quibusdam illam deflere scissuram miserabilem & mutilationem luctuosam partis non modicæ Universitatis Parisien. præsertim à sacræ Theolog. Facultate, cujus scissuræ causam præbuerunt illius de Montesono erroneæ, temerariæ & impiæ assertiones. Nolo, putet aliquis me hoc loco justificationem seu defensionem partis illius, quæ depulsa vel avulsa est susceptisse (Frat. Prædicatoloquor) viderint ipsi quid egerunt: ego enim fidenter & constanter affirmo condemnationem errorum præfati de Montesono rationabiliter & catholicè factam; quæ dum deferretur in Romanam Curiam, ego ipse Bacularius Curior tunc existens cum cæteris præexcellentissimis atque sapientissimis viris ab Universitate legatis, præsens interfui. Lib. impress. Parisiis 1521. in folio.

JOANNES Gezen, Abbas Vercellensis & Magister S. Antonii, in Serm. de Annuntiatione, dicit: Respexit humilitatem illius, quando per Angelum dixit ei: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, in cubiculo cordis, tecum in thalamo ventris, *tecum manet, tecum perseverat & à te nunquam recedit, &c.* Manusc. penes P. Joannem de la Haye Parisiis, apud Fratres Minores.

JOANNES Gillotius, Sancti Bernardi Abbatis Operum marginator & corrector, serm. 13. in Cœna Domini, col. 1358. extraxit Notulam sic: Nullus *sine peccato præter Matrem Domini nostri.* Extat impress. Parisijs 1632. in folio.

JOANNES Gintus, Ordinis Minorum Hispa-

nus, scripsit Sermonem eruditum : *Prædicado el dia de la purissima Concepcion*, en la santa Iglesia Cathedral de la Ciudad de Lerida, celebrandose el contento de las victorias conseguidas por las Armas de su Magestad, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1650. in 4.

Item, edidit Librum sub hoc titulo: Vida prodigiosa y felicissima muerte de la Madre soror Maria Salinas de la Orden de S. Clara en la Provincia de Aragon primero hija del Convento de S. Clara de Borja y despues fundadora del Convento de la purissima Concepcion y santa spina de la villa de Xetla. Impress. Cæsaraugustæ 1660. in 4. Et hoc modo loquitur semper; ut videre est folio 156. & 163. & 179. & 189. & 192. & 378. & alibi sæpe loquitur de mysterio Conceptionis.

JOANNES Giolitus de Ferrare Italus, in traductione Partus Virginis Sanazzarij, indicat *Virginem fuisse puram ab omni peccato*. Lib. impress. Venetijs 1588. in 4.

JOANNES Gobellinus, Vicarius Bononiensis, in libro Rerum memorabilium Pij II. Pontificis Maximi, recognito à R. D. Francisco Brand Picolomineo Archiepiscopo Senensi, &c. fol. 656. *pura Virginem MARIAM intemeratam*, &c. Lib. impress. Romæ 1584. in 4.

JOANNES Godinez Porzel, Poëta Hispanus, edidit Glossam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum alijs Baëzæ 1618. in 4.

JOANNES Gomezius Ferreira Hispanus, in lib. Fasciculus trium florum, & de triplici nomine Jesu, Mariæ & Joseph, de nomine Mariæ, fol. 54. *de Immaculata Deiparæ Conceptione*. Impress. Ulyssiponæ 1625. in 8.

JOANNES Gomez Vallejo, Presbyter & Commissarius Sancti Officij, die 4. Martij anni 1616. petijt coram Illustrissimo D. D. Petro de Castro & Quiñones Archiepiscopo Hispalensi, ut Confraternitas Sancti Petri ad Vincula ejusdem Civitatis emitteret votum *de tuenda Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione absq; peccato originali*; & obtinuit, ut constat ex charta impressa cum alijs Opusculis in 4.

JOANNES Gonzalez, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Expositione in Genesim, discurs. 7. cap. 7. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali*. Ita Sylvester de Saavedra, libro de sacra Deipara, disp. 16. sect. 14. num. 658. folio 350. & in quodam manuscripto, Auctore 7.

JOANNES Gonzales de Critana, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in lib. del Perfecto Christiano para levantar el espiritu à Dios: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali; atque de ejus Immaculata Conceptione* plura invenies, fol. 56. à tergo, & fol. 62. & fol. 80. & fol. 89. & fol. 114. in Oratione de Conceptione. Impress. Vallisoleti anno 1603. & Matriti 1649.

Item, in Sylva comparationum vel similitudinum, sic inquit: Ita ille ipse Deus Pater domicilium Filio unigenito in visceribus Beatissimæ Virginis paravit, ut nihil ibi esset nec levissimæ amaritudinis, quod puritatis Auctorem offenderet: eam enim puritatem debemus cõsiderare in B. Virgine *secundum recessum à peccato, qualis subDeo non posset considerari major*, &c. D. Thomas. Hujus Virginis *Conceptionem* deum nostræ redemptionis fuisse initium, Petrus Damianus testatur. Ita sicut margaritæ, quæ in mari nascuntur, nullam cum illo habent similitudinem, quia mare est cæruleum; margaritæ verò candidæ: mare triste & amarum, margaritæ amabiles & pulchræ; ita Maria in hoc mundi mari nata, cœlum potiùs imitatur in puritate, immo & Angelos ipsos, &c. fol. 177. & 178. Impress. Vallisoleti 1608. in 8. regali & Coloniæ Agrippinæ ann. 1608 in 8. regali.

JOANNES Gonzalez, Ordinis Prædicatorum, & primus sui Ordinis Theologicæ ac primariæ Cathedræ Moderator Academiæ Complutensis, scripsit cum alijs Patribus sui Ordinis Epistolam ad Summum Pontificem, circa celebrationem & officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in sua Religione observandum. Vide verb. Ludovicus de Aliaga, & Euseb. in lib. Excep. folio 515.

JOANNES Gonzalez de Sepulveda, Poëta Hispanus, in quadam Glossa *agit de præservatione Virginis à peccato originali:* cujus verba non transcribo, quia latè sunt in libro Sacrarij Toletan. folio 64. Impress. Matriti 1617.

JOANNES Grandis, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: En la solemnidad y *festivo dia de la Immaculada Concepcion de la Virgen Madre de Dios Señora nuestra MARIA*, estando manifiesto el Sanctissimo Sacramento del Altar, por ser la fiesta particular de ambos mysterios: celebrada en el Religiosissimo Convento de nuestra Señora del Carmen Monjas calzadas ve esta Ciudad de Granada. Serm. impress. Granatæ 1618. in 4.

Item, aliqui affirmant elaborasse Tractatum integrum *pro Immaculata Virginis Conceptione*: alii verò dicunt Tractatum non fuisse istius P. Carmelitani, sed alterius ejusdem nominis Franciscani, scilicet sequentis: at cùm prædictus Tractatus, seu opusculum nunquam pervenerit ad manus nostras, fides de Opere & Auctore sit apud referentes. Liber fuit compositus à Religioso Hispano: an autem fuerit Carmelita sive Minor parum refert.

JOANNES Grandis, Ordinis Minorum Hispanus, in serm. de Incarnatione in Ecclesia Granatensi, folio 9. vocat *Virginem MARIAM & ejus carnem semel & iterum purissimam*. Serm. impress. Granatæ 1630. in 4.

JOANNES de Gradibus, utriusque Juris Doctor Germanus, edi curavit opera Joannis Herolt, sive Discipuli Ordinis Prædicatorum, in quibus sermone de Conceptione, & in alijs dicit, *Virginem MARIAM immunem fuisse à peccato originali*, &c. Vide lib. impress. Nurtibergiæ 1520. in folio.

JOANNES de Gray, Scotus de Adguton, Artium & Theologiæ Doctor, in lib. Thesaurus Theologorum, part. 3. folio 13. agit *de Immaculata Virginis Conceptione* ex dictis aliquorum Doctorum v. g. Thomæ de Argentina, & Gorris. Lib. impress. Mediolani 1506. in 4.

JOANNES Grisel, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: Le mystere de l'homme Dieu, &c. tract. 2. discurs. 15. & 18. folio 350. agit latè *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ ac ejus à culpa originali præservatione*, per quinque sectiones Gallicè, sed doctè & perpulchrè. Lib. impress. Parisiis 1654. in folio.

Item, in Sermonibus Adventualibus, fol. 180. adducit Sermonem *pro festo Immaculatæ Conceptionis Virginis*. Impress. Parisiis 1656. in 8.

JOANNES Gritsch vel Gritoc, Ordinis Minorum Basileensis, in libro : Quadragesimale unà cum registro Sermonum de tempore & de Sanctis, serm. feriæ 2. post Dominic. Judica, id est, de Passione, qui est in ordine 34. littera M. inquit : Aqua currens per terram amaram & sulphuream sic emanans est etiam naturaliter amara; sed aqua emanans de terra pura & sabulosa, fit dulcis & clara; sic fons sapientiæ, qui de terra humili, scilicet purissima Virgine emanavit, scilicet *benedicta MARIA, nihil austeritatis vel amaritudinis vel luctuosæ fœditatis contrahere potuit:* imò fons ille erat plenus omnis claritatis & fœcunditatis, de quo Genes. 2. Fons egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Paradisus ille significat Virginem gloriosam MARIAM, *quæ procul dubio in oriente lucis gratiæ fuit sita, puritate amœnissima, aquis gratiarum irrigata, &c.* Hæc omnia MARIÆ Immaculatam puritatem ac præservationem signant & indicant. Vide etiam serm. 45. in die Parasceves, §. Quantùm ad primam partem, col. 4. Et in eodem libro ad finem, in Indice festivitatum adducit elenchum concionatorium *pro Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Lugduni 1492. in 4. & 1497. etiam in 4. & 1484. in folio.

JOANNES Gropperus, Archidiaconus Colonienſis, in lib. Institutio Catholica, elementa Christianæ pietatis succincta brevitate complectens, in Explicatione salutationis Angelicæ, à fol. 35. *Quòd Virgo MARIA fuit gratiâ plena, numquam corrupta, quæ contrivit caput serpentis; de qua, cùm de peccatis agitur, nulla fieri debet mentio,* &c. Lib. impr. Coloniæ 1554. in 12.

JOANNES Gruzzuskius, Societatis Jesu, *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* indicem concionatorium, in lib. de Ultima & maxima hominis mutatione, sive, mystica cum Deo unione. Impress. Vilnæ 1644. in 4.

JOANNES Gualterius Belga, in Chronicon Chronicorum Ecclesiastico-politico, in kalendario Ecclesiastico, pag. 1332. inquit : *Conceptionis B. MARIÆ festum* instituitur anno 1447. à Sixto IV. Et infra in Martyrologio Romano, fol. 1433. referens festivitates B. Virginis, primo loco ponit ejus *Conceptionem.* Impress. Francofurti, anno 1614. in 4. Vide etiam fol. 143.

JOANNES Guerrero de Espinar, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo : Informacion de concordancias de derechos y Auctores de ellos, con lugares Theologos, y de Escritura, *en favor del mysterio de la limpia Concepcion de la Sacratissima Virgen MARIA Madre de Dios, y Señora nuestra concebida sin peccado original,* &c. Impress. Matriti 1630. in 4.

JOANNES Gundisalvus Hispanus, in libro dicto: De las Cannias de NuestraSeñora, vel Thesoro general de Historia, in Tractatu de Nativitate MARIÆ, inquit :

E logo que foi viva
No corpo de sa Madre
Foe quitado peccado
Que Adam nosso Padre
Fecera per consello
De aquel que pero ladre
Por nos levar comsigo
A parte lle serrada, &c.

Extat in duobus tom. in Bibliotheca Scoriali Plut. VI. lit. 5. num. 5.

JOANNES Gundisalvus de la Torre Hispanus, in libro dicto: Dialogo llamado consuelo de afligidos y encarcelados, &c. in vita B. Virginis inquit:

Ya la Virginal Madre preservada
De la culpa original desde ab initio, &c.

Extat in Bibliotheca Scorialí pluteo IV. num. 14. in 4. & hoc dicit alibi sæpe.

JOANNES Guon, Monachus & Abbas vallis B. MARIÆ in Francia, Doctor Parisiensis Ordinis Cistercienſis, edidit versibus fluidis *de Conceptione Beatæ MARIÆ* Libros tres. Prodierunt Parisiis ex Typographiâ Joannis Palant; & vixit anno 1589. Ex Bibliotheca Cistercienſi Caroli de Visch, fol. 223. & citat Philippum Seguinum.

JOANNES Gutierrez, Ordinis Minorum Hispanus, elaboravit cum alijs Armamentarium Scraphicum *pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Matriti 1648. in fol.

JOANNES Gutierez, Decanus Hispanus, fundavit in civitate Segovienſi *festivitatem Conceptionis Virginis MARIÆ* ad annum 1362. ut constat ex instrumento originali cum duplici sigillo appenso existente apud D.D. Gasparem Ibañez Marchionem de Agropoli, tenoris sequentis: Sepan quantos esta carta vieren como nos D. Juan por la gracia de Dios y de la santa Iglesia de Roma, Obispo de Segovia, estando concuso Juan Gutierez Dean y el cabildo de la S. Iglesia ajuntados en el cabildo por la campana tañida, segun que es uso y costumbre de la dicha Iglesia; vista y oyda la denunciacion que nos fue fecha en como en la dicha Iglesia no se solia facer *la fiesta de la Concepcion de Santa MARIA,* y que Gonzalo Gutierez Canonigo de la dicha Iglesia pidiera merced à D. Fr. Gonzalo de buena memoria Obispo que fue de Segovia nuestro anteceſor y à los dichos Dean y cabildo que la tubiesen por bien de la facer de cada año, y el que la dotase lo mas ayna que pudiese, pero que en tanto para en su vida quedase decada año à los dichos Dean y cabildo ciento y veinte maravedis, &c. Deinde recipiunt & fundant festivitatem solemnem in perpetuum prædictæ Conceptionis. Extat in charta policea & antiquis characteribus subscripta die ultima Decembris, anno 1362.

JOANNES Gutierrez de Estremera, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in libro: De las Grandezas del nombre de Jesus, lect 2. cap. 31. fol. 294. Quòd Virgo Maria fuit completa & *consummata in suprema gratia* plusquam omnes creaturæ; quam etiam vocat *puppim* post Christum Dominum, &c. Impress. Compluti 1614. in 4.

JOANNES Haelgrinus sive Algrinus, Ordinis Cluniacensis Gallus, Archiepiscopus Bisuntinus ac S. R. E. Cardinalis, in explicatione Cantici Canticorum Salomonis, quæ cum Thoma Cistercienſi circumfertur, ad illud: Sicut lilium inter spinas, sic in Christi persona inquit: Sicut lilium spinis est incomparabile; sic inter filias hominum nulla Matri meæ comparabilis inveniturtur; *omnes enim aliæ spinas habent, ista inter ut lilium sine spina.* Item, ad illa verba: Surge, propera amica mea, &c. inquit: Surge, formosa mea, *tota pulchra in qua non est macula, &c.* Item, ad illud: Hortus conclusus, Soror mea, &c. inquit: Hunc Paradisum sic concluſit Dominus, *ut nullis hostis malignus*

tus parvit ingressus; nec sanctus semel, sed etiam iterum vocatur hortus conclusus, & est iteratio veritatis confirmatio. Concluſit autem hunc hortum tota Trinitas, quoniam potentia Dei Patris munivit Virginem contra diaboli violentiam; sapientia Filij contra hostis fraudulentiam; bonitas Spiritus Sancti eiusdem malitiam, &c. Item, ad illud: Messui myrrham meam, inquit: Illa myrrha electa est, quæ sine vulnere amaram carnis mortificationem designat, quam profert anima nullo peccati vulnere sauciata. Talem myrrham messuit Dominus in Beata Virgine, *quæ licet vulnus peccati non haberet*, se ipsam multipliciter magnificare curavit, &c. Item, ad illa verba: Ego dormio, affirmat quòd *Virgo fuit libera à jugo servitutis peccati, & maledictione*. Vide ibi. Lib. impress. Parisijs 1525. in fol.

JOANNES Harel, Ordinis Cistercienſis & Abbatiæ B. Mariæ de Firmitate Religioſus, ſub Præſide M. Petro Boucher Doctore Pariſienſi ejuſdemque Ordinis & Monaſterij Abbate, in Aula Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. D. Archiepiſcopi Pariſienſis die 25. Octobris, anno 1660. ſuſtinuit, *Virginem MARIAM non contraxiſſe actu peccatum originale, ſed ſpecialis miſericordia ab illo communi naufragio præſervatam fuiſſe*, &c. in Concluſionibus impreſſis in charta expanſa eodem anno.

JOANNES de la Haye, Ordinis Minorum Gallus, *in feſto Conceptionis ſemper Immaculatæ Virginis* indicem concionatorium ſuper Geneſim. Impreſſ. Lugduni 1638. in fol.

Item, *de Conceptione Virginis MARIÆ* indicem concionatorium, tom. 1. in Exod. Pariſiis 1648. in folio.

Item, in lib. Alexandri Alenſis in Apocalypſim S. Joannis, de maximâ Alexandri in Deiparam pietate, *& pro Immaculata ejus Conceptione* erudita Apologia, Caput unum, quod in vita ejusdem Alexandri eſt in ordine 8. Impreſſ. Pariſijs 1647 in fol.

Item, in lib. Biblia magna, tom. 4. *de Conceptione Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Impreſſ. Pariſijs 1643. in folio magno.

Item, tomo 1. in Geneſim, cap. 3. verſ. 15. concept. 477. *Quòd Beata Virgo longè expulit à ſe peccatum originale*, folio 332.

Item, tomo 2. in Geneſim: *Quòd natura in Conceptione Virginis MARIÆ ceſſit gratiæ*. Impreſſ. Pariſijs 1643. in folio.

JOANNES de la Haye Servitus, Societatis Jesu Gallus, in libro: Triumphus veritatis, tomo 1. fol. 26. capite 4. de Evangelio *in Conceptione* & Nativitate Beatæ Virginis, uſque ad folium 46. Impreſſ. Duaci 1609. in folio.

Item, in libro dicto: Evangeliſtarum quaternio, ſeu: Evangelicæ hiſtoriæ diſpoſitio, in indice Evangelicarum lectionum, *in Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Evangelium.

Item, in diſpoſitione Evangelicæ hiſtoriæ, cap. 4. folio 4. *in Conceptione* & Nativitate Beatæ Mariæ Virginis Evangelium. Lib. impreſſ. Duaci 1607. in 4.

JOANNES Heneſtroſa, Eques torquatus Hiſpanus, ſcripſit *Cantionem de illibata Conceptione Virginis MARIÆ*, quam adducit Alph. Ferriol, fol. 73.

JOANNES Herolt vel Veroalt, Ordinis Prædicatorum, vulgariter Diſcipulus dictus, ſermone *de Conceptione Sanctæ MARIÆ Virginis* in ordine 5. fol. 11 ſuper illud: Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus, habet ſequentia: Unde in præſenti ſermone tria ſunt dicenda: Primum, quare hodiernum feſtum ſolemniter eſt celebrandum. Secundò de utilitatibus, quas conſequuntur homines celebrantes hoc feſtum. Tertiò, aliqua dicenda ſunt pro informatione ſimpliciũ. Quantùm ad primam partem, ſciendum quòd hodiernum feſtum ſolemniter eſt celebrandum. Primò propter glorioſam & Beatam Virginem Mariam, *quæ hodie initium ſumpſit quãdo concepta eſt in utero matris ſuæ, & hodie ſanctificata eſt, & præſervata præ omnibus Sanctis*. Secundò propter noſmetipſos, quia hodie initium noſtræ ſalutis incœpit, *quando Beata Virgo concepta eſt & præſervata*, &c. Quòd autem *Beata Virgo MARIA in Conceptione præſervata eſt ab originali peccato*, patet tripliciter. Primò auctoritate ſacræ Scripturæ. Unde in verbis thematis dicitur per Prophetam: Sanctificavit tabernaculũ ſuum Altiſſimus. Item, Pſal. 131. Paravi lucernam Chriſto meo. Unde Beatus Bernardus Doctor mellifluus: Ptoculdubio ſancta fuit Virgo Maria, antequam nata. Secundò probatur ſic ratione: quia pretioſum theſaurum, ſcilicet ſuum unigenitum Filium Deus Pater in ejus utero non poſuiſſet, *niſi munda & præſervata ab omni labe fuiſſet*. Tertiò probatur exemplis: nam ſi Hieremias Propheta in utero matris ſuæ fuit ſanctificatus, ut Chriſtum nuntiaret futurum & naſciturum; multò magis & ipſa. Item, Joannes Baptiſta, ut Chriſtum natum digito demonſtraret & baptizaret, *multò magis præſervari & ſanctificari meruit Beata Virgo MARIA*, ut eſſet digna ipſum Chriſtum concipere, & ipſum de ſuis viſceribus generare. Et ſi iſti tres SS. in utero matris ſunt ſanctificati; quare non magis poſſibiliter Maria Mater ejus ipſum portans? Sed quæris, quomodò ſanctificatio Mariæ præcellit ſanctificationem aliorum Sanctorum? Reſpondetur, quòd in tribus excellit. Primò in temporis celeritate; Hieremias enim non longè ſanctificatus eſt, antequam natus. Unde dicitur Hieremiæ 1. Antequam exires de ventre ſanctificavi te. Sed Joannes Baptiſta ſexto menſe ſanctificatus eſt; quando ſcilicet Maria viſitavit Eliſabeth, exultavit infans in utero ejus. Hæc exultatio, ſecundùm Gloſſam, fuit quoddam gaudium, quod percepit ex præſentia Chriſti, & ex gratia & influentia ſanctitatis. *MARIA Virgo, immediatè poſtquam anima infuſa eſt corpori, ſanctificata eſt*, &c. *Unde hodie perfectiſſima anima à Deo Patre creata eſt*, quam purus homo à Deo habere potuit, intellectu acutiſſima, & alijs potentijs nobiliſſima, *quæ velut Regina à Deo miſſa eſt in corpuſculum Virginis* &c. Quantùm ad ſecundam partem ſermonis iſtius, ſciendum, quòd dignè celebrantes hoc feſtum, quinque utilitates conſequuntur, &c. Refert illas latè & ſunt ſcitu digniſſimæ. Ex his omnibus jam dictis patet, quòd quilibet Catholicus, qui illas quinque dignitates vult obtinere à Beata Virgine, *ſolemniter feſtum ipſius Conceptionis debet celebrare*, & quicumque reculat hoc feſtum, quod eſt initium Beatæ Mariæ Virginis & exordium ſalutis noſtræ ſolemniter celebrare, talis non eſt verus Amator Virginis Mariæ. Unde Anſelmus: Non eſt verus amator Virginis glorioſæ, qui reſpuit colere diẽ Conceptionis ejus devotè. Sciendum tamen, ſecundùm Jordanum, ad celebrandum hoc feſtum devotiſſimum, oportet intentionem ordinatè dirigere, ut non referatur intentio ad Conceptionem carnis, quia illa maſſa non eſt ſuſceptibilis gratiæ, ſed ſo-

la anima; unde intentio referenda est ad illam Conceptionem, *quâdo anima infusa est unita corpusculo & in eodem instanti sanctificata est*; & hæc sanctificatio non est facta ista die, quâ solùm fuit Conceptio Virginis, sed postea quadragesima sexta die: quia circa tale tempus secundùm Philosophos massa carnis in utero animatur. Sed quæritur, quare tunc hodie celebratur, & nonilla die quando anima unita est corpori? Respondetur secundùm Jordanum: Hoc festum hodie celebratur, non quia Beata Virgo MARIA hodie gratiam Dei suscepit; sed quia hodie suscepit habere tale esse, quod est via ad esse perceptibile gratiæ. Alia ratio est, quare potiùs hodie celebratur hoc festum Conceptionis: quia revelatũ fuit per Beatam Virginem MARIAM sexto Jdus Decembris, sicut patet in tribus exemplis in Legenda hujus festivitatis.

Item, in Sermone de Beata Virgine MARIA in ordine 162. folio 608. sic inquit: Quantùm ad primum, sciendum quòd prima dignitas MARIÆ est, quòd eam ab omni peccato mortali, veniali & *originali mundavit & custodivit*. Rari sunt qui sibi caveant ab omni peccato mortali; rariores sunt qui caveant à veniali; rarissimi qui nascantur sine originali. Ideo rarissimi, quia non inveniuntur nisi tres in novo testamento, scilicet Christus, Beata Virgo MARIA & B. Joan. Baptista. De Virgine enim MARIA dicitur, Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te*: ipsa enim fuit pulchra, quia ab omni peccato mortali pœnitus alienas *fuit tota pulchra, quia in carne & anima à peccato originali mundata*; fuit sine macula, quia ab omni veniali immunis effecta. Probat hæc dictis SS. Bernardi & Augustini.

Item, sermone 164. In nullo enim Sancto Spiritus plenè requiem habuit, nisi in Christo & Virgine MARIA; quia in aliis Sanctis habuit aliquod repugnans, saltem peccatum veniale; in Christo autem & Virgine MARIA nihil repugnans invenit, & ideo perfectè ibi requievit, &c. Lib. impres. Venetiis 1584. in 4. & Nurembergæ 1520. in folio, & alibi.

Item, in lib. de Eruditione Christi fidelium, in expositione Salutationis Angelicæ, inquit: Primum est, quòd ipsa fuit speculum totius munditiæ; quod notatur per hoc quod ibi dicitur: *Ave, id est, sine væ alicujus culpæ, sive maculæ: fuit enim sine macula in corpore & sine culpa in mente*, &c. Lib. imp. Coloniæ 1504. in 4. Existimo, quòd hic fuerit quem P. Franc. Maria vocat Joannem Esselium.

JOANNES Hertogh, Societatis JESU Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia, habitis Antuerpiæ 11. Augusti 1648. fol. 4. Thesi 6. de Peccato originali, defendit hanc Conclusionem: Porrò quamvis ea labes universalissima sit, *B. tamen Virginem, maternitatis Dei titulo, adeò illâ nunquam infectam fuisse statuimus, ut ne ejus quidem debitum peccando in Adamo contraxerit: & hoc ipso perfectiùs à Filio redemptam, quo meritis ejus præservata est*. Impress. ibidem eodem anno in 4.

JOANNES Hesselbach, Doctor Germanus, in libro Sermonum seu Postillarum, folio 78. adducit Sermonem *de Immaculata Conceptione*, &c. Impress. Asatemburgi, anno 1622. in folio.

JOANNES Hessels, Doctor Regius Lovaniensis, in libro: Brevis ac Catholica Symboli Apostolici explicatio, &c. in explicatione Salutationis Angelicæ, capit. 7. de innocentia Matris Christi, folio 122. inquit: Cùm hæc Virgo ex damnata generis humani massa more aliorum hominum orta sit, similiter aliis impiis scelerata vitæ fuisset, & ad diaboli societatem post mortem descendisset, nisi eam Filii sui eripuisset adventus, *per quem ei tanta gratia donata est, ut Sancto Spiritu repleretur adhuc ex utero matris suæ, & sanctificaretur antequam nata*: si enim Joanni Baptistæ hoc concessum est, sicut annuntiavit Gabriel Zachariæ; utique in Matre sua, per quam salus omnibus peraratur, hoc primò operatus est Christus; imò quamquam MARIA ex Adam mortua sit propter peccatum Adæ, tanta tamen innocentia vitæ ei collata est per gratiam, ut diceret de ea insignis Prædicator humanæ miseriæ gratiæque divinæ: Excepta Sancta Virgine MARIA, de qua propter honorem Domini, &c. Et infra ait: *Quòd Virgo ab omni fuit integra labe peccati*, &c. Impress. Antuerpiæ 1566. in 8.

JOANNES Hieronymus Angesto, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro intemerata Virgine Deiparæ Conceptione*. Impress. apud Sanct. Zegueram lib. de Concep. fol. 164.

JOANNES Hieronymus Rossati, Doctor Iesus, vocat *Conceptionem Sanctissimæ Virginis MARIÆ Immaculatam* in approbatione libri Joannis Caroli Coppolæ Abbatis, de MARIA concepta. Impress. Florentiæ 1635. in fol.

JOANNES Hieronymus Serra Hispanus, in libro: Constituciones de la Congregacion y hermandad de nuestra Señora del Refugio y Piedad, statuto 1. folio 4. inquit: Primeramente se ordena y establece, que este debaxo de la protection y amparo de la purissima Virgen nuestra Señora. En conformidad de loqual haviendose hecho dos suertes entre sus festividades para tomar por advocacion la que fuese mas de su servicio, *le cupo en ella la de su Immaculada Concepcion*, y parecio, que se llamase la hermandad de nuestra Señora del Refugio y Piedad, &c. Impress. Matritii 1627. in 4. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

JOANNES Hieronymus Sopranus, Societatis JESU Italus, scripsit quæstionem: *Verum possit ab Ecclesia diffiniri præservatio Beatæ Virginis MARIÆ ab originali?* in Tractatu quem manuscr. vidit R. P. Hippol. Marrac. ut ipse refert in Bibliotha. fol. 740. & Franc. Maria, fol. 157.

JOANNES de Hildesheim, Ord. Carmelitarum, & discipulus S. Petri Thomasij Patriarchæ Constantinopolitani, in libro de Principio Ord. Fratrum gloriosissimæ Dei Genitricis MARIÆ contra detractores, cap. 14. ubi assignat rationes cur Carmelitæ vocentur Fratres Beatæ Virginis MARIÆ: Considera (inquit) quantùm ad istud propositum, quòd ad hoc Reverendissimi Domini Cardinales respicientes, à multis temporibus consueverunt in Romana Curia visitare Conventum nostrum *in festo Conceptionis gloriosæ Virginis*, venerantes in hoc Patronam Ordinis, sicut venerari consueverunt Beatum Dominicum in ipsius festo, & Sanctum Franciscum in suo, ac Sanctum Augustinum in suo, &c. Sic Daniel à Virgine MARIA Carmelita in Vinea Carmeli cap. 24. fol. 219.

JOANNES de Hisdinio, Doctor Parisiensis scripsit Sermonem sub hoc titulo: Sermo factus Parisijs in Domo Minorum, *de Conceptione Virginis*. Thema:

Thema: Et erit vas in honorem sanctificatum & utile, &c. Est in Bibliotheca S. Vedasti Benedictinorum antiquissimis characteribus scriptus, nu. 15. lit. C. in quo latè de præservatione ab originali. Item, ibidem in Sermone de Nativitate, sub hoc titulo: Hunc Sermonem brevem debui facere coram Papa Innocentio VI. die Nativitatis B. Mariæ 1362. Sed quia fuit infirmitate præventus, quâ mortuus est, feci eum coram Cardinali Guilielmo tituli B. Mariæ in Cosmedin Diacono Cardinali, & incipit: Quasi flos egredietur, &c. Et post pauca sic dicit: Ipsa namque in utero sanctificata, sancta exivit, & sancta permansit, &c. & adductis auctoritatibus Bernardi, & Augustini de Natura & Gratia, prosequitur sic: Ergo ipsa fuit *sine originali peccato concepta, & in utero ità sanctificata.* Quapropter Isaias sibi dicebat: Manè semen tuum florebit, *quia ab suæ Conceptionis sanctificata fuit*, ipsa respondente Eccl. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis, &c. Advertè modum loquendi antiquorum circa vocem sanctificationis, & qualiter eâ utebantur.

JOANNES Hofmeisterius, Ordinis Sancti Augustini Germanus, in Commentarijs in Sanct. Lucam, cap. 1. ad illa verba: Ave gratiâ plena, folio 247. inquit: *Sic cum diva MARIA fuit Dominus, ut eam ab omni labe peccati tam originalis, quàm actualis præservavit, ut ne per momentum quidem sub potestate sathanæ fuerit*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1572. in 8.

Item, in lib. Homiliarum, Homil. de Annuntiatione, folio 101. inquit: Deus quidem ubique est potentiâ suâ, sed non dicitur ubique esse gratiâ, favore & donis spiritualibus. Annuntiatur ergo ab Angelo esse cum Maria non tantùm potentiâ, quâ omnia administrat & gubernat, verùm etiam clementiâ, gratiâ, favore & multis donis suis. *Sic fecit Dominus cum diva Virgine, sicut cum nulla alia creatura fuit, aut erit unquam.* Sic fuit cum Maria Dominus, ut eam gratiâ redderet plenam, &c. Hæc universalis gratiæ plenitudo comprehendit omne tempus & instans vitæ Mariæ igitur & Conceptionis momentum. Item, infra fol. 103. inquit: Est & aliud observatione dignissimum, illud videlicet, quòd dicit Angelus sanctum quid nasci ex diva Virgine Maria: hoc enim præter naturam (quatenus scilicet corrupta est) humani muneris fit: omnes enim in genere nascimur filij iræ, & (ut Job ait) immundi de immundo concepti semine: *MARIA verò, ipsa nonnesum sancta & munda per Dei gratiam* ex se Sanctam genuit, non in peccatis conceptum, nec in iniquitatibus coalitum, sed mundum, &c. Hic haud obscurè innuit, quòd Virgo Maria fuit sancta & munda per Dei gratiam à peccato illo, & corruptela naturæ, à qua nemo liber nisi solus Christus.

Item, infra sermone de Visitatione, fol. 239. vocat *Virginem MARIAM illibatam, purissimam, & conterentem caput antiqui serpentis*, &c. Lib. impress. Parisijs 1560. in 8.

JOANNES Horolanus, in Kalendario Ecclesiastico ad diem octavam Decembris agit *de institutione festivitatis Conceptionis MARIÆ*, fol. 1332.

Item, in Martyrologio Romano inter festivitates Virginis Mariæ enumerat primam *Beatissimæ Virginis Conceptionem*, fol. 1433. Lib. impress. Francofurti, sub titulo Chronici Chronicor. Ecclesiast. ann. 1614. in 8. magno.

JOANNES Hoserodani, Monachus Affligemiensis Cœnobij, in Sermonib. de Tempore & de Sanctis, Epistola ad Lectorem: Mirabere fortassis quisquis lecturus es hosce nostros Sermones &c. Et opus incipit: Hora est jam nos de somno surgere. Somno mens cœcatur, oculus obtenebratur &c. Et prope principium adducit Sermonem *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, & incipit: Domine Jesu Christe hujus linguæ meæ superitioris vinculum dissolvetur, ut vel lucidiùs, tum contemplatiùs de Divæ Virginis Mariæ enarranda Conceptione aggrediar, &c. Et prope finem, sic inquit: Quæ proxima est, tota speciosa est. Cæterùm ne vel quis diffisus fuerit, asserens Divam Virginem non dici totam pulchram, sed originalis peccati rubigine depravatam, exaudiat non meam, sed sanctissimorum, sed Doctorum, potissimùm Doctoris Irrefragabilis Alexandri de Hales sententiam de ejusmodi sensu verba prælibata extorquentem: *Tota pulchra es per gratiæ pulchritudinem, amica Dei altissimi, Mater dilectissima, & macula non est in te, nec originalis nec venialis*, &c. Extat liber MS. in insigni Monasterio Viridis-Vallis prope Bruxellas Canonicorum Regularium S. Augustini in 8. antiquis characteribus.

JOANNES Houdemius, Ordinis Minorum Anglus Doctor Theol. de his, quæ in veteri Testamento adumbrant *Beatam Virginem, in festo Conceptionis* Hymnum unum.

Item, in libro Christiados Rhythmicæ à P. Philippo Boskhieri impress. lib. 1. sic inquit:

Quæ Conceptu sola non laberis,
Partu pœnâ nullâ deprimeris, &c.

Impress. Luxemburgi 1603. in 12.

JOANNES Humbelot Gallus, in Icone depicta Virginis Mariæ & S. Annæ, excusa verò à S. C. Baudam, habet hæc verba: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecum; benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit S. Anna mater tua, *ex qua sine macula & peccato processisti Virgo Mater*, &c. Alexander VI. Pontifex Maxim. ann. 1494. concessit recitantibus prædictam Orationem 30. mille annos indulgentiarum.

JOANNES Hurtadus, Ordinis Cistercienſis Hispanus, in Sermonibus Adventualibus *de Conceptione sanctissimæ Virginis MARIÆ Sermones duos*, à fol. 122. usque 170. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1641. in 4.

JOANNES Hurtadus de Mendoza, Ordinis Prædicatorum, in lib. Historia de la sanctissima imagen de nuestra Señora de Atocha, &c. in prologo, inquit: Si à los gueſos y cenizas desus siervos, que fueron pecadores, da Dios virtud y honra tanta, que hacen muchos y espantosos milagros (como de las historias de la Iglesia nos es manifiesto) como es depensar, que no la de, y en mayor abundantia *à la Virgen Sanctissima su Madre, quæ nunca supo pecar*, y à las Imagenes por ella escogidas? Lib. impress. Matriti 1604. in 8.

JOANNES Jacobus, Archiepiscopus Salisburgensis, in Manuali Parochorum & aliorum curam animarum habentium, &c. folio 430. de Festivitatibus observandis, inquit: *Conceptionis, seu Sanctificationis Beatæ Virginis MARIÆ, quod usque ad meridiem in foro tantùm celebratur.* Lib. impress. Ingolstadij 1582 in 4.

JOANNES Jacobus Ferrarius, Canonicus Italus, in libro: Brevi considerationi supra i Mysterij del sacro Monte di Varalli, &c. capella 48. *vocat Virginem MARIAM Immaculatissimam*, & ibidem adducit imagines Immaculatæ Conceptionis. Impress. Varalli 1611. in 8.

JOANNES de Janua sive Januensis, Ordinis Prædicatorum Italus, in illo insigni Libro dicto Catholicon, verb. MARIA fol. 190. loquendo de MARIÆ claritate, inquit: Unde & MARIA illuminatrix, sive stella maris interpretatur, quia genuit lumen mundi. Sermone autem Syriaco MARIA Domina nuncupatur: & hoc pulchrè, quia omnium Dominum genuit, *& fuit Virgo MARIA ante sancta, quàm nata ex utero; & scias quòd sanctificatio Virginis excellentior fuit sanctificationibus aliorum.* Quod sic patet: in sanctificatione enim quæ fit per legem communem, in Sacramentis tollitur culpa, sed remanet fomes secundùm quod est inclinans ad peccatum mortale & veniale: sed in sanctificatis ex utero non manet fomes secundùm quod est inclinans ad mortale, sed tantùm remanet inclinatio fomitis ad veniale, ut patet in Hieremia & Joanne Baptista, qui peccatum actuale habuerunt, non autem mortale, sed veniale; sed in Beata Virgine inclinatio fomitis omnino fuit ablata & quantùm ad veniale, & quantùm ad mortale; & quod plus est, gratia sanctificationis, ut dicitur, non tantùm repressit motus illicitos in ipsa, sed etiam in aliis efficaciam habuit: ita ut quamvis esset pulchra corpore, à nullo unquam viroſe concupisci potuit, &c. Hanc auctoritatem citant Adversarii pro se, sed immeritò; quia hîc nihil dicitur contra nos, neque pro nobis; solùm enim dicit quòd B. Virgo MARIA fuit ante sancta, quàm nata ex utero, & quòd ejus sanctificatio fuit excellentior sanctificationibus aliorum. Totum hoc neque Adversarii, neque nos negamus. Controversia erat, an fuerit sanctificata in primo instanti animationis, vel post aliquod tempus? de quo puncto nihil hîc Januensis; sicque ex aliis locis exploranda erit ejus mens & sententia.

Item, verb. Obumbro, fol. 210. sic inquit: Obumbro ex ob & umbro umbras componitur, Obumbro obumbras, id est, undique umbrare, vel refrigerare. *Unde Angelus Lucæ 1. ad MARIAM V. ait: Virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c.* Neque hæc verba juvant Adversarios, sed potiùs sunt pro nobis: nam si Virgo MARIA undique fuit obumbrata virtute & gratiâ Spiritus Sancti; igitur & in sua Conceptione. Quomodò enim verificari potest, quòd fuerit undique obumbrata, si à parte principii fuit derelicta, vel ab umbra & refrigerio Spiritus Sancti discooperta, ut æstus peccati originalis eam tangeret? Hæc ergo auctoritas magis est pro nobis, quàm contra nos.

Item, verb. Virtus, folio 305 inquit: Nolo etiam te ignorare, quòd in tota Ecclesia est plenitudo copiæ, quia nulla gratiarum ei deest; cùm sit in aliquo membrorum suorum: de qua plenitudine dicitur ad Ephesios cap. 4. Ut adimpleret omnia. Alicui data est gratia, quâ non solùm mortalia omnia, sed etiam venialia omnia repelleret; *& hæc est plenitudo specialis prærogativæ, quæ fuit in Beata Virgine, secundùm quam plena fuit Domino*, ut & nihil in ea esset, quod ad Deum non ordinaretur. Sed Christo ulteriùs data est gratia perficiens ipsum non solùm quantum ad omnes virtutes, sed etiam quantum ad omnes effectus gratiæ gratis datæ; & iterum ad omnem peccati remotionem non solùm actualis, sed etiam originalis, & potentiam peccandi, non enim peccare potuit: & hæc est plenitudo singularis Christi, &c. Ex quibus verbis patet, quomodò Januensis confirmat in Ecclesia duplicem plenitudinem gratiarum, aliam specialem, quæ fuit MARIÆ, aliam singularem, quæ fuit Christi: & hanc duplicem plenitudinem distinguit in hoc, quia Virgo MARIA ita fuit plena Domino, ut nihil in ea esset, quod ad Deum non ordinaretur; & si nihil, igitur ejus Conceptio ordinata fuit: alioquin aliquid esset in MARIA, quod ad Deum non ordinaretur, sed ad peccatum. Plenitudo verò Christi ultra hoc, habet alia multa, nempe omnes usus & effectus virtuum, & gratiarum gratis datarum, scilicet quòd fuerit Sacerdos, Mediator, Reconciliator, Redemptor, &c. quod non habuit plenitudo MARIÆ. Insuper plenitudo Christi habuit omnem remotionem peccati tam actualis, quàm originalis; quia non habuit, nec habere poterat potentiam neque proximam, neque remotam peccandi, utpotè per naturam impeccabilis: at Virgo MARIA non habuit hanc remotionem à peccato actuali, quia poterat peccare tam actualiter, quàm originaliter, nisi per specialem gratiam fuisset præventa & præservata: sicque docte & eruditè vocat Januensis plenitudinem MARIÆ specialem, quia per specialem gratiam ei concessa est; plenitudo verò Christi est singularis, quia nulli alteri potest convenire; quæ verò specialis est, potest. Ex dictis judico, quòd Januensis pro nostra stet sententia, quidquid Adversarii dicant, de quo latè in nostro Sole Veritatis, & in Radiis ejusdem.

JOANNES Jangeon Lotharingus, in Carmine in laudem B. Virginis, inquit: Candor est æternæ lucis, *Speculum sine labe* conterentis sathan caput, &c. Est hoc Carmen in libro Conceptum Theologorum R. Maufredi. Impress. Parisijs 1624 in 8.

JOANNES à JESU MARIA Carmelitanus, tomo 3. suorum Operum in tractatu de Amore cultuque Reginæ cœli, parte 1. capite 4. de puritate Virginis, fol. 186. inquit: Sanè quod ad corpus attinet, Virginitas illa cæterarum Virginum candorem immenso nitet excessu, qui conceptui partuique candoris, ipsius Verbi scilicet æterni congruere possit. *Quòd verò ad animam spectat, perfectissimæ divinitati finitima puritas est, quæ omnino decuit eam quæ Dei Verbum altiùs concepit mente quàm corpore, & nulâ unquam culpæ nebulâ obducta fuit*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1621. in fol. & Romæ 1615. in 8. & Salmanticæ 1618. in 16.

Item, in lib. Compendium vitæ S. Theresiæ lib. 2. cap. 13. agit de fundatione Monasterij Pastranæ sub titulo *Conceptionis*, fol. 128. Impress. Romæ 1609. in 4.

JOANNES Jetzer, Ordinis Prædicatorum Laicus, natione Germanus, sustinuit *opinionem Immaculatæ Conceptionis*, teste Petro Martyre Angerio Mediolanensi, Protonotario Apostolico in lib. Epist. impress. Compluti, anno Domini 1530. in fol. lib. 20. Epist. 340. fol. 79. à tergo, ubi sic inquit: In Berna urbe Germaniæ, novas quasdam pullulare superstitiones inter Cœnobitas Conventuales, allatum est. Et de illorum numero elegerunt Joannem cognomine Jetzer: is certo quando

dam innocens, correptumse fatetur à quodam exspirato spiritu antiqui ejus Cœnobii Supprioris, Parisiis, actis jam annis centum sexaginta, à nocturnis petulantibus juvenibus occisi, qui extra gregem (obedientiæ impatientes) errabant, quoniam Supprioris spiritus à torquentium ipsum dæmonum potestate fuisset ereptus; quia recti justique, præter impatientiæ crimen, cultor esset, Joannis Jetzer sibi pectus habitandum elegit: ex hujus purgati spiritus suasu *Ioannes Ietzer fertur populo proeubuisse Virginem Deiparam MARIAM sine macula originali concepram fuisse*. Quod ubi senserunt Cœnobitę primarij, sunt veriti perniciem, si tot ânis pertracta materia, tot syllogismorum argutiis in Franciscan. sustenta, dilueretur. Joanni Jetzer innocenti persuadere perstrigiis conati sunt, eum adversè à certo intellexisset, ne id populo patefaceret. Ut facinus id optatum astruerent, ex consilio F. M. Stephani Concionatoris, duorumque aliorum, Supprior cognomento Franciscus Visch, simulata Virgine, nocturnis Jetzer colloquiis ex fenestella fallebat, originali maculæ Virginem fuisse obnoxiam, præponens ac suadens: utque placidius innocentem ad votum traheret, perstrigiis & arte magica sine authore accendit faces in templo lampadesque, ac pulsari campanas & sudore repleri quoddam Virginis simulachrum & pleraq; alia, & tonitruis etiam repleri domum horrendis ad extremum usque Cœnobitarum omnem formidinem, per magicas artes, ut è cœlo ad Fratrem innocentem descendere cum majestate Virgo Dei pura putaretur, de se ipsa notam originalem professura. Hæc nuper allata sunt unà cum litteris ad Andream Burgensem Cæsareum Oratorem: quæ sequentur, habebitis. Ex Furnellis pridie Idus Maii 1507.

Item, Epist. 401. fol. 89. in altera Epist. sic inquit: Anno superiori scripsi pullulantem in Berna urbe Germaniæ superstitionem inter Concionatores, ad Archiepiscopum tibi collegam. Quæ post hæc evenerunt, accipito. Veriti Cœnobitæ Concionatores, rem hanc de *Conceptione Beatæ Virginis* fore ipsis pernicioſam, si eorum argumentatio, tot annis pedibusque sustentata, infringeretur, cogitasse feruntur de veneno in cibo semel, in potu secundò, in Eucharistia tertiò, Fratri Joanni Jetzer innocenti præbendo: *is nulla fuisse talem originali macula B. Virginem, persuasione Sancti Spiritus, edicebat*. Id quominùs processisset, frustrati ad magicas artes confugiunt. E Cœnobio viri quatuor, quorum unus Bisch, chirographa proprio ipsorum quatuor sanguine inscripta feruntur dæmoni sub specie Æthiopis porrexisse. Dæmon his, ad eorum postulata, cum socjorum cœtu, aderat: eorum operâ, nemine accedente, in templis accensæ faces, apertæ SS. pulsarique auditæ sunt campanæ, trahente restes nemine, Cœnobium ipsum ingentibus fremitibus noctu semper concutiebant. Sed tunc præcipuè, quando fallere innocentem Jetzer statuerant: concussis namque cellæ ipsius foribus, sub Beatæ Virginis habitu fœmineo per fenestellam Supprior apparebat F. Stephano inspectante, Gabrielemque Archangelum dissimulante, ut Fratri innocenti persuaderent, ne sine originali nota genitam Beatam Virginem putaret, ne id ultra populo ediceret. Innocentis deinde operâ usi, in manus illi aeri quodam pulvere injecto, stigmata Christi plagas æmulantia figebant, & præbito sopifero poculo ad exstasim distrahebant; per aliud poculum in se rediens experrectus, populo mirante, quæ Fratres adstruxerant, veluti fanaticus enarrabat. Ita decepti Bernenses aliquot menses, fraudem contextam patefecêre: per judices Pontificios deprehensi quatuor hujus facinoris structores, damnati pridie kalendas Junii anni hujus 1508. publico incendio absumpti in Araris fluminis ripa fuisse dicuntur. Hæc habui ab his, qui ad Curiam veniunt ex Germania Oratores, ab inclyto Cæsare Maximiliano electo Imperatore. Hæc habeto & vale. 4. kalendas Septembris 1508.

JOANNES de Igarza & Vargas, Societatis Jesu Hispanus, edidit Orationem *de gloriosissima Virginis MARIÆ Conceptione* habitam in Optensi cœnaculo in ejusdem solemnitate, ann. à Christo nato 1624. Impress. in folio, & incipit: Apud Reges potentissimos.

JOANNES Ignatius Diertiens, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 12. Julij ann. 1651. Thesi 13. de Peccato habituali, hæc defendit: *Ab illo tamen, imo & illius debito, immunis fuit Sanctissima ejus Mater*. Impress. ibidem in 4.

JOANNES de Inoxosa, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata puritate Virginis Matris MARIÆ* à folio 164. Impress. Granatæ 1651. in 4.

JOANNES de Jonghe, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis publicè habitis Lovanij die 22. 23. 24. Novembris 1638. hæc habet: Originale nemo Adæ filius hactenus effugit *exempta unicâ Virgine Immaculatâ, quam à debito quoq; si vis eximere*, dic conditionatè tantùm in Adamo constitutam: nam præter Christum novam creaturam nullam agnoscimus. Impress. ibidem in 4. Et hoc idem defendit die 7. & 8. Junij 1639. & die 24. Julij 1641. & die 15. & 16. Julij 1642. & die 18. Julij 1645.

JOANNES à S. Josepho, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: Exercicios quotidianos de perfection, agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Antonius Daza cap. 6. fol. 51. De hoc Auctore nullam facit mentionem Waddingus in Catalogo.

JOANNES de Iribarre & Plaza Hispanus, publicavit librum: Certamen Poëtico de nuestra Señora de Cogulluda illustrado con una breve chronologia de las imagines aparezidas de la Virgen santissima en el Reyno de Aragon, &c. in quo sunt Poëmata *pro puritate atque Immaculatâ Virginis MARIÆ Candore*, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1644. in 4. Vide Joannem Franciscum Andream.

JOANNES de Iribarne, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Tractatum latissimum sub hoc titulo: Defensorio del pio voto y juramento echo de defender *la preservacion de la Madre de Dios del pecado original*, contra el papel del Doctor Gaspar Ram Arzipreste de Daroca en la Metropolitana de Zaragoza. Habemus hunc manuscrip. in folio, & procedit per quæstiones.

JOANNES Justus Lanspergius, Carthusianus Bavarus, in libro: In omnes Epistolas & Evangelia quæ quidem in festivitatibus Sanctorum per totius anni decursum in Ecclesia recitantur, Paraphrases & exegeses, &c. serm. 4. *in solemnitate Conceptionis gloriosæ semper Virginis MARIÆ, Lect. loco Epistolæ ex Eccle-*

Ecclesiastici cap. 24. Ego quasi vitis, &c. incipit Sermo: Verba hujus lectionis. Item, ibidem: *Exegesis Evangelij solemnitatis ejusdem Conceptionis Beatæ MARIÆ* Matt. 1. & incipit: Filius Dei, qui de honorandis. Ubi latè agit de præservatione per quinque folia. Lib. impress. Coloniæ 1553. in folio.

Item, in libro Sermonum adducit aliam Concionem sub hoc titulo: *In eadem solemnitate, quid originale sit peccatum, quantumve noceat, à quo Beata est Virgo MARIA præservata.* Incipit: Tota pulchra. Impress. Coloniæ 1630. & 1558. in 8.

Item, tomo 2. Operum Minorum in tractatu de Ortu, vita, passione & glorificatione Domini nostri Jesu Christi ejusdemque sacratissimæ Virginis MARIÆ Theoriarum centum, &c. libro seu opusculo 13. quinquagena 5. theor. 7. inquit: *O excellentissimæ puritatis Virgo Christo præ omnibus vicina, sola inter omnes Immaculata, sola omnium ab omni peccato præservata, &c.* Vide ibi: nam multa reperies pro hoc mysterio.

Item, lib. 15. Pharetræ divini amoris, in prologo Psalterii de Beata Virgine, sic loquitur:

Cuncta creat vindex, eligit signata promissa,
Concipitur sine væ, completur nata venusta, &c.

Item, infra: *Qui te ab omni præservavit vitio & macula, &c.* Et in eadem Pharetra divini amoris, lib. 2. cap. 3. fol. 140. *de Conceptione Virginis MARIÆ Orationem.* Ubi etiam dicit, quòd feria 2. celebretur *Conceptio Virginis MARIÆ*, feria 3. Nativitas, &c. Coloniæ 1555. in fol. & Romæ 1571. in 8.

JOANNES de Lamshyn, Canonicus Regularis in Risgarten prope Wormaciam, in libello de Fraternitate Rosarii Sanctissimæ Virginis, cap. 5. de excellentia & commendatione Angelicæ salutationis, inquit: Primò quidem insinuatur, *quòd purissima fuit MARIA propter culpæ carentiam, quia Ave, &c.* Et infra: Nam qui mundus est, accedat ad hanc sanctam, *quæ est sine væ culpæ, & ideo præmittitur Ave, &c.* Lib. impress. Moguntiæ ann. 1495. in 4.

JOANNES de Landecho, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem seu Glossam *pro Immaculato Conceptu Dominæ nostræ MARIÆ*, & extat apud Didacum Cano, de Concep. fol. 102.

JOANNES Landius Parrivius, Senensis, in Carminibus suis, fol. 63.

O ..... grande MARIA decus .....
Tu matris concepta utero servaris ab omni
Labe hominum, nec te fœdavit origo parentum.

Lib. impress. Veronæ 1576. in 4.

JOANNES Langius, Consiliarius Regius, translator Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti & marginator, lib. 1. cap. 7. folio 55. ad verba quæ ex ipso Nicephoro suo dabimus loco, in margine inquit: De sanctificatione Virginis Dei Genitricis sententia est Gregorii Theologi in homilia Paschali: Christus secundùm omnia, præter peccatum, fit homo è Virgine prognatus, carne simul & anima priùs per Spiritum purgata: oportuit enim & Nativitatem honorari, & Virginitatem præhonorari. Hæc Langius lib. impress. Basileæ 1560. in folio, & Parisiis 1566. in 8. & 1574. in folio. Quia verba ista longè aliter leguntur in Gregorio Nazianzeno, Theologo communiter dicto, quàm hìc transcribuntur à Langio: ideo secundùm hanc lectionem aliquid adnotare oportet. Noto igitur illud: prius per Spiritum, id est Sanctum, purgata, & inquiro ab Adversariis: an MARIÆ caro & anima fuerint purgatæ à Spiritu Sancto in ipsamet Verbi divini incarnatione? Et uno animo ac consensu dicent & dicunt: quòd non, sed quòd multo priùs. Optimè: pergo iterum, an fuerint purgatæ in die Nativitatis ejusdem Virginis? Et similiter clamabunt & clamant, quòd non, sed priùs. An post sex menses ab ejus Conceptione, ut dicitur de Joanne Baptista? & similiter respondent, quòd non, sed priùs. An post unam hebdomadam à sua Conceptione? Dicet, non, sed priùs. An post unum diem? non, sed priùs. An post unam horam? Minimè etiam dicent, sed priùs. An in secundo instanti post ejus animationem? Respondent Adversarij sic: in secundo instanti fuerunt caro & anima MARIÆ per Spiritum Sanctum purgatæ. Sed hoc non rectè dicitur, quia nondum pervenimus ad ultimum punctum, quoniam adhuc verificari potest illud prius Gregorij. Immo omnes Doctores citati in hoc libro dicunt, quòd neque in secundo instanti fuit purgata; sed priùs: igitur si non in secundo instanti fuit purgata; ergo in primo instanti, ultra quod nequit esse aliud prius, neque progressus ad ulteriora: quidem in illo sistit auctoritas Gregorij & evanescit tota vis & latitudo prædicti adverbij priùs, quod in suo proprio significato respicit, connotat ac signat primum instans temporis. Sed cùm impossibile sit, quòd in eodem instanti temporis caro & anima sint maculatæ & per Spiritum Sanctum à macula purgatæ, recurrendum est ad aliud prius, & sic Theologicè solvenda est hæc difficultas, ut auctoritas Gregorii Theologi in omnibus & per omnia verificetur, & cum originaria Virginis justitia componatur. Inkans igitur temporis plura in se continet instantia naturæ, seu prioritates dependentiæ. Interrogationi ergo, quando anima & caro Virginis fuerint per Spiritu Sanctum purgatæ? An in primo instanti temporis? respondendum erit: Non, sed priùs prioritate naturæ; & sic manet exhausta omnis prioritas excogitata à Theologis in humanis, & pervenitur ad primum prius, sive ad ultimum priùs nostræ calculationis (ut ita loquar) quia in primo instanti temporis & in primo instanti naturæ illius, in quo Virgo MARIA fuit concepta in maternis visceribus, caro fuit purgata ab omni naturæ contagio vel pruritu: & quia caro extitit purgata in illo primo naturæ, ideo & anima dicitur purgata; sic fieret enim hæc, si illa impurgata maneret) & post purgationem carnis introducta est anima illa sanctissima libera ab omni peccati macula. En quomodò priùs purgata, & priùs non maculata MARIA in sua Conceptione. Item, sic intelligo & expendo illa ultima auctoritatis verba: Aliud est honorare Nativitatem Virginis, aliud præhonorare Virginitatem ejusdem: si sola esset honoranda Nativitas Virginis, sufficiens erat dicere MARIAM ante suam Nativitatem fuisse purgatam à peccato originali; sed hoc modo non esset præhonorata Virginitas (ut Gregorius vult) quia in primo instanti suæ animationis MARIA fuit vere & realiter Virgo, & in illo instanti fuit maculata & à peccato dedecorata; igitur non fuit præhonorata Virginitas. Ut ergo præhonoretur virginitas in Deipara, necesse est ipsam præservare à peccato. Illi honorant Nativitatem: nos præhonoramus Virginitatem. Illi solùm sanctificant Nativitatem: sed nos & Nativitatem & Virginitatem

tem præhonoramus: quia in eodem instanti in quo fuit Virgo, in eodem & plenam gratiâ profitemur immunem à peccato, & absque aliqua ignominia vel dedecore.

JOANNES à Lapide, Ordinis Carthusianorum Theutonicus, & Doctor Parisiensis, circa Sermones de Conceptione Gloriosæ Virginis MARIÆ per quendam Meffreth nuncupatum collectos declarando, quid in hac materia sentiendum ac tenendum sit, notansque ejusdem Collectoris assertiones, quibus *Sanctam & Immaculatam Virginis Conceptionem coinquinare prætendit*, cum qualificatione atque confutatione earumdem prænotionem doctam & eruditam, licèt brevem, scripsit & fecit. Opusc. impress. cum ipsis Sermonibus Meffreth Nurembergiæ anno 1496. in folio. Sed nota, quòd in secunda impressione prædicti Meffreth prænotitio hæc Joannis de Lapide, nescio quo genio vel fine, ablata fuerit.

Item, scripsit etiam Librum integrum *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur Hippol. Marraccius in Catalogo ad annum 1494.

Item, *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ* Librum unum Prosâ. Ex eodem Hippolyto Marraccio, & Sebastiano Brant in suâ Invectiva contra Maculistas ad finem.

JOANNES Lascius, Archiepiscopus Gresnensis Polonus, instituit *officium Conceptionis cum octava* Leonardi à Nogarolis in Synodo Provinciali celebratâ anno 1510. Ita Marrac. ex Simone Starovolio in Antis. Marian. fol 321.

JOANNES Lasitzki, in libro de Bassorum, Moscobitarum & Tartarorum religione, sacrificiis, nuptiarum, funerum ritu, &c. cap. 6. de Theologia Moscobitica, folio 53. inquit: Christus venit in mundum, ut peccatores salvaret 1. Timoth. 1. Factus est nobis redemptio 1. Conrinth. 1. Eos, qui sub lege erant, redemit Gal 4. Servavit populum suum à peccatis ipsius Matthæi 1. Hinc consequi necesse est, vel non esse conservatam redemptamque MARIAM sub lege itidem natam, quod credere nefas, vel eam à numero illarum ancillarum Dei fuisse, quas Christus uti alios omnes electos peccatis liberavit. Sicut igitur illi tantùm beati sunt, quorum remissa sunt peccata, Roman. 4. *ita & MARIA beatissima est fœminarum, non suis meritis, sed ob Dei in se singularem gratiam, quòd Filium ipsius & proprium & unicum peperit*, &c. Lib. impress. Spiræ 1582. in 4.

JOANNES Latinus Æthiops, & Granatæ adolescentium moderator, in libro Epitaphiorum, sive Epigrammatum ad Philippum secundum Hispaniarum Regem, in Elegia sive dialogo ad Reginam Joannam, ubi latissimè de peccato originali, à quo mors emanavit; & quomodò in Adam peccaverunt, sparsim hæc habet:

Heu majestatem divinam læsimus omnes.
Peccatum antiquum corruptio ... voluntas
Humanis mortem quæ dedit hanc meritis.
Hinc què mali labes sparsumque est vulnus in omnes
Quin natos maculat nunc pater ille suos, &c.
Serpens est vobis auctor in orbe mali;
Non dedit ille Deo pœnas ambobus iniquus,
Contrivit mulier Virgo MARIA caput.
Serpit humi infelix volvitque volumina tergo,
Et vinctus vires perdidit ipse suas, &c.

Lib. impress. Granatæ 1576. in 4.

JOANNES Laurentius Carrascosa, Ordinis Prædicatorum, scripsit Cantionem de Conceptione, in qua inquit:

No entra en desgracia de pecado en parte;
Antes con arte la preserva y guarda.
Pues del pecado Virgen te preserva
Quien te reserva para Madre suya, &c.

Vide Sanct. Zapata, lib. de Concep. fol. 88.

JOANNES Laurentius Gudagnus, Theologus Neapolitanus, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* brevem Declarationem, in lib. Thesaurus doctrinæ Christi. Venetiis 1628. in 8.

JOANNES Leonardus, Congregationis Lucensis Clericorum Regularium Matris Dei Venerabilis Fundator, *in mysterio sanctissimæ & Immaculatæ Conceptionis summopere ab omni quæstione abhorrebat*: cùm enim de peccatis ageretur, ne quæstionem quidem de sanctissima Dei Matre habere volebat, &c. Hippol. Marraccius in Fundat. Marian. cap. 40. fol. 312. ex Cæsare Francot, Josepho Bonafide, Franc. Marrac. & Ludovico Centoflorino.

JOANNES Letten, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 13. Julii, ann. 1640. Thesi 33. de Verbi Divini Incarnatione, hæc defendit: Decreta est Verbi Divini Incarnatio post prævisum Adæ peccatum; ante hoc beata Virgo: *cum his non pugnat ejusdem Virginis per Christi merita immunitas etiam à debito peccati originalis.* Impress. ibidem in 4.

JOANNES Lepnica, Ordinis Minorum, scripsit Librum ad Sigismundum III. Regem Poloniæ, *de Immaculata Virginis Conceptione.* Ita Ant. Daza in suo Tractatu, cap. 6. fol. 52.

JOANNES Linatus, Episcopus Burgi S. Domnini, in Synodo Diœcesana multa edidit *pro observatione festivitatis Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, fol. 49. & 77. Item, habet hanc Constitutionem: Idcirco decernit Synodus, ut S. Protectoris & Patroni hujus Ecclesiæ Domnini die 9. mensis Octobris, cujus corpus in eadem (maximus quidem thesaurus) asservatur; item & S. Gislamerii die 17. mensis Septembris, cujus etiam in eadem est corpus, festi dies colantur ac serventur ubique in jurisdictione hujus Præposituræ, ac si esset dies Dominicus. *Idem statuit & de festo sanctissimæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Cassali majori 1584. in 4.

JOANNES Longlondius, Linconiensis Episcopus Anglus, in lib. Sermonum super Psalmos, in Psalm. 50. Concione declamata coram Regia Majestate Henrici VIII. Anglorum Regis tunc Fidei defensoris, anno 1521. &c. folio 230. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, inquit: Nemo inde tutus evasit: nemo planè, nec si Papa foret aut Cardinalis, non Imperator, non Rex aut Regina, non Dominus aut Domina, non Episcopus aut Sacerdos, non dives aut pauper, non sublimatus aut in imo relictus, non senex non juvenis, nemo nemo cujusvis ordinis, gradûs, ætatis, sexûs aut conditionis extiterit. *Hîc de Christo tacendum erat & de Christi para, quorum ipse per se semper intactus, per ipsum ista præservata.* An honor & potestas aliquem excludit, & ab hac labe præservat? certè multò magis ad eam pellicit, &c. Lib. impress. Londini 1532. in folio.

JOANNES Lopez, Ordinis Prædicatorum & Episcopus Crotoniensis Hispanus, in Epitome Sanctorum ad Conciones, tomo 4. fol. 12. *In Con-*

ceptione B.V. MARIÆ Concionem unam, in qua pro immunitate Virginis habet sequentia: Hodie summum redemptionis nostræ opus inchoatum est. Hodie prima hujus operis fundamenta jacta sunt. Hodie arbor illa plantata est, quę fructum vitę erat prolatura, quo generis humani morbus, vetitæ arboris fructu contractus, sanandus erat. Hodie in paradiso Ecclesiæ virga illa de radice Jesse consita est, ex qua pulcherrimus ille flos emicuit, super quem spiritus Domini requieseret, de cujus plenitudine omnes accepimus. Hodie etiam Spiritus Sanctus telam texere cœpit, ex qua æterno Dei Filio mortalis naturę vestem aptaret. Hodie deniq; caro & sanguis ille coagulatus est, ex quo carnem & sanguinem Filius Dei sumpturus erat, quem pro salute nostra funderet. Hodie virginalis palatii constructio fuit, in quo Dei Filius habitaret. Hodie Paradisus ille voluptatis, hoc est, omnium spiritualium deliciarum omniumque virtutum floribus adornatus, manu divinæ sapientiæ plantatus fuit, in quo secundus Adam mundi conditor & instaurator collocandus erat; in quo lignum futurum erat ad omnium gentium salutem. Ille etiam Paradisus variis fructuum & florum stirpibus erat consitus; inter quas mille herbæ noxiæ, multi tribuli & spinæ erant; herbas enim noxias post peccatum ortas esse D. Basilius & Ambrosius testantur; *sed in hoc nostro Paradiso nihil lethale, nihil noxium, nihil spinis obductum; sed omnia suavia, levia & salutaria fuisse. Flores etiam omnis generis, hoc est, cunctarum virtutum germina ibidem fuisse constat. Quia verò domum Dei sanctitudo decet, ideo Sanctissimam Matrem Christus elegit*, &c. Considerandum etiam est, quòd duorum hominum Conceptionem celebrat Ecclesia plenam gaudio ineffabili, licèt non æquali. Altera est, in qua superveniente Spiritu Sancto, totaque Trinitate cooperante, Filius Dei in utero Virginis ex purissimis ejus sanguinibus conceptus est, manente ipsa integra, quam non ex virili semine, sed mystico spiramine Verbum Dei carnem suscepit. Alter dies etiam sanctus illuxit, in quo Deipara Virgo concepta est in visceribus Annæ; *dies, in quo innumeris ditata est virtutibus, tantisque donis, talique gratia, qualem nullum crediderim Sanctorum, post multa grandiaq; bonorum operum exercitia consecutum. At cùm primum illuxit diluculum in ventre Matris, MARIA quasi aurora consurgens fuit, pulchra ut luna, electa ut sol. Prima gratia ei collata perfectior fuit meridiana luce Sanctorum*, &c. Utpote quæ in metam fuit perfecta, id est, gratiâ quæ nulli subderetur periculo, &c. Conceptionis dies maledicta, quam Job in memoriam reducebat multis doloribus cruciatus, dicens: Pereat dies, &c. *hæc in Virgine miris laudibus celebratur; benedicta vocatur ab omnibus. Vivat in memoria hominum dies in qua hæc sacra Virgo concepta est; illustretur lumine dies, in qua Regina cœli claritate Dei perfecta est, præcipua sit in mensibus anni dies, in qua tantis donis Virgo decorata fuit*, &c. Tertiò congruentissimum fuit, *ut Ecclesia diem Conceptionis Virginis celebraret, in qua impeccabilis facta est*, & gratiâ, quod Sancti in morte læti canebant: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus; adjuvante Deo, hoc Virgini accidit, cùm primùm concepta est. Cùm primùm Adam conditus fuit in gratia & justitia originali, virtutibus donisque egregiis decoratus, &c. At B. Maria hodie ingressa orbem, non solùm mirandis virtutibus & privilegiis donatur, majoribus certè quàm illa fuerant, quæ primus parens accepit: sed donum etiam perseverantiæ consecuta est, &c. Illi, id est Sancti, post mortem audire meruerunt: Deus in medio ejus non commovebitur. *Hæc, cùm primùm anima corpori infusa est.* Illis hæc felicitas contigit in nocte sæculi, huic cùm primum vitæ diluculum claruit, &c. Virginis solemnitatibus Evangelia docent varias Virginis virtutes, &c. *At sacra Conceptionis solemnitas*, & quæ Virgo in ea accepit bona, conjecturis colligitur solis &c. Duo sanè admiranda copulavit Spiritus Sanctus in Virgine, cùm primùm concepta est. Fecit ut in cœlis oriretur lumen indeficiens, *id est, sublimia anima, ab exordio creationis in utero Matris luce, quæ deficere nusquam posit, perficeretur; luce, quæ occidere nesciret*; sed potiùs creseceret. Et nebula cingebat terram, quia privilegia illius omnia hominibus erant incognita, qui Matrem considerantes gravidam, nihil suspicabantur in ea novi; sed infantulam ventris obstruso positam cubili ceteris quamsimilem, infirmitatibus circumdatam, Dei inimicam, quæ gratissima illius erat amica, filia & sponsa, &c. Lib. impress. Romæ 1656. in folio, & Venetiis 1605. in folio.

Item, in libro Rosarii Dominæ nostræ, in Expositione salutationis Angelicæ, cap. 18. folio 122. inquit: *Pues nada teneis Señora de la maldicion antigua en que incurrio el mundo por el peccado, &c. y entre las criaturas puras sola Vuestra Señora fue la que evito todo genero de culpas*, &c. y como la Virgen estaba llena de gracia y tubo la que era necesaria para ser digna Madre Dios, *y fuera cupiera, que jamas aquella sanctissima y dichosa alma se viniera á ocupar que fuese peccado, &c.* Estrella fue de la corona jamas aver pecado lo que no pudo ninguno de los hombres fugetos á caidas tener, que si bien algunos de ellos selibraron de peccados graves, de los ligeros ninguno se escapo sino la Virgen, &c. Habiendo Dios hecho eso por manos de un Angel, tanto resplandor, tanta claridad, qual es la que tubo la Virgen, *con quien el Señor estubo desde que comenzo la vida en las entrañas de su Madre Santa Anna*, y le fue continuado este favor ajuntandole le otros muchos, &c. *Tu benedicta sobre todas, porque sola carezes de toda maldicion, en que tanta parte tienen los demas*, &c. Que haces ventaja no solo á las mugeres en la puridad, sino á los espiritus que en la real corte vivimos, por quanto no solo eres purissima en ti, sino la que con tantas veras procuras limpieza para los demas, &c. Sois bendita Señora encendida en aquel candelero de oro que estaba con siete candelas, y otros siete vasos de azeite, con que se cebaba la luz de ellos, *que son los siete dones del Espiritu Santo se os comunicaron al principio de la vida, los quales iba Dios cebando con el aceite de su gracia*, &c. Impress. Metinæ à Campo 1595. in 4. Vide alia plura in hoc Auctore, ubi vocat Virginem Immaculatam & purissimam, &c.

JOANNES Lorinus, Societatis Jesu Gallus, sacræ Paginæ in Collegio Romano Interpres, cujus Auctoris (ut inquiunt, & allegat Velazquez) tam fuit colendæ Deiparæ studium ingens, ejusque in alios excitando cupido, ut nihil omiserit opere, *ut Immaculatam ejus Conceptionem* Italiæ, Hispaniæ, Galliæque universæ persuaderet: eoque adnitente Dolæna Academia sanctiv ne quis apùd se laurea doctorali ornaretur, qui eam de Conceptione sententiam propugnaturus

se juratus non promitteret. Ita primus, verb. Joannes Lorinus; secundus verò, in libro de Concept. folio 371.

Item, tom. 1. in Psalmos, fol. 387. Psalm. 21. versiculo 21. Erue à framea Deus animam meam & de manu canis unicam meam; *Vnicam* cum S. Augustino explicat *de Beata Virgine MARIA: quia nunca fuit sine peccato.*

Item, tom. 2. in Psalmos, fol. 745. Psalm. 84. versiculo 1. ad illa verba: Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob; *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem tuetur ac defendit*, &c. Item, ibidem Psalm. 98. vers. 4. ad illa verba: Et honor Regis iudicium diligit, fol. 1045. *Immaculatam Virginis Conceptionem ac festivitatem ab Ecclesia institutam recipit ac defendit.* Vide latè ibi. Lib. impress. Lugduni 1614. in fol.

Item, scripsit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Adversaria. Ex Marraccio.

JOANNES de Ludeña, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, scripsit Sermonem sub hoc titulo: De la Expectacion y Concepcion y Soledad de la Reyna de los Cielos MARIA Señora nuestra, *concebida sin pecado original*, en la fiesta solemnissima, que los Caballeros de la muy Illustre Villa de Alcala de Henares celebraron dia de la Expectacion à 18. de Diciembre de 1651. para colocar en su Capilla la milagrosa, y devotissima imagen de la Soledad, &c. Impress. Compluti 1653. in 4.

JOANNES Ludovicus Bona Venetus, Italus Ordinis Prædicatorum, in libro: Il carro triumphali de Prædicatori fundato supra quatro rotte, fol. 13. in Explicatione salutationis Angelicæ, inquit: *Senza peccato, pregate per i peccatori*: Ora pro nobis peccatoribus. Impress. Venetiis 1646. in 12.

JOANNES Ludovicus de la Cerda, Societatis Jesu Hispanus, in libro Adversariorum Sacrorum, cap. 7. num. 3. fol. 4. col. 1. tenet ac affirmat, quòd cum hujusmodi Elogijs Beatæ Virginis MARIÆ, scilicet *Immaculata, benedicta, glorioßissima, excellentißima omnium creaturarum, gratiâ plenißima, &c. non posßit stare peccatum originis.* Impress. Lugduni 1626. in fol.

Item, in lib. de Excellentia cœlestium Spirituum, & in primis de Angeli Custodis ministerio, cap. 8. de Angelorum veneratione & obsequio erga Virginem MARIAM, fol. 71. *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ non fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur & nascimur & nutrimur*, &c. Alia adducit in eodem cap. pro hoc mysterio. Vide ibi. Impress. Parisijs 1631. in 8. regali.

JOANNES Ludovicus de Raga, Poëta Hispanus, confecit Hieroglyphicum ad illud: Terra dedit fructum suum, *pro incontaminata Conceptione Virginis MARIÆ.* Extat apud Sanct. Zapata de Conceptione, fol. 143.

JOANNES Ludovicus Gotofredus, in lib. cujus titulus est: Archontologia cosmica, sive Imperiorum, Regnorum, Principatuum, Rerumq; publicarum omnium per totũ terrarum orbem, Commentarij luculentissimi, loquens de potentia Hispaniæ per novum orbem, seu Indiam Occidentalem, fol. 320. de civitate S. Jacobi, vulgariter Sanctiago de Chile, cujus Colonia est oppidum dictum *de Conceptione* in valle Pencana. Item, infra lib. 3. in Archontologia & origine Ordinum Militarium tam Regularium, qui à Sede sub aliqua regula & disciplina approbati fuerunt, quàm sæcularium, &c. fol. 46. inquit: Sed antequam à veteri Testamento ad novum transeamus: Nonne sacrilegium esset, si sacratissimam & glorioßissimam Matrem Dei silentio præteriremus? &c. *Et in tanta semper puritate ac sanctitate perstitit, quantam humana creatura unquam potuit consequi, &c.* O Regina sacrosancta & benedicta, pulchra & virens virga Jesse, *quæ nunquam oneri peccati succubuisti, &c.* Lib. impress. Francofurti 1638. in folio magno.

JOANNES Ludovicus Vivis, Valentinus Hispanus, tom. 2. suorum Operum, tractatu seu opusculo cujus titulus est: Virginis Dei Parentis ovatio, folio 141. inquit: Hæ omnes (id est virgines) ductricem illam Deiparam Virginem quocumque ierit comitantur, ut in Apocalypsi Joannis centena illa & quater undena millia Christum Agnum in monte Sion. At hæ castissimæ peltas gestant lunatas, quasi pudicitia & carnis integritate, quibus lunam perhibent, maximè tueantur. *Princeps candidißima quædam arma, in quibus ne maculæ quidem ullum vestigium extabat, indura*, charitate incredibili erga nos ardens, inter consertissimos hostes se immiscet, mirandam eorum efficit stragem: serpentem illum, humani generis antiquam pestem, qui Virginis calcaneo assiduus erat insidiator, qui mulierem, quæ masculum peperit, insectabatur, acribus vulneribus incæsum, agentem pænè animam reliquit, &c. Lib. impress. Basileæ 1555. in fol.

Item, in lib. Excitationum animi in Deum, &c. 2. parte, id est: Methodus confessionis cap. de Redemptione humani generis, folio 18. *vocat uterum Virginis MARIÆ Immaculatum, atq; sanguinem ipsius purißimum.* Lib. impress. Lugduni 1551. in 16. Quæ epitheta non rectè convenirent Virgini, si aliquando peccato originali fuisset infecta.

JOANNES de Lugo, Societatis Jesu, S. R. E. Cardinalis: An possit stare doctrina de motivo, quod de facto habuit Deus ad incarnandum, *cum sententia negante in Virgine Deipara proximum debitum contrahendi peccatum originale*? Sectionem unam in libro de Mysterio Incarnationis, disput. 7. sect. 3. à folio 129. usque 134. Impress. Lugduni 1633. in folio.

Item, in lib. de Sacramentis, disp. 2. sect. 2. n. 37. folio 19. inquirit: *Quare & quomodò Virgo MARIA fuerit baptizata, cùm non contraxerit peccatum originale?* Lib. impress. Lugduni 1636. in folio.

Item, in libro de Pœnitentia, disput. 5. sect. 5. Utrum contritio detestetur magis peccatum actuale, quàm originale? num. 59. folio 44. inquirit quæstionem illam: *An Virgo MARIA eligeret potiùs immunitatem à peccato veniali, quàm præservationem ab originali? &c.* Quod punctum latè discutit. Lib. impress. Lugduni 1638. in folio.

JOANNES de Luna, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. Sermonum Adventualium, *habet de Conceptione Dominæ nostræ Virginis MARIÆ Sermones* duos, à fol. 259. usque 280. in quibus hæc habet sermone 1. Una insigne, admirable virtud y perfeccion donde todas las virtudes se han como arboles del Libano, se han heroicas en summo grado, donde este la mas blanca, que la nieve *pureza y virginidad en todo, en cuerpo, y en alma.* Tal plantò en sus principios esta casa para si la divina sabiduria, &c. El fundamento que hechò la sabiduria de Dios primero en esta su casa, no

solamente santificandola luego; mas confirmandola en gracia, porque, como dicen los santos y nuestro Padre Santo Thomas, fue tan copiosa, que le atò la inclinacion à pecar aquel fomite que todos comunican con la naturaleza de Adan por via ordinaria concebidos; *y esta merced se la hizo à MARIA al momento que fue concebida*, cosa jamas usada con nadie. A santos leemos à santificado Dios, como à Jeremias, à San Juan Baptista en el vientre de su Madre, mas no al momento que son concebidos, sino muchos dias despues, &c. Infra. Mas en esta Infanta à penas havia sido concebida, quando se le acelero el uso de la razon y comenzo à usar de la admirable gracia, obrando obras de inmensa virtud; de manera, que no eran obras de niña en la virtud, sino de consumadissima en ella, de modo que fue moralmente cassi junto en esta santa el ser, y recibir la gracia y el obrar admirablemente en ella, &c. El fruto que llevarà *el paraiso terrenal de MARIA sera excelente y todo en un momento, de suerte que plantarle, crecer, llevar flores, y frutos todo en un momento*, &c. Mas este divino Paraiso que le planto Dios y santifico, ni lleva malezas, ni aun una hierbezita mala, ni desigualdad de un pecadillo venial, y assi en el, ni ay que arrançar, ni que cortar, ni igualar, todo es buenas hierbas, todas iguales, todas virtudes, sin genero de imperfeccion, &c. Et infra: Y como Maria recibio grandissimos beneficios, siempre tiene en la boca desde que fue concebida, un Magnificat anima mea Dominum, en su Concepcion, y nacimiento, &c. Assi Maria repite à quel Magnificat siempre, para significar estaba siempre engrandeciendo à Dios por las mercedes recebidas, *y començo en su Concepcion à decir Magnificat*, y fue esta casa adornada en el cuerpo de admirables dones, el primero de santificacion aun corporal, criandola en el cuerpo hermosa, y bella, de pies à cabeza. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Y pues Dios particularmente concurrio à la generacion y Concepcion de Maria, teniendo el virginal cuerpo una fragranzia y olor que excedielle à todas, &c. Et serm. 2. inquit: Y este comienza oy en la Concepcion de Maria, como en fundamento y casa real; y lo primero que hizo Dios en esta casa fue santificarla. La santificacion tiene dos cosas; quitar la culpa, y infundir la gracia; esto hizo Dios esmeradamente en esta divina casa santificandola con una admirable santificacion, porque no solo no dexo culpa; pero ni mal olor de ella, y la dexo llena de gracia y admirables dones; loqual significò el Espiritu Santo aludiendo al modo que Dios tenia de santificar la casa donde se queria aposentar, que era perfumandola primero, &c. Y como Libano no laxado incensè mi habitacion, sahume, y lo que en latin dice turificare, el frases de la Escritura llama santificar, como se ve en la señal; porque quando Dios baxaba à santificar el templo, luego se henchia de humo de olores. Yo (como si dixera) que soy principio de toda gracia, que solo la doy como Señor, gratiam & gloriam dabit Dominus. Solo la da como causa principal, de el solo mana este divino vapor de mi bella gracia, dice, y con sumo gusto *perfumè con el mas precioso incienso el Alma y cuerpo de mi Madre, la santifiquè con la unas excelente santificacion, que à pura creatura se dio, ni dara;* de suerte que ni en alma, ni en cuerpo quedasse culpa ni aun rastro de ella; y esto es lo primero que el Verbo divino obrò, porque ni en alma, ni en cuerpo que tenga mal olor de culpa no habitara, &c. De tres maneras esta el cuerpo sujeto à pecado; la primera quando el pecado reina en el, que es quando esta el hombre en pecado mortal, otra sujecion que es sin pecado actual sino por el original, y esta tambien hecha à Dios del cuerpo sujeto à el; otra es la sujecion que tienen por la raiz de la concupiscencia que les inclina al mal, y aunque esa no hace al cuerpo inhabil paraque no habite Dios en el, pero enfin es sujecion, y pecho, que trabaja y pone en fatiga el alma, por santa que sea, aunque sea confirmada en gracia, y tenga el don de la perseverancia, y de esta nadie se escapò no sola Maria; porque todos los demas tuvieron movimientos sensuales, &c. Quitole toda la sujecion al peccado, todo el movimiento sensual, desuerte, que ni aun movimientos primeros no tubo, atando la mala inclinacion para que no pudiese à obrar, y esta fue santificacion, à otro que à la Virgen no concedida, &c. Hæc & alia vide in lib. impress. Matriti 1608. in 4. Ex supra relatis verbis evidenter colligitur, quòd sanctificatio posita ab hoc Auctore, fuit illa purificatio facta carni seu corpori V. Mariæ ante infusionem animæ, vel illa sanctificatio facta, ut à Virgine tolleretur fomes seu inclinatio illa, quæ remanet in homine post ablationem peccati originis per Baptismum. Existimavit igitur Lum, quòd in primo instanti suæ Conceptionis fuit ablatum à Maria peccatum originale, sicut in nobis auferetur per ablutionem baptismalem, post quam remanet adhuc in nobis fomes, & inclinatio illa ad malum. Sed hic modus opinandi parum conducit ad rem, dum tamen Virginem liberet à macula peccati originalis, ut meo judicio absolutè liberat.

JOANNES Luziardus, Ordinis Cœlestinorum, in libro cujus inscriptio est: Hæc habes, candide Lector, Fratris Luziardi necnon Humberti Vellis conserta epitomata à primæva mundi origine ad tempora nostra, quibus Franciscus primus Francorum Rex Christianissimus feliciter imperat, &c. libro 1. cap. 81. folio 13. transibens verba ex Nicolao Cusano, ait: Hoc cedit ad laudem Dei Beatissimæque Virginis Mariæ Matris, &c. Et post aliqua sic inserit: Non *indiguit Virgo liberatore, qui ipsam absolveret à sententia in Adam & in posteros ex voluptate carnis luæ, cui non quam subjacuit*; quia prevenit succurrere misericordia electæ in Matrem misericordiæ. Qui concipitur & nascitur liber, non indiget liberatore, à servitute, in qua nunquam fuit. Præliberatorem enim Virgo sancta habuit, celeriliberatorem & postliberatorem: Christus enim est omnium liberator, *sed Virginis liberator & præliberator, cæterorum vero liberator & postliberator. Ipsa sola post Adæ lapsum non indiga, sed plena originali justitia, ut Eva*, & multo magis; creata fuit sicut Christus secundùm humanitatis naturam in omni plenitudine justitiæ, multò magis quàm Adam creatus. *Sola ipsa electissima Dei Mater hoc habet, quòd in initio essendi sub servitute maligni deficere nequivit*; puta quòd in creatione rationalis animæ in corpore, & in separatione à corpore in potestate maligni nunquam fuit. Sola igitur

fuisse gloriosissima Virgo non reperitur tempore ullo peccato originali subjacuisse. Anima ejus creata, non in umbroso ex Adam corpore, indiguit luce vitæ, quæ copiosè creationi absque mora ulla coaffuit. Non est deleta MARIA de libro mortis principis, quia nunquam in eo scripta fuit; sed inscriptio ejus ex æterna præfinitione; antequam concepta, ad librum vitæ pervenit. Hæc Luziardus. Lib. impress. Parisiis per Edmundum de Fevre, in fol.

JOANNES Machado de Chavez, Episcopus electus Popaianus in Regno Peruano Hispanus, agit de Constitutionibus factis à Summis Pontificibus Sixto, Pio, Paulo, & Gregorio *circa mysterium Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Summa sua lib. 1. par. 3. tract. 11. document. 3. fol. 104. Impress. Matriti 1647. in folio.

JOANNES Macherentinus, Societatis JESU, in Explicatione salutationis Angelicæ, loquens cum Virgine MARIA, inquit: Omni affluens & ornata variis virtutum genere, *ex ipso etiam utero matris tuæ in anima* & omnibus mentis tuæ integerrimæ facultatibus, &c. Corpus tibi purissimum, atque ad omnem sanctitatem aptissimum (instar arcæ fœderis, quæ ex nobili ligno, quodque nec putredine, nec ærumnitate posset corrumpi, *intus & foris auro vestita conflabat*) *ex sanctissimis Parentibus aptavit.* Ita in libro Explanationis Catechismi. Item, ibidem: illud gratia plena, Græcis est gratiosa, hoc est, *tota pulchra, tota decora, tota amabilis, in qua nihil sit non gratiosum*, non delectabile, non suave, nec tantillum quidem, uti est pilus capitis., &c. Impress. Augustæ Trevirorum ann. 1612. in 8.

JOANNES Major Hadyntognanus, Theologus Parisiensis Scotus: *An Christifera Virgo fuerit in peccato originali concepta, an nata in rerum natura sancta?* quæstionem unam. Resp. affirmativè.

Item: *An implicet contradictionem Beatam Virginem extitisse in peccato originali præcisè per unum instans?* quæst. alteram super 3. Sententiarum, folio 7. Lib. impress. Parisijs anno 1521. in folio.

Item, in 2. Sent. dist. 30. quæst. 4. An Beata Dei Genitrix fuerit concepta in peccato originali? Conclusio est: *Quòd Deus poterat Beatam Virginem præservare à peccato originali; & poterat fecisse in peccato originali per unum instans: sed quòd ipsa numquam fuit in peccato originali per instans vel tempus, & per consequens non fuit concepta in peccato originali.* Latissimè de hac quæst. in lib. impress. Parisijs, ann. 1510. in folio.

Item, in quatuor Evangelia, ad illud Lucæ cap. 1. Quia fecit mihi magna qui potens est, folio 17. numero 10. inquit: Magna sanè illi Deus præstitit, nulli puræ creaturæ talia communicaturus: *sine originali labe progenita, nec probabilitate vacat, quin hæc Virgo originali justitia fuerit prædita in Eva & Adam ante lapsum*, &c. i

Item, ad illud: Ave gratiâ plenâ, fol. 166. à tergo num. 80. proponit quæstionem: Quæritur, an Christifera Virgo originali culpâ unquam infecta fuerit? Respondetur carptim: *Ipsa fuit originei contagij & actualium omnium lapsuum exors*: ostendo, &c. Proponit rationes ac solvit argumenta contraria pulchrè & doctè. Vide ibi; namomnia verba sunt digna cedro. Lib. impress. apud Badium 1529. in fol.

Item, in Expositione Evangelij Matthæi, unà cum trecentis & octo dubijs & difficultatibus ad ejus elucidationem, &c. cap. 6. fol. 26. col. 4. inquit: Et per hoc solvitur alia dubitatio: si esset aliquis omnis peccati expers & pœnæ peccato debitæ, an possit dicere Pater noster, propter hanc particulã Dimitte nobis debita nostra? & diceret quòd sic, *ut de Beata Virgine*, &c. Et in indice dicit: *Virgo MARIA poterat dicere: Dimitte nobis debita nostra in persona Ecclesiæ; secus est in persona particulari.* Lib. impress. Parisijs 1518. in folio.

JOANNES Major, Societatis JESU Belga: Quòd Beata MARIA Clericum Horas suas dicere solitum dignanter visitavit, & à carnalibus nuptijs revocans in castitate servavit, *& festum suæ Conceptionis eum celebrare docuit*, in lib. dicto: Magnorum spec. exemplorum, verb. Festum, exemplo 9. Impress. Duaci 1618. in 4. Item, verb. B. Virgo MARIA, exemplo 33. fol. 548. vocat *Virginem MARIAM totam pulchram, in qua non fuit macula*, &c. Lib. impress. Duaci 1614 in 4.

JOANNES Malderus, Episcopus Antuerpiensis, in primam secundæ D. Thomæ, quæst. 81. art. 3. Utrum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines? fol. 266. *præservationem Virginis MARIÆ à peccato originali, ac eius Immaculatam Conceptionem pro viribus tuetur ac defendit, ipsumque Immaculatæ Conceptionis mysterium posse ab Ecclesia diffiniri.* Vide ibi latè. Lib. impress. Antuerpiæ 1623. in fol.

JOANNES Maldonatus, Societatis JESU & Theologiæ Parisijs Professor, Hispanus, in Commentarijs super Matth. cap. 9. colum. 212. ad illa Christi Domini verba: Non veni vocare justos, sed peccatores: *Quomodò Virgo MARIA præservata fuit.* Lib. impress. Lugduni 1607. in fol.

Item, in lib. Commentariorum in præcipuos sacræ Scripturæ libros veteris Testamenti, ad cap. 4. Canticorum, vers. 7. fol. 172. inquit: Tota pulchra es amica mea. Hæc est conclusio superiorum: vocat autem totam pulchram Ecclesiam, quam vocant triumphantem, quam Christus sibi exhibuit gloriosam, non habentem maculam aut rugam, Ephes. 5. vers. 17. *Rectè etiam id in hac vita accommodatur Beatæ Virgini, in qua* (ut ait D. Augustinus) *nullum peccatum fuit.* Lib. impress. Parisijs 1643. in folio. Hæc Maldonati ultima verba, scilicet quòd in Virgine nullum peccatum fuit, exactissimè explicantur alia auctoritate ejusdem Auctoris in lib. de Disputationibus ac Controversijs circa septem Ecclesiæ Sacramenta, tomo 1. part. 2. quæstionis hypotheticæ de Eucharistia, folio 163. ubi quærit: An, ut Deipara dicatur integra Virgo, necesse fuerit ut extiterit integra ab omni re, vel satis fuerit quòd virum nunquam cognoverit? ad quam sic respondet. Quod attinet quidem ad culpam, satis id esset: non enim habet culpam omnis corruptio, sed corruptio à viro. Quod autem attinet ad dignitatem Matris Dei, non satis esset: nam sicuti Christus sine ulla culpa Matris suæ potuit nasci, non tantùm ex fœmina, sed etiam ex viro; tamen quia id non pertinebat neque ad mysterij neque ad Matris suæ dignitatem; noluit facere: ita etsi potuit sine ulla culpa Matris suæ nasci aperto utero; tamen quia ad dignitatem Matris non pertinebat, noluit; oportebat enim Matrem Dei non quomodocumque, sed singulariter esse Virginem, &c. Lib. imp. Lugduni 1614. in 4.

JOANNES de Mandevilla Belga, elaboravit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Incipit: Multi ad legem nostræ conceptionis opinantur,

Beatam Virginem in peccato originali conceptam. Extat in Rubra-Valle prope Bruxellas in 4. arca 4. & apud nos, & optimè defendit præservationem à peccato originali.

JOANNES Marcheltius, Ordinis Minorum Anglus, anno 1376. cùm gravis cœperat esse controversia inter Dominicanos & Franciscanos *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & Guilielmus Jordanis Ordinis S. Dominici, D. Thomam Aquinatem secutus mordicus teneret illam in originali peccato fuisse conceptam, se opposuit in publicis concertationibus in scholis atque libris. Et cùm durasset hęc lis ad annos multos inter istos Ordines, prædictus Joannes quoad vixit velut signifer inter Minores, suas & Ordinis sui strenuè partes egit. Scripsitque *de Conceptione B. MARIÆ Virginis* quæstiones varias, ut refert R. P. Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglico, f. 338. De hoc Jordano fit mentio in Expositione Evangeliorum & Epistolarum, Gallicè impress. in fol. anno 1543. fol. 184. à tergo in serm. de Conceptione, ubi ad marginem sic dicitur: Nota secundùm Jordanum, quòd aliis Sanctis in utero sanctificatis fuit collatum, quòd nunquam peccaverunt mortaliter: MARIÆ autem ultra hoc collatum est, quòd nunquam peccavit venialiter. Angelus à S. Francisco in lib. Certamen Seraphicum, & Lucas Waddingus in Catalogo, folio 214. Marrac. ad annum 1376. & in Bibliotheca, folio 755. Pitseus & Leon classe 6. Pistoia, folio 160.

JOANNES de Marchena, Ordinis Minorum Hispanus, multa elaboravit pro tuenda causa *Immaculatæ Conceptionis*, ut constat ex informatione facta Murciæ: cujus originale est apud nos. Vide Antonium Daza.

JOANNES Marcus Lopez de Luna, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, & extat cum aliis apud Sanct. Zapata lib. de Conceptione, folio 139.

JOANNES à Sancta MARIA, Doctor Theologus Tolosanus, Gallus, edidit Librum sub titulo: Libellus supplex Innocentio X. Pontifici maximo, cum Decretis summorum Pontificum & Sacrosancti Concilii Tridentini. Necnon Disputatio illustris Ambrosij Catharini Politi Archiepiscopi Compsani ex Ordine Fratrum Prædicatorum assumpti; additis sacræ Scripturæ & SS. Patrum testimoniis *pro Immaculata Beatæ Virginis Conceptione*, contra Opusculum Fratris Petri de Vincentia, seu potiùs Magistri Vincentij Bandelli à CLXVI annis ab Ecclesia damnatum. Impress. Tolosæ anno 1649. in 8.

JOANNES de S. MARIA, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata puritate Virginis MARIÆ* à fol. 287. Impress. cum aliis Granatæ.

JOANNES Maria de Asylo, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ reformatæ Venetiarum, ait: Quòd in illa Provincia Altaria, Capellæ, & Confraternitates *Immaculatæ Conceptionis*, sunt in Asylo, Civitela, S. Petro, Vimitrani, & in Valle agni. Extat apud nos MS.

JOANNES Maria Belletus, Episcopus Hieracensis Italus: Quomodò loquendum & prædicandum sit *de Immaculata Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, in lib. Disquisitionum Clerical. §. 19. Romæ, anno 1635. in folio magno. Item, ibidem §. 3. folio 595. de Constitutionibus editis à summis Pontificibus pro materia Conceptionis, in indice sic inquit: *MARIA Virgo fuit concepta sine peccato originali; & contrarium asserere prohibetur, quas pœnas incurrat.* Lib. impress. Romæ 1654. in fol. & est impressio quarta, ut ibi dicitur.

J. M. Ferraige, Doctor Theologus Gallus, in libro Meditations sur les principales festes de l'année, fol. 585. *de Meditatione Conceptionis V. MARIÆ*, usque fol. 600. Lib. impress. Parisiis 1624. in 8.

JOANNES Maria Ginoscrius de Camerati Italus, in libro in quo adducit centum Cantica spiritualia in laudem Beatissimæ Virginis, de *Conceptione Beatæ Virginis* ponit Canticum undecimum. Impress. anno 1620. Italicè.

JOANNES Maria de Guevara, y Canos Hispanus, *de Conceptione Virginis MARIÆ Coronam*, fol. 45. Item, folio 163. sub hoc titulo: *Ego sum MARIA concepta sine peccato originali*, in suo libro dict. Corona SS. Virginis MARIÆ, &c. Impress. Limæ 1643. in 8.

JOANNES Maria Tarsia, Florentinus in libro de Monarchia Virginis MARIÆ, & de corona duodecim stellarum, &c. stella 1. Quid sit peccatum originale, & an MARIA contraxerit illud? respondet negativè, &c. Vide à folio 22. usque 60. Lib. impress. Venetijs 1582. in 8. 1607. in 8. à fol. 51. usque 56.

Item, traduxit Italicè Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ* R. P. Ludovici Granatensis. Impress. Venetiis 1580. in 4.

JOANNES Maria Verratus (aliqui eum faciunt Carmelitanum) in libro de Incarnatione, cap. 3. sive de Matre verbi D. consona quatuor Evangeliorum, &c. de Angelica salutatione, comparat Virginem MARIAM cum stella maris vulgariter dicta Tramontana, & post tres similitudines, inquit: Quartò, quantùm ad summum quia status illius stellæ est quasi sine motu, quia est vicina Polo, & nunquam tendit ad occasum sicut aliæ stellæ; *sic Beata Virgo est sine motu peccati venialis, aut mortalis, aut originalis*, &c. Item, infra ad illud: Gratiâ plena: Quòd Beata Virgo MARIA non tantùm fuit plena gratiâ, *quia illa non defuit ei ullo tempore*; sed plena gratiâ, quia illâ superabundans, &c. Citatur à Joanne Dadræo in libro locorum communium similium & dissimilium, verb. MARIA, folio 336. Venetijs 1583. in 8. & Andrea Urzano in Analysi artic. 2. folio 108. Lucæ, Pistoia fol. 156.

Item, in Commentariis super Evangelia, tom. 5. à folio 218. adducit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* quædam singularia notatu digna usque fol. 222. Vide ibi. Venetiis 1554. in 8.

JOANNES Maria Zamorus, Utinensis sive de Udine, Italus Ordinis Minorum, *de originali Deiparæ Virginis innocentia, & ab originali peccati macula immunitate & exemptione*, ex sacræ Scripturæ testimoniis Tractatum unum. Item, de vera & germana sanctorum Patrum priscorumque Doctorum *de S. & Immaculata Virginis Conceptione*, mente & sententia ex eorum elucubrationibus, Tractatum unum. Item, de vera & germana S. Thomæ Aquinatis *de eadem Virginis Deiparæ Sanctæ Conceptione*, mente & sententia Tractatum unum. Item, de facilitate, decentia & necessitate diu rimendæ terminandæque controversiæ *de Sanctæ & Immaculata Virginis Conceptione*, Tractatum unum. Item, *de perfecta & absoluta Deiparæ Virginis immunitate ac exemptione à communi & universali peccati le-*

ge, Tractatum unum. Hæc omnia invenies in libro de Eminentissima Deiparæ Virginis perfectione à cap. 16. usque ad 28. id est, à folio 154. usque 226. Lib. impress. Venetiis 1626. in fol. & 1628. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOANNES Marius Scribonius, Ordinis Minorum, in libro Sermonum Adventualium *pro die Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Sermonem super verba illa: Fundamenta ejus in montibus sanctis, &c. à folio 210. usque 250. Lib. impress. Parisiis 1619. in 8.

Item, in lib. Pantolina, seu Summa totius Theologiæ, disput. 20. quæst. 10. fol. 265. *Vtrum caro B. Virginis potuerit sanctificari seu purificari ante animationem?* probat affirmativè quòd sic, contra S. Thomam, & eruditè. Parisiis 1620. in folio.

Item, in libro super Missus est (id est) de Verbo incarnato, serm. 4. fol. 116. Quòd Virgo Maria fuit Stella maris, *quòd nunquam occidit peccato originali vel actuali, &c.* Vide serm. 5. & 6. & passim deinceps, quia omnes Sermones sunt de Conceptione. Lib. impress. Parisiis 1622. in 8. regali.

JOANNES Marotus, natione Gallus, *de Beatæ Virginis Conceptione Immaculata Canticum Regium.* Marræ. in Biblioth. folio 759. Pistoia folio 228. num. 216.

JOANNES Marquez, Ordinis S. Augustini vespertinæ Cathedræ in Academia Salmanticensi Professor, & Catholici Regis Concionator egregius, Hispanus, elegantem atque eruditam Comœdiam in inclyta Academia Salmanticensi recitandam composuit, in qua sub velamine historiæ Esther Reginæ à lege communi mortis in omnes lata, *regia benignitate exemptæ, omnimodam Virginis MARIÆ ab omni originaria labe immunitatem* mira eloquentia, eruditioneque explicavit. Vide de hac Scena Joannem Antonium Velazquez, libro 5. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 7. fol. 428. Et de Sermonibus à prædicto R. P. Joanne Marquez declamatis *pro Immaculata Conceptione Deiparæ* mentionem facit R. P. Basilius Ponze in Pompa funerali ipsius, folio 10.

JOANNES Martin, Doctor ac Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *circa incontaminatam puritatem Virginis MARIÆ.* Impress. Granatæ cum aliis, folio 274.

JOANNES Martinez Corderus, Doctor Hispanus, in lib. Exercitiorum spiritualium, &c. fol. 44 adducit Orationem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ.* Impress. Valentiæ 1613. in 16.

Item, in Summa Doctrinæ Christianæ, fol. 13. de Salutatione Angelica, inquit: *Bendita en todas las generaciones, y en ser toda hermosa y sin manzilla y libre de toda manzilla*, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1562. in 8.

JOANNES Martinez, Ordinis Minorum Hispanus, in Historia Virginis Mariæ de Magallon cant. 8. folio 150. inquit:

Columna .....:
Donde jamas se hallò falta,
Columna en quien Dios hajò
Muy alta por la eminencia
Hermosa por la aparienzia
Firme pues perseverò,
Derecha por la inocencia.
Columna hermosa de nube
En quien por mi bien yo tube
De mi Salvador el trono
Y à sus pies preso el enemo
De aquel por quien preso estube, &c.

Et ad marginem citat illa verba Genesis 3. Ipsa conteret caput tuum. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1610. in 8. Item, refert miraculum in Conventu Barchinonen. de Angelis cantantibus Matutinales preces *in die Immaculatæ Conceptionis MARIÆ:* de quo latè Joannes de Alloza in suo Cœlo stellato, lib. 1. cap. 1. stell. 31. fol. 10.

JOANNES Martinez de Ripalda, Pompeiopolitanus Societatis Jesu, in Collegio Salmanticensi & Matritensi primarius Theologiæ Professor Hispanus, in brevi Expositione lit. Magistri Sententiarum de Incarnatione, lib. 3. dist. 3. fol. 391. inquirit sequentes quæstiones. Quæstio 1. *An Virgo Beata contraxerit peccatum originale?* Negativè. Quæstio 2. *An contraxerit debitum peccati originalis?* & alias quæstiones pertinentes ad hanc materiam. Lib. impress. Lugduni 1636. in 8.

Item, tom. 2. de Ente supernaturali, lib. 4. disput. 79. sub hoc titulo: An dignitas Deiparæ se sola seorsim à gratia habituali, possit sanctificare personam, & dignificare opera supernaturalia ad meritum vitæ æternæ? Ibi plura *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali invenies, & quomodò non compatiuntur sese Maternitas Dei, & peccatum*, &c. Habet hæc disputatio sectiones 16. à fol. 49. usq; 96. Sed præcipuè videndæ sunt sect. 4. & 9. Lib. impress. Lugduni 1645. in fol.

Item, tom. 3. de eodem Ente supernaturali in principio, fol. 4. adducit propositiones damnatas à summis Ecclesiæ Pontificibus Gregorio, Pio, Urbano, Paulo, &c. Michaëlis Baij, inter quas propositio 73. erat hæc: *Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.* Bullas Summorum Pontificum damnantes 97. Articulos Baij invenies ad finem prædicti lib. impress. Coloniæ 1648. in fol.

JOANNES Martinus Siliceus, Archiepiscopus Toletanus Hispanus, in Explanatione salutationis Angelicæ, ad illud: Ave Maria gratiâ plena, fol. 174. inquit: Gaude & lætare Maria, quòd te donaverit Deus tantâ, ac tali gratiâ, quòd universos tui generis homines antecellas, & superes universa Angelorum agmina. *Tu unica sine væ, sine lapsu, sine macula, expers peccati originalis*, venialis & mortalis, &c. Lib. impress. Toleti 1550. in 8. parvo.

Item, approbavit & edi curavit Breviarium Toletanum, in quo folio 530. *extat officium de Conceptione Sanctæ MARIÆ.* Impress. Lugduni 1550. in 4.

JOANNES de Marieta, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Historia Ecclesiastica Sanctorum Hispaniæ, parte 3. libro 22. folio 46. inquit: En esta misma Ciudad de Toledo, en el convento de la Concepcion de nuestra Señora esta la Sancta Beatrix de Silva Portuguesa, Dama de la Reyna Doña Ysabel, muger del Rey Don Juan el segundo; *fue esta Santa Señora fundadora de la Orden que llamamos de la Concepcion de nuestra Señora*, la qual aprobo despues algunos años el Papa Julio II. &c. Lib. impress. Conchæ 1556. in folio.

JOANNES de Mata, Ordinis Prædicatorum Hispa-

Hispanus, in libro: Paraiso Virginal de discursos predicables en las fiestas de la siempre Virgen Maria Madre de Dios y Señora nuestra; adducit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei ac Dominæ nostræ*, in quo habet sequentia pro ejus immunitate: Oy comienza à ser el mundo, porque comienza à ser Maria; acabose el primero que Dios crio, porque dio fin de la culpa, &c. Remoçose el mundo viejo, reverdecieron sus casi agostadas esperanzas, porque esta nubecita pequeña oy concebida, y que llega al puerto de Santa Ana su venturosa Madre, es la que vio Elias. Ecce nubecula parva, &c. Item, discursus 4. est sub hoc titulo: *No aguardo Dios largos tiempos para honrar à su Madre, en su Concepcion la engrandeze.* Ya los Angeles la reconocen por Reyna, y ya el Evangelio la llama Madre de Dios, &c. Item, infra: Como esta Princesa, que para reparo suyo esperaba el mundo avia de ser tan excelente, la natureleza en poniendo la mano en esta imagen temblando, y como encogida se retirò atras, esperando à que la gracia como diestro artifice, acabase la pintura, faltandole à la naturaleza caudal, fuerzas, posibilidad, primor, &c. Angelos ascendentes & descendentes; como era posible que subiesen primero, que bajasen siendo cortesanos y asistentes en el cielo? decid chronista sagrado; que antes bajaban, que subian. *No porque esta escala es MARIA, y quando havia de vivir vida de tierra, que es bajar, vive vida de gloria, que es subir, &c.* Lib. impress. Pampilonæ 1631. in 4. & Compluti 1647. in 4. & Latinè Antuerpiæ 1652. in 4. & Italicè Sermo est sub titulo Immaculatæ Conceptionis. Venetiis 1638. in 4.

JOANNES Matthæus Caryophilus, *in Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Poëma unum. Item, *de eadem Conceptione Poëmata alia tria.* Item, *de eadem Conceptione* Hymnum unum. Item, *de eadem Conceptione Virginis* ad illud: Quòd nigra; sed formosa, Hymnum alterum. Item, *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ* Poëmata quatuor. Quæ omnia reperies in libro dicto: Noctes Tusculanæ & Ravennates, ad diem 8. Decembris folio 20. Impress. Romæ, anno 1621. in 8.

JOANNES Mauburnus vel Momburnus Bruxellensis, Canonicus Regularis S. Augustini Belga, in libro: Rosetum exercitiorum spiritualium, & sacrarum meditationum, Alphabeto 56. de Beata Virgine, titulo 24. in Rosario de præcedentibus Mariæ ortum, atque ipso ejus ortu & vitæ progressu, usque ad Angelicæ salutationis Eulogium, littera O; *de Conceptione hujus Virginis membrum quintum.* Lib. impress. Parisijs 1510. in folio, & Duaci 1620. etiam in folio.

JOANNES Mazerus, Ordinis Cisterciensis Gallus, diligenter correxit & emendavit opera Dionysij Cisterciensis in 4. libros Sententiarum, inquibus libro 2. dist. 3. art 3. adducit sententiam illam: *Quòd forsitan in matre Anna fuit corpus Christi Domini à fomite & concupiscentia purgatum, &c.* Vide Dionysium Cistercien.

JOANNES de Medina, Doctor Complutensis Hispanus, in Codice de Pœnitentia, Confessione, Satisfactione, Jejunio, Eleëmosina & de Oratione, ad finem folio 208. *vocat Virginem Dei Matrem MARIAM intemeratam.* Lib. impress. 1544. in folio. Eodemque titulo honorat Virginem in tomo 2. de Restitutione & Contractibus, folio ultimo. Impress. 1546. Compluti. Et in hoc Auctore ab aliquibus pro nostra citato sententia, nihil aliud invenire potui: fides Auctores appellet.

JOANNES de Medina, Ordinis Minorum, in libro de Oratione quæst. 17. & de Pœnitentia quæst. 6. *Beatæ Virginis Conceptionem tuetur ut defendit.* Ita Joannes à S. M. in Supplici libello, folio 17. Nescio, an sit diversus à præcedenti.

JOANNES Melendus, Presbyter Benefi-ciatus Hispanus, in libro: La serrana celestial, historia, aparezimiento y milagros de la santissima Virgen nuestra Señora de la Sierra, &c. Cabtu 20. folio 304. inquit:

En el dia que nacio,
Esta nube que ahuiemo
Aquel penoso nublado
Del original peccado
Con el gosso, que llovio.
En el dia que hizo entrada
En este mundo mortal
Aquella Reyna sagrada
Que en la mente celestial
Fue ab æterno preservada.

Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1627. in 8. Vide alia ibi.

JOANNES Mellus de Sousa, Senator Regius Hispanus, scripsit Paraphrasim Poëticam in librum Job. Deinde, de Reparatione humanæ lapsu Adæ Librum unum Carmine Heroico. Similiter de Grassatione sathanæ Librum alterum, ac tandem folio 162. *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Librum unum, qui est in ordine tertius, usque ad fol. 176. Quæ omnia reperies in libro impress. Lugduni 1625. in 12. regali.

JOANNES Meltringen, Magister Theologiæ, in suo Vocabulario, verb. seu §. Conceptio, tenet *Virginem MARIAM fuisse pœnitus immunem à peccati originalis labe.* Ita R. P. Frater Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Conceptione Virginea folio 175.

JOANNES Merinero, Ordinis Minorum quondam Generalis Minister, & nunc Episcopus Vallisoletanus, in Constitutionibus generalibus pro Monialibus Clarissis, &c. *agit de singula Monialium sanctissimæ ac purissimæ Conceptione,* à folio 38. usque 49. Lib. impress. Matriti, anno 1642. in 4.

Item, scripsit Tractatum seu Librum, cujus propositio principalis seu unica est: *Difficultates circa Immaculatæ Conceptionis, his temporibus pro certo habenda est.* Lib. impress. Vallisoleti in 4.

JOANNES Messia del Faro, Doctor Hispanus, in Sermone de Præsentatione Virginis Mariæ, folio 4. inquit: Ana, esta es la bienaventurada Madre de Maria, à quien sin duda el Propheta sancto llama con espiritu del Cielo, defensio de Dios, su quietud y sosiego; porque en ella habitò por singular gracia, y tuvo el mas alegre, y sosegado dia, *quando en su vientre dichoso preservò à MARIA Virgen de la culpa original, &c.* Y alli notaron Doctores Catolicos, que la Virgen Santissima fue concebida en sabado; nacio del vientre de Ana en sabado, su nombre milagroso le fue puesto de sus Padres en el mismo dia, y su admirable Presentacion en el templo, &c. Serm. impress. Hispali 1627. in 4.

JOANNES Metzmecher, Ordinis Canonicorum Regularium S. Crucis, in Postillis super omnia

nia Evangelia, adducit Sermonem de Annuntiatione B. Virginis MARIÆ, qui incipit: In mense sexto missus est Angelus Gabriel, Lucæ 1. Per hanc Evangelii particulam declarat Evangelista de Conceptione Salvatoris, quæ fuit in fœcunditate Virginis, &c. Et ad illud: Ave MARIA gratiâ plena, inquit: In hac autem salutatione Angelus quatuor in MARIA commendat, scilicet *universalem culpæ carentiam* redundantem gratiæ abundantiam, singularem, ejus pudicitiam, specialem super omnes mulieres prærogativam, &c. De omni carentia à peccat discurrit latissimè, quomodò scilicet caruit omni væ *etiam miseriæ culpæ originalis*, &c. Liber extat manuscriptus in Monasterio PP. Cruciferorum Coloniæ F. 11. & P. 36. in folio, & fuit scriptus (ut ibi dicitur ad finem) anno Domini 1430.

JOANNES Michaël Constantiensis, Prior Carthusiæ Majoris ac Generalis Minister, in Enchiridio seu Manuali quotidianorum exercitiorum spiritualium, ad diem septimam Decemb. *agit de Virgine Conceptionis MARIÆ Virginis*, & ad diem 8. ait: *Conceptio Immaculatæ Beatæ MARIÆ, Solemnitas.* Item, folio 490. *de prædestinatione ac præservatione à peccato originali, ac præventione gratiæ, quâ anima Beatæ Virginis in instanti creationis copiosissimè fuit ornata.* Item, sparsim per totum librum vocat eam *glorioſam sine macula*, quæ contrivit caput serpentis, & alia similia à folio 490. usque 552. Et folio 555. in præfatione ad Salutationes Beatæ Virginis ex Cantico Cantic. & Ecclesiast. desumptas, inquit: Quia in festis *Conceptionis*, Nativitatis & Præsentationis Beatissimæ Dei Genitricis, juxta morem nostri Carthusiensis Ordinis, Canticum Canticorum in Lectionibus Matutinarum totum perlegitur, & pleraque Responsoria earumdem solemnitatum sumuntur ex eodem Cantico, in quo etiam excellentissimæ laudes ejusdem gloriosæ Virginis continetur; ideo hîc colligimus ex nostri Patris Dionysii Carthusiani expositione in dictum Canticum sequentes salutationes, ex ipsius-met Cantici verbis eidem Virgini mirabiliter & devotissimè ab eodem Patre applicatis, sumptas, &c. Impress. Lugduni 1609. in 12. regali.

Item, in Psalterio decachordo, cap. 12. in explicatione Decadis observationum per Beatissimæ Matris Dei festivitates, &c. folio 172. inquit: *Per Immaculatam Conceptionem gloriosæ Dei Genitricis & Virginis MARIÆ, in qua ipsa Virgo ab æterno prædicta, & prædestinata in Matrem Dei*, &c. Prosequitur & declarat quomodò Virgo MARIA concepta fuit absque originali peccato. Impress. Lugduni 1598. in 8. & Coloniæ 1600. in 12. regali à fol. 452. usque ad finem.

JOANNES Michaël Ibanez de Segovia, Doctor Hispanus, edidit Opusculum seu Sermonem sub hoc titulo: *Immunidad de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su ser*, &c. Impress. Matriti 1653. in 4.

JOANNES de S. Michaële, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *A la Conception de la Virgen Santissima*, en la Procession y rogativa por los felices sucesos de las Armas de España, ubi affirmat & comprobat fuisse Immaculatè conceptam. Impress. Mexico 1646. in 4.

JOANNES Min Corerus Hispanus, in libro Summæ Doctrinæ Christianæ per interrogationes & responsiones, in Explicatione salutationis Angelicæ, fol. 12. *Quòd benedicta fuit Virgo MARIA inter mulieres, quia nullam maculam habuit, & semper fuit gratiâ plena*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1558. in 8. Nota, quòd nomen hujus Auctoris extat abbreviatum sic I. M. C. & litteris manuscriptis extabat ad marginem nomen supra positum.

JOANNES Mingues Valentinus, Setabensis Hispanus, in libro cujus titulus: Compages artificiosa totius summæ Theologiæ S. Thomæ Aquinatis utilissima, &c. fol. 191. inquit: In ingressu igitur Christi in mundum, id est Conceptione Christi, per quæstiones 8. quarum tamen 5. primę pertinent ad Matrem concipientem, ut quæst. 27. *de Sanctificatione MARIÆ*, quæst. 28. de Virginitate Beatæ MARIÆ, &c. Lib. impress. Valentiæ 1592. in 8.

JOANNES Minimitanus, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Gallus, in Additionibus ad Platinam, refert *Tractatum de Conceptione Beatæ MARIÆ* editum à Francisco de Ruvere Ordinis Minorum, postea Sixto 4. vocato, folio 308. Lib. impress. Parisijs 1530. in 8.

JOANNES Molanus Belga, Regius Theologus Lovanienſis, *pro Conceptione sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV CHRISTI* notationem ad Martyrologium Usuardi. Lovanij 1568. & 1537. & Parisijs 1583. in Historia Christiana.

Item, in libro de Historia Sanctorum, imaginum & picturarum, de pictura *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Caput unum. Impress. Lugduni 1619. in 12. regali.

Item, in libro: Natalium Sanctorum Belgij, & eorumdem Chronic. recapitulatio, in Kalendario ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*. Impress. Duaci 1614. in 8.

Item, edidit Bibliothecam materiarum, in qua catalogo primo de præcipuis Beatissimæ Deiparæ festis adducit Doctores & Scriptores pro hac materia *in festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Fuit Opus impressum Coloniæ, licèt Duacenses Catalogum istum tribuant Richardo Gibbono Societatis Jesu; sed hoc pro meo instituto parum refert, dum in utroque invenitur. Vide librum Richar. à Sancto Laurentio ad finem.

JOANNES de Molina, Ordinis Minorum, multa elaboravit *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est in Informatione Murciæ facta, quam nos originalem habemus, & testatur Daza.

JOANNES de Molina, Societatis Jesu Hispanus, in Certamine Granatensi scripsit Cantionem pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. cum alijs folio 244.

JOANNES de Moncada, Presbyter Hispanus, scripsit Tractatum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, an. 1623. Ita Antonius de Lupian Zapata in suis Notitijs manuscrip.

JOANNES Montero, Belmonte Hispanus, in Assertionibus Theologicis habitis in Universitate Complutensi sub auspicijs Reverendissimi Patris Fratris Christophri Cabero, sustinuit *Beatissimam Virginem non solùm non contraxisse peccatum originale, verùm etiam debitum ad illud non habuisse ex meritis Christi*, &c. Quæ assertio approbata fuit à Didaco Fernandez ejusdem Universitatis Decano & à Doctore Ildephonso de Luna Præside. Impress. ibidem in charta expansa absque anno.

JOANNES Montesdoca, Ordinis Minorum

Hispanus, recognovit ac typis mandari fecit Expositionem Fratris Gratiani Brixiensis in 2. Sent. lib. in qua dist. 20. & 30. 31. & 32. quæst. 1. *semper excipit Virginem MARIAM à peccato originali* per totum; ut videre est in libro impress. Carpi in gratiam Alberti Pij Principis Carpensis, atque ejus beneficio an. 1506. in folio. Extat in Bibliotheca Collegij Romani P. 8. n. 13. & in Biblioth. Sancti Francisci Matriten. quæst. 65.

JOANNES de Montholon Eduensis, Canonicus Regularis Sancti Victoris Parisiensis, *pro Immaculata Virginis Conceptione* habet plura & erudita in tomo 2. Promptuarij divini juris ac utriusque humani, Pontificij & Cæsarei, verb. MARIA Virgo, folio 40. Impress. Parisijs 1520. in folio.

JOANNES de Montoya, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro titulato: Compendio de la doctrina Christiana dividido en tres partes, &c. Compuesto por el Padre Maestro Fr. Luis de Granada de la Orden de Predicadores, traducido de lengua Portuguesa en nuestro vulgar Castellano por Fr. Joan de Montoya, &c. fol. 207. inquit: Siguense trece sermones de las principales fiestas del año, hechos por el muy Reverendo Padre Fr. Luis de Granada de la Orden de Santo Domingo, traducidos de lengua Portuguesa por un Religioso de la dicha Orden y fueron examinados estos sermones por el muy R. P. M. F. Francisco Foreiro examinador de libros por comision del Serenissimo Señor Cardenal Infante Inquisidor General en los Reynos de Portugal. Et folio 259. adducit Sermonem *pro Conceptione Virginis MARIÆ*, usque 262. & Sermo incipit sic: *Hoy celebra la Santa Madre Iglesia la fiesta de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, &c. In quo expresse dicitur *ipsam fuisse immunem à peccato originali*. Vide infra verb. Ludovicus de Granada, ubi aliqua ex prædicto serm. refero, licèt non omnia. Lib. impress. Granatæ 1595. in 4.

Item, in libro de Rosario Dominæ nostræ ex libris Ludovici Granatensis, cap. 13. folio 63. inquit: Procuraba la Virgen de ser en las vigilias de las noches, la primera en la Ley de Dios, mas entendida en la humildad, la mas humilde en los Psalmos, y cantares de Dios, mas elegante en la caridad mas fervorosa, *y en la pureza mas pura*, y en todas virtudes mas perfecta, &c. Lib. impress. Cordubæ 1592. in 8.

JOANNES de Morales, Ordinis Minorum Hispanus, de Monasteriis ac Conventibus fundatis in Provincia Burgensi sub titulo *Immaculatæ ac purissimæ Conceptionis*. Vide Petrum Ximenez.

JOANNES Moreno de Castañeda, Presbyter Hispalensis, nomine & voce Confraternitatis S. Petri ad Vincula civitatis Hispalensis petiit licentiam & illam obtinuit, ut prædicta Confraternitas emitteret votum seu juramentum *defensionis mysterii Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ, &c.* à D.D. Petro de Castro & Quiñones Archiepiscopo Hispalensi anno 1616. die 4. Martii; ut videre est in charta impress. cum alijs opusculis de Conceptione, & Hispali 1616. in 4. Etiam habemus opusculum impress. in 4. Hispali sub hoc titulo: Estatuto y acuerdo del voto y juramento, &c.

JOANNES Moreno, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Sermone de Assumptione *vocat Virginem MARIAM speculum sine macula*, &c. Impress. Giennæ 1649. in 4.

JOANNES Moreno Verdugo, Ordinis Minorum Hispanus & Comissarius Generalis Peruanus, ad Librum D. D. Petri de Perea Episcopi Arequipensis *pro certitudine Immaculatæ Conceptionis* fecit approbationem & comprobationem, quæ extat in lib. impress. in Civitate Regum, anno 1629. in folio.

JOANNES Moronus, Patricius Mediolanensis ac S. R. E. Cardinalis, aggregavit *Confraternitatem purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Cœnobio Sancti Francisci de Urbe, &c. Armament. col. 714. & Purpur. Marian. fol. 250.

JOANNES Munieſſa, Ordinis Minorum & hodie Commissarius Generalis Familiæ, Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Sumario de la esclavitud de Jesus Sacramentado, de Maria Immaculada, y Joseph Justo, intitulada: Retrato del Buen Pastor. *A la Concepcion Immaculada de la Madre del Pastor*, &c. Impress. Matriti 1657. in 16.

JOANNES Muñoz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Disceptationes & argumenta Complutensium circa varias Sacræ Theologiæ doctrinas, &c. de Incarnatione argum. 8. folio 306. *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*. Impress. Cæsaraugustæ 1639. in 4.

Item, scripsit Sermonem sub hoc titulo: de San Juan Evangelista al velo de una Religiosa, y à una Missa nueva, *predicado en el Convento de la purissima Concepcion* de la noble Villa de Pastrana. Impress. Matriti 1644. in 4.

JOANNES N. Ordinis Minorum Hispanus, ac socius in Martyrio P. Francisci Laurentij, prædicavit in Indijs Occidentalibus mysterium *Immaculatæ Conceptionis*, ut refert Antonius Daza in Tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 44.

JOANNES Nadas, Presbyter de la Puebla de Alborton in Aragonia ad annum 1630. scripsit aliqua *de Immaculata Conceptione* carmine Hispanico. Ita Lupian in suis Notitijs manusc.

JOANNES Nadasius, natione Hungarus Societatis Jesu, transtulit ex Hungaro sermone Concionem Eminentissimi Cardinalis D. D. Petri Pazmani *de Immaculata Conceptione Dei Genitricis Virginis MARIÆ*. Impress. Posani 1636. in fol. Vide Marraccium in Purpur. Marian. folio 373. ad marginem.

Item, in libro dicto: Annales Mariani Societatis Jesu, ab anno 1521. usque ad tempora hodierna, adducit plura *pro Immaculata Virginis Conceptione* acta à Patribus Societatis Jesu. Vide in indice verb. Conceptio; nam longum esset omnia transcribere: aliqua tamen hic num. quæ specialem debent habere notationem. Num. 338. inquit: In Collegio Limano apud Peruanos in Occiduo *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis* (cui discipulorum Sodalitas dicata est) *vigiliæ duas orationes de sacro illo mysterio in ejus sacello dicatas habent*, contigit hoc anno 1574. Citat litteras annuas. In hoc Collegio humaniores litteras didici. Item num. 343. Quòd Cardinalis Toletus *ad festa Immaculatæ Conceptionis* & Annuntiationis octo dierum jejunio se præparabat, & eleëmosynas largissimas expendebat. Et num. 618. adducit votum P. Joannis Berckmans *de tuenda Immaculatæ Conceptione proprio sanguine conscriptum*. Item, num. 1215. Quomodò quibusdam tentatis quidam Societatis Jesu in Austriæ Provincia dedit consilium, ut semel in die orationem dominicam dicerent in honorem

honorem Immaculatæ Conceptionis ex voto, & qualiter deinceps nullo conflictu sunt victi, licèt sæpè tentati, &c. Item, qualiter anno 1651. in Collegio Viennæ Austriæ factum est *votum de tuenda B. Virginis Immaculata Conceptione usque ad sanguinis effusionem, si res ferret statu Ecclesiæ.* Et infra, num. 1263. refert quomodò in eodem Collegio Viennæ Austriæ aliqui Sodales quotannis dant suas schedulas devoto suo sanguine conscriptas. Item, n. 1264. agit latè de curru triumphali erecto Hispali *in honorem Conceptionis* cum hoc titulo: *Pro MARIA concepta sine peccato originali* Collegium & Scholæ S. Hermenegildi Societatis Jesu, &c. Lib. impr. Romæ 1658. in 4.

JOANNES de Narbona Magistralis, & Vicarius Matritensis, recepit votum seu juramentum *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* editum à Congregatione Dominæ nostræ de la Novena, ut constat ex eodem voto. Impress. in folio, anno 1654.

JOANNES Nassus, Ordinis Minorum & Episcopus, in suis Sermonibus Adventualibus *scribit Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*: refert Antonius Daza in lib. de Concept. cap. 6. fol. 45.

JOANNES Navarræ Rex primus, sive secundus Rex Aragonum, locum tenens Generalis Alphonsi IV. fratris ejus Regis Aragoniæ, & Comitis Barchinon. in Comitijs in eadem Civitate congregatis, anno 1456. cap. 1. legem dedit Catalonis, post longum de Beata Virgine encomium, titulo 11. *de Immaculata Virginis Conceptione*, tenoris sequentis: No es dones alguna maravella, silos feels Christians à ella devots de justa ira se commoven, quan *de la inefable puritat sua, è de la sancta sua Conceptio* ouhen disputar ô disceptar è metre dupte ocè per alguns curiosos è temeraris *asser publicament predicar ella eser concebuda en pecat original*, de que las orellas dels seus devots se judicant molt offessas, quam en Predications ô sabonaments ohuen affirmar la mare del Rey del Segles, è Salvador del mon *esser infecta, è maculat de pecat original en lo instant de la sua Sancta Conceptio*, segueixse en cara en los pobles, mayorments ignorantes, indevotio en las pensas de aquells de la honor è reverentia de la sanctissima Verge nostra Dona Sancta Maria, &c. Per augmentatio de la honor è reverentia de la glorioса Virge nostra Dona Sancta Maria, è *de la sua sancta è purissima Conceptio*, è per cessar inconvenients, scandals è sinistres que ver semblantment se devrien tembre seguir entre los devots de la dita benaventurada Verge, è *de la sua sancta Conceptio*. E alguns qui aquella ester concebida in peccat original affirmaban è affirmam, conformamnos encora de la preconitzatio feta de manament de la dita Senora Reyna vuy benaventuradament regnant sobre la dita altercatio, la qual preconitzatio deppendeix de certa declaratio per aco feta en lo Concilio de Basilea abloatio, è approbatio, è consentiment de la present Cort, è aquella instant è humilment suplicant constituim, ordenam, è manam ab aquesta constitutio, per temps duradora, que non su algun en tot lo principat de Catalunia ò laica, Religios mendicant, ò de atre qual se vol stament, Religio, professio ô conditio nogos *publicament*, ô *amagoada predicar* ô *dogmatizar*, ne *publicament affirmar*, ô *disputar la Sacratissima Verge MARIA esser estada subjugada ne maculada de peccat original en la sua sancta Conceptio, negos dir, ni temir, predicar* ô *affirmar la Sacratissima Verge esser estada de ha dita macula original*, si è opinio falsa improprada, ô indevota, neen la altra manera impugnar, ans de tal doctrina ò publica disputatio, predicatio ô affirmatio se callè possant fre à la sua temeraria lenga è indiscret parlar; antes mayormèt que ninguno necessitat de la fe sancta nos forza tal cosa confesar, è si per algun, ô algun de qual se vol stament, Religio, ô conditio si è odit publicamèt, contra las cosas en la present cõstitutio contengudas, è quiscuna de quellas vollem, constituim, manam, è declarant, que tals contra faents ipso facto sien haguts per inimicis del Senyor Rey è sien perpetuament excillats del Principat de Catalunia, del qual exili gratia, conport è remissio alguna obtenir, no pugam. Ita in lib. Constit. Cataloniæ virtute capitis, volumine 1. lib. 1. edito Barchinone, anno 1588. in folio. Vide Pinedam ad Privilegium undecimum huius Regis, licèt assignet annum 1451. Item, idem cùm Calatajubij, anno 1461. ut dicitur libro 3. Fororum Regni Aragonum, titulo: *Forus Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, &c. fol. 52. col. 1. edidit Constitutionem tenoris sequentis: Por honor è gloria de la sagrada Virgen Maria de voluntat de la Cort, statuimus, è ordenamos que *la fiesta de la Virgen MARIA, que cae à ocho dias del mes de Diciembre*, sia en el Regno nostro inviolablement, è perpetua guardada, è celebrada solemnement; bien assi como las quatro fiestas principales de la dicha Virgen Maria, en el dicho Regno è por todo el universo se guardan, è celebran. E prohibimos è mandamos que alguna persona de qualquier ley, estado è condition no sia osada publicamente, ni oculta disputar raffirmar, asseverar, predicar ô decir *que la Virgen MARIA fue concebida en pecado original*, è qui al contrario fara, sea punido per su ordinario Ecclesiastico arbitrariamente, &c. Impress. Cæsaraugustæ, ann. 1624. in folio. Lege Pinedam ubi supra, & etiam Lucium Marinæum de rebus Hispaniæ, libro 12. fol. 67. & in Hispania illustrata, fol. 412.

JOANNES Navarro, Ordinis Minorum Hispanus, in Thesibus habitis Cæsaraugustæ, hæc defendit: I. Beatissima Virgo Maria Dei Mater, utpote Deo vicinior inter omnes creaturas, prima extitit in decretis Dei. II. Ad Maternitatem Dei electa Deipara omnium creaturarum primiceria & electorum vexillifera, prima post Christum fuit prædestinata. III. *Christi Redemptoris primogenita Deipara & nobiliori redemptione præservativa redempta, inter omnes creaturas speciosissima nitet.* IV. Ab Adamo processit Beata Virgo quoad physicam entitatem: *tamen non fuit inclusa in aliqua parte decreti cum protoparente initi.* V. Solum Christum Dominum, ut caput morale, recognoscit Dei Genitrix, à quo & per quem ipsiusq; meritorum intuitu omnem gratiam adepta fuit. VI. *A debito originalis maculæ B. Virgo immunis extitit: quo supposito nequivit Sacra Deipara infici primogenita protoparentis labe.* VII. Si B. Virgini daretur optio, *mallet peccato originali carere*, quàm cum illo munere Maternitatis potiri. Decimata fuit in lumbis Abrahæ. VIII. *Donis supernis justitiaq; originali, quoad intrinseca privilegia, concepta Deipara* nec primam similem visa est, nec habere sequentem. IX. Sine fomite ad peccatum genita Mater Dei, *& so-*

mite ad virtutem ab initio Suæ Conceptionis ornata divinam omnipotentiam mirificè exaltat. X. *Deipara Sacra in primo Suæ Conceptionis instanti vidit Deum intuitivè, & sic fuit genita excellentiori modo in gratia & gloria.* XI. *Veritas de Immaculato MARIÆ Conceptu est proximè ab Ecclesia definibilis, & Spiritu Sancto assistente citò definitionem expectat.* XII. Summus Pontifex, utpote supremâ auctoritate fulgens, se solo sine Concilij consortio, *potest veritatem Immaculatæ Conceptionis definire.* XIII. *Talem certitudinis gradum habet hujusmodi veritas Immaculatæ Conceptionis Deiparæ*, ut nec moraliter, nec physicè possit esse falsa. XIV. *Qui pro heroica virtute tuendæ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ vitam cum morte commutaret, gloriosi martyrij palmâ coronatus obiret.* XV. Valida & licita esse Juramenta & vota *de tuenda purissima Conceptione MARIÆ*, praxis Ecclesiæ, Religionum & Universitatum confirmat. XX. *Ab instanti Conceptionis habuit Dei Genitrix perfectum rationis usum, & merito de congruo se disposuit ad primam gratiam suscipiendam.* Et infra IX. Talem oppositionem habet Maternitas Dei cũ peccato, *ut stante Maternitatis decreto, divinitus nequiret Deipara infici originali labe.* X. An Maternitas Dei sanctificet formaliter? plausibile dubium. Partem affirmativam probabilem censemus, & tantæ dignitati conformem. XIII. *Puritas Deiparæ cibum Eucharisticum hominibus exhibuit: unde rectè conjungitur laus Eucharistiæ cum illibata Virginis Conceptione.* XV. Maria semper gratiâ plena, cujus plenitudini non repugnabat augmentum: *ejus gratia in prima infusione fuit confirmata*, sed non consummata. Impress. Cæsaraugustæ in charta expansa.

JOANNES Navarro de Zuniga & Alvarado, Doctor Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Informacion en derecho divino, y humano por Maria santissima Señora nuestra, hija amantissima del eterno Padre, Madre charissima de Christo Jesus, dulcissima Esposa del Spiritu Santo, y templo purissimo de toda la Trinidad, con la clausula que dice: Omnes in Adam peccaverunt, en *el injusto pleito de su Immaculada Concepcion*, &c. Impr. Matriti 1651. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, in libello cujus titulus est: Glossa de la Salve en decimas cuio asumpto fue el haver traido à N.S. de las Nieves de su santissima casa à la Parrochia de S. Bartolome de la Villa de Almagro para librarnos del contagio; inter alia sic inquit:

Mas ya Señora apartados
De la primer culpa, encierro
Le demos à nuestro hierro,
Pues con santa y dulce union
Os saco la Concepcion
Deste deslierro.

Alia habet in principio. Vide ibi. Impress. Salmanticæ, anno 1649. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOANNES de Neapoli, Ordinis Minorum Generalis Minister Italus, primò ex suo apographo disposuit dissertationem illâ *de retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis* adversùs Linum & Cletum, &c. ut dicitur in lib. impress. Coloniæ 1651. in 8. Vide Amadeum Salium.

Item, in Constitutionibus Generalibus Ordinis editis Toleti 1645. fecit Constit. de defendenda *Virginis Immaculata Conceptione.*

Item, ad annum 1647. scripsit ad Universitates, fecitque instantias singulares *pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, ut constat ex scripto ad Universitatem Pragensem, quod manuscriptum apud me habeo; & ad Universitatem & Conventum Parisiensem. Una Epist. incipit: Egregii Patres, &c. & altera: Hisce diebus, &c.

JOANNES Neovillus Genuillanus, in Commentario in septem Davidis Psalmos, quos Pœnitentiales vocant, &c. in Psalm. 50. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, folio 166. inquit: Ex his collige tantam naturæ nostræ corruptelam esse, ut dum fingimur & concipimur, statim nos occupet perversitas; quæ corruptio quamvis naturalis sit, & ex alieno peccato ortum profecta, damnabilis tamen est: *solus Christus IESVS cum Virgine Matre ab hac nota fuit alienus*, &c. Lib. impress. Parisiis 1556. in 8.

JOANNES Nepotis Sylvanus, Ordinis Carmelitarum & Hierosolymitanus Episcopus, sic communiter dictus Joannes Hierosolymitanus, in libro de institutione primorum Monachorum, cap. 39. fol. mihi 26. ad illa verba Regum 18. Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari, inquit: Traditum nobis est, Deum sub figurata visione revelasse tunc Eliæ quatuor magna mysteria, quæ per ordinem explicabo. Primò, quòd quædam Infantula nasceretur, quæ ex utero matris suæ ab omni peccato munda egrederetur. Secundò, tempus in quo hoc adimpleretur. Tertiò, quòd hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplexaretur. Quartò, quòd Deus jungens naturam suam humanæ, de Virgine illa homo nasceretur. Per hoc namq; quòd ille puer Eliæ vidit de mari nubeculam parvam oriri, revelavit Deus Eliæ, quòd quædam infantula, scilicet Beata Maria per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculæ per humilitatem parva, *nasceretur de humana natura substrice designata per mare; quæ infantula jam in suorum esset munda ab omnium peccatorum sorde*, quemadmodum nubecula illa de mari amaro orta, sine tamen aliqua amaritudine. Licèt namq; nubecula illa esset originaliter ejusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusque proprietatis. Mare quippe ponderosum est & amarum, sed nubecula illa levis fuit & dulcis: sic quamvis in quilibet aliò homine natura humana instar maris sit in sua origine ita amaritudine peccatorum & pondere vitiorum pressa, ut fateri cogatur Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum & sicut onus gravatæ sunt super me, *B. tamen Maria de hoc mari, id est natura humana, aliter fuit orta quam in suo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar illius nubeculæ fuit levis per immunitatem peccatorum*, & dulcis per plenitudinem charismatum. Ipsa enim in suo ortu fuit nubes illa, de qua per Moysen figurata, est scriptum: Ecce gloria Domini apparuit in nube. Item, infra cap. 40. inquit: Quæro ergo, quid fuit puerum Eliæ semel per decem gradus ascendere ad prospiciendum contra mare, & tunc nihil ei apparere? Certè hoc nihil aliud fuit, nisi quòd puer, id est, cætus discipulorum Eliæ contemplando ascendit, primò per illas decem generationes humanas à Beato Luca in genealogia Christi positas, quæ fuerunt ante diluvium ab Adam usque ad Noë in prima mundi ætate: & per eas discurrendo totum tempus quod fuit à Noë usque ad Adam, puer prospexit, si forte

eo tempore nubecula, id est, infantula aliqua esset nata contra mare, id est, contra solitam amaram & vitiosam propaginem naturæ humanæ. Et quia nubecula illa non fuit à puero visa nasci in illa prima ætate mundi, ideo puer dixit: non est quidquam, &c. Prosequitur Joannes loquendo de generationibus, quæ fuerunt à Noë usque ad Mariæ Nativitatem. Ex quibus patet, quòd loquatur de nativitate per generationem, sive nativitate in utero: quia spiritus propheticus Eliæ non solùm prævidit Nativitatem, sed Conceptionem; non solùm generationem ex utero, sed etiam generationem in utero; & quod primò & præcipuè expectabant Prophetæ & Patriarchæ, erat Conceptio Mariæ: nam hac positâ, sciebant quòd naturali sequela post novem menses esset nascitura, & quòd nata post breve tempus conciperet Verbum. Erat constet, quòd Auctor loquatur de Nativitate in utero, sive de generatione propria ac principali, semper Joannes utitur verbo, genuit. Ait enim: Iste verò Panther genuit filium nomine Barpanthera; & hic Barpanther genuit filium nomine Joachim, qui ex Anna uxore sua genuit Beatam Mariam: & ita in septima reversionis vice, hoc est, in illa generationum decade, quæ fuit septima, &c. Quando igitur Joachim genuit Mariam ex Anna, tunc visa fuit ab Elia: Conceptio enim, sive unio animæ ad corpus, est prima generatio prolis respectu generationis nativæ, sive Nativitatis. Genuit, primò & principaliter respicit & significat generationem in utero, quàm ex utero. Hinc est, quòd Ecclesia Spiritu sancto adumbrata duo signat Evangelia pro festo Conceptionis Virginis Mariæ: alterum pro tota Ecclesia, & à primo verbo usque ad ultimum utitur hoc verbo genuit: alterum pro Fratribus Minoribus, seu tota Familia Seraphica; & præcipua clausula illius Evangelii, imo & unica pro Virgine Maria, est illa: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti; quasi hujus mysterii abditum sacramentum unus Evangelista proponeret, & alter explicaret. Proponit Ecclesia ex Luca, quòd in utero fuerit Virgo Maria sanctificata; sed potuit esse dubium, an in utero post generationem vel Conceptionem? cui dubitationi respondet Matthæus, per illud genuit, id est, fuit sanctificata in ipsa generatione vel Conceptione. Item, infra cap. 14. inquit Joannes Hierosolymitanus: Quemadmodum autem hæc nubecula, scilicet Beata Maria, in septima generationum prædictarum decade fuit nata; ita etiam in eadem septima decade fuit à discipulis Eliæ visa in Carmelum spiritualiter ascendere, &c. In septima (inquit) vice, ecce nubecula parva, scilicet Beata Maria, quasi vestigium hominis ascendebat in Carmelum: quæ ideo visa fuit quasi vestigium hominis ascendere in Carmelum, quia in hoc suo spirituali ascensu non formam quam imitaretur; sed hominem habuit in exemplum, &c. Hæc Joannes Hierosolymitanus de puritate & immunitate Virginis. Extant ejus Opera in Bibliotheca veterum Patrum, & seorsim impress. Bruxellæ 1643. in folio.

JOANNES Nicolai, Ordinis Prædicatorum Doctor Parisiensis, in solutione S. Thomæ ad quæst. 1. articulum 1. ad tertium dicendum, habet hanc marginalem notam: Præsertim, si monitu Angeli ad Beatam Virginem procreandam conjuxerunt, ut ex persona ipsius Annæ refert Germanus Constantinopolitanus, Encomio in Sanctissimam Deiparam tomo 12. Bibliothecæ Patrum, & ex Epiphanio hæresi 79. §. sive num. 5. à Damasceno quoque oratione 1. de B. Virginis dormitione colligitur: nam hoc posito, quis dubitet, *quàm sancta & quàm pura intentione ad illius tam dignæ prolis Conceptionem accesserint*, adeoque in illo actu propter spiritualem finem verè *meruerint potuerint ac meruerint*?

JOANNES Nicolaus Baldoni, Poëta Italus, in libro: La Annuntiata Drama sacro, scena 6. folio 203. *de Virginis puritate, gratiâ & pulchritudine ac munditia universaliter*, habet plura. Impress. Spoleti 1642. in 12.

JOANNES Nicolaus Pascualis Alidosius Italu, auxit originem & fundationem Ecclesiarum Bononiensium scriptam à Ludovico Sarti, ubi folio 74. ad diem 8. Decembris fit mentio *de Ecclesia sororum Beatæ MARIÆ de Conceptione*. Lib. impress. Bononiæ 1633. in 4.

JOANNES Nidhardus Everardus, sive Everardus Nidhardus, Societatis Jesu Germanus, & Reginæ Hispaniarum Confessarius, composuit Librum sub hoc titulo: Examen Theologico de quatro proposiciones de ciertos Auctores Anonymos; en que ponen achaque al culto, fiesta objeto y sentencia pia *de la Immaculada Conception de la Virgen Santissima Madre de Dios*, y al Breve de nuestro Santissimo Padre Alexandro VII. que en su favor à expedido à 8. de Diciembre de 1662. Hecho, de Orden de nuestro Catholico Rey de las Españas, è Indias Felipe quarto, que Dios guarde. Impress. Matriti 1662. in folio.

Item, alium: Respuesta à un Memorial dado à nuestro Catholico Rey D. Felipe IV. por el P. Maestro fray Juan Martinez de Prado, Provincial electo de la Provincia de España, de la Orden de Predicadores. En el qual propone algunas escusas, para no poder, ni deber decir los Predicadores Dominicos, en el principio de los Sermones, aquella comun alabança (usada los demas, y por su Magestad mandada:) Alabado sea el Santissimo Sacramento, *y la pura, y limpia Concepcion de MARIA santissima, concebida sin mancha de pecado original en el primer instante de su ser*. Hecha de orden de su Magestad, que Dios guarde. Impress. Matriti 1662. & 1663. in fol.

JOANNES Nodin, Ordinis Minorum Provinciæ S. Bonaventuræ in Galliis, in libro dicto: Victoria Hebræorum adversùs Ægyptios, Catholicorum Triumphum contra Hæreticos præsignificans, hoc est, Commentaria in priora 15. Exodi capita, operâ ac labore Desiderij Richart etiam Franciscani in lucem edita, in cap. 3. de Rubo, qui non comburebatur, fol. 140 inquit: *Adde etiam (si placet) rubum istum ardentem, & non comburentem præfiguraſſe intemeratam, Immaculatam & mundissimam Virginis MARIÆ Conceptionem*. Vide alia ibi. Lib. impress. Lugduni 1612. in folio.

JOANNES de Nova Villa, Ordinis Sancti Benedicti Doctor Parisiensis Gallus, in Curia Avinionensi egit contra Joannem de Montesono *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ex Henrico Spondano ad an. 1387. n. 7. & ex Authographo existente in Universitate Parisiensi in Pergameno.

JOANNES Nuñez de Sotomajor, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *pro immunitate B. V. MARIÆ à peccato originali*. Impress. Granatæ 1651. fol. 299.

JOANNES de Ocaña, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Cantionem *pro Conceptione prorsus Immaculata Virginis MARIÆ*. Impress. in lib. de Conceptione Sanct. Zapata folio 161. Hanc vidi & legi: sed Daza citat aliam folio 262. fortè est error typographiæ.

Item, Serm. de exilio Beatæ Virginis MARIÆ fol. 2 inquit: Somos pecadores desterados; pero MARIA fue desterrada, y no pecadora, y la podemos decir con su hijo; y consu esposo; Fuistis enim & vos advenæ in terra Ægypti. *Si huviera en MARIA pecado*, no pidiera bien la Iglesia, à titulo de desterrada, ni à titulo de pecadora, no aviendo tenido culpa, pues para que se vea, *que ni MARIA pecò*, ni la Iglesia en pedir yerra, diga desterrados. Serm. impress. Matriti in 4.

JOANNES Ochoa de Salde, Prior perpetuus S. Joannis Lateranensis Hispanus, in libro 1. Carolææ, hoc est: Inchiridion, que trata de la vida y hechos del Invictissimo Emperador Carlos V. ad annum 1489. fol. 64. agit *de confirmatione festivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Lib. impress. 1585. in folio.

JOANNES Ortiz Nietus, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermone de Nativitate Christi Domini nostri, in salutatione inquit: Pues tenemos por intercesora *à la que esta desde su Conception limpissima, llena de ella, id est, gratiæ*. Serm. impress. Hispali 1624. in 4.

JOANNES Ortiz, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, edidit Sermonem declamatum in Conventu Granatensi Trinitatis *in festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Granatæ 1616. in 4. Ex Leone.

JOANNES Ortiz de Zarate, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem in Hospitali Burgen. declamatum *de Conceptione Reginæ Angelorum MARIÆ* &c. ubi doctè & eruditè probat ejus præservationem. Impress. Burgis 1645. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Et habet alios manusc. de hoc mysterio dispositos ad præl.

JOANNES Osorius, Societatis Jesu Hispanus, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Conciones tres. Parisijs 1601. in 8. & Venetijs 1604. in 4.

Item, *de eadem Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Concionem alteram in Epitome de Sanctis. Coloniæ Agrippinæ 1598. in 8.

JOANNES Ovando Cazerensis, Ordinis Minorum Hispanus, in 3. lib. Sent. dist. 3. quærit: *Utrum B. Virgo per solum instans potuerit esse in originali?* ad quam difficultatem respondet affirmativè folio 107. Et infra articulo 2. folio 110. quærit: Utrum *Beata Virgo per aliquod instans fuerit sub originali?* ad quod respondet negativè, scilicet *quod Virgo MARIA non contraxit originale peccatum*. Hæc extant in explicatione textûs Doctoris Subtilis Scotij ex proprijs verò sequentes quæstiones inquirit. Quæstio 1. de Parentibus Virginis. Num Beatissima Virgo sine patre & matre fuerit? Num ex commixtione maris & fœminæ fuerit concepta? Num Beatissima Virgo ex determinata materia fuerit formata? Num corpore pulchra fuerit? Quæstio 2. de Sanctitate Virginis. Num Beatissima Virgo ante animationem fuerit sanctificata? Num Beatissima Virgo ante Nativitatem sanctificata fuerit? Num sic sanctificari V. fuerit proprium? *Num sanctificari potuerit in instanti animationis?* affirmativè. *Num decens fuerit Virginem ab originali peccato servari?* affirmativè. Num Beatissima Virgo primo instanti animationis sanctificata fuerit? Hæc se diffundit. Num Beatissima Virgo fuerit propriè redempta? Num Beatissima Virgo fuerit à debito præservata? Quæst. 3. de Qualitate hujus veritatis. Num hæc veritas sit antiqua? Num conveniens occultata fuerit tot diebus? Num hęc veritas de Fide? Num hæc veritas possit esse de Fide? Quæst. 4. de Quantitate gratiæ MARIÆ. Utrum Beatissima Virgo MARIA habuerit summam gratiam? Num à tempore Conceptionis Filij sui habuerit summam quam habitura erat? *Num ab instanti Conceptionis Angelos gratiâ superaverit?* Num Christus plus dilexerit Matrem, quam Ecclesiam? Quæstio 5. de Usu gratiæ MARIÆ. *Num ab instanti Conceptionis habuerit usum rationis?* Num ab usu rationis nunquam cessaverit? Num à principio vitæ suæ semper in merito profecerit? Quæstio 6. de Stabilitate gratiæ MARIÆ. Quid sit confirmatio? *Num ab instanti Conceptionis fuerit in gratia confirmata?* Utrum Beatissima Virgo veniale habuerit? Quæstio 7. de Fomite Virginis. Num conveniens fuerit fomitem esse in Virgine? *Num ab instanti Conceptionis fomes Virginis fuerit extinctus*, an solùm ligatus? Num fomes per habitum gratiæ extinguatur? Num Beatissima Virgo habuerit justitiam originalem? Num ingrederetur cœlum, si decederet ante Filium, &c. Quæ omnia reperies à folio 107. usque 147. Lib. impr. Valentiæ 1597. in folio.

Item, in libro dicto: Discursus prædicabiles super mysteria Fidei, cum brevissimis tractatibus super ipsa mysteria, in Concionibus de Nativitate Christi aliqua adducit *pro puritate ac immunitate Virg.* Lib. impress. Compluti, an. 1593. in 4.

JOANNES Pachecus, Comes de Oropesa, cùm orationi ferventiùs semel instaret, nec ullam adhuc ex ejus legitima atque nobilissima conjuge Eleonora Chacon prolem suscepisset, quandam ejus filiam religioso habitu indutam, tanquam per revelationem vidit, ex qua visione aliquod Monialium Monasterium à se ædificandum fore existimavit: quapropter Conventum *Immaculatæ Virginis Conceptioni sacrum*, quem triginta deo sacræ virgines sub habitu & Regula Conceptionis occupant, in oppido de la Puebla, ex Summi Pontificis Leonis X. auctoritate sibi facta, ædificari curavit. Dum verò opus fœliciùs promoveret, prædicta Joannis Pacheci uxor concepit, peperitque filiam nomine Ludovicam, quæ jam paternam visionem sacræ ædis religiosa fundatrix. Gonzaga in Historia Seraphica Provinciæ Castellæ, Monasterio 31. Marraccius in Princip. Marianis.

JOANNES Pachecus, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Tractatu seu Sermone de vita & morte D. Eugeniæ Pitarque, folio 21. loquens de Beata Virgine, sic inquit: Sino que MARIA se entregase toda à Dios y à el solo en su alma admitiese, *sin defraudarle un minuto en su posesion y absoluto dominio*, &c. Impress. Matriti 1632. in 4.

JOANNES Paduanus, Veronensis Italus, in lib. de Temporum computatione & divisione, cap. 34. de Festis colendis, fol. 59. affirmat in civitate Veronensi *festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis esse solemne & festivum*. Lib. impress. Veronæ, anno 1586. in 4.

JOANNES Paige, Ordinis Prædicatorum Hispanus Gallus,

Gallus, in Bibliotheca sui Ordinis tomo 2. multa adducit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, &c. Vide Eusеb. Nieremb. de object. Concep. cap. 7. folio 56.

JOANNES de Paiva Hispanus, in lib. Doctrinale sacræ Scripturæ, &c. ponit Dedicatoriam *Beatissimæ Immaculatæ Virgini Dei Genitrici MARIÆ, &c.* Et in primo folio habet imaginem Immaculatæ Conceptionis cum hac inscriptione: Domus sapientiæ. Lib. impress. Ulyssiponæ 1630. in folio.

JOANNES Palafox & Mendoza, Episcopus Oxomensis, in libro: Annus spiritualis, mense Julio, part. 3. septimana prima, folio 73. num. 6. inquit de Domina nostra: Claro esta que la previno con su poderosa mano, porque fuese antes graciosa y pura y limpia à sus ojos, de tal suerte *que no pudiese tocarla el contagio de la culpa original, &c.* Lib. impress. Cæsaraugustæ 1656. in 4.

Item, in libro: Exercicios devotos en que se pide à la Virgen MARIA Madre de Dios su amparo para la hora de la muerte, &c. inquit fol. 37.

Inmaculada Madre de Dios eres
Y no como los hombres y mujeres,
Cautiva del pecado
Porque tu hyo te ha privilegiado
Y tu clara hidalguia
Nunca admitio tributo Virgen pia.

Lib. impress. Matriti 1659. in 16.

JOANNES de Palencia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, iussu R. P. Josephi Cavalli Generalis edidit Martyrologium Religionis Dominicanæ, Venetiis 1582. in cujus Kalendario habetur octava die Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis totum duplex*: atque etiam in eodem Martyrologio 6. Idus Decembris invenitur *Conceptio sanctissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV CHRISTI totum duplex*. Vide Christophorum de Vega in Theologia Mariana, Palest. 3. certam. 3. fol. 67. & certam. 7. folio 82. num. 179. Eusеb. Nieremb. cap. 23. Exception. fol. 348. Joan. Tamay. fol. 251.

JOANNES Paleonidorus seu de Aquaveteri Batavus, Ordinis Carmelitarum, in lib. de Antiquitate & sanctimonia Eremitarum Montis Carmeli, &c. lib. 1. cap. 1. fol. 2. inquit: Minor patet per Dominum Richardum Rodulphum Armacanum (qui fuit primas Hyberniæ) in quodam sermone, qui incipit: Ave MARIA, quem prædicavit coram venerabili cœtu Cardinalium, *in Conceptione Virginis gloriosæ* in Conventu Carmelitarum Avinionensi, ubi inter cætera sic dicit: Beata MARIA fuit illustrata virtutibus in sua origine. Hanc illustrationem in suo ortu sanctus ac peculiaris Ordo suus, & antiquus Carmelitarum præmendit in habitu. *Qui quidem sanctus Ordo hoc festum Conceptionis solemnizat, candorem sui habitus (ut æstimo) prudenter & devote referens ad hoc festum.* Miramini forsitan (inquit) quòd dixi Ordo suus peculiaris & antiquus, cùm tamen (veritate attenta) nullatenus sit mirandum. Prosequitur latè, &c. Lib. impress. Venetiis 1570. in 4. Item, in prologo prædicti operis incipit sic: *Gloriosissimæ Dei Genitricis Immaculatæ Virginis MARIÆ*, &c. & concludit sic: *Et tu MARIA ianua clausa manens, laïe patrona carens*, &c. Hic Auctor vixit & scripsit ad annum 1495. Item, lib. 3. cap. 10. refert, quòd anno 1306. in Capitulo Generali in Gallia celebrato factum est statutum *pro celebranda Virginis MARIÆ Immaculatâ Conceptione*, &c. Vide Joannem Eusеb. cap. 10. folio 83.

Item, scripsit *de puritate Conceptionis Beatissimæ Virginis* Librum unum. Marrac. in Biblioth. & Pistoia fol. 155. Sed vocatur ab his Auctoribus Joannes Aquaveteri; quamuis Ludovicus Jacob dicat esse eumdem cum isto.

JOANNES de Palma, Ordinis Minorum, in Vita sororis Margaritæ de la Cruz, Monialis S. Claræ Matriten. agit de ejus devotione circà mysterium *Immaculatæ Conceptionis* sparsim. Lib. impress. Matriti 1636. in fol. & Hispali 1652. etiam in fol.

JOANNES Palma, in libro de Regulis vitæ spiritualis, fol. 241. hæc habet: Religiosa narratio aliquorum præcipuorum privilegiorum, ac gratiarum Sanctissimæ Virginis MARIÆ in florentissimum Rosarium distincta, &c. cujus secundum sertum, seu decas sic se habet: Sancta MARIA, quam steriles parentes, sed cœlitus fœcundi, genuerunt, Ave MARIA. Quæ per gratiam facta es impeccabilis, Ave MARIA. In qua non fuit fomes ad malum, Ave MARIA. *Cui fuit datum esse gratiæ & naturæ in eodem instanti, Ave MARIA. Ab omni maledictione libera & omni benedictione referta, Ave MARIA.* Item, fol. 286. adducit modum recitandi officium Beatissimæ Virginis MARIÆ accomodando Matutinum *ad eius Conceptionem*, Laudes verò ad Nativitatem, &c. Lib. impress. Romæ 1620.

JOANNES Palominus de Hornos, Poëta Hispanus, edidit Glossam *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Extat cum aliis impress. Baëzæ, anno 1618 in 4.

JOANNES de Paltz, Ordinis S. Augustini Germanus, edidit Librum sub hoc titulo: Cœlifodina absconditos Scripturæ Thesauros pandens, &c. Deinde edidit alium Lib. sub titulo. Supplementum Cœlifodinæ denuo pressum, elimatum atque ubi truncatum priùs habebatur, supplemento accuratissime integratum, diligenterque ex architypo emendatum. Et fol. 38. sub hoc titulo: De secunda porta cœli vel refugii, quæ dicitur porta Beatissimæ Virginis MARIÆ, inter alia dicit: Sunt autem quatuor viæ quæ dirigunt ad ipsam, per quas ipsam debemus quærere, si eam cupimus invenire. Prima dicitur humiliationis, *secunda dicitur æternæ electionis, tertia dicitur Conceptionis*, quarta dicitur crucis stationis. Et agit latissimè de prima via humiliationis, id est, de humilitate Virginis, sed nihil habet de aliis tribus viis. Liber extat impress. Lipsiæ ann. 1510. in 4.

JOANNES Paludanus, Sacræ Theologiæ Doctor Belga, in libro dicto: Apologeticus Marianus, cap. 9. fol. 35. inquit: *Itaque sanctificata est in æternâ illa Dei prædestinatione, deinde in sacra Conceptione, ubi à peccato originali præservata est*; &c. Et fol. 69. Spinas autem interpretati sunt Evam, Rebeccam, Saram, Ruth, Bersabeam, *à quibus Deipara, sine peccato tamen, originem duxit*, nec ullos inde delictorum aculeos accepit. Et fol. 104. *MARIÆ speculum, quod antiqui serpentis halitus, quo universum genus humanum infecit, minimè maculavit*; &c. Lib. impress. Lovanij 1623. in 4.

JOANNES Pappus, Doctor Argentoratensis, in libello Synodico omnium Synodorum; &c. fol. 136. adducit relationem decreti Concilij Basileensis *circa confirmationem festi Conceptionis Beatæ MARIÆ*

MARIÆ Virginis. Impress. Argentorati 1621. in 4.

JOANNES Parisiensis, Ordinis Prædicatorum, qui floruit ad annum 1296. scripsit in 3. Sent. dist. 4. *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* De quo Salazar & Leon Class. 9. Pistoia fol. 162.

JOANNES Parisius, Societatis Jesu Antuerpiensis, in libro dicto: Margarita Evangelica, sive Jesu Christi Domini vita, &c. in indice concionatorio, adducit Sermonem *pro Virginis MARIÆ Conceptione*, in quo agit de ejus præservatione ab originali peccato. Impress. Antuerpiæ 1660. in 4.

JOANNES Passoniensis Doctor, qui vixit ad annum 1488. edidit Sermonem unum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolytus Marraccius in Catalogo Mariano.

JOANNES Pastor, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Hispanus, in Sermone funerali in exequijs piissimi Regis Philipi 3. Hispaniarum, folio 4. agit *de eius devotione ac defensione sanctissimæ, puræ, ac immaculatæ Conceptionis*, &c. Serm. impress. Compluti 1621. in 4.

JOANNES Paulus Berlendi Bergamus, Ordinis Sancti Augustini Observantiæ Lombardiæ, in tertia & quarta parte Elogiorum gloriosæ Virginis super Litanias Lauretanas, semel & iterum affirmat *Deiparam conceptam fuisse absq; peccato originali, ipsamq; præservatam fuisse ab eo*, &c. Lib. impress. Regij 1618. in 12.

Item, in Scala Jacob traducta Gallicè à R. P. F. Joanne Blancone ejusdem Ordinis, beatitudine 3. serm. 3. fol. 449. affirmat: *Quòd Beata Virgo fuit terra tota sancta, fructifera, & numquam sicca vel arida propter peccatum, sed sine macula peccati originalis.* Lib. impress. Parisijs 1604. in 8.

JOANNES Paulus Bonellus, Ordinis Minorum Italus, Icones sacras in alma Urbe à D. Luca alijsque surgentis Ecclesiæ Religiosis viris delineatas, *Immaculatam Deiparæ Conceptionem repræsentantes* expressit, &c. Romæ 1635. in charta expansa.

JOANNES Paulus Donatus, Ordinis Carmelitarum Italus, in brevi Tractatu de Casibus Sedi Apostolicæ reservatis, folio 35. *Quòd Confratres Societatis Conceptionis sanctissimæ Virginis* possunt absolvi ab omnibus & singulis peccatis, criminibus, excessibus & delictis quamtumcumque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis (exceptis contentis in litteris in die Cœnæ Domini legi consuetis) toties quoties; & etiam à criminibus in eisdem litteris contentis semel in vita tantùm; & in mortis articulo, &c. Impress. Augustæ Taurinorum 1561. in 12.

JOANNES Paulus Fons, Societatis Jesu Hispanus, circa Decretum factum à Concilio Tridentino *pro præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali*, in discursu secundo, Period. 3. fol. 30. in lib. dicto: Mysticus Seraphim Sancti Bonaventuræ. Impress. Barchinone 1622. in 4.

JOANNES Paulus Lancilottus, Iuris consultus Perusinus, agit de Decretis à summis Pontificibus factis *in materia Conceptionis Virginis MARIÆ*, in lib. Regularium ex universo Pontificio jure exemptorum, lib. 1. fol. 31. Impress. Romæ. 1587. in 4.

JOANNES Paulus Martyzor Hispanus, in libro: Historia de la muy noble y leal ciudad de Cuenca, cap. 11. folio 182. Quomodò D. Sebastianus Ramirez fuit electus ab Imperatore Carolo V. Episcopus Insulæ S. Dominici, dicte de la *Concepcion* in Indiis, &c. Lib. impress. Matriti ann. 1629. in folio.

Item, de fundatione Monasterij *Conceptionis* Angelicæ civitatis Conchensis fol. 105. Matriti 1629. in folio.

JOANNES Paulus Nazarius Cremonensis, Ordinis Prædicatorum Italus, in Commentarijs ac controversijs in 3. partem D. Thomæ tomo 5. quæst. 27. articulo 2. folio 342. postquam exhibuit litteram quæstionis secundùm mentem D. Thomæ, sic suam declarat sententiam circa sanctificationem Virginis Mariæ, dicens: Advertiendum pro oppositæ difficultatis & aliarum horum (quæ hic ab Expositoribus proponuntur & examinantur) principio, quædam hic annotanda sunt, de quibus nulla inter peritiores Theologos est controversia. Primum est, Beatam Virginem fuisse à Christo redemptam, &c. Secundum, Beatam Virginem in Adam peccasse, & in eo mortuam fuisse. Tertium, Beatam Virginem ex vi & virtute Conceptionis fuisse obnoxiam originali peccato, id est, debitum habuisse contrahendi illud, nisi divinâ gratiâ illud impediente præventa fuisset, &c. Quartum, fieri non potuisse, ut Beata Virgo ante animationem formaliter sanctificaretur, &c. Quintum, *possibile fuisse Beatam Virginem in ipso Conceptionis momento sanctificari*, &c. Sextum, Beatam Virginem non fuisse præservatam ab his omnibus, quæ antecedunt aut subsequuntur in cæteris hominibus peccatum originale. *Probatur primum*: quia certum est ipsam ordinario modo, scilicet ex cõmixtione viri & fœminæ fuisse generatam, & per multas generationes ab Adam, & ab aliis antiquis Patribus descendisse. Secundum autem probatur: quia per peccatum originale in nobis sequuntur pœnalitates, non tantùm ab extrinseco, quales sunt injuriæ, persecutiones & offensiones ab hominibus, aut elementis vel eorum qualitatibus, puta frigore, calore, &c. sed etiam ab intrinseco, ut senectus & mors, quibus addi posset fomes; illis autem Beatam Virginem subjacuisse certum est, ut patet de morte, &c. Fomes autem in ea, vel nullum unquam actum exercuit, sed in prima sanctificatione fuit ligatus; in secunda verò totaliter fuit ablatus, ut articulo sequenti dicemus cum Sancto Thoma & aliis, etiam ex iis, *qui docent Beatam Virginem in primo suæ Conceptionis instanti fuisse per gratiam sanctificatam, & ab originali peccato præservatam.* Septimum est in celeberrima illa quæstione: An Beata Virgo originale peccatum contraxerit, vel ab eo fuerit gratiâ præservata? neutram ex duabus sententijs oppositis habere fidei certitudinem, ac proinde neutram earum censendam esse hæreticam aut erroneam vel temerariam, donec altera fuerit ab Ecclesia definita. Hoc patet ex decretis Sixti IV. & aliorum summorum Pontificum, quæ omnibus sunt notissima; disputationes apud Expositores & alios Scholasticos legat qui voluerit. Bononiæ 1625. in fol. Ex dictis suppositione 5. & 6. constat Doctorem istum nostram fuisse secutum sententiam: nam solùm dicit & affirmat Virginem non fuisse præservatam ab antecedentibus peccatum originale, scilicet quòd esset gesta viâ ordinariâ, quod nos non negamus, imò te certissimum & infallibile, neque etiam non præservata à consequentibus, à morte scilicet & pa-

pœnalitatibus: sed ista in Deipara non fuerunt effectus peccati originalis, sed naturæ humanæ.

JOANNES Paulus Pallanterius à Castro, Bononiensis Ordinis Minorum, in Lectionibus aureis in quatuor libros Sententiarum, tomo 3. folio 41. de sanctitate, lect. 14. postquam multa præclara, atque scitu dignissima de sanctitate, sanctificatione ac sanctificare, & quibus modis sumantur, egerat; sic inquit: Hinc Virginis sanctificatio gloriosæ duplex ponitur, ut scribit Gabriel: *prima in Conceptione passiva, dum anima per gratiam sibi concretam infusa est in corpus in utero suæ Matris; quâ gratiâ præservata est ab omni labe, & sanctificata à peccato, non quod infuit, sed quod infuisset, nisi per gratiam præservata fuisset, &c.* Deinde agit de Conceptione, & quibus modis sumatur, scilicet pro conceptione seminis in matrice, & pro Conceptione animæ, quando infunditur. Item, sect. 15. folio 46. *Quòd Virgo Beata ex speciali privilegio debuit præservari, atque sanctificari à peccato quod poterat inesse, non ab eo, quod infuerit.* Item, lectione 16. *Quòd Virgo MARIA fuerit purgata non ab originali, quia non habuit*, neque ab actuali, quod non commisit, sed solùm à fomite, & hoc non in prima, sed in secunda sanctificatione, &c. Lib. impress. Venetiis 1599. in 4.

Item, in Expositione Psalmorum Davidicorum, tom. 1. Psalmo 50. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, fol. 824. inquit: Hic multa de originali peccato essent dicenda: verùm quia satis abundè in meis Lectionibus super libros quatuor Magistri Sententiarum nuper in lucem editis, de materia ista sum locutus; propterea his supersedeo, & tantùm noto originale peccatum contrahi dupliciter, scilicet causaliter & formaliter. Causaliter contrahitur in conceptione seminis, quia tunc necessitas contrahitur ad ipsum formaliter contrahendum, quando anima creata corpori infunditur, nisi Deus interim per gratiam suam purificet, & sanctificet semen conceptum ex illa libidinosa concupiscentia. *Formaliter autem contrahitur in conceptione hominis, ut Anselmus aut venerabilis, in lib. de Conceptione B. MARIÆ V.* Impress. Brixiæ 1600. & Venetijs 1599. in 4.

JOANNES de Pedraza, Hispanus Doctor, contra præsumentes prædicare vel loqui contra regulas à Concilio præscriptas *circa Conceptionem Virginis*, agit in Summa casuum conscientiæ. Impress. Metinæ 1568. in 8.

JOANNES de Peña, Poëta Hispanus, edidit Tractatum sub hoc titulo: Maravilloso discurso *à la Immaculada Concepcion de la siempre Virgen MARIA, Madre de Dios, aquien no tocò la primera culpa ni el debito della*, &c. & incipit: Al concebirse esta estrella. Impress. Hispali 1616. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Existimo hunc esse Tractatum, de quo loquitur Montalvanus in lib. Para todos, & Antonius de Leon class. 8.

JOANNES à Peña, Ordinis Prædicatorum, (ut refert N. Fr. Franciscus à Sosa, & Velazquez de Maria Immaculatè concepta, lib. 4. dissert. 3. adnot. unica, fol. 330.) loquendo de decreto Concilij Tridentini, hæc scripsit: Valde quidem urgebant decreta generalia circa peccatum originale; sed sacro universali Concilio liberam facultatem concedente, *quid in nos admisit sanctissima Virgo, ut de ejus puritate non credamus, quidquid credi sine scrupulo potest? & si sacrum Concilium illam comprehendere non vult, idque protestatur; nec ego comprehendere volo, sed per illud ingredi ostium, quod mihi Synodus totam Ecclesiam repræsentans patefecit.* Velazquez lib. 4. dissert. 3. adnot. unica, fol. 330. vocat Joannem, & libro 5. dissert. 3. adnot. 4. fol. 418. vocat Franciscum. Vide Eusebium Nieremb. in Excep. Concilij, fol. 355. Henricum Henriquez de Conformat. cap. 11. Pistoia, fol. 162.

JOANNES de Peralta, Poëta Hispanus, in Carmine ad Librum Hippolyti de Olivares de Conceptione, agit *de nitida puritate Virginis MARIÆ*, ad finem. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

JOANNES de Peralta, Societatis Jesu Hispanus, scripsit justum Volumen de vita Christi Domini Hispanicâ linguâ, & lib. 2. à cap. 11. latè, doctè & eruditè agit *de Immaculatâ Virginis Conceptione*, illamque luculenter adstruit. Extat manuscrip. in Domo probationis Matriten.

JOANNES de Pereda & Gudiel, Hispanus Doctor Complutensis, & primarius Theol. Professor pro Cathedra Scoti, Canonicus Magistralis Conchensis, & postea Episcopus Lugensis, & Gubernator Archiepiscopatus Toletani, in Sermone pro pompa funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, fol. 33. agit de ejus devotione *erga Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem.* Impress. Conchæ 1621. in 4.

JOANNES Perellius Germanus, in libro dicto: Thesaurus piarum institutionum, de Communione facienda *in die Conceptionis* à Confratribus Beatæ Virginis Mariæ Collegiorum Societatis Jesu in Germania. Impress. Bononiæ 1586. in 12.

JOANNES Perez de Espinosa, Ordinis Minorum & Episcopus Chilensis, recepit votum seu juramentum factum à Confraternitate Mancipiorum sanctissimi Sacramenti, sitâ in Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ Matriten. *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis* anno 1619. die 10. Februarii. Extat impress. in folio cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, & Mancipiorum Congregatio de Ave Maria, sita in Conventu sanctissimæ Trinitatis Matriten. fecit etiam in manibus prædicti Episcopi votum *de tuendo mysterio Immaculatæ Conceptionis*, anno 1621. die 19. Decembris. Impress. in folio cum imagine Conceptionis.

JOANNES Perez de Madrigal, Canonicus Salernitanus, in civitate Burgensi celebravit ab antiquis temporibus *festum Conceptionis*, ut dicitur in quadam Annotatione existente in kalendario Burgensi antiquo, ubi dicitur: Memoria por Juan Perez de Madrigal racionero y Canonigo de Salerno, en la capilla de S. Juan Bautista, *en el octavario de la Concepcion.* Ita Anton. de Lupian in Epitome post medium. Ex quo patet, quàm antiqua sit celebratio festivitatis Conceptionis cum octava in Ecclesia Burgensi.

JOANNES Perez de Moya, Doctor Hispanus, in libro cujus titulus est: Varia historia de Sanctas è illustres mugeres en todo genero de virtudes, libro 1. articulo 1. folio 14. inquit: Queriendo tratar alabanzas de mugeres sabias y valerosas, sera bien tomar fundamento para todas comenzando de la V. Maria nuestra Señora, que por sus singulares merecimientos fue escogida por Dios para Madre de su unigenito hijo: por que quien negara que la santissima Virgen Maria no aya sido mucho mas fuerte y mas limpia ella

sola, que todos los hombres pasados, presentes y por venir; *quien rompio la cabeza à Sathanas y le vencio desde el instante de su santa Concepcion*, &c. Lib. impr. Matriti 1583. in 8.

JOANNES Perez de Montalvan, Poëta Hispanus, ad finem Libri sui sic Hispanicè inscripti: Sucesos y prodigios de amor, inquit: Laus Deo *Beatæque Virgini MARIÆ sine macula originalis culpæ conceptæ, sic Ecclesia veritas & pietas.* Impress. Tortosæ 1635. in 8. & Hispali 1633. in 4.

Item in Cantione ad Virginem de Humilitate, sic ait de MARIA:

Si la mas suprema alteza
Y la mas clara pureza
Gozais en esa pintura
Como intacta Virgen Pura, &c.

Lib. impress. Matriti 1634. in 8.

JOANNES Perez de Munebrega, Ordinis B. MARIÆ Redemptionis Captivorum, in quadam approbatione fatetur *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est in libro impress. Cæsaraugustæ 1653. in 4.

JOANNES Perlinus, Societatis JESU Hisp. edidit Apologiam Scholasticam, sive controversiam Theologicam *pro magnæ Matris ab originali debito immunitate*, ex sacris Litteris, Conciliis, Patribus aliisque Theologis argumentorum sedibus ad rem pertinentium diligenter collectam. Lugduni 1630 in 4. regali.

JOANNES Petrejus de Rojal, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Generalis Vicarius in Romana Curia, scripsit Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & extat in Conventu Discalceatorum ejusdem Ordinis Hispali. Ita Silvester de Saavedra in libro de sacra Deipara, disput. 16. sect. 14. num. 658. folio 351.

JOANNES Petrus Besozzus Mediolanensis, Clericus Regularis S. Pauli decollati, in libro: Lettere spirituali sopra alcune feste & sacri tempi del anno, libro 2. in quo continentur litteræ pertinentes ad Beatam Virginem, folio 161. *de Conceptione V. MARIÆ* ad Angelicas S. Marthæ de Cremona scripsit Epist. anno 1565. Item, aliam Epistolam *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ* ad Monachas Sanctæ Claræ de Pavia, quæ extant à folio 161. usque 166. script. anno 1564. Lib. impress. Mediolani 1578. in 4.

JOANNES Petrus Camus, Episcopus & Dominus de Belley Gallus, in libro: Premieres Homelies Mariales, fol. 1. *de Conceptione Sanctæ Virginis*: Mulier amicta Sole, Apoc. 12. Sermonem. Item, fol. 19. *de Conceptione ter Sanctæ Virginis* Homiliam secundam: Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram, Proverb. 8. Lib. impress. Parisijs 1519. in 8. & Cameraci 1620. & Coloniæ 1624. in 8.

Item, in libro: Les Homilies festives, fol. 25. die 8. Decembris, *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis* Homiliam sub themate: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, Cantic. 4. Item, in Homilia de Annuntiatione, fol. 208. Quòd semper erit sine væ, qui benedicit Ave, *& quòd nullus dubitat sanctam V. fuisse exemptam ab omni væ tam originalis*, quàm actualis peccati; per totum latè. Impress. Rothomagi 1624. & Lugduni 1625. in 8.

JOANNES Petrus Guisanus, Sacerdos Mediolanensis, in Historia Evangelica fol. 14. inquit: Fatta quæsto voto concepi de suo marito Giachimo questa Santissima Figliuola Maria, *la quale per singular gratia & privilegio di Dio fu nella sua Concettione preservata dal peccato originale*, & fu l'anima sua ornata & abbellita della sua divina gratia, &c. Lib. impress. Venetijs 1601. in 4.

JOANNES Petrus Maffeius, Societatis Jesu Bellus, in Vita Sancti Ignatij de Loyola Fundatoris ejusdem Societatis lib. 3. cap. 9. agit de voto ejusdem à Sancto Ignatio in Universitate Parisiensi pro *defensione Immaculatæ Conceptionis*. Lib. impress. Coloniæ 1589. in folio.

JOANNES Petrus Vivaldus, Poëta Hispanus, in certamine Granatensi scripsit Cantionem pro *immunitate incontaminata Virginis MARIÆ*. Impress. cum alijs folio 242.

JOANNES Philippæus, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: Oseas primus inter Prophetas illustratus, in cap. 1. vers. 7. fol. 221. *Quòd liberatio Virginis à macula originali* eandem supponit in decreto distinctionem priorum & posteriorum rationum, quam conditus propter Christum orbis reperit, *atque ipsam noxæ illius expertem fuisse*, &c. De quo late agit usque ad fol. 233. Et fol. 25. Quòd Deus prævidens Christum sine matre non nasciturum, *decrevit Matri immunitatem à peccato originali*, &c. Item, folio 515. vers. 19. & 20. Quòd MARIA caput serpentis, id est, dæmonis contrivit, &c. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1636. in folio magno.

JOANNES Philippus Thomasinus, Episcopus Civitatis Novæ Italus, in Historia della Beata Virgine di Monte ortone, &c. in diversis Carminibus votivis, folio 159. & 165. inquit:

Pura columbellæ similis, quam lactea vestit
Penna, nec in toto corpore menda sedet.
In germine Iessei enim Regni
Tu es nata stella, &c.

Lib. impress. Paduæ 1644. in 4.

JOANNES Picchardus de Lucemburg. Ordinis Prædicatorum & Episcopus Ratisponensis, edidit Tractatum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut insinuare videtur Antonius Senensis in sua Bibliotheca, fol. 138. Joannes Tamayo, folio 154. Hic citatur ab Adversarijs pro sua opinione sermone de Nativitate Virginis sub themate *Fluvius fons*, &c. Unde datur intelligi, quòd Tractatus de Conceptione erat pro Immaculata & illibata puritate MARIÆ. Non enim sequitur, quòd omnes Dominicani scribentes de Conceptione tenuerint opinionem contrariam piæ, ut in principio Notitiarum de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum affirmat Pater Joannes Martinez de Prado, imo asserit quòd aliqui sustinuerint nostram: & ita quasi dubij ponuntur.

JOANNES Picardus, Canonicus Regularis Sancti Victoris Parisiensis Gallus, typis mandari fecit *Librũ de Conceptu Virginali* & peccato originali Beati Anselmi Cantuariensis. Coloniæ Agrippinæ 1612. in folio.

JOANNES Picus Carthusianus, ex Domo Vallis-Viridis ad muros Parisiorum, in Lib. in Cant. Cant. de Christo ac Beatissima ejus Matre ac Virgine perpetua, pia & continua expositio ad illa verba: Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis, folio 19. à tergo, lib. 1. capite 8. cujus titulus est

Oppo-

Oppugnatrices puritatis Marianæ Conceptionis rationes objecti, omnes solvit; eas præsertim, quæ ex Doctorum sacrique eloquij prodiêre sententiis, in quo Virginis MARIÆ puritatem ac præservationem à peccato originali mirè pertractat ac defendit. Item, cap. 9. ad illa verba: Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decoloravit me sol; sub hoc titulo: Reliqua *Virgineæ Conceptionis sinceritatem impugnantia*, ponit & solvit. Item, cap. 10. ad illa verba: Filij matris meæ pugnaverunt contra me, &c. sub hoc titulo: Utilitas affert tolerantiæ virginalis, reliquas objectiones simul discutiens acriter impugnat maculantes peccato originali sacratissimam Dei Genitricem.

Item, lib. 2. cap. 12. ad illud: Tota pulchra es amica mea, &c. fol. 91. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque originali peccato*, & hoc non semel repetit. Quæ omnia reperies in lib. impress. apud Judocum Badium Ascensium, à fol. 20. usque 28. an. 1524. in 8. Item, edidit Apolog. contra quendam Meffret *pro Immaculata Conceptione doctè disputans*. Tractatus extat impress. in principio Sermonum ipsius Meffret impressionis antiquæ.

JOANNES Picus Mirandulanus, Concordiæ Princeps (qui ab aliquibus dicitur Joannes Franciscus) scripsit *pro immunitate Virginis à peccato originali*. Quem inter Scriptores sæculares refert P. Franciscus Maria Pistoia de MARIA Triumphante, coron. 2. cap. 5. fol. 152. num. 50.

JOANNES de Piña, Societatis Jesu Hispanus, in sua Protologia de Beata Virgine MARIA §. 46. agit latè *de Immaculata Virginis Conceptione*, &c. Vidi Librum manuscript. & jam paratum ut typis mandaretur.

Item, in lib. Ecclesiast. tomo 2. in Prologo ad Lectorem promittit tomum specialem de Beata Virgine, in quo latè *de Conceptione incontaminata Deiparæ tractabit*. Lib. impress. Lugduni, anno 1634. in folio.

JOANNES de Pineda, Ordinis Minorum Hispanus, circa determinationem Concilij Basileensis in materia *Conceptionis Virginis MARIÆ*, & Extravagantes Sixti IV. circa eandem Conceptionem, in 3. parte suæ Monarchiæ Eccles. lib. 23. cap. 28. §. 5. folio 450. Impress. Barchinone, anno 1620. in folio.

Item, in Declaratione Agriculturæ Christianæ ad Beatam Virginem, ipsam Deiparam vocat *terram nunquam maledictam*. Item, ibidem p. 1. Dialogo 12. §. 15. & 16. & 17. *Quòd sacratissima Virgo MARIA non contraxit peccatum originale*, latè à folio 284. Vide tom. 1. impress. Salmanticæ, anno 1589. in folio.

JOANNES de Pineda, Societ. Jesu Hispanus (de quo Philippus Alegambe dicit, quòd in Beatissimam Virginem tenerrimo fuit ac filiali prorsus affectu; cujus honori quantùm studuerit, vel Hispalis ipsa testis est in ea celebratione, *qua Conceptus ejus Immaculatus publicè ibi assertus est*, &c.) scripsit Librum seu Tractatum integrum, cujus titulus est: Advertencias al privilegio nuevo de los del Señor Rey Don Juan primero de Aragon. Impress. Hispali anno 1615. & anno 1617. in 4. & an. 1618. secundùm Marracium, quem ipse 21. advertentiis, sive observationibus doctissimis illustravit, & est totus de Conceptione.

Item, pro eodem argumento & assumpto scripsit secundò alium Librum seu Tractatum sub hoc titulo: Memorial de respuestas à las oposiciones que se hacen contra el privilegio del Señor Rey Don Juan primero de Aragon. Impress. etiam Hispali, & eodem anno 1615. in 4. & in folio.

Item, in prima die octavæ votivæ *Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ V. MARIÆ Matris Dei Dominæ nostræ* à Confratribus S. Crucis in Hierusalem Nazarænorum celebratæ in Ecclesia S. Antoni Abbatis Hispalen. die 26 Aprilis ann. 1615. Sermonem unum. Impress. Hispali 1617. in 4.

Item, in Commentariis in Ecclesiasten, cap. 7. vers. 30. num. 17. folio 539. tractans quòd carnis rebellio & concupiscentia in generando sint indicium peccati, inquit: Atque adeo ex hac causa adducti videntur Petrus Lomb. 2. dist. 31. Alexander & Altisiodorensis, ut assererent libidinosum æstum parentum in coëundo refundere in carnem generandi pueri contaminationem, quæ causa sit originalis peccati, quod est illius primæ rectitudinis privatio. Cum quo facit, quòd quidam antiquiores Theologi ideo videntur dixisse, *B. Virginem fuisse in peccato originali conceptam, non tam quòd unquam illius anima sanctissima ullam contraxisset peccati maculam, quàm quòd ex parentum concupiscentiâ libidinosâ concepta fuisset*: quod visus est dixisse Anselmus lib. 2. Cur Deus homo, cap. 16. Lib. impress. Parisijs 1620. in folio magno. Vide ibidem versicul. 28. & 29.

Item, tomo 1. in Job, cap. 14. vers. 4. ad illud: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? num. 5. folio 348. inquit: Vel etiam poterit confici sententia, ut non tam tribuat illam munditiam Deo ut Filio Dei, quàm illius potentiæ. Quis (inquam) dabit vel facere potest mundum de immundo semine, nonne tu? id est, unica Dei potentia hoc efficere potest, *quam præter ordinariam legem in Conceptione Immaculatæ Virginis exercuit*. Mirum est enim quantùm in illa splenduerit divina bonitas atque potentia, &c. Lib. impress. Venetiis 1619. in folio.

Item, in solemnitate publici juramenti Metropolitanæ Hispalensis, scripsit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem. Impress. Hispali 1618. in 4. & incipit: Usando de las mysteriosas.

Item, in Sermone de Stigmatib. Sancti Patris nostri Francisci, in Dedicatoria ad Rss. P. Antonium de Trejo, & in corpore Sermonis §. 9. folio 20. agit quomodò *mysterium Immaculatæ Conceptionis sit proprium Religionis Seraphicæ*, &c. latè. Impress. Hispali 1615. in 4.

JOANNES Pineyrus & Osorio, Canonicus Conchensis & Episcopus Calagurritanus, & postea Pampilonensis, in Serm. de Sancto Juliano, &c. in Salutatione affirmat, *quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta in gratia*. Impress. Conchæ 1641. in 4.

JOANNES Pitseus, Canon. Anglus, in vita Scoti ait: Regina cœli & Mater Dei & hominis MARIA præsciens juvenem *futurum sui honoris & immunitatis ab omni peccato actus & originis propugnatorem acerrimum, apparet*, &c. & alibi: Omnes Alberti Magni sectatores *in peccato conceptam esse asseruerunt*: Scotus & quotquot erant suæ scholæ, contrarium mordicus tenuerunt, &c.

JOANNES Plantavilius Gallus, in Chronologio Præsulum Lovanienssium, num. 72. agit de disputatione Ferriei vel Frederici Episcopi Rhe-

mensis cum Joanne de Montesono Dominicano *circa Immaculatam Virginis Conceptionem.* Ita Marrac. in Antist. Marianis, folio 187.

JOANNES Polancus, Societatis Jesu Hispanus, in Brevi directorio ad Confessarios & confitentes, &c. fol. 120. excommunicatione 63. dicit: Qui asserere præsumunt, *tenentes Beatam Virginem ab originali peccato fuisse præservatam,* Hæresim aut peccatum mortale incurrere, & vice versa; est Papalis, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1570. in 12.

JOANNES Polmannus, Tubecanus Belga, in lib. Breviarium Theologicum continens diffinitiones, descriptiones & explanationes terminorum Theologicorum, part. 3. num. 19. fol. 354. *agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Duaci 1650. in 4.

JOANNES de Pont, Canonicus Regularis Gallus, in lib. Epiphanies sacrées ou visions & revelations authentiques, par lesquelles se voyent les faveurs de la tres-digne Mere de Dieu envers ses zeles, &c. fol. 86. adducit revelationē *de Immaculata Conceptione*, & citat ad margimem Tilmannum in Chronol. Et fol. 110. de revelatione facta Beltino; & fol. 159. de altera revelatione Petro Converso de Villiers. Bruxellis 1634. in 8.

JOANNES Ponze, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in libro: De algunos milagros que nuestro Señor à obrado por medio, è intercesion de la Virgen de Tegeda, &c. vocat Virginem Mariam *purissimam*, quæ contrivit caput serpentis. Ac tandem ait:

Azuzena entre espinas no picada,
Que de David, &c.

Lib. impress. Conchæ 1604. in 8.

JOANNES Porzel de Medina, in Manuali Excommunicationum ex Jure, excom. 39. fol. 10. inquit: Præsumir condenar temerariamente à qualquiera de las opiniones *de la Conception purissima de la Virgen nuestra Señora*, leer ò tener libros en que de esta materia se condenen, &c. Lib. impress. Hispali 1627. in 4.

JOANNES Posoniensis, Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ, natione Polonus, *de Conceptione Beatæ Virginis omnis genitalis maculæ experte* Sermonem unum. Ex hac Concione citant aliqua verba P. Laurentius Chrysogonus in Mundo Mariano, discursu 20. num. 43. & Joannes Antonius Velazquez, libro 5. dissert. 3. adnotat. 1. Vide Marrac. & Pistoiam, fol. 152. & 161. Ut prædicti Auctores referunt, vixit ad annum 1488.

JOANNES Præpositus Atrebas, Societatis Jesu Lovaniensis Doctor, in Commentariis in 3. part. S. Thomæ de Incarnatione Verbi divini ac Sacramentis, quæst. 25. de Incarnatione, dubio 2. artic. 2. folio 168. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit ornata maximâ gratiâ habituali & sub Deo sanctissima*, superatque omnes Angelos, &c. Lib. impress. Duaci 1629. in folio magno.

Item, in 1. 2. S. Thomæ de Peccato originali, dub. 3. fol. 268. Conclusio est *pro Immaculata Conceptione.* Extat manusc. in Monast. S. Sepulchri Benedictinorum Cameraci.

JOANNES Primus Rex Aragoniæ & Neapolis, Sanctionem vel Pragmaticam edidit anno 1394. Ne quis sive in concionibus ad populum habitis, sive in disputationibus publicis *opinionem immunitati Deiparæ contrariam tutaretur, &c.* Habetur prædictum privilegium in libro cui titulus: Trophæa Regni Aragonum, lib. 3. & in libro Constitutionum Aragoniæ excus. Barchinone anno 1585. Vide P. Joannem de Pineda Societatis Jesu in libro dicto Hispanicè: Advertencias al privilegio nuevo de los del Señor Rey Don Juan primero de Aragon. Impress. Hispali, anno 1615. Et in libro dicto: Memorial de respuestas à las oposiciones que se hacen contra el privilegio del Señor Rey Don Juan primero de Aragon, excuso etiam Hispali eodem anno 1615. in 4. Et Armainet. in in Regest. à columna 285. usque 288. & Auctores ibi citatos. Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. 2. & 3. Item, *prædicta festivitas Conceptionis Virginis MARIÆ* in domo Regia quolibet anno devota exultatione concelebrabatur, ut dicitur in eodem privilegio. Item, prædictus Rex *in honorem mysterii Immaculatæ Conceptionis* dedicavit seu fundavit Confratriam vel Confraternitatem, ut dicitur eadem Constitutione. Vide Auctores supra citatos. Hanc semper distinctam judicavi ab altera Pragmatica posita supra, col. 805. sub alio Joanne.

JOANNES Prudentius, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Complutensi Academia primarius Theologiæ Professor, tom. 1. de Incarnatione in 3. part. D. Thomæ, tract. 2. disp. 1. dubio 4. folio 312. agit, *quomodò Beata Virgo MARIA sanctissimæ meritis Christi liberari potuerit à debito contrahendi originale peccatum*: dubiumque hoc latissimè tractat per decem sectiones, à folio 312. usque 351. Lib. impress. Lugduni 1654. in folio.

JOANNES Pfalez Germanus, edidit Opusculum de septem fontibus, seu festis Beatæ Virginis Mariæ, in quo etiam agit *de ejusdem Immaculata Conceptione.* Ita Hippol. Marrac. in Catal. ad annum 1511.

JOANNES Puteanus, Ordinis S. Augustini Theologus Tolosanus, in Commentariis in Summam Theolog. S. Thomæ, tomo 1. quæst. 27. de Beatæ Virginis Mariæ sanctificatione, dubio 2. An Diva Virgo fuerit sine peccato originali concepta? ponit sequentes Conclusiones: Conclusio 1. Diva Virgo habuit debitum contrahendi peccatum originale. Conclusio 2. *Diva Virgo nunquam fuit in peccato originali, sed in primo instanti suæ Conceptionis fuit sanctificata.* Quod probat latè ex Concilio Basileensi, S. Birgitta ac Patribus. Lib. impr. Tolosæ 1627. in folio magno.

JOANNES de Quevedo, Poëta Hispanus, in Poëmate *de mysterio Conceptionis Virgineæ*, inquit:

..... *Lo mismo sera aura*
Llegando esta verdad à definirse.

Extat in Serm. P. F. Bartol. de Loaysa in principio, quatern. 8. Impress. 1616.

JOANNES de Quintanilla, Poëta Hispanus Granatensis, edidit Cantionem *de illibata puritate Virginis MARIÆ in sua Conceptione*, quam adducit Ferriol in suo tract. de Concep. folio 56.

JOANNES de Quintella Ledesma, Poëta Hispanus Segoviensis, in Cantione de Nativitate Virginis Mariæ affirmat: *Quòd MARIA prodiit in spinis & vepribus tanquam flos, &c.* Vide Simonem Diaz de nostra Domina de la Fuencella, folio 95.

JOANNES de Quiros, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: *Rosario immaculado de la Virgen Santissima; y mayores reflexiones*

su original Gracia, &c. Impress. Hispali, anno 1650. in folio.

Item, tomo 2. sub hoc titulo: Marial y segundo tomo de los mysterios, y glorias de la Reyna de los Angeles, &c. Tract. 1. *in festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis Sanctissimæ Dominæ nostræ*, à folio 1. usque 274. Lib. impress. Hispali, anno 1651. in folio.

JOANNES Ramirez, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, Sermone de Nomine dulcissimo Mariæ §. 1. sub hoc titulo: Entre todas las cosas que estuvieron en las ideas eternas del entendimiento de Dios, uno en la esencia, y trino en las personas, y que en tiempo passaron al ser de actual existencia, el duce y soberano nombre de Maria fue objeto special de la benevolencia divina, y singular motivo de su eterno gozo y agrado, &c. aliqua dicit, quæ indicant *MARIÆ Immaculatam Conceptionem*: & quæ dicit de nomine, potiùs probant de persona, ut ipsemet notat. Vide ibi. Impress. Matriti 1655. in 4.

Item, edidit Sermonem sub hoc titulo: Dia del glorioso Apostol S. Thomæ, quarto en orden de la octava grande, quæ con demostraciones festivas celebra ala Expectacion del parto de la Virgen la Real Congregacion de los esclavos de su dulcissimo nombre; solemnes circunstancias de lo magnifico, y lucimiento magestuoso de la fiesta estuvo descubierto el Santissimo Sacramento, Cantose missa nueba, y se *hizo memoria de la pura, y limpia Concepcion de la Virgen por haver jurado años antes semejante dia su defensa la Congregacion* en el muy Religioso Convento de Trinitaritos calzados de la coronada villa de Madrid, &c. Impr. ibi anno 1655. in 4.

JOANNES Ravisius Textoris, Poëta & Historiographus, in libro Epithetorum, verb. Virgo Maria, folio 409. Ex Petrarcha ait:

Virgo decens, quam sol vestit, stellæque coronant:
O sine labe nitens pænitus, sinceraque Virgo, &c.

Similiter votat *ipsam Deiparam Immaculatam, nitentem* vel nitidam, speciosam, intactam, &c. Lib. impress. Basileæ 1576. in 4.

JOANNES Raulinus, Ordinis Sancti Benedicti Gallus, in libro suorum Sermonum *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Sermones sex. Impress. Venetiis 1576. in 4. & 1584. & 1585. & 1575. Item, in Serm. de Nativitate Virginis Mariæ affirmat: *Quòd Deipara ab instanti suæ Conceptionis vixit vitâ gratiæ, quam non comprehendit lepra peccati originalis.*

JOANNES Rebellus, Societatis Jesu Hispanus, in Opere de Rosario Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei in tres tomos diviso, tom. 2. lib. 2. cap. 2. artic. 1. folio 4. *Quòd Virgo MARIA non contraxit peccatum*, &c. Vide etiam fol. 141. ubi dicit *Quòd habuit gratiam absque ulla mixtione peccati.* Et cap. 24. artic. 3. folio 217. in Litaniis ultimis de Beata Virgine Maria, inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Lib. impress. Evoræ 1600. in 8. Vide etiam caput 21. à folio 179. usque 183. ubi latissimè agit de Immaculata Conceptione.

Item, in Vita & Corona Christi Domini Salvatoris, &c. lib. 3. cap. 2. artic. 4. De plenitudine gratiæ receptæ à Virgine Maria, habet plura *de ejus sanctissima Conceptione*, à folio 83. usque 85. Impress. Ulyssiponæ 1606. in folio.

Item, etiam alium Lib. Hispanicè inscriptum fecit: De historia & miraculis Rosarij Dominæ nostræ Virginis Mariæ, & in principio adducit *imaginem Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Ulyssiponæ 1617. in 8. Sed nota, quòd hanc non adducit in impressione facta Ulyssiponæ 1639. sed imaginem Dominæ nostræ de Rosario.

JOANNES Redaldus, Ordinis Minorum Venetus, in suo Kalendario per annos centum, semper adducit *Conceptionem Immaculatæ Virginis MARIÆ* duplex majus. Impress. Venetiis 1582. in 8.

JOANNES Redondus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, in Sermone funerali pro Venerabili Ludovico de Valderrama, folio 10. *Quòd in instanti seu puncto Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Angeli in cœlo fecerunt festum, &c. Impress. Cordubæ 1616. in 4.

Item, elaboravit Tractatum egregium sub hoc titulo: Tratado *de la limpissima Concepcion de la Virgen Santissima MARIA Madre de Dios, y Señora nuestra* sobre el Psalmo 47. &c. Et in fine Epistolæ dedicatoriæ inquit: Y desde entonces en nuestra sagrada Religion *el dia de la purissima Concepcion*, era como el dia de Pasqua, festivo, y regozijado; tanto que, aunque esta fiesta siempre cae en Adviento, en la Religion se comia carne. Impr. Hispali 1616.

JOANNES Regiensis, Episcopus Gallus, cum aliis Galliarum Episcopis subscripsit Decreto edito & promulgato in Concilio Provinciali Avinionensi *de Conceptione Beatissimæ Virginis Deiparæ.* Ita in Purpur. Marian. litt. P. §. 16. folio 365.

JOANNES Reynardus, Ordinis Prædicatorum Deyensis, scripsit Sermones Quadragesimales de Peregrinatione generis humani, & folio 45. habet Sermonem de Annuntiatione Dominica, in quo sequentia reperies verba: Honorem intactæ Virgini expedit totis visceribus exhibere, quæ non cessat nobis opportuna salutis media procurare. Duo videbimus, primò benedictionum affluentissimam largitatem, cùm dicitur: Benedicta tu; secundò fructûs ejus copiosissimam ubertatem. Pro primo sciendum est, quòd sicut prima mater fuit causa & introductrix miseriarū in populos; sic & ista fuit inventrix & donatrix omniū prædictarū benedictionum. Ideo meritò opposito nomine Evę, hodie ipsam Angelus salutavit, dicendo: Avæ. Si revertantur ordine retrogrado litteræ, habebitur Eva. Unde reperio, quòd omnes mulieres ex peccato Dominæ Evæ incurrunt duplicem maledictionem, culpæ scilicet & pœnæ; sed per Mariam benedictiones recuperavimus. Prima culpæ reperitur in omnibus; eò quòd omnes ex immundo semine geniti propter libidinem, id est, delectationem inordinatam, maculam contrahunt originalis peccati. Unde Job 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? quasi diceret: Nullus naturali cursu naturæ. Sed respondet: Nonne tu, qui solus es? Ex quo Augustinus in Sermone de Assumptione: Si omnes Sancti & Sanctæ cùm hic viverent interrogati fuissent, utrum sine peccato essent; omnes una voce clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. excepta (inquam) Beata Virgine, de qua propter honorem Domini (cùm de peccatis agitur) nullā prorsus volo quæstionem habere. *Hæc igitur munditiam prædictam ex maledictione culpæ recuperavit immunis ab omni peccato, & ab omni fomite sive inclinatione peccati*; ita ut per-

fectissimè in eadem fuerit donum excellentius originali justitia; licèt non habuerit originalem justitiam, quia erat donum naturæ, non individui, tomo 1. quæst. 100. art. 1. & vires inferiores subdebantur totaliter rationi. Secunda maledictio, &c. Impress. Lugduni per Joannem de la Plaze, anno 1518. in 8.

JOANNES de Reyroles, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, *in Conceptione Virginis MARIÆ* indicem concionatorium in libro super Zachariam. Impress. Parisijs 1631. in folio. Item, in Sermonibus sub titulo: Sainct Paul en chaire, &c. adducit *sermonem de Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre est in libro impress. Parisijs 1647. in 8.

JOANNES de Reyserbetin Gallus, in debitam collegit & redegit formam Opera Joannis Gersonis, in quibus de *Beatæ Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* extant Sermones, & alia; ut videre est verb. Joannes Gerson.

JOANNES Reyserpergius Argentinensis, in libro dicto: Navicula pœnitentiæ, in festo Assumptionis inquit: Dico secundo, quòd quamvis sit verè mortua, *tamen ab hujus mortis nexibus, & appendiciis est exempta*, &c. Dico tertiò, quòd hæc fuit pulchra correspondentia: Nam Virgo beata fuit purus homo ac filia Adæ & Evæ; quia communi lege propagata: *sed ab omni peccato originali, & actuali liberrima*. Debuit ergo ad utriusque probationem in quibusdam communicare filijs Adæ in naturæ infirmitate, & in quibusdam eximi, &c. Impress. anno 1514. in fol.

JOANNES de Ripis, Ordinis Minorum, scripsit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali macula*, ut refert Antonius Chucarus Episcopus Azernensis in Elucidario par. 2. fol. 63. col. 3.

JOANNES de Rivera, Magister ac Theologus Hispanus, in Declaratione Symboli Apostolorum, & Orationis Dominicæ, &c. lib. 2. art. 16. fol. 209. ad illa verba: Dimitte nobis debita nostra, affirmat: *Quòd in Virgine MARIA Domina nostra non fuit peccatum actuale nec originale*, &c. Lib impress. Matriti 1551. in 4.

JOANNES de Rivera, Ordinis S. Augustini Hispanus postea Epis. in littera panegyrica ad librum Hippolyti de Olivares, asserit: *Quòd V. MARIA fuit concepta absque peccato originali*. Impr. Limæ, anno 1631. in 4.

JOANNES de Rivera, Patriarcha Antiochenus & Archiepiscopus Valentinus, approbavit *Confraternitatem Conceptionis* Valentiæ, &c. Vide Armament. nostr. in Regest. col. 671. & Marrac. in Antis. Marian. fol. 333.

JOANNES Roa de Avila, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini Hispanus, scripsit *pro Beatæ MARIÆ Virginis Conceptione Immaculata* Apologiam. Bracciani 1624. in 4.

Item, in libro De suprema providentia & prædestinatione, lib. 2. de cooperatione Dei & creaturæ, sect. 7 quæst. 2. folio 250. num. 33. *Quòd Beata Virgo MARIA habuit privilegium & excellentiam confirmationis in gratia, & libertatis ab omni peccato*, non solùm mortali; sed etiam veniali: quod fuit singulare privilegium Beatæ Virginis, &c. De immunitate verò ipsius ab omni culpa, & de munditia ejus agit usque ad folium 254. Lib impress. Matriti 1551. in folio.

JOANNES Robertus Arduennas, Societatis Jesu Doctor Theologus, in libro dicto: Mysticæ Ezechielis quadrigæ, id est, Sacrosancta quatuor Evangelia, *de Conceptione Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Lib. impress. Moguntiæ, anno 1615. in fol.

JOANNES de Robles, Prior ac Vicarius S. Juliani Complutensis, edi curavit Librum: Vida y excelencias, y milagros de S. Ana, editum à quodam Canonico Regulari Brixiensi, in quo cap. 2. asserit *Virginem MARIAM fuisse præservatam à peccato originali*. Cujus verba sunt: Y assi en el principio de su Conception fera santificada, &c. Et infra: Y assi engendraron luego à nuestra S. la Virgen Maria, *libre y preservada de toda macula y pecado original por mysterio, ò privilegio singularissimo*. Lib. impress. Salmanticæ 1522. in 4. deinde Hispali 1604. etiam in 4.

JOANNES de Robles Hispanus, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Poëma Heroicum.

Item, *ad Virginem MARIAM in punct. suæ Immaculatæ Conceptionis* Epigramma; ibidem. Item, *pro Immaculata Virginis Conceptione* Emblema. Impress. Hispali 1618. in 4.

JOANNES Roche, Ordinis Minorum Britannus, in Compendio temporum & historiarum Ecclesiasticarum, fol. 44. inquit: Eo Concilio Basileensi, sess. 36. fuit declaratus articulus *de Conceptione Beatæ Virginis, quòd absque originali peccato fuerit concepta*: quem & postmodum Sixtus IV. declaravit sub interminatione Excommunicationis ne oppositum asseratur, concedens Indulgentias celebrantibus festum, &c. Item, adducit aliquos Doctores, *qui de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* scripserunt pro pia sententia. Lib. impress. Parisijs 1576. in 8.

JOANNES Rodriguez de Leon, Canonicus Taxcalensis Hispanus, in lib. dicto: El predicador de las gentes san Pablo, &c. in indice festivitatum adducit *pro Conceptione Virginis* Elenchum. Impress. Matriti 1638. in 4.

Item, scripsit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione* factum in Monasterio Incarnationis Limensis. Impress. apud Antonium de Leon in sua Relatione ad finem, anno 1618. in 4. & etiam seorsim ibidem.

JOANNES Rodriguez de Silva, Ordinis Minorum Hispanus, in Conclusionibus Philosophicis habitis anno 1646. depicta imagine Immaculatæ Conceptionis, inquit: *Tota pulchra & decora Virgo Mater es aurora, luna sine macula*. In charta expansa impress. Neapoli.

JOANNES Rodriguez de Umbria, Poëta Hispanus, edidit Cantiones *de purissima & illibata Conceptione Virginis MARIÆ*, quas adducit Ferriol in tractatu de Concep. folio 43. & fol. 51.

JOANNES Rodolphus à Corduba, Societatis Jesu Hispanus, in Catena sacra in libros Regum lib. 1. cap. 1. vers. 21. num. 7. fol. 53. *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ fuit purissima, minime cum aliis Conceptionibus computanda*, &c. Lib. impress. Lugduni 1652. in fol.

JOANNES Roffensis, S. R. E. Cardinalis & Martyr Anglus, in libro contra Lutherum artic. 17. affirmat *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*. Ex Salazario & Leone classe 3.

JOANNES Roguir, Anglus Poëta, scripsit Epigramma *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ, fol. 283.

JOANNES Roiardus, Ordinis Minorum Aldenardensis

denardensis Belga, in suis Homiliis de Sanctis tomo 3. *in die Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Sermonem* à fol. 11. usque 19. Antuerpiæ 1545. in 8. Parisiis 1553. in 8. & Lugduni 1573.

JOANNES Romæus Belga (nomen est fictum & Auctor fuit P. Jacobus Despans Societatis Jesu) in libro dicto: Parvum Beatæ Virginis sacellum Hieroglyphicis distinctum imaginibus Parthenio Sodali sacrum, &c. ferè per totum agit *de Immaculata, purissima, ac omni prorsus labe & macula aliena creatione Virginis MARIÆ*: præcipuè lege, & vide fol. 7. 25. 43. 45. & 51.

Item, de eadem Virginis Mariæ creatione agit in libro dicto: Paralælum divæ Mariæ cœlique, &c. ubi fol. 13. 29. 35. & 53. vocat Deiparam *verè cælum ab omni corruptionis labe sejunctissimum, nihilque minus, vel vitij detrimentum, &c.* Impress. Mussiponti 1623. in 12.

JOANNES de Roreti, Canonicus Aniciensis Gallus, prædicavit Sermonem in Concilio Basileensi *de Immaculata Virginis Conceptione*, ann. 1435. ut dicitur in Legenda Conceptionis impress. Lovanii, anno 1485. in fol. ubi refertur miraculum ibi prædicatum de Helia de Lanstrangiis Episcopo Anicien.

JOANNES de Rota, Ordinis Minorum Hispanus, cum anno 1390. prædicasset in Ecclesia Gerunden. in Principatu Catoloniæ *de Immaculata Virginis Conceptione*, & propter hoc fuisset ab Inquisitore Ordinis Prædicatorum ad judicium vocatus, habuit cum prædicto de mandato Regis solemnem ac publicam disputationem, quâ finitâ Rex in signum victoriæ posuit super caput prædicti Joannis sertum viride vernantium florum, sicque insignitus unà cum tubicinis fuit honorificè associatus per dictam civitatem, aliasque civitates & oppida circumjacentia præcone Regis clamante, quòd nemini de cætero in omnibus Regnis suis & dominiis liceret asserere vel dogmatizare contra hanc doctrinam *de Sancta & pura Conceptione B. Virginis*, &c. Extat historia ista in Legenda Lombardica antiqua impressa Argentinæ 1483. & Lovanii 1485. & Basileæ 1486. & Hagenau 1501. & Ruremundæ, & in diversis locis manuscripta.

JOANNES Rubius de Valdivia, Doctor Hispanus, in Sermone de Virgine Maria, à folio 9. usque 11. latè agit *de Immaculata Conceptione Deiparæ Mariæ*. Lib. impress. Ezigæ 1635. in 4.

JOANNES Rubus Hannonus Belga, in lib. dicto: Historia ac harmonia Evangel. &c. adducit indicem concionatorium *pro festivitate Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*. Lib. impress. Duaci 1571. in 8.

JOANNES de Ruelas, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro dicto: Hermosura corporal de la Madre de Dios, sparsim per totum librum, præcipuè cap. 10. de pulchritudine Virginis Mariæ in corpore & anima, à fol. 67. asserit: *Quòd fuit purissima, Immaculata & libera à peccato originali, &c.* Impr. Hispali 1621. in 4.

JOANNES Ruffinus Scactiotus Italus, in libro super Ave Maria, sic inquit: *MARIA fù liberata da ogni peccato originale*, veniale, è mortale, &c. Ita apud Andream de Peruzzinis in Analysi purissimæ Conceptionis, artic. 2. folio 109.

Item, in suo lib. 4. lectionum, disput. 2. artic. 17. inquit: Et primum id ambiguum esse nemini potest, quantùm ad gloriosam Christi Genitricem, *quæ nævo quovis & labe caruit tam originalis, quàm actualis peccati*. Sic Andreas Urzanus de Peruzzinis in Analysi Concept. art. 2. fol. 103.

JOANNES Ruiz de Herrera, Eques Religionis S. Mauritij & Lazari Hierosolymitani Toletanus, in Expositione in totam Scripturam, in cap. 1. Geneseos, ad illud: Ipsa conteret caput tuum &c. inquit: *Non habente vim offendendi ei neque filio ejus: à peccato namque originali erit præservata*, &c. Extat manusc. cum alijs 5. Tomis in Biblioth. S. Didaci Complutens. littera G. num. 122. in fol.

JOANNES Rusbrochius, Doctor devotissimus Germanus, postquam in libro dicto: Speculum æternæ salutis, cap. 13. fol. 34. vocavit Mariam Virginem intemeratam, atque *purissimam, & plenam Dei gratiâ*, &c. in libello de septem Amoris gradibus, cap. 8. fol. 290. dicit: *Quam ab omni æternitate unam ex toto mundo sibi dignissimam elegit Genitricem*, & à qua concipi dignatus est ex Spiritu sancto, gestarique castis ejus visceribus, & absque ulla macula & sine dolore nasci ex ea, &c. Item, lib. 2. Spiritualium nuptiarum, cap. 77. ad finem, fol. 364. inquit: Sic nimirum in paradiso Adam cecidit & in illo simul omnis humana natura: cùm enim se ipsum amore naturali inordinatè prosequeretur, eam ob rem aversus à Deo illius contempsit mandatum ex superbia; appetijtque scientiam & sapientiam ex avaritia: gustus quoque delectationem captivavit ex gula, ac deinde luxuriæ sensit pruriginem. Contra verò intemerata Dei Genitrix semper Virgo Maria (*quam nos vitalem dicimus paradisum*) *gratiam, quam Adam perdidit, etiam cumulatiorem multo invenit*, &c. Sic in lib. quem Laurentius Surius Latinè reddidit. Impress. Coloniæ 1552. in folio. Nulli dubium est, gratiam amissam ab Adamo fuisse justitiam originalem: hanc invenit Maria; igitur in justitia originali fuit concepta.

JOANNES Ruxellius, Britovillanus Cadomensis; Juris consultus & Poëta, in libro suorum Carminum, fol. 107 *in venerandam Immaculatæ Virginis MARIÆ Conception.* Epigrammata duodecim. Impr. Rothomagi 1600. in 8. regali.

JOANNES Sagastizabal, Ord. Prædicatorum Hispanus, in libro: Exhortacion à la santa devocion de la Madre de Dios, in Litania ad Virginem sanctissimam, quæ in processionibus Rosarij recitari solet, fol. 876. dicit: *Per purissimam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Et libro 1. cap. 4. *Quomodo Virgo MARIA fuit prædestinata & creata ab initio & ante sæcula & prævisa tanquam Rosa pulcherrima & sanctissima*, &c. Vide ibi à fol. 15. usq; 24. Item, lib. 2. cap. 9. fol. 183. inquit: Vengan pues todos los hijos de Adam à cobrar la vida y la gracia y la herencia del cielo perdida por la culpa de Adam y Eva nuestros primeros Padres, y cobrenla en Christo y Maria, &c. Item, in lib. 4. fol. 499. loquens de transitu Virginis Mariæ, inquit: Recibio luego devotissimamente de manos del Apostol San Pedro el santissimo cuerpo de Jesu Christo nuestro Señor no haviendo necesidad en ella de Confesion ni extrema Uncion, *por no haver tenido pecado ni reliquias del*, &c. Item, fol. 654. adducit Bullam Pij IV. in qua conceditur Indulgentia Confraternitatibus Rosarij in die Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Præsentationis & *Conceptionis* Virginis

Mariæ

Mariæ, &c. Item, fol. 874. sub hoc titulo: Letania de la Virgen santissima Madre de Dios; la qual se acostumbra cantar en cada primer Domingo del mes en las processiones de nuestra Señora del Rosario: *Per puríssimam Conceptionem tuam, libera nos Domine.* Lib. impress. Cæsaraugustæ 1597. in 4. Alia habet Auctor iste: sed hæc sufficiant, ut videas quomodò Patres Prædicatores recitabãt Litanias, vocando Conceptionem Virginis Mariæ purissimam.

JOANNES de Salas Gumielensis, Societatis Jesu Hisp. in 1. 2. D. Thomæ quæst. 81. tract. 13. disp. 11. quæst. 11. sect. 5. folio 640. à num. 68. usque 70. *Quòd omnes filij Adæ contrahunt peccatum originale, præter Christum & Beatam Virginem* Quæst. unam. Item: *Quòd non est de fide Beatam Virginem fuisse obnoxiam peccato originali, seu habuisse debitum contrahendi originale, aut peccasse in Adam.* Lib. impr. Barchinone 1609. in folio.

Item, in 1. 2. D. Thomæ, lib. de Legibus, quæst. 96. tract. 14. disput. 14. folio 302. Quòd Christus & Beata Virgo fuerunt subjecti legi veteri, attamen Christus peccare nequivit, *& idem dicendum de Beata Virgine.* Lib. impress. Lugduni, an. 1611. in folio.

JOANNES Salvador Baptista de Arellano, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Antiguedades y excellencias de la Villa de Carmona, cap. 28. De inventione miraculosæ imaginis Dominæ nostræ de Gratia, fol. 280. asserit: *Quòd V. MARIA fuit concepta in gratia, &c.* Lib. impress. Hispali 1628. in 8.

JOANNES Salviatus Florentinus, ac S. R. E. Cardinalis, edidit Bullam quâ concessit Confraternitati *Immaculatæ Conceptionis Toletanæ*, ut possit publice propriam portare Crucem, &c. Extat in Armament. Regest. col. 158. & Marrac. in Purpur. Mariana, folio 152.

JOANNES de Salzedo, Ordinis Minorum Hispanus, elaboravit pro Conceptione Virginis Tractatum, cujus inscriptio est: *An Seraphicæ militiæ labor in propugnanda Immaculata Conceptione MARIÆ, nova Christianæ militiæ erectione, certa victoriæ spe coronetur, MARIÆque originalis gratia utriusq; militiæ conatibus proximè diffinibilis constituatur?* Vallisoleti 1625. in fol. cum imagine Immac. Concept.

JOANNES de Salzedo Villandrando, Poëta Hispanus, in Poësi ad Librum de Conceptione Hippolyti de Olivares, ad finem asserit: *Quòd MARIA fuit hortus clausus in hoc mysterio.* Impress. Limæ 1631. in 4.

JOANNES Sanchez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, correxit & emendavit cum R. P. F. Petro de Leguizamo ejusdem Ordinis Legendarium sive Flores Sanctorum Doctoris Millan, ubi invenitur pulchra historia *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ fuit impress. Hispali, anno 1578. ut refert Joannes Tamayo de Salaz. fol. 239. & 240. Ego verò non vidi, nisi anno 1572.

J. de Sancta Maria, Presbyter Gallus, in libro dicto: Les flammes ardentes du sainct amour de la Vierge Marie, folio 201. de Prædestinatione æterna Sanctæ Virginis, & folio 262. *de ejus Conceptione ac præservatione à peccato originali* Adspirationes duas. Item, fol. 213. in præservatione ab actuali *agit etiam de præservatione à peccato originali.* Impress. Parisiis 1652. in 12.

JOANNES Sarria, natione Hispanus, Concionnes in laudem *Immaculatæ Conceptionis* Beatissimæ *Virginis MARIÆ* edidit Salmanticæ 1619. in 4. in libro R. P. F. Gasparis à Villachoaga.

JOANNES Scotus Argentinensis, disposuit Sermonem *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, secundùm Matthæum, ut est in Postillis majoribus. Impress. Basileæ 1507. in 4.

JOANNES Sebastianus, Societatis Jesu Hispanus, in lib. Del bien, excellencias y obligaciones del estado Clerical y Sacerdotal, lib. 5. part. 2. cap. 13. fol. 173. inquit: Haber visto muchos efectos y hechos notables en personas molestadas de esta tentacion de la carne por medio de la Virgen nuestra Señora por rezarle cada dia alguna devocion, *en memoria de la limpieza con que fue concebida sin pecado*, &c. Impress. Hispali 1620. in 4.

JOANNES de Segovia, Doctor Hispanus, Canonicus Toletanus, ad Concilium Basileense Pij Legatus Theologus, & secundùm aliquos S. R. E. Cardinalis, scripsit insignem Librum *de Sanctæ Conceptione Beatissimæ Virginis* in septem Allegationes divisum, qui asservatur manuscrip. Matriti in Archivo Regio Immaculatæ Conceptionis apud Fratres Minores existente, & Duaci apud Patres Societatis Jesu, & in Monasterio Aquicinctino prope Duacum antiquissimis characteribus, & apud nos in folio.

Item, edidit alium Tractatum *de sanctissima Conceptione gloriosæ Virginis & Matris Domini nostri* JESU *Christi* in eodem Concilio Basileensi, ad informandos animos devotorum in materia de sancta Conceptione Virginis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ, anno 1438. in septem Advisamenta divisum.

Item, alium Tractatum de Miraculis factis pro mysterio *Conceptionis Beatæ Virginis*, & à Concilio Basileensi approbatis, simulcum officio *Immaculatæ Conceptionis* ab eodem Concilio instituto & approbato. Hi duo Tractatus reperti sunt manuscr. Parisijs in Bibliotheca Thuana, & Leodij in Monasterio Sancti Jacobi Patrum Benedictinorum in charta pellicea in 4. Quæ omnia simul fuerunt sub prælo Bruxellis, hoc anno 1663. in folio.

JOANNES Segovia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro de prædicatione Evangelica libro 1. capite 23. folio 148. inquit: Infedit super unam Virginis virgulam, solitariam quidem & cujus tunc temporis mundus totus fortasse erat oblitus, superquam *ad plenum usq; omne gratiarum genus*, necnon & profundissimos sapientiæ suæ thesauros effudit omniaque Spiritus Sancti dona abundantissimè disseminavit, &c. Et lib. 2. cap. 49. de salutatione Virginis Mariæ, folio 552. sic inquit: Punctum est culmen gratiarum & perfectionum omnium hujus sacræ Virginis, omneque ejus esse & auctoritas, à quo omnia ejus bona promanarunt, in hoc consistit ut Dei extiterit Mater. Hoc namque ejus omnium heroicarum virtutum cumulus est & fons. *Nam si bona fuit, si sancta, si gratiaplena, sanè per utique sicut Dei Matrem decebat:* & in hoc gratiæ virtutes omnes, gratiam & sanctitatem obtinuit, nempe tanquam Domini Mater, & hoc est perfectionis ejus punctum, in quo jam in Beatorum sede patria, &c. folio 444. Impress. Complutì 1577. in folio & Brixiæ 1586. in 4.

JOANNES de Segura, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Glossam in certamine Grammatico *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, fol. 200. Impress. cum alijs.

JOAN-

JOANNES Seinerus Volckmartianus, Ordinis Carmelitarum Colonienſis. *Quòd opinio vel ſententia aſſerens Virginem MARIAM fuiſſe conceptam in peccato originali, hoc tempore non ſit ad modum ſcholaſtica neque ſolemnis*, Annotationem unam in Commentarijs ſuper Evangelia editis à Guidone Perpiniano ejuſdem Ordinis, folio 15. Lib. impreſſ. Coloniæ 1631. in folio.

JOANNES Sendin Calderon, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit Memoriale ſub hoc titulo: Epitome ſacro, explicacion del Breve, que à inſtancias del Rey nueſtro Señor expidio N. Santiſſimo Padre Alexandro VII. en declaracion del culto, con que la Igleſia univerſal celebra *la preſervacion de nueſtra Señora, Su Concepcion Immaculada en el primer inſtante*. Obligacion en que ſe allan todos los Predicadores de la Catholica Monarquia à alabar y bendecir eſte ſagrado miſterio en el principio de los ſermones. Accion y derecho que tiene el Rey nueſtro Señor, para eſcuſar eſcandalos y inquietudes à poner todos los medios convenientes, para que todos los Predicadores de ſu Reyno, ſin excepcion alguna ſe conformen à eſta piadoſa y laudable coſtumbre. Fundado y declarado uno y otro de los principios del Doctor Angelico Santo Thomas, y de la doctrina de los Autores mas claſicos de ſu Eſcuela. Impreſſ. Matriti in folio.

JOANNES Serranus Alvarez Hiſpanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Hieroglyphicum ſeu Labirinthum. Extat in lib. impreſſ. Hiſpali 1616. in 4. folio 63.

JOANNES Serranus, Ordinis Minorum Hiſpanus & Epiſcopus Acernenſis, edidit *de Immaculata præſeruatione ſanctiſſimæ ſemperque Virginis Genitricis Dei MARIÆ Conceptione* Lib. quinque eruditiſſimos. Impreſſ. Neapoli 1635. in folio.

JOANNES Serranus de Vargas y Ureña Hiſpanus, edidit Arborem pro civitate Hiſpalenſi ſub hoc titulo: Soneto, Decimas y Quintillas en que hablando la muy noble y muy leal ciudad de Sevilla, y villas de ſu juriſdicion, *del myſterio de la Immaculada Concepcion de nueſtra Señora*, hablan à la inſigne Cofradia de los Nazarenos y Santiſſima Cruz en Jeruſalem, acerrima defenſora deſte divino myſterio, &c. Populi autem interlocutores ſunt: Lebrixa, Caſtilde las guardas, Utrera, Conſtantina, la Iguera Haznalcorral, Alcala de Guadeira, Manzanilla, Valencina, Alcala del Rio, Arazena, Coria, Villamarrin, Cortegana, San Lucar la Maior, Cazalla. Extat impreſſ. in charta expanſa Hiſpali, anno 1620.

JOANNES Severanus, Clericus Congregationis Oratorii de Urbe, in libro de ſeptem Eccleſijs Romanæ Curiæ, de Eccleſia *ſeu Capella Conceptionis Virginis MARIÆ* exiſtente in civitate Romana, in indice verb. Sancta Maria Annuntiata, Impreſſ. Romæ 1630. in 8.

JOANNES de Silveira, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, *eximit Virginem à peccato originali*, tom. 3. ſuper Evang. lib. 5. cap. 29. Lib. impreſſ. Lugduni 1649. in folio & 1652. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item: *Immaculata Virginis Conceptio ab omni peccato* ſummus Scripturæ teſtimoniis demonſtratur, ad illa verba: Abraham genuit Iſaac, Quæſt. unam in Explicatione Evangel. tom. 1. c. 3. à fol. 109. uſq; 122. Impr. Ulyſſipone 1640. in fol. & Lugduni.

Item, tomo 1. Commentariorum in textum Evangelicum: *Quòd Virgo MARIA fuit libera à peccato originali; & quòd debitum peccati in propria perſona non contraxit, & fuit peculiariter redempta*, &c. Aliaque multa pro ejus immunitate, latè vide in Indice verb. Virgo Maria. Lib. impreſſ. Matriti 1648. in fol. Vide etiam tomum 4. & 5. in quibus plura invenies pro hoc myſterio.

JOANNES Sobrinus vel Conſobrinus, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, elaboravit *de Conceptione Immaculata ſanctiſſimæ Virginis* Tractatum unum. De quo Hippolytus Marrac. in Catal. ad annum 1475. & in Biblioth. folio 793. ex Didaco de Coria, Piſtoia fol. 155.

JOANNES Solanus de Figueroa Altamiranus Hiſpanus, Canonicus Pacenſis, ſcripſit Sermonem ſub hoc titulo: Predicado en el illuſtre y Religioſo Convento *de la Concepcion* de la muy noble y leal villa de Cazeres, fer. 5. poſt Dominicam 3. Quadrageſimæ 1639. Impreſſ. Salmanticæ eodem anno in 4.

Item, in libro: Hiſtoria y Santos de Medellin, fol. 139. agit de fundatione Monaſterij *Conceptionis* anno 1551. Impreſſ. Matriti 1650. in 4. Et in notitia ejuſdem Eccleſiæ nobis miſſa, refert quòd à trecentis ſeptemdecim an. fuit in Eccleſia Pacenſi fundata *Confraternitas Immaculatæ Conceptionis*, quòdque Altare majus habet antiquiſſimam imaginem hujus myſterii, & quòd ab antiquo habetur ejus feſtivitas de præcepto in tota illa Diœceſi.

JOANNES de Soria, Ordinis Minorum Hiſpanus, typis edidit Concluſiones ſub hoc titulo: *Beatiſſimæ Virgini ſemperq; Immaculatæ Deiparæ Quæſtio Theologica: Vtrum Sacratiſſima Dei Mater contraxerit debitum incurrendi peccatum originale?* Quæ Concluſio ſubſcripta & approbata fuit à Doctoribus Complutenſibus, ſcilicet D. Henrico de Villegas, D. Salas Manſilla, D. Andrea Merino, Fr. Petro Oviedo, Fr. Gregorio Saenz, Fr. Dionyſio Cuello, Fr. Joanne Erias, Fr. Joanne Baptiſta de Lezana, Fr. Benito Lopez, Doctore Soſa, Doctore Gante, Doctore Joanne Sanchez Duque, Fr. Martino Albiz, Fr. Thoma de Herrera, Fr. Antonio de Vega, Fr. Ludovico Alonſo, Fr. Antonio de Ledeſma, Fr. Petro de Guzman, Fr. Joanne de Contreras, Fr. Thoma Campuzano, D. Garci Ximenez, D. Morales Nieba, D. Antonio de Pareja, D. Didaco Bravo, D. Martino de Xauregui, D. Gabriele Serrano, Ambroſio Roman. Ac tandem approbatæ fuerunt à Supremo ſanctæ Inquiſitionis Conſilio & publicè ſuſtentatæ die 22. Januarii 1615. cujus inſtrumentum originale eſt apud nos in charta expanſa cum ſubſcriptionibus à tergo.

JOANNES de Soria Buitron, Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro dicto: Epilogus ſummarum ſive ampliſſimum Compendium rerum omnium quæ in univerſis materiis Theologiæ moralis tractantur, part. 2. tit. 1. ſect. 2. diſt. 2. fol. 381. agit de Conſtitutionibus Sixti IV. circa *Immaculatam Virginis Conceptionem*, Pauli V. & Gregorii XV. Lib. impreſſ. Pariſiis 1656. in 8.

JOANNES Sottealius, Montinienſis Sacræ Theologiæ Licentiatus, verb. Maria: *An Virgo Deipara habuerit peccatum originis*, vel aliquod unquam peccatum actuale? Item, verb. Peccatum: An Maria Virgo habuerit *necnè peccatum originale*? incertum, atque indefinitum reliquit Synodus

Tridentina, sess. 5. decreto de Peccato originali, secuta Constitutiones ea de re Sixti IV. in Extravagante Grave nimis; peccatum verò actuale ne minimum quidem unquam admisisse docet ibidem Concilium. Ita in Summa Pontificalium & Synodalium Constitutionum. Impress. Venetijs, anno 1574. in 8. Item, adducit Decretum Concilij Tridentini *de exemptione Immaculatæ Virginis MARIÆ à peccato originali*. Lib. impress. Duaci 1618. in 8.

Item, in Citationibus circa sect. 5. Concilij Tridentini, de modo loquendi ac prædicandi in materia *Conceptionis Virginis MARIÆ*, atque Constitutionibus Sixti IV. & Pij V. declarationem unam. Lib. impress. Coloniæ 1620. in 8. regali, & Lovanij 1570. in 8.

JOANNES Sotovellus, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 27. Novembris, anno 1658. Thesi 25. hæc defendit: Beatissima Virgo eam cùm habuerit morum sanctitatem, qualem decebat habuisse Deiparam, tamquam excellentes virtutum elicuerit actus, ut ijs Dei Mater ornari posset; meritò suam disposuerit vel de congruo (ut loquuntur) latè sumpto maternitatem dicimus meruisse. *Non ab originali tantùm maculâ, sed & ab omni illam contrahendi debito, speciali Dei providentia semper immunis fuit*. Impress. in 4.

JOANNES de Spieres, Monasterij Aquicinctini magnus Prior, in Kalendario novo ad legendas Horas Canonicas, &c *Festum Conceptionis B. M. V.* Duplex. Impress. Duaci 1645. in 4.

JOANNES de Spiritu Santo, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispanus, edidit Sermonem de *gloriosa ac purissima Conceptione MARIÆ sanctissimæ Reginæ, Dominæ nostræ*. Impress. Hispali 1652. in 4.

JOANNES Splengler, Bacchalaureus Theologus, in quibusdam Conclusionibus Theologicis pulcherrimè propugnavit *intemeratam Conceptionem Dei Matris MARIÆ*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum, verb. Bacchalaureus, fol. 175.

JOANNES Stella, Sacerdos Venetus, in lib. de Vitis Summorum Pontificum, in Sixto IV. agit de institutione *festivitatis Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Basileæ 1507. & Venetijs 1505. in 4.

JOANNES Stephanus Durantus, Consiliarius Tolosanus, refert quomodò Virgo Maria in Liturgijs veterum Græcorum & Latinorum sæpe interpellatur atque vocatur *sanctissima, Immaculata* & super omnes *benedicta, sancta*, intemerata, &c. in Liturgia S. Basilii, S. Chrysostomi & Theroica rerum Ecclesiasticarum S. Germani. Vide lib. 2. de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ, cap. 35. fol. 211. Impress. Romæ 1591. in folio magno, & Lugduni 1596. in 8.

JOANNES Stephanus van Esch, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 13. Julij, anno 1639. Thesi 15. de Originali peccato, hæc inquit: *A quo Sanctissimam Dei Matrem non multò difficilius, quàm ipsummet peccato eximes*. Impress. ibidem in 4.

JOANNES à S. Stephano de Falces, Ordinis Sancti Hieronymi & Archiepiscopus Brundusinus Hispanus, in Synodalibus Constitutionibus præcepit observantiam *festivitatis Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. Vide verb. Brundus. Eccl.

JOANNES Stephanus Ferrerius, Episcopus Vercellensis, in Vita S. Eusebij Vercellensis Episcopi & Martyris, fol. 247. refert, quòd in Vicariatu & plebe Coconati extat præclara Castrinoni *sub hoc titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis*. Lib. impress. Romæ 1602. in 4.

JOANNES Suarez de Alarcon, Marchio Tarifæ, in civitate Zeutæ cum toto Clero & populo *fecit votum pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. 1653. in fol.

JOANNES Suarez, Episcopus Conimbricensis Hispanus & Arganili Comes in Comment. in sacrosanctum Domini nostri Jesu Christi Evangelium secundùm Matthæum, tract. 1. cap. 1. fol. 4. pag. 1. tractans, quomodò Maria sit liber scriptus intus & foris, inquit: Scriptus est liber iste non atramento, quo nos concepti iniquitatibus in utero matris alimur; at fulgenti auro linito: *concepta est sine macula, sine ruga, tota pulchra, tota fulgida, tota gratiâ plena intus & foris; imo quidem habitu virtutum, & gratiâ decorata, & ab originali peccato præservata*; exteriùs verò operatione totius virtutis, & perfectionis prædita. Item, infra: Et quidem cæteri Sancti in Dei filios prædestinati: tu autem, ô Maria, in filiam & etiam Matrem. Cæteri gratificati sunt; *tu dilecta Dei Mater, in ab omni labe præservata*, in dilecto Filio Dei & in unico Filio tuo Virgo semper permanens, &c. Lib. impress. Conimbricæ 1562. in fol. Vide etiam ibi alia; latè enim agit de ejus præservatione à peccato originali.

Item, in Commentario in Lucam, tract. 29. fol. 379. inquit: *Sola autem Virgo Regia concepta fuit sine originali peccato, ita ut non contraheret sordem hanc ejus beatissima anima, cùm creata fuit in utero Beatæ Annæ ejus matris*, etsi fuerit ex commixtione maris & fœminæ nata, &c. Impress. Parisijs 1578. in 8.

JOANNES Suarez de Godoy, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, in libro: Thesoro de Varias consideraciones sobre el Psalmo de Misericordias Domini in æternum cantabo, à fol. 458. *Quòd MARIA Virgo fuit Adæ filia, sed absque originali peccato: quia peccatum originale repugnat animæ Dei*, &c. Barchinone 1598. in 4.

JOANNES de Susato, Ord. S. Augustini Germanus, in Sermone de Nativitate B. Mariæ Virginis, qui incipit: Gaude & lætare filia Sion, &c. affirmat, *Virginem MARIAM fuisse conceptam sine peccato originali*: quia tempore unionis animæ ad carnem ablata & purgata fuit morbida qualitas, seu causalitas diffundendi peccatum originale, &c. Ita P. Joannes de Meppis in Tractatu de Conceptione circa finem §. Illi de secunda opinione, &c.

JOANNES Suffren, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: L'année Chrestienne, tom. 2. fol. 233. de tertia præparatione pro *festo Conceptionis Virginis*. Et die 8. Decembris, *de Immaculata Conceptione gloriosæ Virginis*, &c. latè adducit multa & pulchra. Lib. impress. Parisijs 1641. in 4.

JOANNES Suicardus Acomberg Germanus, Elector Imperij & Archiepiscopus Moguntinus, scripsit *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis MARIÆ* Epistolam unam. Marrac. in Catal. ad annum 1624. & in Bibliotheca, fol. 795. Ipsam invenies ad litteram in Antis. Marian. fol. 349. & incipit: Suavissimus ille sensus, &c.

JOANNES Tallante, Poëta Hispanus, cum aliis edidit in Palestra Valentina ad ann. 1480. quædam Carmina *pro Deiparæ Conceptione immaculata*, quæ invenies apud Ferrand. Diaz.

JOAN-

JOANNES de Tamayo Salazar, Doctor Hispanus, sub hoc titulo: *Conceptio Immaculata Virginis sanctissimæ Matris Dei Reginæ Angelorum, & advocatæ nostræ MARIÆ conceptæ absque macula peccati originalis, cujus festivitas adeò antiqua est in cœlis & in terra.* In obsequium hujus Dominæ, & in gratiam devotorum hujus mysterij epilogabo breviter per annos memorias, quas inveni suæ celebrationis, absque eo quod me divertam amplius, quàm ad significandum illos, qui in mundo ipsas celebrarunt. Assumptum à nullo hucusque elaboratum; à multis, qui de hoc mysterio scripserunt, &c. in libro Sancti Epitatij, à fol 229. usque 384. Impress. Matriti 1645. in 4. regali.

Item, in libro: Triumphos de las Armas Catholicas por intercession de MARIA, tom. 1. in Chronol. ad ann. 1621. agit de victoria obtenta ab Hispanis in Insulis Philippinarum *in die Conceptionis V. MARIÆ*, &c. Impress. Matriti 1648. in 4.

Item, in Aulo Hælio Poëta, à fol. 66. usque 83. multa adducit *pro puritate Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Matriti 1648. in 4.

Item, in Martyrologio Hispanico, tom. 6. fol. 378. *de Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis Deiparæ* D. N. latissimè agit. Lib. impress. Lugduni 1658. in fol.

JOANNES Taulerus, Ordinis Prædicatorum Colonienſis Theutonicus, in suis Operibus sermone de festo Purificationis MARIÆ, fol. 547. loquens de decore Virginis MARIÆ, inquit: Vires namque ejus supremæ absque medio in suam sese verterant originem unitæ eidem: *infimæ verò supremæ (instar Adam in originali persistentis justitia innocentiaque) perfectè obtemperabant. Qui nimirum hinc illi accessit decor, quòd culpa originali perpetuò exemta fuit, à qua præservarat illam Filius ejus, ita ut ne momento quidem temporis vel iræ filia, vel vas immundum vel diaboli (sicut nos alij omnes) subjecta dominio fuerit: prævenit hocenim Sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1615. in 4. regali.

Item, in lib. Vaticinia de calamitatibus novissimorum horum temporum, mediaque amplectēda, seu gradus ad montem sacræ Religionis & salutis æternæ conscendendum; ad finem in Ode de Rosario B. Virginis hæc habet:

Prædicatorum tibi, Virgo sancta,
Sanctior cunctis, maculata numquam,
Ordo præsentem rutilam coronam
Cernuus offert.

Lib. impress. Montibus 1643. in 12.

Item, in Tractatu de Decem cœcitatibus, cœcitate 4. cap. 11. fol. 873. Enim verò Deus gloriæ, quem mirabilem in Sanctis suis Propheta dicit, se ipsum mirificissimum ostendit in amabilissima, longeque charissima Dei Genitrice sua, cui similem nunquam fecit, neque facturus est creaturam dignitate, pulchritudine, nobilitate, & omni majestate & gloria. Tanta namque puritate, sanctitate, perfectione nitet & emicat, ut omni sit Angelica puritate longè superior, nec ulla major sub Deo puritas queat intelligi, quam Deus per suam omnipotentiam, sapientiam & bonitatem, *tam in Conceptione, quàm omni illius vita, morte & glorificatione, ultra communem naturæ modum, humanamque conditionem insigni cum miraculo præservavit, dignam fecit & sublimavit, ut nec levissimam quidem illius unquam peccati contraxerit labem, uti hoc divinæ erat congruum majestati, quæ ex ipsa carnem sumere dignata est. Et quamquam non defuerint, qui hac in parte non satis illuminati divinitus, Conceptionis ejus puritatem vocarint in dubium: eam tamen sancta Romana, eademque Catholica Ecclesia, quæ errare non potest, hoc ipso quòd festum Conceptionis illius solemniter celebrandum colendumque assumpsit, haud obscure adstruit, & affirmat.* Nec enim id ageret ullo modo, *nisi Conceptionem tantæ Virginis & Matris Dei omnis fuisse contagionis expertem, imo & sanctam pro certo exploratoque haberet*: prophana namque festa non novit Ecclesia. Tota ergo pulchra est & deificata Virgo MARIA in corpore naturalique complexione, & sensibus suis sanctissimis: tota itidem speciosa & in Deum transformata in anima, in memoria, intellectu & voluntate, cunctisque animæ viribus & affectibus: idque adeò, ut major pulchritudo, fœlicitas, perfectio & ornatus a nulla creatura intelligi, imo nec desiderari queat. Impress. Coloniæ 1603. in 4. Et ibidem anno 1615. in 4. regali.

Item, *in festo Conceptionis gloriosissimæ semper Virginis MARIÆ* Sermonem unicum. Coloniæ anno 1603. in 4.

JOANNES Tellez Giron, secundus Comes de Ureña & Osuna Hispanus, fundavit insigne Collegium Villæ de Osuna per Bullas summi Pontificis Pauli III. expeditas die 10. Octobris anno 1548. sui Pontificatus 14. Et ad imitationem suorum majorum fuit iste beatus Comes adeò devotus *Immaculatæ Conceptioni Virginis sanctissimæ MARIÆ Dominæ nostræ*, ut jusserit sub hac invocatione erigi Ecclesiam & Collegium, statuens & præcipiens, quòd omnes ad gradus promovendi in ipsa Universitate voverent sub juramento tenere & defendere hanc sanctam & piam opinionem. Ita in Nobiliario genealogico Regum & titulorum Hispaniæ ab Alphonsio Lopez de Haro elaborato, lib. 5. folio 387. Impress. Matriti 1622. in folio.

Item, de devotione ipsius erga *mysterium Immaculatæ Concept. V. MARIÆ* latè agit Didacus Alphonsus Malvenda in suo libro de Concep. folio 232. & citat Doct. Gudiel in Compendio Gironum cap. 34. Alphon. Nunez de Castro in Specul. Panegyrico Gironum §. 21.

JOANNES Tellez de Portillo, Canonicus S. Ecclesiæ Complutensis Hispanus, in Sermone cujus titulus est: En la Rogativa que hizo la muy leal antigua y noble ciudad de Segovia por el buen sucesso de la armada y galeones, &c. Disc. 1. fol. 8. sub hoc titulo: En la rogativa echa à MARIA y *misa de su Concepcion purissima*, queda el riesgo que oy padeze nuestra armada desmentido, &c. Impress. Matriti 1655.

JOANNES Temino, Vicepræsul Hispalen. edi curavit Missale Hispalense, in quo folio 236. adducit *officium Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* Impress. ibidem 1534.

JOANNES de Teneramunda Belga, Ordinis Carthusianorum Prior Domûs Illiviaci in Sabaudia, *de materia Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* rectè atque doctè Librum unum scripsit. Ita Joannes à S. MARIA in Supplici libello, folio 319. & Hippolytus Marraccius in Bibliotheca, & in Catal. ad annum 1521. Petreius, & Leon classe 6. Trithemius, Pistoia fol. 156.

JOANNES Theopolus Primicerius, in libro:

Trattato delle santissime reliquie nel sãtuario della chiesa de S. Marco, fol. 3. ait: Che se al fonte minerale del sangue di Christo, altera non fu che el sangue de MARIA, *dale cui purissime particelle esso sangue & Corpo di Christo resto formato, &c.* Impress. Paduæ 1617. in 4.

JOANNES Terrones, Ordinis Minorum Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* edidit Sermonem. Granatæ 1616. in 4.

JOANNES de Tolosa, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Discursibus prædicabilibus per modum Dialogi agit latissimè *de Immaculata V. MARIÆ Conceptione*, sub his capitulis: Cap. 14. Donde se comienzan las alabanzas de nuestra Señora à cerca de la merced grande que Dios la hizo *de librarla de todo genero de pecado.* Cap. 15. Donde se prosiguen las alabanzas *de la Concepcion de nuestra Señora*, y se traen muchos testimonios de las divinas letras, que prueban esta verdad. Cap. 16. Donde se prueba no ser contra la honrra de nuestra Señora, sino en gran alabanza suya el no estar determinado de fee *el mysterio de su sancta Concepcion sin pecado, &c.* Quæ omnia reperies à folio 168. usque 195. Lib. impress. Metinæ à Campo, anno 1589 in 4.

JOANNES de Tolosa, Ordinis Minorum Hispanus ac Custos Provinciæ Castellæ, defendit ac sub suo patrocinio assumpsit Moniales *Immaculatæ Conceptionis* Toleti in exordio hujus Religionis. Ita Salazar in Chron. lib. 8. cap. 4. fol. 476.

JOANNES de Torreblanca, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Exercicios del santissimo Rosario de nuestra Señora y modo de rezarle, in tabula Sermonum adducit indicem concionatorium *pro die Conceptionis Dominæ nostræ.* Lib. impress. Vallisoleti 1630. in 4.

JOANNES de la Torre & Castro Ordinis Minorum Hisp. edidit Orationem panegyricam sub hoc titulo: Con que la doctissima, illustre, y Real Universidad de Mexico en 20. de Henero 1655. celebrò en su capilla la aniversaria, y sagrada memoria que tiene perpetuada al religioso empeño, que con solemne voto, y juramento, hizo de defender *à la Emperativiz del cielo su pureza.* Impress. in civitate Mexicana, anno 1655. in in 4. regali.

Item, edidit Sermonem sub hoc titulo: Sacra dedicacion del templo *de la Concepcion purissima de MARIA*, que edifico Simon de Aro en el Convento de Religiosas del titulo deste mysterio, que autoriza esta regia ciudad de Mexico, &c. Impress. in eadem civitate Mexicana 1656. in 4.

JOANNES de Torres, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Philosophia morali Principum, lib. 3. cap. 2. folio 107. loquendo de Pantheone Agrippæ, inquit: Este lugar pues mando Phocas consagrar à honra de la sacratissima Virgen, teniendo consideracion que donde avia sido festada la Madre de toda abominacion, *fuese reverenciada la Madre de toda limpieza.* Impr. Barchin. 1598. in fol.

JOANNES de Torres, Episcopus Syracusanus natione Hispanus, licentiam impertivit, ut in civitate Corleontina in Sicilia erigeretur Monasterium Monialium *sub titulo Beatæ MARIÆ de Conceptione* anno 1614. ut refert Rochus Pirrus in libro: Siciliæ sacræ. Impress. 1638. in folio.

JOANNES Tosignianus, Ordinis Jesuatorum S. Hieronymi Episcopus Ferrariensis Italus, ex Sermonibus S. Bernardi translatis in linguam Italicam, in sermone de Assumptione Virginis, fol. 139. multa adducit *pro omnimoda puritate Virginis MARIÆ*, & sermone 5. fol. 145. & sermone 6. fol. 148. quæ brevitatis causâ prætermittimus. Vide etiam Sermones de Nativitate Virginis, à fol. 156. usque 160. ubi eruditè explicat Bernardum de mentem ipsius. Lib. impress. Venetijs 1528. in fol.

JOANNES Traversius, Societatis Jesu Theologiæ Professor Anglus, in Assertionibus ex universa Theologia publicè Leodij die 25. Maij anno 1660. Assert. 20. de Peccato originali, adstruit *Beatissimam Virginem non solum immunem fuisse ab eo, sed etiam proximo illud contrahendi debito caruisse.* Impress. Leodij eodem anno in 4.

JOANNES, Trevirensis Archiepiscopus Sacri R. Imperij Elector, in Catechismo Catholico & Explanatione salutationis Angelicæ, fol. 147. inter alia de Beata V. inquit: *Itaque primo momento vel minimum habuisti peccatum sive quod à primo hominis generis propagatum*, sive quod culpâ aliquâ commissum esset, etiam levissimum, &c. Impress. Antuerpiæ 1611. in 8.

JOANNES Trigosus, Ordinis Minorum, in Summa sive Seminario rerum prædicabilium ex S. Bonaventura, &c. in festo Annuntiationis Beatæ Virginis, sic inquit: Nam primò vocatur ab Angelo gratiâ plena. Quòd si fuit gratiâ plena, ergo nulla gratia illi defuit, quæ in alia pura creatura potest inveniri: *talis est præservatio à peccato qui est præservata à peccato.* Nam, ut dicit S. Hieronymus in quodam sermone: Benè dicitur: Gratiâ plena, quia cæteris per partes, MARIÆ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ: ergo, &c. Secundò dicitur: Dominus tecum, quia fuit cum illa particulariori modo, quàm cum alijs Sanctis & Angelis, scilicet assumendo carnem ab illa: ergo etiam debuit esse cũ illa particulariori modo quam cum alijs, scilicet *præservando illam à peccato in sua Conceptione, qua decebat ut assumeret carnem ab illa, quæ nunquam fuisset peccato*, &c. Et prosequitur de præservatione V. usque ad finem serm. Impr. Parisijs 1613. in 12.

JOANNES Trithemius, Ordinis Sanctissimi dicti Spanheimensis Abbas Germ. in Chronicon Spanheimensi ad annum 1499. Quòd eodem anno Facultas Theologica almæ Universitatis Coloniensis statuit & decrevit Constitutione firmissima tenendum, sentiendum, credendum, docendum prædicandum & constantissimè defendendum ab omnibus suppositis suis; *quod Beata Dei Genitrix Virgo MARIA ab omni labe originalis peccati exsplendori prærogativa divinæ potentiæ semper fuerit præservata, exempta & privilegiata:* & qui contrarium fecerit, ab ipsa Universitate relegatus, honoribus & emolumentis Theologicæ Facultatis omninò & omni tempore sit privatus, & quòd nullus in ea Facultate promoveatur, nisi juraverit se hoc statutum semper observaturum.

Item, ad annum 1501. Quòd anno etiam prætato Facultas Theologica Universitatis Moguntinæ exemplo Parisiensium Coloniensium provocata, statutum fecit 13. die mensis Octobris *pro fidei veritate ac defensione purissimæ Conceptionis Beatissimæ MARIÆ semper Virginis, determinatis eam ab omni originalis maculæ semper præservatam, exemptam & immunem*; contrariamque assertionem impiam, erroneamque judicavit. Et insuper decrevit neminem in Theologia promovendum de inte-

nisi juret, quòd nunquam velit favere opinioni contrariæ in aliquo. Item, ad annum 1494. agit *de Controversia Immaculatæ Conceptionis* cum Wigando Caupone.

Item, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis narrat omnes qui scripserunt *de Conceptione Virginis* MARIÆ. Quæ omnia invenies in 1. parte ejus Operum. Lib. impress. Francofurti 1601. in folio.

Item, *de Conceptione Immaculatæ Virginis Matris* Epistolam unam.

Item, in libro 1. de Miraculis ad invocationem Beatæ Virginis MARIÆ in Urticeto Helbrunensi factis, cap. 2. folio 1135. *Quod Beata Virgo fuit expers peccati originalis*, & quomodò Ecclesia Romana sic sentiat & Academiæ multæ, &c. Lib. impr. Mogunt. 1605. in folio.

Item, in Libro seu Tractatu de laudibus S. Matris Annæ perquam utili, cap. 4. sub hoc titulo: Contra illos qui festum & memoriam S. Annæ laterane & despiciunt & impugnant, sic inquit: Audito percipe tu, quisquis es, qui festivam sacrosanctæ matris Annæ memoriam vituperas, qui honorem ejus impia loquacitate impugnas, qui cultores ejus temeraria præsumptione blasphemas. Quid tibi displicet in matre sanctissima Dei Genitricis? nunquid de meritis ejus dubitas? nunquid degenerem probas? sancta est, Deo dilecta est, stulte & insipiens, qui bonum in servis Dei quod imitari debueras culpas, qui Sanctis debitum honorem subtrahis, qui cultores Beatissimæ Annæ sine causa persequeris. Improperas etiam & dicis: Cur nova festa assumitis, qui antiqua non celebratis? Audi prophane: nunquid festum S. Annæ novum tibi videtur, quod ex veterum monumentis antiquissimum comprobatur? Si novum est; quomodo SS. Patres illud antiquitus celebrare potuerunt? Novum non est in cujus honore S. Augustinus ante mille annos elegantem fertur composuisse sermonem? novum esse non poterit, de quo antiquissima Carmina extant. Aut quemadmodum novum esse poterit, cujus aureum nomen antiquissimis Calendariis reperitur insertum? Sed tibi & novum & rarum est, qui memoriam ejus nunquam celebras: neque etiam nova esse potest Beatissimæ matris Annæ memoria, cujus domus in qua habitare antiquitus consueverat, non longè post Passionem Domini in Ecclesiam sub ejus nomine legitur consecrata. Prope Lugdunum Monasterium nostri Ordinis in Insula Barbara est, ubi in Capella quadam vetustissima corpus Beatissimæ matris Annæ cum multa reverentia populi quiescit, quam S. Longinus miles Christi primùm fundasse dicitur, & pretiosissimas illas reliquias à Hierosolyma secum deferens in eadem collocasse. Hujus rei in dicto Cœnobio antiquissima monumenta reperiuntur. Istane tibi nova videntur? Cessa igitur sanctissimæ matri detrahere, cessa cultum ejus dignissimum impio dente lacerare: noli odium personale diffundere in omnes, noli propter paucorum displicentiam omnibus indignari, noli injuriam hominis efferre in superos. Cur læsus fortè ab homine, Sanctos Dei vocas in culpam? cessa obsecro, cessa vindictam unius hominis vel paucorum à sanctissima matre Anna velle exigere. Nolo sanctitatem ejus vituperes; nolo eam suo honore prives; nolo devotionem servorum ejus impugnes: Si peccaverit homo in hominem, placari poterit ei Deus. Qui autem peccat in Sanctos Dei, in parentes Filii Dei, in matrem Genitricis Dei; quis orabit pro eo? quomodo potest habere propitium, qui Sanctos ejus & quidem sanctissimos habet offensos? Sancta enim Anna omni honore digna est, *quæ parere meruit Dei Genitricem sine labe criminis*: cujus honorem qui minuit, injuriam Deo facit. Qui potiùs si sapis, si intelligis, recede ab hac stultitia tua, fuge ab hac insania falsa, declina ab hac blasphemia pessima, & pristini erroris assume pœnitentiam; ut per compunctionis lacrymas tam nefariam diluas culpam. Quod si non feceris, si in pertinacia tua perseveraveris, non impedies voluntatem Dei, sed partem habebis in sorte diaboli. Deus Sanctam Annam in Ecclesia sua honorare disposuit, quis eum prohibebit? Ecce Reges & Principes memoriam S. Annæ religiosa devotione concelebrant. Ecce Præsules Ecclesiarum ubique in ejus honore Altaria consecrant. Ecce fideles populi nomen ejus ubique invocant; & tu in invidia tua cum diabolo tabescis? confunderis & insanis. Monachi & Religiosi utriusq; sexûs, totus Ecclesiarum Dei Clerus festum S. matris Annæ & memoriâ cum singulari devotione celebrat; quid tu invide canis contra ônes latrare præsumis? quid impie latras? quid scelerate murmuras? tace, abi, recede; non sine gravi animadversione hæc tua impietas vindicabitur. Quicumque enim honori & sanctitati Beatissimæ matris Annæ detraxerit, quicumque cultores blasphemaverit, sine confusione ab hac vita non migrabit, confusione mala confundetur coram Deo & hominibus, opprobria & ignorantia pessima cooperient caput eius, erit miser & miserabilis & non erit qui calamitum eius condoleat omnibus diebus quibus fuerit super terram. Item, cap. 7. sub hoc titulo: Quòd Sancta mater Anna filiam suam Beatissimam Dei Genitricem sine originali macula conceperit, sic inquit: Quoniam ad Beatissima matris Annæ declaranda sanctitatis merita multùm conducit, *quòd Dei Genitricem sine originalis reatûs macula peperit*; nequaquam à nobis tanti prærogativa honoris silentio est transeunda. Et quidem scimus *hanc purissimam Conceptionem* in signum positam cui à multis usque hodiernum diem contradicitur; qui dum naturæ consuetudinem volunt defendere, gratiam Dei non verentur impugnare. Quid stolidi latrant? quid imperiti murmurant? an non licet Deo quod vult facere? *Ecce Conceptionem Dei Genitricis sine macula puram* veneratur Ecclesia, ecce festum celebrat devotione annua; & homines capitosi eam temeraria præsumptione maculare laborant. Sancti & eruditissimi viri præteriti & præsentes vario scribendi genere suis lucubrationibus Conceptionem hanc *maculæ originali nunquam subjacuisse prædicant*; & adhuc filii Adam eam temerè impugnant: omnes diversorum pœne Ordinum Religiones purissimam semper extitisse confitentur, credunt & prædicant; quos damnare velle tanquam errent, extremæ dementiæ est. Ecce viri sæculares, Religiosi, Monachi, devoti atque eruditi metro & prosa *Conceptionem semper purissimam celebrant*; & homines tepidi & sine eruditione, quibus nomen Philosophi nosse, satis esse videtur; sanctitatem Dei Genitricis commaculare nituntur. Multi (inquam) doctissimi viri varia in eius defensionem syntagmata ediderunt. Quis unquam eruditus contrarium scripsit? Sed tu nomine qui-

dem tuo indigne Nicator, qui os tuum in cœlũ ponens contra purissimam Dei Genitricem impiè blasphemasti, non sine gravi animadversione Dei feceris: quippe qui non pietate, sed impietate moveris ad scribendum. Denique, stulte, temeritati tuæ per viros eruditos vario styli genere superabund è novimus esse responsum; neque enim nostris armis, sed Dei virtute abscedis confusus, nec errorem tuum damno, sed arrogantiam, sed temeritatem, sed præsumptionem: scio enim de Conceptione Virginis Mariæ non esse peccatũ, quam Deus voluit esse occultam; sed eam impugnare, & temerariè diffinire quod nescias, inauditi est sceleris. Si ea quæ nescimus quo animo fiant, in partem meliorem interpretari præcipimur, quantò magis occulta Dei opera quorum rationes ignoramus, ad pietatem debemus accipere? Nemo nostrũm consilio Dei interfuit, nemo concepti hominis modum agnovit: sed multis rationibus inducti nos ex pia credibilitate purissimam semper extitisse credimus. Adversarii ex naturæ consideratione adducti temeraria præsumptione defendunt opinionem cõtrariam; sed sanctius est de pietate in Dei parentem, quàm de temeritate reddere rationem. Si nos erramus, pietas, imo Deus ipse est in causa: si autem vos erratis, ô Adversarii, dicite ob quam causam? quænam consideratio movet, ut purissimam Dei Matris Conceptionem tam audacter culpæ originali subjacuisse dicatis? Respondebitis scio: Amor veritatis. Sed ostendite opinionem vestram esse veram, & vos amatores veritatis crediderim: non autem ostendetis, quia non intelligitis; quia non creditis, veritatem non defenditis quam nescitis; nemo enim propriè defendit quod ignorat. Consideratio naturæ humanæ vos decipit, cuius dum consuetudinem exquisitè revolvitis, Deum constitutorem esse naturæ non pensatis; supra naturam est, qui naturam fecit. Non restringitur sub legis humanæ conditione Deus conditor legis; sed qui Virginem parere voluit, etiam præter naturæ ordinem à peccato præservavit. Causa itaque opinionis adversæ ex temeritate sumit exordium: idcirco non mercedem à Deo meretur, sed vindictam. Nam sicut pœna martyrem non facit, sed causa; ita error Conceptionis non damnat, sed pertinacia. Denique si exemplis & monimentis veterum est credendum, plures miserrimè perisse legimus, qui puritatem gloriosæ Conceptionis impugnarunt: neminem verò unquam defensorem ejus à Deo percussum invenimus. Nos enim *ad defensionem sanctissimæ Conceptionis* movet Dei Matris maximè considerata dignitas, quæ talis ac tanta emicuit, ut omni honore dignissima fuerit. Si fallimur; pietate sancta excusamur: vos autem si erratis, quis defensurus erit? Veritas? sed eam non cognoscitis. Justitia? sed illa errores damnat, non excusat. Misericordia? sed viscera misericordiæ non habetis. Quis ergo liberabit vos? Virgo Maria? sed honorem ejus flocci penditis. Filius Dei? sed Genitricem ejus non diligitis. Orationes Sanctorum? sed Reginæ eorum detrahitis. Excusationem ergo non habetis, quia Deum & omnes Sanctos illius offenditis. Armati verò argumentis scholasticis, & pietate nudi estis; quidquid pro defensione opinionis vestræ adducitis, à timore Dei alienum est: non enim honorem Dei quæritis, qui puritatem Genitricis illius impugnatis. Sed audite consilium meum, & mutate propositum vestrum; redite aliquando ad vosmetipsos, quia tempus est; & nolite opinionem incertam præsumptuosè defendere, quam indiscussam sine peccato potestis pertransire. Si Deum diligitis, Filium Christum Salvatorem omnium amatis, Genitrici ejus sanctissimæ tantam nolite injuriam facere, de qua nulli licet nisi sanctissima sentire. *Conceptionem ejus semper purissimam credere*, non necessitatis, sed pietatis est; non credere, humanæ tarditatis; non credendo autem impugnare, & opinionem contrariam velle defendere, non solùm crimine non caret, sed etiam magnæ temeritatis stultitia est. Enim verò temeritas reprehenditur, ubi pietas remuneratur. Ne parum cuiquam videatur esse peccatum, quod in Deum & ejus Genitricem committitur. Qui autem Dei Filium diligit, os suum contra Matris honorem non aperit, puritati ejus non detrahit, opinionem incertam pertinaciter non defendit. Et quia ubi devotio humilium recipit præmium, præsumptio superborum inveniet tormentum. *Digna enim Mater fuisse creditur sine originali macula concepta*, quæ illum erat Virgo paritura, qui totius delicta crimina mundi. Digna quoque tali Conceptione & mater Anna extitit, cujus inclyta conversio Deo gratissima fuit. *Nolo mireris Dei Genitricem naturæ consuetudinem ab originali præservatam culpa*, quam sibi mansionem paraverat Deus infinitæ gratiæ. Considera natam Dei Genitricem, & mireberis sine macula Conceptionem. Magna sunt quæ dicuntur, sed vera, sed sancta, sed Genitricem Dei decentia, *cujus Conceptionem præcessit gratia*, & hinc miratur natura, miramur & nos, quorum fideliter credimus: Adversarij autem non credentes non mirantur, sed confunduntur. Si potes ista capere, crede: si non capis, noli discrepare, si non vis peccare: melius est enim de partu Dei Genitricis cum reverentia tacere, quàm indigna loqui. Cura itaque ea quæ non possumus intelligere, humili silentio semper honorare. Item, ad finem Operis sic concludit: Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis Lectori salutem: Cum nuper ad amicorum instantiam scribere aliquid de Laudibus sanctissimæ matris Annæ statuissem, & tres quidam de Ordine Fratrum B. Mariæ semper Virginis de Monte Carmeli rogabant, *ut defensionem purissimæ Conceptionis Mariana omitterem*, hisque precibus eorum & alioquin justa ratione persuasus, septimum hujus Operis Caput de Conceptione Deiparentis & Virginis prænotavi: quod ne quisquam aliter, quàm mea habet intentio susçipiat, Lectorem putavi admonendum: non enim nec me fugit, quàm multi sanctissimi atque doctissimi viri olim Dei Genitricem subjacuisse originali maculæ scripserint, qui longè ante Basileense Concilium floruerunt. Hanc ego sententiam tempori concedens, penitus intactam pertranseo, nihilque omnino contra eos dicere vel scribere intendo: enim verò si quid à me dictum cernitur, non in opinantes aliter quàm nos, sed in pertinaces dumtaxat referatur, qui sine eruditione garrientes, alterius opinionis assertores appellare Hæreticos non verentur, & hoc verba mea insinuant, quæ præsens tempus & non præteritum notant. Quòd enim dico: quid stolidi latrant? quid inexperti murmurant? præsentis temporis est, non præteriti: & hodie pertinaces ar-

gu-

gui, non antiquitus aliter opinantes. Interrogans verò, quis unquam contrarium scripserit? non antiquis Patribus infero; sed de his, qui post determinationem Concilij aliter opinantur, intendo. Isaq; solam pertinaciam quorumdam imperitorũ huius temporis, non opinionem eruditorum quorumcunq; aliter sentientium arguo, quippe qui Sixti IV. Pont. max. declarationẽ non ignoro. Mihi autem visum est à S.R. Ecclesia nullatenus abhorrere purissimæ Conceptionis fidem, quam illa credit & veneratur: quod hodie multis documentis ostenditur. Deniq; cum Doctoribus Gymnasiorum Parisiensis, Colonien sis, Hilderbergensis, Herfordiensis, Viennensis, Lipsensis, Thubingensis, Ingolstadiensis, Basileensis, Moguntinensis aliorumq; multorum, & omnibus penè Ordinibus Christiq; fidelibus per universum orbem Christianũ diffusis *Conceptionem Dei Genitricis & V. MARIÆ puram venerari non timeo*; pertinaciam tamen non admitto, sed Romanæ Ecclesiæ obedire in omnibus, ut Matri reverendissimæ omnium Ecclesiarum, volo. Hæc præfati Capitis mei pura & sincera intentio est, in quo nihil sobriè & sine pertinacia opinanti derogarum existimo. Lector vale. Impress. Lipsiæ per Melchiorem Jort 1506. in 4.

IOANNES de Turrecremata, S.R.E. Cardinalis Ordinis Prædicatorum Hispanus, dum esset Magister sacri Palatii Apostolici, de mandato Judicis istius Concilii Basileensis scripsit Defensorium Revelationum Sanctæ Birgittæ Suevæ, quod servatur manuscriptum cum aliis Tractatibus de eadem materia in Conventu Watzstenensi Ordinis S. Salvatoris, & est authenticum cum sigillo ipsius. Epistola autem ejus incipit sic, folio 9. Epistola ad omnes Christi fideles. Joan. miseratione divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli S. MARIÆ trans Tyberim, quondam S. Sixti Presbyter Cardinalis, omnibus & singulis Christi fidem profitentibus salutem in Domino, qui omnium est vera salus & vita. Rogati devota cum instantia per venerabiles & devotos Fratres Magistrum Yvonis Arium Magistrum, sacræ Theologiæ Baccalaureum & Monasterii S. MARIÆ Virginis & Sanctæ Birgittæ de Watzsteno Ordinis S. Augustini Sancti Salvatoris nuncupati, Diœcesis Lyncopensis in Regno Sueciæ generalem Confessorem, & Olavum Petri Monasterii prædicti Fratrem Conventualem, pro parte Monasterii & Ordinis prædictorum, ut veritati testimonium perhiberemus quatenus infrascriptas expositiones & declarationes super nonnullis articulis de libris Revelationum S. Birgittæ sumptis & extractis, quorum aliquos nonnulli tamquam erroneos in Basileensi Concilio improbare nitebantur, fuisse à nobis editas, attestari dignaremur. Quoniam igitur, &c. Et prosequitur attestationem, dicendo se illam declarationem articulorum edidisse, nihilq; in eis contrarium sacræ Scripturæ, sanctorumque Doctorum doctrinæ, vel bonis moribus contineri. Deinde incipit Prologum sic: Venerabilibus Patribus & Religiosis viris Fratribus Ordinis S. Salvatoris Geribino Petri Confessario generali Monasterii Watzstenensis in Regno Sueciæ, & Archoni Joannis præfati Monasterii Fratri Conventuali, Frater Joannes de Turrecremata sacræ Theol. Professor, & sacri Apostolici Palatii Magister salutem, & Institutricis vestræ B. Birgittæ sanctæ Religionis sequi vestigia. Elapsis quidem diebus, quibus quorumdam articulorum Revelationum Sanctæ Birgittæ matris vestræ, &c. Opus verò incipit sic: Sequuntur dicta Domini Joannis Cardinalis, in quibus divinæ revelationes decerni possunt à dæmonũ deceptionibus, &c. Dixerunt Judith Ozias & Presbyteri: Omnia quæ locuta es vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio; nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es & timens Deum, Judith 8. cap. Ista quippe verba, quæ secundùm sensum litteralem leguntur de Ozia, &c. possunt convenientissimè secundùm allegoricam intelligentiam adaptari gloriosæ & famosissimæ nobili viduæ Sanctæ Birgittæ de Regno Sueciæ ex parte Principis Ecclesiæ, videlicet Summi Pontificis & Dominorum Prælatorum & aliorum virorum Ecclesiasticorum scientiâ & auctoritate insignium, qui articulos ejus examinantes, & omnibus pro studio decursis & intellectis, nihil quod sacræ Scripturæ adversum, aut bonis moribus sit inconveniens, &c. Et articulo 87. folio 119. super Revelatione lib. 6. his verbis: Per similem modum conjunctio parentum Beatæ Virginis fuit; quia ex mandato Dei erat causa, quare non contraxit peccatum originale. Et resumitur hoc idem capite 55. sic dicit Turrecremata: Quia translator articuli communiùs graviùs transfert quàm in originali contineatur; ponetur primò articulus in format secundò declarabitur veritas ejus. Circa primum, articulus jacet sic: post articulum immediatè præcedentem sequitur: *Ità per similem modum conjunctio parentum meorum fuit, quando ego concepta fui: & ideo veritas est, quòd ego concepta fui sine originali peccato.* Pro declaratione hujus articuli quantùm tangit solam illam clausulam: Et ideo, &c. notandum venit, quòd in conceptione alicujus ad duo potest haberi respectus, scilicet ad concubitum parentum; secundò ad conceptum ex tali concubitu determinatum, ut in corpus prolis formaretur. Istum duplicem respectum innuere videtur Psalmista, Psalmo 50. dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et ità secundùm hunc duplicem respectum, quem in hac materia facit Nicolaus Trevith in quodam Quodlibeto suo, rationabilitas potest assignari *mundæ Conceptionis à peccato*; qui in articulo ponit Beatam Virginem non in originali peccato conceptam, videlicet ex parte concubitûs parentum; secundò ex parte ipsius conceptûs in corpore prolis. Ex parte concubitûs parentum (& hoc quidem loquendo in quantum est actio personæ, non naturæ) assignatur ratio aliqualis, licèt non plena, mundæ Conceptionis: & propter hæc tria. Primò, quia actus ille personalis creditur ex parte utriusq; parentum, qui erant sancti & justi, fuisse meritorius, quia simpliciter ad bonum prolis ex charitate ordinatus. Secundò, quia non ex libidine ortus, sed ex superioris mandato, scilicet Dei factus. Tertiò, quia divinæ virtutis miraculo consecratus, ut in historia Nativitatis B. Virginis continetur. Et ita multiplex ratio occurrit, quare ex parte concubitûs parentum, in quantum erat actio personalis, *quòd Conceptio B. Virginis fuit mundata in quantum scilicet nulla ibi personalis culpa intermediavit parentum.* Ut verò consideratur ut actio naturæ, quia (ut dicit Damascenus) generatio est opus naturæ, aliter dicendum veniret. Et quòd ista sit intentio articuli, patet ex capite

pite 56. hujus sexti libri, ubi sic dicitur de eadem materia (Mater loquitur): Quando pater meus & mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quàm voluntas; & plus ibi operata est charitas divina, quàm voluptas carnis. Nam hora in qua concepta fui, bene vocari potest aurea hora & pretiosa: quia alii conjuges conveniunt ex voluptate carnali, mei verò parentes convenerunt ex obedientia & præcepto Dei. Hæc ibi. Exquibus patet congruitas ratiocinationis articuli. Quod verò dicit impugnator in primo argumento, videlicet quòd cum existentes in arca Noë acceperunt mandatum hujusmodi duplicatum, videlicet, Genes. 9 ab eis *non contraxisse originale peccatum*. Dico, quòd non procedit, quia alia concurrerunt cum obedientia, quæ in responsione sunt tacta: sanctitas parentum, charitas magna, obedientia movens, finis singularissimus, divini miraculi majestas, videlicet ex dictis. Secundò arguit, quòd illa responsio est contra omnes Doctores. Dico, quòd verum potest esse, quod ipse viderat: non enim vidit illud Apostoli, Rom. 5. Si radix sancta, & ramus. Præterea, sicut una res ex multiplici causa, secundùm quod est duplex causarum 2. Physicorum; ita variè de ea respectu alicujus proprietatis aut conditionis existentis potest sumi ratio convenientiæ aut disconvenientiæ. Et contingit quosdam Doctores habuisse considerationem unam & non aliam; & è contra alios: sicut licèt sit una totalis & plena diffinitio rei, tamen particulares contingit dari plures rationes de eadem re secundùm diversas causas; unde aliqua datur secundùm causam formalem & quædam finalem, sicut primo Posteriorum & primo de Anima. Et hæc de Articulo.

JOANNES Tyerry Lugonienſis, in marginalibus additis ad Parthenias Baptistæ Mantuani, lib. 1. fol. 21. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit ab originali præservata.* Lib. impress. Lugduni 1516. in 4. parvo.

JOANNES Tytz, Theologus Colonienſis, in Lexicon Theologico primò elaborato à Joanne Altenstaig, verb. Conceptio, fol. 162. *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali.* Et verb. Confirmatio: *Quòd nunquam Virgo MARIA fuit infecta aliquo peccato, nec originali.* Et verb. Maria, fol. 518. *Quòd ab omni peccato fuit immunis, etiam originali.* Lib. impress. Coloniæ 1639. in 4. regali, & 1619. in 4. regali.

JOANNES de la Val Belga, & Doctor Theologus, in Compendio Summæ Martini Bonacinæ, &c. verb. Maria Virgo, agit *de Beatæ Virginis MARIÆ Conceptione Immaculata* per totum. Lib. impress. Lugduni 1634. in 8.

JOANNES de Valdes & Mendez, Hispanus Doctor, affirmat *quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali*, in libro Francisci de la Cueva & Sylva ad finem.

JOANNES Valeis vel Gualensis Anglus, qui floruit anno 1270. in lib. cujus principium est: Adduxit in agrum, & collegit spicas post terga metentium Ruth 2. Ruth paupercula non habens messem propriam, &c. verb. Maria, incipit cum auctoritate Sancti Augustini: Excepta Virgine Maria, de qua *propter honorem Domini, cùm de peccatis agitur*, &c. & adducit omnes alias S. Hieronymi & Ambrosij atque Bernardi, quibus nos communiter probamus fuisse ab omni peccato immunem. Extat liber manusc. in Monasterio Sanctæ Crucis Coloniæ in fol. litt. M. num. 19.

JOANNES de Valençuela, Societatis Jesu Theologiæ Professor, & Supremi Concilii Inquisitionis Censor Hispanus, Compluti die 25. Februarii 1652. defendit Propositiones sequentes: *MARIA proximum debitum originalis culpæ. Immunitas Beatissimæ Virginis à peccato originali proximo fidei est undequaque, ut inter fidei dogmata reputetur à SS. D. nostro Innocentio, absq; contrario Concilio.* Impress. ibidem eodem anno.

JOANNES de Valladares, Poëta Hispanus in Cantione de Assumptione Virg. Deiparæ, inquit:

Triumfa de la serpiente del infierno
Cuia soberbia antigua he oprimido
Quebrantada à tus pies y ésta rendida.

Extat impress. cum aliis in libro de Sacrario Toletano, folio 30.

JOANNES Valoys de la Real, Canonicus S. Juliani Turonensis, sub M. Augustino Ancousteaux Doctore Parisiensi, in Thesibus habitis in aula Episcopi Parisiensis die 10. Octobris, an. 1658. sic inquit: Etsi pro peccatis non tantùm nostris, sed & totius generis humani propitiator ipse dicatur Christus, nequaquam tamen Beatæ Virginis in Matrem electæ labem expiavit; quia non modò per totam vitam fuit immunis, *sed Deus in primo suæ generationis crepusculo eandem omni ab originali præservavit*, &c. Impress. ibidem.

JOANNES Vani Zuallardus, Eques Sancti Sepulchri Italus, in devotissimo Itinerario Hierosolymitano, facto anno 1586. libro 3. folio 163. agit de Ecclesia Sanctæ Annæ matris gloriosæ Virginis Mariæ fabricata in loco ubi ipsa cum marito suo residebat, quando ab Eleazaro Summo Pontifice fuit etiam sacrificium repudium, *& ubi postea Virgo sanctissima fuit concepta*, &c. Ecclesia est occupata à Mahumetanis; sed per unam parvam scalam intravimus in cameram S. Annæ, quæ est infra Chorum & Altare majus malè quidem dispositum; sed reservata à Catholicis in qua possit celebrare *in die Conceptionis* & Nativitatis Domine nostræ, &c. Lib. impress. Romæ 1587. in 4.

JOANNES à Varallo, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ reformatæ Mediolanen. & in Arbore affirmat, quòd Ecclesia Grandini Mediolani est erecta *sub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, quòd in eadem Provincia sunt *Capellæ Conceptionis Virginis MARIÆ* quatuor. Ex Relat. manusc. apud nos.

JOANNES de Vargas, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede de Redemptionis Captivorum Hispanus, sermone de Redemptione Captivorum declamato in die Epiphaniæ, latissimè explicat quomodo *Virgo MARIA fuit coadjutrix Redemptionis*, §. 1. &c. ac tandem inquit: Precisa y primera diligencia de Redemptor y libertador de otros, estar uno de prision quien redime: porque un prendido como puede rescatar, ni un captivo redimir, &c. Serm. impress. Vilvao 1645. in 4. Quòd hæc verba respiciant tam Christum Dominum, quam Virginem, vide ibi.

JOANNES Varro vel Varzo, Ordinis Minorum, in 3. lib. Sent. dist. 3. scripsit Quæstiones quatuor *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Antonius Daza lib. de Concept. cap. 6. folio ult. Hippolytus Marrac. in Catalogo Marian. ad annum 1424. Sive sit Varro, sive sit Varzo, multum de

de hoc Doctore facit mentionem Waddingus.

JOANNES Venido, Ordinis Minorum, edidit litteras patentes de *voto defensionis Immaculatæ Conceptionis* facto in Provincia S. Michaëlis die 5. Januarii anni 1620. Habemus illas originales. Item, habemus ejusdem alias litteras patentes de voto emisso à Provincia *Immaculatæ Conceptionis* Vallisoletan. die 5. Junii anni 1620.

JOANNES de Verdellay, Artium Magister Italus, in Epistolam, quæ legitur *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, Sermonem unum seu annotationem ut videre est in libro dicto: Postillæ majores, fol. 259. Impress. Lugduni 1569. in 4.

JOANNES Veri, Ordinis Prædicatorum Gallus, licèt aliquando contrariam sustinuerit & prædicaverit sententiam, jussu Universitatis Parisiensis intrepido animo ac pietate maxima professus est *sententiam de præservatione Virginis MARIÆ* hac solemni protestatione: Ego Joannes Veri Religiosus Ordinis Fratrum Prædicatorum Presbyter, in Theologia Magister, accusatus fui seu delatus apud matrem meam Universitatem Parisiensem & Facultatem Theologiæ, prædicasse apud oppidum Deppe Diœcesis Rotomagen. *in festo Conceptionis purissimæ & gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris Domini nostri IESV CHRISTI* novissimè fluxo tres Propositiones sequentes. Prima: Beata Virgo MARIA fuit purgata ab originali culpa. Secunda, per modum quæstionis: Quomodò Beata Virgo poterat dicere Orationem Dominicam, & maximè quantùm ad illam partem: Dimitte nobis debita nostra? non terminando quæstionem. Tertia: asserentes Virginem MARIAM esse in peccato originali conceptam, non peccare mortaliter neq; sunt hæretici; imò omnes qui dicunt ipsos sic dicendo mortaliter peccare vel esse hæreticos, excommunicantur à Sixto IV. per quandam Bullam. Ex qua prædicatione mea (prout intellexi à præfata matre mea Universitate & Facultate Theologiæ, quàm & ab aliis) ortum fuisset & adhuc viget scandalum, tanquam intellexerint auditores, quòd in illa mea prædicatione voluerim detrahere *puritati Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Domini nostri & Redemptoris IESV CHRISTI.* Quas quidem tres Propositiones sacra Theologorum Facultas (cujus ordinationi, dispositioni & omnimodæ determinationi me submisi & submitto) qualificavit in hunc modum: Prima Propositio est falsa, impia & piarum aurium offensiva à devotione fidelium *de Immaculata Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ Matris Domini nostri IESV CHRISTI* retractiva; cultui Ecclesiastico, rectæ rationi, sacræ Scripturæ & fidei dissona: revocanda publicè & reparanda. Secunda: Hæc quæstio si fuerit mota ut jacet, vana fuit, impertinens & scandalosa, quæ in sermone *de Immaculata Conceptione dictæ Virginis Beatissimæ* moveri non debuit; & si fuerit mota, non erat sine bona solutione relinquenda; nec deinceps sic movenda est, cùm sine suspicione injuriæ & blasphemiæ præfatæ Virginis fœlicissimæ sic moveri non possit: ideo reparanda. Tertia Propositio quantùm ad primam partem est falsa, impia, piarum aurium offensiva; à devotione fidelium *de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ Matris Domini nostri & Redemptoris IESV CHRISTI* retractiva; cultui Ecclesiastico, rectæ rationi, sacræ Scripturæ & fidei dissona: revocanda publicè & reparanda. Secunda pars est temerariè prædicata & scandalosa. Quantùm ad tertiam partem, non est verisimiliter credendum Sanctissimum Dominum nostrum Papam Sixtum taliter dicentes excommunicasse, & præsertim ad sensum quem prætendebam. Ego igitur quantùm in me est volens tollere omne scandalum, esse filius obedientiæ & pacis, & assertor veritatis, veram, sanamque doctrinam prædicare, Deum & Virginem ejus Matrem omni laude dignissima honorare, matri meæ Universitati Parisiensi & Facultati Theologiæ obedire semper; retracto prædictas tres Propositiones cum earum qualificationibus, ut sunt à matre mea sacra Facultate Theologiæ declaratæ; firmiter adhærendo & consentiendo & in contrarium determinationis prædictæ nunquam veniendo. Quod eisdem Universitati & Facultati per sacros Ordines meos promitto, juro; & ita Deus me adjuvet, *& Mater ejus gloriosissima perpetua Virgo Immaculata.* Datum Parisiis in nostra Congregatione Generali apud Sanctum Maturinum, anno Domini 1497. die 16. mensis Septembris. Et erat signata. Veri. Tandem verò facta prædicta revocatione, supplicuit humiliter quatenus Universitas & Facultas eum ad pristinos honores & ad suum consortium, à quo privatus fuerat, recipere vellent: cui responsum extitit, quòd suæ supplicationi annuerent, si tamen priùs ab appellationibus suis desisteret & eis renuntiaret, & ipsam Universitatem & Facultatem poneret extra omnem Curiam suis sumptibus & impensis. Quæ omnia se facturum proprio juramento promisit; & hoc & non alio modo & pacto reintegratus fuit, &c. Extat hoc instrumentum impress. in charta expansa antiquissimis characteribus in Archivo Sancti Francisci Matriten. to. 1. in principio. Vide verb. Arthurus Fillon. De hoc agit latè Henricus Spondanus ad annum 1497. num. 8. Extat etiam in lib. Actorum ejusdem Universitatis, & apud Bedellum in pergameno.

JOANNES à Veteriaqua vel de Gelanda, Ordinis Carmelitarum Brabantinus, edidit *de purissima Virginis Conceptione* Librum unum.

Item, contra Wigandum Apologeticum *de Immaculata Virginis Conceptione* Librum unum.

Item, *pro eadem Conceptione* Epistolas plures. Vide Marrac. in Biblioth. & in Catalogo Mar. ad ann. 1506. Nescio, an sit diversus à Joanne Paleonidoro superiùs posito, quia non vidi Auctorem.

JOANNES à Sancto Victore, Auctor antiquus, in libro: Encomium Deiparæ Virginis MARIÆ ex sacris Scriptoribus, & maximè ex Sancto Bernardo, apprimè devotum, & lectorem mirè inflammans in amorem Beatæ illius Virginis, fol. 7. *Quòd ab omni peccato Virgo MARIA sit præservata*, secundum caput. Item, de pulchritudine & sanctitate Virginis, tertium caput; ubi dicit sic: *Voluit itaque esse Immaculatam & sine macula mortalis, venialis, & originalis peccati, quæ ei numquam adfuit*, &c. Et inferiùs: Tota igitur pulchra es Virgo MARIA, & macula non est in te. *Pulchra quidem in tua Conceptione sine originali peccato* & fomite ad effectum, &c. Et plura alia in his capitulis adducit. Extat hoc Opusculum impressum primò Parisijs anno 1531. in 12. cum quodam Opusculo de Cõsolatione desolatorum, & de utilitate tribulationis edito à Joanne de S. Victore Clerico Regulari: ideo sub isto collocatur nomine, licèt sit etiam impress. absque Auctoris nomine Parisijs 1533. in 4.

JOANNES Vignier, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: Les attributs de la Mere de Dieu; attributo 7. loquendo de incomparabili adoptione Virginis MARIÆ, à sect. 6. fol. 260. agit latè *de præservatione Virginis à peccato originali*, &c. Impress. Lugduni 1650. in 4.

JOANNES Viguerius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Institutionibus ad Christianâ Theologiam, cap. 18. §. 5. vers. 2. de traductione peccati originalis, fol. 243. inquit: Sic homines per Baptismum Christo conformantur per gratiam, ut tandem resurgentes transferantur ad gloriam: ex hac autem vetustate quæ manet in partibus inferioribus, traducitur peccatum originale. Neque est inconveniens, quòd pœna sit causa culpæ: & ideo remotâ culpâ à superiori parte animæ, ratio culpæ in inferioribus non actu, sed virtute manere potest, ut principium humanæ generationis. *Si dicatur, quòd Diva Virgo non habuit peccatum originale, licèt processerit ab Adam secundùm rationem seminalem, dicendum est, quòd ipsa sola speciali gratiâ præventa fuit & præservata, eò quòd fuit prævisa esse Mater & domus Dei.* Unde Psalm. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Et de ea Salomon: Tota pulchra es amica mea, tota pulchra & macula non est in te. Ex quibus auctoritatibus potest haberi privilegium; maximè autem ex auctoritate Ecclesiæ, quæ errare non potest: & licèt mortua fuerit; mors tamen non fuit illi pœna, sed conditio naturæ, &c. Item, infra capite 20. §. 8. de Annuntiatione Dominica, fol. 267. à tergo, sic inquit: Tertia ratio est D. Hieronymi: Benè (inquit) Angelus ad Virginem mittitur, quia semper Angelis fuit cognata virginitas & puritas: omnes enim alij quantumcumque Sancti, concepti fuerunt in peccato originali & subditi peccatis saltem venialibus, juxta illud: Si dixerimus, &c. *Ideo non fuit congruum, ut tales maculati ad purissimam V. mitterentur*, &c. Item, infra ad illud: Ave gratiâ plena, multa dicit pro puritate omnimoda Virginis MARIÆ, & tandem concludit: Theologi & Expositores duo dicunt; primò, quòd Ave est dictio composita ex littera A & ve, & sic significat absque væ, *seu maledictione tam peccati originalis*, quâ venialis & mortalis, &c. Omnia enim quæ potest mulier licitè desiderare, Angelus in hac salutatione complexus est. Mulieres primò desiderant pulchritudinem: hanc apposuit Angelus non solùm corporalem, sed spiritualem, dicens: Ave, hoc est sine væ, sine macula exteriori & interiori; ideo tota pulchra, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1565. in folio & 1558. & 1575. in fol. & Venetijs 1571. in 4.

Item, in Expositione Epistolæ ad Romanos cap. 5. ad illud: In quo omnes peccaverunt, &c. fol. 253. ait: Quia mors Christo non fuit pœna, sed conditio naturæ, *prout etiam in Beata Virgine, quæ ab hac regula fuit exempta*: nam ipsa, teste D. Augustino in sermone de Assumptione, & Ecclesia in Concilio Basileensi sect. 34. nullo modo inter peccatores venit numeranda. Et in Concilio Tridentino sect. 5. in fine dicitur: Declarat sancta Synodus, quòd non est suæ intentionis comprehendere hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, Virginem MARIAM Dei Genitricem, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1572. in folio.

JOANNES Vilchius, antiquus Poëta Hispanus, in libro cujus titulus est: Bernardina de illustris Domini ac strenuissimi Ducis Domini Bernardin è Mendoza navali certamine adversùs Turcas apud Insulam Arbolanum victoria, &c. In ejus ad Virginem MARIAM, folio 97. sic incipit:

Salve Virgo Deiparens,
Communis maculæ libera crimine,
Olim fraude parentibus
Quam primùm genitis invidus & malus
Impegit coluber, simul
Natis omnibus, inde atque repositis
Cunctis gentibus edita, &c.

Lib. impress. Hispali 1544. in 8.

JOANNES de Villamar, Ord. Minorum Hispanus, & Episcopus Tuicensis, sustinuit Assertiones de immunitate Virginis MARIÆ ac ejus exemptione à peccato originali, scilicet: Quòd hæc lætitia erat proximè de finibilis: *Quòd fuit præservata Conceptio ante præscientiam peccati: Quòd fuit libera à debito contrahendi originalem maculâ*: Quòd nullam habuit fomitem ad peccatum, & omnem adversitatem: *Quòd fuit concepta in majori gratia, quàm habuerunt in omnibus Beatis, etiam collectivè sumptis*: Quòd denique ex hoc *piè infertur conceptam fuisse in gratia*. Sed pro viribus contendentes Adversarij, ut istæ Conclusiones omnino interdicerentur, in Pincianefratrum Minorum Conventu facultas à supremis Inquisitoribus data est, ut præfatæ Assertiones integræ & illæsæ, quin jota unum aut apicibilis præteriret, publicè defenderentur. Ita Joannes Antonius Velazquez libro 3. de MARIA Immaculatè concepta differt. 3. adnot. 3. folio 232.

JOANNES Vincentius Piccimus Lectensis Italus, in libro: Giornale della Beata Virgine MARIA Madre de Dio, de Exultationibus Beatæ Virginis fol. 134. exultationem 1. ponit *de Immaculata ejus Conceptione libera à peccato originali*. Item, infra folio 216. ad diem 3. Augusti super illa verba Sponsæ: Sicut lilium inter spinas, &c. *Quomodò ex privilegio speciali fuit libera à peccato originali*, latè de præservatione. Lib. impress. Venetijs 1615. in 12. regali.

Item, in libro: Sacro Septenario della Beata sempre Vergine MARIA, exercitio 1. *de festivitate conceptionis Beatæ MARIÆ semper Virginis*, à folio 1. latè. Impress. Venetijs 1619. in 8.

JOANNES Vitalis, Ordinis Minorum Doctor Parisiensis, Hispanus, qui vixit ad annum 1330. edidit celebrem Tractatum, *Defensorium suæ sponsæ pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, quem sæpe citant moderni ex nostro Bernardino de Bustos: nullus tamen eorum ipsum vidit; ego verò vidi & habeo manuscriptum antiquissimis characteribus. Ejus Titulus est: Istæ sunt questiones Reverendi Magistri Joannis Vitalis Ordinis Minorum famosissimi in sacra pagina Doctoris Parisiensis, natione Hispani, quas edidit & disputavit Parisiis *contra impugnantes Virginis gloriosæ Sanctam Conceptionem*. Et est divisus Tractatus in tres libros, primusque sic incipit: In hoc primo libro reseratur de dono originalis justitiæ effectuque suorum, & primò de quidditate doni: Utrùm originalis justitiæ influxus in protoplastis fuerit totum regni animæ directivus? Secundus incipit sic: *Quia nonnulli opinantur Virginem Matrem peccatum originale contraxisse*, ideo in hoc secundo libro de originali culpa communiter agere debeo. Tertius verò incipit sic: *Utrum puritas carnis Virginis MARIÆ in Conceptu potuerit ab immunditia originis præservari*? In quo affirmativè opinor, &c. Finis verò totius libri talis est: Istæ quæstiones extractæ sunt ab opere Rec-

Reverendi Magistri, ac in sacra pagina Doctoris Parisiensis famosi, Magistri Joannis Vitalis Ordinis Minorum Hispani, quod edidit Parisijs contra Montisonistas *Sanctam Conceptionem Virginis Matris Christi impugnantes*, & vocatur Defensorium Beatæ Virginis Mariæ, &c. Hæc sufficiant, ut saltem notitia hujus pretiosi thesauri tenebris penitus non obruatur. Hunc citat Abulensis in Prolegomenis Scripturæ, cap. 1. folio 17. column. 3. Opus jam est dispositum ad prælum & cum Tract. S. Bernardini, Aureoli & aliorum videbit lucem hoc anno.

Item, in Thuana Bibliot. Parisijs, num. 264. extat: Sermo Fr. Joan. Vitalis ex Ordine Minorum, *de Conceptione gloriosæ Virginis Genitricis Dei*, editus anno Domini 1389. & incipit: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, Cant. 4. Magistri mei reverendi, & Fratres charissimi, ut gratia almi Spiritus in nos velit redundare, Mariam plenam gratiâ sic habemus invocare: Virgo fons gratiæ, tota gratiosa, tota pulchra facie, tota formosa, *sola sine scabie maculâque rosa*, &c. Est in pellicea charta, & apud nos.

JOANNES Vitalis à Furno, Ordinis Minorum, S.R.E. Cardinalis ac Doctor Parisiensis, qui vixit ad annum 1317. in libro: Speculum morale totius sacræ Scripturæ, verb. Maria, folio 13. inquit: Et nota, quòd de Virgine Maria exponitur ille versiculus Psal. 71. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia super terram. Vellus est caro Virginis, de qua Christus assumpsit cooperante Spiritu Sancto tunicam humanitatis; totum enim genus humanum fuerat in potestate diaboli: lana autem sumpta de ove quæ erepta est de ore lupi, de facili vermibus scatet; *ideo ovis fuit in utero sanctificata, & mundanti gratiâ mundata*, ut ex ejus vellere fieret Christo munda tunica. Vellus etiam faciliter bibit aquam, & facili expressione effundit eam; sic Virgo gratiam: numquam deficiet ejus gratia; quia numquam exhauriri poterit ejus misericordia, &c. Ne existimes, auditis verbis sanctificata & mundata, Vitalem aliquid sinistri excogitasse de Virginis Conceptione & carne: nam potius singulari phrasi, ac naturali ratione ab ipsa longè relegat maculam. Dicit enim: Ea est vis oris, seu halitûs lupi, quòd si attingat lanam, vel ovis vellus de facili scatet vermibus, seu tineâ afficitur. Cùm ergo Christus Dominus ex lana Marianæ oviculæ vellet sibi texere mundissimam tunicam, quæ numquam à vermibus vel tinea corroderetur; ideo ovis fuit in utero Matris sanctificata, & mundanti gratiâ mundata, & à conspectu lupi erepta, antequam ejus os vel halitus eam attingere vel inficere posset. Hic meo judicio est litteralis & genuinus sensus verborum Joannis Vitalis.

Item, infra inquit: Unde Maria, quæ fuit hortus voluptatis, & in Nazareth (quod intelligitur flos vel virgultum) tanquam in horto voluptatis concipiens & sine dolore pariens, demonstrat se ad primam innocentiam restitutam. *Hunc paradisum Deus plantavit à principio æternitatis, quia ab æterno plantandum prævideràt.* Unde cantamus: Ab æterno vas prævisum, vas insigne, vas excisum manus sapientiæ plantantis ornavit à principio Nativitatis; plantam signavit à principio conversionis; plantas fœcundavit *à principio Conceptionis. Primum fuit per gratiam prædestinantem; secundum per gratiam sanctificantem*; tertium per gratiam conservantem; quartum per gratiam obumbrantem, &c. Arbor itaque fructifera quæ fructum vitæ protulit in medio terræ, est Maria in medio Ecclesiæ, ut sit omnibus communis, & de plenitudine ejus accipiant universi; æger salutem, tristis consolationem, &c. ut dicit Bernardus: In medio terræ, id est, terrenæ & militantis Ecclesiæ: quia omnibus est communis, & omnibus influit, ut cor in medio animalis. Unde de ipsa dicitur: Lignum vitæ in medio paradisi, Genes. 3. cap. Hæc arbor fuit manu Dei plantata, *quia supernaturaliter concepta, fuit gratiâ Sancti Spiritus copiosè irrigata*, &c. Rex enim cœlestis hunc hortum plantavit propria manu, & consevit omni genere virtutum, ut esset paradisus voluptatis, in quo ipse Deus homo poneretur secundus Adam, ut operaretur & custodiret illum, &c. Et nota, quòd Virgo Maria est terra florifera virginitate, lactifera pietate, mellifera beneficiorum ubertate, fructifera Deitate, Psalm. 83. Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob: vel dic, quòd est terra firma stabilitate, *quia nunquam peccavit*. Et infra, fol. 16. De ejus sanctificatione, Exodi 30. Facies thymiama opere unguentarij cõpositum, mixtum diligenter, purum & sanctificatione dignissimum. Sicut in confectione pigmentarij multæ recipiuntur species contritæ contra diversas causas morborum, *ita in sanctificatione Virginis multiplicem ei credimus virtutum gratiam contra diversa genera peccatorum*. De Virginis Nativitate & Sanctificatione exponitur illud Hieremiæ 18. Descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam: & dissipatum est vas, quod ipse faciebat ex luto manibus suis: & conversus fecit vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus ut faceret. Et de ejus Nativitate & Sanctificatione intelligitur illud 4. Regum 2. Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal. Hæc dicit Dominus: Sanavi has aquas, & mors ultra & sterilitas non erit, &c. Ipsa autem est nubes à terra elevata per sanctificationem, & temporalium abdicationem, &c. Et nota, quòd de ipsa dicitur illud Genesis 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. *MARIA est fluvius propter abundantiam gratiæ*, Eccles. 24. Ego quasi fluvius. Fluvius in origine est amarus, quia de mari amaro egreditur. Eccles. 1. Omnia flumina; sed per venas terræ excolatus dulcoratur; *sic MARIA egrediens de mari concupiscentiæ carnalis, non habuit amaritudinem originalis, sed in utero matris est dulcorata per gratiam sanctificantem, scilicet à peccato quod infuisset, nisi præservata fuisset. Unde uterus matris factus est ei locus voluptatis*, &c. Per hæc quatuor designantur quatuor beneficia, quæ Virgo habuit per gratiam sanctificationis contra quatuor vitia ex peccato originali contracta, secundùm Bedam: Offendit enim primus homo Patrem, cui appropriatur potentia, ex quo incurrit infirmitatem, propter quam inflicta est ei difficultas bene agendi, &c. Quia sapientia ædificavit sibi domum, ligna levigata, id est, complanatâ absque tumore peccati, *cujus corpus & anima plene sanctificata*: quia, ut dicit Anselmus: Decebat, ut illius hominis Conceptio fieret de Matre purissima, ea puritate, quâ sub Deo nequit major intelligi, &c. Et de ejus Assumptione & gratia: Nota, quod in ea fuit plenitudo gratiæ, quæ fuit sanctificata in tabernaculum in ortu, exornata in habitaculum in

Conceptu, traducta in cubiculum in obitu, &c. Columnæ septem sunt dignitates speciales in MARIA. Prima, *quia in utero sanctificata*. Secunda, *quia ab omni peccato immunis semper conservata*. Tertia, quia ab Angelo salutata & plena gratiâ denuntiata, &c. Lib. impress. Lugduni 1563. in 4. regali, & Venetijs 1594. in fol. à fol. 12. usque 19. Volui hujus gravissimi Doctoris aliquas adducere auctoritates (relinquo alias quamplures) ut videatur, quomodò antiqui utebantur verbo sanctificationis in præservatione Virginis à peccato; idem enim erat dicere: fuit sanctificata in utero, ac si expressè diceretur: fuit immunis vel præservata à peccato originali.

JOANNES de Viterbio, Ordinis Prædicatorum Italus, elaboravit Tractatum egregium *de Conceptione Virginis MARIÆ, in quo eius immunitatem à peccato defendit*. Hunc refert & citat Daniel Meyer seu Agricola in Corona Doctorum verb. Prædicatores, folio 175. Marrac. in Catalogo ad annum 1465. & Bustos sermone 7. part. 2. & Franc. Hondeghen, fol. 214. adducit latè verba.

JOANNES de Viterbio Italus, scripsit Librum *de Immaculata Beatæ Virginis Dei parentis Conceptione*. Ita Guerrero, Concor 17. Andreas Mendus, folio 10. Christophorus de Vega Palest. 3. certam. 16. folio 121. Marrac. in Bibliotheca: sed nescio, an hic Auctor sit idem cum præcedenti, propter diversum modum referentium.

Item, cùm hic privatim ac publicè *piam sententiam de Immaculata Virginis Conceptione* infectaretur, ac gravi periculosaque infirmitate detentus esset, postquam vovit ac promisit toto tempore vitæ suæ *celebrare festum Conceptionis, prædicare & annuntiare populis innocentiam Virginis*, & retractare quidquid aliàs in contrarium prædicaverat, subitò à morbo liber effectus est. Vide Auctores supra citatos & Dionysium Fabrum in Carminib.

JOANNES Wachtendonck, dedit has litteras: Joan. Wachtendonck Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episc. Namurc. Clero & Populo Diœcesis nostræ salutem. S. D. N. Sixtus Papa IV. devotæ considerationis indagine B. Dei Genitricis V. MARIÆ præexcelsa meritorum insignia perscrutans, & intra sui pectoris arcana revolvens, qualiter gloriosa sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina perrutilat, cujus humilitatem Dei providentia ab æterno respexit, ut eam Unigeniti sui habitaculum sancti Spiritûs præparatione, pro reconcilianda suo Authori humana natura, lapsu primi hominis æternæmorti obnoxia, constitueret: planè dignum, quinimo debitum reputavit, ut universi Christi fideles Omnipotenti Deo *de mira ejusdem Immaculatæ Virginis Conceptione* gratias & laudes referant, nec non instituta propterea in Dei Ecclesia Missas & alia divina Officia dicant, atque intersint. Hacque consideratione inductus idem Pontifex, & ut omnes exinde fiant ejusdem Virginis meritis & intercessione divinæ gratiæ aptiores, Indulgentijs & peccatorum remissionibus ad hujusmodi laudes & Officia recitanda invitavit, constitutioneque in perpetuum valitura 3. Kal. Maij anni 1476. in lib. 3. Extrav. comm. de Reliq. & ven. Sanct. relata statuit & ordinavit, quòd omnes & singuli Christi fideles utriusque sexûs, qui Missam & officium Conceptionis ejusdem Virginis gloriosæ in die festivitatis ejusdem & per octavas illius devotè celebraverint & dixerint aut illis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam & peccatorum remissionem consequantur, quam juxta Urbani IV. in Conc. Vienn. approbatas, Martini V. & aliorum Pontificum constitutiones, consequuntur illi qui Missam & Horas Canonicas in festo Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi à primis Vesperis & per illius octavas celebrant, dicunt aut Missæ officio & Horis ejusmodi intersunt, quod est centum dierum pro his qui primis & secundis Vesperis vel Matutinis aut omnibus horis Canonicis, 40. verò dierũ pro his qui uni Horæ interfuerint. Cùm autem insuper Regia Majestas pro singulari suo in Deiparam V. ejusdemque *conceptionem Immaculatam* affectu ac pietate festivam illius memoriam in omnibus Regnis ac dominibus suis solemniori cultu celebrari ac promoveri summopere cupiat, in eum finem suas ad nos literas direxerit, votoque *se se cum præcipuis Ordinis & Ministris suis astrinxerit de confitenda ac defendenda usque ad extremum vitæ spiritum eadem Conceptione Immaculata*; Nos, quibus nihil magis cordi esse aut esse debet, quàm ut ejusdem Beatissimæ Virginis MARIÆ illiusque *sanctæ & Immaculatæ Conceptionis* honor & cultus ad æternam animarum nobis concredentium salutem magis ac magis stabiliatur, cupientesque pro viribus nostris Ecclesiæ (quæ firmamentum & columna certissimæ veritatis existit, & eundem cultum diserte approbat & indicit) morem gerere; exhortamur omnes & singulos nostræ Diœcesis, quatenus speciales in primis gratias Deo *pro illibata seu Immacul. V. MARIÆ Conceptione referant*, ei firmiter adhæreant, devotoque Missis, Officijs & laudibus quæ in Ecclesia Dei ad ejus honorem instituuntur, intersint. Ut autem tanto ampliori cum fructu ac successu id fiat, compluraque pietatis opera *ad ejusdem Sanctæ Conceptionis venerationem exerceantur, Confraternitatem sub titulo Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ ad altare Confraternitatis sanctissimi Rosarij in Ecclesia Parochiali* Sancti Joannis Evangelistæ Namurcensis erigendam duximus, procurandam per præsentes ad Dei Optimi Maximi honorem & gloriam erigimus, illique aggregamus & annectimus, enixè requirentes universos de Clero tam Sæculari, quàm Regulari Abbates, Capitula, Collegia & Conventus cujusvis Ordinis & instituti, Excellentissimum Dominum Gubernatorem, Præsidem, Consilium & Magistratum & omnes Incolas hujus civitatis, quatenus nomen suum dictæ Confraternitati inscribendum tradant, ejusque regulis sequentibus per Confratres observandis. 1. *Promittent se Immaculatam Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ confessuros ac tuturos*. 2. Vigilia festi, seu aliàs tempore Adventûs semel ad honorem *ejusdem Virginis & Immaculatæ illius Conceptionis jejunabunt*. 3. Festum ipsum cum octava celebrabunt, illiusque Officijs & laudibus cum fructu Indulgentiarum à Sixto IV. concessarum interesse contabuntur. 4. Dominicâ primâ cujusque mensis Missæ solemni aut processioni in dicta Ecclesia ad honorem ejusdem Deiparæ Virginis instituendæ assistent. 5. Sabbato cujuslibet hebdomadæ, prout etiam in omnibus festis & profestis Beatæ Virginis MARIÆ, Litanias illius devotè recitabunt, vel aliud pietatis opus exercebunt. 6. Cultum Beatæ Virginis singulari & quo poterunt maximo zelo, pro re nata promovere satagent. 7. Officium par-

vum ejusdem Virginis singulis saltem mensibus recitabunt. Datum Namurci die 24. Novembris anno 1661. De mandato Perillu. ac Reverendissimi Domini Episcopi Namurcensis H. De Zuerendoncq Secretarius. Formula dictæ promissionis à S. Sede approbata: Domine Deus, firmiter teneo & confiteor in præsentia Majestatis tuæ & totius Curiæ cœlestis, *Conceptionem Beatæ Virginis MARIÆ fuisse Immaculatam & à peccato originali immunem, quodque per tuam gratiam eam præveneris ac præservaveris à communi maledictione.* Ac promitto quòd nunquam ab hac pia fide recedam, nisi Sancta Catholica Romana Ecclesia aliud docuerit.

Item, dedit alias litteras tenoris sequentis: Joannes Wachtendonck Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episc. Namurc. omnibus has visuris salutem in Domino: Receptâ cum omni humilitate & reverentiâ Constitutione Sanctissimi Domini nostri Alexandri Papæ septimi de data octavæ Decembris anni 1661. quâ laudat veterem *erga Beatissimam Matrem Virginem MARIAM pietatem & zelum Christi fidelium, sentientium animam ejus in primo instanti creationis atque infusionis in corpus fuisse speciali gratiæ & privilegio, intuitu meritorum Filij sui unigeniti Redemptoris humani generis à macula peccati originalis præservatam, immunem,* & in hoc sensu festivitatem ejus solemni ritu colentium atque celebrantium: quâ etiam ad instantiam Philippi Hispaniarum Regis, totiusque illius Regnorum Cleri innovat decreta pridem lata à Prædecessoribus suis Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. mandatque sub pœnis & Censuris in illis contentis declarationes ibidem expressas omni modo servari, vetatque in dubium revocari vel in disputationem *festum Conceptionis & cultum ejusdem Beatissimæ Virginis*, etiam per modum examinis, prædicationis, lectionis aut conferentiæ sub ijsdem pœnis. Nos pro exigentia muneris nostri mandamus in omnibus Diœcesis nostræ districtibus juxta tenorem litterarum excellentissimi D. Gubernatoris scriptarum ad nos de mandato Regio, in gratiarum actionem de tam felici istius Constitutionis successu, quâ Sanctissimus Dominus universam Ecclesiam peculiari gaudio affecit, Missam solemnem celebrari ac prædicari, & Hymnum Te Deum solemniter cantari, hortando omnes & singulos, ut vigiliâ *festi Conceptionis* in ejus honorem jejunent, & per totam illius octavam sacrum audiant, quo sic Indulgentiam aliàs à Sanctissimis Pontificibus concessam assequi mereantur. Datum Namurci 2. Maij 1662. De mandato Perillustris, ac Reverendissimi Domini H. De Zuerendoncq Secret. Hæc duo decreta sunt impress. anno 1661. in charta expansa & 1662.

JOANNES Wecicius Germanus, Ordinis Carmelitani (ut credo) scripsit Sermones de Mysteriis Christi & B. Virginis, inter quos est Sermo *de Conceptione Deiparæ*, ut dicitur in quodam originali manuscripto existente in Bibliotheca PP. Carmelitarum Coloniæ, littera F. num. 18. in 4. in quo etiam volumine extat Serm. ille celeber, qui incipit: Audite somnium meum, &c. manuscrip. & etiam Sermo Joannis Gersonis de Conceptione factus in Concilio Basileensi, qui incipit: Tota pulchra es amica mea, & Epistola S. Anselmi ad Coëpiscopos Angliæ. Et isti duo sunt impress. characteribus satis antiquis etiam in 4.

JOANNES Werdena, Ordinis Minorum, in Sermonibus de Sanctis (Dormi securè vulgò nuncupatis) vetustis characteribus impressis in uno tomo in 4. deinde à R. P. F. Rodulpho Elutio, Ordinis Prædicatorum revisis, emendatis ac notis illustratis, folio 38. habet Serm. 5. *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, usque ad folium 84. ubi latè de præservatione. Lib. impress. Coloniæ 1612. in 8.

JOANNES Wericus, in libros Sentent. in 3. Sententiarum dist. 3. cujus titulus est: Circa distinction. 3. quæritur: Utrum ex Virgine sanctificata caro Christi miraculosè sub determinata parte in Patribus antiquis fuerit aliter decimata? &c. affirmat *Virginem MARIAM fuisse immunem à peccato originali*, & allegat Concilium Basileense: unde constat, quòd postea scripserit. Extat manusc. in f. in Biblioth. PP. Carmelitarum Coloniæ F. n. 22.

JOANNES Wiffelius, Jurisconsultus Patricius Bruxellensis, notis illustravit Opera D. Didaci à Covarruvias Episcopi Segovienlis, ac per consequens caput Alma Mater, & quæ ibi referuntur *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in lib. impress. Antuerpiæ 1615. in folio.

JOANNES Wiggers Dieftensis, Doctor Lovaniensis, in primam secundæ D. Thomæ, quæst. 81. art. 3. Utrum peccatum primi parentis per originem transeat in omnes homines? num. 43. fol. 271. inquit: Hoc tantummodò dicimus, divam Virginem, hoc ipso quòd fuit filia Adæ ab eo per carnalem generationem descendens, fuisse quoque obnoxiam necessitati contrahendi originalem culpam, ac indiguisse Christi Salvatoris gratiâ & redemptione, *ut saltem privilegio singulari præservaretur, ne unquam de facto hujusmodi maculâ foret coinquinata, sed ut simul cum actuali esse naturæ, susciperet quoque esse justitiæ & gratiæ.* Lib. impress. Lovanij 1629 in folio.

JOANNES Wimphel de Selecta, Argentinensis, scripsit Epistolam ad Henricum Bavariæ Ducem pro Libello Henrici de Hassia Carthusiani circa Conceptionem Virginis MARIÆ, totamque doctrinam Libelli sic recapitulavit: Habes in hoc opere, charissime Lector, inter cætera multa scitu dignissima, *Beatam Virginem MARIAM absque originali esse conceptam*: Divo Bernardo maculam falsò esse inustam: Visionibus non facilè credendum esse: Diversas veritates diversis temporibus esse à Deo revelatas: In concionibus non esse disceptandum, non invehendum, non detrahendum, neque fastum ostentandum: Non esse habendum affectum ad unum Doctorem, ut alij contemnantur: Sanctum Augustinum, & cæteros antiquos Theologos propter Scotum & Ockam non esse negligendos: Ephiteta Neotericorum esse moderanda: Nova Sanctorum festa non esse sine causa multiplicanda: Non de fabulis; sed de vitijs & virtutibus esse concionandum: *Beatam MARIAM corpore & anima fuisse speciosissimam*: Universales divinæ Scripturæ locutiones, ut est illa: Omnis homo mendax: Omnes nascimur filij iræ, non semper esse universaliter intelligendas. Hoc ex Wimphel transcripsi, quia liber rarus est, & epilogus totius ferè libri Henrici de Hassia. Impress. Argentinæ in 4.

JOANNES Wilsonus, Sacerdos sæcularis Anglus, in Martyrologio Anglicano ad diem octavam Decembris, *de Conceptione gloriosæ Virginis Immaculatæ MARIÆ*, Notation. Impress. 1640. in 8.

JOANNES Wostein, edidit Commentaria in Sermones Sancti Ephrem *de Conceptione Virginis MARIÆ*; ut refert Ant. de Leon in sua Biblioth. MS. classe 7. Sal. classe 9. ponit eum dubium.

JOANNES de Xauregui, Poëta Hispanus, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Cantionem unam, fol. 46. Item, *de eadem Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Cantionem alteram, folio 36. Item, *de eadem Conceptione Virginis* Cantionem alteram, folio 38. Quæ omnia reperies in lib. impress. Neapoli 1616. in 4.

JOANNES Ximenez, Ord. Minorum Hisp. in Vita seu Chronica Beati Paschalis Bailon, c. 34. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Daza libro 6. pagina 52.

JOANNES Ximenez Romerus, Canonicus Magistralis Granatensis, in Sermone funerali pro Rege Hispaniarum Philippo III. folio 15. agit de ipsius devotione *erga mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. 1621. in 4.

JOANNES Ximenez de Zalamea, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Predicado en la Ciudad de Truxillo en ocasion que se juraba *la limpieza de la Virgen, su Immaculada Concepcion*, &c. Impress. Matriti 1653. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOANNES Zacharias, Ordinis S. P. N. Augustini Doctor Germanus, Conventûs Esuegensis, qui in Concilio Constantiensi superavit Joannem de Hus, &c. præter alia sua Opuscula contra opinionem Prædicatorum, Tractatum *de Conceptione Virginis* edidit. Sic ad litteram P. Joannes de Meppis in suo tractatu de Conceptione, Auctore 13.

JOANNES de Zamora Carthaginensis, Ordinis Minorum Hispanus, in Kalendario perpetuo ad usum Fratrum Minorum, *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* passim. Lib. impress. Burgis, anno 1603. in 8.

JOANNES Zebrian, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Generalis, & Episcopus de Tervel, ac postea Archiepiscopus Cæsaraugustanus, in Decret. Capituli Generalis Toletani, decreto 35. præcepit, ut omnes Fratres illius Religionis *tuerentur Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Vide Syl. de Saavedra, libro de sacra Deipara, disp. 16. sect. 14. num. 658.

JOANNES de Zeita, Ordinis Minorum Hispanus, Librum Sermonum pro festivitatibus aliquorum Sanctorum dedicavit *Immaculatæ Conceptioni Virginis sacratissimæ*, in quo etiam adducit imaginem ejusdem. Item, ibidem Sermone de Sancta Anna, folio 239. inquit: E como concebe, & pare? como ô mor milagre que Deos fez ac menos nan ô fecem alguem mais. *Que sen hora se pario tambem com summa limpeza*: nesso tin ha Christo per naturaleza, mas per graza esta sô se fezem ô ventre de S. Anna, &c. E viose nella sô comprido ô dito de Job: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? &c. Lib. impress. Ulyssiponæ 1635. in 4.

Item, in libro Sermonum de Festivitat. Christi Domini ac Virginis MARIÆ, adducit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*, à folio 1. usque 16. Lib. impress. Ulyssiponæ 1634. in 4. & habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in Quadragena prima Sermonum in laudem Christi ac Virginis MARIÆ, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Sermones duos, ad illud: Liber generationis Jesu Christi, &c. incipit: As antiguas speranzas. Ita de eadem *Immaculata Conceptione Virginis purissimæ* Sermonem alterum, ad illud: Extollens vocem, & incipit: à materia & thema deste Sermaon, & extat à folio 1. usque 15. Lib. impress. Ulyssiponæ 1619. in folio parvo & 1628. in folio, & habet imaginem Conceptionis.

Item, in Quadragena secunda Sermonem, de *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, ad illud: Jacob autem. Et incipit: Temeroje. Et ibidem *de eadem festivitate Immaculatæ Conceptionis* Sermonem secundum, & incipit: Et ostendit tres quatuorcenas. Lib. impress. Eboræ 1617. in folio, & habet imaginem Conceptionis.

JOANNES Zonaras, Monachus Græcus, in Canone de Beata Virgine contra Hæreses, vocat Deiparam *Immaculatam & puram*. Extat Canon in Biblioth. VV. PP. tomo 11. parte 1. folio 1191.

JOANNES Zuallart, Eques S. Sepulchri Gallus, in Itinerario Hierosolymitano lib. 3. cap. 14. folio 99. de Ecclesia S. Annæ Hierosolymitanæ, *in qua Virgo MARIA fuit concepta, cujus festivitas celebratur die 8. Decembris*: & alia ibi refert de hac festivitate. Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 4.

JOANNES Zuazus, Ordinis Minorum Hispanus, fuit declamator ac præco assiduus mysterij *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*. Ita Antonius Daza in lib. de Conceptione cap. 6. folio 43.

JOANNES de Zumarraga, Ordinis Minorum, & Archiepiscopus Mexicanus Hispanus, fuit assiduus prædicator mysterij *Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei Genitricis MARIÆ*. Ita Antonius Daza in Tractatu de Concep. cap. 6. folio 43. tergo.

Item, in Historia Dominæ nostræ de Guadalupe Civitatis Mexicanæ, folio 30. dicitur, quod ipsi Archiepiscopo, & aliis circumstantibus ostensa fuit *imago Immaculatæ Conceptionis* miraculose exarata vel depicta in pallio (quod patrio sermone vocatur manta) cujusdam Joannis Didaci Indi. De qua agit latè Michaël Sanchez in sua Historia impress. 1648. in 4.

JOANNETTINUS Doria Januensis, S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Panormitanus, præcepit, ut *dies Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* ab omnibus celebraretur; ut videre est in Act. Synodalibus ejusdem, fol. 13. Item, ut in Ecclesia Cathedrali Panormitana *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ* celebretur tanquam festiva, ibid. fol. 107. Lib. impress. Panormi 1615. in 4.

Item, edidit Panormi anno 1624. formulam juramenti de tuenda *Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione*. Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo Mariano.

Item, scripsit Epistolam ad Urbanum VIII. Pont. Max. circa decisionem mysterij *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Purpuram Marianam, fol. 158.

JODOCUS Badius Ascensius, natione Gallus, Brabantinus vel Flander, *de Conceptione ac Nativitate V. MARIÆ* Capitulum à Petro Borlando Carthusiano conscriptum in compendium redegit.

Item, idem in libro inscripto: Stultifera navis sensus animosque trahens mortis exitium, &c. in principio sub hoc titulo: Evæ Protoplastæ ad cunctos mortales Elegia, habet hæc Carmina in Evæ persona:

Sed ventura meæ Virgo est haud conscia culpæ
Conturbat animum, perfida vipra, caput.
Quæ quæ supremo Gnatum est paritura Tonanti,
Commoda justitiæ vincet originea.
Nam neque peccato quondam maculabitur ullo,
Nec decrit quævis gratia Verbiparæ.
Curite festino felicia sæcula cursu,
Ut novus in terris concipiatur Adam.

Lib. impress. Parisijs ann. ..... in 4.

Item, in Argumentis Delphicis seu postillis in Epistolas Pauli, ad. Rom. 5. Prætereaper unum hominem, scilicet Adam veterem & protoplastum, peccatum (scilicet originale) intravit in hunc mũdem, & in omnes homines *præter Christum & Matrem ejus*, &c. Impress. Parisijs 1503. in 4.

Item, scriptum *de Conceptione* Landulphi de Saxonia elucidavit atque illustravit; ut videre est in libro impress. Parisijs 1516. in 4. regali, & Italicè Ferrariæ 1586. in 4. & Lugduni 1619. in folio.

Item, edidit *de puritate Concept.* contra Vincentium de Castro-Novo Librũ unum. Ex Marraccio, Conrado Gesner, & Leone classe 6. & Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 226. Hujus operis initium est: Vincenti infœlix quæ, &c.

JODOCUS Bisselius, Patricius Aquensis Germanus, in Rosario S. Annæ, secunda decade in principio, inquit:

Anna mali puram tu concepisti MARIAM,
Crederis & sanctam mox habuisse Deo, &c.

Extat in operibus Landulphi Carthusiani in vita Christi ad finem, folio 561. & in libro R. P. Joannis Trithemij de S. Anna ad finem impress. Lipsiæ 1505. in 4. sed Rosarium fuit impressum, ut ibidem dicitur, anno 1494.

JODOCUS Coccius, Canonicus Juliacensis: *Quid Christi Mater MARIA omni peccato caruit*, ac aliis hominibus sanctior fuit, Articulum unum latissimum in libro impress. Coloniæ, anno 1619. in folio.

JODOCUS Lorichius Germanus, Theologiæ Doctor in Academia Friburgen. verb. Christus, titulo de Christi Matris Virginis sanctificatione, probat *Immaculatam Virginis Conceptionem, & ejus præservationem à peccato originali* ex Scriptura sacra, ex authoritate Ecclesiæ, & ex dictis SS. Patrum atque etiam rationibus, in libro dicto: Thesaurus novus utriusque Theologiæ theoricæ & practicæ, &c. Impress. Friburgi Brisgoiæ, anno 1609. in folio.

Item, tomo 2. verb. Maria, titulo de Parentibus & Nativitate Beatæ Virginis, inquit: Primò hic cum Ecclesia confitendum, *Beatam MARIAM Virginem esse sine peccato originali concepeam.* Vide ibi alia.

Item, in Triumpho Beatæ Mariæ Matris Dei ac Domini nostri Jesu Christi, in quo ejus laudes, vita & gloriosa privilegia & epitheta declarantur, asserit *quòd fuit sanctificata & liberata à peccato originali*, sparsim per totum lib. Impress. Friburgi Brisgoiæ 1610. in 8.

JONAS Aurelianus Episcopus, in libro 7. de Cultu & defensione imaginum, vocat Virginem Mariam *sanctam, intemeratam, Immaculatam, & inviolatam.* Vide Joan. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. folio 254. Et Mart. Philippum in Theatro excellentiarum SS. Deiparæ Virginis tomo 2. sæculo 9. fol. 1207.

JORDANUS, Ordinis Prædicatorum, in Sermonibus qui incipiunt in Transfiguratione Domini, &c. Ser. de Annuntiatione, qui incipit: Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, &c. 4. Regum 10. Fecit Salomon thronum ex ebore grandem, &c. Maria enim interpretatur secundùm unam interpretationem amarum mare: quod propter gemitum pœnitentiæ ei non convenit; *quia à peccato immunis:* sed propter angustiam, & dolores quos habuit, cùm Filium suum vidit sic ignominiosè à Judæis tractari, &c. Extat in S. Martino Tornacensi n. 36. manuss. in 4. charta pellicea. Et infra inquit: In hac autem *gloriosa Virgine sine molestatione peccati tanquam in hæreditate sua pacificè requievit, & in pace factus est locus ejus in ipsa: credimus enim eam in Matris utero sanctificatam, & ab originali mundatam.* Postquam verò Jesus intravit castellum, &c. Extat etiam aliud originale n. 35. etiam in 4. Sed hoc est aliud distinctum à citato ab Adversarijs pro sua sententia; de quo latè agimus in secunda impressione Nodi indissolubilis, & in Radijs Solis Veritatis.

JORDANUS Gaitanus, Patriarcha Antiochenus & Archiepiscopus Capuanus, jussit typis mandari Breviarium suæ Ecclesiæ Capuanæ, in quo folio 502. extat officium *Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. anno 1489.

JOSCIUS Bertinensis, Monachus & Beatus, fuit primus qui recitavit quinque Psalmos incipientes à singulis litteris nominis Mariæ, scilicet: Magnificat anima mea. Ad Dominum cùm tribularer. Retribue servo tuo. In convertendo. Ad te levavi oculos meos. Quadam autem nocte circa festum Sancti Andreæ mortuus est, & quinque flores rosarum apparuerunt in vultu ejus; unus ex ore & lingua, duo è naribus, & duo ex auribus: & in rosa, quæ de ore exibat, erat scriptum Maria. Quem sepelierunt post septem dies, &c. Hanc miraculosam historiam invenies ad litteram supra verb. Ferriolus Locrius. Ex illis verbis t quadam tamen nocte circa festum S. Andreæ, & ex alijs: sepelierunt eum post dies septe m, existimo quòd hoc miraculum contigit in nocte vel die Conceptionis Virginis Mariæ, vel saltem intra ferias ejusdem: ex quo (si ita sit) non modica redundat laus pro Virginis puritate ac ejus præservatione à peccato.

JOSEPHUS Acosta, Societatis Jesu Hispanus, lib. 6. de Christo revelato, cap. 1. folio 192. n. 17. ad illud Job 3. Expectet lucem & non videat, neque ortum surgentis auroræ, inquit: Thomas in 4. Sent. dist. 30. parte 2. artic. 1. Bonav. in Speculo Beatæ Virginis, cap. 9. ubi fusè declarat, quemadmodum Virgo sit aurora pulcherrima; noctem verò cum Gregorio Papa definit originale peccatum: *negat tamen hoc testimonio colligi Conceptionem MARIÆ fuisse peccati originalis expertem*, quando de solo ortu, hoc est, Nativitate illius pronuntiat Scriptura caruisse nocte vel caligine; verùm Scripturæ phrasis magis habet, ut ortum intelligamus primum rei cujuscumque exordium; ac potiùs nativitatem in utero, quàm ex utero: quod sanè ipse contextus B. Job probat, cùm in eodem capite pro eodem ponat: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo. *Itaq; ad Immaculatam Dei Genitricis Conceptionem* comprobandam, non absurdè illud testimonium ex Job adhiberi potest; neque aut Thomas aut Bonaventura

naventura aut Bernardus repugnarent, quin potiùs vehementer gratularentur, si Ecclesiæ Catholicæ pium ea de re iudicium ..... assecuti essent. Item, ad illud Zachariæ 2. Possidebit Dominus Judam partem suam in terra sanctificata, &c. Dicit Irenæus libro 3. cap. 31. de terra à nemine rigata & laborata, id est, de Virgine Maria oportuisse Christum nasci, sicut primus Adam de virgine terra productus est. Terram vocat Ambros. in Psalm. 1. Mariam Virginem. *Hæc ergo est terra sanctificata*, in qua Dominus recuperat plebem suam. Lib. impr. Romæ 1590. in 4.

Item, dicitur quòd scripserit Conciones *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Hippol. Marrac. in Catalogo ad annum 1596.

JOSEPHUS Alderete, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 20. fol. 135. num. 14. de Constitutionibus Sixti IV. & Pii V. ac Concilij Tridentini *erga Conceptionem Beatæ & Immaculatæ Virginis Dei Genitricis* MARIÆ. Hispali 1615. in 4.

JOSEPHUS de Almonacid, Ordinis Cisterciensis Hispanus, edidit Concionem sub hoc titulo: Discursos Panegyricos *de la immunidad sagrada y santificacion gloriosa de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su Concepcion*, en el solemne octavario, que consagrò à su pureza la insigne villa de Alcala de Henares en el muy religioso Convento de San Diego, estando descubierto el santissimo Sacramento. Hiçose este dia juramento solemne al mysterio, año de 1653. Impress. Compluti 1654. in 4.

JOSEPHUS Anchieta, Societatis Jesu ex Insulis Fortunatis (vir sanctitate & miraculis præclarissimus) dum sacris elogiis per totam Virginem ivit, *ipsam Deiparam MARIAM Immaculatè conceptam feliciter cecinit*. Ita Joan. Antonius Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 3. folio 370.

Item, composuit Latinè in Indiis Occidentalibus metricè vitam gloriosissimæ Virginis Mariæ, incipiendo *ab ejus purissima Conceptione libera ab omni macula originalis peccati*. De qua latè in ejus vita, lib. 2. c. 9. f. 97. Lib. impress. Salmant. 1618. in 8. Item, fecit alia *pro Conceptione Virginis* MARIÆ. Vide eandem vitam, parte 4. cap. 10. folio 314.

JOSEPHUS Angles Valentinus, Episcopus Bosanensis ex Ordine Minorum, in Floribus Theologicis in secundum librum Sentent. dist. 31. folio 215. inquit: Hinc Christus de lege non contraxit originale, quia non fuit filius naturalis Adæ; & lex in qua omnes peccaverunt, solos filios naturales comprehendit (*dempta Virgine sanctissima*) qui per rationem seminalem descendunt. Christus verò (ut ex dictis constat) solùm per corpulentam substantiam descendit. Lib. impress. Matriti 1586. in 4.

JOSEPHUS Antiochenus, in libro de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ, cap. 12. *eximit Virginem MARIAM à peccato originali*, ut refert Sylveyra tomo 1. libro 1. cap. 3. folio 73.

JOSEPHUS Archiepiscopus Thessalonicensis, Confessor ac Sanctus, natione Græcus, in Menæis sive Rituali Græcorum pro Immaculata Virginis Conceptione sic ait ad diem 13. Januarii, Ode 5. de SS. Hermilo & Stratonico: Ut pulchra, ut florida, *ut tota puritatis nitore circumfulgens*, Sermonem divinum pulchritudine florentem corpore ex te sumpto cinxisti. Velazquez f. 233. Et ad diem Martii, Ode 1. de S. Alexio: Filius æquè immunis ac Pater in te sola reperit causam cur similemmodo naturam indueret: *te enim reperit solam puram super omnes creaturas fulgentem*. Velazquez fol. & 71. Et Ode 7. de SS. MM. Amario & Soc. *Tibi intaminato recentissimi nitoris volumini* Sapientia divina scripta est, quæ libro viventium suos inscrit pugiles. Velazquez fol. 138. Et ad diem Ode 3. de S. Joanne Calibyta: Te integer ille ac purus, *ô undiq; intaminata*, tanquam rosam instar unguenti fragrantem in convallibus reperit. Velazquez f. 188. Et ad diè 20. Mart. Ode 9. *Tu servorum expers, ô Domina, Regis omnium throni effecta es*. Et ad diem 2. Januarii, Ode 5. Salve ô cadentis mundi erectrix, *nulli unquam culpæ subjecta*. Hanc auctoritatem etiam adducit Euseb. fol. 19. Et ad diem 8. Januarii, Ode 3. *Omni ex parte intemerata Domina*, in hac illitatem meam corrobora. Item, ibidem Ode 7. Fortitudo, salus & laus mea est Dominus ille, *qui te intaminatissimam Matrem elegit*. Exat etiam apud Euseb. ut supra. Et ad diem 13. Julii, Ode 5. per quam simpliciter oro, *quæ sola maculam omnem ignoras*. Velazquez fol. 220. & Euseb. fol. Et ad diem 15. Augusti, Ode 8. Illa creatura unica *ab omnibus nævis intacta*, quam omnes hominum linguæ in unum collectæ, Angelorum item omnium prædicatione digna prosequi nequeunt. Euseb. similiter. Item, ad diem 26. Februarii: Spem nostram in te post Deum reponimus, *ô intaminatissima*. Item, ad diem 8. Jan. Ode 6. de S. Dominica: Per te, *ô in omni sanctitate perfectissima*, Numinis sponsa. Vide Simonem Wagnereckium in suo libro dicto: Pietas Mariana Græcorum, & Joan. Anton. Velazquez libro 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 5. adnot. 1. fol. 342. Et ad diem 15. Januarii, Ode 3. de S. Joanne Calibyta, Deiparam hunc in modum salutat: Te integer ille ac purus, *ô undiq; intaminata*, tanquam rosam instar unguenti fragrantem in convallibus reperit, atque habitans in medio tui totum genus humanum fragrantiâ suavi replevit. Velazquez, fol. 31. & fol. & fol. 217. Et ad diem 16. Januarii, Ode 3. canon. in Cathedra Sancti Petri, sic Mariam alloquitur: Mors, cujus præcipitem impetum reprimere nulla res potuit, ad te usque perveniens, attonita stetit. Velazquez, folio 42. & Simon Wagnereckius. Item, ad diem 11. Feb. Ode 3. de Sancto Bullio, inter alia de Maria Virgine dicit: Quotiescunque, palam cœlestium atque terrestrium emundator, *longè mundissima extitisti* propter partus tui excellentem munditiam: per hunc enim partum prægeniâ plane munditiâ mundum emundas, tuique Angelorum bene ordinatam *munditiam in universa longè mundiorem effecis*, ô mundi totius servatrix! Velazquez, folio 64.

JOSEPHUS de Ariano, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. Rosario florito & Paradiso dell' anima, &c. in Diario indulgentiarum, ad diem 8. Decembris, fol. 81. agitde indulgentijs *privilegiatæ Conceptionis Virginis* MARIÆ, *&c.* Et folio 100. adducit Bullam Pij IV. cum indulgentia *pro die Conceptionis* MARIÆ, *&c.* Impress. Neapoli 1644.

JOSEPHUS Barberius, Italus Poëta, in lib. Historia nova Siciliana sopra la sanctissima Nunciata, vocat Virginem Mariam puram & *Immaculatam*. Impress. Romæ in 16.

Item

Item, in libro spirituali metricè scripto de Nativitate Virginis MARIÆ, folio 15. inquit:

En el materno ventre del signore
Fosti purificata santa è netta
Fosti senza originale errore, &c.
Pero senza peccar fosti contetta
Tu questa Santa Virgen preservata, &c.

Lib. impress. Viterbij 1648.

JOSEPHUS de Bradaxi, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in die *purissimæ Conceptionis ac Immaculatæ Beatæ Virginis MARIÆ* Sermones duos. Barchinone 1613. in 4.

JOSEPHUS de Brinis Venetus, Ordinis Minorum, in libro: Reductorium Hierosolymitanum &c. fol. 78. in Litania Lauretana quæ recitatur omni sabbato, & in festivitatibus Virginis, Vers. *Per tuam sanctam Conceptionem Dei Genitrix Virgo, &c.* Oratio: *Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c.* Lib. impress. Venetijs 1616. in 8.

JOSEPHUS de la Cerda, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, in Academia Salmanticensi primarius Theologiæ Professor & Episcopus Almeriensis, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Conciones quatuordecim in indice concionatorio, & passim in libro de MARIA & Verbo incarnato. Impress. Almeriæ 1640. in fol. & Lugduni 1651.

JOSEPHUS de Collefano, Ordinis Minorum, in Arbore ac Relatione reformatæ Provinciæ Siciliæ sub nomine Provinciæ, num. 10. inquit: *Conventus Immaculatæ Conceptionis* Calvarusij fundatus anno 1633. habet Fratres duodecim.

Item, infra: Ecclesia sub titulo *Conceptionis* una Calvarusij; Capellæ verò seu Altaria *Conceptionis*, una Calvarusij, una in Conventu Messanæ, una in Conventu Nicosiæ, una in Conventu Millatij, una in Conventu Catanæ, una in Conventu S. Fratelli. Extat MS. apud nos.

JOSEPHUS à Cruce, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmeli, in libro: Praxis pro singulis hebdomadæ diebus, in die sabbati fol. 311. ad Beatam V. ait: Et benedicta est mater tua Anna *ex qua processit sine macula caro tua Virginea.* Lib impress. Valencenis 1660. in 4. Et fol. 444. Ave jndicare voluit, quòd illa esset sine væ, &c.

JOSEPHUS à Cruce, Ordinis Minorum Theologiæ Professor Compluti Hispanus, in Conclusionibus Theologicis habitis Compluti an. 1661. sub hoc titulo: Conclusiones Theologiæ juxta doctrinam Subtilissimi Doctoris Scoti *Immaculatæ Deiparæ Conceptioni dicatæ*; posità imagine Immaculatæ Conceptionis, hanc affixit quæstionem quodliberticam: An stare ut columna in sanctitate (quod est proprium Ecclesiæ militanti ornamentum) perfectiori modo competat Deiparæ? Et octava Conclusione, hæc habet: Hæc Propositio: *Deipara in primo instanti Conceptionis naturalis non contraxit maculam originalem, non solum definibilis est ab Ecclesia in Concilio Generali; sed à summo Pontifice ex Cathedra absque Concilio proximo definibilis est.* Etenim quamplurima extant ab Ecclesia definita, quæ clariorem pro priori ad definitionem non habuerunt proximam definibilitatem; ad quam evertendam non obest authoritas SS. Patrum; cùm ferè nullus exiterit de quo certò constet, affirmasse *Deiparam in primo instanti Conceptionis* (sumpta Conceptione in sensu proprio & rigoroso pro animatione) *contraxisse originale.* Imo licèt aliqui ex Doctoribus antiquis id senserint, aut modo sentiant, eorum opinio proximam definibilitatem oppositi non aufert: cùm de isto sit communis Ecclesiæ consensus, ad quem non requiritur quòd omnes simul Doctores conveniant, sed sufficit major pars. Rursus neque obest aliqua revelatio; *cùm pro veritate Conceptionis Immaculatæ* extet vera & approbata, & pro oppositа referatur dubia, neque ab Ecclesia recepta. Impress. eodem anno in charta expansa.

JOSEPHUS Episcopus Guadixensis, in quodam Memoriali sic incipit: San Antonio: *Difinida sea la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIÆ Señora nuestra preservada de pecado original, y debito.* Impress. in folio absque anno.

JOSEPHUS Eximenius, Ordinis Minorum Hispanus, in vita venerabilis Nicolai Fatoris refert sententiam *de Immaculata Conceptione*, cap. 44. ut asserit Daza, libro de Concep. cap. 6. fol. 44.

JOSEPHUS Ferrer, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem *de purissima Conceptione MARIÆ sanctissimæ.* Impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 133.

JOSEPHUS de Fide, Magister Ceremoniarum in Basilica Sancti Petri de Urbe, in libro de divino officio juxta ritum Breviarij Romani, & consuetudinem sacro-sanctæ Basilicæ Vaticanæ, ad mensem Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis duplex.* Habemus Capellam Chori ei dicatam. Omnia, ut assignantur ad 3. Nocturn. nona Antiphona: Angelus Domini, & fit Commemoratio feriæ. Missa propria cum Gloria & Credo, 2. Oratio de feria. Præfatio de Beata Virgine, Vesp. de eadem cum Commemoratione feriæ. Lib. impress. Romæ 1644. in 8. & 1637. in 8.

JOSEPHUS Gallus, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: Historia y dialogos de Job, con explicacion literal, y moral de todos sus capitulos, &c. Dialogo 1. cap. 25. versic. 5. columna 798. agit *de Conceptione purissima Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*, &c. ad illa verba: Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. Lib impress. Burgis 1621. in folio.

JOSEPHUS Geldolphus à Rykel ab Oorbeeck Abbas S. Gertrudis Lovanij, in libro: Justitia funebris animabus fidelium defunctorum persolvenda, &c. fol. 83. agit *de festivitate Conceptionis gloriosæ V. MARIÆ* instituta à Sixto IV. &c. Lib. impress. Lovanij 1634. in 8.

Item, idem in libro: Hodoeporicon Marianum, sive Munera sacra B. MARIÆ Virginis in terris agentis. Item, Diurnale Marianum cultus ejusdem Virginis per menses atque hebdomadas distinctus &c. in ultimo inquit: *Festum Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis*, cujus primam institutionem referunt ad annum 880. Vide Ephemer, &c. Lib. impress. Lovanij 1634. in 8.

Item, in libro Spelunca B. MARIÆ de Cavadonga in Asturijs Hispaniarum, §. 43. agit de Tractatu *quem pro immunitate B. Virginis ab originali* edidit P. Salazar. Lib impress. Bruxellis 1635. in 4.

JOSEPHUS Gelosus, Panormitanus Clericus Regularis, in Sanctorali à fol. 59. *de Conceptione Beatæ Virginis Sermonem* usque ad 96. Lib. impress. Venetijs 1650. in 4.

JOSEPHUS Giacolone de Palermo, Ordinis Minorum, in lib: Grandezze della Seraphica fenice, Francisco sancto, &c. serm. 1. folio 19. *de*

Immaculata Virginis Conceptione. Impress. Panormi 1654. in 4.

JOSEPHUS Girardus, Centensis Italus, in lib. Discorsi quadragesimali, Dominica 3. fol. 297. *Quòd Virgo fuit exempta ab omni maledictione, culpa & peccato*: & alia ejusmodi dicit passim. Lib. impress. Romæ ann. 1651 in 4.

JOSEPHUS Gonzalez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, & Archiepiscopus Compostellan. annuam celebritatem *in honorem Immaculatæ Conceptionis* in Ecclesia Compostellana in perpetuum fundatam reliquit. Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 2. fol. 368.

JOSEPHUS Guarnizus, Societatis JESU Hispanus, cùm Theologiæ operam daret in suo Collegio Complutensi, in Biblicis Assertionibus prælo inibi exculis defendit sub Præsidio P. Didaci de Celada ejus Magistri, Beatam Virginem Immaculatè conceptam fuisse; idque efficaciter probari ex illo loco Pauli ad Romanos 5. vers. 15. *Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto omnes mortui sunt; multò magis gratia Dei unius hominis JESV Christi in plures abundavit.* Et peracutè & magno Academiæ plausu dissolvit argumenta illi in contrarium objecta. Hanc Disputationem prædictus P. Celada postmodum sic disposuit, ut Doctorum Complutensium argumenta & eorundem solutiones typis mandarentur in 2. 3. 4. & 5. libri Judith impressione, Tract. de Judith figuratâ, §. 31. quod ibidem videre licet.

Item, cùm jam esset Theologiæ Professor, scripsit Memoriale ad Eminentissimum D. D. Balthasarem de Moscoso S. R. E. Cardinalem, sub hoc titulo: Sobre el proximo estado que tiene para que se defina por dogma de Fe la opinion pia, que affirma, *que la Madre de Dios fue concebida sin pecado original.* Impress. Matriti, anno 1652. in folio.

JOSEPHUS Hermannus Beatus, in Cantic. Canticorum mirè favit sententiæ *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, prout testantur Philippus de Quintanilla in Epistola ad Regem Hispaniarum, & Bernard. de Leon Opusculo 10. & Euseb. infrà citandus.

Item, in Opusculo 3. pro puritate Virginis, inquit:

Gaude summa creatura,
Mater Dei Virgo pura.
Pulchra nimis intus foris, &c.
Gaude Virga nunquam arens, &c.
Gaude lux indefectiva,
Tenebrarum expulsiva.

Vide alia apud Joannem Euseb. Nieremb. libro de Exception. cap. 26. fol. 440. & in Sacro-syl. §. 5. Si originale contraxisset Virgo MARIA, non posset appellari Virga nunquam arens; nam arefacta fuisset in prima sui plantatione. Etiam ejus puritatè indicat verbum illud indefectiva; nam si aliquando caruisset gratiâ non diceretur lux indefectiva.

JOSEPHUS Hernandida à Valle Saria Hispanus, in libro de vita Deiparæ ex Operibus Francisci Suarez, disput. 3. num. 12. folio 30. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali, &c.* Impress. Lugduni 1633. in 24.

JOSEPHUS de Herrera, in Relatione Capituli Generalis Toletani anni 1633. inquit:

I Luego el estandarte de la hermosa,
Virgen y Madre pura Concevida.
Sin mancha original, siempre graciosa, &c.

Impress. Toleti anno ut supra in 4.

JOSEPHUS à JESU MARIA, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro: Historiæ Virginis MARIÆ, libro 1. à cap. 8. ubi incipit: *Mysterium de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, usque ad cap. 36. latissimè agit de eo à folio 29. usque ad... Lib. impr. Antuerpiæ 1652. in folio, cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

JOSEPHUS de JESU MARIA, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, Sermone de Assumptione Virginis MARIÆ, folio 6. inquit: *La nunca vencida* y siempre vitoriosa MARIA, es el cedro roquero, el fuerte alcazar adonde piadoso entrò Christo, &c. Impress. Baëzæ 1634. in 4. Si nunquam victa, ergo nec per peccatum originale.

JOSEPHUS Lainez, Ordinis Sancti Augustini & electus Episcopus Salsonensis Hispaniæ, in Sermone de gratiarum actione pro victoria Bisdensi, fol. 6. *Quòd Virgo MARIA in sua Conceptione Immaculata fuit præservata à peccato originali, &c.* Vide alia ibi. Impress. Pampilonæ in 4. absque annot.

Item, in libro Sermonum, fol. 56. *Sermocinatio de Conceptione absq; macula peccati originalis præservata MARIÆ Virginis sacratissimæ* Reginæ Angelorum, Matris Dei, Dominæ mundi, & Advocatæ peccatorum; usque ad fol. 85. Impress. Matriti 1643. in 4.

JOSEPHUS à Leprignano, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, Interamensis, scripsit *de titulo Immaculatæ Conceptionis* votum, ut refert. Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 823. Pistoia, fol. 153.

JOSEPHUS Maldonatus, Ordinis Minorum Hispanus, & Commissarius Generalis Indiarum & Familiæ Cismontanæ, in libro Hispanicè dicto El mas escondido retiro del Alma, Hebdomada secunda, punct. 2. folio 108. Quòd omnes filii Adam concipiuntur in peccato, & nascuntur filii iræ maculati & miserabiles: *sola autem Virgo MARIA electa à Patre æterno, ut esset Mater unigeniti Filii sui, concepta absque eo quòd illam tetigisset ullus ex primo instanti peccatum originale.* Impress. Cæsaraugustæ 1549. in folio.

JOSEPHUS Malvius, Clericus Perusinus, in libello cujus titulus est: Prædictio Astrologica de Ortu MARIÆ, inquit: Ex Joachimo & Anna (pregnante nisi fallor) æthere universo horoscopante Virg. oriente die Virginem ortam esse Deiparam primogenitam ante omnem creaturam ex ore Dei prodeuntem, & *creatam ab initio & ante sæcula. Candor lucis æternæ*; stella Jacob; Solis æterni Mater & Filia, quæ ita lucet in tenebris ut tenebræ eam non comprehendant; quæ neque habet umbram, nisi quantum virtus Altissimi obumbravit; debuerat nasci in Aurora, veluti Aurora consurgens, &c. Lib. impress. Perusiæ 1646. in 12.

JOSEPHUS Manuël de la Aurora, Ordinis Minorum Hispanus, ediditLibrum sub hoc titulo: Sumario de la esclavitud de Jesus Sacramentado, MARIA Immaculada y Joseph justo, intitulada rebaño del buen Pastor, aprobada por la santidad de Innocencio X. con Bula especial y grandes Indulgencias *à la Conception Immaculada de la Madre del Pastor.* Impress. Cæsaraugustæ 1654. in 16. & 24.

JOSEPHUS Martinez de Casas, Collega Complutensis

plutensis Hispanus, scripsit Epistolam seu instructionem sub hoc titulo: Al Eminentissimo Señor Don Balthasar de Moscoso y Sandoval Cardenal y Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, mi Señor Padre y asilo comun de pobres, *y defensor de la mas piadosa y cierta opinion de la Immaculada pureza de MARIA sanctissima Señora nuestra*, &c. in qua Epistola agit de modo transferendi ad Romanam Curiam cum omni applausu testimonia & Scripturas pro mysterio Conceptionis. Impress. absque anno, in folio.

JOSEPHUS à Matre Dei Granatensis, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit *de Immaculata Conceptione Virginis Matris* Tractatum unum, ut refert Hippolytus Marraccius in Bibliotheca, & in Catalogo ad annum 1617. ex Casanat. & Leone, clas. 6. Pistoia, fol. 155.

JOSEPHUS à Matre Dei, ex Ordine Sancti Augustini Cordubensis Hispanus, habet Sermonem sub hoc titulo: Sermon predicado à la insigne Universidad de Alcala en la procesion que hizo dia *de la Concepcion de nuestra Señora* à la Iglesia de San Lucas. Impress. Compluti 1617. Incipit: La velocidad en decir.

Item, in Sermone de Sancto Antonio Abbate, folio 19. inquit: Por el roçio del cielo se entiende la divinidad de Christo; que bajò como roçio al vientre de la Virgen; en lo pingue de la tierra, la humildad que salia de MARIA, tierra pingue à *quien no tocò la esterilidad de la culpa*, &c. Impress. Valentiæ 1646. in 4.

JOSEPHUS Methonensis Episcopus, in Responsione ad libellum Martii Eugenii Metropolitę in Concilio Florentino, folio 684. vocat Virginem Mariam Immaculatam, dicens: *Ex te, Immaculata, prodiit ineffabiliter incarnatus*, &c. Extat tom. 4. Conciliorum part. 1.

JOSEPHUS Micheli, in suo libro dicto: Tesoro militar de la caballeria, cap. de Militibus Sancti Joannis Hierosolymitani, folio 44. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*, &c. Et folio 17. loquendo de Garcia Navarræ Rege, sic inquit: Como nuevo Constantino instituio el año de 1023. la noble caballeria de los Lilios, consagrandola *à la limpia y pura Concepcion, sin mancha de pecado original de la Virgen santissima*, fortaleciendose el y los suyos con este mysterioso caracter, que era entre dos ramos de lilio la Virgen de la Encarnacion, &c. Impress. Matriti .....

in folio.

JOSEPHUS Milanus Mediolanensis, in libro: La sacrosanta Nativita de Jesu Christo nostro Signore & Redemptore, &c. fol. 9. inquit: Et ecco fata per l'assuntione della carne del tuo purissimo & immaculato ventre, onde sei anco benedetta fra le done, *per che non sei soggetta alle maledittioni herdal peccato e della legge*, &c. Impress. Mediolani 1605. in 16.

JOSEPHUS de Miranda, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem seu Glossam *pro immunitate Dei Matris MARIÆ, ac ejus præservatione*. Extat impress. cum aliis Granatæ, folio 263.

JOSEPUS Navarro Hispanus, in Memoriali sub titulo: La verdad desnuda, habet imaginem *Immaculatæ Conceptionis*. Impress. in folio absque loco & anno. Item, in lib. Hispanicè dicto: Poëtas varias, in Cantione ad Virginem in Columna, fol. 131. hæc habet verba:

Copia de la hermosa Niña
A quien la noche espantosa
Del original delicto,
Nola tocò, ni aun en sombra, &c.

Impress. Cæsaraugustæ 1654. in 4.

JOSEPHUS de Ocampo, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum alijs Granatæ, fol. 294.

JOSEPHUS Olcina, Societatis Jesu Hispanus, traduxit ex Italico sermone vitam Venerabilis P. Joannis Berkmans ejusdem Societatis, in qua part. 2. c. 12. fol. 133. & fol. 169. adducit votum factum à prædicto Patre in schedula proprio sanguine conscriptum, de tuenda usque ad mortem *Beatæ MARIÆ Immaculata Conceptione*, &c. Vide librum impress. Valentiæ 1633. in 4.

JOSEPHUS Ontiberos, cum Didaco Fernandez Navarro edidit parvam imaginem Immaculatæ Conceptionis in stemmate S. Inquisitionis cum hac inscriptione: *Concebida sin pecado original*. Impress. Matriti 1652.

JOSEPHUS Ormaza, Societatis Jesu Hispanus, in Sermone de Assumptione Virginis Mariæ in salutatione agit *de Conceptione Immaculata ejusdem Deiparæ*. Impress. Cæsaraugustæ 1643. in 4.

JOSEPHUS Pellicer de Ossan Hispanus, in libro: Missionis Evangelicæ ad Regnum de Chongo per Seraphicam Religionem, &c. cap. 6. fol. 60. agit de primo Conventu seu Ecclesia illius Regni, sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Matriti 1649. in 4.

JOSEPHUS Pelicer de Tovar, in Catalogo librorum suorum, inter non impressos penultimo loco, sic inquit: El Poëma *de la purissima Concepcion de nuestra Señora*, en veinte libros y dos mil octavas. Extat in suo indice impresso in fol.

JOSEPHUS Pientre, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, habet paratum Opusculum sub hoc titulo: *De Conceptione Virginis MARIÆ dignissimæ Matris Dei, in quo nonnullæ clausulæ Thomisticæ ad examen reductæ aperiuntur*, &c. Et incipit ab auctoritate S. Thomæ 1. 2. quæst. 81. art. 3.

Item, in volumine parvo cujus titulus est: Medit. quotidianæ, &c. nonnulla adducit *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Extant manuscripta. Item, in Viridario Mariano plura adducit de maternitate Virginis, *& quomodo concepta fuerit in gloria*. Quæ omnia vidi apud ipsum manuscripta.

JOSEPHUS Ragusa, Societatis Jesu, ad primam partem D. Thomæ, quæst. 7. art. 1. disput. 67. §. 2. Quemadmodum unione hypostatica fuerit Christus sanctificatus? fol. 581. inquit: *Beata Virgo est sanctificata*, quia fuit Mater Dei; Joannes Baptista, quia fuit Præcursor: & tamen non dicuntur sanctificati alia sanctificatione ab ea, quâ cæteri homines, sed solùm majori; ergo si Christus fuit sanctificatus, quia Deus & homo mediator, &c. eadem tamen forma non debet dici sanctificatus alia sanctificatione; sed majori, seu omnino maxima, &c.

Item, tomo 2. folio 327. disp. 44. *Quòd Virgo MARIA fuit gratiâ plena* singulariter præ omnibus alijs, & quòd gratia Christi fuit quasi fontis, Mariæ quasi fluminis, Sanctorum quasi rivi, &c. Alia vide ibi, quæ absque dubio ejus puritatem in Conceptione respicere videntur. Lib. impress. Lugduni 1619. in folio.

JOSEPHUS Ruiz de Altable, Presbyter Hispanus, in libro: Historia de la milagrosa imagen de nuestra Señora del Buen suceso, cap. 4. folio 48. tractat *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ absque culpa originali.* Lib. impress. Matriti, anno 1641. in 8.

JOSEPHUS Sanchez, Ordinis Minorum, sub auspicijs R. P. Leornardi de Padera ait in Thes. Matri MARIÆ: Quam nardum suavissimam fecerat Dominus, ipse singulari privilegio *hanc sine arista originalis noxæ candore illustravit de spinis sine spina, &c.* Alia habet pro Immaculata Virginis Conceptione. Impress. Valentiæ 1651. in charta expansa, cum imagine sanctissimæ Conceptionis.

JOSEPHUS de Siguenza, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, de fundatione Monasterij Monialium *Conceptionis Virginis MARIÆ* Ordinis Sancti Hieronymi in villa Matritensi, cap. unum in 3. part. Historiæ sui Ordinis, cap. 20. folio 100. Item, de eadem fundatione Monasterij Conceptionis agit cap. 31. Impress. Matriti 1605. in folio.

JOSEPHUS Silos, Canonicus Regularis, in libro: Icones Poëticæ, Centuria 1. Epigrammate 21. folio 89. ad illud: Mulier amicta sole, ait:

Credite, Virgineo nulla est in pectore labes:
Haud bene conveniunt Phœbus & umbra simul.

Impress. Romæ 1649. in 16.

Item, in lib. qui inscribitur: Musa canicularis sive Iconum Poëticarum libri tres, Centuria 1. n. 21. 22. & 23. exhibet tria Epigrammata *ad illibatæ Virginis Deiparæ Conceptionem.* Impress. Romæ an. 1650. Alia quamplura dicit hic Auctor comprobantia Immaculatam Conceptionem; sed quia ab Amanuensi non fuerunt bene transcripta, præcipuè quoad auctoritates Sanctorum, illa relinquimus.

JOSEPHUS Speranza, Congregationis Oratorij Fanensis Italus, *in festo Immaculatæ Conceptionis* in indice concionatorio Elenchum perpulchrum, in libro de selectioribus locis Scripturæ. Lugduni 1641. in fol.

JOSEPHUS Spucies, Societatis Jesu, natione Siculus, Theologiæ Professor Panormi & Matriti, Supremæ Inquisitionis Qualificator, & Regis Catholici Concionator, pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis Tractatum unum, sub hoc titulo: La nebbia scombrata, difesa Domenicana *per la limpia, & Immaculata Concettione della grande Madre de Dio MARIA*, composita in Castigliano dal Doctor D. Marco Antonio Palao Decano de Oriola, &c. Lib. impress. Panormi 1654. in 4. in quo una columna est Hispanica; altera verò Italica: & fuit typis mandatus cura ac solicitudine D. Christophori Brignone, &c. Vide ibi alia quamplura.

Item, in Theologicis Assertionibus Præsidis munere fungens, sæpe defendit *B. Virginem non solum à peccato originali, sed ab ejus debito fuisse immunem* ex Christi merito.

JOSEPHUS de Spiritu sancto, Ordinis Beatæ MARIÆ Redemptionis Captivorum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: Sermon en el celebre octavario, que la real Congregacion *de la purissima Concepcion de nuestra Señora* en los annuos recuerdos alas animas de purgatorio, &c. in quo folio 128. n. 19. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, & extat in lib. impress. cum alijs serm. Compluti 1649. in 4.

Item, in Declamatione Evangelica pro festivitate Nivium, fol. 13. inquit: Y quien como Esther declarò *la gracia original conque Dios privilegio à su Madre*; pues quando se dio el decreto de muerte à todo el pueblo cautivo, &c. Vide ibi latè. Impress. Matriti 1655. in 4.

JOSEPHUS Stephanus Valentinus, in Rosario sacro Virginis MARIÆ ab Hæreticorum calumnijs defenso, unà cum mysterijs & Bullis Romanorum Pontificum, folio 191. in Litanijs Sanctissimæ Virginis MARIÆ ex varijs Auctoribus collectis, & per singulos dies hebdomadæ distributis, vocat Virginem MARIAM *Speculum sine macula*, lilium inter spinas, terram benedictam, populatam, incorruptam, *Immaculatam*, intemeratam, *penitus incontaminatam.* Item, in eisdem Litanijs invocat ipsam semel & iterum: *Per solatarem Conceptionem tuam.* Item, cap. 3. folio 8. inquit: Antequam quidquam Dei manu factum formatumque esset, quam primùm Dei Sapientia è sinu Patris genita fuit, *ipsa divina V. ab æterno Patre prævisa, quasi rosa ab initio, & ante secula edita & creata est.* Quamobrem meritò Virgo Mater rosæ assimilata est, cùm sit virtutum gratia pulcherrima simul & uberrima, splendida & fulgens Aurora, quæ umbris depulsis novum lumen edidit mundo, &c. Quamobrem MARIA Sanctissima meritò rosa, id est, integerrima Virgo appellata fuit, cùm per omne tempus, & per omnes corporis partes decorata, totaque virginali corporis & animi pulchritudine insignis, &c. Item, infra folio 13. inquit: Tandem, ut rem omnem complectamur, rosa cùm ante peccatum hominis spinis caruisset (ut ait Sanctus Basilius in Hexameron hom. 5. & homilia de Paradiso) postea tamen spinis nascitur verius, quam fructificè: & cùm ex spinis originem trahat, & inter vepres enascatur; nihil tamen horridum aut asperum habet; sed quidquid est, totum molle, suave & amœnum est. *Quod de Genitrice MARIA* Sedulius lib. 2. eleganter explicuit:

Et velut è spinis mollis rosa surgit acutis.

Adducit Carmina Sedulij, sicut etiam Adami de Sancto Victore, quæ suis locis videre poterit Lector. Lib. impress. Romæ 1584. in 4. Item, folio 162. adducit Bullam Pij IV. ubi est indulgentia *in Conception.* pro Confraternitate Rosarij. Item, ad diem 8. Decembris adducit indulgentias pro die & festivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ* in Urbe, &c. Sed nota, quòd istæ non sunt in impressione Romana supra citata; sed solùm in impressione Venetiana anni 1587. folio 68.

JOSEPHUS de Valdivieso, Poëta Hispanus, in libro: Sacrarium Toletanum, lib. 1. folio 18. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*, &c. Ubi pro hac sententia plures citat Sanctos. Lib. impress. Matriti 1616. in 8.

Item, in libro: Elogios al Sanctissimo Sacramento, à la Cruz Sanctissima, y à la purissima Virgen MARIA nuestra Señora, fol. 41. inquit:

A favores de luz omnipotente
Pues te reservara de la culpa y pena
De una en tu origen, de otra en tu accident, &c.

Lib. impress. Matriti 1630. in 8.

Item, in libro de Sacrario Toletano, folio 40. in Cantione de Beatissima Virgine, inquit:

Como os podre alabar Virgen, si sueltes
Emula casi à Dios, del prevenida, &c.

Pre-

Prevenida, est præventa seu præservata. Lib. impress. Matriti 1617. in 4.

Item, in vita Sancti Josephi habet Cantum integrum à folio 11. usque 24. *de purissima Conceptione & Nativitate Beatæ* MARIÆ. Lib. impress. Matriti 1651. in 8.

Item, in libro: Romancero Spiritual en gracia de los Esclavos del Sanctissimo Sacramento, &c. latè *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à fol. 191. usque 194. & alibi sæpe. Lib. impress. Matriti 1655. in 8.

JOSEPHUS Ventimigilla, Societ. Jesu Italus, scripsit de sanitatibus ac gratijs factis in civitate Termini in regno Siciliæ anno 1651. ob devotionem erga *Immaculatam Conceptionem V.* MARIÆ, ut refert R. P. Thomas à Geraze tomo 2. cap. 41. folio 478.

JOSEPHUS de Viana, Poëta Hispanus, scripsit Cantiones *pro intemerata Deiparæ Conceptione*; ut videre est in Sanct. Zapata, lib. de Concep. fol. 111. & folio 130. & fol. 156.

JOSEPHUS de Ybarre & Cardenas, Doctor Hispanus, in Serm. de festivitate Beatæ MARIÆ Angelorum in Parochia Sancti Gili Granatensis, folio 11. inquit: O amadores de las tinieblas! de un golpe en una noche quisieron poner nublados en el sol y la luna, quitar la honrra à Christo, y à MARIA; que amigos de obscuridad! y Granada se alegre pues tiene en si el deposito destos mysterios altos de la ley que profesa: pues librum fundamentum Ecclesiæ, su fundamento hallò en el primero sin segundo Sacro monte, santo aun antes, que en el sanctos huviese: el mas santo fuera del Olivete le llamò MARIA, en el vido la Virginidad desta Señora firmada; aseverada con tantos testimonios *su Concepcion*, &c. Serm. impress. Granatæ 1640. in 4.

IRENÆUS de Eu, Provinciæ S. Ivonis Diffinitor primus & Guardianus Conventûs Dominæ nostræ de Nazareth Parisien. Gallus, in tomo 2. suorum Operum, sub hoc titulo: La perfection du Chrestien sur le modele des perfections de la Mere de Dieu, cap. 1. *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis*, à fol. 256. usque ad fol. 264. Articulus primus: *Quòd fuit conveniens ex parte Dei Virginem fuisse conceptam absque peccato originali.* Articulus secundus: *Quòd convenit Patri æterno facere Virginem fuisse exemptam à peccato originali in sua Conceptione.* Articulus tertius: *Quòd convenit Filio Dei eximere suam Matrem à peccato originali.* Articulus quartus: Quòd fuit conveniens ex parte Spiritûs Sancti *Virginem in sua Conceptione fuisse exemptam à peccato originali.* Articulus quintus: *Quòd convenit dignitati Matris Dei Virginem fuisse exemptam à peccato originali.* Articulus sextus: *Quòd fuit conveniens pro nostro bono Virginem fuisse conceptam absque peccato originali.* Item, folio 384. *de Dominæ nostræ Immaculata Conceptione* Caput decimum octavum: Articulus primus, de Origine hujus tituli. Et adducit novem articulos comprobantes *titulum Immaculatæ Conceptionis* latè & doctè. Lib. impress. Parisijs 1654. in folio.

Item, in libro Exercitiorum & devotionum pro omnibus diebus hebdomadæ in favorem Confraternitatis Dominæ nostræ de Nazareth, folio 1. posita imagine Conceptionis, dicit: *Office de l'Immaculée Conception de la sacrée Vierge*, &c. Lib. impress. Parisijs 1649. in 16.

IRENÆUS à S. Jacobo Gallus, Carmelita Provinciæ Turonensis & observantiæ Rhedonensis, Theologiæ Professor, tom. 2 suæ Theologiæ tractans de peccatis *V. privilegium singulare propugnat.*

IRENÆUS Lugdunensis, Episcopus ac Sanctus Martyr, lib. 3. adversus Hæreses, cap. 33. folio 301. sic inquit: Sicut Eva inobediens facta & sibi & universo generi humano causa facta est mortis; sic & MARIA habens prædestinatum virum, tamen Virgo obaudiens & sibi & universo generi humana causa facta est salutis: & propter hoc lex eam quæ desponsata erat viro, licèt Virgo sit adhuc, uxorem ejus qui desponsaverat vocat, eam quæ est à MARIA in Evam recirculationem significans: quia non aliter, quod colligatum est solveretur, nisi ipsæ compagines alligationis reflectantur retrorsùs, ut primæ conjugationes solvantur per secundas, secundæ rursus liberent primas. Et evenit primam quidem compaginem à secunda conjugatione solvere, secundam verò conjugationem primæ solutionis habere locum, &c. Quòd hic loquatur Sanctus de puritate Virginis MARIÆ ac ejus præservatione à culpa, lege Fevardentium in Notis ad hunc locum, nota 3. Item, infra: Sic autem & Evæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam MARIÆ. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo MARIA solvit per fidem. Necesse ergo fuit Dominum ad prædictam ovem venientem, & tantæ dispositionis recapitulationem facientem, & suum plasma requirentem, illum ipsum hominem salvare, qui factus fuerat secundùm imaginem & similitudinem ejus, id est Adam, implentem tempora ejus condemnationis, quæ facta fuerat propter inobedientiam, quæ Pater posuit in sua potestate: quoniam & omnis dispositio salutis, quæ circa hominem fuit, secundùm placitum fiebat Patris, uti non vinceretur Deus, neque infirmaretur ars ejus. Si enim qui factus fuerat à Deo homo ut viveret, hic amittens vitam læsus à serpente, qui depravaverat eum, jam non reverteretur ad vitam, sed in totum projectus esset morti; victus esset Deus, & superasset serpetis nequitia voluntatem Dei: sed quoniam Deus invictus & magnanimus est, magnanimum quidem se exhibuit ad correctionem hominis, &c. Nodus indissolubilis fuit peccatum originale, quem ligavit Eva in paradiso; sed MARIA fidelis & obediens ab instanti suæ Conceptionis illum solvit. Item, omnis dispositio salutis facta est ad normam & dispositionem morbi.

Item, lib. 9. cap. 15. folio 464. sic inquit loquens de Eva & MARIA: Quemadmodum enim illa per Angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, prævaricata verbum ejus; ita & hæc per Angelicum sermonem Evangelizata est, ut portaret Deum obediens ejus verbo; & sicut illa seducta est ut effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, ut virginis Evæ V. M. fieret advocata. Et quemadmodum astrictu est morti genus humanum per virginem, solvatur per V. æqua lance dispositia virginalis inobedictia per Virginalem obedientiam: adhuc enim protoplasti peccatum per corruptionem primogeniti emendationem accipiens, & serpentis prudentia devicta in columbæ simplicitate; vinculis autem illis dissolutis, per quæ alligati eramus morti, &c. Lib. impress. anno 1575. & Lutetiæ Parisior. 1639. in folio. Vide de

hac auctoritate Salazarium in suo Defensorio, c. 9. & sæculo 2. folio 359. Hic tamen nihil facit pro nobis; sed illum adduco ad ostendendum eum nihil aliud habere pro nec contra.

ISAACUS Habertus, Episcopus & Comes Vabrensis Gallus, in libro Theol. Græcorum Patrum vindicatæ, circa universam materiam de Gratiâ lib. 1. cap. 26. §. 6. fol. 133. inquit: Exceptio verò illa honorifica, *& immunitas Beatæ Virginis Deiparæ à quibuscumque peccatis*, etiam venialium minimis, ex privilegio singulari, non latuit Patres Græcos, qui toties illam ..... *labis & maculæ expertem vocant*: quamvis enim peccatum veniale præter legem potiùs quàm contra legem, propriè maculam gratiæ habitualis deletricem non imprimat (quo sensu dicitur potiùs ruga, quàm macula) immaculatus tamen accuratissimè dicitur peccati etiam venialis vacuus. Unde Job 16. Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut justus appareat in conspectu Dei cœli non sunt mûdi. Et Prov. 10. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Atqui hanc absolutam *& omnimodam maculæ cuiuscumque etiam impropriæ immunitatem in Beata Virgine fatentur* ac prædicant Græci Patres in Concilio 6. œcumenico Sophronij epistolam approbantes, laudantem ..... MARIAM sanctam, illustrem, quæ Dei sunt sapientem: *liberam ab omni inquinatione animæ* & intellectûs, &c. Lib. impress. Parisijs 1646. in folio.

ISABELLA Capecia, Patriâ Neapolitana, *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Meditationes. Prodierunt impressæ, ut ex Hieron. Gratian. refert Hipp. Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 828.

ISABELLA Castellæ Regina, Ferdinandi V. Castellæ Regis uxor, propter votum in obsidione Granatensis civitatis fabricata est templum *in honorem purissimæ Conceptionis*, &c. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 231.

ISABELLA Clara Eugenia, Belgarum Gubernatrix, an. 1624. scripsit Epistolam ad Summum Pontif. Urbanum VIII. pro diffinitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, &c. quæ incipit: Confido quòd Sanctitas vestra, &c. Extat ad litteram in Hippolyt. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 234. & in Biblioth. fol. 829. Scripsit & alias plures pro hoc mysterio.

ISABELLA Franciæ, Hispaniarum Regina, Philippi IV. uxor, scripsit Epistolam ad Sum. Pont. Urbanum VIII. pro decisione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, &c. incipit: Antiqua devotio, &c. Et extat cum aliis in nostro Regest. Hispanicè, & Latinè apud Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 244. & in Biblioth. fol. 829.

ISIDORUS Clarus, Episcopus Fulginatensis Italus, in Evangelium secundùm Lucam Oratione 4. fol. 14. inquit: Cùm enim mulier Eva visa esset cum serpente contrahere amicitiam, dictum fuit serpenti: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Quæ mulier *& quod ejus semen? sine controversia fuit hæc Beata Virgo* & ejus Filius: nam in alio nullo convenire hæc prædictio potest, &c. Lib. impress. Venetijs 1565. in 4. Sed absque controversia semen mulieris contrivit caput serpentis originalis: cur de muliere excitatis controversiam, si etiam absque controversia, quod semen, id est, Filius habuit per naturam, mulier seu Mater habuit per gratiam?

ISIDORUS Dalus Scalabitanus, Doctor Conimbricensis, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in Lusitania Commissarius & Visitator Generalis, scripsit librum: *Examen veritatis pro Immaculata Virginis Conceptione* in duas partes divisum; quarum una pugnax, altera pacifica est. Manusc. in Bibliotheca Sancti Marcelli Parisiis in fol. Et incipit: Liber primus prooemialis sive apparatus ad celebrem controversiam *de Immaculata Virginis Conceptione*. Apparatum ad celebrem disputationem de Immaculatæ Virginis Conceptione affigere hujus Operis fronti, necessarium esse intellexi, &c. Continet octo libros, & est insigne Opus. Item, edidit *de Conceptione Beatæ Virginis* Orationes duas. De hoc Hippol. Marracius Biblioth. fol. 831. & in Catal. ad ann. 1648. Istoia fol. 163. num. 80.

ISIDORUS, Hispalensis Sanctus Archiepiscopus, Hispanus, in ordinem redegit officia Ecclesiastica Gothica, atque inter alia divina officia sacrarum festivitatum *officium Immaculatæ Conceptionis* reposuit. Ita Velazquez in libro 4. de Mar. Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. folio 375. Petrus Oxeda in Information. Eccles. cap. 8. Quæ colligunt ex Concilijs Toletanis IX. & XI. atque ex Roderico Ximenez Archiepiscopo Toletano lib. 2. cap. 2. Marrac. Salazar & alij.

ISIDORUS Thessalonicensis Archiepiscopus, Sanctus ac natione Græcus, in Oratione 1. de Nat. puræ Dei Genitricis, inquit: Orabat quippe Joachim in monte; locus etiam in quo Annæ preces fundebat, respondebat primi parentis diversorio; erat enim hic etiam hortus, licèt non fructus ex eo exceptus fuerit fructus: ibi enim exorta maledictio *ad novum Annæ viridarium lætitiam* provehit, &c. Quomodò ex sententia Isidori fuisset dissimilis hortus Adami, in quo maledictio, viridarium Annæ, id est, MARIA etiam habuisset peccati originalis maledictionem? potissimùm cùm de hoc viridario dicat infra, & id vocet *lætum* semper virens. Si semper virens; igitur nunquam marcidum, siccum vel combustum viridarium fuit MARIA. Item, infra sic inquit: Idcirco natum novus Adam Christus meus, non perfectus autùm à nuper *nata perfecta* (quod spectat ad homines) *Deo chara puella* & Matre, quæ deindè nos membra Dei fecit, &c. Verùm omnia, quæ facta sunt, sequitur necessariò defectus, nempe corruptio: excipio incorporea; ea enim Conditor talia creavit, ut largiretur eis sine fine existere, ut multiformis sapientia ejus hinc etiam (ut puto) clarescceret, dum rerum productarum quædam paterentur corruptionem, quædam verò immunes à corruptione permanerent. Sed si etiam hoc necessitati subessent creaturæ, *quis purissimam quoq; Virginem hoc malo teneri jure concesset*, per quam in lucem editam vera creationis redintegratio & vita effloruit, ut jam declaratum est? *sicut enim ea nihil fuisse demonstratum est, quæ apud homines laudata sunt; sita unam & Angelis sanctiorem*, & communi infortunio superiorem esse decebat, &c. animæ verò mox oppositum à primo verè principio decessus. Verùm secundùm explicitam corruptionis animæ vim, cùm ea sit Virgo, quæ corruptionem non admiserit: nullus quippe hominum omnino prorsus peccato fuit immunis, unum si excipias illum qui nova proles Beatæ fuit, qui solus utpote Deus & homo, peccatum non fecit nec inventus est

est dolus in ore ejus. *Nullius autem criminis labe, ne-*
mo sublimior Christo ..... Virgo purissima; oportebat
enim plus omnibus aliis assimilari Filio Matrem. Omnium
hominum cognoscitur candore puritatis excellentissima
quæstione mente capi non potest Virgo Immaculata, idcir-
co sola inter homines planè incorruptibilis, &c.
Divinum illud nuntium Deiparæ canamus: Ave
gratiâ plena, per quam omnis creatura gaudet.
Dominus tecum, qui tibi præsens aderat *& ante*
vitam & genitæ, & ante salutationem & in illa, &
post illam alio modo, &c. Ex quibus omnibus
verbis Isidori constat Virginem MARIAM exemp-
tam fuisse à corruptione corporis & animæ: quia
Dominus cum ipsa fuit ante vitam, id est, quando
dispone batur materia, caro & embrio ad ejus vi-
tam, & quando generabatur. Vide (si placet) nota-
tiones Hippolyti Marrac. 17. & 18. super hanc
orationem & locum: nam ibi latè discurrit pro
immunitate Virginis à peccato originali.

Item, Oratione 2. in ingressum *Immaculatissimæ*
Dominæ meæ & Dei Matris semper V. MARIÆ ad Sancta
Sanctorum, inquit: Nascitur ergo sacratissima
hæc pulchritudo, expressissimè Deum referens &
summè Deiforme speculum, divinitus micans
splendor, Deum oblectans iubar, Deum conde-
cens formositas, & sponsa & filia Deo reservata
MARIA & sterili quidem & infœcundo utero; sed
anima fœcundissima, &c. Decebat enim illius
congressus, qui concipiendæ Virginis causa fuit,
primordialem & antecedentem causam non esse
aliud quàm Dei congressum, *ut qua fieri posset sola*
purissima, propheticum quoq; illud evitare posset: In ini-
quitatibus conceptus sum; posset q; ipsa affirmare sola:
Non in peccatis concepit me mater mea. Mirum hoc
etiam numerando inter illa, quæ dictum illud
complectitur: Quia fecit mihi magna qui potens
est; quod quidem parentes suo facto ostenderunt,
è congressu enim habito cum Deo devenerunt
ad congressum, qui suscipiendæ prolis Virg. est,
&c. Vide etiam alia ibi ejusdem Isidori verba,
nam pro nostro assumpto sufficit hoc evidens
testimonium. Item, infra: Posthabitisque paren-
tibus & domesticis commodis, in Sanctis Sancto-
rum alacriter se habitaturam declarat. Introibo
(inquit Davidicè) ad altare Dei, ad Deum qui
lætificat juventutem meam; quoniam tu es spes
mea ab uberibus matris meæ, *in te projecta sum ex*
utero matris meæ; Deus meus es tu, &c. Quibus porro
etiam ingressus novitas implenda erat in Virgine,
ut responderet tum admirabili ejus ortui, tum iis,
quæ admirabiliùs in ea pertractanda erant, *ut ab*
initio usq; ad finem admiranda sint omnia; sed quæ pos-
teriora fuêre, sunt ea sublimiora prioribus; orta
est enim inusitatiori quodam modo, quàm cæteri
homines, &c. Hinc deducitur, quòd si MARIA
orta fuisset sanctificata (ut Joannes vel Hieremias)
non bene dixisset Isidorus, quòd orta fuit inusita-
tiori modo, quàm cæteri homines.

Item, Orat. in Annunt. gloriosissimæ & gratiâ ple-
nissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis ac semper
Virginis MARIÆ, inquit: Nam *etsi puritas Virginis*
incomparabilis erat, nihilque poterat in seipsa vide-
re, quod multum Dei amorem non mereretur; ho-
mo tamen erat qui se habet ad Deum ut menda-
cium ad veritatem, quemadmodum discernit ex-
cessus Propheticus. Propter illud igitur maximè
novum, quod immensum & plusquam immen-
sum ferre deberet angustus venter & novam crea-
turæ cum Creatore conjunctionem, id planè exis-
timabat plusquam miraculum: dumque conside-
rat unionem ad corpus ut quid infirmum & è
luto compactum, & de parente illo prævaricatore
natum, formidabile putabat, quòd tam altum nun-
tiabatur; & erat tota stuporis plena, ut vas è luto
quod lapsu confractum erat, portare posset eum
qui capi non posset. Et magna quidem cogitatio-
num copia ex eo sensu oriebatur: sed ad suam
ipsius animam conversa & intuens, *ut illam Deus*
Immaculatam & supra puritatem puram reservaverit;
ut illa sublimioribus cordis ascensionibus in alti-
tudinem elata cœlestem, ostenderit elata omnia
infra se posita; tum demum stuporem deposuit, se-
que ipsam sedato animo rei, quæ nuntiabatur,
subjecit: Ecce (inquiens) ancilla Domini, fiat
mihi secundùm verbum tuum. Poterat (arbitror)
inculpatissima Virgo modicam sibi aperire viam ad
assentiendum excellentissimæ salutationi è modo
compositionis humanæ animæ & corporis, &c.
Hæc difficillima Isidori nostri verba sic breviter
intelligo & explico: Postquam audivit Virgo
MARIA salutationem Angeli circa Conceptionem
seu Verbi divini Incarnationem, turbata est in
sermone ejus, & cogitabat quæ vel qualis esset illa
salutatio, non ex eo quòd in se sensisset aliquid
impurum vel Deo indignum; sed quia cognosce-
bat quòd caro illa ex qua ipsa concepta fuerat,
erat non solùm caro luti; sed etiam, ut ex primo
parente prævaricatore nata, maledicta: ideo tur-
bata fuit, nesciens vel non inveniens statim mo-
dum quomodo ex vase, quod confractum fuerat
culpâ & peccato originali, poterat nasci mundus,
immunis ac immaculatus Dominus cœli & terræ
Creator & ab illo communi contagio expers. At
post multas cogitationes conversa est MARIA ad
suam ipsius animam, & intuens quòd Deus illam
in sua Conceptione seu unione ad corpus (licèt
aliàs corpus & caro illa ex primo prævaricatore
orta & originem ducens) ex speciali gratia puram
& immaculatam effecerit; potiori jure poterat ip-
semet Deus eandemmet carnem assumere & sibi
unire, & immunis & immaculatus nasci ab illa
primæva culpa. Et dum hæc cogitavit, statim as-
sensum præbuit dicens: Fiat mihi secundùm ver-
bum tuum; & Conceptio sua fuit quasi medium ad
Conceptionem Verbi divini. Videns ergo vel
cognoscens Angelus has MARIÆ cogitationes,
dixit illi: Ne timeas MARIA, invenisti enim gra-
tiam apud Deum, id est, in tua Conceptione: &
si tu invenisti gratiam, ne timeas; quia quod tu
habuisti per gratiam, ipse Dominus habebit per
naturam. Ecce concipies & Sanctum vocabitur
Filius Dei. Tandem in omnibus prædictis Oratio-
nibus Isidorus noster ferè semper vocat Virginem
MARIAM *Immaculatam, Immaculatissimam, super Im-*
maculatam, super-puram, purissimam, receptaculum
magnum & sine labe thesaurum, &c. Extant hæc
omnia in lib. impress. Romæ 1651. in 8.

ISIDORUS Toletanus Archiepiscopus, ac San-
ctus Hipanus, disposuit, reformavit ac ad debitam
formam reduxit Missale Muzarabe, secundùm ali-
quos Doctores, & ab illius tempore collocatum
fuit ibi *officium Conceptionis Virginis MARIÆ* in no-
stra Hispania. Vide Ambrosium de Moral, lib. 12.
cap. 15. Marian. lib. 6. cap. 5. Loaisa in notis ad
Concilium IV. Toletan. Joan. Eusseb. de Obiect.
Concep. cap. 3. fol. 13. Oxeda, fundam. 1. cap. 5.

JUAN-

JUANNETINUS Niño, Ord. Minorum Hispanus, dedit testimonium quomodò Paulus Papa V. concessit centum dies indulgentiarum die 10. Julij anno 1615. per speciale Breve omnibus recitantibus Antiphonam & Orationem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Et extat impress. in 4. & incipit Hispanicè: Alabado sea el santissimo Sacramento, *y la purissima Virgen MARIA concebida sin pecado original.*

Item, in Conclusionibus habitis in Capitulo generali defendit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali.* Daza, folio 52.

JUDOCIUS Clithovæus, Neoportensis Flander, Canonicus Carnotensis, in libro Sermonum de Salutatione Angelica ad Beatam Virginem, fol. 644. inquit de Beata Virgine: Tanta siquidem in ea est gratiæ ubertas, *quòd omnimoda puritate nitens nullam unquam peccati originalis nec venialis nec mortalis maculam senserit aut contraxerit*, &c. Lib. impress. Parisijs 1556. in 8.

Item, in Tractatu de dignitate & excellentia Annuntiationis Beatæ MARIÆ Virginis, capite 7. folio 24. inquit: Dominus tecum & Deus verus qui te sibi gratum elegit suæ Majestatis (*in quo ab initio tuæ Conceptionis placida requiesceret*) habitaculũ. Tecum Deus Spiritus Sanctus, cujus bonitas te sua sanctificatione replet, &c.

Item, in Opusculo de benignitate & gratiâ Visitationis Beatæ MARIÆ V. cap. 8. fol. 84. inquit: Secundò, singulari suæ gratiæ indultu illam multis Prophetarum oraculis & figuris præsignavit, prædixitque futuram eam, quæ serpenti caput fortiter esset contritura. Tertiò, *superna benedictione eandem præveniens, originalis maculæ contagio unicè ac mirifice præservavit*, &c. Et infra: Verè magna & mira & multa Deus operatus est in MARIA, *cùm eam à peccatis præservavit, cùm eam sanctificavit*, cùm Filium Dei ex ea nasci voluit, &c. Hæc duo Opuscula prodierunt Parisijs apud Henricum Stephanum in 4. absque anno impressionis.

Item, in libro dicto: Elucidatorium Ecclesiasticum, lib. 5. fol. 101. in Expositione Cantici sacrosanctæ Virginis MARIÆ Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna qui potens est, inquit: Et certè magna ipsi sacro-sanctæ V. fecit Dominus, *quoniam ipsam antequam conciperetur prævenit in benedictionibus dulcedinis & à labis originalis contagio in ipso Conceptu servavit immunem, ut in Opusculo de puritate Conceptionis ejus* latiùs disseruimus. Item, ibidem lib. 4. folio 201. *in Prosam de Conceptione Virginis MARIÆ* habet annotationes sive elucidationes. Lib. impress. Parisijs 1558. in fol. & 1548. in 8.

Item, in libro illo singulari, cujus titulus est: In Orationẽ Dominicam, Salutationem Angelicam, duodecim Articulos fidei, decem præcepta Decalogi, & septem Sacramenta Ecclesiæ. Item, de Dominicis diebus totius anni, ac Festis annualibus. Item, de Festis gloriosæ Virginis MARIÆ ac de alijs per anni decursum pluribus Sanctis & varijs insuper rebus ad concionandum utilissimis. Item, alij multi Sermones ab eodem Latinè scripti & prolati. Adjecta sunt præcedentibus quæ sequuntur: ejusdem Clithovæi de dolore Beatæ MARIÆ Virginis in passione Filij sui Opusculum in quatuordecim capita divisum. Item, Homilia de statione Beatæ MARIÆ Virginis juxta Crucem Filij sui super illud Joannis: Stabat juxta Crucem JESU Mater ejus, &c. In hoc ergo libro, folio 151. adducit *de festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ Sermonem* unum, de incipit: Speculum sine macula, &c. Quamvis hæc verba. Et *in eodem festo Conceptionis Beatæ MARIÆ V.* Sermonem secundum. Incipit: Tu sola supergressa. Item, ibidem *de eodem festo Conceptionis sanctæ V. MARIÆ* Sermonem tertium. Incipit: Benedixisti Domine. Item, ibidem folio 247. *de Conceptione Immaculata Beatissimæ Virginis MARIÆ* Sermonem alterum, & incipit: Speculum sine macula. Tanta filiorum. Lib. impress. Coloniæ 1535. & 1565. in folio. Extat etiam alter tomus in folio impress. Parisijs 1634. & adducit prædictos quatuor Sermones à folio 211. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Extant etiam aliæ impressiones hujus Doctoris, scilicet Parisijs 1548. in 8. & 1513. & 1556 in 4.

Item, in Opusculo de Veneratione Sanctorum, libro 2. cap. 13. fol. 79. vocat Virginem MARIAM *præventam in benedictionibus dulcedinis, electam & præelectam, & exemptam ab omni peccato*, &c. Extat impress. cum quodam Opusculo de Sacramento Eucharistiæ Parisijs 1523. in 4.

Item, scripsit Opusculum *de Veritate Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ.* Incipit liber 1. Quid peccatum originale, & unde exortum est? Lib. 2. Ob tolerantiam passionum temporalium, aut remissionem peccatorum hominibus necessariam non reponi *in Virgine MARIA peccatum originale.* Impress. Parisijs apud Henricum Stephanum in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio, & habet folia 57. capita verò 55.

Item, in Prosa de Conceptione in suo Elucidario ad diem 10. Aprilis, fol. 285. incipit:

Dies ista celebratur,
In qua piè recensetur
Conceptio MARIÆ, &c.

Lib. impress Parisijs 1516. in folio.

Item, in Oratione facta in Vesperijs Magistri Ludovici vel aliàs Ursini socij Sorbonici & domestici anno 1511. loquendo de Ecclesia Bajocensi agit de determinatione facta à Concilio in eadem Ecclesia *super pura & incontaminata Conceptione V. MARIÆ, atque à labe peccati originalis præservatione.* Extat Opus in insigni & Regio Collegio Navarræ in folio.

Item, ibidẽ est Tractatus ab ipso recollectus sub titulo: *Recollectio ex officio Conceptionis Sacrosanctæ Virginis* secundùm usum Romanum, &c. Et adducit auctoritates Sanctorum, & Bullam Concilij Basileen. super approbationem ejusdem, folio 234.

Item, ibidem sub hoc titulo, folio 237. Confutatio erroris nostra tempestate à quodam Necterico disseminati, quòd sacratissima Virgo Maria in hora passionis Filij sui non doluerit, sic inquit: Insuper non defuerunt inimici *tuæ Immaculatæ puritatis, ô candidissima Virgo, qui contenderunt te in primo exortu contraxisse labem contagiosæ culpæ originalis*, nec erubuerunt illud unicum tabernaculum, quod sanctificavit Altissimus, illam domũ magnificam, quam ædificavit sibi divina Sapiẽtia, fœtidare, & dæmonico fœtore inquinare, &c. Et ibi loquitur contra Wigandum, ut apparet ex principio, ubi dicit: Wigandus malè sentiens de Conceptione Sanctissimæ Virginis MARIÆ.

Item, idem in alio tomo in 4. habet Sermonem *in die Conceptionis Dominæ nostræ* an. 1509. in Cardinali super themate: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, &c. Est brevis Sermo.

JU-

JUDOCUS van Blommeghem, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 7. Julij anno 1649. Thesi 14. de Peccato originali, publicè hæc defendit: *Ab hoc omnique ejus debito seu proximo seu remoto Deiparam liberamus.* Impress. ibidem eodem anno in 4.

JUDOCUS à Castro, Ordinis Minorum Germanus, in libro Concionum super Evangelia Dominicalia, parte Hyemali in Elencho ad formandas Conciones, *in festo Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* indicem folio 720. Lib. impress. Antuerpiæ 1633. in 4.

Item, in Decachordo morali de decem virtutibus Immaculatæ Virginis Annuntiatæ; in Elencho fol. 468. *in festo Immaculatæ Conceptionis* Elenchum. Lib. impress. Antuerpiæ 1635. in 4.

JUDOCUS Fonteyn, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 24. Julij ann. 1641. Thesi 30. hæc defendit: Non ideo non futura Virgo, quæ ut digna foret Deo Mater, nova creatura esse non debuit. *Eam, si vis, à debito incurrendi originis eximere, dic conditionatè tantùm in Adamo constitutam.* Impress. ibidem in 4.

JUDOCUS Ravesteyn Tiletanus, Doctor Lovaniensis, in Apologia seu defensione Decretorum Sacrosancti Concilij Tridentini, &c. folio 554. sub hoc titulo: An Beata Maria Virgo sine peccato originali concepta sit? incipit sic: Anni sunt ferè quingenti, ex quo quæstio *de Immaculata Virginis Conceptione in Ecclesia agitari cœpit, & in quamplurimis Ecclesijs paulatim ea sententia recepta est, & obtinuit, quòd sine labe peccati originalis Virgo Mater concepta esset*, eaque sententia progressu temporis publica celebratione etiam approbata, &c. Vide usque ad folium 157. Lib. impress. Lovanij 1588. in 8.

JUDOCUS Sepselius, Aquensis Patricius, in libello: Rosacea augustissimæ Christiferæ Mariæ corona, in Carminibus ad finem sic habet:

Teque mali puram, quam concepisse probatur
Anna ferax, nostro semper ab ore sonet. Ave.

Et in prosa: Quomodò Maria contrivit caput serpentis, &c. Jam verò templum illud Salomonis, nunquid aptè Mariam significavit? nam ut in illo nihil erat, quod non auro tegeretur; ita *& in hac nihil invenias*, quod non divini Verbi splendoribus ac pulchritudine illustretur, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. in 4. absque anno & loco impressionis.

JULIANA de S. Francisco, natione Romana, fundavit in civitate Granatensi Monasterium *Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*, anno 1530. ut dicitur in libro civitatis Granatensis cap. 17. fol. 118. à tergo. Impress. à Francisco Bermudez de Pedreza 1608. in 4.

JULIANUS Bezzi Italus, in libro dicto: Il fuoco triumphante: raconto della trasslatione della miraculosa imagine detta la Madonna del Fuoco protrettrice della cita de Forlì solenizzata da essa Città sotto li xx. de Octobre M.DC. XXX. VI. folio 19. & 35. adducit Hieroglyphica pro *immaculata puritate Virginis*, ut est illud: Candor illæsus, & illud: Ardet & non comburit, & illud folio 56. Ipsa conteret caput tuum. Vide ibi latè, & in ligata oratione 72. fol. 55. & 65. sic sparsim:

Sgombra MARIA col vago è bel sereno
Delle colpe gli orror, &c.
Non se fulmina mai done è MARIA
Advocata de miseri pietosa
Vergine Immaculata, &c.

Lib. impress. Forli 1637. in 4. Vide etiam folium 88. ubi est quædam Oratio Anonymi.

JULIANUS Castelui & Latron, Valentinus Ordinis Carmelitarum, scripsit Conciones *de Immaculata Virginis Conceptione* editas anno 1632. ut testatur Hippol. Marrac. in Catalogo.

JULIANUS Hayneufue, Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: Veritates practicæ ex vita D. Jesu, Sanctorumque gestis in singulos anni dies, folio 465. *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, Cant. 4. Veritas practica: *Conceptio sine macula non potest verè coli cum macula.* Vel sic: *Prævaricatorem esse oportet, qui Conceptionem sine macula* colit cum macula. Adducit tria puncta. Item, fol. 470. in eadem die ad illud, Apocalypsis 22. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, adducit alia themata usque ad folium 484. vocando *Conceptionem Immaculatam* repetitis vicibus. Rothomagi 1652. in 4.

Item, in libro Meditationum Gallicè, parte 1. folio 632. adducit Meditationem pro festo Conceptionis Dominæ nostræ, super illa verba: Qui est lilium inter spinas, amavit me super omnes, &c. Ubi de ejus Immaculata Conceptione agit latè per sex puncta. Impress. Parisiis 1644. in 4.

JULIANUS Hispanus, Sanctus ac Episcopus, sustinuit & scripsit quòd Beata Virgo Maria fuit terra benedicta, à qua avertit Dominus iram, captivitatem & maledictionem, quâ fuit maledicta & captiva omnis reliqua turba filiorum Adæ; *quia MARIA fuit terra sancta, benedicta, illibata, incontaminata ac libera à diaboli jugo*, &c. Ita Jacobus Faber Stapulensis in Psal. 84. fol. 121. Lorinus tomo 2. in Psal. folio 745.

JULIANUS Manceau, Ordinis Minorum Gallus, in libro dicto: Sermons & parcelles des Sermons divers, folio 254. Quòd Maria fuit creatura Mater sui Creatoris, unàque filia Adami & Evæ absque culpa patris & pœnis matris, *& absq; peccato originali.* Sic in indice rerum. Lib. impress. Parisiis 1617. in 8.

Item, in libro: Actions Chrestiennes ou Sermons pour les solemnitez de tous les Saincts, folio 409. adducit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & incipit: Quelle conception, d'esprit, &c. Lib. fuit impress. Parisiis 1616. in 8.

JULIANUS Mechor de Leona, Poëta Hispanus, scripsit Carmina *de purissima Virginis MARIÆ Conceptione.* Impress. cum aliis apud Sanct. Zapata, libro de Concept. fol. 153.

JULIANUS Petrus, Archipresbyter S. Justæ Hispanus, in Chronicon ad annum 395. inquit: Traditio fuit ab Apostolis in Concilium congregatis *Beatam Virginem MARIAM Dei hominisq; veri Matrem originali peccato intactam fuisse*, &c. Lib. imp. Lutetiæ Parisiorum 1628. in 4.

JULIANUS Toletanus, natione Hispanus, & à secretis D. Bernardo Archiepiscopo Toletano vivente tempore Alphonsi Sexti, anno 1037. loquens de ipso, sic inquit: Erat Beatæ Virgini devotissimus, qui faciebat celebrari festum ejusdem Dominæ cum magna devotione, *& fecit celebrari devotiùs festum Immaculatæ Conceptionis ejus, quod prædicavit in Hispania Sanctus Iacobus*, & incœpit ab Apostolis in Concilio decernentibus, &c. Ita in

Chronicon edito à D. D. Laurentio Ramirez de Prado Parisiis 1628. num. 697.

Item, in Adversariis num. 395. sic inquit: *Traditio ab Apostolis in Concilio congregatis Beatam Virginem MARIAM originali peccato incontactam esse, &c.* Vide Benedictinam Lusitanam. R. P. Nicolaus de la Iglesia Carthusianus in libro Florum & Appendice pro Immaculata Conceptione, folio 206. loquendo de hoc Auctore, sic inquit: Escribio un Chronico de los Santos y cosas memorables de España y otro libro que intitulo Adversarios sobre la mesma materia: en uno y en otro predica *la pura Concepcion de MARIA*, predicada desde el tiempo de Santiago, &c.

JULIANUS de Valderas Hispanus, edidit Cantionem in laudem *Immaculatæ Conceptionis MARIÆ sanctissimæ Dominæ nostræ, &c.* In charta expansa Matriti per Andream Garcia de la Iglesia.

JULIUS Antonius Ridolphi, natione Italus, scripsit de *Virgine MARIA concepta absque peccato originali* Concionem unam, quæ typis mandata fuit Romæ cum alia, ad SS. D. Innocentium X. & aliâ de Nativitate ejusdem Virginis, an. 1646. in 8.

JULIUS Capilupus, Poëta Latinus, in Centonibus ex Virgilio ad Beatissimam Mariam Virginem Lauretanam tempore quo pestilentia grassabatur, sic concludit:

. . . . Agnosco veteris vestigia fraudis;
Hinc & prima mali labes præcepta secuta
Matris Acidaliæ: tales expendere pœnas
Non aliam ob culpam voluit Rex magnus Olympi,
Quare, ut te supplex peterem, tua limina adivi.

Extat in Bibliotheca selecta Antonij Possevini lib. 17. folio 438. & licèt Carmina ista non expresè tangant Conceptionis Virgineæ mysterium, quasi ad illud respiciunt.

JULIUS Cæsar Bracinus Italus, transtulit Italicè Meditationes R. P. Ludovici à Ponte Societatis Jesu, in quibus part. 2. medit. 3. à folio 12. usque 17. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Lib. impress. Venetijs 1636. in 4. & Romæ 1620. in 8.

JULIUS Cæsar Bulengerus, in lib. Diatribæ contra Isaacum Causabonum, Diat. 3. f. 88. sic inquit: David Cytharæus Lutheranus Auctor est, hodieque Græcos in Horologio suo sub meridiem noctis B. Virginem his verbis appellare: Supplices rogamus te, quæ murus es inexpugnabilis, arx salutis, Dei Mater Virgo, hostium insidias dissipato præsidium tremendum *ab ignominiæ labe liberum*, ne pia Dei Mater omnium Regina negligas nostras deprecationes. Lib. impress. Lugduni, anno 1617. in folio.

JULIUS Cæsar Capaccius, Doctor Theologus Italus, in libro Sermonum Quadragesimalium, ad finem adducit Sermonem de Assumptione Virginis Mariæ, & ad illa verba: Quæ est ista quæ progreditur? inquit: Progreditur, per che sempre ha fatto progresso alla beatitudine la Madre de Dio: Ibunt justi de virtute in virtutem. Vedete il progresso ch' *è conceputa santta*, nasce santta, è santtamente si alleva, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Neapoli 1586. in 8.

JULIUS Cæsar Galeottus Assisiensis, traduxit Historiam translationis Domûs Lauretanæ; ut videre est in lib. impress. Fermi & Maceratæ, & in uno vocatur Virgo Maria semel & iterum *Immaculata*; in altero vocatur *concepta absq; peccato originali, &c.* Prima impressio fuit facta an. 1586. & altera 1628. & semper in 12. Vide Hieronymum Angelitam & Vincentium Brigantium.

JULIUS Cæsar Recupiti, Societatis Jesu Neapolitanus, Opusculo de Signis prædest. & reprobat. ac de num. prædest. & reproborum: Signum, quod est devotio erga Deiparam, & reprobat. &c. ad folium 444. & 12. prædest. *Quòd Virgo MARIA in Adam non peccavit exempta à lege communi sicut Filius* inter Hebræos, &c. Impress. Neapoli 1643. in 4.

Item: *Quomodò MARIA concepta dici possit redempta, atque gratia ejus in Conceptione inchoata, quæ sua*, incidenter in libro de Deo Uno, tom. 1. part. 1. lib. 3. quæst. 12. Impress. Neapoli 1642. in folio & libro 6. quæst. 14. Item: *Quòd caro MARIÆ exempta fuit ab omni labe, atque à lege ordinaria contrahendi originale peccatum*, in lib. 6. de Deo Uno, quæst. 13. Impress. Romæ 1637. in folio.

Item: *Quòd V. MARIA fuit concepta absque peccato originali*, in Sermone de Sanct. Antonio Paduano, part. 1. fol. 63. Impress. Neapoli 1636. in 4.

JULIUS Cæsar Scaligerus, in Hymnis Panegyric. de Beata Virgine, sic inquit:

O Virgo sine labe, sacrâ mihi purior undâ, &c.

JULIUS Cæsar Valentinus Povianus de Carpineto Italus, in lib. dicto: Novo leggendario de la vita de Maria Vergine Immaculata Madre de Dio, è signore nostro Jesu Christo, composto Hispanicè ab Alphonso de Villegas, & traducto Italicè à prædicto Auctore, *de Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Caput unum in crimine tertium, à fol. 12. usque 16. Impress. Venetijs 1596. in fol. & 1602. in 4.

JULIUS Cortesius Neapolitanus, in libro: Concetti Catholici ridoti in forma de Orationi sopra alcune materie degli Evangelij correnti, &c. de Verbo incarnato, fol. 121. inquit: Salva coel Ave voce di sommisione & de bonta, voce de letitia, & di justitia. Tre furno le prime lettere del serpente, car tre sono dell' Angelo: Ave. Ma quelle adverviali como contrarie il verbo, quelle indeclinabili como piene de confusione. Queste declinabili come ordinate, & piene di chiaratione, &c. Ecco la lode: Gratia plena: ecco la pieneza de ogni gratia: Dominus tecum: il effetto: Benedicta tu in mulieribus; con la gratia faccici il delito: con el signore l'immico; con la benedittione la maledittione: Ave, &c. Lib. impress. 1386. in 12.

JULIUS Gemmellus Montagnanensis, Ordinis Minorum Italus, in libro: Duodecim mirabiles Gyri ad mentem Platonis, Aristotelis & Theologorum totum cursum Scholasticum Theologiæ, Philosophiæ & Logicæ circumgyrantes, &c. Gyro 7. ad finem, folio 85. inquit: Pro Matre nedum se humilians Filium fabri, scilicet Sancti Joseph permisit nominari; sed & in cruce pallium est, *quia non redemit eam redemptione sublevativa, ut cæteros homines, sed præservativa*, quomodò etiam legitur de Abraham quòd redemptus fuit ab Ur Chaldæorum, in quo frater suus positus fuit: non enim in Ur positus fuit & postea de ea sublevatus & redemptus; sed præservatus fuit, ne in Ur mitteretur, sicut frater. *Ita Beatissima MARIA, quæ per passionem Filij prævisa, fuit redempta præservativè ne conciperetur in originali actualiter, sicut cæteri homines*, &c. Lib impress. Venetijs 1592. in 4.

JU-

JULIUS Girellis Italus, *Tractatum de Conceptione Virginis sanctissimæ* à R.P. Christophoro de Fonseca editum in linguam Italicam transtulit. Impress. Venetijs 1618. in 4.

JULIUS Hyssopus Cæsenas, Lector Patavinus Ordinis Prædicatorum, tenuit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*; ut videre est supra verb. Hieronymus de Ferrarijs.

JULIUS Laborius de Laurino, Caputaquen. Protonotarius Apostolicus, in libro de Jubileo & Indulgentijs part. 2. cap. de Excommunicationibus extra Bullam Cœnæ, num. 32. contra affirmantes peccare eos, qui tenent *Beatam Virginem esse conceptam sine vel cum peccato originali*, & contra habentes libros continentes supradicta, numerum unum ubi adducit Decreta Pauli V. & Gregorii XV. folio 247. Et cap. 23. Quòd Prædicator refellens alteram partem contradictionis circa *Conceptionem Beatæ Virginis* suspendatur ab officio, num. 91. Impr. Romæ 1625. in 4.

JULIUS Mazarinus, Societatis Jesu Italus, super Psalm. Miserere, part. 3. *Quòd Virgo MARIA fuit libera à peccato originali* Discursum in ordine 124. Lib. impress. Romæ 1600.

Item, *Quòd Immaculata Virgo fuit immunis ab omni peccato*, discur. 96. Lit. K. in libro: David restauratus, fol. 492. Impress. Romæ 1600. in 4.

Item, *Quòd Beata Virgo MARIA fuit libera à peccato originali* Discur. unum numero 124. in 4. parte Hæc Gloria Patri. Impress. Romæ 1609. in 4.

Item, in Summa de Evangelica observantia par. 1. discurs. 34. Quomodò prædicandum in die Circumcisionis, Purificationis & *Conceptionis*, folio 461. Impress. Venetijs 1645. in 4.

JULIUS Papa secundus (antea Julianus de Ruvere dictus) Patria Savonensis, pro Ordine Monialium *Immaculatæ Conceptionis dedit* Bullas plures.

Item, pro Confirmatione Religionis Monialium *Immaculatæ Conceptionis* dedit latam Bullam expeditam anno 1511. 15. kalendas Octobris. Velazquez, fol. 346. Marrac. in Pont. fol. 162.

Item, concessit omnibus Christi fidelibus pœnitentibus ac confessis in Regno Castellæ constitutis, qui imaginem B. Mariæ V. & ejus Filij portaverint quam Moniales Ordinis *Sanctæ Conceptionis* in scapulario & pectore deferre consueverunt, & novies Salutationem Angelicam devotè recitaverint, ut consequantur indulgentias concessas decem virtutibus, &c. Ita Emmanuel Rodericus tomo 1. quæst. 57. fol. 557. Marrac. ubi supra.

Item, pro causa exorta in civitatibus Murciana & Huete *circa Conceptionem Virginis MARIÆ* expedivit Bullam, quæ incipit: Sua nobis dilecti. Romę apud S. Petrum 1508. 9. Kalen. Julij an. 8. Extat in Processu, cujus originale est apud nos.

Item, dedit octoginta millium annorum indulgentias dicentibus sequentem Orationem: Gloriosissima Regina misericordiæ, saluto venerabile templum uteri tui, in quo requievit Deus meus. Amen. Gloriosissima Regina misericordiæ, saluto virgineum cor tuum, *quod purissimum fuit ab omni contagione peccati*. Amen. Gloriosissima Regina misericordiæ, saluto *nobilissimam animam tuam, ornatam omnibus pretiosissimis donis omnium donorum, gratiarum & virtutum*. Amen. Ita in Breviario PP. Canonicorum S. Crucis Coloniæ, & habet hanc rubricam: Julius Papa II. pro testamento reliquit, deditque ad præscriptas Orationculas octoginta millium annorum dicentibus ad pulsum pariter manè & serò. Secunda autem Oratiuncula est illa: *Ave rosa sine spinis, tu quam Pater in divinis majestate sublimavit & ab omni væ purgavit. MARIA stella, &c.*

JULIUS Roscius, natione Italus, *de Conceptu Virginis* scripsit Heroicum Carmen.

JULIUS Tertius, Summus Pontifex, anno sui Pontificatûs tertio curavit emendari Martyrologium Romanum, in quodie 8. Decembris extat *Conceptio Sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV Christi*; ut videre est in libro impress. Venetijs 1553. in 4.

Item, confirmavit cuncta quæ circa Religionem Monialium *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis* sui statuerunt Antecessores, &c. Marrac. in Pont. Marian. fol. 190.

Item, dedit recitantibus sequentem Orationem viginti duo millium annorum Indulgetias; Oratio autem ita se habet: Ave sanctissima Maria Mater Domini mei Jesu Christi, Regina cœlorum, Paradisi porta, specialissima Domina Angelorum. Tu es castissima Virginum *concepta sine peccato*. Tu concepisti Dominum nostrum Jesum Christum sine omni peccato, tu peperisti Creatorem & Salvatorem mundi, in quo est nulla nobis diffidentia. Obsecramus, libera nos ab omni malo & ora pro peccatis nostris. Amen. Sic in Breviario Canonicorum Regularium S. Crucis Colonien. in principio, ubi rubris characteribus extat hæc rubrica: Julius Papa III. innovavit præscriptam Orationem; secundùm præscriptam formam & indulgentias duplicavit, quorum numerus se extendit ad 22. millium annorum.

JULIUS Ursinus Romanus, agit de revelatione facta Sanctæ Franciscæ Romanæ circa *Immaculatam puritatem Virginis MARIÆ*, ut refert Joan. Tam. de Salazar ad annum 1440. folio 269. & citat Marrac. in Fundat. Marian. cap. 28.

JULIUS Zanchinius, natione Italus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Caput tertium in libro de Imagine vitæ Beatæ Virginis Mariæ, à folio 26. usque 43. Impress. Florentiæ 1593.

JUNIPERUS Manneserius, Ordinis Minorum Italus, in descriptione Provinciæ S. Thomæ Pedemontis Ordinis Sancti P. N. Francisci Observantium, refert quòd in prædicta Provincia sunt viginti & un. Altaria *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ex relatione MS. ad finem.

JUNIPERUS Parascandoli à Neapoli, Ordin. Minorum Italus, in libro dicto: Spicilegium Evangelicum, part. 2. fol. 244. feria 5. Dominicæ Passionis: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit immunis à labe peccati originalis*. Neapoli 1652. in folio.

JUSTINUS à Cora, Ordinis Minorum Italus, in Assertionibus habitis 1646. subtus depictam imaginem *Immaculatæ Conceptionis*, sic inquit: *Tota pulchra & decora, Virgo Mater es Aurora, Luna sine macula*. Impress. Neapoli in charta expansa.

JUSTINUS Micchovienſis, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Discursus prædicabiles super Litanias Lauretanas Beatissimæ Virginis Mariæ, tomo 1. ad illud: Mater purissima, discursu 135. fol. 298. post alia de puritate Beatæ Virginis, hæc ait: De puritate animæ Beatæ Virginis Mariæ. Puritas animæ consistit in carentia culpæ: tunc enim anima pura dicitur, cùm ab omni culpa libera, nulla contagione & sorde peccati macula-

ta est. Culpa enim animam maculat, cùm ab ea nitorem gratiæ & pulchritudinem spiritualem aufert. Gratia autem animam puram reddit, cùm ab ea maculam seu deformitatem peccati tollit & pristinum nitorem ei restituit. Hinc Sancti, quia culpâ carent, immaculati dicuntur, Psalm. 118. 1. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et Psalmo 14. 2. quæritur: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Et respondetur: Qui ingreditur sine macula. Et Ephes. 5. 27. Ecclesia Christi dicitur non habens maculam neque rugã. Et Apoc. 14. 5. de Beatis dicitur: Sine macula sunt ante Thronum Dei. Cùm ergo Beatam MARIAM Virginem *purissimam in anima dicimus omni culpa carnisse, nulla contagione aut sorde peccati maculatam esse vel fuisse confitemur.* Cùm autem peccatum geminũ sit, originale videlicet, quod per voluntatem Adæ commissum ad nos per generationem venit; & actuale, quod per voluntatem peccantis committitur; quatenus Beata Virgo MARIA ab utroque peccato pura fuerit, sedulò & sobriè quærendum est. Item, infra sub hoc titulo: An Beata Virgo in sua Conceptione fuerit pura à peccato originali? discursu 136. Attentos vos plus solito video, eo fortè consilio, ut ex me intelligatis quid in re admirandæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis sentiam, quomodò quęstionẽ istam (quæ cum tot rixis duellis, scandalis, tumultibus, simultatibus proh dolor! apud eruditos & ineruditos in tota ferè Europa evulgata est) expediam. Equidem is sum, qui intelligam pro concione hac de re nemini debere esse sermonem. Cùm enim Ecclesia de ea re hucusque nihil definierit, insuper redundantibus humanarum rationum aquis legem posuerit, ne transirent fines suos, his nos contineamus oportet limitibus, nec eos transiliamus secreta divina & in caligine, &c. Et inferiùs: Huc (credo) Summi Pontifices respexerunt, qui Conceptionem Beatę MARIÆ Virginis miram vocant, & nos illorum exemplo ubiq; admirandam dicimus; magis enim mirari convenit, quàm loqui de his rebus, quæ in thesauris divinæ sapientiæ latitant & Ecclesiæ nondum revelata sunt. Pio itaque ac reverenti silentio hanc controversiam pertransibo; nec majorem zelum seu devotionem erga Beatam Virginem mihi adscribam, quàm habuerint Summi Pontifices Sixtus IV. Alexander VI. Pius V. Paulus V. Gregorius XV. qui hanc controversiam indecisam esse voluerunt, & hoc ipso Beatam Virginem hac in parte meliùs honorari silentio, quàm præconio, sanctè judicarunt. Optimum enim genus laudis est silentium: Quę summa sunt, silentio honorari volunt, ait Clemens lib. 1. Recognit. Solùm igitur ea, quæ certa & explorata sunt, apud eos præsertim qui hanc materiam sobriè & modestè tractarunt, hîc referam; incerta & occulta sapientiæ divinæ relinquam. Et primum assertum illius est, Virginem fuisse ex Adam, secundum verò proponit sic: Secundò, certum est Beatam Virginem ex vi suæ Conceptionis obnoxiam fuisse peccato originali, seu debitum habuisse contrahendi illud, quandoquidem id debitum annexum est carni humanæ ordinariâ viâ ex Adamo propagatæ: quia supposito lapsu in primo parente, ex vi conceptionis naturalis semper concipitur proles carens gratiâ & justitiâ, atque adeò in peccato, nisi gratiâ Dei fuerit impeditum. Supposito itaq; Beatam Virginem propagatam fuisse viâ ordinariâ ex Adam, hoc debitum negatum potest salva fide; nam inter Catholicos convenit Beatam Virginem per Christi Sanguinem redemptam, & quod Apostolus ait 2. Cor. 5. Christus pro omnibus mortuus est, sine ulla exceptione esse accipiendum. At si Beata Virgo neque actu, neque potentia, neque in se, neque in parente servituti peccati obnoxia fuit, neque (ut dicam) in Adamo vendita est, quomodò quæso redempta dici potest? *Ad veram enim redemptionem requiritur, ut redemptus antea fuerit servus vel captivus, vel saltem esse debuerit, nisi cum redemptoris gratia præveniisset*, juxta illam communem Zozimi Papæ sententiam, quam refert S. Augustinus Epist. 157. Redemptus dici non potest, nisi qui verè per peccatum fuerit antea captivus. Tertiò, certum est potuisse Deum Beatam Virginem *in primo Conceptionis suæ, non solùm à peccato originali, sed etiam à debito illud contrahendi, &c.* poterat enim Deus carni Beatæ Virginis, etiam ordinario modo ex Adamo propagatæ, infundere animam rationalem eodem tempore divinâ gratiâ, & ita jam peccatum originale non contraxisset: illa enim gratia absolutè ab anima Beatæ Virginis aversionem à Deo, & insustuliisset privationem originalis justitiæ, atque adeò peccatum originale, quod in illa aversione & privatione essentialiter consistit, ut S. Doctor noster prima secundæ, quæst. 82. articulo 3. docet. Rursus poterat Deus Beatam Virginem tunquam futuram Matrem suam, non ex infecta radice seu propagine Adæ assumere, *sed alia extraordinariâ viâ eam sibi procreare, & ita à debito incurrendi peccatum Adæ eam immunem reddere*: vel poterat (ut re ipsa eum hesitelui-picantur Catharinus, Galatinus, Vignerus & alij) in illo pacto quod fecerat cum Adam (si videlicet ipse in divina obedientia perseveraret, omnes posteri ejus, quasi hæreditario jure sanctitatem & gratiam Dei obtinerent; sin autem divinum mandatum transgrederetur, omnes posteri ejus Deo invisi ejusque inimici essent; Beatam Virginem non comprehendere; tunc enim etiamsi Virgo ex Adam descendisset; debitum tamen incurrendi peccatum originale non contraxisset, quia in pacto illo comprehensa non fuisset, sine quo (ut illi ajunt) nullus peccasset in Adam. *Quid Deus fecerit cum gloriosissimã Virgine Matre sua futura in puncto Conceptionis eius in utero matris, ipse solus novit, qui sibi tunc regale palatium, in quo novem mensibus carne humana indutus habitaret, construere cœpit, & redemptionis nostræ tunc primo fundamenta jecit; cùm Scriptura non loquatur, Ecclesia non doceat, Doctores non conveniant.* Quare pronuncient alij ut placet, referant divina mysteria prout eaque sua devotio suadet. Mihi religio est secreta divina in silentio & caligine contemplari, antiquos Patres venerari, summi Pastoris ac Ecclesiæ Doctoris Romani Pontificis vocem audire; quod ipse summus fidei Arbiter jusserit, & de gloriosissima Virgine sentire, credere, docere, prædicare & scribere. Quintò, certum est gloriosissimam Virginem antequam nasceretur fuisse in utero matris suæ sanctificatam, hoc est, copiosissimis gratiarum muneribus cumulatam, & de hoc nulla unquam fuit controversia; sed omnes omnium Ordinum Theologi tum antiqui, tum moderni id constantissimè docuerunt & docent in 3. Sent. dist. 3. & super 3. D. Tho-

D. Thomæ quæst. 27. art. 1. quorum rationes vide ibi. Porrò controversia illa antiqua fuit de sanctificatione à peccato; de qua (ut toties dixi) nullam prorsus volo habere mentionem: de sola sanctificatione, quæ significat gratiæ infusionem, in toto hoc opere loquor; qualis illa fuerit, & quomodò facta sit, non disquiro. Stat igitur firma sententia Beatam Mariam antequam nasceretur in mundum, in utero matris fuisse sanctificatam, hoc est, copiosissimis gratiarum muneribus ornatam. *Multorum doctissimorum virorum hujus sæculi communis opinio est Beatam MARIAM Virginem in primo instanti suæ Conceptionis ad tantum sanctitatis culmen pervenisse, ut plus rationis in utero matris habuerit, & quod majus est, ad visionem Dei claram, licèt per transennam, tunc elevata fuerit.* Ita Barradius tomo 1. lib. 6. cap. 3. & alij quos pro sua parte citat. Placidus quoque Nigidius sermone primo de purissima Beata Virgine Maria, hanc sententiam constantissimè tenet. Vellem hæc sententia S. Thomam Ecclesiæ Catholicæ Magistrum Patronum haberet, ut tam bonis assentiretur auctoritatibus. Nunc autem solùm eam admitari, & cujusque devotioni ac pietati relinquere sufficiat: non enim hos discursus ad rigorē scholasticum examino, sed solùm fideles ad pietatem & devotionem erga Beatam Virginem in illis accendere intendo. Quid autem circa usum rationis in utero matris Beatæ Mariæ Virginis sentiam, discursu 76. §. 2. num. 9. circa finem aperui. Sextò, certum est *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis fuisse sanctam, imo sanctissimam* statim, ratione cujus ad quod tunc assumebatur: qua ratione Ecclesia Catholica Conceptionem ejus celebrat, ut doctissimus Bellarminus S. R. E. Cardinalis ejus rimum optimè gnarus in controversia de cultu Sanctorum lib. 3. cap. 16. in responsione ad secundam annotavit. Similem ob causam festum Conceptionis S. Joannis Baptistæ celebratur à nonnullis Ecclesijs, ut constat ex Menœlogio Græcorum vigesimâ tertiâ Septembris; non quod credant sine peccato conceptum, sed ob beneficij divini memoriam, quod per ejus Conceptionem quodāmodo inchoabatur. Sanctissima igitur est Beatæ Virginis Conceptio, quia fuit salutis nostræ exordium, quia gaudium annuntiavit universo mūdo, quia nasciturus erat ex ea Virgine Sol justitiæ Christus Deus noster. Extat Decretum sanctæ Congregationis Cardinalium, actis Capituli Generalis Ordinis Prædicatorum Romæ celebrati ann. Domini 1629. insertum, *in quo disertis verbis Conceptio Virginis MARIÆ dicitur sanctissima.* Quare nemo Catholicorum id negavit, negareve unquā potuit. Quod si objicias Divum Bernardum Epistolâ 174. Sanctificatio (inquit) Mariæ excluso peccato sanctam fecit Nativitatem, non tamen & Conceptionem. Et D. Thom. 3. part. quæst. 27. artic. 2. ad tertium ait: Nec tamen per hoc quòd festum Conceptionis celebratur, datur intelligi quòd in sua Conceptione fuerit sancta; scito hos Sanctos Patres locutos esse de sanctitate, quæ est per infusionem gratiæ; de qua hac tempestate sententiam tene, linguam cohibe. Septimò, certum est opinionem asserentium Beatam Mariam Virginem fuisse præservatam à peccato originali & in sua Conceptione Immaculatam, non esse de fide, licèt majoris partis Ecclesiæ consensus in eam, uti piam, sit mirificus. Id diserte fatentur Summi Pontifices Sixtus IV. in Extravag. quæ incipit: Grave nimis, edita anno Domini 1483. quam Sanctum Concilium Tridentinum sessione quinta innovat, & in suo robore manere vult; & ab omnibus observari præcipit Pius V. in Bulla quæ incipit: Super speculam, edita anno Domini 1570. Paulus V. in Bulla: Sanctissimus, edita anno Domini 1617. quam Gregorius XV. reassumpsit, & strictiùs observari mandavit erepta in ea parti affirmativæ .... disertis verbis expresserunt hunc articulum à sede Apostolica nondum esse decisum. Quare Joannes Pomeranus Hæreticus luculenter erravit, qui super caput 1. & 44. Hieremiæ affirmare non erubuit Catholicos habere pro fidei articulo Beatam Virginem absque peccato esse conceptam. Et Almaynus de potestate Ecclesiæ cap. 16 nimis audax fuit, qui Beatam Virginem fuisse conceptam sine peccato originali jam de fide esse pronuntiavit. Et Clicthovæus nimis levis, qui super Damascenum lib. 3. cap. 2. sententiam Conceptionis Immaculatę contrariam, esse contra Ecclesiæ definitionem, & impiam affirmavit. Et Titelmannus in Joann. 3. perperam docuit falsum esse, impium & temerarium, defendere Beatam Virginem in peccato originali conceptam esse. Ex altera parte præpostero zelo laboravit Bartholomæus Spina, qui in Tractatu de hac re asseruit repugnare fidei Catholicæ opinionem eam, quæ asserit Beatam Virginem fuisse conceptam absque peccato originali; cùm summi Pontifices, & Concilium Tridentinum senserint neutram partem continere errorem in fide, & utramque absque peccato posse teneri, quàmdiu altera pars non diffinitur ab Apostolica Sede. Quare, qui alterutram istarum opinionum damnat ut erroneam in fide, vel saltem ut falsam, Ecclesiæ inobediens est & temerarius; cùm Ecclesia taceat, nihil definiat, nihil certi pronuntiet. Quinimo Alphonsus de Castro, lib. 1. de justa punit. Hæreticorum cap. 8. talem Hæreticum esse dicit: & ego nihil definiam, nihil certi pronuntiabo, sed Ecclesiæ consilium admirabor, laudabo, commendabo discursibus duobus, qui sequuntur.

Quàm prudenter ac piè sancta Mater Eccl. neutrā partem determinet, discursus 137. inquit: Hinc sequitur Ecclesiam in hac controversia de admiranda gloriosæ Dei Genitricis Conceptione diu multumque agitata, prudenter ac piè processisse: à ducentis namque annis sæpius compellata & rogata ut eam determinaret, & quid de fide tenendum sit, decerneret; ab ejus diffinitione abstinuit: & in Theologorum varijs opinionibus eam relinquere voluit. Verùm, quia non defuerūt nec desunt, quibus hoc consilium Ecclesiæ minimè probatur, præsertim ij qui tanto amore propriæ sententiæ ardent, ut libentiùs viderent opinionem propriam ab Ecclesia determinari, & oppositam damnari, quàm sectam Mahumeti, vel Luttheri, aut Calvini funditus everti; idcirco hunc discursum formare placuit, &c. Deinde latè se vertit contra quemdam Patrem & Codicem Coloniæ impressum sub titulo Defensionis pro Immaculata Concept. vocatque ipsum obtrectatorem, superbum, convitiatorem, carpit ejus furorem & vesaniam, zelum immoderatum, temeritatem & petulantiam, & alia huic similia. Deinde extollit suam modestiam, & erga sedem Apostoli-

cam observantiam. Ac numero 13. asserit, quòd utraque pars hujus controversiæ habet Auctores pios, catholicos & doctos; citat Anselmum, Rupertum, Bernardum, Thomam, Bonaventuram, S. Antonium Patavinum, S. Bernardinum, S. Antoninum, S. Vincentium, Petrum Lombardum, Alexandrum Alensem; ac tandem inquit: Simul oculos conijce in numerosam seriem clarissimorum Theologorum ex Ordine Prædicatorum, qui in unitate Ecclesiæ continuò permanentes, veram semper ac solidam Theologiam docuerunt, contra profanas novitates acerrimè propugnarunt, quod invenerunt in Ecclesia à priscis Doctoribus traditum constantissimè tenuerunt, veritatis ardentissimi Inquisitores & strenui defensores fuerunt, veritatis amore nulli unquam præsenti pietati cesserunt, illud Arist. 1. Eth. cap. 1. recolentes: Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas. Proinde antiquam illam Doctorum opinionem *Conceptioni Immaculatæ* contrariam retinent, in hoc tamen intellectum captivant in obsequium non hominum, sed solius Christi, ac ipsius in terris Vicarij summi Pontificis: hoc enim Christianæ pietati, ac tantorum virorum gravitati maximè convenit. Ex altera parte circumspice nunc universum Christianum orbem, nihil aliud in hac materia audies, quàm *Conceptionem Immaculatam*. Hanc Religiosi Ordines (si sacram Prædicatorum Familiam excipias) hanc Academiæ illustres strenuè docent, prædicant, tuentur, & sustinere non valent prædicare aliam ei oppositam. Quos hîc sancta sedes Apostolica reijceret? quorum opinionem reprobaret? quibus errorem tribueret? quos damnaret? Antiquos illos Doctores jam nominatos? Magistros Ecclesiæ à Deo datos, quorum doctrinam Ecclesia per tot sæcula vidit, audivit, prædicavit, approbavit, quorum Theologia in Hæreticorum duello pro perimenda perfidia ac falsitate, necnon pro stabiliendis fidei veritatibus in Concilijs usa est? Hos (inquam) exploderet, reijceret, damnaret? neutiquam. Accedit, quòd D. Thomas Angelicus ille ac supremus Doctor in ea creditur fuisse sententia, quæ Beatam Virginem in originali peccato conceptam asserit, &c. Latè prosequitur referendo encomia D. Thomæ Aquinatis, deinde verò progreditur num. 18. Fuit Ecclesia semper in hoc non solùm cauta, sed etiam benigna, ut nihil unquam de fide certè statueret, quod apud Theologos Catholicos in opinione positum erat. Concilium certè Florentinum de materia, forma, Ministro Sacramenti Matrimonij nihil definivit, nihil quod de fide tenendum sit edocuit, id quod sine dubio faceret, cùm hoc in cæteris omnibus Ecclesiæ Sacramentis fecisset, si de ijs rebus videret quidpiam esse à Theologis in schola definitum. Eadem cautela & benignitate usa est in Concilio Tridentino, ubi nihil certi de fide statuit, quod in opinione clarissimorum Theologorum positum videt: Ecclesia enim non affectu humano, sed Spiritus sancti impulsu regitur: unde auctoritatem Doctorum, quos sibi à Christo datos esse novit, non labefactat, sed firmat; non destruit, sed statuit; & varia eorum placita, licèt diversa, salva fidei unitate admittit & celebrat, ne Hæretici majorem ansam arripiant eos arguendi & calumniandi, quos è gradu suo eijcere conatur. Tertiò, quia utraque pars probabilibus nititur fundamentis: illa quæ contrariam Conceptioni Immaculatæ opinionem tenet, innititur Scripturæ sacræ, & priscorum Patrum auctoritati. Altera verò, quæ gloriosam Dei Genitricem immunem fuisse à peccato originali tuetur, adducit pro se præter Scripturas & Patres miracula & revelationes quibusdam sanctis fœminis factas; sed utraque in veritate omnibus illis fundamentis caret, in quibus diffinitiones fidei inniti atque incumbere solent, qualia sunt Scriptura Canonica clara, & in proprio sensu accepta; Traditio Christi & Apostolorum; auctoritas Ecclesiæ Catholicæ; auctoritas Pontificum & Conciliorum præsertim Generalium, in quibus Catholicæ Ecclesiæ auctoritas residet. B. Mariam V. à peccato originali fuisse peritus liberam, ex Libris sacris juxta germanum litteræ sensum nusquam habetur; quinimo lex generalis in eis traditur ad Rom. cap. 5. vers. 12. In quo omnes peccaverunt. Non ex traditione Christi & Apost. quia hujusmodi traditiones non per alios, quàm per Epist. illos antiquos & sanctos Doctores illis succedentes ad nostra usque tempora pervenisse. At constat priscos illos Scriptores non id à majoribus accepisse: traderent enim bona fide & ipsi posteris suis, quod nusquâ factum legimus. Nec ex auctoritate Pontificum & Conciliorum Generalium hæc pars istius controversiæ definiri potest, quia nullus unquam Pontifex ante Sixtum IV. nullum Concilium generale ante Tridentinum de hac materia aliquam mentionem fecerunt. De Concilio Basileensi nihil curo, quia non fuit legitimum, sed acephalum. Opposita etiam assertio, hoc est, Beatam Mariam Virginem peccatum originale contraxisse, Scripturas apertas non habet, nisi regulas universales: à lege autem universali per speciale privilegium unam Matrem Dei excipere, sacris Litteris nullo pacto adversum est. Alioquin cùm sacræ Litteræ in universum clament: Non videbit me homo, & Deum nemo vidit unquam; qui Paulum aut Moysen divinam essentiam in hac vita vidisse assereret, contra sacras Litteras pugnasset; nec traditionem Christi & Apostolorum, quia plus illam accepissent illis antiqui Doctores & Theologi illis succedentes, quàm nos; nec auctoritatem alicujus Pontificis aut Concilij Generalis, ut de se patet. Sapienter itaque neutra pars determinatur; siquidem ambæ destitutæ sunt omnibus illis fundamentis in quibus diffinitiones fidei inniti atque incumbere solent. Quartò, tacet hoc Ecclesia ad eruditionem nostram, ut nimirum discamus nos pié humiliare Deo & concedere Deum aliquid posse, &c. His itaque de causis sancta Sedes Apostolica neutram partem hujus controversiæ de Immaculata Virginis Conceptione diffinivit, sed utrique parti silentium imposuit, de quo silentio aliquid dicamus. Et discursu 136. folio 300. inquirit: An Beata Virgo in sua Conceptione fuerit pura à peccato originali? & licèt in hac controversia multas consumat paginas, & suam sententiam multis involvat sermonibus jam se ad unam, jam ad alteram inclinando sententiam, tandem disc. 138. fol. 309. quærens: An Beata Virgo Maria fuerit ab omni peccato purissima? sic discursum incipit: Præsuppositâ copiosâ gratiarum plenitudine Beatæ Virgini adhuc in utero Matris collata, de qua jam in superiori articulo abundè egimus; multum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

augustum Christiani sanguinis homo dubitavit, Beatam Virginem immunem fuisse ab omni peccato originali, tum effudit. Ac proinde omnes uno ore confitemur Beatam Mariam Virginem purissimam, sanctissimam, Immaculatam, incontaminatam, ipsis etiam Angelis puriorem. Hoc assertum probat quinque rationibus desumptis ex Angelico Doctore, quæ licèt de peccato actuali videantur loqui, etiam puritati ejusdem à peccato originali optimè accomodari possunt, inquit ipse. 1. ratio est quia non esset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando. 2. quia honor parentum redundat in prolem. 3. quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. 4. quia singulariter modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitavit. 5. ut impleretur in ea illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Deinde adducit aliquas congruentias ac exempla naturalia, quibus non tam scholastico, quàm concionatorio modo, ut ipse loquitur, probat V. Mariam esse purissimam, sanctissimam, Immaculatissimam. Ac tandem sic concludit discursum: Purissima igitur Maria ab omni peccato originali, quia fuit in utero matris suæ à Spiritu sancto gratia repleta: mortali, quia fuit à Patris potentia confirmata: veniali, quia fuit à sapientia Filij imprægnata, &c. Et ad marginem habet: Maria fuit libera à triplici peccato. Ex his & alijs colligo, Auctorem istum, si non ut Dominicanum Scholasticum, saltem ut Concionatorem sive Prædicatorem & Scriptorem, fuisse Militem pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Vide 1. tom. citatum.

Item, sub hoc titulo: Quo consilio silentium utrique parti indictum? discursus 137. Utrique parti contendenti de admiranda Conceptione gloriosissimæ Virginis Mariæ, silentium impositum esse, ille solus ignorat, qui Bullas summorum Pontificum Sixti IV. Pij V. & novissimè Bullam Gregorij XV. non vidit. Illis quidem, qui Immaculatam prorsus almæ Virginis Conceptionem tuentur, permissum est, ut opinionem suam in publicis actibus asserant, ita tamen ut asiam opinionem ei oppositam non damnent nec impugnent, nec de ea aliquo modo agant seu tractent. Illis verò, qui Beatam Virginem in peccato originali fuisse conceptam defendebat, mandatum est, nec eam in concionibus, lectionibus, conclusionibus, alijsque publicis actibus evulgent, nec de ea etiam in privatis sermonibus & scriptis aliquo modo agant seu tractent. Deinde contra Ferdinandum de Salazar circa ea quæ in §. 4. scripsit ad Philippum III. prosequitur de rixis, jurgiis & scandalis pro hac controversia exortis; ac tandem inquit: Cùm autem ex disputationibus Theologorum tanta dissentio & alteratio oriatur, ut facilè in mentibus fidelium scandalum generari possit, utrique parti silentium imponit, materiamque ipsam indiscussam relinquit, ac mandat de hujusmodi dubietate disceptationem aliquam fieri non debere, ut Orthodoxæ fidei unitas, & inter litigantes mutua charitas conservetur. Quod patuit in illa controversia inter duos præclarissimos Ordines Prædicatorum & Minorum tempore Pij II. exorta de pretiosissimo sanguine Domini nostri Jesu Christi: An videlicet in triduo passionis ejusdem separatus fuerit ab ipsius sanctissima divinitate, nec ne? quam Pius II. indecisam reliquit, ac mandavit sub Excommunicationis pœna universis cujuscumque Ordinis Regularibus, ne audeant disputare, prædicare, vel publicè vel privatim verba facere, aut alijs suadere esse hæreticum vel peccatum, tenere seu credere sanctissimum Domini nostri sanguinem in triduo ejusdem ab ipsa divinitate quomodolibet fuisse vel non fuisse divisum. Habetur Bulla apud Joannem Baptistam Confettium in Pio II. Et in illa altera inter clarissimos Theologos Ordinis Prædicatorum & Societatis Jesu tempore Clementis VIII. de divinis præfinitionibus, & concordia divinæ voluntatis ac motionis efficacis cum libero arbitrio, quam SS. D. N. Urbanus VIII. indecisam reliquit, & utrique parti sub gravissimis pœnis mandavit, ne de hujusmodi dubietate ampliùs disceptare audeant. Eodem consilio usus est SS. D. N. Gregorius XV. in præsenti controversia: An videlicet Beata Virgo Maria contraxerit peccatum originale in sua Conceptione, nec ne? Ab annis ducentis (satore zizaniæ operante, qui inexcogitabili astutia transformans se in Angelum lucis, cùm sit verè filius tenebrarum, summoque studio cupit illaqueare miserabilia corda nostra, non solum in his, quæ de suo genere mala sunt, sed etiam in ijs, quæ speciem pietatis præferunt) hæc controversia summis cum animorum contentionibus inter Theologos Dominicanos & Franciscanos agitari cœpta est. Utrique miserabiles, sed non miserandi, cum summa spiritûs afflictione nocte dieque legentes, scribentes, libros volventes, gloriæ & victoriæ studio infelicem spiritum consumebant non tam pro Religione, quàm opinionis propriæ amore. Quamdiu hæc controversia intra limites intellectûs stetit, sancta Sedes Apostolica utramque partem asseri, doceri, prædicari permisit: at ubi ad animos & affectus ventum est, par & mutua voluntatum consentio lædi, rixæ, contentiones, æmulationes, discordiæ ac proinde scandala in populo oriri cœperûnt; suarum partium esse judicavit hujusmodi contentiones tollere, atque temeritati concionatorum, aliorumque protervè in hac materia contendentium populorumque scandalis occurrere. Porrò quanta scandala, qui tumultus & simultates, desidiaque occasione hujus controversiæ in Ecclesia orta fuêre, uti longum, ita & supervacaneum est narrare, imo damnosum, ne vulnera refricare videamur. Illas ergo inordinatas affectiones, illas pugnas verborum, illas loquacitates & nugas, illam licentiam obtrectandi Sanctis Patribus, quia nonnulli maleferiati cum detrimento animarum suarum usi sunt, sancta Sedes Apostolica per hujusmodi silentium compressit, & è medio sustulit. Magis enim displicebant Deo profani illi & fabulosi sermones, quàm opinio Conceptioni Immaculatæ contraria, etiamsi falsa esset. Illæ enim contentiones & duella, illæ blasphemiæ in Sanctum Bernardum, Thomam & Bonaventuram procedebant ex animo deliberato; prædicta autem assertio (etiamsi falsa esset) procedebat ex ignorantia merè negativa, hoc est, carentia scientiæ illius rei, quæ ad fidem & Ecclesiæ statum minimè pertinet; cùm nondum sit à Spiritu Sancto Ecclesiæ revelata. Laudanda igitur est Pontificis Gregorij XV. prudentia, qui in tam difficili negotio modum adinvenit, quo divisos dissidenti-

um animos pacificavit,& Ecclesiæ optatam tranquillitatem restituit, hac nimirum indictione silentij. Deinde num. 9. postquam egerat de silentio, & quòd sit optimum genus laudis, sic inquit: Hoc genus laudis Ecclesia in Conceptione Dei Genitricis MARIÆ elegit, cùm uni parti opinantium de ea, arcana Dei, quæ in Conceptione Matris suæ operari dignatus est, in silentio contemplari mandavit. Hoc quippe silentio pars illa gloriosæ Dei Genitrici impensissimè addicta, Dei omnipotentiam, inexscrutabilem providentiam, ineffabilem sapientiam, necnon immensam misericordiam extollit, qui hanc gloriosissimam Virginem in utero matris modo prorsus admirabili, ineffabili ac in thesauris sapientiæ suæ recondito à macula originali immunem fecit. Hoc est, quod Regius Vates in illo Psal. 64. Tibi silentium laus Deo in Sion, &c. Hoc modo Spiritus sanctus Beatissimam Virginem laudare voluit, cùm modum Conceptionis ejus in Scriptura non expressit. Hoc modo cælestis Sponsus eam laudavit, cùm Cantic. 4. dixit: Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet, &c. Inde etiam specialis quædam reverentia & devotio erga B. Virginem nascitur: cùm enim ad enarranda divina opera, quæ in ejus Conceptione gesta sunt, impares nos esse cognoscimus, cum Apostolo exclamare cogimur Rom. 11. O altitudo divitiarum, &c. Deinde affirmat, quòd silentio Conceptio B. Virginis optimè colatur, & quòd non omnia arcana Dei Ecclesiæ pro hoc statu sint revelata, sed ea dumtaxat, quæ nos convenit scire, & quòd revelat Deus sæpe mysteria majora, & cælat minora, &c. Et quòd hoc permisit Deus, ut doceat se revelare mysteria non ex necessitate seu debito, sed pro sua libertate, & quòd scientia Christiana non consistit in scientia mysteriorum Dei, sed in charitate. Ostenditque multa mysteria posse ignorari absque culpa, at deinde ob exercitium humilitatis, &c. Vide alia plura ibi. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1642. in folio.

JUSTINUS Philosophus, Martyr ac Sanctus, natione Græcus, in Quæstionibus ad Orthodoxos quæst. 136. inquit: Si parentes aspernari divinis Litteris vetitum est, & qui vetita facit peccator appellatur; quî fit, ut Dominus Christus parentes suos, quampluribus locis aspernatus, & tamen sine peccato esse perhibeatur? Nam in nuptiis Matrem objurgavit, dum dixit: Quid mihi & tibi est mulier? &c. Et infra sic inquit: Nam Dei sermonem audire & exequi, virtutis *est animæq; puræ, quæ tota ad Deum spectet.* Et quia non quamlibet fœminam Deus elegit, *sed omnium fœminarum excellentissimam*, propterea volebat Christus ob hanc virtutem prædicari Matrem suam, per quam virtutem illa assecuta fuisset, ut Virgo & Mater fieret, &c. Nota verba signata, quia ex ipsis absque ulla textûs oppressione colliges summam puritatem MARIÆ. Lib. impress. Parisijs, Sigismundo Guelenio interprete 1565. in 8.

Item, in Expositione fidei de Trinitate: De cælo ad nos descendit non corporali descensu; sed divinæ voluntatis efficaciâ, & ad eam dispensationem usus est *sequestrata Virgine stirpis* Davidicæ, sicut illi promissum fuerat. *Quomodò sequestrata esse potuit, si fuerit cum alijs hominibus obnoxia peccatis?* An non propterea sequestrata erat inter Deum & homines, ut se mediâ exhiberet? *& quomodo sequestrata ageret, cui opus erat reconciliatore sequestro?* Vide Marc. Philip. folio 1204.

JUSTUS Lipsius, natione Belga, in libro Diva Sichimensis sive Asperi-Collis. Nova ejus beneficia & admiranda, cap. 30. fol. 40. inquit:

Et quem non genium fuget,
Quam non Thessalicam strigem
Magni Magna Dei parens,
De qua sacra profantur,
Hanc fore, quæ serpentis
Contereret caput improbi?
Fecisti ô Dea, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 8. Et quòd in istis verbis loquatur de Immaculata Virginis Conceptione, ex eo patet quòd Agricola Tauratus Hæreticus hinc sumpsit occasionem, ut scriberet contra Virginis Conceptionem; de quo latè in Armamentario Angelico.

Item, in libro cujus titulus est: Diva Virgo Hallensis. Beneficia ejus & miracula, &c. fo. 81. adscit Bullam Clementis VIII. Pont. Max. in qua concedit indulgentiam *pro die Conceptionis* & Nativitatis Virginis MARIÆ, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1604. in 4. regali.

JUSTUS Ryequius, Canonicus Gandavensis Belga, scripsit Carmina ad Anton. Sanderum *de Immaculata Virginis Conceptione.* Incipiunt: Sanderi Antoniâ quisquis rotamina linguâ, &c. folio 67. Lib. impress. Lovanij 1651. in 4.

JUVENALIS Hierosolymitanus, in Relatione de Assumptione Virginis, inquit: Illum ipsum Dei Verbum & Dominum gloriæ, qui substantiâ suâ pro beneplacito suo eo (quem neque verbis neque intelligentia assequi licet modo) carnem ex ea suscipere, & deinde post ineffabilem illam uteri gestationem & partum Virginitatem illæsam conservare dignatus sit, illum (inquam) ipsum etiam post obitum & ex vita hac migrationem mirificè *Immaculatum, impollutum & modis omnibus sanctum corpus ejus ante destinatum* quoque & communem omnium resurrectionem, &c. Extat apud Niceph. Calixt. libro 15. cap. 14. folio 799. Vide de hoc Auctore aliam auctoritatem ex diversis Patribus apud Eusch. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 181.

JUVENALIS Ursinus, Archiepiscopus Rhemensis, in libro de rebus gestis à Carolo VI. Francorum Rege agit de scandalis tunc exortis & de Regis decreto *ut celebraretur festum Conceptionis Virginis MARIÆ* ab omnibus in Gallia, &c. Vide Eusch. Nieremberg. cap. 9. fol. 72. Henric. Spond. ad annum 1387. tomo 2. numero 7. Item, de Rothomagensi propensione ac defensione *mysterij Immaculatæ Conceptionis* in Amadeo Salio, fol. 53.

K.

KALENDARIUM, sive Horarum Canonicarum secundùm usum sacro-sanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, &c. *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex, & dedicatio Capellæ Chori à Sixto IV. & ibi hodie est indulgentia plenaria. Romæ apud Impressores Camerales anno 1580. in 8.

Kalendarium Cathedralis Ecclesiæ Spoletinæ: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex. Perusij absque anno impressionis.

Kalendarium MS. existens in Biblioth. S. Victoris, n. 263. 8. Decemb. *Conceptio MARIÆ* rubris literis. Kalen-

Kalendarium manuscrip. *Conceptio SS. Dei Genitricis* in folio. Item, aliud kalendarium vetustissimum: *Conceptio.* MS. in Monasterio S. Sepul. Cameraci. Kalendarium singulare, & exquisitum existens in Bibliotheca D.D. Cancellarij Parisien. sic habet 8. Decemb. *Conceptio SS. MARIÆ.* Est in pellicea charta parva, & raro modo ligatum.

Kalendarium Romanum, ad diem 8. Decemb. *Conceptionis Beatæ MARIÆ festum* instituitur.

Kalendarium Græcorum, ad diem 9. Decembris: *Conceptio Beatæ Annæ Dei & Domini Aviæ.*

Kalendarium Parmense à D. D. Mario Antonio Episcopo correctum, fol. 75. ad diem 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex maius. Impress. Romæ 1629. in 8.

Kalendarium, sive Martyrologium Cistercience antiquum manusc. existens in Bibliotheca Fiterensi in Regno Navarræ, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duas Missas, & duodecim Lectiones, Solemne.

Martyrologium Prædicatorum editum anno 1254. ad diem octavam Decembris habet hæc verba: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis festum duplex.* Vide Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 23. fol. 348. Item, anno 1579. sub Generalatu R. P. Serapini Cavalli prodijt alterum, & ad octavam Decembris, habet: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis* totum duplex. Item, anno 1551. sub Generali R. P. Fr. Francisco Romeras prodijt aliud Salmanticæ cum inscriptione ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ* totum duplex. Vide Eusebiū ubi supra, folio 349.

Kalendarium Sanctorum Romanum juxta Concilium Tridentinum restitutum cum imaginibus æreincisis, die 8. Decembris, fol. 439. *de Conceptione Beatæ MARIÆ* cum imagine ipsius, supra inquit: *Beata MARIA Virgo & Mater Christi, filia Ioachim & Annæ, concepta non sine divina gratia* Salvatorē mundi concepit, &c. Lib. impress. Antu. 1584. in 16.

Kalendarium Gregorianum correctionis anni 1582. die 8. Decemb. *Festum Conceptionis Beatæ MARIÆ* in principio & in fine libri. Impress. Cæsaraugustæ 1583. in 4.

Kalendarium S. Ecclesiæ Toletanæ, mense Decembri fol. 163. habet hanc rubricam: *La fiesta de la Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA* que es a 8. de Diciembre se hade celebrar solemne meme, à la Vigilia yà Visperas solemnes, y el dia sino de la fiesta Procesion entera solemne, Missa con commemoracion de S. Miguel y Santiago, Visperas segundas solemnes. Hanse de poner en esta fiesta veinte y quatro cirios blancos, como los del Infante, que se ponen à la fiesta de la Señora de Agosto de tres libras de zera cada uno, con sus escudos de las armas Reales, &c. Partense de caridad à esta fiesta seis mil y seiscientos y sesenta y seis maravedis, &c. Et infra: *Misa de S. MARIA del Officio de la Concepcion, dentro en el coro con dos capas en un dia del octavario de la fiesta mesma de la Concepcion*, por el honrrado Christobal Alonso Canonigo, que Dios aya, &c. el qual está sepultado en el Monasterio de S. Bernardo cerca desta Ciudad: partense de caridad à esta Missa mil y dosciemtos maravedis corrientes &c. Item, infra: Aniversario solemne el dia mas proximo de la fiesta *de la santa Concepcion de nuestra Señora*, que fuere desocupado por el Reverendo Señor Protonotario D. Juan de Salcedo Arcediano que fue de Alcaraz, &c. Repartense al dicho aniversario è Missa cinco mil maravedis de moneda corriente, &c. Extat manusc. in eadem sancta Ecclesia. Alia quamplura Kalendaria vidimus manuscripta & impressa tam Ecclesiæ Romanæ & universalis, quàm particularium totius mundi, in quibus nec unum quidē invenimus sub titulo Sanctificationis, sed omnia extabant sub expressa voce *Conceptionis*: & hoc sufficit pro hac classe.

KAROLUS Sausseyus, Aurelianensis Ecclesiæ Decanus, in libro dicto: Annales Ecclesiæ Aurelianensis, folio 548. de Milone Thailly, sic inquit: Cùm verò anno 1315. mortem obijsset Ludovicus Hutinus, proximè post cum excipiente Regnum Philippo Longo Francorum & Navarreorum Rege, sequenti anno 1317. Milo *Conceptionis B. Virginis solemnitatem sexto Idus Decembris imposterum celebrandam instituit*, accedente assensu Capituli Aurelianensis, & fundatione prima Guilielmi de Vilamodij Canonici, quam dein auxit Jacobus Flotteus Cantor ejusdem Ecclesiæ. Et hoc tempore notant Historici Joannem XXII. Papam Canturcensem Gallum, instituisse ut serò ad Cāpanæ pulsum ter recitaretur Angelica salutatio. Lib. impress. Parisiis 1615. in 4. & citat Martyrologium Aurelianense 8. Decemb. & Regestum rubeum.

L.

LÆVINUS Torrentius, Episcopus Antuerpiensis, in libro: Poëmata sacra, multa dicit pro Deiparæ puritate in Hymnis de Partu Virginis, ex quibus hæc pauca desumo:

Intacta Virgo nec thalamum sciens
Iugalem, & omni pura cupidine.

Illud thalamum nescíens, vel thalamum non sciens, respicit virginitatem corporis, illud verò intacta Virgo, aliam insinuat puritatem:

Mox flamma lustratam irradians domum
Castamque molli innoxia Virginem;
Vitamque quamvis duxerat integram
Et mente pura & corpore, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1594. in 12. regali.

LAMBERTUS Benoist, Ordinis Minorum Belga, apposuit Appendicem ad Thesim 10. disputatam Namurci sub Comitijs Provincialibus Fratrum Minorum Recollectorum anno 1661. mense Octobri, respondente Fratre Bernardino Gilson, & se Præsidente; hoc modo: Est contra inhibitiones Pij V. Gregorij XIII. Pauli V. Gregorij XV. quovis vero vel falso prætextu tuendi opinionem S. Thomæ de maculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, & praxim Ecclesiæ *pro Immaculata Conceptione* à calumnijs Hæreticorum, referre (sive ex se, sive ex alijs) motiva ejusdem S. Thomæ, quasi certiora ex Scriptura sacra, & illa conferre cum motivis contrarijs, detorquendo *hæc ab Immaculata Conceptione* ad solam sanctificationem post aliquam morulam, ad solam gratiarum actionem pro missione Matris Dei futuræ: & refutando tanquam frivolum responsum R. P. Suarez, quasi Anonymi; sed satis expressi relatione verborum ejus pro festo ipsius Conceptionis ut Immaculatæ ex tom. 2. in 3. part. disp. 3. sect. 5. & citatione ejusdem erronea, tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 8. cùm

sit caput 7. De quibus omnibus correctionem meretur R. P. & eximius M. Thomas Leonardi in suo Opere de Hominis institutione, &c. edito Bruxellis hoc anno 1661. à pag. 126. ad 134. censurans etiam calumniæ R.P. nostrum Lucam Waddingum. Nec eum excusat protestatio silendi, & obediendi Censuris Ecclesiæ: quia agit contra hanc suam protestationem. Et pag. 127. ingeminando: Silebimus, silebimus, &c. Non enim existimamus consultum adorare quod nescimus, violat silentium, *cultumque Immaculatæ Conceptionis* carpit inconsultum, & comparat cultui Samaritanorum, quibus Christus exprobrat Joan. 4. Vos adoratis quod nescitis. Neque excusari potest à prætensa necessitate redarguendi calumniam Hæreticorum: quia poterat tribus verbis respondere, nec illam S. Thomæ doctrinam, nec hanc Eccl. praxim esse de fide divina: sed illam esse meram opinionem, hanc autem moraliter certam. Cumque Hæretici contendant nihil posse religiosè coli, nisi ex fide divina & mandato Dei; si contra eos ex professo egit, cur non convicit hoc non esse necessarium, sed sufficere certitudinem moralem ad cultum religiosum? Hæc ad litteram apud R. P. Franciscum Bonæ-Spei Carmelitam, tom. 4. Theologiæ Scholasticæ, disput. 12. de Peccato originali, dubio 5. in reflexione super Bullam Alexandri VII. fol. 224. à tergo. Impress. in charta expansa.

LAMBERTUS Campestris, Ordinis Prædicatorum, recognovit Opus Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis in 1. Sent. dist. 44. quæst. unica, articulo 3. juxta antiquam editionem Lugdunensem, anno 1520. ubi loco citato Sanctus Doctor dicit: Potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. *Talis fuit puritas Beatæ MARIÆ Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit*, &c. Vide Marraccium in Notis ad S. Isidorum Thessalonicen. fol. 212.

Item, recognovit & marginalibus notationibus illustravit Pantheologiam, id est, Summam totius Theologiæ R. P. F. Reineri de Pisis ejusdem Ordinis Prædicatorum impress. Parisiensis, ut in prima Operis pagina dicitur. Et tom. 1. verb. Incarnatio, fol. 258. à tergo ad ista verba Reineri: Similiter B. Virgo in ipso instanti infusionis animæ sanctificata non fuit, &c. Lambertus talem apposuit notulam: *Auctor hic sequitur opinionem Doctorum antiquorum, qui suo tempore currebant.* Ex quibus verbis videtur, quòd Lambertus contrariam opinionem sequebatur Reineri de Pisis.

LAMBERTUS van Dilsen, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij, anno 1646. Thesi 33. de Verbi Incarnatione, hæc defendit: Decreta est Verbi divini Incarnatio post prævisum Adami peccatum; ante hoc Beata Virgo. *Cum his non pugnat ejusdem Virginis per Christi merita immunitas, etiam à debito peccati originalis.* Impress. ibidem in 4.

LAMBERTUS Pevée, Ordinis Minorum Belga, scripsit inter alia, sequentia: *Gloria Immaculatè conceptæ Deiparæ Virginis MARIÆ* totius Ordinis Seraphici Patronę, variis S. Scripturę locis & Chronicis adumbrata, & 23. Anagrammatibus prorsus puris ex Angelicâ Salutatione integrâ, prout ab Ecclesiâ recitanda proponitur deductis, exornata.

Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostræ. Amen. Sunt in supradictis verbis litteræ 159. A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. 17. 5. 8. 4. 17. 1. 1. 1. 17. 2. 8. 13. 8. 3. 13. 12. 5. 14.

ANAGRAMMATA

Ex supradictis verbis & litteris ersa.

Siste Adam: ob Jesum Virgo summè tuta vincet; in acerbâ carnis ac mundi peste, ab hominum sordibus purè intacta nitens à Romano Pontifice declaratur. Jure arbor vitæ sanctè virens intus claret.

CHRONICA.

1. PVLChrItVDo MarIæ
2. tanDeM orbI pVbLICatVr.
3. ab aLeXanDro RoMano pontIfICe
4. pVrIssIMa DeCLaratVr.

ANAGRAMMA 2.

Super aspidem subjectum et basiliscum ambulans, vetusto morsu intacta, magnificè triumphat. Ara est verè eburna, divino candore ornatur; in nebrosâ Adae nocte, ortu criminis inscia renitet.

CHRONICA.

1. DIrVM serpentIs CapVt pLanta proterens. *Gen. 3.*
2. tVrIs ebVrnea CanDore spLenDIDa. *Cant. 7.*

ANAGRAMMA 3.

Sicut lilium est inter spinas, sic amica mea inter natas Adam vocetur. Cum virtute venit: unde Christo praeservante, ab anguis obscaeni turbida rabie et mortis muerone defensa probatur.

CHRONICA.

1. LILIVM aLbI nItorIs Inter spInas aDæ. *Cant. 2.*
2. eVa sIne Væ MaLeDICto. *Gen. 3.*

ANAGRAMMA 4.

Candor est nivis aeternae, speculum sine macula, Imago bonitatis Dei purè emicans, ab Adam mortui sorte necem cruentam vincens, fortiter abstrahitur, puritatibus vivis certò abundat.

CHRONICA.

1. CanDeLabrVM VerbI aeternI. *Exod. 25.*
2. speCVLVM DeItatIs. *Sap. 7.*

ANAGRAMMA 5.

Bolum blandientis anguis Eva capit; Deipara charitate fortis renuit. Rubus est pomi crimine incombustus, arca Noë undis non submersa, orta intactè aurea, sorte et nece Adami immunis creatur.

CHRONICA.

1. arCa Noë DILVVIo non Mersa. *Gen. 7.*
2. MarIa rVbVs fLagrante CharItate arDens.

ANAGRAMMA 6.

Sicut vellus Gedeonis caeteris siccis imbre roridum madet; sic una munda parens naturâ, ruinâ non tacta turtur merè ac summè nivea in orbis siccitate, ab omnipotenti bonitate perfusa habetur.

CHRONICA.

1. VeLLVs GeDeonIs IMbre Largo rorans. *Iud. 6.*
2. tVrtVr Casta Deo aMabILIs. *Cant. 2.*

ANAGRAMMA 7.

Sol obviae Lunae nitorem, dat Christus Matri auri puri munditiem, ab agno cara creatur ne debites, domum obscaenam purissimus renueret. Nato beato recta innititur, ac sine peste facinus nescit.

CHRONICA.

1. DoMIna Vt soL VnICa. *Cant. 2.*
2. LVna pLena seMper fVLgIDIor. *Ibid.*

ANAGRAMMA 8.

Sicut palma in Cades mirè sublimata, vitâ victrice virens. Sicut rosa in Jericho in amorem rubens, bonam

nam fragrantiam bene odora praebens, tota purè munda nitet, sanctè dives est, cursu tuto venit.

CHRONICA.

1. paLMa In CaDes eXorIens. *Eccleſiaſ. 24.*
2. oDor roſæ aMœnæ eXhaLans è IerICho. *Ibid.*

ANAGRAMMA 9.

En pulchri sunt gressus tui filia principis, tu à casum ac mortis diſcriminibus omnibus remota: tua ab aeterno roborata et merè beata tutò incedis; unde te naturae niveae sanctè mirandam cerno.

CHRONICA.

1. MaIa genVIna Deo prInCIpI fILIa. *Gen. 7.*
2. Virgo præCLara Manè aDIVta. *Pſalm. 45.*

ANAGRAMMA 10.

Uthortus concluſus ſoror mea ſponſa, et fons benedictione mirè ſignatus, divinâ Nati cari virtute ab orci rapacibus manibus liberetur; manet in Adam verè dicta pura, ac ſummè intemeratè nitet.

CHRONICA.

1. opes aMœnæ hortI aD fVres CLaVsI. *Cant. 4.*
2. Fons CLarVs ab oMnIpotente Deo sIgnatVs. *Ib.*

ANAGRAMMA 11.

Abore Altiſſimi prodivit primogenita ante omnem creaturam. Chriſti Nati beneficentiâ obumbratur, ornatu caſus Adam puro veſtitur; unde ſicut nævo carens, dives manens te creſcens jubilat.

CHRONICA.

1. thronVs ſanCtVs DeI saLoMonIs. *3. Reg. 10.*
2. DoMVs præparata ChrIſto saLVatorI. *1. Paral. 18.*

ANAGRAMMA 12.

Tota pulchra es amica mea et macula non eſt in te; immunis vincens ſuperbi caput conteris: tu rugam Adam cum Nato mirè abrādis: tu turris tota eburnea ſtes, in robore JESU ab inimico defenderis.

CHRONICA.

1. Tota pVLChra eſt, tota DIVIna, tota forMoſa.
2. ParaDIsVs pVLCherrIMa. *Cant. 4.*

ANAGRAMMA 13.

Tu ab ortu Immaculatè nivea parens, ruinâ mundi originali peccato carens, tu mente ſummè bonâ, virtutibus et corde ſancto bene admiranda; fractas ſerpentis hoſtis vires mirè invicta obruis.

CHRONICA.

1. aVrora nItIDa ante ſoLeM ConſVrgens. *Cant. 6.*
2. Deo Vero reCLInatorIVM. *Cant. 3.*

ANAGRAMMA 14.

Creavit eam in Spiritu Sancto, nive orta eſt, omnibus lucidior, ab aeterni fontis ſanè puriſſimi charitate mundè creata, victum ſuperbum terens nec à damnatu maculâ ſordens, orbi gratè obvenit.

CHRONICA.

1. nVbes DeI atrIs In tenebrIs CLarIſIMa. *Pſ. 77.*
2. Non ſorDens MaCVLâ orbI gratè obVenIt.

ANAGRAMMA 15.

Sicut oliva ſpecioſa in campis abundante charitatis pinguedine imbuta eſt, mirè emanans fornatur velut iubar munditiae venuſtè micans, nocte et ſorde carens, orbi terrarum ſanctè oboritur.

CHRONICA.

1. QVasI oLIVa De CaMpo. *Eccleſ. 24.*
2. RarDo CœLItVs IMbVta. *Cant. 1.*

ANAGRAMMA 16.

Adam orci omnes nece miſerâ, Adami crimine caeſim, ſed Deipara noſtra fortior omnibus beſtiam vincens, ſine caſu per Natum tutò bajulatur; hinc ortu caſta eſt, bravium tenet, bene privilegiatur.

CHRONICA.

1. MaLaIa VtaCles orDInata hoſtI terrIbILIs. *Gen. 6.*
2. IVDIth fortIs MaLIgnI pernICIes. *Iudith. 13.*

ANAGRAMMA 17.

Fundamenta ejus in montibus ſanctis ab orci vento abominando et diris tempeſtatibus inconcuſſa praeſervantur: verè munda, horribili maculâ caret, vitâ certè emicat et puriſſimè generatur.

CHRONICA.

1. sVper aLtos ChrIſtI Montes fVnData. *Pſalm. 86.*
2. gLorIoſa DeI regIs oMnIpotentIs CIVitas. *Ibid.*

ANAGRAMMA 18.

Carnis criminibus Virgo nobilis caret et abſorptam mortem in victoria ut intemerata ſuperat, vadet Nato ſuo ſublimis adhaerens, nec noctu cadens, una venit verè, purè et mundiſſimè fabricata.

CHRONICA.

1. arCa pVra è LIgno ſetIM tota DeaVrata. *Exod. 25.*
2. Nato aDIVtorIVM pLaCens. *Gen. 2.*

ANAGRAMMA 19.

En amica mea, columba mea, immaculata mea, puritatibus nitentibus formatur, nec ab horrenda peſtis tabe ruens perditur, ſine nece originis, ſive vetuſtis ruinis, corde intacto durans coronatur.

CHRONICA.

1. CoLVMba DIVIna. *Cant. 2.*
2. aLtare DeaVratVM InCensI. *Exodi 35.*

ANAGRAMMA 20.

En clara verbi tuba et buccina per anguem non inflatur. Iſta orbis decus creditur, Deitatis hoſpitium Adam carnei miſeriam neſcit, unoNato ſummo beata, ſanctè, ornatè, venuſtè, puriſſimè oritur.

CHRONICA.

1. orbIs noſtrI DeCVs In aLtIſsIMIs habItās. *Eccl. 24.*
2. TabernaCVLVM DeItatIs. *Pſalm. 45.*

ANAGRAMMA 21.

Fundamentae jus in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob: bene enim creduntur mirè puriſſimae ac à virtute rectae, hoſti maturè et accuratè obſerantur.

CHRONICA.

1. IanVa aD orIenteM CLaVſa. *Ezech. 44.* (*13.*
2. CoLVMna IgnIs tenebras De orbe fVgans. *Exod.*

ANAGRAMMA 22.

En una certè cum Nato verè, ſummè venuſta, ſanctè ac merè chara formata eſt; Angelicis poteſtatibus ſublimior manat; nivibus candidior paret; ſideribus nitentior ardet; unionibus purior micat.

CHRONICA.

1. CeDrVs sVpreMa LIbanI. *Eccleſ. 24.*
2. MIrrha eLeCta sVaVIter oDora. *Ibid.*

ANAGRAMMA 23.

Cantate Domino canticum novum, mirabilia fecit, potenter ſalvavit ſibi ab origine creandam, manus ejus et brachium ſanctum ejus peſte et ſordibus carens oritur et ſana donatur.

CHRONICA.

1. Veſte DeaVrata regaLIter aMICta. *Pſalm. 45.*
2. DILata noVItas sVper terraM faCta. *Ierem. 31.*

Item: Canticum Anagrammaticum Mariarum Immaculatum, cujus ſinguli verſus Anagramma prorſus purum *de Immaculata Conceptione Deiparæ* continēt ex integrâ Salutatione Angelicâ erutum.

℣. 1. *ANAGRAMMATICVS.*

Magnificat anima mea Dominum: nam ipſe me corde puro ſanctè rutilanti ornans à labe carnis praeſervavit, nec victor robuſtus deſertit ab hoſtibus terrae nocentibus victis re evidenti tutam.

CHRONICON.

Ego VIrgo nIgra, ſeD pVLChrè forMoſa. *Cant. 1.*

℣. 2. ANAGRAMMATICVS.

Subsiliit spiritus meus in Deo salutari meo: nam ipse cunctorum in morbo medicus, ab atra turbae aegritudine mihi praeservator est, una Nato vincente nitens eructata, sanctè ac mundè fabricor.

CHRONICON.

Ego pLatanVs MIstICa prope aqVas fronDens.

℣. 3. ANAGRAMMATICVS.

Fecit enim mihi magna si potens est, ac sanctum nomen eius: nam ob sanctitatem domus auro pura ei debetur, potentia absolutè dabit, sic in diris ruinis turtur verè salva, ac re eburna carni eructor.

CHRONICON.

Ego fLorIDVs fLorIs thaLaMVs. *Cant. 1.*

℣. 4. ANAGRAMMATICVS.

Ab instanti primo Conceptionis vidit humilitatem famulae suae, turtur cara viribus sacris stans atrum virus nescio: ecce inde ab ortu merè puro abundanter beatam dicent omnes generationes.

CHRONICON.

Ego aroMatICa è Deserto VIrgVLa. *Cant. 3.*

℣. 5. ANAGRAMMATICVS.

Et misericordia ejus à progenie in caeteras rectis timentibus eum; unde multò ampliùs ac sanctiùs in me Matre virtus pura habebitur; non dubitabis Nato nitens fundor, ac ornata casta creor.

CHRONICON.

Ego aqVa VItae De LIbano DesCenDens. *Cant. 4.*

℣. 6. ANAGRAMMATICVS.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbum mente cordis sui, ac mente cordis mei; nam ab eo natura matris virtutibus verè diva labem salvata vincens, ac ignorans, ornatu nitente creatur.

CHRONICON.

Ego aManDa ChrIstI soror parVVLa. *Cant. 8.*

℣. 7. ANAGRAMMATICVS.

Deposuit potentes de sede et sublimavit humilem ab instanti originis: nam sibi de me nascituro Matrem è naturâ bonâ puram fecit, nec sub carne ac orco stravit: turtur sacra, cara, vivens invenior.

CHRONICON.

Ego CoLVMna nVbIs per DIes. *Exod. 13.*

℣. 8. ANAGRAMMATICVS.

Esurientes replevit bonis ac divites dimisit inanes; non me emittens hosti vacuam ac inanem: sed bonis grandibus ab ortu replevit, purè orta sacror, ab ictâ morte cum naturâ rectâ futura vincam.

CHRONICON. (*Exod. 16.*

Ego InVIoLata fœDerIs arCa MIIsterIIs referta.

℣. 9. ANAGRAMMATICVS.

Suscepit Israël puerum suum recordatus misericordiae suae, ab eo Redemptoris Matrem nivibus albentibus ac nitentibus nitidiorem creans, hinc una Nato formante tuta ac vincenti nota grata.

CHRONICON. (*Gen. 47.*

Ego terra saCerDotaLIs trIbVtVM non præbens.

℣. 10. ANAGRAMMATICVS.

Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham et semini ejus in saecula, puritatem meam orbi et nocti praedicens; ab omnibus enim Vatibus in terreni carne, ornatu gratè munda invictè futura dicor.

CHRONICON.

Ego InCensVM VItæ reDoLeo. *Levit. 16.*

℣. EPILOGVS ANAGRAMMATICVS.

Gloria Patri me natam, Filio Matrem, Spiritui Sancto Sponsam, Trinitati ceu sacrarium nitoribus ab ortu sanctè ornantibus creanti: sum decus verè, rectè, abundè, mundè, niveè, divè, ab hoste cavens.

CHRONICON.

Ego tabernaCVLVM DeItatIs. *Psalm. 45.*

Item: Corona Mariana Stellarum 12. totidem Anagrammatibus prorsus puris in favorem Immaculatè Conceptæ Deiparæ Virginis MARIÆ, totius Ordinis Seraphici Patronæ, ex Angelicâ salutatione integrâ, prout ab Ecclesiâ recitanda proponitur, deductis, exornata & variis Chronicis ex Scripturâ sacrâ illustrata.

Salutatio Angelica.

Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui JESUS. Sancta MARIA Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in horâ mortis nostræ. Amen.

Sunt in supradictis verbis litteræ hoc numero 19. A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. 17. 5. 8. 4. 17. 1. 1. 1. 17. 2. 8. 13. 8. 3. 13. 12. 15. 4.

Anagrammata ex integrâ salutatione angelica eruta de Immaculata Conceptione.

In capite ejus corona Stellarum duodecim. Apoc. cap. 12.

ANAGRAMMA I.

Stella 1. Siste Adam: ob JESUM Virgo summè tuta vincet, in acerbâ carnis ac mundi peste ab hominum sordibus purè intacta nitens à Romano Pontifice declaratur. Jure arbor vitae sanctè virens intus claret.

CHRONICA.

1. pVLChrItVDo MarIÆ 2. tanDeMorbI pVbLICatVr 3. ab aLeXanDroRoMano pontIfICe 4. pVrIsIMa DeCLaratVr.

ANAGRAMMA II.

Stella 2. Sicut lilium est inter spinas, sic amica mea inter natas Adam vocetur. Cum virtute venit, undè Christo praeservante ab anguis obscaenitur-bidâ rabie, et mortis mucrone omninò defensâ probatur.

CHRONICA.

1. LILIVM aLbI nItorIs Inter spInas aDæ. *Cap. 2.*
2. EVa sIne Vae MaLeDICto. *Gen. 3.*

ANAGRAMMA III.

Stella 3. Bolum blandientis anguis Eva capit. Deipara charitate fortis renuit. Rubus est pomi crimine incombustus. Arca Noë undis non submersa. Ortu intacte aurea, sorte et nece Adami immunis creatur.

CHRONICA. (*Exod.*

1. MarIa rVbVs fLagrante CharItate arDens.
2. arCa Noë DILVVIo non Mersa. *Gen. 7.*

ANAGRAMMA IV.

Stella. 4. Candor est nivis aeternae, speculum sine maculâ et imago bonitatis Dei purè emicans, ab Adam mortui sorte necem cruentam vincens, fortior abstrahitur, puritatibus vivis certè abundat.

CHRONICA.

1. speCVLVM DeItatIs. *Sap. 7.*
2. CanDeLabrVM VerbI æternI. *Exod. 25.*

ANAGRAMMA V.

Stella 5. Sicut vellus Gedeonis caeteris siccis imbre roridum madet, sic una munda parens, naturâ, ruinâ non tacta turtur merè ac summè nivea in orbis siccitate, ab omnipotenti bonitate perfusa habetur.

CHRONICA.

1. VeLLVs GeDeonIs IMbre Largo rorans. *Jud.*
2. tVrtVr Casta Deo aMabILIs. *Cant. 2.*

ANAGRAMMA.

Stella 6. Sol obviae lunae nitorem dat Christus Matri suae

tri auri puri munditiem, ab agno cara creatur ne dubites, domum obscaenam purissimus renuerer. Nato beato recta innititur, ac sine peste facinus nescit.

CHRONICA.

1. DoMINa VtsoL VnICa. *Cant. 2.*
2. LVna pLena seMper fVLgIDIor. *Ibid.*

ANAGRAMMA VII.

Stella 7. Sicut palma in Cades mirè sublimata vitâ victrice virens. Sicut rosa in Jericho in amorem rubens, bonam fragrantiam bene odora praebens, & tota purè munda nitet, sanctè dives est, curfatuto venit.

CHRONICA.

1. reLMa In CaDes eXorIens. *Eccles. 24.*
2. oDor rosæ aMœnæ eXhaLans è IerICho. *ibid.*

ANAGRAMMA VIII.

Stella 8. Ut hortus conclusus soror mea sponsa, et sum benedictione mirè signatus, divina Nati caro virtute ab orci rapacibus manibus liberetur; manet in Adam verè dicta pura ac summè intemeratè nitet.

CHRONICA.

1. nuptVs DeLICIarVM. *Cant. 4.*
2. rosa CLarVs ab oMnIpotente Deo sIgnatVs. *Ib.*

ANAGRAMMA IX.

Stella 9. Ab ore Altissimi prodivit primogenita ante omnem creaturam. Christi nati beneficentiâ obumbratur, ornatu casus Adam puro vestitur; unde sicut naevo carens, dives manens et crescens jubilat.

CHRONICA.

1. ThroNVs sanCtVs DeI saLoMonIs. *3. Reg. 10.*
2. DoMVs præparata ChrIsto saLVatorI. *1. Par. 28.*

ANAGRAMMA X.

Stella 10. Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te. Tu in ruinis virecens superbi caput conteris. Tu rugam Adam cum Nato mirè abradis. Tu turris tota eburnea stes, in robore Jesu ab inimico defenderis.

CHRONICA. (*Cant. 4.*

1. tota pVLChra est, tota DIVIna, tota forMosa.
2. VnIs eb Vmea CanDore spLenDIDA. *Cant. 7.*

ANAGRAMMA XI.

Stella 11. Fundamenta ejus in montibus sanctis ab orci vento abominando, et diris tempestatibus incocussa praeservantur: verè munda horribili maculâ caret, vitâ certè emicat et purissimè generatur.

CHRONICA.

1. oLoriosa DeI regIs oMnIpotentIs CIVItas
2. sVper aLtos ChrIstI Montes fVnData. *Psal. 86.*

ANAGRAMMA XII.

Stella 12. In capite ejus corona stellarum duodecim; nam caput seu initium vitae ipsius ab astris ac sideribus micantibus bene coronatur, è terra munde factum est, regnat, amore ab intra nitens honoretur.

CHRONICA.

1. Virgo CapIte astrIs reDIMIto nobILIs.
2. regIna peDe gLoriosa LVnaM sVppLantans.

Apoc. 12. Habemus manuscripta apud nos, in 4.

LANDULPHUS Neapolitanus Archiepiscopus, Ordinis Minorum, in 3. Sent. dist. 3. docuit *praeservationem Virginis à peccato originali*, ut refert Salaz. sect. 14. Leon, class. 9. & alij. Euseb. lib. Excerpt. fol. 519. Sed praecipuè Joannes Vitalis in Defensorio, lib. 4. ancil. 7. Pistoia, fol. 158.

LANDULPHUS de Saxonia, Ordinis Carthusianorum, in libro dicto: Vita Christi, cap. 2. de Inventione remedij pro salute generis humani, & de Nativitate Virginis MARIÆ, fol. 8. inquit: Nec fuit ista Virgo subitò & casu inventa; *sed ab æterno prædestinata.* Unde Damascen. Ipsa Dei Genitrix ab æterno etiam prævisо tempore Dei consilio prædeterminata, & diversis imaginationibus & sanctificationibus Prophetarum per Spiritum Sanctum præimaginata & prædicata fuit, &c. Et infra: Eandemque Angelus nuntiavit Annæ, motuque Angelico ambo ascenderunt in Hierusalem, & debitas gratias Domino persolventes in templo, regressi sunt ad propria. Concepitque Anna & peperit filiam, quam vocavit MARIAM: *ab originali autem quodam privilegio singulari in matris utero purgata fuit*, &c. Ad marginem autem habet hæc verba: *MARIA purgata, sed magis præservata asseritur ab originali culpa.* Item infra: Considera hic attentè virtutes & mores Virginis MARIÆ, & pro posse tuo etiã imitari stude. *De MARIÆ Conceptione & sanctificatione est sciendum*, quòd cùm Deus humanam naturam assumere decrevisset; congruum fuit, ut Matrem de qua nasceretur, præmitteret, &c. Ipsa etiam præfigurata fuit per fontem signatum in horto concluso positum: *quia eam conclusam in utero matris Spiritus Sanctus sanctificavit, & sigillo sanctæ Trinitatis sic concluxit & signavit; quòd in eam nunquam aliquid coinquinatum intravit*, &c. Item, c. 42. fol. 140. explicans illud dictum Centurioni: Non inveni tantam fidem in Israel, inquit: Invenit enim in antiquis majorem, ut in Abraham, Isaac & Jacob & aliis pluribus Patriarchis & Prophetis, qui fuerunt fidei nostræ principium: *excipitur autem semper Beata Virgo, cùm de meritis vel peccatis sit mentio*, &c. Ex his colligi potest, quo fundamento citent Landulphum Adversarij pro sua sententia, de quo aliàs latè in nostro Armamentario Angelico. Lib. impr. Venetijs 1516. & 1568. & 1604. in 4. Et Lugduni 1519. in fol. & Italicè Ferrariæ 1586. in 4. & 1522. in 4. & Parisijs 1529. in 8. regali.

LAUREANUS de Morales, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem seu Sonetum *de Immaculata Virginis Conceptione* pro Scoto. Extat cum aliis impress. Granatæ 1651. fol. 226.

LAURENTIA Stroza, Monialis Ordinis Sancti Dominici in Monasterio B. Nicolai de Prato, in libro cujus titulus est: In singula totius anni solemnia Hymni, folio 96. adducit *in Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis* eo metro quo laude digna, &c. Hymnum, ubi inquit:

Templum & arca sunt figuræ Virginis sanctissimæ,
Quæ fulget intus auro puritatis maximæ,
Labe pulsa originalis imbre sancto criminis,
Festa cujus turba credens nunc colit dignissima.

Lib. impress. Florentiæ 1588. in 8.

LAURENTIUS de Alcozer, Poëta Hispanus, scripsit Carmina *de illibata Conceptione Dei Matris MARIÆ*, & extant apud Didac. Cano de Concept. folio 80.

LAURENTIUS de Aponte, Ordinis Clericorum Regularium Italus, in Sapientiam Salomonis Commentariis, c. 1. n. 4. in expositione ad litteram Homilia 6. fol. 28. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit præservata ab originali peccato*, &c. Et ibidem, fol. 34. digress. 2. inquirit: *Utrum definiri possit de fide, Virginem*

ginem sanctissimam conceptam sine peccato originali? Quam quæstionem tractat latè, à fol. 34. usq; 61. sub his §§. An hæc quæstio in se dignitatem habeat definitionis? Utrum Ecclesia sancta possit hanc veritatem *in favorem Conceptionis Immaculatæ* definire? Et adductis fundamentis, inquirit: An prædicta fundamenta ita sint disposita, ut nullo alio spectato medio possit de facto ad definitionem Sanctissima Dei procedere Ecclesia? Ac tandem: An expediat & conveniat, quamprimum ad definitionē sanctissimus accedat Pontifex? Lib. impress. Parisiis 1629. in folio.

LAURENTIUS de la Barre Gallus, in Historia Christiana veterum Patrum edi curavit *de Conceptione sanctissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV CHRISTI Kalendam* & adnotationem Usuardi & Molani. Impress. Parisiis, anno 1583. in folio.

LAURENTIUS van Beneden, Licentiatus Juris Belga, in libello: Vita gloriosæ mulieris Annæ Flandricè, cap. 24. Quomodò Sancta Anna conceperit benedictam Virginem MARIAM, &c. fol. 176. sic ait: Quinta margarita, quâ *mirabile hujus Virginis Conceptionis* fundamentum mirè resplendet, est quòd circundata fuerit multis virtutum margaritis, *in quibus concepta est sine peccato originali*; id enim quod S. Augustinus de Angelis asserit, videlicet Deum illos creasse cum bona voluntate, id est, cum pura charitate, quâ ipsi adhærebant, simul ipsorum creans naturam & gratiam infundens: id admodum verum est de benedicta Virgine, quam Deus creavit cum recta voluntate atque adhærente charitate, *ejus naturam creans & unà gratiam infundens, ex singulari privilegio Matri Dei conveniente*, &c. Impress. Bruxellis anno 1628.

LAURENTIUS Benedictus, Presbyter Flander, in Historia Hispanica de Miraculis Dominæ nostræ de Laeken prope Bruxellas, in Dedicatoria inquit: La gloriosa Madre de Dios es Reina de los cielos y de la tierra, à la qual David en spiritu *tanto tiempo antes, à la derecha mano de su hijo profetizò, como si la viera*, diciendo Psalm. 44. La Reina estuvo à vuestro derecho lado en habito dorado, con muchedumbre de ornato, &c. Lib. impress. Bruxellis 1635. in 8. Hæc verba non exprimunt mysterium Conceptionis, possunt tamen adaptari: quia si prævisa à dextris Filii, ergo nihil habuit sinistri: non enim diceretur semper à dextris, si fuisset saltem per aliquod instans in peccato; vel si (mavis) expungatur.

LAURENTIUS Beyerlinck Antuerpiensis, in Promptuario morali super Evangelia festorum totius anni, in festo Nativitatis B. Virginis fol 380. sic inquit: *Concepta namque eo mense Virgo benedicta, quo Filium enixa est, octavo scilicet Decembris die, quando exclusa originalis peccati labe, à quo Matrem præservare, eique primo Conceptionis instanti sanctificationis prærogativam excellentius, quàm Ioanni Baptistæ elargiri Deus potuit & voluit*, &c. Impress. Coloniæ 1613. & 1614. in 8.

Item, in libro: Theatrum vitæ humanæ, tom. 5. verb. MARIA, *de festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* §. unum. Impress. Coloniæ 1631. in folio.

LAURENTIUS Bochellus Crespeiensis Valesij Gallus, in libro: Decretorum Ecclesiæ Gallicanæ ex Concilijs ejusdem Oecumenicis, Statutis Synodalibus, &c. cap. 12. de Festis & veneratione Sanctorum, ex Synodalibus Ecclesiæ Rhemensis adducit festum *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*. Et cap. 13. ex Synodo Galeni & Simonis Legatorum: *Conceptio autem S. MARIÆ hodie de mandato sedis Apostolicæ celebratur*. Et capite 51. folio 587. Joannes Duraboise Lingonen. Episcopus in Synodali 1491. Singulis annis *festa & solemnitates Conceptionis* & Annuntiationis Dominicę in honorem dictæ gloriosissimæ Virginis solemniter celebrent, & colebrari faciant diebus quibus prædicta festa occurrent, unà cum octavis, prout & quemadmodum in festis seu solemnitatibus Assumptionis & Nativitatis ipsius Virginis MARIÆ ab antiquo fieri consuevit. Parisijs 1609.

LAURENTIUS Calcaneus, Doctor Brixianus, scripsit *Tractatum pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. ad annum 1458. sed quo fundamento, ipse videat: nam Vincentius Baudellus ipsum citat, & adducit expressa verba pro contraria sententia per integras columnas. Auctorem istum quæsivi Romæ & Brixiæ summâ diligentiâ, sed illum invenire minimè potui.

LAURENTIUS de Carcamo, Ordinis Carmelitarum, natione Hispanus, scripsit *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis* Sermonem unum. Impress. Panormi 1637. in 4.

LAURENTIUS Carduisius, Ordinis Minorum Lucensis, scripsit duos Tomos sub titulo: Villa Regia MARIÆ Virginis, in quibus agit *de Immaculata eiusdem Deiparæ Conceptione*. Impress. Venetijs 1630. ut testatur Marrac. in Catalogo Marian. & in Bibliotheca, fol. 14.

LAURENTIUS Chiffletius, Societatis Jesu Belga, in Summario Coronæ Rosarij, &c. folio 10. *Quòd Virgo MARIA processit ex Iachim & Anna absque peccato originali*. Impress. Bruxellis, anno 1640. in 12.

Item, in officio & actis S. Joseph agit *de festivitate Conceptionis*, &c. in principio. Lib. impress. Bruxellis 1641. in 12.

Item, in libro cujus titulus est Hispanicè Tres exercicios spirituales muy devotos dela invocacion dela Virgen Santissima, dela Corona dela misma Virgen, y del Santissimo Sacramento, *de præservatione Virginis à peccato originali, & Immaculata Conceptione* folio 81. & 90. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1653. in 8.

Item, in libro: Idea præcipuorum affectuum ad invocandam Dei ac misericordiæ Matrem, à folio 84. agit *de purissima Conceptione*. Et folio 61. num. 9. sic inquit: *Concepta citra omnem modum labem*. Impress. 1650. in 24.

LAURENTIUS Chrysogonus, Dalmata Societatis Jesu, in libro: MARIA Speculum mundi celestis, sive Mundus Marianus, discur. 3. num. 1. folio 83. *Quòd in instanti Conceptionis clare divinam essentiam est contemplata*. Item, *pro Immaculata Virginis Conceptione* adducit sparsim multa per totum librum, quæ transcribere difficile esset. Vide verb. MARIÆ puritas & MARIÆ Conceptio, &c. Lib. impress. Patavij 1651. in folio.

LAURENTIUS Cundi Italus, *in solemnitatem Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* adducit remissionem ad festum Nativitatis, in Bibliotheliarum, tom. 4. Imp. Lugduni 1588. in fol.

LAU

LAURENTIUS Cuperus, Ordinis Carmelitarum Germanus, edidit Librum sub hoc titulo: Genealogia vitæ Beatæ Annæ Christi Servatoris nostri Aviæ maternæ, ex optimis & vetustissimis Ecclesiæ Doctoribus studiosè collecta, &c. ubi plura invenies de ortu MARIÆ, & præcipuè folio 15. *de festo Conceptionis* celebrato apud Græcos die 9. Decembris. Vide etiam fol. 49. & 53. Item, ad finem libri folio 166. in Serto rosaceo piarum precum ad Deum Patrem, Deique Parentem MARIAM & hujus sanctam matrem Annam inquit: O sancta mater Anna, tu es illa convallis, *in qua floribus inter spinas concepta est filia tua à spinis omnium peccatorum libera, sicut Deus confert castaneæ ut inter spinas nascatur à spinis immunis*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1551. in 16.

LAURENTIUS Guilielmus de Traversagnis Ligur, Ordinis Minorum, in libro de Pudicitia Beatæ Virginis MARIÆ metricè, agit de ejus *Immaculata Conceptione*, ut refert Antonius Daza libro de Concep. cap. 6 folio 49. De Auctore & Opere mentionem facit Waddingus, folio 234.

LAURENTIUS Gutierrez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, vespertinæ Cathedræ in Complutensi Academia Moderator, in festo Incarnationis Verbi divini, ubi plura *de Immaculata Virginis Conceptione*, Sermonem unum impress. Matriti anno 1618. in 4. & prædicatum coram Rege die 25. Martij 1618.

Item, *de Conceptione Immaculata Virginis* Sermonem unum. Salmanticæ 1619. in 4.

Item, scripsit cum alijs Patribus Epistolam pro *Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est apud Euseb. de Exception. folio 416.

LAURENTIUS Gratian, Doctor Hispanus, in libro: Arte de ingenio y tratado de la agudeza, discur. 4. folio 9. tractans illa verba: Ecce Ancilla Domini, nomine cujusdam Anonymi inquit: *Por quanto quando havia de ser esclava de la culpa en su Concepcion purissima*, y la gracia la hizo Reyna hoy en su Annunciacion quando havia de ser Reyna, la humilidad la hace esclava. Item, infra cum Sancto Joanne Damasceno inquit: El Padre es Joachin, que significa præparacion, la Madre Anna, que es gracia: preparacion y gracia; *luego MARIA fue concebida con circunstancias, con privilegios de Sacramento: esto mas fue comulgada la naturaleza, que concebirla*. Item, cap. 8. folio 26. MARIA santissima fue estrella de mar, id est el norte, *porque no conocio ocaso de culpa*. Item, c. 17. ad illa verba: Ego ex ore Altissimi prodivi, inquit: Esta gran Reyna se dice haver salido de la boca del Altissimo; porque si la boca del mismo Dios pudiera pedir, ella era à pedir de boca del mismo Dios. Tan lejos estuvo de salir de la gula de los primeros padres, &c. Vide fol. 103. Imp. 1642. in 8.

LAURENTIUS Guardiola Valentinus, Ordinis Minorum Lector bis Jubilatus, & Provinciæ Valentiæ Provincialis Hispanus, edidit Concionem sub hoc titulo: *Sermon de la purissima Concepcion de la Virgen santissima*, predicado en las grandiosas fiestas, que en su dia le hacen sus devotissimos Capellanes del clero de la noble, y leal Villa de Ontiniente. Impress. Valentiæ 1644. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

LAURENTIUS Haas, Ordinis Minorum Belga, scripsit Librum sub hoc titulo: Privata Poeticaque ad Capitolium Legatio *pro gloriosissima Dei Matris Immaculata Conceptione*, inscripta Illustrissimis Brabantiæ Ordinibus. Impress. Antuerpiæ 1660. in 4.

Item, scripsit Carmina sub hoc titulo: R. Admodum P. Petro de Alva & Astorga S. Theologiæ Lectori Jubilato, nec non olim in Curia Romana Procuratori Generali, subtilissimis Lucubrationibus & infatigabili studio *Immaculatam Dei Genitricis Conceptionem* elucidanti, Imaginem ejus ipsius inventu virgam mysticam Isaiæ 11. exprimentem, decantatam Kalendis Januarij, &c. Explicat perpulchrè imaginem Nodi indissolubilis. Impress. Lovanij 1663. in charta expansa, & in principio Nodi indissolubilis secundæ impressionis eodem anno Bruxellis.

LAURENTIUS Loyetus, Ordinis Prædicatorum Italus, edidit Libellum sub hoc titulo: Rosario del santissimo nome de Giesu, diviso en quatro parti, &c. In toto libro nihil habet pro Conceptione vel Sanctificatione Virginis MARIÆ; sed fol. 1. depicta imagine Jesu cum Rosario in manu sua inter MARIAM & Josephum, sunt hæc verba manuscripta: *IESVS natus ex intacta prorsusque Immaculatissima Virgine MARIA*. Lib. impress. Neapoli 1629. in 12. Extat in Biblioth. D. D. Antonij Leon Matriti.

LAURENTIUS Lupus, Ordinis Minorum Hispanus, in Compendio Rubricarum Breviarij & Missalis Romani, cap. 19. folio 42. agit de recitatione officij *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1632. in 8.

LAURENTIUS Massorillus, Ordinis Minorum Italus, Poëta insignis, in libro sacrorum Hymnorum, in ordine undecimo, sub titulo: *De Immaculata Conceptione Virginis*, sic inquit:

Ornatam teneros animam inspiravit in artus,
Nec tamen antiquam contraxit origine noxam, &c.

Lib. impress. Fulgineæ 1548. in 4.

LAURENTIUS Massellus seu Mazelus, Societatis Jesu Italus, in libro de Vita Beatissimæ Virginis Matris Dei, libro 1. cap. 5. tractat *de gratijs concessis Virgini in instanti suæ purissimæ Conceptionis*, ad illud: Multæ filiæ congregaverunt, &c. à folio 25. usque 28. Lib. impress. Venetijs 1610. in 4. & 1606. etiam in 4.

LAURENTIUS Miravellus Italus, edidit *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Discursus sive Sermones. Impress. Romæ 1652. in 4. regali.

LAURENTIUS Opimus, Ordinis Servorum Bononiensis Italus, in 3. Sentent. dist. 3. quæst. 1. circa materiam de peccato originali: Utrum de facto Virginis caro à parentibus genita, fuerit concepta in aliqua deformitate vel originali culpa? Ponit has propositiones. 1. Propositio: *Purissima caro Beatæ Virginis non fuit sanctificata in principio suæ originis*. 2. Propositio: Actus matrimonialis, *quo Virginis caro à parentibus concepta fuit, fuit meritorius, & nullo modo demeritorius*. 3. Propositio: *Si Virginis caro aliquâ viâ imaginandi fuerit genita in originali culpa, majus malum sibi correspondisset, quàm si æternaliter damnata fuisset pœnâ damni*. 1. Conclusio: *Beata Virgo in instanti infusionis animæ ad carnem fuit verè sanctificata ex aliquo supernaturali dono*. 2. Conclusio: *Si Beata Virgo in peccato originali fuisset genita*, perfectissimo innocentiæ & charitatis dono non fuisset decorata. 3. Conclusio: *De facto Virginis caro à parentibus genita, in aliqua deformitate vel peccato non fuit concepta*, &c. Deinde adducit Quæst. 3. colla-

collateralem sic: Utrum, *si Beata Virgo sine peccato originali fuerit genita*, remanserit tamen in ea fomes peccati, vel num à fomite fuerit purgata? Et respondet, quòd non habuit fomitem. Item, Quæst. 4. collateral. *Utrum, si Beata Virgo fuerit sine peccato originali genita*, propter hoc adæquaverit Conceptionem Christi? Et respondet, quòd non. Item, Quæst. 2. *Utrum, concesso quòd Beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali*, Christus potuerit de ipsa incarnari? ponit sequentes Propositiones. 1. Propositio: *Deus potuit suam sanctissimam Matrem præservare à fomite originali.* 2. Propositio: *Etsi Beata Virgo in semine posset dici fuisse maculata, non tamen sequitur, quòd à macula peccati originalis non fuerit præservata.* 3. Propositio: *Potest dici, quòd Beata Virgo fuit reconciliata, etiamsi à peccato originali fuit præservata.* 1. Conclusio: Præservatio ab omni originali peccato non tollit mediationem vel redemptionem respectu Virginis. 2. Conclusio: Deus animam gloriosæ Virginis Matris suæ servavit ab omni macula inficientis mortalis culpæ. 3. Conclusio: Concesso, quòd Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, Christus potuit de ipsa incarnari. Lib. impress. Parisiis 1532. in folio.

LAURENTIUS de Portel, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Responsiones contra quasdam Propositiones cujusdam Doctoris Gasparis Ram *circa Conceptionem Matris Deiparæ*, in libro Responsionum moralium part. 2. cas. 2. à fol. 533. usque ad 594. Impress. Turnoni 1633. in 8. regali. Habeo integrum manuscriptum ex proprio suo charactere & nomine in folio, & incipit: *Supradictus Auctor præcedentes omnes propositiones, &c.* Item, ibidem: Dubia *circa Officium Conceptionis Deiparæ*, quod incipit: Sicut lilium, casum alterum, par. 3. casu 27. à folio 777. usque 783. Ibidem impress. Item, in libro Dubiorum Regularium verb. *Conceptio Deiparæ MARIÆ*, plura adducit pro Immaculata Virginis Conceptione, voto & juramento defendendi prædictum mysterium. Item, verb. Hæresis, *circa diffinitionem mysterij Immaculatæ Conceptionis* dubium alterum. Item, verb. Interdictum, secundùm suam citationem, agit etiam *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Lugduni 1630. in 8. regali.

LAURENTIUS Ramirez de Prado Hispanus, & in supremo Senatu Regis Consiliarius, refert devotionem, quam habebat Bernardus Toletanus Archiepiscopus *ad Immaculatam Virginis Conceptionem*; quam prædicavit in Hispania Sanctus Jacobus, & incœpit ab Apostolis in Concilio decernentibus. Ita in Chronicon Juliani Toletani Scriptoris, n. 697. Item, in Adversarijs, n. 395. Quòd sit traditio ab Apostolis in Concilio congregatis *beatam Virginem MARIAM ab originali peccato fuisse immunem*, &c. ubi supra. Impress. Parisijs 1628.

Item, ad Chronicon Luitprandi, æra 714. anno verò Christi 676. num. 131. ad illa verba: Et consecrata ejusdem *Virginis Immaculatæ Conceptioni*, quam omnes Apostoli prædicarunt, fol. 359. agit *de festivitate Immaculatæ Conceptionis*, ac de ejus antiquitate in Hispania à tempore S. Jacobi, ac de Concilio Apostolorum. Lib. impress. Antuerpiæ 1640. in folio.

Item, scripsit votum ac juramentum factum à Concilio honorato Mestæ & Cabanæ Regalis *protuenda Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Matriti 1654. in 4. In quo est pulchra imago Immaculatæ Conceptionis in charta expansa magna, & quamplures Cantiones Hispanicæ pro eadem Immaculata Conceptione.

Item, in approbatione Informationis D. Francisci de la Cueva & Sylva, inquit

Libera quæ legis nexu fuit aurea Virgo,
Aureo ab ore .... legibus asseritur.

Vide ibi reliqua omnia pro hoc mysterio Conceptionis Virginis.

LAURENTIUS Scalavonius Ravennas Ordinis, in libro: Lectuli Salomonis, hoc est, De præcipuis Beatæ Virginis MARIÆ doloribus ac gaudijs, multis docet: *Quomodo præservata fuit à peccato originali: Quomodo in Conceptione contrivit caput draconis: Quomodo manum supposuit Deus ne caderet; & de Conceptionis festo ab Ecclesia celebrato*, &c. Impress. Romæ anno 1619.

LAURENTIUS Svan Schoone, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis habitis Lovanij die 9. Decemb. 1642. Concluf. 5. de Debito, sic inquit: *Ab hoc Beatam Virginem Dei Matrem, quæ secundum communiorem etiam ab originali libera fuit, hoc ab Adamo propagatam, immunem fuisse existimamus*, &c. Impress. ibidem in 4.

LAURENTIUS Scruplus, Italus Clericus Regularis, in libro: Combattimento spirituale, in modo recitandi Coronam Virginis Mariæ, fol. 329. inquit: MARIA fu una delle figlie di Adamo, ma sicut lilium inter spinas, *perche essa sola fu nel primo instante della sua concettione concetta in compimento gratia.* Qualunque homo per multi farceti, e gratiæ che habbia havuto da Dio è stato non dimeno almeno per spatio di qualche istante, ò tempo nelle tenebre del peccato, nemico de Dio, è servo del demonio, ma MARIA sola fu (perque cosi piazque à Dio è conveniva à la Madre) candida, illuminosa, sempre amica de Dio senza in potere, ò serva del demonio. Lib. impress. Venetijs 1635. in 12.

LAURENTIUS Suarez, Baccalaureus Hispanus, edidit Sermonem, cujus titulus est: Del mie oreoles infra octava del Corpus en el insigne Convento de Monjas *de la Concepcion* de la Ciudad de los Reyes en el Reyno del Peru, &c. Impress. Limæ 1646. in 4.

LAURENTIUS Surius, Carthusianus Germanus, tomo 6. de Vitis Sanctorum, hæc dicit: *De Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, quam Catholica Ecclesia celebrat 8. Decembris die, multa præclara extant doctissimorum virorum scripta, ad quæ lectorem remittimus. Interim in laudem tantæ Virginis libuit hue adscribere Sermonem Beati Epiphanij Episcopi Cypri Auctoris perantiqui, quem è Græcis convertit vir doctissimus Joannes Picus Canonicus Parisiensis; potest autem hinc facilè colligere lector, quanti fecerint hanc singularem Virginem Patres antiqui. Venetijs 1481. in folio & Coloniæ 1608.

Item, Latinè reddidit Sermonem Joannis Tauleri *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Coloniæ 1603. in 4.

Item, in Homilijs sive Concionibus Flavi Alcuini: *De Conceptione Beatæ MARIÆ*, ut in Nativitate ejusdem. Lib. impress. Coloniæ 1576. in fol.

Item, in Commentario brevi rerum in orbe gestarum, fol. 20. hæc habet ad annum 1501. Eodem anno Facultas Theologica Academiæ Mo-

guntinæ,

guntinæ imitata Synodi Basileensis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos, omnino decrevit & statuit sentiendum, *Beatissimã Dei Genitricem semperque Virginem MARIAM, quam ex omni æternitate sibi Matrem delegit Filius Dei, sine labe originalis peccati conceptam, idque singulari quodam privilegio.* Non hic necesse est anxiè perquirere, quid hinc scriptum reliquerint prisci illi Ecclesiæ Doctores, qui certè de hac Virgine singulari reverentia & honorificè scripsêre. Augustinus ipse, cujus summa est auctoritas, capite 36. lib. de Natura & Gratia, ob unigenitum Dei Filium ex ea natum, nullam prorsus de ipsa vult haberi quæstionem, cùm de peccatis agitur. An non ille sensit singulare privilegium illi Virgini concessum, quam non est ausus ulli peccato fateri obnoxiam? Contendant hìc alij quantum volent. Certè qui Deum timent, non facilè usi erunt in diversum pertinacem ferre sententiam. Alioquin si communibus illa cæterorum mortalium legibus subjecta fuit, cur non etiam cum dolore & virginitatis injuria peperit? Dictum est Evæ, & in ea fœminis omnibus: In dolore paries filios. At Virgo Maria incredibili & prorsus inaudito miraculo Virgo concepit, non ab homine, sed de Spiritu Sancto, & Virgo peperit in conceptu expers concupiscentiæ, in partu doloris. Qui ergo eam sic sibi voluit esse Matrem, ut non ab homine, sed de Spiritu S. conciperet: *is procul dubio talem quoque eam esse voluit, quæ ab omni peccato purissima, digna esset & concipere & parere ipsum Filium Dei.* Non enim habitat sapientia (ut in Sapientiæ libro scriptum legimus) in corpore subdito peccatis. Et tamen ipsa Dei æterna sapientia novem mensibus habitavit in hujus sacratissimæ Virginis sacratissimis visceribus. His ergo atque alijs rationibus permota Facultas Theologica Moguntinæ Universitatis, graviter sanciv it deinceps neminem in ea Academia promoveri debere in sacra Theolog. nisi juramento interposito priùs fidem dederit, se diversam opinionem neque animo retenturum, neque quovis modo approbaturum. Scio non deesse hodieque; qui difficilè adduci possint, ut huic piissimæ sententiæ subscribant, licèt multi doctissimi viri gravissimis argumentis eam adstruxerint & confirmarint. Verùm Concilium Tridentinum sub Paulo III. Pontifice inchoatum, & tandem sub Pio IV. absolutum (multis enim modis Sathanas ejus Concilij tum inchoationem, tum prosecutionem sæpe impedire conatus est) statuit observandas esse de Matris Dei Conceptione Constitutiones Sixti IV. qui Pont. admodum favit *opinioni de Immaculata eiusdem sanctissimæ Virginis Conceptione.* In eo autem Tridentino Concilio fuêre supra 280. Episcopi, & multi excellenti incomparabilis doctrina viri, adeò ut etiam Sectarij, quâ rumvis laxa proposita fide publica, non tamen ausi fuerint eò accedere, eo præsertim tempore, quo sub Pio IV. excellentissimos doctrinâ viros Catholicos ibi fuisse constat. Qui ergo extra Christianæ modestiæ cancellos non vult temerè efferri, & tum sibi, tum alijs mali consulere, acquiescat in Ecclesiæ sententia, & Matris Dei singulari privilegio nihil deroget, ne dum Matri injurius est, præpotentis Filij ejus iram intolerabilem in suas accersat cervices. Item, ad annum 1509. fol. 52. hæc habet: Eodem anno apud Bernates in Helvetijs quidam instituti Dominicani, inconsultò admodum ac temerè oppugnantes *Immaculatam Virginis Matris Conceptionem*, cœperunt etiam commentitijs quibusdam miraculis & visionibus suam apud vulgus opinionem tueri. Abusi ad hoc erant quodam simplici Fratre Laico, qui tamen rem omnem produxit in lucem; nonnullaque alia egerant, quæ viros graves & Religiosos minimè deceret. Sed quia præpotens Deus Matris suæ injurias haud facilè sinit inultas abire, Bernates zelo permoti (quippe qui ad laudes eximiæ jure tum referebant, quòd essent ultores egregij injuriarum Matris Dei) Lausanensem Episcopum, ut in eos inquireret, hortati sunt. Facta est inquisitio, & rei veritate comperta, quatuor primarij Fratres Dominicani degradati sunt, & inde flammis exusti. Istud verò in primis cavendum est hominibus è Religione Christianis, ne in defendenda sententia sua, & aliena oppugnanda nimium sint pertinaces, ijs præsertim in rebus, quas certum est nihil officere veræ pietati; *qualis est opinio de Immaculata sanctissimæ V. Conceptione*, quam videmus ab Eccl. receptam, & à multis gravissimis, atque doctissimis viris fortissimè propugnatam, atque etiam aliquot Conciliorum generalium approbatione firmatam. Videant refractarij, ne dum Matris honori & privilegio cum multorum gravi scandalo & offensione derogant, Filijesus in se iudicium se verum provocent. Hæc Surius. Impress. Coloniæ 1568. in fol. Et in additionibus ad Nauclerum, tom. 1. folio 550. Lib. impress. Coloniæ 1564. in fol.

LAURENTIUS VanderHammen de Leon, Doctor Hispanus, in Elogio panegyrico de S. Joanne Evangelista, folio 40. asserit: *Quòd Conceptio Sanctissima Virginis MARIÆ fuit pura & absque macula, vel suspicione peccati originalis*, &c. Impress. Granatæ 1652. in 4.

LAURENTIUS Villavicentius Xerensanus, Ordinis S. Augustini Hispanus, in tabula compendiosa in Evangelia & Epistolas, sermone de Purificatione, postquam dixerat: Ad hanc legem Maria non tenebatur, addit infra: Lex illa purificationis admonebat Judæos ipsos *esse conceptos in peccatos*, ac turpi concupiscentia; illa quamvis non obliget propter auctoritatem Moysis, tamen quia gloriæ Dei non adversatur, est utilis & honesta, &c. folio 314. Lib. impress. Venetijs 1568. in 8.

Item, in Concionibus de Evangel. & Epistol. quæ in præcipuis & alijs totius anni festis diebus populo in Ecclesia proponi solent, & tabulis hujus Auctoris collectis per Ægidium Topiarũ Flandrum, fol. 13. hæc scribit: *In ferijs Conceptionis Beatæ MARIÆ semper Virginis* Epistola & Evangelium quærantur in festo Nativitatis ejusdem, Sic in libro impress. Parisijs 1566. in 8. & Lugduni 1568. etiam in 8. Lege omnes Serm. de Virgine Maria hujus impressionis, & invenies plura pro immunitate Deiparæ ac plenitudine gratiæ ipsius, præcipuè in serm. de Nativitate.

LAURENTIUS de Zamora, Ordinis Sancti Bernardi Hispanus, 3. part. Monarchiæ mysticæ, sub hoc titulo: Libro primero de la tercera parte de la Monarchia mystica de la Iglesia, hecha de Hieroglyphicos sacados de humanas y divinas

letras. Trataſe en el *la purißima Concepcion de la Virgen Madre y Señora nueſtra*, & extat à fol. 155. uſque 264. Liber eſt dicatus ipſi Reginæ cœlorum & in principio habet imaginem Immaculatæ Conceptionis. Impreſſ. Matriti 1611. in folio & Venetijs Italicè 1637. in 4.

Item, in libro de eadem myſtica Monarchia tomo 1. ſeptimæ partis, in ſermone de Sancta Anna folio 115. inquit: Pues que hace Dios nueſtro Señor, quiebra en el vientre de la glorioſiſſima ſanta Ana las puertas de ſus enemigos; *deſquizia el pecado original, cierra el poſtigo à la culpa y aſi fue aquella Concepcion ſantificada; la criatura hecha en gracia y original juſticia*, &c. & ibi alia. Lib. impr. Barchinone 1611. in 4.

Item, in eadem Monarchia tom. 3. ſermone de S. Joſepho, folio 121. inquit: Eſta es la diferencia, que hallo entre la Virgen y todo el reſto de los ſantos, *que la Virgen fue luna que no uvo que labar en ella pues no ſolo al ſalir del vientre de ſu Madre ſino al punto de ſer concibida alli llego el tinte de la gracia*, alli los eſmaltes de virtudes, alli el carmin de la caridad, &c. Lib. impreſſ. Barchinone 1612. in 4.

Item, in libro de fuga Virginis in Ægyptum, in principio agit *de miſſa Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Matriti 1609. in 8. parvo & adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis.

LAUSANENSIS Epiſcopus, fecit inquiſitionem in Civitate de Berna circa illa quæ contigerunt *de Immaculata Virginis Conceptione*. Vide Laurentium Surium in Hiſtoria ad annum 1509. fol. 52. & in Appendice ad Nauclerum fol. 550.

LASINUS Archiepiſcopus de Kenileck, edi curavit Breviarium Zagabrienſe, in quo folio 299. habetur *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Venetijs 1484.

LAZARUS Cardona, Presbyter Italus, in libro: Commentaria in tres libros de Virginis partu à Sannazario editos, &c. fol. 14. ex Sancto Auguſtino, Sedulio & prædicto Sannazario vocat Virginem MARIAM inviolatam, *abſque culpa, & noſam, ſine ſpinis*, &c. Vide ibi. Lib. impreſſ. Venetijs 1584. in 8.

LAZARUS Schoriggius Italus, in libro: Regole conſtitutioni che oſſervano li fratelli del Santiſſimo Roſario della ſanita di Niapoli part. 9. folio 372. refert Indulgentiam conceſſam à Pio IV. *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Neapoli 1627. in 8.

Item, edi curavit officium *pro infra octava Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* cum aliis, ut dicitur in libro Octavarium Romanum impreſſ. Neapoli 1628. in 4.

LAZARUS del Valle & Porta, Poëta Hiſpanus, in quadam Cantione & ingeniola quidem, inter alia de puritate ac gratia Virginis ſub metaphora cujuſdam aviculæ, inquit:

Muy contento el poſſeedor
Encerrola en una arquilla
Mas el Ave ſin mançilla
Sele volo al pecador.

Alia vide ibi fol. 147. in lib. impreſſ. Cæſaraugustæ 1644. in 4.

LEANDER Albertus, Ordinis Prædicatorum (dicèt non dicat cujus Religionis ſit) Italus, in libro: Cronichitta della gloriosa Madonna di S. Luca Bononien. folio 131. habet hoc Caput ad litteram extractum: Bologna è dalla peſte per queſta ſacra Virgine preſervata. Lib. impreſſ. Bononiæ 1598. in 8. Adducitur hic Auctor, ut oſtendatur quomodò admittunt præſervationem in aliquibus, non tamen in Virgine eam volunt agnoſcere.

LEANDER de Granada Manrrique, Ordinis S. Benedicti Hiſpanus, in libro cujus titulus eſt: Segunda y ultima parte de las admirables y regaladas revelaciones de la glorioſa Santa Gertrudis, que contiene ſu feliz y dichoſa muerte, capit. 47. à folio 298. adducit pro immunitate Virginis MARIÆ ab omni peccato, illa quæ diximus verbo Gertrudis, atque etiam folio 319. ad marginales annotationes littera F. inquit: De la Virgen ſe dice con irrefragable autoridad; Deus in medio ejus non commovebitur, *que no hallò Dios en ella que le pudieſe perturbar*; fundaſe en lo que dice S. Thomas 3. part. quæſt. 27. artic. 5. que en la Virgen no hubo pecado y en lo que dice 3. par. quæſt. 7. artic. 20. ad primum, que tuvo despues de Chriſto mas plenitud de gracia, que ningun Santo, &c. Et littera I. Porque todos los privilegios que tuvieron los Santos que ſe pudieron compadecer con la Virgen ſantiſſima, ſe los communicò Dios, que deſpues de Chriſto tiene la plenitud de la gracia, eſto es excedio en gracias à todos fuera de Chriſto. Hæc Leander. Et in ipſam litteram S. Gertrudis, fol. 307. inquit: *en ella no ay mancha de pecado, que pueda eclipſa ſu ra hermoſura*, &c. Y aſſi le doy mi diviſa, que es de puriſſima y ſimpliciſſima paloma, &c. Las calidades y virtudes de la Virgen bendita quando eſtaba en el mundo ſegun el las havia conocido por ſu divino conocimiento, y aſſi dixo que la vio hermoſa como paloma *y ſin mancha*, para ſignificar en eſto al mundo ſu ſantiſſima innocencia, &c. Y para dar à entender que como el cedro plantado en el monte Libano, que es altiſſimo pareze, que ſe remonta por los cielos, y compite con ellos en altura, aſſi la Virgen ſantiſſima puso los cimientos, y fundamentos de ſu ſantidad ſobre los altos montes de los Santos, *excediò ſus principios à los fines*, &c. Deſto entendio que todas las vezes, que ella ò algunos de los fieles que eſtan eſparcidos por el mundo le da el parabien de eſtos deleites en cada palabra, *la miſma Virgen libre y eſenta de todo genero de culpa* es cercada por todas partes, hermoſeada y adornada de rosas floridas, &c. Vide alia ibi. Lib. impreſſ. Vallisoleti 1607. in 4.

LEANDER de S. Martino, Ordinis S. Benedicti, in libro cujus titulus eſt: Ænigmatum ſacrorum, &c. Alphonſi Toſtati Abulenſis Epiſcopi Paradoxa de Chriſti Matriſque ejus myſteriis, &c. in Paradoxa ſeu Ænigmate 1. cap. 6. ad illud: MARIA Virgo vas mundum, & non mundum, inquit: Munda enim fuit ab omni iniqua cogitatione, ſincera ab omni perverſa locutione, pura ab omni inquinata operatione. Item, *munda ab omni labe originali*, ſincera ab omni peccato mortali, pura ab omni culpa etiam venialis, &c. Lib. impreſſ. Duaci 1621. in 8. & in noſtra Biblioth. tomo 1. folio 659.

Item, in Gloſſa ordinaria à ſe correcta & pluribus aucta, in Epiſtol. ad Romanos, cap. 5. adducit Auctores *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. Antuerpiæ 1634. in fol.

LEANDER à Sanctiſſimo Sacramento, Ordinis

dinis Eremitar. Discalceot tomo 1. tractatu 5. disp. 1. quæst. 21. & 22. excitat hanc Quæstionem: An Virgo potiùs elegisset committere unum peccatum veniale, *quàm contrahere maculam peccati originalis in instanti suæ Conceptionis?* &c. Impress. Lugdani 1654. in fol.

LECTIONARIUM antiquum totius anni: *de Conceptione B. Virginis, sicut in Nativitate ipsius.* Extat MS. characteribus pervetustis in Biblioth. D. D. Card. Mazarini in charta pellicea.

LEGENDARIUS, sive Auctor ille antiquus, qui ad historiam Lombardicam Jacobi Januensis addidit ultimas Legendas, legendâ 163. de Visitatione glorioſę Virginis Mariæ, folio mihi 170. inquit: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris & universi pulveris pigmentarij? Fuit siquidem Beata Virgo virgula inflexibilis ad pietatem: & si habuerit ad omnes universaliter, particulariter tamen ac præcipuè exercuit eam circa cognatam suam Elisabeth. Dicit autem: ex aromatibus, quoniam fuit plena odoribus omnium gratiarum. Nec mirum; quoniam (ut habet Horatius lib. 1. Epistolar.) Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa. Vas enim quando in principio suæ naturę fuit repletum aliquo bono odore, servabit diu odorem illum, quia quod novum testa capit, inveterata sapit: *sic Virgo semper benedicta ab exordio suæ Conceptionis Deo plena fuit:* in qua sunt omnes virtutes, remansit semper omnium aromatizantium virtutum respersa, &c. Lib. impress. 1554. in 4. regali.

LELIUS Celansius, Orator pius, fecit hæc in Deiparam sine peccato conceptam

ANAGRAMMATA:

OMNES IN ADAM PECCAVERUNT.

Omu munda piè canem necas.
Zunda viperam necat; Nosce.
Zum Deus, Maria non excepta?
Tvi munda Mater non peccas.
Sine ve mundam cano, parcet.
Tn Eva dum non peccas, Mater,
Zon peccas tam diva munere.
Pve mundi Mater, non peccas.
Demens peccato ruinam, Una.
Pn mecum Diva Parens nocte?
Zunda sui ope carnem necat.
Peccant, verum Adami non es.
Tn cum sum, non rea pacti Adae.
Carmen pium de una canet os.
Condens vitam munera cape.
Pmas me: unde vir non peccat.
Cna non pecas, cùm Dei Mater.
Tva peccas: mundi Mater non.
Zenuis? En à peccato mundam.
Cna cum Dei Matre non pecas.
Zecat pes vi carnem, ô munda!
Hunc pura Domina mea, censę.

Critis. aaa. eee. i. o.uu. cc. d. mm. nnn. p. r. s. t. omnes sunt 22. Impress. absque loco & anno in charta expansa.

LELIUS Magnavinus Brescianus, in libro de perfecta dispositione Virginis Mariæ ad Conceptionem unigeniti Dei in suo sacratissimo utero, ad illa verba: Gratiâ plena, docet: *Quòd fuit gratiâ plena contra exclusionem omnis peccati.* Et infra: Quòd nunquam fuit mortua, sed semper viva; *non fuit obscura & tenebrosa, sed semper lucida & clara;* non fuit deformis aut sordida, sed semper pulchra & speciosa; non vulnerata, sed semper sana; non denique damnata, sed semper sanata & glorificata. Lib. impress. Venetijs, anno 1624. in 4.

LELIUS Zecchius, Canonicus Italus, in tomo 1. de Tractatibus Theologicis, *de Conceptione passiva Beatissimæ Virginis*, Caput unum, sed latum, Impress. Brixiæ 1591. in 4.

LEO Allatius, Græcus natione, Interpres ac Commentator Eustachij Antiocheni, in Hexameron dicit: Quòd *Virgo MARIA tota pulchra est, & nullam admisit omnino maculam.* Vide Euseb. Nieremb. in Exception. cap. 13. fol. 163. Item, scripsit Sermonem *de Conceptione Deiparæ V. MARIÆ*, secundùm Marac. Item, in libro de Apibus Urbanis refert omnes Scriptores, qui suo tempore scripserunt Romæ *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. Romæ ..... in 8.

LEO (absque alio cognomine) Provincialis Carmelitarum, & Regis Reginæque Christianissimæ Galliarum Concionator, tomo 1. libri dicti: L'année Royal, folio 390. adducit exhortationem *pro die Conceptionis.* Impress. Rothomagi 1659. in 8.

Item, in tertio tomo folio 504. *pro festo Immaculatæ Conceptionis Virginis conceptæ in gratia* latum Sermonem & pulchrum. Lib. impress. Parisijs anno 1658. in 8.

LEO Constantinopolitanus Imperator VI. hujus nominis, natione Græcus, fecit Orationem in eam, quæ de utero sterili floruit, &c. scilicet Sacratissimam semper Virginem Dei Matrem, ubi ait loquens de Beata Anna: Solam Dei Matrem in lucem edis, sola es Dei Avia, ô beatum puerperium! ô uterum, cujus habitaculum in nobis habitare volés delegit Deus; ô *Conceptio, & partus & infans per quæ abortum passa est pernicioſa peccati fœtura,* & innotuit salutis fœcunditas. O pulchra Puella! infans per quam natura sit novam adepta formositatem, quæ turpitudine vitiorum deformis consenuerat, &c. Nata est Evæ puella, per quam illa post cladem in priorem revocatur statum, &c. At nunc fœtus prodiit acerbâ sententiâ potior, delargiturquè ad mundi fines lætitiam. Decepisti primum nostri generis satorem per mulierculam supplantans, & sermonem tui consilij corruptionis sementem fecisti, ut malo suo susciperent. *Nata est nobis Puella formata quidem æquè ut Eva;* sed errati ejus, ut sit correctio tuæque lapsionis impulsio, &c. Tres istæ clausulæ indicant Virginem Mariam fuisse conceptam absque originali peccato: quia eodem modo loquitur de Conceptione, ac Nativitate prolis; sed Nativitas fuit sancta & Immaculata; igitur & Conceptio, nulla enim alia potuit esse peccati fœtura, nisi originalis maculæ propagatio. Nec propriè potest dici, fuisse Evam revocatam post cladem per Mariam, nisi hæc fuerit à peccati originalis clade immunis. Ac tandem, si Maria fuit æque formata ut Eva; igitur formata fuit in justitia originali, & absque ulla macula: aliàs paritas nõ esset ad rem.

Item, Oratione 2. in eam, quę ex sterili nata utero, perducta est in sancta Sanctorum, &c. inquit: *Quæ est ista, quæ oritur quasi lilium in medio spinarum* humanæ propter nequitiam cõfusionis? Quænam hæc est, primitiæ revera pretiosissimarum rerum? Nunc enim quæ ob maledictione spinas ferebat, ad ubertatem frugum mutata fœcunditate fructum edidit, non solitæ maledictionis imbutum

amaritudine; sed benedictionis dulcedine delectantem, &c. Vides arcam sanctificationis è lumbis tuis prognatam in communem exurgere laborantium quietem, &c. Si quasi lilium in medio spinarum naturæ humanæ fuit genita Maria, & absque solita maledictione; igitur absque peccato originali: istud enim fuit spina naturæ humanæ, & maledictio solita & communis.

Item, in Oratione 3. de Annuntiatione: Ave gratiâ plena; per te Dominus nobiscum, & paululum immaculata voce Ave clamemus, *quæ tanquam lilium in medio confusissimi & perturbatissimi passionum humanæ naturæ campi floruisti*, &c. Audisti verò ô filia commonitionem, & oblita es populi tui & sortis & domûs paternæ, sortis videlicet illius, quam Eva progenitrix toti generi tribuit, immenso illo dolorum cumulo, quasi hæreditatis vice dato. At nihil horum in domum tuam intulisti, &c. Ex hoc testimonio probant Moderni Immaculatam V. Mariæ Conceptionem. Vide Salazarium, Serranum, Marraccium & alios.

Item, sæpe vocat Virginem Mariam Immaculatam, præcipuè Oratione 5. ubi dicit: Clamamus ad *Immaculatam penitus Virginem*, voce non indigna, &c. Non esset equidem, nec posset dici penitus Immaculata Virgo Maria, si aliquando maculata fuisset per originale peccatum; sicut non potest dici penitus incorrupta, vel penitus integra, quæ semel virginitatem amisit, ut sæpe dixi.

Item, Oratione 6. alludens ad illud: Jordanis conversus est retrorsum, inquit: *Verè sola benedicta in mulieribus*, quæ una primæ nostræ parenti, & filiabus ejus tulit suppetias, partim quòd à duplici mœstitia, quæ illam & omnem ex ea propaginem conficiebat vindicavit, partim quòd malè oppressos liberavit, & in eâdem posteros incidere calamitatem non permisit: maledictione, quæ antea naturam depascebatur, ultra non progressa; sed retrovertis malis undarum fluctibus, *ut benedicta in lucem suscepta est*, &c. Fluxit peccatum originale tanquam fluvius à primis parentibus Jor & Dan, id est, Adam & Eva absque ulla interruptione: replerat enim malitia alvum suam, id est, omnes fœminarum ventres, id est, in transitu arcæ benedictæ constiterant aquæ illæ pessimæ communis infectionis, *quousque in lucem suscepta est MARIA*, seu à regione deserti transivit in terram promissionis. Hanc eandem metaphoram prosequitur Leo infra, dicens: Erat sanè antiquo Israëli arca imago suæ gloriæ, auxilium victis, & eorum quoque indigentiæ supplemêtum; sed profectò imago rerum erat, quæ fiebant; & multò inferior ijs, quæ per te fiunt. Ergo nec illis arca semper adjumentum erat; sed ritè colentibus Deum, & à recta præceptorum semita non aberrantibus præsto erat salus; at reis & culpæ obnoxijs ob contemptum præceptorum non modò auxilium non aderat à periculo eripiens; sed ipsa simul arca in periculum adducebatur, &c. Ergo ubi tua præsentia, omnis præcisa est adversarijs libertas; neque locum habet tristitia, ubi tua sese offert hilaritas. *Namque ab initio cùm progressa fueris in mundum, ut illum in statu lætiore collocares, eandem semper voluntatem retineres*, bona elargiri non desinis, &c. Si ab initio suæ creationis habuit Maria eandem voluntatem, nec in illa fuit ulla tristitia; igitur ex quo ingressa fuit in mundum, nullum habuit peccatum. Hæc omnia reperies in suo Mariali impress. Romæ 1651. in 8. & in P. Gretsero.

Item, edidit Homiliam unam seu Orationem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ (ut dicitur) servatur in Bibliotheca Esphorciana; ut videre est in Anonymo Gallo in libro de Pietate Ecclesiarum Orientalium in honorem Conceptionis, fol. 3. Impress. Parisijs 1645. in 8. De qua etiam Baronius ad diem 8. Decembris, Velazquez folio 374. Thom. Bozius libro 9. de Signis Eccles. Gerardus Bozius in scholijs ad Orationem S. Ephrem de Sanctissima Deipara, Marraccius in Bibliotheca. & N. Armament. col. 427.

LEO de la Croix, Ordinis Minorum Flander, in Conclusionibus de Angelo & homine habitis mense Octobris, die 8. anno 1648. sub R. P. Francisco Rossel, Conclusione 10. de Homine, defendit: Omnes per naturalem & ordinariam generationem descendentes peccatum originale contraxisse, *sola excepta Deipara MARIA, quæ licet filia naturalis Adæ, nullas tamen peccati ipsius maculas contraxit*. Fuerunt impress. Insulis eodem anno in charta expansa.

LEO Decimus Pontifex Maximus (antea Joannes Mediceus vocatus) Florentinus, dedit *pro Conceptione Beatissimæ Virginis* Bullas plures.

Item, confirmavit modum recitandi officium divinum *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, juxta dispensationem Sixti IV. ut habetur in libro impr. Romæ, anno 1520. per Antonium Bladum de Asula. Incipit verò motus proprius Pontificis: Sicut accepimus. Velazquez folio 346. Armament. in Regest. folio 138.

Item, omnibus confessis & contritis, dicentibus sequentem Antiphonam: Benedictum sit nomen Domini nostri Jesu Christi, & sua Passio benedicta, & Beatissima Virgo Maria, & tota cœlestis curia. Amen Jesus. *Tota pulchra es Maria Mater Dei, & macula originalis non est in te*, concessit decem annos. Indulgent. ad annum 1519. ut dicitur in libro impress. per Gotardum de Ponte Mediolani 1522. in 8.

Item, concessit Patribus Benedictinis, *ut in solemnitate festi Conceptionis*; perque totam octavam interdictum suspendatur. Incipit indultum: Sacræ Religionis sinceritatis, &c. Christoph. de Vega in Theologia Mariana, palest. 3. certam. 9. num. 310. Marraccius. Item, hoc indultum *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ* ac per ejus octavam postea extendit ad totius Hispaniæ Ecclesias. Vide Vegam ubi supra.

Item, maximas Indulgentias largitus est deferentibus Icones *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vega qui supra ibidem & Marraccius. Concessit etiam Jubileum in hora mortis pro *Immaculatæ Conceptionis imagine*. Vide Antonium de Quintana dueñas, tom. 1. de Morali Theologia tractatu 9. fol. 366.

Item, quòd toties, quoties Fratres Minores de Observantia dicunt *Missam de Conceptione Virginis MARIÆ*, ac intendunt orare pro sua Sanctitate & universali Ecclesia, habeant indulgentiam plenariam; & ampliavit ad omnes Fratres ac Moniales audientes præfatam Missam. Ita Emmanuel Rodericus, tom. 1. q. Reg. quæst. 53. art. 3. pag. 536. Anonymus, fol. 4.

Item, quòd viri deferentes *imaginem Conceptionis Beatæ Virginis*, & mulieres scapularium ejusdem Ordinis

Ordinis cum imagine, easdem gratias obtineant, quas consequuntur & consequi possunt deferentes chordam Fratrum Minor. & corrigiam Sancti Augustini, &c. Anonymus, fol. 9. à tergo.

Idem, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campo Sancto à Leone IV. constructam reædificavit *in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ*. Hippol. Marrac. in Pontif. Mar. folio 254.

Item, quamplures concessit gratias ac indulgentias *pro Conceptione Virginis MARIÆ* Ecclesijs Sanctæ Mariæ del Populo, de Monte de Aracæli S. Apostolorum, S. Francisci trans Tyberim, S. Laurentij in Damaso, &c. Marrac.

Item, approbavit Hymnos à Zacharia Episcopo Gardiensi editos *in laudem Conceptionis Virgineæ* ipsius Pontificis. Marr. ibid.

Item, expedivit singularem Bullam pro celebratione *festivitatis Conceptionis Immaculatæ* in Ecclesia Molinæ de Aragon, cujus habemus authenticum testimonium.

LEO Sanctius Senensis, Societatis Jesu Italus, in lib. Hieroparthenica, sive Laudes *Beatæ Virginis* Conceptæ, Natæ, &c. habet: Tractatum inscriptum: Fermaleionis, *sive De Immaculatæ Conceptu Virginis* lusis Harmonicus metricè, &c. fol. 180. Romæ 1624. in 12.

Item, in libro secundo floridorum adducit *Speculum sine macula, sive Laudes Beatæ Virginis in ejus Conceptu celebrat.* fol. 343. Impr. Romæ 1636. in 12.

LEO à Sancto Thoma, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, tom. 1. Benedictinæ Lusitaniæ, tract. 1. fol. 174. §. 21. de fundatione Ordinis *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* à D. Beatrice de Silva fundati, Caput unum.

Item, de fundatione seu institutione *festivitatis Immaculatæ Conceptionis* fol. 229. Item, quòd Congregatio Benedictinorum in Portugallia omni die ad Completorium post Salve Regina decantat Commemorationem *Conceptionis V. MARIÆ*, ibidem folio 232. Impress. Conimbriæ 1644. in folio.

LEONARDUS de Aguilar, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, edidit Breviarium pro sua Religione, in quo extat *officium in festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. an. 1501. in 4.

LEONARDUS de Argonsola, Chronologus Regni Aragonij, *de Conceptione Dominæ nostræ* Cantionem in libro impress. Salmanticæ 1619. in 4.

LEONARDUS Bagnus Pisinensis, Societatis Jesu ex Dalmatia, scripsit *Manuale Sodalitatis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* Viennæ Austriæ in Cæsarea, & eodem Societatis Jesu Collegio erectæ & confirmatæ. Impress. Viennæ an. 1630. in 16.

LEONARDUS Bandellus, Officialis Lemovicensis Gallus, scripsit *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, & citatur à R. P. Chassaing in quadam relatione manusc.

LEONARDUS Bassus Paduanus, Poëta Italus, in libro 3. del rime spirituali, &c. fol. 179. habet *de Conceptione Virginis MARIÆ* Cantionem. Impress. Venetijs 1552. in 12.

LEONARDUS David, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia, habitis Lovanij die 24. & 25. Novemb. 1654. defendit *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum contrahendi illud*, &c. Impress. ibidem in 4. Idem defendit 20. Julii anno 1655.

LEONARDUS Fossæi Graniaquensis, Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ Magister, in libro de Rosario & Psalterio Deiparentis Mariæ, ejusque eminentissima Fraternitate, &c. in Elencho Concionum adducit Cantionem *pro Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ*. Impress. Friburgibisgoiæ 1660. in 4.

LEONARDUS de Gisono, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Ordinis Minorum, *sustinuit Virginem MARIAM fuisse absque peccato originali conceptam*, ut refert Anton. Chucarus Episcop. Azernensis part. 2. fol. 63. col. 3.

LEONARDUS Italicus, Ordinis Prædicatorum, in lib. quem Sertum fidei intitulavit, eò quòd in ipso omnes articulos fidei luculentissimè sparsim per sermones declaravit, feria 4. Dominicæ 4. Quadragesimæ, serm. de Baptismo, littera D. inquit: Peccatum autem originale contrahere, secundùm sanctum Thomam in 3. dist. 3. art. 2. est originaliter fuisse in Adam secundùm rationem seminalem. Unde ad Romanos dixit Apostolus: Omnes peccaverunt in Adam, id est, omnes fuerunt in Adam secundùm seminalem rationem. Ex quo apparet Beatam Virginem contraxisse peccatum originale, quia ipsa fuit originaliter in semine Adæ, cùm per coitum concepta sit ex Anna & Joachim; quia de Spiritu sancto non est concepta, sicut Christus. *Hujus opinionis contrarium est verum: determinatum est in Concilio Basileensi per solemnes Doctores purissimam Virginem MARIAM sine labe originalis criminis esse conceptam.* Et quòd per Baptismum purgetur peccatum originale, patet ubi supra, &c. Lib. impress. antiquissimis characteribus absque anno & loco impressionis, in folio.

LEONARDUS Iustinianus, Italus Poëta, inter alia quamplura pro puritate Virginis, quæ brevitatis causâ prætermittimus, ad finem libri inquit:

In te fontana viva
Per ma merce dogni peccato, me neta
Dogni peccato monde
Tu foisti solamente
O regina jocunda, &c.

Extat liber impress. Venetiis 1490. in 4.

LEONARDUS Lauretanus, Clericorum Regularium Italus, in libro: Sylva moralium seu prædicabilium, *in festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* adducit indicem concionatorium. Impress. Venetiis 1626. in 4.

LEONARDUS Lessius, Societatis Jesu Doctor Lovanienſis, in Opusculis Theologicis disputatione de Prædestinatione & Reprobatione Angelorum & hominum, sect. 5. ad 4. argumentum, num. 110. folio 437. docet: Quòd Deus elegit Sanctos ad gloriam post prævisionem futurorum, seu iustificavit ipsos; *sed ab hac regula omittenda seu excipienda est Beata Virgo MARIA, cujus privilegia omnes superant, & ad nullum altum sunt extendenda*, &c. Lib. impress. 1626. in fol.

LEONARDUS Nogarolus, natione Italus, & Protonotarius Apostolicus, jussu Summi Pontificis Sixti IV. elaboravit *officium de Immaculatæ Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, quod quidem priùs fuit editum sine octava hoc modo: Incipit officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* editum per Reverendum Patrem Dominum Leonardum Nogarolum Protonotarium

Apostolicum, Artium ac sacræ Theologiæ Doctorem famosissimum; & per modernum Summum Pontificem Dominum Sixtum Papam IV. confirmatum cum Bulla ejusdem & cum Bulla sacri Concilij Basileensis. In primis Vesperis Antiphona: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Adæ, alleluia. Psalmus: Dixit Dominus. Antiphona: Tota pulchra es, & originalis macula non est in te, alleluia. Psalm. Laudate pueri. Antiphona: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, alleluia. Psalmus Lætatus sum. Antiphona: Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis, alleluia. Psalmus: Nisi Dominus. Antiphona: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa supra dilectum suum? alleluia. Psalmus: Lauda Hierusalem. Capitulum: Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me, invenient me: in vijs justitiæ ambulo ut ditem diligentes me; qui me elucidant habebunt vitam æternam. Deo gratias. Responsorium: O Israël quàm magna est Domus Dei & ingens* Locus possessionis est magnus & excelsus. ℣. Qui scit universa novit eam, & invenit eam prudentia sua. Locus possessionis. Gloria Patri. Locus pos. Hymnus: O sancta mundi Domina. ℣. *Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ MARIÆ Virginis, alleluia* ℟. *Cujus innocentia cunctas illustrat devotas animas, alleluia.* Super Magnificat Antiphona: Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis! collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini & comæ capitis tui sicut purpura regis: quàm pulchra es & quàm decora charissima, alleluia. Oratio: *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; concede quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filij tui prævisa eam ab omni labe præservasti, ita nos quoq; mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas.* Per eundem. Ad Completorium Hymnus: Veni Redemptor gentium. Supra Nunc dimittis Antiphona: Qui venturus est veniet. Cætera consueta. Ad Matutinum, Invitatorium: *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ celebremus; Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.* Psal. Venite exultemus. Hymnus: Quem terra, pontus. In primo Nocturno Antiphona: Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Psalmus: Domine Dominus noster. Antiphona: Surrexerunt filiæ ejus & beatissimam prædicaverunt eam, vir ejus & laudavit eam. Psalmus: Cæli enarrant. Antiphona: Fortitudo & decor indumentum ejus, byssus & purpura vestis illius, alleluia. Psal. Domini est terra. ℣. Liberasti me Domine ex ore leonis. ℟. Et à cornibus unicornium humilitatem meam. Prima Lectio. Ex dictis Beati Hieronymi & Augustini: Canitur in Canticis de Maria: Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus. Hortus deliciarum, in quo sunt consita universa florum genera & odoramenta virtutum: sicque signatus, ut nesciat violari neque corrumpi ullis insidijs fraudibusve diaboli. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis. Idemque: Quidquid in Maria gestum est, totum puritas, totum veritas, totumque gratia fuit. Et iterum: Cæteris Virginibus præstatur gratia per partes; Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Item ex Sermonibus Beati Augustini: Summa Dei sapientia nullam in massa humani generis invenit viam, per quam (ut disposuit) in mundum veniens ejus subveniret luctuosæ perditioni, donec ad illam (de qua loquimur) Virginem veniret. Sed hæc mox ut in mundum per humani generis lineam venit, tanta omnis boni virtute perfectè resplenduit, ut eam Dei sapientia veridicè justificaret, ut per eam in hominem veniens, non tantùm reatum primorum parentum hominum, sed totius mundi peccata deleret. Idem: *Magnificavit, qui te ab omni peccato reservavit.* Quis enim (inquit) dicere poterit: sine peccato sum natus, ac mundus sum ab omni iniquitate dicere audebit, nisi illa Virgo prudentissima animatum templum Dei excelsi, quam Deus sic elegit & prælegit ante mundi constitutionem, ut sancta & Immaculata Mater Dei Filia ab æterno reservata incorrupta ab omni labe peccati? Tu autem Domine. Responsorium: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam; ego in cœlis feci ut oriretur lumen indeficiens* Et sicut nebula texi totam carnem. ℣. Gyrum cœli circuivi, & in profundum abyssi penetravi, & in omni populo & in omni gente primatum tenui. Et sicut. Lectio secunda. Ex dictis Sancti Ildefonsi Archiepiscopi Toletani, & aliorum plurimorum Sanctorum: Beata Virgo Maria nisi in utero matris sanctificata fuisset, minimè ejus Nativitas colenda esset; sed quia auctoritate Sanctorum Patrum dignè ut novit vestra charitas) veneratur, *constat eam ab omni peccato originali fuisse immunem*, per quam non solum Evæ maledictio soluta est, verùm etiá benedictio omnibus condonata. *Nullis ergo quando nata est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit.* Hilarius: Virgo benedicta super omnes fœminas, quæ Angelos vincis puritate, quæ omnes Sanctos superas pietate. Cyprianus: O Virgo justa & omni justitiâ plenissima, *cujus Conceptio populata.* Basilius: O Maria tu candoris & decoris forma, cui in terris non est æqualis, nec in cœli jam. Augustinus: O Mater Domini, sicut in prima femina abundavit delictum, ita & in te superabundavit omnis plenitudo gratiæ; & ideo super omnes ignara delicti. Idem: Charitas fecisti ut non solùm Maria non peccaret; sed nec peccatú cogitare potuit, *& super cunctos eam reservasti ab omni labe veniæ.* Origenes: Quæ neque serpétis persuasione decepta, nec ejus venenosis afflatibus infecta. Ambrosius: *Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.* Tu autem Domine, mihi miserere. Responsorium: Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini* Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & favum. ℣. Qui edunt me non confundetur, & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Spiritus enim. Lectio tertia. Ex dictis B. Anselmi de exordio mundanæ salutis & aliorum plurimorum Sanctorum: Si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei exstitit illud propagantium, non propagatæ fuit. Deus enim (inquit) castaneæ confert ut inter spinas & à spinis remota concipiatur, alatur & formetur, non potuit hoc facere Filius Matri suæ? planè potuit & voluit; quòd si voluit, fecit. Et in Epist. Nó puto (inquit) verum esse amatorem Virginis qui celebrare respuit festum suæ Conceptionis. Cyrillus: Pudet Filium, temerarium est in Maria Virgine ponere culpam aliquam vel peccatum. Bernardus: Caro Virginis ex Adamo sumpta maculas Adæ non admisit. Thomas: Maria ab omni peccato originali & actuali immunis fuit. Dominicus: Sicut pri-

mus Adam fuit de terra Virgine & nunquam maledicta formatus sita decuit in secundo Adam fieri. Richardus de sancto Victore: Non decuit ut caro Mariæ qualicunque foret obnoxia culpæ. Num Dei sapientiâ indignum credimus, ut quam ad lucem gentium destinavit, pravitate tenebræ fuerat involvi. Nec erit ingratus Matri suæ, qui patri matrique honorem præcepit exhiberi. Tu autem Domine, nostri miserere. Responsorium: Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo: Per me Reges regnant* per me Principes imperant & potentes decernunt justitiam. ℣. Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me invenient me. Per me Principes. Gloria Patri. Per me Principes. In secundo Nocturno Antiphona: Quid videtis in Sunamite, nisi choros castrorum? alleluia. Psalmus: Eructavit cor meum. Antiphona: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina peccatorum obruent Mariam, alleluia. Psalmus: Deus noster refugium. Antiphona: Acustodia matutina usque ad noctem speravit Maria in Domino, quia copiosa apud eum redemptio, alleluia. Psalmus: Fundamenta ejus, &c. ℣. Eruisti à framea Deus animam meam, alleluia. ℟. Et de manu canis unicam meam, alleluia. Decretum sacri Concilij Basileensis *de sancta & Immaculata Conceptione gloriosæ V. Mariæ*. Lectio quarta: Sacro-sancta Generalis Synodus Basileensis in Spiritu Sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentans. Ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus divinæ gratiæ mysteria, mercedem gloriosam repromisit æterna Dei Patris sapientia, dum ait: Qui elucidant me, vitam æternam habebùt. Quod etiam de gloriosa Virgine quæ ipsam Patris sapientiam Dei Filium æternum in utero protulit, & mundo peperit, sacro-sancta legit Ecclesia. Nam quidquid de dignitate & sublimitate Virginis Matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem Filij sui pertinere: & qui honorificant gratiam & sanctitatem Matris, honorificant & elucidant gloriosum nomen Filij ejus, qui ipsam sanctificavit & replevit gratiâ. Unde si in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à Domino Deo est, præclara merita parturit, in ea re specialiter fructus uberrimos afferre spectanda est, quæ sanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo ante sæcula antequam terra fieret, & ab æterno sibi mansionem ordinavit prima & æterna veritas. Ideoque maximè congruit, ut pax habeatur in quæstionbus concernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Tu autem Domine. Responsorium: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea, pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis* Faciamus adjutorium simile sibi. ℣. Eò quòd post virum tuum alterum nescieris, ideo manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum. Faciamus adjutorium. Ex eodem decreto sacri Basileensis Concilij. Lectio quinta: Hactenus verò difficilis quæstio in diversis partibus, & coràm hac Sancta Synodo super Conceptione ipsius gloriosæ Virginis Mariæ Matris Dei, & exordio sanctificationis ejus facta est, quibusdam dicentibus ipsam Virginem & ejus animam per aliquod tempus aut instans temporis subjacuisse actualiter originali culpæ. Alijs autem è converso dicentibus, à principio creationis suæ Deum ipsam diligendo, gratiam eidem contuliisse, per quam à macula originali illam beatissimâ personam liberans & præservans, sublimiori sanctificationis genere redemit, cùm fundaret eam ipse Altissimus, & ipsam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset Mater ejus in terris. Nos verò diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ jam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrinæ coram hac Sancta Synodo allegatæ sunt; aliisque plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, *doctrinam illam differentem gloriosam Virginem Dei Genitricem MARIAM prævemente & operante divini muneris gratia singulari, nunquam actualiter subjacuisse originali peccato; sed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctamque & Immaculatam, tamquam piam & consonam cultui divino, fidei Catholicæ, rectæ rationi & sacræ Scripturæ* ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam diffinimus & declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare seu docere. Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Fac tibi arcam de lignis levigatis, ruptique sunt fontes abyssi magnæ* Et factum est diluvium peccatis super omnem terram. vers. Arca verò deifera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, opertique sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est, &c. Ex eodem decreto sacri Basileensis Concilij. Lectio sexta: Renovantes præterea institutionem *de celebranda sancta ejus Conceptione*, quæ tam per Romanam quàm alias Ecclesias 6. Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebrabatur; statuimus, & ordinamus eandem celebritatem præfata die in omnibus Ecclesijs, Monasterijs & Conventibus Christianæ Religionis, sub nomine Conceptionis, festivis laudibus colendam esse, eunctisque fidelibus verè pœnitentibus & confessis eadem die Missarum solemnijs, centum; primis autem vel secundis Vesperis totidem; Sermoni verò verbi divini de eadem festivitate interessentibus centum quinquaginta dies, concessione perpetuis temporibus duratura, de injunctis sibi pœnitentijs, hæc sancta Synodus elargitur. Datum in sessione nostra publica in maiori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata decimo quinto kalendas Octobris, anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono. Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, arcam de lignis sethim compingite, & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris* Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. vers. Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est. Et pones. Gloria Patri. Et pones, &c. In tertio Nocturno Antiphona: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & universi pulveris pigmentarij? alleluia. Psalmus: Cantate primum. Ant. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constravit, alleluia. Psal. Dominus regnavit, exultet. Antiphona: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? alleluia. Psalmus: Cantate secundum. ℣. Verè Dominus

est

est in loco isto, & ego nesciebam, alleluia. ℟. Non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta cœli, alleluia. Lectio sancti Evangelij secundùm Lucam. In illo tempore, loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti: At ille dixit: quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et reliqua. Homilia Lectionis ejusdem. Legimus, charissimi, magni Dei librum intus & foris scriptum esse, linitamque intrinsecus & extrinsecus arcam in qua mansiunculæ & tristega, legemque Dei multiplicem, Auctorem Job, & multa mysticè ac omnia in figura patribus contigisse, secundùm Apostolum nobis persuadentem. Omnes enim Prophetiæ (ut Augustini utar sententiâ) quæ non solùm in verbis sunt; verùm etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum sive templum, altaria, sacrificia, cæremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad illam servitutem pertineret, ea significata & pronuntiata sunt, quæ propter vitam æternam fidelium in Christo impleri cernimus, & implenda confidimus. Non immeritò igitur Christi fideles ac Mariæ devotos, ad quos nobis hodie est sermo, rogatos esse velim, ut arcana ac profunda silentio perscrutari non desinant, audiantque id Salvatoris: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Videant etiam, quid de ejus Matre scriptum sit, virginem enim fuisse in sacris codicibus contineri, nemo nostrûm est qui ambigat. Hodiernis tamen temporibus, & cum æmulis nostris bellum est: attentos igitur reddo, *ne qui eam maculatam faciunt*, in eam incidant sententiam; desinant (obsecro) quia Mater Domini est, desinant quia soror est, abstineant quia sponsa illius est. Vos verò Mariæ devoti, eia surgite, intelligite, mysteria secretiora colligite, laudate mecum Mariam: quia zelus domûs Domini commedit me; vulneravit cor meum in uno oculorum suorum. Omnes igitur in simul jubilando cantemus: *Tota pulchra es amica nostra, columba nostra, & macula originalis non est in te.* Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis: quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus noli metuere non morieris* Non enim pro te sed pro omnibus hæc lex constitura est. ℣. Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim pro te. Lectio octava: Videamus igitur quid sibi noster Evangelista velit. Exclamat mulier de turba: Beatus venter qui te portavit. Verè beatus venter, *qui nescivit maculam*, uterus puritatis, uterus innocentiæ, hortus omni suavitate repletus, domus Dei sancta, templum manu Dei factum, arca salutis, arca fœderis inter Deum & hominem, ubi reconditum manna suavissimum, tabernaculum ornatissimum in quo omnes mundi thesauri, civitas Dei cœlestis ædificata ex margaritis, vestis candida, tunica inconsutilis desuper contexta per totum, pellis Salomonis admirabilis, caro Christi immaculata, mons Dei, locus in quo absconditus est Deus, habitaculum Spiritus sancti, hospitium divinitatis, viscera Deifera, scala paradisi, sol qui nescit occasum, luna perfecta, stella matutina, thronus excelsus super quem sedit vir qui est Deus & homo, mulier amicta sole, stellis duodenis coronata, turris fortitudinis ex qua mille clypei pendent, murus inexpugnabilis cum propugnaculis. Talem obsecro, charissimi, considerate ventrem, & replebitis mentem: venter intactus, venter sanctus, immaculatus, mundus, virgineus, pudicitiæ plenus, verecundus, incognitus. Ambulate, charissimi, in porticu veri Salomonis, deambulate in thalamo tanti Regis, mentes elevate, introite cellam vinariam omni suavitate & odore repletam: hæc illa cella, illa anima, ille venter eum quo pertransivit Christi gladius, gladius puritatis gladius innocentiæ, gladius Spiritus sancti procedens ex ore Dei & Agni: *& profundè penetravit, quia à longè præviſam præservavit.* Lancea militis latus Christi aperuit, cujus gladius pectus Matris sanctificavit. Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Filius meus parvulus est & delicatus, domus quam ædificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur* Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas. ℣. Elegi & sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & maneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc causam. Lectio 9. Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. O inenarrabilis Filij in Matrem dilectio charitatis, non excludit mulieris dictum, sed extollit incognitum: non Matrem reprobat, sed ipsum in sublime exaltat. Audi mulierecula divina secreta, audi synagoga, audi turba Judæorum, audi ignorantia mulieris & crassa, audi tu absconditi, intellige admirandum responsum. Laudasti mei Matrem; sed à laude defecisti: ignoras profecto cujus sit Mater, qualisque sit Filius, & quanta sit quam laudas. Audi me Mariæ Filium, audi Dominum & Deum tuum tibi absconditum: Mater mea magni Dei: Mater est non hominis solùm, non tantùm Prophetæ, sed plusquam Prophetæ: non solùm sancti viri, sed Sancti Sanctorum: quia verbo concepit, audivit & obedivit; custodivit verbum quod sibi à Dño per Angelum transmissum est. Non maculatus est venter; sed cõcepit Verbum susceptibile, sapienter obedivit, custodivit & Mater Dei facta est. Sanctum in ventre portasse laudis est, verbum Dei audivisse, custodivisse, & ex Spiritu S. concepisse laudabilius multoque præstantius est. Si nescis mulier; Mater mea beatissima est: non solùm beata, quia fecit sibi magna qui potens est, tantùmsit enim Verbum suum in illum sanctum uterum beatúque ventrem, quia obedivit Angelico verbo & de Spiritu sancto concepit, & conceptum custodivit, nutrivit & conservavit conferens in ede de suo. Ista ergo quantùm digna est, si potes laudas; istã extolle mulier, quia similem non invenias. Talis profecto laudãda est, quæ sola super omnes electa est, *& post ruinam mei gratiâ sola Immaculata concepta est.* Lauda tu istam, quia laudant eam in portis opera ejus; excludunt omnes ab ista venente actualem maculam, *exclude igitur & tu à veniente originalem.* Audi Augustinum dum in Julianum clamat hæreticum: Profectò, inquit, si Christus minor existens originale peccatum habuisset, grandioris ætatis accessu actuale non eruisset: sanè quia major existens actuale non habuit, minor existens originale non habebit. Plenus igitur gratiâ Christus originali macula infectus, actuali culpæ resistere non poterit & ejus maculam jam restitisse dabitur? Lege mulier tuam Canticorum librum; vide si Mater mea in omni vi-

vitio sensuum sit exclusa, sive hos dixeris interiores, sive exteriores seu minutas cogitationes insexeris. Sancta quippe viscera, sancta porta, sancti postes ostij: beatus qui observat, qui dicit, qui custodit postes ostij *principium Conceptionis suæ Immaculatum: sancta quippe dum concipit, sancta dum mundi partus generat, sancta in utero*, sancta extra uterum, sancta in operibus, sancta videndo, dum audit, dum gustat, dum tangit, dum loquitur, dum tacet, sancta in habitu, sancta domi & foris, nihilque inquinatum in ea. Cùm esset Rex in accubitu suo, nardus nostra dedit odorem suavitatis, quiescente me adhuc Filio in sinu cœlestis Patris, nardus humilis satis herba, humilis Maria odorem dilecti mea charissima quæ ex fasciculo myrrhæ *reservata est ex mei morte dilecti Filij sui à tota congerie passionum*, quæ myrrha & aloë perlinitus fui, qui inter ubera commoratus, quia caro nostra caro una est. Jesus noster floridus est, & tigna domorum nostrarum cedrina, *quoniam ambo sine macula*. Vide igitur mulier & considera, quando mater & soror mea alloquenda est; quomodò eam laudes, ne deficias à laude: si enim parvula sit & ubera non habeat, *sexse ubertatem præservandi à macula non teneat*, murus tamen est & ostium: si murus, ædificemus igitur super eum propugnacula argentea innocentiæ & candoris; si ostium paradisi, si porta per quam mundum intrare debeo, dignum profectò erit ut compingamus illud tabulis cedrinis omni puritatis odore repletis. Murus est igitur inexpugnabilis ab insidijs venenoque diaboli, quæ neque furentia jacula, neque ejus venenosos timet afflatus. Revertere igitur mulier, & intuere modò suavitatem nostrã, vide quàm pulchri sunt gressus filiæ principis, filiæ patris mei & matris meæ, & habitationis Spiritus sancti: vide quomodò laudare debeas, vide miranda, audi stupenda, considera alioqui: ista est quæ fœcundatur à Patre meo, dum me Verbum suum audiendo suscepit; *præservatur à me Filio*, dum me Verbum ab ipsa susceipiendum intelligo; custoditur à Spiritu sancto, dum post me Verbum susceptum ac susceipiendum eam ullo mali peccato maculari non permittit. Supra ergo te Deus, ô Maria, & in te Deus, & circa te Deus, ut omnino nullis insidiis diaboli violari possis. Dicamus igitur cum Augustino, quòd si prædicta incorruptio Mariæ non congruit, congruit tamen Filio quem genuit. Illud ergo sacratissimum corpus de quo Christus carnem assumpsit, in quo divinam naturam humanæ univit, escam vermibus traditam (nos verò tantò magis dicamus escam diabolo datam) quia sentire non valeo, dicere pertimesco. Lætare igitur Maria lætitia inenarrabili, etiam proprio Filio per proprium Filium, nec illa præcedere necesse est infectionis ærumnã, quam nulla secuta est tantum Filium parturiendo integritatis corruptio, ut sit semper Immaculata quam tanta perfudit gratia. Non immeritò igitur dies constituitur, in quo Deo exhibeantur debitæ gratiarum actiones, quia nulli dubium est, teste Hieron. quin totum ad laudem Christi pertineat, quicquid dignè ac laudabiliter Genitrici suæ fuerit impensum ac solemniter exhibitum. Diem ergo festum hunc celebremus, quia opus Domini certè inusitatum *specialis Conceptio*. Malleus enim & omne ferramentum non sunt audita in domo Domini, qua ex re nullum opus servile hæc dies sentiat: talem enim Virginem venerari multùm convenit, & ultra Angelicam dignitatem quantùm fas est cum gaudio laudibus dignissimè efferri. Hæc est igitur dies Reginæ cœli & terræ, quam fecit Dominus; exultemus & lætemur in ea, jubilando canentes: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, Amen. Responsorium: Domus quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta* Quia magnus Deus noster super omnes Deos ℣. Quis ergo poterit prævalere ut ædificet ei dignam domum, si cœlum & cœli cœlorum capere eum nequeunt? Quia magnus Deus noster, &c. Gloria Patri, & Filio. Quia magnus Deus noster. Psalmus: Te Deum laudamus. Versiculus ante Laudes: Tota pulchra es amica mea, columba nostra, alleluia. Et macula originalis nõ est in te, alleluia. In Laudibus Antiphona: Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinẽ dierum. Psalmus: Dominus regnavit. Antiphona: Hæc est domus Domini firmiter ædificata, bene fundata supra firmam petram, alleluia. Psal. Jubilate. Ant. Fundavit eam Altissimus qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam, alleluia. Psal. Deus Deus meus. Ant. Dominus custodit te ab omni malo Maria, custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in sæcula, alleluia. Psalmus: Benedicite Domino. Ant. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, alleluia. Capitulum: Beatus homo qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei: qui me invenerit, inveniet vitam & hauriet salutẽ à Domino. Deo gratias. Hym. O gloriosa Domina, &c. intrent ut astra flebiles, Immaculata cõcepta es. ℣. Non accedet ad te malum alleluia. Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo alleluia. Ad Benedictus Ant. Quàm pulchraes amica mea, columba mea, Immaculata mea, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata, alleluia. Oratio ut supra. Ad Horas Hymnus: Cõceptus tui annua. ℣. Per te sumus terrigenę. ℟. Sit trinitati gloria cum laudibus Amen. Ad Tertiam Capitulum: Magna erit gloria domûs istius novissimæ plusquàm primæ, & in loco isto dabo pacem dicit Dominus, quia Evam matrem cunctarum gentium corpore superat Maria quæ Mater Dei & gratiæ. Deo gratias. ℟. Libera me ex ore Leonis, alleluia alleluia. ℣. Et à cornibus unicornium humilitatem meam, alleluia alleluia. Gloria Patri. ℣. Erue à framea Deus animam meam, alleluia. Et de manu canis unicam matrem meam, alleluia. Collecta ut supra. Ad Sextam Capitulũ: Porta hæc clausa erit peccato & non aperietur, quia Dominus Deus ingressus per eam, eritque clausa à principio suæ formationis. Deo gratias. Responsorium: Erue à framea Deus animam meam, alleluia alleluia ℣. Et de manu canis unicam matrem meam, alleluia alleluia. Gloria Patri. ℣. Verè Dominus est in loco isto & ego nesciebam, alleluia. Non est hîc aliud nisi domus Dei & porta cœli, alleluia. Ad Nonam Capitulum: Lætamini cum Maria, & exultate omnes qui diligitis illam, gaudete universi qui zelatis eam, quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super ipsam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem melle suavissimo. Deo gratias. Responsorium: Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam, alleluia alle-

luia. ℣. Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli, alleluia alleluia. Gloria Patri. ℣. Scalam vidit Jacob cujus cacumen cœlum tangebat, Angelos quoque descendentes qui eam lumine replebant, alleluia. In secundis Vesperis. Hieronymus: Ant. Nihil est candoris, nihil est splédoris, nihil est numinis quod non resplendeat in Virgine gloriosa, alleluia. Psal. Dixit Dominus. Origenes: Ant. Quæ neque serpentis persuasione decepta, nec ejus venenosis afflatibus infecta, alleluia. Psalmus: Laudate pueri. August. Ant. Hanc quam tu despicis Manichæe, mater mea est, & manu mea fabricata, alleluia. Psalmus: Lætatus sum. Anselmus: Ant. Decuit Virginem ea puritate nitere quâ major sub Deo nequit intelligi, alleluia. Psalmus: Nisi Dominus ædificaverit. Ambrosius: Ant. Hæc est virga in qua nec nodus originalis nec cortex venialis culpæ fuit, alleluia. Psalmus: Lauda Hierusalem. Capitulum: Vidi descendentem de cœlo sicut sponsam ornatam, claritas enim Dei illuminabat illam, & vidi tabernaculum Dei cum hominibus, & nox non erat illic, quia lucerna ejus erat Agnus. Deo gratias. Hymnus. Ave maris stella. ℣. Domine dilexi decorem domus tuæ, alleluia. Ad Magnificat Antiph. Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est genitrici suæ electa, viderunt eam animæ sanctæ & Immaculatam prædicaverunt, alleluia. Oratio ut supra. Ad Missam Introitus: Egredimini. Et est eadem, quam nos modò cantamus. Impress. characteribus antiquissimis absque anno in 4. Et est apud nos. Adverte tamen, quòd sit diversum ab illo, quod in Regesto nostri Armamentarij posuimus.

Item, elaboravit pro defendenda Virgine ab omni originali macula & pro instituendo & confirmando officio *Conceptionis* à se compositio, Epistolam seu Supplicem libellum. Extat impress. in quampluribus Breviarijs præcipuè antiquis. Nota etiam, quòd hoc officium recitetur à Fratribus Minoribus, sed in multis est correctum.

LEONARDUS vanden Oever, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus, Gratia habitis Lovanij die 29. Novembris defendit *Virginem fuisse immunem ab originali, & ab omni debito peccati originalis liberam extitisse.* Impress. Lovanij 1661. in 4.

LEONARDUS Priotus, Ordinis Carmelitarum Venetus, typis edi curavit quæstionem: Utrum Christi Virgo *Mater unica in originalis peccati macula fuerit concepta?* incogniti Michaëlis Aiguani. Lib. impress. Venetijs 1622. in folio.

LEONARDUS de Utino, Ordinis Prædicatorum, in suo Sermonario de Sanctis, sermone 46. de Assumptione, inquit: In lege divinali continetur niveus candor Sapient. 7. Candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula. Hic candor puritatis refulsit in Beata Virgine, Cant. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, cujus puritas non est passa ullam impuritatem sibi permisceri. Sapient. 6. Nihil inquinatum in illâ introibit, *non enim sibi se immiscuit peccatum originale, quia fuit in utero ab Spiritu S. sanctificata:* nec aliquod mortale, quia fuit Patris potetiâ roborata: nec aliquod veniale, quia fuit ab splendore Filij illustrata: nec aliquod actuale, quia fuit ab igne Spiritûs S. inflammata, &c. Vide Radios Solis Ver.

LEONORA Bardaxi de Guerra, fœmina Hispana, scripsit Hieroglyphicum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata lib. de Concept. folio 147.

LEONTIUS Cypro Neapolitanus, id est, Episcopus Neapolitanus in Cypro, Homilia in Simeonem, inquit: Purus ille ac incontaminatus unà *cum incontaminata* ac innupta Virgine ac Matre lege præscriptam obeat purificationem, &c. Vide Euseb. in Excep. cap. 13. fol. 205. & in Sacro-Syllab. folio 47.

LEOPOLDUS Austriæ Archidux & Ferdinandi II. Imperatoris Frater, gemma seu margarita piorum Principum nuncupatus, pro determinatione *mysterij Immacul. Conceptionis* scripsit Epistolam ad Urbanum VIII. Pont. Maximum datam Oeneponti die 5. Januarij 1624. Vide tomum 2. nostri Armamentarij Seraphici, & Marraccium in Principibus Marianis, & in Bibliotheca Mariana, & in Catalogo manuscr.

LERMA, in Castella veteri, fecit sequentia pro Conceptione, quæ omnia appono, ne tales nomine pereant: Yo Licenciado D. Jeronimo de Solis Garavito Racionero de la insigne Iglesia Colegial del Señor S. Pedro, desta villa de Lerma, Notario Apostolico y Secretario del Cavildo de la dicha Iglesia, ago fee à todos los que el presente vieren que en los libros de acuerdos y actos capitulares que se guardan en el archivo de la dicha Iglesia Colegial, ay los acuerdos y clausulas seguientes: En el Capitulo de la Iglesia Collegial del Señor S. Pedro desta villa de Lerma à veinte y cinco de Septiembre de mil seiscientos y cinquenta y quatro años, en presencia de mi el infrascripto Secretario y Notario se juntaron los Señores Dignidades, Canonigos y Racioneros à Cavildo ordinario con cedula ante diem, para efecto de tratar de la disposicion de la fiesta que se hade haçer *à la pura Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA*, y para todo lo demas que se ofreciere por ser Cavildo ordinario; es à saver los Señores Dignidades: Don Bernave de Sobremonte Arcediano, D. Don Matheo de Aranda Chantre, Don Pedro Ignacio de Bustamante Thesorero, y Señores Licenciados y Canonigos Andres de la Peña, Don Francisco de Salinas, Don Miguel Guillen, Bernave Diez, Don Francisco de Temiño, Simon de Palacios, Dotor Francisco Garcia Vermexo, Don Joseph Marquez, Don Nicolas Helguero, Andres de Pozo, y Señores Racioneros Licenciados Lazaro Flores, Francisco Santillan, Pedro Garcia, Antonio Garcia Vermexo, Marcos Crespo, Domingo del Arrabal, Miguel de Villan Gomez, Bernave Santos. Y estando juntos assi y congregados y haviendose leido, visto y entendido la forma y juramento à *la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin mancha de pecado original*, y haviendose echo reparo en aquellas palabras: Queremos que este nuestro juramento, tenga para siempre fuerça de Estatuto, y juradas y atendiendo al Estatuto del titulo treçe, que comiença: Porque aun en las Iglesias, que de antiguo, &c. se acordò que se consulte el dicho juramento con su Señoria el Señor Abbad, mostrandole juntamente à su Señoria el dicho Estatuto para que se vea lo que se deve hacer. Assimismo se acordò que la Missa, Procession y juramento se aga el martes dia de S. Miguel, y que por

por mañana y por tarde se adelante una hora. Todo lo qual se acordò en mi presencia, de que hago fè. Por acuerdo de los Señores Abbad y Cavildo. Simon de Palacios Secretario. Y consiguientemente en el mismo libro y folio cumpliendo con el acuerdo de arriba, esta la clausula que se sigue: Juramento que hicieron su Señoria los Señores Abbad & Cavildo de la insigne Iglesia Collegial del Señor S. Pedro, Justicia y Regimiento desta villa de Lerma *à la limpia Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin mancha de pecado original.* En la insigne Iglesia Collegial del Señor S. Pedro desta villa de Lerma à veinte y nueve dias del mes de Septiembre de mil y seiscientos y cinquenta y quatro años, estando en la dicha Iglesia su Señoria el Señor Dotor Don Miguel Perez de Anguix Abbad de la dicha Iglesia y toda su jurisdicion, y los Señores dignidades Don Bernave de Sobremonte Arcediano, Dotor Don Matheo de Aranda Balpuesta Chantre, y Don Pedro Ignacio de Bustamante Thesorero, y Señores Licenciados Andres de la Peña, Don Francisco de Salinas, Bernave Diez, Don Francisco de Temiño, Dotor Francisco Garcia Vermexo, D. Joseph Marquez, Don Nicolas Helguero Canonigos; Lazaro Flores, Francisco de Santillan, Pedro Garcia, Antonio Garcia Vermexo, Marcos Crespo, Domingo del Arrabal, Miguel de Villan Gomez, Bernave Santos Racioneros; Francisco de Valles, Juan de Guerrida, Francisco Gonzalez, Domingo Pasqual, Manuel de Aranda, Juan del Campo, Juan de S. Pedro, Fernando Diez Capellanes. Y el Licenciado Don Martin Manuel Palomeque Corregidor desta dicha Villa y su jurisdicion, Juan de Trebe, Francisco de Burgos Regidores por el estado de los hijos de algo; Pedro Miguel el Viejo y Juan de Castro Regidores por el estado de hombres Buenos, y el Dotor Don Jacinto de Caniego Valde Espiña y Licenciado Estevan de Guillen entrambos abogados, y Procuradores Generales; todos los susodichos Señores Abbad y Cavildo, y demas Prevendados y Justicia y Regimiento en presencia de mi el infrascripto Secretario y Notario à la Missa solemne que dixo su Señoria el dicho Señor Abbad de Pontifical, al tiempo del Ofertorio, y despues del Sermon que predicò el Señor Canonigo Magistral Doctor Miguel Guillen, y en manos de su Señoria hicieron el voto y juramento del tenor siguiente: En el nombre de la Santissima Trinidad Padre, Hijo y Espiritu Santo, tres personas y una divina esencia, y de la gloriosissima Virgen Santa Maria Madre de Dios, y del glorioso y bienaventurado Apostol San Pedro nuestro Patron, y de todos los Santos de la Corte celestial, debaxo de la obediencia de nuestro muy Santo Padre Innocencio X. Pontifice Maximo, sea notorio y manifiesto à todos, que nos el Dotor Don Miguel Perez de Anguix Abbad desta Santa Iglesia, y Abbadia de Lerma nullius Diœcesis, Protonotario Apostolico, y el Cavildo, Dignidades, Canonigos, Racioneros y Capellanes de la dicha Santa Iglesia; y el Licenciado Don Martin Manuel Palomeque Corregidor en esta Villa y su jurisdicion, y la Justicia y Regimiento de ella; considerando las muchas y grandes obligaciones que reconocemos à la Emperatriz de cielo y tierra Señora nuestra por los comunes y particulares beneficios que la confessamos: Y assi mismo reconociendo ser tan antigua la devocion en estos Reinos Catholicos *al soberano mysterio de su Immaculada Concepcion, y particularmente en esta Villa, que ha tenido y tiene siempre por particular Patrona y Abogada à la Virgen santissima nuestra Señora, en el mysterio de su purissima Concepcion, en cuia advocacion ay Confradia fundada en esta dicha Iglesia, confirmada por la Santidad de Adriano VI. Summo Pontifice, illustrada con la proteccion del invictissimo Emperador Rey y Señor nuestro Carlos V. de gloriosa memoria; en cuia consequencia mediante el Breve de nuestro muy Santo Padre Vrbano VIII. cerca de la reformacion de las fiestas eligio esta Villa la de la Concepcion de nuestra Señora por Patrona y la señalò por de guardar*, usando de la facultad por dicho Breve concedida y atendiendo à lo mucho que la Santa Iglesia Romana, columna y fundamento de toda verdad ha adelantado la solemnidad de la fiesta, concediendo oficio propio y dandola religioso y publico culto Ecclesiastico en toda la universal Iglesia, como se da à los demas mysterios de infalible verdad; excitando los animos y devocion de los fieles à la assistencia de los officios divinos con las mismas indulgencias y espirituales distribuciones que ganan los que assisten à la celebracion de la fiesta del Santissimo Sacramento, como consta delas Estravagantes y Motuspropios de Sixto IV. Julio II. y otros Summos Pontifices; y deseando hacer alguna demostracion en que esta Señora se de por servida: Todos y cada uno de por si en nuestro nombre, y de los demas Prevendados y vezinos que son ò fueren; juramos, y prometemos à Dios nuestro Señor, por la señal de la Cruz, y santos Evangelios que corporalmente tocamos, que tendremos, y defenderemos en publico y en secreto, en quanto nuestras fuerças alcancaren *la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original*, segun y en la forma que disponen las Bullas y Breves de la santa Sede Apostolica, aquien sujetamos este voto y juramento, y à nuestro muy Santo Padre Innocencio X. y à sus succesores, y lo poniemos debaxo de su proteccion y amparo, suplicando à su Santidad le reciba y de su bendicion. En esta conformidad lo votaron y juraron los dichos Señores Abbad y Cavildo, y demas Prevendados de la dicha Iglesia Collegial, Justicia y Regimiento desta dicha villa de Lerma en manos de su Señoria el dicho Señor Abbad Dotor Don Miguel Perez de Anguix, de que doi fè como Secretario de los dichos Señores Abbad y Cavildo, y Notario Apostolico por autoridad Apostolica, y lo firmò su Señoria el dicho Señor Abbad. El Abbad de Lerma. Ante mi, Simon de Palacios. El qual dicho acuerdo y juramento concuerda con su original que queda en el dicho libro de Actos Capitulares que se guardan en los archivos de la dicha Iglesia. Y para que conste del presente; en Lerma à quince dias del mes de Diciembre de mil y seis cientos y sesenta años. Y en fè dello lo signe y firme. En testimonio ✠ de verdad, Jeronymo de Solis Garavito Not.

Item, Diversas Poësias que se hicieron en esta villa de Lerma, en la fiesta que se celebrò en ella de la purissima Concepcion, el año de 1654.

AL ALTAR DE N. P. S. FRANCISCO.

Que adorno tan singular!
Que Altar que rara belleza;
Nadie me podra negar,
Que quitar de la limpieza
Es quitarlo del Altar.

OCTAVA.

No me oprimen contrarias opiniones,
No me derribaran fuertes contrarios,
Que el ser ellos tan doctamente sabios
Adquiere para mi nuevos blasones:
Oy quedara de parezeres varios
Libre aquesta verdad con mis razones,
Esto defendere siempre indefeso
Aunque carge enmishombros todo el peso.

AL ALTAR DE S. CLARA.

Que adorno que gran belleza!
Que aliño que compostura,
Aqui con tanta pureza
Que pura esta la limpieza,
Y Maria que segura.

TERCETA.

Quando esta verdad no fuera
Tan verdad, oy se ajustara,
Siendo la defensa Clara.

AL ALTAR DE LAS DOMINICAS.

Que bien luce en el Altar
Tu Religiosa atencion,
En esto de Concepcion
Siempre à sido singular
Domingo tu Religion

A LAS CARMELITAS.

DECIMA.

Aqui con afecto ygual
En tan festiuo aparato
Con este hermoso retrato
Se jura el original;
Ya està esta verdad caval,
Y assi en nuevas alegrias
Publiquemos estos dias
En continuos regozijos,
Que siendo desta Madre hijos
Somos los hijos deElias.

QUINTILLA.

Lo curioso sin hablar,
Dice si es que solicitas
Saber cuio es este Altar;
No tienes que preguntar,
Porque es de los Carmelitas.

DECIMA.

Si hubiere lengua atrevida
Virgen que tenga opinion
Contra vuestra Concepcion
Despidase de su vida,
Que yo hede ser homicida
Aunque pierda mi caudal
De ierro tan desigual:
Y à pesar de su porfia
Dira, fuiste concebida
Sin pecado original.

DECIMA SEGUNDA.

O quien pudiera esplicar
Lo que en el corazon siente,
Y assi vos copia excelente
Aqui me aveis de ayudar,
A vuestro honor he de amar
Y viendo vuestra hermosura
Tan divina como pura,
Y tan limpia Concepcion
A todos dais devocion
Y de todo estais segura.

DECIMA TERCERA.

La Concepcion alavada
Para siempre de Maria
Lo sea, y en este dia
Aunque es Domingo ensalzada:
Pues siempre Dios preservada
Por su Madre la ha tenido,
Y à la que sola ha lucido
En todos no es conclusion
Dar de todos la razon
En quien como nadie ha sido

DECIMA QUARTA.

Sacrosanta Virgen pura
Sin mancha sois concebida,
Y à defenderlo mi vida
Oy con todos se aventura:
Si el Dominico procura
El tener otra opinion,
Temo lleve cozcorron
Que la defienden soldados
Y los tienen enseñados
A no sufrir sin razon.

SONETO.

Dudar la libertad oy de Maria
El alternar con pecho no acertado,
Que el que la perdio por el comun pecado
Ese mesmo (la duda aqui desvia)
No es esta conclusion si cierta mia
Quando es principio en leyes afirmado
Dar por libre al que en duda à litigado
Porque al favor siempre la ley se ampliа;
Luego no es ya piedad sino justicia
Concederle à Maria su pureza.
Cese pues ya la tema y la malicia
Que es andarle buscando à su entereza
La falta que de juicio casi indicia
En quien en la verdad casi tropieza.

SONETO.

Por el sagrado Dios, Virgen sagrada
Por su gran virtud y Real Alteza,
Que he de defender vuestra limpieza
Ya que no con la pluma con la espada:
Madre de Jesu Christo y maculada:
Ay maior maldal, mayor torpeza!
Voto à Dios que rebiento de braberа
Porque tal opinion al mundo enfada,
Si ay algun Bobarron que contradiga
Los escritos de Escoto mi pariente,
Salgan, que voto à Dios que en todo miente.
Yque à palos hare que se desdiga
Por Jesu Christo vivo omnipotente.

VERSO.

Esta question reducida
Se ha dever; una de dos
O no fue Madre de Dios,
O fue en gracia concebida.

Quien fue la Aurora desta alegria?
Maria.
Quien pudo y quiso hacello de los dos?
Dios.
Como pario su flor permaneciendo?
Queriendo.
Pues porque no direis vos
Viendola del sol vestida,

Sin culpa fue concebida
Maria queriendo Dios.

Quien fue Madre de Christo pura y bella?
Ella.
Quien la crio y la hizo de Dios Madre?
El Padre.
Quien engrandecella ha visto?
Jesu Christo.
Luego si devoto asisto
Loando su Concepcion,
Me echaran la bendicion
Ella, el Padre, y Jesu Christo.

SONETO.

Maria pura Reina Immaculada,
Quien en tu Concepcion dudas ha puesto?
Su error ignoran todos los que en esto
Defienden opinion tan mal fundada;
Pues por el alto Dios Virgen sagrada
Que si niegan razones que da el resto,
Que lo an de confesar echando el resto
A los finos azeros de mi espada.
Que sin pecado fuistes concebida
Todos convienen, y el mortal engaño
A argumentos reduze su malicia:
No permitas Señora esclarecida
Que eloquencias se formen en tu daño
Glosando lo que deben de Justicia.

OTRA.

Mi afecto juzga que el cielo
A Escoto dio ciencia suma
Que pues te aplaude su pluma
Pluma le dio para el buelo,
Que Dios le inspiro recelo
Para el si que pronuncio
Quando se le pregunto
Tu limpieza; pues aqui
Escoto dixo que si
Quien puede dezir que no.
Al mirar tanto candor
Como en tu deidad se vè
Publica mi zelo que
La hizo limpia el Criador.
Quien no dice à tu esplendor
Que es llama que amor embia,
Que es sol que sombras desvia,
Y que en el mas limpio coche
Siendo estrella de la noche,
Es la clara luz del dia.

OTRA.

Virgen bella, sol lucido
A cuios hermosos rayos
Entre languidos desmayos
Se ve mi afecto rendido:
Por vuestra pureza à sido
Desagraciada mi quexa
Pues ya imagino que dexa
La envidia su sin razon;
Pues triumpho de Concepcion
En Domingo se festexa.
Dad Señora no castigo
Sino perdon aquien daba
En vos mancha, è ignorava
Perdia à Dios por amigo.
Vuestro no sera enemigo
Ya que puede aseguraros
Que ignorante en alabaros
Con su condicion zelosa
Mirandoos la mas hermosa
La manzana quiso daros.

OTRA.

Supla de mi entendimiento
La cortedad mi buen zelo,
Todo el mundo este contento
Que oy se ha de ver un portento
Que sera cosa del cielo.
Oy se vota una verdad
Tan clara que es evidente,
Y assi todos de hermandad
Con muy buena voluntad
La juran solemnemente.
Lo firme del juramento
No admite voraz censura;
Que tiene buen fundamento
Y siendo Pedro el cimiento
Està esta verdad segura.
La limpieza de Maria
Con nuevos brios defiende
Pedro, que la que algun dia
Si por Christo la tendia
Oy por su Madre la tiende.
La espada desembainada
De Miguel tambien he visto
Y juntos de camarada
Los dos à capa y espada
Oy la defienden por Christo.
Guardese el que temerario
De varia opinion se deja
Llevar, que aunque sea sabio
Sabe mucho este contrario
Y se lo dira à la orexa.
Seguro y con alegria
Celebre con pecho fiel
Todo el pueblo aqueste dia,
Que en dia de San Miguel
Esta segura Maria.
El que esta verdad no alcanza
No se meta en disputar,
Que Miguel con su balanza
Tomando del la venganza
La ajustara à su pesar.
Virgen si el linage humano
Caio en la culpa de Adan
Vos no, que Dios fue el galan
Que al caer os dio la mano.

DECIMA.

Aunque à todos toque el mal
De la culpa original.
Que fue nuestra perdicion,
Su Madre es la excepcion
De regla tan general.
Aquesta resolucion
Es una verdad notoria,
Que la contraria opinion
Dominica, es de pasion,
Donde no se canta Gloria

QUINTILLA.

Oy esta muy celebrada
En S. Francisco Maria,
Sin duda à de ser honrrada
Opinion que anda arrimada
A tan santa compañia.

OTRA.

Norte fixo, luz, aurora, sol y estrellas
Dios os crio en gracia, esenta y bella

Y en gracia confirmada por el fuiste,
Y assi caer en culpa no pudiste
Y si la culpa afrenta justamente
A una alma, qual intento estan errado
Que à la que à de ser Madre dignamente
De Dios, la arguia infamia de pecado.

OTRA.

Si el antidoto divino
Contra la culpa de Adan
Me haze Dios, como me dan
Tropiezos en mi camino.
Si siempre mi habitacion
A assistido en las Alturas
Coma ay quien diga que à escuras
Pudo ser mi Concepcion
La luna es vuestro sitial
Y del sol estais vestida
Porque fuisteis concebida
Sin pecado original.
Honrra amor, poder, caudal
Sin cosa que lo impida
Tubo Dios, y assi os dio vida
Sin pecado original.
Dios para darse encomida
En aquel pan celestial,
De Maria concebida
Sin pecado original.

Item, sub hoc titulo: Una decima la rompio un P. Dominico (excepto la palabra concebida) de una puerta, y despues puso un Religioso de S. Francisco, laque se sigue:

DECIMA.

De aqui con mano atrevida
Y con pasion desigual
Rasgaron lo original
Dejando lo concebida;
Mas no por eso se olvida
Mi Religiosa atencion
Que oy con maior devocion
Aqui lo buelvo à fixar;
Nadie se atreba à quitar
Que llevara coscorron.

Los Niños de la Escuela.

Lerma insigne y leal
De Maria agradecida
Publica sois concebida
Sin pecado original.
Oy pues con temor filial
Esta escuela os apellida
Diciendo sois concebida
Sin pecado original.
Si la perfecta alabança
Es laque la infancia canta,
La Concepcion de Maria
Pura celebre por gracia.

OCTAVA.

Sois de Dios la segunda y la primera
Que para Madre suia pudo allarse,
Y que mejor que vos alguna hubiera
Jamas pudo de nadie imaginarse.
Desde que sin principio era
Y tratò con principio de humanarse
Os antevio y entre sus resplandores
Os hizo la mejor de las mejores.

OCTAVA.

Fuiste del mundo como Redemptora
Porque del Redemptor la Madre fuiste
Siendo Virgen con el cooperadora
Pues para redimir sangre le distes
Es verdad hermosissima Señora
Que aunque en parte los hòbres redimiste
Fuiste del con mas gloria redimida
Pues lo fuisteis, jamas sin ser vendida

OCTAVA.

Desde el primer instante que tubisteis
Vida llena de gracia abundasteis
Que juntas vida y gracia recebisteis
Que vida y gracia juntas os allasteis:
Por tal vida tal gracia merecisteis
Que mas que todos juntos alcancasteis,
Pues sola allasteis por divinos modos
Lo que perdimos por la culpa todos.

OCTAVA.

Todos se pasman en llegando à veros,
Todos desean veros y obligaros,
Todos se honran con engrandeceros,
Todos se engrandecen con honrraros:
Todos àDios obligan con quereros
Y son del mas amados por amaros,
Con todos dice Lerma agradecida
Ser sin pecado ò Virgen concebida

OCTAVA.

Gozase el alma quando considera
En vos sin culpa à la naturaleza
Y vuestra Concepcion sin la primera
Y sin segunda vuestra real pureza:
Ya tanta Dios os encumbro grandeza
Y de la gloria à tanta divina alteza
Que ya que Dios no fuiste
Dexando de ser Dios, quanto pudiste.

OCTAVA.

Un privilegio real
Virgen os ha dado Dios
Y fue que no tocò à vos
El pecado original.
Sois el aguila real
Sola vos del sol vestida,
Dios que os hizo sin igual
Fue el que os hizo concebida
Sin pecado original.

ROMANCE.

Este alcazar de S. Juan
Gozais alcancan y antonan
Los privilegios de .....
Sin pagar pechos de Adan.
Hidalga os hizo Dios Padre
Virgen que à no serlo vos
No fuera el Hijo de Dios
Hidalgo de Padre y Madre.
No se dilata ni ensancha
Culpa en vuestra Concepcion
Virgen, que no fue Sion
Edificado en la mancha.
En vos Virgen mancha alguna
No sea visto, claro esta
Pues os tiene Dios alla
Sobre el cuerno de la luna.
Por mas que ladre el mastin
De la pura Concepcion,
Que importa que diga con
Si fue concebida sin.
Rabio Adan mas no tocò
Esta rabia en vos Maria
Que os hizo Dios concebida
Antes del Rey que rabio.
Dios de la culpa os escapa

Para

Para vestirse de vos
Que afè que supo bien Dios
Poner en cobro su capa.
Libre de toda desgracia
Estubo vuestra veldad
Pues dice la Trinidad
Que sois la Virgen de gracia.
Aunque en la mancha vivis
Es question de solo nombre
Que cierto del primer hombre
Ninguna mancha sentis.

OTRO.

Vuestra Concepcion MARIA
Si no manchada pureza
Oy la Trinidad descalza
En alcazar la celebra.
La Religion Francisçana
Y las demas que os veneran
Mucho expiran se celebre
En Dominica esta fiesta.
Si Domingo fue Español
Y toda España es tan vuestra
Como en vuestra gracia ay Hijos
Que algo à vuestra gracia niegan.
Si aquel Paraninfo os dixo
Que eradesf de gracia llena
Donde topan el bazio
Que un poco de culpa quepa.
Si la Iglesia nuestra Madre
Toda hermosa os confiessa
Yfin mancha, quien ay
Que à lo contrario seatreba.
Fuera bueno que de vos
Los Catholicos dixeran
Que tubo Madre con mancha
Quien os pudo hazer sin ella.
Yo os prometo de morir
Por la opinion verdadera
De que preservada fue
Vuestra singular pureza.

Item, Que de no haver MARIA Señora nuestra peçado actualmente, se arguie ser sin pecado original concebida esta Señora.

DECIMAS.

Excelso mysterio encierra
Aquel zelipsi sangriento
Y es negarlo segun siento
Oponerse à el sol la tierra;
Uno no nos causa guerra
Otro à impiedad nos combida,
Por uno pondre la vida
Por otro segun mi ciencia
Sacare por consequencia
Que es sin mancha concebida

SEGUNDA.

Que en lo actual no pecò
La propria Fè nos lo indica
Pero ya el mundo publica
Que sin pecado nacio:
No es mucho si reservò
Dios para Madre à esta tal,
Porque si del actual
Preserva tubo primero
Decir que incurrio primero
En pecado original.

TERCERA.

Y admirando el arrebol
Que merecio su fortuna,
No la llaman pulchra ut luna
No dicen electa ut sol:
Luego ha de ser un pharol
Que ala luz immensa quadre,
Porque si el Hijo del Padre
Con esta luz no la viera
Fuera justo no quisiera
Tener por Madre à tal madre

QUARTA.

Con favor tan especial
Que admira à naturaleza
Nadie la iguala en grandeza
Pues tiene la sangre real:
No hizo Dios favor igual
Virgen sino solo à vos,
Y assi haviendo entre los dos
La ventaja conocida
Digo que sois concebida,
Como Madre para Dios.

Item, Que aquello que le es posible à Dios, como ceda en honrra y gloria suia, es severo rigor no creer que assi lo quiere.

GLOSA.

Es Virgen vuestra pureza
Gloria del poder divino
Cuio singular camino
Fue primor de su grandeza.
Quando llego à imaginar
Que de Dios sois Madre vos
O Virgen! digo que Dios
Buscò el mas limpio lugar:
No fuera justo el buscar
Claustro immundo à su grandeza;
Luego si vuestra limpieza
Es del sacro sol pharol
Afirmo que como el sol
Es Virgen vuestra pureza,
Pureza en suma os construie
Y limpieza en grado igual,
Pues Dios sin culpa fatal
Limpio grado os constituye.
Tanto el vuestro influie
En Dios segun imagino
Que quando el Verbo previno
Que el nacer de vos le quadre
Fue el eligiros por Madre
Gloria del poder divino
Quando de todo pecado
Dios os pudo reservar
Como se puede afirmar
Que Dios no os ha reservado;
Si de la culpa os ha librado
Con primor tan peregrino
Cuio fue el poder divino,
Cuio el intento del Padre,
Cuio el quereros por Madre,
Cuio singular camino.
Y advirtiendo su poder
Siendo assi que es honrra suia
Aquien no aunque concluia
Que el Padre la pudo hazer
Severosera el creer
Que eligio para su alteza
Madre que en naturaleza
No fuese segun su estado;
Y assi el haveros librado
Fue primor de su grandeza.

OCTAVA.

Tan sin mancha el mundo os vee Que

Que sino es de Fè el misterio
Tienen las almas imperio
Como misterio de Fè.
Que es de amor poco caudal
En aquel que os apellida
Negar que sois concebida
Sin pecado original.
De mi amor con mi poder
Pudo nadie imaginar
Que esclava pude dexar
A quien me dio humano ser.

Item, à la imagen de Santo Domingo Soriano.

OCTAVA.

Oy con muestras de alegria
La gloria de Alexandria
Yla amante Magdalena,
Y esta candida azuzena,
Y el sacristan liberal
Y todo el mundo en general
Dicen que sois concebida
Sin pecado original.
El de parezer contrario
Repare con atencion
Que la Virgen del Rosario
Es la de la Concepcion.
Aunque à todos tocò el mal
De la culpa original
Su Madre es la excepcion
De regla tan general.

Item, Glosas à la purissima Concepcion.

Sin macula de pecado
Un alma era menester
Virgen para defender
Vuestro ser Immaculado;
Mas pues no ay sugeto tal
Defiendalo el sin medida
Pues que fuiste concebida
Sin pecado original.

OTRA.

Los que de Adan el culpado
La culpa heredada os dan
Mejor dixeran que Adan
De vos la gracia ha heredado:
Que à su primer ser mortal
Vos le disteis nueva vida
Porque fuistes concebida
Sin pecado original.

OTRA.

De original culpa en vos
No tocò el rigor tirano
Antes quanto al ser humano
Sois original de Dios:
Yla que fue por ser tal
Original de la vida
Descubre ser concebida
Sin pecado original.

OTRA.

Dezir que en vos culpa hubiese
Es lo mesmo que dezir
Quel que vino à redemir
Hijo de cautiva fuese:
Y es cosa en Dios desigual
Siendo gracia, gloria, y vida
Vestir carne concebida
En pecado original.

OTRA.

Dios que à vuestro ser se ajusta
No solo quiso que os quadre
Nombre de Virgen y Madre
Mas tambien de humana y justa:
Que es Dios tan honrrado y tal
Que quiso en la mortal vida
Madre y Virgen concebida
Sin pecado original.

OTRA.

Si la espada fuerte y bella
Contra el dragon fuistes vos
No puedo entender que Dios
Se çiñe espada con mella:
Que en Dios pareciera mal
Traer espada çeñida
Con una mella adquirida
En pecado original.

OTRA.

Al enfermo ser humano
Disteis medico MARIA
Y en buena Philosophia
El medico ha de ser sano:
Christo es salud immortal
Y en vos cobrò humana vida
Porque fuisteis concebida
Sin pecado original.

OTRA.

Quien mancha os quiere poner
Supone en Dios que al formaros
O no pudo preservaros
O que no lo quiso hazer:
Mas con su brazo immortal
Pudo y quiso daros vida
Engendrada y concebida
Sin pecado original.

Omnia ista extant apud nos manuscripta.

LIMENSIS Universitas, post votum factum, fecit sequentia pro Immaculata Conceptione Convocatoria. La insigne, y Real Universidad de Lima en la America, Museo animado de las ciencias, y vivo original de que copian Ideas los ingenios, haze saber, que mañana lueves 14. deste mes de Diziembre, y año de 1656. da fin con el rebozo de una Mascara à los regozijos, que esta gran ciudad de los Reyes ofrecio al Patronazgo fundado *en el Mysterio de la purissima y limpia Concepcion de la Virgen Santissima MARIA Señora nuestra.* Y porque la celebre con esclarecida pompa, quien la defiende con todo empeño, manda que al rayar sus luzes el Sol, que ha de presidir à un estrellado cielo y Luna en honor del mas festivo dia de su Aurora, se junten en el patio mayor de Escuelas à cavallo las Artes liberales, y ciencias, y hasta los brutos hagan movimientos de entendidos: y salgan los que mas prevalecieron en ellas, sin que los escuse haver quinientos años que murieron: y en sus trages las Naciones, aunque habiten en distancia de quatro mil leguas. Que se retiren y dexen su maldezir los Zoilos, y salgan de los montes fieras, y monstruos que se admiren, pues han de convertirse hombres en Angeles, que agraden: y finalmente se abrevie y zifre en poco sitio mucho mundo, y dividido en seis trozos acompañe la santa Imagen, que en un carro se manifestarà en las plaças, y calles que dizen los carteles fixados en ellas. Y apercibe que vengan quantos se alistaron, quando no se escusa el Rey, ni el Papa. Que los aventureros no reparen en dos, ni tres mil ducados cada uno por salir rica y variamente vestidos, porque desde luego usando de

de liberalidad los dan por pagados los mirones. Que nadie falte, pena de que no ſerà viſto, nioido. Y porque venga à noticia de todos ſe manda publicar. Fecha, ut ſupra. Boſquejo y diſeño breve de la Maſcara, que anticipa à la viſta ſu inteligencia. No ſe habla del gracejo, porque ſube la novedad el precio à los ojos. La inſigne y Real Univerſidad de Lima deſeoſa de manifeſtar el empeño de ſu inſtituto celebrando *el Miſterio de la Puriſſima Concepcion de la Reyna de los Angeles*, la ſaca en un carro triunfal, y mageſtuoſo trono, en que preſide al culto y fieſta que afectuoſa le dedica. Halloſe con poco aparato para llenar con eſclarecida pompa las obligaciones deſte dia, y ſolo ha podido hazer un acompañamiento, que al paſſo de ſu obſequio viene con el orden que ſe ſigue. Delante con muſica de clarines, trompetas, y chirimias ſirven de retulo los Maceros, y armas de la Univerſidad: deſpejando el paſſo al primer perſonage, que gravemente veſtido repreſenta el Patronazgo en la orla del Guion azul, que por una parte dize: *MARIA concebida ſin pecado original.* y por otra: *Sub hoc puritatis vexillo ſtat Univerſitas:* Siguenle las Artes liberales, y cinco Ciencias, Medicina, Filoſofia, Leyes, Canones, y Theologia veſtidas en ſus colores, y delante los que mas prevalecieron en ellas. Y por finos y eſtremados Eſcritores en favor del miſterio, el ſutil Eſcoto, Egidio, Suarez, y Zumel. Remata eſta primera quadrilla el Carro de azul, y plata, y por aluſion à la antiguedad hazen peaña al Patron de la Univerſidad San Marcos, Palas, y Minerva, y en una grada Mercurio con ſu Caduceo. Alexandro Magno, cuyo generoſo animo no cupo en el Reino de ſu Padre Filipo, trae debaxo de ſu baſton las Naciones. Los mejores de la Fama, que por ſi dieron mayor gloria al mundo, ſe entreſacaron, y haziendo eſquadron diſtinto vienen apoſtados à defender à todo reſto el miſterio. Y dà fin à eſte, ſi pequeño numero, grande en la generoſidad el Santo Rey D. Fernando, y el nunca vencido Rey y Emperador Carlos V. Continuaſe el Carro de verde y plata, que trae ſobre ſi al mundo, en que eſtriva una Fama, que publica el miſterio, y al dorar el aire con el nombre de MARIA puriſſima, rinden las quatro partes que ganaron Gama, Colon, Pizarro, y Cortes, que al vivo ſirven de pedeſtal en cada eſquina. El Reino del Peru, leal vaſſallo, que en ſervicio de ſu Rey, y Señor Filipo IV. el Grande ofrece liberal la riqueza de ſus Minerales, viene con mayor oſtentacion. Empieça el Inga en andas acompañado deſus Indios, danças, y aillies, ſin aver perdonado la diligencia quanto pudo para ſu adorno. Siguenle con vanderillas en las manos, ofreciendo ſus frutos las ciudades, Cuzco, Chuquiſaca, Potoſi, Chile, Quito, Arequipa, Guamanga, Chuquiabo, Oruro, Truxillo, Ica, Piſco, Guanuco, Guancavelica, Callao. Proteo ſubio al monte y aſperiſſima ſierra, y buelve con quatro ferozes monſtuos, porque al eco de la fama, *y nombre de la Concepcion puriſſima de MARIA*, haſta los brutos ſe precian de celebrarla. Don Quijote, y Sancho, y los doze Pares Cavaleros andantes tuuieron por caſo de menos valer, no concurrir al feſtin deſte dia, y aſſi viene de ſuerte ſaçonados, que dà guſto el verlos. Los Valles circunvecinos à Lima mueſtran en ſu grazjo la alegria, y hazen preludio a la ciudad. Los Alcaldes, y Regidores en forma de Cabildo, lucidamente adornados, y tan al vivo, que ſe duda ſin ſon copias, ò originales, acompañan a la Real Audiencia, iluſtre Senado, que contiene en ſuma el govierno deſte nuevo mundo, y viene haziendo lado al Excelentiſſimo Señor Conde de Alua de Aliſte ſu Virrey, Grande de Eſpaña, y en en eſtas Indias el primero Grande. Immediata la ciudad en un carro de anteado, y oro, como Cabeça del Reyno con ſu eſtrella, y coronas trae una fuente, ofreciendo los coraçones de todos, que es el mejor plato. Con duplicadas vozes de clarines previene al monte de Elicon la entrada el dulce Homero, que diſcurriendo por la ſelva de los Poëtas eligio para que le ſiguieſſen à Virgilio, Ovidio, y Terencio, Marcial, y otros Eſpañoles, haſta la fertil Vega de Lope. Viene como Rector deſta ingenioſa floreſta Apolo con paſſo lento, por que aguarda para fenecer ſu quadrilla muchos aventureros, que ſino los ha canſado el camino, llegaran preſto. Remata Jupiter padre de las Muſas, que haze guarda al carro, donde vienen à la falda del Parnaſo con ſus inſtrumentos muſicos mirando al Pegaſo, que con traer alas, no ſe puede mover de un lugar. Enriqueze de valor el acompañamiento el Apoſtol Santiago, *que ſale celebrando el patronazgo del Miſterio de la Concepcion pura de MARIA*, como Patron de los dos Mundos Eſpañoles. Vieronle ſalir las Ordenes Militares, y hazen vn animado campo, en que ſe miran las rojas, verdes, y blancas Cruzes, porque no falten ſeñales de la *gloria del Hijo donde ſe celebra la gracia de la Madre*. Brillan à poco trecho las alabardas, y cuchillas de las tres guardas Eſpañola, Tudeſca, y Alemana, con ſus tres Capitanes, y Tenientes, y apeado del carro viene la Mageſtad de nueſtro Catolico Monarca Filipo IIII. el Grande, que llenando de autoridad el acompañamiento, y de veneracion el afecto de los que le miran, en premio de la celebracion del miſterio, oy haze ſu corte à Lima. El carro de blanco y oro, trae debajo de doſel ſu retrato, y tributandole Cetros, y Coronas Africa, Aſia, Europa, y America. No fue dificultoſo conducir las fieras de los boſques y montañas, que con ſu variedad pudieſſen divertir la viſta, y hazer conſonancia a la propenſion y aplauſo, con que todos los vivientes ſe rinden a la razon deſte miſterio; porque Orfeo oyendo reſonar en los ſenos de la antiguedad los ecos *miſterioſos de Concepcion tan pura*, ſalio con muſica ſonora al feſtejo, y à la dulçura de ſu canto, le vienen ſiguiendo manſos, y apazibles. Los Tiempos reducidos à primavera, ſino en los trajes, en el guſto, hazen un epilogo juntos, y conformes. El Firmamento, que ſignifican doze eſtrellados y vivos atributos, con ſus dos Preſidentes Sol, y Luna, Principes de las luzes, ha trocado el ſitio, y como ſi fueſſe nacido en la tierra, viene paſſo à paſſo por ella, influyendo claridad, y gozo. El Pontifice, y Collegio de Cardenales en conſiſtorio, ſobre un carro de carmeſi, y plata, prometen la determinacion, para que el afecto de los fieles cierre con llave de la Sede Apoſtolica totalmente la boca à los que dudan. Y para concluir eſta fieſta ſe entra mas en ella el ultimo quartel, que con mejores vozes dicen ocho perſonajes, con lo que van ſignificando.

Todo el mundo en general
A vozes Reyna escogida,
Dize que sois concebida
Sin pecado original.

Con esta empresa, que es el non plus ultra de sus privilegios, MARIA Santissima viene triunfante en su glorioso trono, y carro de Angeles sobre la ciudad de Dios. Este es el acompañamiento, que ha podido ordenar el Rector, y Comissarios, con titulo de roboço, y mascara, en significacion de hallarse la Universidad, à quien representan, rezelosa de salir à cara descubierta con demonstracion festiva menor que su afecto, del qual siendo gigante, no ha podido pintar mas que un dedo, indice de la voluntad, que rinde al puro, y sagrado pie de la que con valiente huella quebrò la cabeza del dragon. Impress. Limæ in 4. absque anno.

LITANIÆ sacræ variæ cum brevi piaque quotidiana exercitatione, fol. 63. *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, &c. & fol. 221. *Officium parvum de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ*, ut habetur in Horis quibusdam antiquis, &c. Lib. impress. Coloniæ 1643. in 24.

Item, aliæ *de Immaculatæ Virginis Conceptione* extractæ ex diversis dictis Sanctorum, quorum citationes extant ad marginem, suntque apud nos MS. in 4.

Item, aliæ Litaniæ sacræ variæ, cum brevi piaque quotidiana exercitatione in gratiâ Catholicorum, in Litania B. MARIÆ Virginis, folio 100. *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Mediatrix nostra. Lib. impress. Antuerpiæ 1598. in 12. regali.

LOMBARDICA Historia, sive aurea legẽda Sanctorum, legendam 188. ponit *de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & incipit: Anselmus Cantuariensis, &c. Deinde adducit Sermonem Sancti Anselmi, incipientem: Principium quo salus mundi, &c. Deinde Decretum Concilij Basileensis, incipiens Sacrosancta generalis Synodus. Deinde adducit miracula *de Conceptione Virginis MARIÆ*, & incipiunt: Ad informationem denique hujus veritatis de Conceptione, &c. Et omnia hæc extant in suis capitibus seu §§. distinctis ac separatis, ut videre est in impressione facta Basileæ per Nicolaum Keser anno 1486. die verò 15. Julij in folio, & incipit hæc legenda Conceptionis à folio 187. col. 4. usque 189. col. 2. Hanc legendam multi Scriptores in libris suis de Conceptione tribuunt Jacobo Januensi sive de Voragine Ordinis Prædicatorum: sed absque ullo fundamento vel ratione; nam Historia Lombardica edita à prædicto Jacobo solùm habet legendas 177. à legenda autem 178. inclusivè usque 215. additæ fuerunt à quodam Anonymo pulchris licet antiquis characteribus. Deinde hanc legendam typis mandavit R. P. Claudius de Rota Ordinis Prædicatorum Lugduni 1540. in ædibus Petri Lucei in 4. & non solùm variavit legendam Conceptionis Virginis MARIÆ quantùm ad numerum: nam eam collocavit numero 185. sed abstulit omnia quæ erant in prima impressione Basileensi supra relata, & apposuit alteram proprio marte, quæ incipit: Tempore illo quo divinæ, &c. Et extat folio 132. col. 4. Verum quidem est, quòd hæc legenda variata est etiam in impr. absque loco impressionis ann. 1512. in 4. characteribus antiquis, folio 159.

LUCAS de D'Acherri, Ordinis S. Benedicti Gallus, in Notis seu observationibus ad Guibertum Abbatem, folio 561. ad illa verba Guiberti Cum actuali abolevit originale peccatum, sic inquit: Qui cursim & visis tantùm prælibaret hæc verba, posset ita perfestinatim argumentari: Spiritus S. in Virgine peccatum abolevit; proinde fuerit in Virgine aliquando hoc peccatum, fateri necessum est. At pœnitus inspicienti, argutiola ista hæc frivola est atque inanis. Etenim regi posset hoc modo: Si cum actuali abolevit originale peccatum, ergo & abolitum est actuale: si autem actuale abolitum, extitisse aliquando in Virgine concludas oportet. Verùm fritinnire est atque planè effutire, sic loqui; siquidem pluribus in locis Abbas noster *de puritate Virginis Immaculatæ, deque ejus ab omni sordè immunitate mentem aperit suam.* Unde contra sic ago: In Virgine Sancta peccatum actuale, quod in ea nunquam fuit ex sensu Guiberti, Spiritus sanctus prædicatur abolevisse: *ergo originale, quod nunquam fuerit ex mente ejusdem Abbatis, Spiritus sanctus abolevit?*

Item, ex libro 1. S. Paschasij de Partu Virginis: *Quod Deipara Virgo maculam originalis peccati minimè contraxerit*, &c. Impress. Lutetiæ Parisiorum anno 1651. in folio.

LUCAS Antonius Resta, Italus Episcopus Adrianensis, in Diœcesana Synodo Ecclesiæ suæ præcepit observari *festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, ut constat ex libro impress. Cuperatis cap. 5. folio 64.

LUCAS Evangelista ac discipulus Domini, Sanctus, natione Galilæus, cap. 1. vers. 28. refert illa verba Angeli ad MARIAM: *Ave gratiâ plena, benedicta tu in mulieribus*, &c. Ne timeas MARIA, invenisti gratiam apud Deum, Spiritus sanctus supervenit in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c. Quæ verba de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione explicant innumerabiles Doctores in hoc Catalogo citati, tâ ex Expositoribus, quam ex Concionatoribus: quia fuit MARIA Ave, id est, sine væ originalis maculæ; gratiâ plena, quia plenitudo omnimodam comprehendit implentem personæ & temporis: & Dominus fuit cum ea indefinitè, secundùm omnem differentiam temporis præsentis, præteriti & futuri; & fuit benedicta in mulieribus secundùm omnem benedictionem exclusivam omnis maledictionis, quarum prima & præcipua fuit originalis peccati. Invenit præterea gratiam amissam in paradiso: hæc autem fuit justitia originalis; ac tandem supervenit in eam Spiritus sanctus in Conceptione sua activa, quia jam priùs venerat in Conceptione sua passiva: nam supervenire supponit venire in eodem genere causæ, materia vel ordine. Item, refert similiter illa Elisabethæ ad sacratissimam Virginem verba: *Benedicta tu in mulieribus*, & benedictus fructus ventris tui, &c. quæ de Immaculata Virginis Deiparæ Conceptione intelligi & explicari debent, secundùm totum rigorem literæ, ut latè probo in Expositione Cantici Magnificat, Clave 1.

Item, in Sermone habito in transitu sacratissimæ Virginis MARIÆ, inquit: Sic oportebat, sic congruum erat, ut illa, quæ omnibus Angelis dominaretur, nulli viro subjiceretur, non dico delectatione, sed carnali copulatione. Hoc re non decebat Matrem Dei, Reginam Angelorum, & a

peccato

peccato originali liberam: hoc enim dictum est Evæ in pœnam: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Quia ergo illo peccato gratiâ Dei caruisti*, justum erat ut in viri potestate non transmittereris. Quia subjectio itavilis est, & apud homines opprobriosa; nihil honoris, nihil venerationis, nihil dignitatis tibi Filius tuus deesse voluit, qui te perfectam undique creavit, &c. Extat Sermo iste apud Amadeum in sua nova Apocalypsi Rap. 8. & in nost. Biblioth. Virginali tomo 1. folio. 720. Vide Hippol. Marr. in lib. Apostol. Marian

LUCAS Ferdinandus de Ayala, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Hortus augustissimi nominis MARIÆ veris areolis & aromatibus moralibus consitus, sive Elucidatio ad ista verba Lucæ 1. n. 17. Et nomen Virginis MARIÆ; aromate 15. *Quòd in MARIA M ex privilegio Filij sui supra omnes creaturas, tota Dei gratia fuit superfusa*, ita ut quæ in alijs respersa erant, in una MARIA collecta, atque unita intuerentur, &c. Item, aromate 25. fol. 93. affirmat: Quòd à Virgine fomes, lucta & cunctâ prævia brachio Dei omnipotentis ablata, omniaque in pace debellatis adversarijs constituta fuerunt, &c. Et areola 4. aromate 6. fol. 247. vocat MARIAM candorem lucis æternæ, *speculum sine macula*, & imaginem bonitatis Dei (in qua universus divinæ lucis fulgor, quantum fas est, & creaturæ decens erat, mirabiliter coruscavit) Christoque simillimam, &c. Alia plura hujusmodi verba generatim habet sparsa in toto libro: nihil verò expressum pro Immaculata Virginis Conceptione adducit, sed pro contraria opinione neque expressum, neque tacitum. Impress. Matriti 1648. in 4.

LUCAS Ferrini de Prato Italus, in suo libro de Miraculis Beatissimæ Virginis Annuntiatæ Civitatis Florentiæ in 1. part. quæ est Expositio Salve Regina, folio 10. affirmat *Virginem MARIAM conceptam fuisse absque originali peccato*, &c. Lib. impress. Florentiæ 1593.

LUCAS de S. Francisco de Tovilla, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto Hispanicè: Joyel de la Madre de Dios, ait: *In primo V. MARIA infans, id est, Conceptionis adepta est majorem gratiam quàm cæteri Angeli.* Impress. Murtiæ 1629. in 12.

LUCAS Hilarius Italus, imprimi curavit Sermones D.D. Mauritij Centini de Asculi, ubi est Concio *de Immaculata Conceptione MARIÆ.* Lib. impress. Italicè Messanæ 1633. in 4.

LUCAS Holstenius, natione Germanus, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, Canonicus S. Petri, & Nuntius Apostolicus ad Christinam Suecorum, Gothorum & Wandalorum Reginam, Joannis Eboe Monachi *in Conceptionem Beatæ Virginis* Homiliam unam transtulit ex Græco in Latinum.

LUCAS à Monteforte, Ordinis Minorum Italus, in suo libro inscripto: Domus sapientiæ septem suffulta columnis, &c. passim agit *de Conceptione Virginis*; præcipuè fol. 53. adducit *pro Immaculata Virginis Conceptione* Hymnum latissimum. Impress. Neapoli 1653. in folio.

LUCAS de Montoya, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Hispanus, in libro: Sentido Metaphorico literal de todos los lugares de la sagrada Scriptura, &c. metaphora 5. ad illa verba: Inimicitias ponam inter semen tuum, &c. folio 4. col. 1. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit absque originali & actuali culpa.* Lib. impress. Mauriti 1627.

Item, *Quòd Virgo MARIA fuit immunis à peccato originali, atque de ejus præservatione à culpa.* Item, *Quòd Virgo MARIA fuit ex privilegio libera à peccato originali*, ibidem lib. 1. §. 2. cap. 11. Impress. Matriti, anno 1619. in folio.

Item, in Approbatione libri D.D. Francisci de la Cueva & Silva ad finem agit *de purissima Conceptione Virginis.* Lib. impress. Matriti 1625. in fol.

LUCAS Orgas vel de Roma, Ordinis Minorum Italus, edidit Stellarium *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* cum modo illud attentè ac devotè recitandi, &c. Belletri 1630. & 1640. in 12.

LUCAS Pinellus, Societatis Jesu Italus, in libro Meditationum in Historiam vitæ mortisque Sanctissimæ Deiparæ MARIÆ ex Patribus desumptam, *de Immaculata Virginis Conceptione* cum imagine ipsius Meditationem unam, folio 13. in impressione Neapol. 1601. in 12. & Venetiana 1604. folio 22. & Colonienſi 1601. folio 31.

Item, in Litania Deiparæ Virginis ex Scriptura sacra deprompta, ait: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Lib. impress. Barchinone 1610. in 12.

LUCAS de Soria, Canonicus Hispalensis Hispanus, in Sermone de Incarnatione Dominica prædicato in festivitate Congregationis Annuntiatæ Collegii sanctî Hermenegildi Societatis Jesu ejusdem civitatis Hispalensis, dicit: *Quod Virgo MARIA in sua Immaculata Conceptione fuit præservata à peccato originali, &c.* Quod probat per totũ ferè Sermonem, ita ut Sermo potiùs sit dicendus de Conceptione Virginis MARIÆ passiva, quàm de Incarnatione Filij Dei. Impress. Hispali, anno 1619. in 4.

LUCAS Texerus, Congregationis venerabilis P. Bernardini de Obregon Hispanus, edidit Coronam stellarij *Conceptionis Virginis MARIÆ*, sub hoc titulo: Esta es la corona de nuestra Señora que se reza y ofrece por sus doce excellencias en cinco Ave Marias y un Pater noster, por este Rosario de setenta y tres Pater noster, que hacen setenta y seis oraciones, &c. cujus prima excellentia est hæc: La primera excellencia de vuestra preciosa corona imperial Reyna Madre de Dios es, que discendisteis de stirpe real y fuisteis *concebida sin pecado original*, &c. Extat impress. Matriti in charta expansa.

LUCAS Tudensis Hispanus, in lib. de altera Vita Filij Dei, Controversijs adversùs Albigensium errores, &c. lib. 1. cap. 21. vocat *Virginem MARIAM inviolatam*, de terra humani corporis, de masculo & fœmina matrimonio legitimo procreatam, &c. Extant in Bibliotheca VV. PP. tomo 13. fol. 175. Vide Eusebium in Sacro-syl. §. 11.

LUCAS Waddingus, Ordinis Minorum Hibernus, Legationem Philippi III. & IV. Hispaniæ Regum ad SS. DD. Paulum V. Gregorium XV. & Urbanum VIII. *pro definienda controversia Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* Lovanij 1624. in fol.

Item, scripsit *pro Conceptione Virginis* de Baptismo Beatæ Virginis MARIÆ, ut satisfaciat ijs qui ex baptizata Virgine deducunt in peccato fuisse conceptam, &c. Opusculum unum, quod Romæ fuit impress. sub hoc titulo: *Immaculatæ Conceptioni Beatæ MARIÆ Virginis* non adversari ejus mortem corporalem. Romæ 1655. in 8.

Item, de Redemptione ejusdem Virginis MARIÆ,

ut ostendatur *perfectè fuisse à Christo redemptam, etsi originale peccatum non contraxerit*, Opusculum alterũ. Item, de morte ejusdem Virginis, ut respondeatur alteri argumento S. Doctoris negantis pœnalitates ob mortem inferri insontibus nullumque habentibus peccatum, &c.

Item, in vita Scoti à capite 8. sub hoc titulo: Lutetiæ Lauream suscipit Doctoris, *& pro Immaculata Virginis Conceptione* decertat; agit de devotione Scoti versùs hoc mysterium, & quomodò tot receperit ob hoc beneficia, &c. Et fol. 87. habet Epitaphium hoc pro Scoto: Hîc jacent ossa Fratris Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilis, *pyissimi cultoris & defensoris Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, &c. jussu Reverend. P. Mag. Fratris Jacobi Bagnacasallensis Ordinis Minorum Conventualium Ministri Generalis anno 1619. Et agit de celebratione mysterij Conceptionis sub vocabulo Conceptionis dumtaxat à Gregorio XV. Impress. Montibus anno 1644. in 8.

Item, de mente sanctorum Patrum, ut planè videatur non adversarios, sed tutelares fuisse *originalis innocentiæ Dei Genitricis*, &c. Opusculum alterum.

Item, tomo 1. Opusculorum explicans quandam auctoritatem S. P. Francisci, folio 116. affirmat: *Quòd Beatæ Virgini MARIÆ non defuit gratia justitiæ originalis in suo Conceptu*, quia omnem habuit plenitudinem gratiæ, & omnis quæ in Christo est venit in eam, licèt aliter, &c. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1623. in 4.

LUCIA de Jesu, venerabilis fœmina Matritensis, in vita sua, ætate 5. cap. 4. fol. 32. sic inquit: Otra vez en otro arrebatamiento aparecio la Reyna de los Angeles assi como se retrata *de su purissima Concepcion*; pero con la hermosura que decir no se sabra. Aparecio como en el cielo entre unas nubes obscuras, y cubierta con un velo desde la cabeza à los pies. Dioseme à entender quanta verdad era *el haver sido concebida sin pecado original*, y que aquellas nubes en que aparecia y aquel velo era lo que entre los hombres havia quedado de obscuridad y duda para no estar de fè entre ellos. Juntosé à este mismo proposito en esta misma ocasion una fuerza grande en mi espiritu, de abrasado amory fè desta verdad con un entender con lo que dixo S. Thomas en contra, que si voluiera aca se desdixera de lo que havia dicho. Quede gozosissima y mucho mas devota deste misterio que asta alli, y quedò en mi muy asentada fè desta verdad; no porque antes no la tubiese yo, gloria à Dios por todo. Amen. Item, infra cap. 14. folio 74. sub hoc titulo: De una carta en que dice esta sierva de Dios lo mucho que importa à esta Monarchia el que se de por de fè *el mysterio de la purissima Concepcion de N. Señora, &c.* Et incipit Epist. La paz del Señor sea con V. Rss. aquien doy las gracias por el mucho cuidado con que V. Rss. ha tomado el negocio de la purissima Concepcion, &c. Extat manusc. in 4. apud D. D. Chumazero Matriti.

LUCIA Sanctia Beociana Hispana, devotissima fuit *mysterio Immaculatæ Conceptionis*, in cujus honorem erexit Monasterium, & tandem ann. 1516. ejusdem Religionis Hispali assumpto habitu vitam præclarè finivit. Ita ex Gonzaga, & Arthuro à Monast. Marrac. in Heroid. Marian. à fol. 274.

LUCILLUS Martinenghius, Monachus Cassinensis Italus, in vita Beatæ Virginis Mariæ Cantu 1. loquendo de ortu Virginis Deiparæ, inquit:

Dopo che dato fu celeste seme
Quel si beato parto al lieto giorno, &c.

Lib. impress. Brixiæ 1595. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

LUCIUS Faunus, Doctor Italus, loquitur de institutione *festi vitatis Concept.* per Sixtum IV. Pont. Maximum in lib. de Vitis Summorum Pontificum. Impress. Venetijs 1563. in 8.

LUCIUS Marinæus Siculus, Historiographus Regius, in lib. de Rebus Hispaniæ, libro 12. folio 67. de devotione Joannis Aragoniæ Regis *ad Conceptionem Immaculatam Virginis MARIÆ*. Vide ejus verba verb. Joannes. Impress. Complut. ann. 1533. in folio; & in Hispania illustrata, fol. 422.

Item, in libro Epistolarum Familiarium, in Oratione ad Virginem Dei Genitricem, inquit: *Te Virgo sine labe cœlestis aulæ janua.* Impress. Valisoleti 1514. in folio.

LUCIUS Salernitanus Archiepiscopus, cùm apud Belgas esset Apostolicæ sedis Nuncius ad annum 1619. deinde S. R. E. Cardinalis, de mandato Pauli V. Pontificis Maximi sententiam de sanctificatione V. Mariæ Franciscum Sylvium Doctorem Theologũ in 3. part. D. Thomæ emendare, vel potiùs retractare coëgit quia; *contra Virginis Immaculatam & purissimam Conceptionem scribebat.* Vide Franciscum Sylvium à Brania & Serran. libro 2. cap. 8. num. 27. Leon classe 8.

LUCRETIA Marinella Itala, in libro primo de Vita Virginis Mariæ agit de *Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* latè. Venetijs ann. 1617. in 8.

Item, in Poëmate heroico de Imperatrice universi in cant. 1. agit *de ejus Conceptione* ac Nativitate. Impress. Venetijs 1602. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

LUCRUNENSIS Civitas in Castella veteri prope Cantabriam, revalidavit & de novo fecit votum tenoris sequentis: En la muy noble y muy leal ciudad de Logroño, y casas del consistorio de ella à nueve dias del mes de Henero, de mil y seis cientos y cinquenta y ocho años, estando juntos los Señores Justicia y Regimiento de la dicha ciudad, como lo tienen de costumbre, para tratar de las cosas tocantes al servicio de Dios N. Señor, bien y utilidad desta Republica; especialmente el Señor Don Alonso de los Rios Angulo del Consejo de su Magestad, y Corregidor desta ciudad, los Señores Don Alonso Bustamante Torreblanca, Don Diego Jacinto de Barron, Don Rodrigo de Barron Procurador mayor, Don Pedro Jacinto de Salazar, Don Francisco de Barron Tenda, Don Lope Ponce de Leon, Don Joseph de la Vin, Don Joseph Castejon y Mendoza, Don Carlos de la Torre Angulo, Don Pedro Gamarra, Don Juan de la Herran Salazar, Don Thomas Saenz de la Peña, Don Juan de Soto, Don Jacinto Martinez de la Camara, Don Diego Miguel Xil Velazquez. Todos Cavalleros Regidores de la dicha ciudad; y Don Juan de Ortega Procurador General y del comun della: y estando assi juntos se propuso como principal materia por el Señor Don Alonso de los Rios Angulo la veneracion, culto y Religion suma con que esta nobilissima ciudad ha servido siempre y sirve al *mysterio de la purissima è Immaculada Concepcion de la soberana*

berana Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora N. teniendole y defendiendole siempre de todo su coraçon, con toda su alma y con todas sus fuerças, pues no contenta con tenerle una y muchas veces jurado, siempre continua su afecto celebrando y renovando su voto cada año el dia de su festividad; asistiendo en forma de ajuntamiento y siendo en esto de las primeras ciudades de Castilla, que juraron, parecia que este voto se devia renovar y ponerse en los libros capitulares de acuerdos de la ciudad, y paraque en todo tiempo constase. Y haviendose oydo la dicha proposicion por todos los Cavalleros capitulares que se hallaron presentes, todos juntos nemine discrepante acordaron, que respeto que por esta nobilissima ciudad en diversas ocasiones por sus antecesores se ha jurado *el voto de la Immaculada Concepcion de MARIA santissima Madre y Señora nuestra*, en cuya memoria el dia de su Festividad se celebra cada año por esta ciudad con solemne procesion de tiempo inmemorial à esta parte: y aunque hasta oy à estado con observancia, sin embargo paraque mejor se conozca el zelo desta Republica à tan sagrado misterio y que es bien se revaliden los votos hechos hasta aqui y que se pongan en este libro capitular, y para mayor demostracion de su devocion y tener siempre mas viva y presente tan justa y gustosa obligacion; dar y proponer exemplo à otras ciudades con que se dilate y augmente la veneracion de tan santo mysterio, acuerdan, quieren y es su volundad, *y hazen voto de creer, publicar y defender que MARIA santissima Reyna de los Angeles y Madre de Dios fue concebida sin mancha de pecado original en el primer instante de su ser, y de su Concepcion natural; y que no admitiran en su ayuntamiento ni daran posesion à justicia ninguna, ni capitular, ni ministro superior ni inferior; uso ni exercicio de su oficio, sino es que primero aya de jurar, creer, publicar, y defender que fue concebida sin mancha de pecado original, y que no asistiran en acto capitular donde se predique sermon à esta ciudad, si el Predicador no empezare el sermon por Las devotissimas, Sanctiss. y verdaderissimas palabras de: Alabado sea el santissimo Sacramento del Altar, y la purissima y Immaculada Concepcion de MARIA santissima, concebida sin mancha de pecado original.* Lo qual quieren se guarde, cumpla y execute este acuerdo, salvando en todo el sentir de la Santa y Catholica Iglesia Romana. Y paraque se haga el dicho voto y juramento con la solemnidad que se requiere, acordaron que por termino de nueve dias esta nobilissima ciudad en forma de ajuntamiento aya de assistir en la Iglesia Imperial de Santa MARIA de Palacio desta ciudad, donde se hade hazer el dicho juramento en un Missal, y predicando todos los dias en que assistiere esta dicha ciudad, por las personas aquien se encargaren. Y mandaron que la dicha novena aya de empezar desde el dia quatro de Febrero primero que viene deste presente año, y que se saque un traslado deste acuerdo y del voto que se hiciese para ponerlo en el archivo de la ciudad. Y assi lo acordaron, y mandaron, y lo firmaron el dicho Señor Corregidor, y dos Cavalleros Capitulares, aquien se cometio, de que doyfe. El Licenciado D. Alonso de los Rios Angulo. D. Alonso Bustamante Torreblanca. D. Diego de Barron y Ximenez. Ante mi Diego Perez de Baños. Testimonio. Yo Diego Perez de Baños, escrivano del Rey nuestro Señor, y del numero perpetuo de la ciudad de Logroño, y del Ajuntamiento della, certifico y doi fee que oy presente dia, los Señores Justicia y Regimiento de la dicha ciudad en forma segun y del, como acostubran, en virtud de acuerdo suio de nueve de Henero pasado deste presente año fueron à la Iglesia Imperial de S. MARIA de Palacio desta ciudad para haçer el voto y juramento *de defender la pura y limpia Concepcion de MARIA santissima Madre y Señora nuestra*, y estando en la dicha Iglesia por el Licenciado Zençano beneficiado della, estando en el pulpito se leio à la letra el voto y juramento del tenor siguiente: Soberana Reina de los Angeles MARIA santissima, purissima Virgen de las virgines, Madre de N. S. JESU CHRISTO Hijo de Dios vivo, singular Patrona y Abogada nuestra; deseando mostrar algun agradecimiento à tan singulares y continuos beneficios como de vuestra Magestad recibe esta muy noble y muy leal ciudad de Logroño, y protestar su tierno afecto y verdadera devocion que de tiempo immemorial à tenido y tiene à vuestra pura y Immaculada Concepcion, y seguiendo el exemplar de sus antecesores, que con singular piedad celebraron este mysterio ordenando general Procesion y publica solemnidad en su dia, y juraron solemnemente defender *que en el primer instante de vuestra natural Concepcion fuistei concebida sin mancha de pecado original*; oy revalidando esta muy noble y muy leal ciudad estos votos y con tierno afecto, y para mayor demostracion de su devocion, renovar la antigua y tener siempre mas viva y presente tan justa y gustosa obligacion, dar y proponer exemplo à otras ciudades con que se dilate y augmente la veneracion y devocion de tan santo misterio, haviendo decretado por diversos acuerdos en su ajuntamiento que los votos echos deste mysterio se revalidasen y se hiciese este de nuevo, de tal manera que si por algun accidēte no hubiesen sido validos los echos antes ò hubiese cessado su obligacion; quiere y es su voluntad que el voto y juramento que al presente se haze sea valido y induzga nueva obligacion. En execucion desto y demostracion de la devocion que tiene à vuestra magestad esta nobilissima ciudad, y lo que cree de vuestros merecimientos, junta en forma de Justicia y Regimiento, por si y en nombre de todos sus vecinos votamos y prometemos por los santos quatro Evangelios, y Cruz que hemos de tocar en manos de Don Bernave Martinez de Pedroso Prior desta vuestra Iglesia Imperial de Palacio, creer, publicar, y defender que *vuestra Magestad, Reyna de los Angeles, Madre de Dios fuisteis concebida sin mancha de pecado original en el primer instante de vuestro ser y de vuestra Concepcion natural*, y que no admitiremos en nuestro ajuntamiento, ni daremos posesion à justicia ninguna, ni capitular, ni ministro superior, ni inferior, ni le daremos uso, ni exercicio de su oficio, si no es que primero jure, como nosotros lo hacemos aora, creer, publicar y defender *que fuisteis concebida sin mancha de pecado original.* Y que no assistiremos, ni assistiran en acto capitular donde se predique sermon à esta ciudad, si el Predicador no empezare el sermon por estas devotissimas, santissimas y verdaderissimas palabras: *Alabo sea el santissimo Sacramento del Altar, y la purissima y Immaculada Concepcion de MARIA santissima concebida sin*

mancha de pecado original. Assi lo prometemos, votamos, y juramos nosotros, y cada uno de nosotros postrados ante vuestra santissima imagen. Assi: Dios nos ayude, salvo en todo el sentir de la santissima Iglesia Cathol. Rom. Y despues de haverse leido el dicho voto en la forma referida por los Señores Justicia y Regimiento desta ciudad, se fue jurando como en el se refiere en un Missal, y en manos de Don Bernave Martinez de Pedroso Prior desta Iglesia Imperial de S. Maria de Palacio desta ciudad, como todo consta del dicho voto y juramento que esta en el libro capitular à que me remito. Y paraque de ello conste doy el presente en la ciudad de Logroño à viente y quatro dias del mes de Mayo de mil y seiscientos y cinquenta y nueve años. Y lo signe en testimonio de verdad. Diego Perez de Baños. Concuerda este traslado con el original que queda en mipoder, à que me remito. Lo signe. En testimonio ✠ de verdad. Diego Perez de Baños. Habemus testimonium authenticum apud nos.

LUDOVICA Anna de la Vega, Rubin de Celis Hispana, scripsit Cantionem *pro Immaculata V. MARIÆ Conceptione*; ut videre est in libro impress. Granatæ 1651. fol. 303.

LUDOVICA de la Ascension, venerabilis Monialis Sanctæ Claræ de Carrion Hispana, erexit seu instituit Confraternitatem vel Congregationem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, in qua se inscripserunt pro defensione hujus mysterij 80000. personæ diversæ, quarum 168. principaliores enumerat Antonius Daza Tract. de Concep. cap. 9. à folio 66. usque 84.

LUDOVICUS ab Agento, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Vallis Mazarij in Regno Siciliæ, inquit: Cœnobium *Sanctæ MARIÆ Conceptionis* sive: Sponsio Christi, structum est anno 1630. sub Sanctæ Claræ disciplina in æde D. Viti à Laymo Zummo Equite Hierosolymitano. Extant in hoc Monasterio Moniales professæ 26. conversæ verò 8. Fundatrix fuit Soror Vincentia Maria de Jesu Maria, quæ per spatium annorum 18. gubernavit. Fuit vitæ insignis, &c. coruscavit miraculis in morte & vita, &c. Item, infra: Extat etiam Cœnobium *Immaculatæ Conceptionis* conditum an. 1576. 12. Martij à Laurea Barbara de Viginti millibus: ampliss imum nunc est, &c. & habet Moniales 114. Item, infra: Extat & Conventus sub titulo *Sanctæ MARIÆ Conceptionis*, in quo morantur Patres Mercenarij Redemptionis Captivorum. Item, in tabula refert quòd in prædicta Provincia sit Ecclesia una, Capellæ 6. & Altaria 8. sub hoc titulo *Conceptionis V. MARIÆ*. Quæ omnia extant in prædicta relatione elaborata anno 1654. MS. apud nos.

LUDOVICUS Albrizius, Societatis Jesu Italus, in libro Sermonum Adventualium tom. 1. fol. 153. *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unũ, in quo adstruit Immaculatæ Conceptionis mysterium. Impress. Romæ 1652. in 4.

Item, in libro Sermonum Palatij Apostolici fol. 7. habet Sermonem *pro Immaculata Conceptione* usque fol. 13. Lib. impress. Venetijs 1652. in 4.

LUDOVICUS Alcozer, Canonicus & Vicarius Generalis Ecclesiæ Salmanticensis, edi curavit & approbavit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo folio 490. habetur officium *in festo sanctissimæ Conceptionis*. Impress. anno 1562.

LUDOVICUS Alemãnus vel Alemandus Arelatensis, Cardinalis S. R. E. ex mandato & decreto Concilij Basileensis expedito 10. Kal. Junij anni 1435. post narratas Disputationes *de Conceptione Beatissimæ Virginis*, injunxit diligenter per omnes Bibliothecas, ac singula Archiva Universitatum, Ecclesiarum, Regumque ac Principum perquiri quoscumque libros, scripta, acta, deliberationes, decisiones, conclusiones publicas vel privatas quaslibet in generalibus studiis & alibi ad hanc materiã spectantes, easque extrahi & ad Synodum deferri, ut iis auditis, posset illa quæstionem hanc decidere & definire, &c. Vide Henricum Spondan. ad prædictum annum, num. 12. & citat Acta Navarrica.

LUDOVICUS Alemannus, Poëta Italus in suis Operibus Elegia 2. de Annuntiatione, folio 94. inquit:

Et tu Vergine Madre alma & gradita,
Qual divenisti allhor ch' ogni virtude
Che el ciel contempra in te sentisti unita?
Vergine Madre sola in te si chiude,
Quanto la terra è l' ciel comprende à pena.
Per risaldar l' antique piage, & crude,
Ben sei Madre del ciel di gratia piena.
Poiche l' tuo grati signior dimora tuo
Ch'i ubessi al suo Regno en pace mena.

Agit deinde latè de peccato primorum Parentum & ruina universali; ex quibus videtur quid hæc verba ad Virginis præservationem tendant. Lib. impress. Venetijs 1542. in 8.

LUDOVICUS de Aliaga, Ordinis Prædicatorum cum alijs sui Ordinis gravissimis Patribus scripsit Epistolam an. 1618. Sanctissimo D. Paulo V. in qua à Pont. Maximo hæc duo petebat; videlicet primò: Hæc Provincia Hispaniæ supplex à vestra Sanctitate expescit, ut dignetur ipsi injungere *recitationem officij & celebritatem festi purissimæ Conceptionis Matris Dei* in ea forma, quâ de ea recitant & eam celebrant cæteri Ecclesiæ filij. Alterum, ut vestra Sanctitas imperet Religiosis prædictæ Provinciæ, *ut è suggestu prædicent opinionem, quæ tenet Virginem fuisse sine originali peccato conceptam*, &c. Vide totam Epistolam apud Joannem Eusseb. Nieremb. lib. de Excep. cap. 14. §. 5. folio 414.

LUDOVICUS Alphonsus de Ayala Poëta, edidit Glossam Hispanicè pro mysterio *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impr. Baëzæ 1618. in 4.

LUDOVICUS Alvarez de Andrada, Secretarius Curiæ Metropolitanæ Hispalensis, dedit testimonium, quod postea typis prodijt, tenoris subsequentis: Memorial summario de las 24. informaciones, que el Arzobispo de Sevilla mandò hazer cerca de las contradiciones, que los Religiosos de S. Domingo han echo à los que defienden, y siguen la opinion pia de que la Virgen nuestra Señora *fue concebida sin pecado original*, &c. por las informaciones, que de oficio de la Justicia Ecclesiastica se han hecho por el Provisor de Sevilla, Vicarios de Ezija, Arazena y Xerez de la frontera, Utrera, y Moron, que estan en el escritorio de mi oficio consta lo siguiente; quarum Catalogus est ut sequitur. 1. facta die 7. Februarij, anni 1615. II. die 14. Martij. III. die 16. Aprilis VI. die 29. Maij. V. die 4. Junij. VI. die 5. Junij. VII. die 21. & 23. Junij. VIII. die 1. & 8. Julij. IX. die 2. & 6. Julij. X. die 4. Julij. XI. die 8. Julij. XII. die 10. Julij. XIII. die

xvii. die 5. Julij. xiv. die 23. Julij. xv. die 28. Julij. xvi. die 30. & 31. Julij. xvii. die 4. & 5. Augusti. xviii. die 10. Augusti. xix. die 14. Augusti. xx. à die 10. usque 20. Augusti. xxi. die 18. & 21. Augusti. xxii. die 5. Septembris. xxiii. die 4. Octob. xxiv. die 11. Decembris. xxv. die 18. Maij. xxvi. die 13. Julij. Istæ sunt 26. informationes factæ juridicè (quamvis in titulo solùm dicantur 24.) à diversis Judicibus Ecclesiasticis, verbi gratia, DD. Gundisalvo de Campo Doctore, D. Bartholomæo Diaz Xiral, Martino de Saicedo, Gundisalvo Frances, Marcuso Alphonso Scudero, Bartholomæo Ximenez Valderrama, Petro Machado Coronel, Ildephonso Caballero de los Olivos, Thoma de Ortega: Adsunt omnes informationes circa scandala magna exhibita à Patribus tuentibus opinionem contrariam in civitate Hispalensi, &c. Quæ omnia prodierunt impress. Hispali in folio, eodem anno 1615. in quo prædicta scandala prodierunt formatim in foliis 13.

LUDOVICUS de Antequera & Arteaga, Doctor Hispanus, in Vespertina sacra, vers. 17. Psalm. 50. folio ultimo vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*. Serm. impress. Compluti 1650.

LUDOVICUS à S. Antonio, Ordinis B. Augustini Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*. Impress. Barchinone 1638. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

LUDOVICUS Arca, Doctor Jurisconsultus Italus, in libro cujus titulus est: De reædificatione Monasterij Sancti Martini de Scalis Panormi, Ordinis S. Benedicti & Diœcesis Montis Regalis libellus ante ducentos annos à pio Auctore conscriptus, &c. ad finem in Cantico, folio 56. de Beatissimæ Virginis MARIÆ Assumptione, inquit:

Miranda Prophetis Sanctis
Fuit hæc nondum orta,
Surgens regalibus plantis
Cæli futura porta;
Scripturis præsignata,
Veteribus & velata
Tegmine figurarum, &c.

Lib. impress. Romæ 1596. in 4. Hæc verba absque dubio respiciunt Deiparæ Conceptionem: nam si Sanctis Prophetis fuit miranda antè ortum; quid in ipso ortu seu portâ vitæ, quæ cæli futura erat porta? & si in ortu surrexit regalibus plantis, igitur non ut mancipium diaboli vel peccati.

LUDOVICUS à S. Augustino, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *De la Immaculata Concepcion de la Virgen nuestra Señora* en el dia de su fiesta descubierto el Santissimo Sacramento. Impress. Matriti 1656. in 4.

LUDOVICUS de Avila, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Discursibus Moralibus de Sanctissimo Altaris Sacramento, Tractatu 3. Discurs. 14. fol. 169. adstruit: *Quòd purissima Virgo Domina nostra fuit absque omni macula, pura & aliena à culpa originali & actuali*, &c. Impress. Toleti 1603. in 4.

LUDOVICUS de Azebedo, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in Mariali fecit *Discursus Moralles pro festis vitate purissimæ Conceptionis Serenissimæ Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, à fol. 654. usque 720. in quibus primò adducit Elenchum Auctorum, qui pro Immaculata Virginis Conceptione scripserunt; deindè Discursus seu §§. 17. in lib. impress. Vallisoleti 1660. in folio.

LUDOVICUS Ballesterus Valentinus, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Onomatographia, sive descriptio nominum varij & peregrini idiomatis, quæ alicubi in Latina vulgata editione occurrunt, &c. verb. MARIA, fol. 485. refert quòd anno 18. Regni Herodis *MARIA Virgo concepta fuit ex Anna & Ioachim*, secundùm promissionem per Angelum utrique factam, &c. ibique dicit *Virginem in prima sanctificatione fuisse ut Auroram*, in Filij Conceptione ut Lunam, in morte ut Solem, & fuisse impeccabilem &c. Lib. impress. Lugduni 1615.

LUDOVICUS Belliza, Societatis Jesu Hispanus, in Sermone pro gratiarum actione &c. fol. 8. explicans illud Ambrosij: Fertur avis quædam esse, quæ serpentem vincit, &c. ait: *Pero que de fuera esa sierpe cuya cabeza ollò MARIA &c.* Impress. Burgis 1652. in 4.

LUDOVICUS Beltran, Ordinis Prædicatorum Hisp. ac Beatus, in Serm. de Conceptione V. MARIÆ part. 4. sic inquit: De hujus Virginis Conceptione hodie festivitas celebratur; de qua dicenda tria. Primum, quid sit Conceptio de qua agimus festum. Secundum, quæ incommoda incurramus in nostra conceptione. Tertium, quomodò Beata V. ab illis liberata. Quod ad primum attinet, hodie nostra Mater Ecclesia *festivitatem Conceptionis Virginis Sanctissimæ multiplici colit applausu*, tempore scilicet, quo sacratissima illius anima è manu Omnipotentis egressa, corpori jam operâ parentum genito infundebatur post transactos octoginta dies, quos effingendo & applicando corpori debitisque vitæ utensilibus, ac biganis instruendo tamquam animæ domicilio futuro, natura impendere consuevit: naturalis enim Philosophiæ periti nos docent naturam immorari in disponendo ac organizando fœtu jam concepto, conferendo illi varia instrumenta diversis utique officijs ac functionibus vitæ deservientia, quæ ab anima corporis interventu solent exerceri. Et quidem si masculus sit conceptus, in hujusmodi corporis opificio ac fabrica perficiendis, quadraginta dies expendi connumerant: si verò fœmella, octoginta ante animæ infusionem; cujus discriminis ea naturalis ratio & causa assignatur, quòd via generativa masculi robustior sit & efficacior: fœminæ verò imbecillior. Unde sic opinor ego: innascebatur ac relicta fuit mulieribus fastidiosa illa prolixitas ac consuetudo planè molesta, quâ utuntur in se suisque vestimentis componendis, aliisque apparatibus, in quibus longiùs, quàm ut æquum est, immorantur. Ratio verò Theologica ea est, quòd cùm mulier duplo magis deliquerit quàm vir contra legem Dei; sita eam oportuit in utero matris duplicatâ pœnâ puniri. Hæc enim duobus delictis, nimirum gulæ & superbiæ Dei meruit indignationem, eumque ad vindictam provocavit. Ille verò gulæ commissione à suo Conditore recessit. Itaque, ut hic excessus injuriæ quo fœmina divinam Majestatem offendit, planiùs intelligatur, geminato quadragenario dierum numero ejus corpus animæ lætitiâ deprivatur, cùm viri ab ejusdem consortio quadraginta tantùm diebus detineatur. Proinde Deus in lege veteri præcepit, ne masculus in templo Domino sisteretur, usque dum ab ortu quadraginta dies effluxissent, quòd totidem

diebus

diebus illius animæ in templum corporis introire non permittebatur: nec fœmina omnino ante octoginta dies in templo præsentaretur, cùm & ejus anima pari temporis decursu à corporis etiam domicilio abfuerit. Unde minimè existimandum est Conceptionem Dominæ nostræ in generatione aut organizatione corporis, sed infusione ac unione animæ ad idem consistere, per quam integra ejus persona, ac suppositum ex anima & corpore conflatum conceptum evadit. *Quoniam autem in hac infusione, quando anima corporis possessionem primùm adivit, nullius peccati originalis sorde fuit conspurcata*, cui reliquorum animæ in primo momento, quo corporis contubernium agnoscunt, infeliciter subijciuntur; *ideo jure optimo de Beatissimæ V. Conceptione festum celebramus. Hæc sanè Domina singulares prærogativas, ac cumulatissima privilegia in die suæ Conceptionis recepit; quod primum est maximum gratiæ beneficium, quâ in sua Conceptione ab originali labe præservata fuit.* Hæc est itaque rubus ille Moysis, qui ardebat & non consumebatur. Ardebat hæc: nam more reliquorum ab Adamo descendentium ex semine virili & ardore concupiscentiæ fuit concepta; *verùm incombusta ac à communi peccati originalis incendio remansit illæsa.* Secundum est, quòd Deus in ea carnis rebellionem ac sensualitatis corruptelam repressit, quæ alio nomine vocari solet fomes; quod est idem ac igniarium. Sensualitas utique est esca, quâ consuetudo peccandi nutritur, titio qui facilè accenditur ad concipiendum ignem peccatorum. Hæc sensualitas, corruptela ac prava inclinatio in nobis relinquitur, ac revera innascitur ex peccato originali, nosque continuò stimulat ad malum, torpere facit à bono; ad vitium proclives, ad virtutem verò segnes ac imparatos reddit. Cæterùm in Beata Virgine Deus (ut jam dixi) hanc sensualitatis corruptelam, morbos ac insolentias carnis remedij appositione prævenit, aut adminus curavit: nam (ut quidam opinantur) *sicut Deus à Beata Virgine ipsum peccatum originale removit*, ita & hanc corruptellam aut fomitem, qui illius comes esse videtur: vel ut alij, præcipuè S. Thomas 3. part. quæst. 27. articulo 3. arbitrantur, licèt hunc fomitem non expulerit, aut omnino exterminaverit; eum tamen in puncto Conceptionis ligavit & repressit, ut minimè nocere posset, aut propriam exercere violentiam; idque in diem Incarnationis Verbi divini; tunc enim eum delevit & pœnitus extinxit, tanquam si nunquam extitisset. Ad plenjorem hujus doctrinæ intelligentiam, pono exemplum illud inter brachium ligatum, & brachium mutilatum aut suis viribus destitutum, quòd illud vi polleat ac potentia ad periculum .... siquidem sub vires nec ullam impingit. Quantum itaque ad usum & exercitium spectat, nullum inter utrumque cernitur discrimen, cùm neutro quis utatur, nec minùs sit sperandum exercitium unius, quàm alterius. Eodem modo asserit Doctor Angelicus Deum in Conceptione Beatissimæ Virginis Dominæ nostræ fomitem hunc constrinxisse tanquam manicis & pedicis injectis insuperabili suæ providentiæ ligamento, ut deinceps nil subsistat aut intentare possit quod privatis susurris, vehementibus stimulis aut solita malignitate rectissimæ morum consonantiæ adversetur; nil moliatur, quod vel minimè contra vitam spiritualem machinetur excubias. Verùm in die Incarnationis Filij sui vincula cessarunt, non quidem ad libertatem; sed quia hic fomes pœnitus extinctus est ac mortem subijt. Quòd si inquiratur, quamobrem Deus hunc fomitem ab ipsa Conceptione seu principio vitæ Beatæ Virginis maturiùs non deleverit, aut radicitus avulserit; respondet Angelicus Doctor congruum fuisse, ut quemadmodum Christus ob summam ejus dignitatem primus omnium carnis immortalitatem fuit adeptus, ita & fomitis respuerit commercium, ab eoque tanti privilegij prærogativa oriretur. Cæterùm tempore Incarnationis quamprimum caro Christi ab istiusmodi naturæ corruptelæ lętabatur immunitate, sive potiùs negatione; illius Mater Sanctissima ejusdem beneficij participatione continuò donabatur. Tertium beneficium, quod hodie Beata Virgo recepit, eò quòd evasit libera & immunis ab illa murua discordia, ac colluctatione intestina, qua se invicem spiritus & caro lacessunt indefesse, quam nos notabiliter experimur, quæque repræsentatur per illam rixam ac altercationem, quâ Jacob & Esau in angustissima palestra, puta matris utero, se mutuo defatigarunt. Item, per illud lictamen ac prælium Dalilæ contra Samsonem, cui hic tandem illecebris illaqueatus ac blandimentis deceptus, obtemperavit. Eodem sanè morbo sensualitas dimicat adversùs spiritum armis infructa nocentissimis, nimirum escis deceptoris, sub quibus hami abscõduntur, multisque oblectationibus utique noxijs; nam etsi pacem & delicias polliceantur, subitò ruinam inducunt; ac de spiritu victoriam reportat sanctarum ejus cogitationum, affectionumque piarum flores, & sufflandos crines, quibus fortitudinis laurea dependet, tondendo. Hoc est bellum de quo summè conquerebatur familiarissimus ille Christi amicus S. Paulus, sic exclamando: Caro concupiscit adversùs spiritum, &c. Ab hujusmodi belli molestijs ac discordiæ comminationibus manet *hodie defuncta tempore suæ Conceptionis, ac simpliciter immunis*, illo ipsam & rectissimam rationis normam regente, hæc verò ad nutum obtemperante, in nullo vel levissimè renitente; cùm in nobis sæpe meditetur, quo spiritus ex suo throno præcipitetur, ratio à debito centro exorbitet, ac denique morum compositio & rectitudo vitæ ex proprio alveo & articulis ad maximam naturæ rationalis ruinam exagitentur. Talis fuit summa harmonia, & felicissima pax inter carnem, spiritum, sensitivam & rationalem in Virgine sanctissima; in quo adimpletur illud Isaiæ 11. Lupus & agnus pascentur simul, & bos comedet paleas: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo. In arca Noë omnia animantia, adeoque ea, quæ naturæ impulsu inter se maximè inimica sunt, quasi percussio novo amicitiæ & pacis fœdere pacatissimè cohabitaverunt. Hanc verò arcam, quam furibundi diluvij fluctus núquam ingurgitarunt, Mariam esse non ineptè arbitramur, ab aquis *peccati originalis diluvij semper immunem*, in cujus animæ claustro sanctissimo utraque portio, rationalis nimirum & sensitiva, per omnem, inviolabilemque pacem retinuerant, quæ in nobis incessabili odio & discordia perpetua seinvicem prosequuntur. Quartum beneficium hodie Beatissimæ Virgini collatum in eo maximè elucet, quòd supremus ille Legislator Deus *eam liberavit a tyranni-*

ca lege

ex lege peccati, quam nos alij molestè regnantem in nostris membris experimur; de qua etiam loquitus est S. Paulus ad Corinthios: Sentio legem in membris meis. Hæc sanè lex sita est in illa promptitudine ac facilitate, quâ omnia membra remis ac velis sensualitati & carni succurrunt, in peccati favorem invigilant, ac denique occultis insidijs aut aperto marte adversùs rationem unanimiter conspirant. Sic oculorum ad videndum, aurium ad audiendum ea, quæ nec licita nec honesta sunt, inordinatam propensitatem quotidiano experimento condiscimus. *Ab hac (inquam) lege tyrannica planè, cui cæteri subjiciuntur, Beata Virgo fuit exempta in die sacratissimæ suæ Conceptionis*: sicut etenim fomes aut incendium sensualitatis, ex quo tanquam ex proprio fonte hæc iniqua & maledicta peccati lex dimanat, per divinam providentiam in Beata Virgine tanquam manicis & pedicis, si non penitus extinguebatur, fuit insuperabiliter devinctus, ne vel minimum damnum inferret: sita & ipse pœnitus suspensus, ne in tam sanctas creaturas impium suę jurisdictionis rigorem exerceret. Videtis, auditores devotissimi, videtis quot & quantis privilegijs hodierna die hanc creaturam divina liberalitas accumulaverit. Merito admirari possumus, imo ignorare videmur quænam sit ista, quàm rectam & eximiam obtinuerit dignitatem, ob quam tot prærogativis, ijsque singularissimis meruit adornari. Hodie tollat nostram ignorantiam, nostram admirationem cessare faciat sanctus Evangelista, enarretque in hoc Evangelio ac verbis nostri textùs, hanc proindè longè supergressam esse reliquas omnes fœminas, tantoque beneficiorum cumulo locupletatam, quòd sit illa ex qua natus est Jesus, &c. Notate hic unum quod dicimus, attentiùs animadvertite quod prædicamus, ex hac natum fuisse Jesum, qui est fons & origo salutis: interpretatur enim Jesus latinè Salvator, aut ipsa salus. Ex hoc quippe nostra salus & remedium effluxerunt ex hoc nostris languoribus medelam, nostris infirmitatibus robur ac nostris necessitatibus opem expectamus. Quapropter hanc Salvatoris Genitricem Deus gratiâ replevit, sicut Gabriel Archangelus in sua expressit salutatione: Ave gratiâ plena. Futura namque fuit Virgo fons, ex quo nostræ inopiæ subsidium provideri debebat. Egrediatur flumen, quo nostra laventur crimina, arida corda rigentur. Accedamus itaque, & alacriter festinemus, fratres charissimi, ad hunc fontem devotionis aqualem cum funiculo calculorum Rosarij in manibus gerentes, ac proculdubio hauriemus aquam salutis & remedij, quam exploramus, gratiamque Dei in hac vita acquiremus, ac in futura gloriam, &c. Vide alia apud Eusseb. Nieremb. lib. de Exceptionibus, cap. 24. folio 384. & in libro de perp. object. Conceptionis fol. 50. Extat MS. in Escoriali S. Laurentij. Extabat etiam apud D.D. Antonium Calderon designatum Archiepiscopum Granatensem, qui aliquando mihi ostendit. Postea pervenit Sermo Hispanicè scriptus ad manus nostras ex copia authentica donata à D.D. Michaële Bapt. de Lanuza Equite aurato S. Jacobi, & à supremo Consilio Aragoniæ; qui incipit, dicta salutatione: In hoc Sermone sunt quatuor partes. Hispanicè §. Quando se engendra varon, &c. sic inquit: Y porque en esta infusion del alma quando vino à tomar la posesion de su cuerpo, *no quedò el alma enlodada en el lodo del pecado original como quedan las almas de los otros hombres; por eso hacemos fiesta de la Concepcion de nuestra Señora. Muy grandes mercedes y beneficios recibio esta Señora en el dia de su Concepcion, y el primero el beneficio de la gracia, que es muy grande, con la qual quedase limpia en su Concepcion de la mançilla del pecado original, &c.* Et infra: *Pero no se quemaba con el fuego del pecado original, &c.* Hanc clausulam tantùm do ex copia Hispanica, ut omnibus modis constet hujus Beati Auctoris sententia.

LUDOVICUS de Benavides, Carrillo y Toledo, Marchio de Fromista & Carazena, Comes de Pinto, Dominus Pagorum de Yms, San Muñoz & Matilla; Eques auratus Equitum S. Jacobi, Regi à Consilio Status, Gubernator & Capitaneus Generalis Belgii, Burgundiæ, &c. scripsit Tractatum sequentem: *Discurso sobre la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima.* Para poder venir à una conclusion cierta y demostrativa de qualquiera cosa, es necessario asentar antes algunos principios ciertos y verdaderos. Y asi diremos, que si bien en todas las operaciones divinas ad extra concurren todas las tres personas y sus atributos divinos, con todo eso segun es la operacion, pertenece mas à una razon que à otra el obrar. Como por exemplo: quando Dios cria un ente bueno, es à su bondad aquien pertenece el ser la razon de obrar lo bueno: y si es un ente grande, à su grandeza; y quando castiga, ò premia toca al atributo de justicia, y quando perdona al de misericordia, &c. Y lo mismo se dice de las otras razones divinas, pero no por esto dexan de concurrir tambien todas las otras razones y atributos divinos esencialmente, y no por accidente, como sucede à las cosas criadas; pero por razon de la naturaleza de la misma cosa en que se obra, viene à ser el que en unas obre principalmente la bondad, en otras la justicia, y en otras la misericordia, &c. Pero no obstante esto en toda operacion divina concurren tres razones divinas igual y principalmente, que son: el poder que se toma por el Padre Omnipotente; el entendimiento por el Verbo y Sabiduria divina; y la voluntad por el Espiritu Santo, que es el amor divino: y assi en la Concepcion de la Virgen santissima concurrieron y obraron todas estas tres razones divinas igual y principalmente. Y siendo cosa asentada en la sagrada Theologia, y sin materia de disputa, que las razones divinas son una y misma esencia, de manera que quando el entendimiento divino conoce una cosa buena y justa, y la quiere su voluntad, su poder la puede, pues su poder es igual à su entendimiento y à su voluntad, porque se convierten en entidad de esencia, y siendo esto assi como cosa indubitable, sera menester examinar si el entendimiento de Dios entendio que era bueno y justo *el que fuese concebida la Virgen santissima sin mancha de pecado original*, ò si su voluntad lo quiso, ò su poder lo pudo. Que su poder lo pudiese, si su entendimiento lo hubiese conocido por bueno y justo, y su voluntad lo hubiese querido, es indubitable, y el decir lo contrario seria un absurdo, porque faltaria en algo su poder y no seria infinito, eterno, ni omnipotente, lo qual es contra la esencia de Dios, y assi imposible. Veamos aora, si su entendimiẽto lo conozio por bueno y justo, y despues veremos, si su voluntad lo quiso.

Es cierto que Dios conocio desde su eternidad que el Verbo divino havia de Encarnar y tambien supo, entendio, y conocio que siendo el mejor Hijo, el mas nobilissimo y dignissimo que ha havido ni puede haver en toda la eternidad, y de toda eternidad, que era bueno y justo tubiese la mejor, la mas nobilissima, y mas dignissima Madre que ha havido ni puede haver, &c. Y esto es indubitable, pues si lo conociera de otra manera, fuera conocer una cosa contra toda buena proporcion, porque en la relacion de la Madre al Hijo, y del Hijo à la Madre (en el modo que el Hijo se puede referir à la Madre) no hubiera la dicha proporcion, y Dios ni aun en las cosas y efectos menores obra sin ella; y assi no pudo dexar de haver conocido que siendo el Verbo divino el mas digno y nobilissimo Hijo (para obrar con proporcion) era necessario hiciese à su Madre (como la hizo) la mas dignissima y nobilissima Madre que ha havido ni puede haver. Y siendo cierto, indubitable y necessario que conociese Dios esta proporcion y concordancia de relacion, si lo hubiera hecho de otra manera, hubiera sido defectuosa y claudicante la relacion; cosa que no se puede decir de las obras immediatas de Dios, y que este defecto en la relacion le hubiera, *si la Virgen no hubiera sido concebida sin pecado en el primer instante de su ser*. El mismo Derecho civil nos lo declara manifiestamente, pues dice que el hijo sigue la condicion de la madre, y assi si la madre ha sido esclava, el hijo sera siempre tenido por hijo de una esclava; cosa que desdice à la dignidad del Hijo, pues no habria nacido de Madre noble y libre, y por tanto seria defectuosa la proporcion de la relacion de la Madre al Hijo. Y assi es cosa absurda el decir que ha havido esta desproporcion. Pongamos un exemplo à nuestro modo: qualquiera hombre particular procura dar à sus hijos la mejor madre que puede segun su calidad y poder, porque conoce que esto es justo y bueno, y quanto mayor es este hombre en calidad y poder, tanto mas conoce que conviene dar à sus hijos una madre que tenga las mismas condiciones: y assi vemos que los mayores Reyes (à lo menos aquellos que obran con razon, justicia, y buenos fundamentos) procuran dar à sus hijos la mas noble madre que les es posible, y esto porque conocen es bueno y justo hacerlo assi, y por tanto lo tienen por necessario para la conservacion de su grandeza y decendencia. Pues lo que no se puede negar conocen los hombres por lo mejor, como se puede dudar que Dios lo aya conocido tambien desde la eternidad para obrarlo al tiempo de criar el alma de la Madre de su Hijo.

Aora pues, como la Virgen sanctissi. pudiera haver sido la mejor, la mas dignissi. y mas nobilissi. Madre, *si hubiera sido concebida en pecado original? pues aunq; no hubiera sido sino por un solo instante, ya en aquel instante abria sido esclava del demonio, y perdido su nobleza*, y abria hecho y criado Dios en quanto à su origen una madre mejor, mas digna y noble que la Madre de su dignissimo Hijo, como hubiera sido Eva nuestra primera madre, pues la crio libre y no sujeta ni esclava del demonio, y hubiera dado Dios mejor principio y origen à la madre de Cain, que à la Madre del Verbo divino: pues como se ha dicho, aunque no hubiera sido sino por un solo instante, ya hubiera sido en aquel instante esclava del demonio, y assi menos libre y noble que Eva en el primer instante de su creacion; y como Dios con todo su poder (aunque sea el absoluto que dicen en las Escuelas) no puede hacer que lo que ha sido dexe de haver sido, si la Virgen hubiera sido concebida en pecado, no podria Dios hacer que hubiese tenido un origen ò principio nobilissimo ni aun noble, pues habria sido en su origen y Concepcion esclava del demonio, y por consequencia abria sido claudicante la relacion de la Madre al Hijo, y faltaria la proporcion del obrar en Dios, cosa que es imposible por encontrarse con las razones y atributos divinos. Por lo qual concluimos que de necessidad necessitante, conocio Dios que la Madre de su Hijo debia ser la mas noble y digna Madre que ha havido ni puede haver, lo qual no podria ser si hubiera sido Esclava aunque no fuese sino por un solo instante. Valese la parte contraria de aquellas palabras del Apostol S. Pablo: Omnes in Adam peccaverunt; y que assi no exceptuando persona alguna, la V. es tambien comprehendida. A lo qual respondemos con una sentencia pronunciada por Dios mismo, y no por un Apostol, y aunque en ella no se exceptuo alguno al publicarla, la Virgen lo fue. Y assi decimos que por el pecado de nuestros primeros padres fueron condenadas todas las mugeres à padecer nueve meses los trabajos è incomodidades del preñado sin que al declarar esta sentencia se exceptuase (no hablo en la mente divina) alguna muger, porque fue igual y general à la dela muerte, en que fueron condenados todos los hombres por aquel mismo pecado, dando mayor pena y trabajo à las mugeres por haver sido la primera dellas quien tentò al primer hombre; y esta sentencia fue dada y declarada por el mismo Dios, y no obstante es de fè que la Virgen santissima, aunque fue comun con las otras mugeres en traer en su santissimo vientre nueve meses à su santissimo Hijo, no padeciò los trabajos del preñado ni los dolores del parto: pues si Dios conocio por conveniente y justo exceptuar de aquella ley general que el mismo pronuncio, y la exceptuo actualmente, y no la hizo comun à todas las otras mugeres los dolores del parto; y esto sin duda, porque los dichos dolores eran una señal particular del pecado original; por quanto mas conveniente y justo debia conocer que era el sacarla de aquella regla general que pronunciò el Apostol; y si pudo librarla de los dolores, no obstante que el mismo pronunciò la sentencia sin exceptuar persona alguna, *que duda puede tener que pudo preservarla del pecado*? y si pudo y no lo hizo, es menester decir que su entendimiento no lo juzgo por bueno y justo, ò que su voluntad no lo quiso. Que no lo juzgase por bueno y justo su entendimiento es imposible: porque ello en si lo es, como queda probado, y lo que por si es bueno, no puede Dios dexar de conocerlo por tal: y porque si juzgò que era conveniente el que la Virgen no padeciese dolores en el parto, y la exceptuo desta regla general desde la eternidad; y no hallò por conveniente que aquella pena y trabajo que se havia impuesto à nuestra primera madre por el pecado original la sufriese y padeciese la Virgen santissima, solo porque era una señal del dicho pecado

original,

original, aunque al pronunciar la sentencia no se exceptuo persona alguna, como queda dicho; no obstante que por estos dolores no ofendia à Dios, ni por ellos se hacia la Virgen su enemiga, y esclava del demonio, ni perdia su nobleza, y solo el daño hubiera sido de la cosa material: quanto mas bueno (es fuerza conocieſe) era el exemptuar lo espiritual, de aquello que aunque no hubiera sido sino por un solo instante, la habria hecho esclava del demonio, enemiga de Dios y indigna Madre de un dignissimo Hijo; luego si es necesario que Dios conocieſe era bueno y justo dar à su Hijo una Madre de las calidades que se han dicho, y su poder lo pudo, es menester ver aora si su voluntad lo quiso, ò no lo quiso. Si lo quiso su voluntad, no ay duda que su poder lo pudo, como queda probado: porque sino seria defectuoso, no infinito, ni eterno, ni omnipotente; cosa que es imposible. Aora pues, sino lo quiso su voluntad (porque, como dicen en las Escuelas, no todo lo que puede lo quiere por la voluntad consequente) sera menester decir que faltò en algo en la parte de la bondad y de la magnificencia su voluntad con su Hijo, pues no habria tenido con el toda aquella buena y excelente voluntad que havia conocido era justo tener para obrar con proporcion; y no habria sido su voluntad tan buena, infinita y eterna con su Hijo, como podia ser, pues no le habria dado todo aquello que conocio era bueno y justo darle y que podia hacerlo si queria; y assi habria sido finita y limitada su buena voluntad para con su Hijo, y habria sido mayor su buena voluntad con Eva al tiempo de criarla, que con la Virgen santissima: cosa que es imposible y absurda; y assi concluimos que es fuerza lo quisieſe su voluntad, paraque fueſe buena y grande infinitamente con su Hijo. Y à estas razones claras y manifiestas no puede tener fuerza el decir (como dicen algunos) que si la Virgen no hubiera incurrido en el pecado original no habria tenido parte en los meritos de la Passion de Jesu Christo; pues no habria muerto por ella, como murio por todo lo restante del genero humano. Cosa absurda: porque sino mereciesſer redimida con la sangre de su preciosissimo Hijo, fue porque era necessario obrar con la Hija del Padre, Madre del Hijo, y Esposa del Espiritu Santo alguna cosa mayor y no comun, y hacer por ella mas que por todas las otras criaturas; *lo qual fue preservarla de la culpa y del pecado original por los meritos de la misma Passion de IESV CHRISTO*, pues no debian servir à la Reyna de los Angeles y Emperatriz del mundo igualmente, y como habian de servir y aprovechar à todos los demas descendientes de Adan, sino que hubieſe alguna diferencia notable, *y esta fue la preservacion que se hace: haviendo en esto merecido mas la Madre del Verbo divino que todas las otras criaturas, pues mas es preservar que redimir.* Y assi se entiende aun comunmente; pues mayor beneficio se hace à uno en impedir que le cautiben que no dexandolo cautibar, redimirlo despues: mas es impedirle que caiga, que despues de haver caydo levantarle. Quien me impide que no me cautiben, me libra de caer en esclavitud: el que me saca de cautiberio me redime de aquella ignominia. Pero no puede hazer que ya yo no haya passado la infamia de haver sido esclavo; y assi no tiene duda que es mas obrar lo uno que lo otro, y imposible que la Pasion de Jesu Christo dexaſe de obrar en su bendita Madre lo que fueſe mas; y siendolo, como queda probado, el preservar que el redimir, que duda puede tener obraria lo que fuera mas, y no lo que fueſe menos. *Y assi es absurdo el decir, que porque no hubieſe sido concebida la Virgen santissima en pecado no habria tenido parte en la Pasion de su santissimo Hijo.*

Para comprobar todo lo que havemos dicho nos valdremos tambien de las palabras del Angel quando le trujo la embaxada del Altissimo. Plena de gracia la llamò; y una cosa plena en buena Philosophia no lo puede ser aunque no le falte sino la mas minima cosa para llenar el bazio que se debe ocupar. Un vaso lleno de agua, si le faltaſe una sola gota, no se podria decir propriamente ni en rigor que estaba pleno de agua: pues como podria ser aquel preciosissimo vaso de virtudes pleno de gracia, si, aunque no hubieſe sido sino por un solo instante, hubieſe estado bazio y falto de todas las virtudes en pecado mortal, esclavo del demonio, y enemigo de Dios, y por consiguiente bazio de gracia! y el haverlo estado un solo instante, ò muchos, importa poco para explicar y entender bien las palabras del Angel, pues para con la eternidad lo mismo es un instante que muchos siglos; *y assi sino hubiera sido concebida sin pecado, no la hubiera llamado el Angel plena de gracia. De todo lo qual se infiere con evidencia y demostrativamente que la Virgen santissima fue concebida sin mancha de pecado original en el primer instante de su ser*, siendo assi mismo necesario paraque hubieſe proporcion entre el Padre y la Madre del Verbo divino, y que pues havia tenido en quanto Dios el mas dignissimo, nobilissimo, y santissimo Padre, tubieſe (paraque fueſe en todo bien ordenada la proporcion) en quanto hombre la mas dignissima, nobilissima, y santissima Madre que hubieſe havido ni pudieſe haver; lo qual no pudiera ser si la Virgen hubiera sido concebida en pecado. Remitiendo todo este Discurso à la censura de la Santa Sede Apostolica, al qual sentir me conformare siempre. Hæc piissimus hic Princeps, & Immaculatę Conceptioni devotissimus: in quibus ostenditur ejus erga mysterium zelus ardentissimus. Extat Opusculum manusc. apud nos, & quia dignum prælo judicamus, ideo hîc publico juri damus.

Item, anno 1659. votum fecit de tuenda *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, erigique fecit præclara Trophæa in Capella Rosarii apud Dominicanos Bruxellis, suoque exemplo induxit status Brabantiæ & Ordines, imo totum Belgium ut jurejurando se obstringerent defensioni Immaculatæ Conceptionis, sicut fecerunt.

Item, quotannis celebrat solemnem octavam *Immaculatæ Conceptionis* B. Virginis in Regia Capella SS. Rosarij Bruxellis, cum Missa solemni quotidiana, Concione & Salve; quibus omnibus interest cum excellentissima sua conjuge, & Nobilibus ac Magnatibus Belgij. Vide de hac re R. P. Laurentium Haas Minoritam in sua Legatione ad Capitolium.

LUDOVICUS Beurrier, Cœlestinus Gallus, in libro: Les analogies, & antitheses de l'incarnation du Fils de Dieu, & des actiones les plus notables de sa vie avec le peché d'Adam, cap. 3. folio

42. affirmat: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali in primâ suæ Conceptione*, latè. Lib. impress. Parisijs 1632. in 8.

LUDOVICUS Blosius, Monasterij Latiensis Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, hæc habet pro Concep. Anonymus in Paradiso animæ fidelis, endologia 1. ad Beatam Virginem, fol. 52. inquit: *Tu vas purissimum omni amaritudine carens.* Tu cella mundissima longè latèque gratissimum odorem diffundens. *Dominus creavit te Virginem Immaculatam &c.* Item, endologia 2. Ave incorrupta, *& ab omni illuvie immunis Virgo Deipara.* Tu granum purum à palea excussum. *Tu lilium inter spinas.* Tu Sol clarissimus *defectum prorsus nescientem, &c.* Item, part. 4. in officio Horarum de Jesu & Maria vocat ipsam præ omnibus *puram sine macula*, solem defectum nescientem, *totam pulchram*, &c. à folio 92. usque 110.

Item, in Sacello animæ fidelis, in precationibus ad Virginem, folio 255. Ave suavis *MARIA quam Deus ab originali culpa honorando privilegio præservavit*, & singulari gratia eximisque donis ornavit, &c. Item, ibidem cap. 5. folio 264. de Beatæ Virginis Mariæ Matris Dei dignitate, inquit: *Eam omni peccato & macula tam originali, quàm actuali ultra communem conditionis humanæ modum præservavit*, tantâque munditiâ, sanctitate, ac perfectione exornavit, ut ipsa sit omni Angelica puritate purior. Item, ibidem: *Porro quod ad munditiam Conceptionis hujus Virginis Matris Dei* attinet, non est quod dubites, licèt plerique ex antiquioribus Patribus dubitasse videantur, cùm nondum festum ejusdem Conceptionis in Ecclesia Romana celebraretur. Modò enim in orbe Christiano Catholici secuti ipsam Romanam Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum caput & magistra est, festum illud jam olim receptum alacri lætaque devotione celebrant, recolentes exordium nostræ felicitatis, *quando scilicet nobilissima anima MARIÆ à Deo creata, & ipsius sanctissimo corpusculo citra originalis culpæ contractionem infusa fuit.* Quapropter mirum sanè est, adhuc nostro ævo inveniri aliquos, qui hac in parte non satis illuminati, *puritatem Conceptionis ejusdem Beatissimæ Virginis* vocent in dubium, & suam opinionem in ea re obstinatius tueantur, citantes quasdam sententias sanctorum Patrum, qui tamen si nunc hîc viverent aliter proculdubio sentirent, quàm isti eos sensisse dicunt. Certè Romana, eademque Catholica Ecclesia, quæ errare non potest, hoc ipso quòd *festum Conceptionis Deiparæ Virginis celebrandum assumpsit, satis adstruit atque affirmat eandem Conceptionem fuisse omnis contagionis expertem* ac sanctam: profana siquidem facta non novit Ecclesia. Precatur autem Deum *in ipso incontaminatæ Conceptionis festo*, his verbis: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Quidam igitur antiquorum sanctorum Patrum loquens de istis verbis Propheticis: Egredietur virga de radice Jesse, rectissimè ait: Maria virga illa est, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Itemque alius dicit: Temerarium est in Maria Virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum. Revera ita est: nam pias aures offendit, quisquis modò asserere non veretur præcelsam illam Heroidem, quæ spiritibus Angelicis sanctior est, *obnoxiam fuisse peccato originali*, quod hominem efficit membrum diaboli, & filium iræ. Decuit omnino, ut ea, quæ Christum Dominum Deum nostrum concipere ac parere, caputque serpentis antiqui conterere debebat, nunquam vel ad momentum subjecta esset eidem serpenti, nunquam esset filia iræ. Hoc privilegio honorata est Mater Altissimi.

Item, in Appendice 1. Institutionis spiritualis, cap. 2. de Deipara Virgine Maria, folio 334. inquit: Nam supremæ vires ejus in suam sese vertebant originem, eidemque uniebantur: infimæ verò supremis obtemperabant, sicut in Adam cùm adhuc justitiam innocentiamque originalem retineret. Qui quidem ornatus hinc illi accessit, *quòd originalis culpæ expers fuerit, à quâ eam præservans filius ipsius. Neque enim vel ad temporis momentum sibi iræ aut vas immundum diabolico dominio subjectum fuit, sicut nos omnes fuimus. Nam hoc sapientia æterna prævenit, volens electissimum templum suum aliqua labe asperg i, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1632. in fol. magno, Coloniæ 1606. in 4. regali, & Antuerpiæ anno 1637. in folio.

LUDOVICUS Bocanegra, Ordinis S. Augustini Hispanus, scripsit Cantionem *pro immunitate Deiparæ à peccato originali.* Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 238.

LUDOVICUS Borbonius, Princeps cognomento Bonus, regnante Carolo VI. Francorum Rege, cùm totam spem in Christo & beata Virgine posuisset, videns Francorum Regnum ab Anglis diripi, instituit Ordinem Equestrem Cardui B. Mariæ; constabat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus & nobilioribus totius Regni Galliæ. Prædicti vero Equites *in festo Conceptionis B. MARIÆ* procedebant in magna gloria; gestabantque in extremitate torquis aureæ imaginem divæ Virginis sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum lunæ habentem sub pedibus: caput autem Cardui ex viridi & albo contextum in extremitate rotundi videbatur. Vide Hippolytum Marraccium in Principibus Marianis, & Auctores ibi citatos, & Benedictum Gononi in Chronico SS. Deiparæ ad annum 1370. fol. 316. Lib. impress. Lugduni 1637. in 4.

LUDOVICUS de Bustamante, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, edidit Orationem panegyricam Evangelicam sub hoc titulo: En las festivas aclamaciones, quæ la nobilissima y leal ciudad de de Guadalaxara consagra todos los años à la *Inmaculada Concepcion de MARIA sanctissima Señora nuestra*, estando patente el santissimo Sacramento. Prædicata fuit in Monasterio Conceptionis ejusdem Civitatis die 11. Aprilis 1655. & impress. Matriti eodem anno.

LUDOVICUS Camargo, Episcopus Centuriæ, recepit votum factum à Confraternitate Charitatis in Ecclesia sancti Georgij Hispalen. *pro Immaculatæ Conceptionis mysterio.* Ex Antonio de Leon anno 1653. die 9. Februarij.

LUDOVICUS de Camargo, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis habitis Lovanij die 21. 22. & 23. Novemb. 1650. hæc defendit: *Dicta de originali & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroque immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

LUDOVICUS de Campo, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Judicium de Immaculata Beatissimæ semperque Virginis Mariæ *Conceptione, ac pro illius ultima definitione & Apostolica canonizatione* humil. supplicat. ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. Pontif. Max. &c. Hispali 1650.

LUDO-

LUDOVICUS Carterius Vocantius, Sacræ Theologiæ Doctor, in libello cujus titulus est: Justa expostulatio de P. M. Xantes Mariales Ordinis Prædicatorum, Auctore Bibliothecæ Interpretum ad Summam D. Thomæ quatuor voluminibus distinctæ, Venetijs editæ anno 1660. & per Antichronismum anno 1638. sæpissime agit *de Immaculatæ Conceptionis sententia*. Lib. impress. Gorgoviæ anno 1662. in 8.

LUDOVICUS Carvajalus, Ordinis Minorum Hispanus, primò scripsit Declamationem expostulatoriam *pro Immaculata Conceptione Dei Genitricis MARIÆ* in quindecim capita divisam, quæ impressa fuit Hispali, ut ibidem dicitur, in vigilia Immaculatæ Conceptionis 1533. in 8. parvo. Secundò, Declamationem expostulatoriam in 33. capita partitam *pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis* cum dilutione 15 argumentorum, quæ adversus præfatam Declamationem quidam eidem Ludovico Parisijs objecit. Parisijs 1541. in 8.

LUDOVICUS Carvoa Costaciaro Perusinus Italus, in libro: Explicationes orationis Dominicæ, cap. 45. fol. 396. circa dubitationem, quomodo is, qui nullius culpæ est sibi conscius, & pro suis peccatis abundè satisfecit, verè dicere possit illud: Dimitte nobis debita nostra, &c. inquit: Quo fit, ut etiam Christus dum pro omnibus oraret, eandem quam nos docuerat precandi formâ uti parè potuit. Idem dicas de Beatissima semper Virgine, quam credibile est hanc orationem frequentasse: *quæ tamen ab omni prorsus culpa fuit omnino aliena*. Impress. Venetijs 1590. in 8.

Item, in libro dicto: Fons vitæ & sapientiæ, vel adveram sapientiam acquirendam hortatio, cap. 16. folio 236. inter plura alia de B. Virgine inquit: Si primis carnalibus Parentibus à Deo formatis omnes naturales & supernaturales animi dotes fuerunt tributæ; cur non etiam huic omnium fidelium spirituali Matri, *huic (inquam) tabernaculo, quod Deus sanctificavit?* Si Angelis, servis, & hominibus peccatoribus scientiarum habitus divinitus tributi fuerunt; *cur non huic, & Angelorum omnium Reginæ ab omni labe peccati alienæ?* &c. Lib. impress. Venetijs 1588. in 8.

Item, in libro de interiore homine, vel de suiipsius cognitione, cap. 9. folio 30. inquit: Quare, cùm omnes homines per Adam mortui sunt (*ex quo tamen semper Beatissimam, & semper Immaculatam Virginem, quæ semper tota pulchra fuit, ut significari videtur, cùm de ea dicitur, esse absque eo quod intrinsecus latet, id est, absque originali culpa*, quæ lege Dei ordinaria humanæ naturæ intrinseca est) hominem de novo generari, ac renasci per generationem spiritualem necesse est? &c. Lib. impress. Venetijs 1585. in 8. & Coloniæ 1617. in 8.

Item, in Compendio Theologiæ S. Thomæ Aquinatis, &c. *de Beatæ Virginis MARIÆ Conceptione* Quæstionem unam, quam explicat secundùm mentem S. Thomæ, uti ejus Expositor. Impress. Venetijs 1587. & Coloniæ 1620. in 4.

LUDOVICUS de las Casas Hispanus, & utriusque Juris Doctor, cùm magna esset contentio inter Patres Dominicanos & Franciscanos circa Conceptionis mysterium, edidit Defensorium Hispali ad annum 1603. *pro Immaculata Virginis* puritate ac ejus immunitate à peccato originali. De quo agit latè Bartholomæus Guerrero in suo libro fol. 11. 1. pag. ad finem. Pistoia folio 225.

Item, *pro defendenda pura Conceptione Virginis MARIÆ* Tractatum. Hispali 1503.

Item, edidit Defensionem prædicti Tractatûs *de sanctissima Conceptione*, Latinè. Vide Hippolytum Marraccium in Bibliotheca & in Catalogo ad annum 1503.

LUDOVICUS Caspensis Cæsaraugustanus, Ordinis Sancti Francisci Hispanus, in Cursu Theologico Complutensi, &c. in tom. posteriori tract. 20. de Incarnatione, sect. 9. num. 156. fol. 322. agit *de redemptione Deiparæ Virginis MARIÆ à peccato originali, à quo immunis fuit & præservata; & quod non incurrerit proximum debitum*, &c. Lib. impress. Lugduni 1643. in folio.

Item, in Tractatu de Peccatis, disputatione 1. sectione 5. & 6. folio 453. numero 57. *excipit Beatam Virginem MARIAM à peccato originali*, &c. Lib. impress. Lugduni 1641. in folio magno.

LUDOVICUS Catalaunius, Poëta Hispanus, in Certamine habito Valentiæ anno 1486. scripsit Poëmata *de immunitate MARIÆ Virginis*. Extant cum alijs apud Ferrand. Diaz.

LUDOVICUS de Sancta Cæcilia, Sacerdos Italus, *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad diem octavam Decembris Legendam seu Concionem extractam ex Operibus R. P. Petri de Ribadeneyra Societatis Jesu, in libro vitæ Sanctorum; ubi multa de Immaculatâ Virginis Conceptione. Impress. Romæ 1634. in 8.


LUDOVICUS de Cespedes, Magister Hispanus, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ extant apud Simonem Diaz in imagine de la Fuencisla, folio 96.

LUDOVICUS Chantereau, Ordinis Sancti Augustini Doctor Theologus, Confessarius Regis Christianissimi, Episcopus Matiscon. ob maximâ quam *erga Immaculatam Conceptionem* devotionem habebat, restauravit ejus antiquam Capellam in eodem Conventu Parisiens. sitam; posuit imaginê Conceptionis in quatuor partibus Claustri: Capellam verò muneribus exornavit, baculumque suum pastoralem eidem reliquit, qui postea aliqua miracula fecit anno 1530. ut refert Anonymus Augustinianus in libro Privilegiorum ejusdê Confraternitatis Conceptionis, fol. 39. & apparet ex Epitaphio ibi posito, quod vidimus cum Epigrammate.

LUDOVICUS de Civitate Sancti Angeli, Ordinis Minorum Italus, in Annotationibus ad lib. Grandezze del Verbo Joan. Domin. Monte fusioli, in annotat. ad lib. 2. folio 118. ad illud: In capite ejus corona stellarum duodecim, inquit: La prima è dumque che ella fù di stirpe Regia. La seconda che nasque per miraculo da Padre è Madre sterili. La terza *che fu Concetta senzza peccato originale*. La quarta che fu preservata da ogni peccato etiam dio veniale, &c. Lib. impress. Neapoli anno 1593. in 4.

LUDOVICUS de Conceptione Hispanus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in libro: Examen veritatis Theologicæ Moralis, in principio habet Tractatum seu Opusculum sub hoc titulo: *Præambula pro Immaculata, & absque originalis labe peccati Beatissimæ Dei Genitricis Conceptione*, jam sine quæstione quæstio, oratioque prædictæ manifestativa veritatis, quam Discalceati filij Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in cordibus suis, patrum etiam

in filios successione retinent, &c. Item, ad finem libri habet aliud Opusculum sub hac inscriptione: Corollarium unicum, & ultimum: quia in eo ex eoque hæc de examine veritatis Theologiæ Moralis pars finem accipit prima; unicumque: quia appendix est illius jam sine quæstione præambulæ quæstionis, quam in ipsius initio *de Immaculatæ Deiparæ Conceptionis puritate* tractavi, &c. Lib. impress. Matriti 1655. in folio cum imagine in principio Immaculatæ Conceptionis pulcherrima, & singularibus exornata Hieroglyphicis. Hic Auctor in primo Opusculo conclusione 3. num. 166. adducit quoddam prodigii genus quod prætermittere nolui, & illud referam eisdem Auctoris verbis. Ait ergo: In domo cujusdam Clerici Presbyteri pronomine Salazar in magnæ tempestatis nocte è cœlo vel nubibus cum grandine reliquo lapis quidá cecidit vel saxum, cujus magnitudinẽ & formam infra apponam. Per dies aliquot in loco ubi talis cecidit lapis, magnus adfuit splendor testantibus pluribus. Rei novitate ductus Dominus domûs prædictum invenit lapidem & in eo utraque ex parte quæ sequuntur formata ex ipsa lapidis materia verba, apponẽdis etiam characteribus signata. Ex una prima parte lapidis sic se habent verba: *Ave MARIA Virgen y Madre de.* Ex altera verò parte prosequitur sic: *Dios concebida sin pecado original.* Sic se habent verba. Hunc lapidem possidet fœmina quædam nomine la Escudera, quæ in testamento suo illum legatum habet mei Ordinis Collegio prædicto in Oppido existenti. Hoc non vidi, sed mihi testati sunt meæ Religionis oculares testes omnique exceptione majores P.F. Michaël à Matre Dei, F. Antonius à Sancto Francisco ejusdem Collegij Minister anno 1652. P.F. Michaël de S. Joseph. P.F. Ildephonsus de S. Maria actualiter Minister Collegij, &c. Forma & magnitudo lapidis ab ipso posita, est hæc:



LUDOVICUS Cresolius Armonicus, Societatis Jesu, in libro dicto: Mystagogus de sacrorum hominum disciplina, tomo 1. libro 3. de Cultu sanctissimæ Virginis Dei Matris, cap. 19. fol. 658. littera B. vocat Virginem ex diversis Patribus Arcam sanctificationis, quam nova sanctificatio gloriæ intrinsecus & extrinsecus auravit, *& quæ universum sanctificationis thesaurum suscepit*, omnibus ac singularibus atque inusitatis beneficijs fuit prædita, &c. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1629. in folio. Si universum sanctificationis thesaurum accepit, & in thesauro sanctificationis continetur justitia originalis, sive præservativa redemptio vel Conceptio in gratia: igitur & hanc accepit vel habuit.

Item, in Anthologia sacra de Selectis piorum hominum virtutibus, animique ornamentis, decade unica cap. 11. de Castitate, sectione 4. fol. 377. littera B. inquit: Imitamini signaculum fidei vestræ Mariam Beatam (*quam velut ignis ferrum*) *Sanctus Spiritus totam decoxit, incanduit & ignivit, ita ut in ea Spiritus Sancti flamma tantùm videatur & sentiatur*, &c. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1632. in folio. Si tota decocta à Spiritu Sancto, & in ea tantùm videbatur & sentiebatur Spiritus Sanctus, pro illo instanti Conceptionis vide quid sentias.

LUDOVICUS Crespi à Borja, Episcopus Oriolensis Hispanus, deinde Placentinus, & ad SS. D. N. Alexandrum VII. pro causa Immaculatæ Conceptionis Legatus ex parte Philippi IV. Regis Hispaniarum Catholici, scripsit contra quendam Hyacinthum Arpalegum, & ipsius Tractatum apologeticum typis excultum adversùs definibilitatem sententiæ negantis labem originariam in Beata Virgine Deipara, Propugnaculum Theologicum *pro mysterij Immaculatæ Conceptionis Mariæ Virginis definibilitate*, ubi eruditissimè ac doctissimè prædicti Hyacinthi Arpalegi fundamẽta convellit, cavillos sive sophismata eludit, & totius suæ apologiæ argumentum omnino falsum esse, apertissimè demonstrat. Bis impress. Valentiæ & Neapoli in 4. Vide Christophorum de Vega in Theologia Mariana Palest. 3. cert. 9. n. 305.

LUDOVICUS Sà Cryptaleis, Ordinis Minorum, in Elogio *Virginis MARIÆ de Conceptione* sic inquit: Arca Noëmitica bitumine castitatis linita, in impudicitiæ diluvio ne pereat; è *sordibus haudquaquam purgata, ast præpurgata ne sorderet. Nubes levi, quæ sine peccati sarcina*, virga ficulnea nodositate recta, &c. Impress. in charta expansa Livij 1653.

LUDOVICUS Davila, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Discursos morales del Santissimo Sacramento, tractatu 3. cap. 14. folio. 170. inquit: La materia fue la Sangre purissima de la Virgen sereníssima Señora nuestra, que en lei de sangre *fue la mas pura, mas limpia, mas sencilla*, y mas agena de todo afecto bruto ò sensualidad, &c. Por esta parte *el alma de la Santissima Virgen era agena de toda culpa original y actual*, &c. Lib. impr. Toleti 1603. in 4.

LUDOVICUS Decimus tertius Galliarum Rex Christianissimus, composuit Librum, cui titulus: Parva Christianæ pietatis officia, & folio 267. adducit officium *pro Conceptione Virginis MARIÆ*. Invitatorium: Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, Christum ejus Filium adoremus Dominum. Hymnus: O quàm gloriosa luce coruscas, &c. Antiphona: Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Est officium particulare. Impress. Parisiis 1643. in 4.

LUDOVICUS Diaz de Aux, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *pro Virgine MARIA absque peccato originali concepta*. Ita apud Zapatam de Conceptione, folio 89. & aliam folio 146.

LUDOVICUS Donins Attichius Parisinus, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, Episcopus Rhegiensis, nunc Eduensis, in libro de Vitis Cardinalium, in Vita Francisci Cardinalis Ximenij, num. 52. & 53. agit *de Conceptione Virginis MARIÆ*, & devotione servi Dei erga hoc mysterium. Vivit hoc anno 1662.

LUDOVICUS Fernandez de Cordova, Hispanus & Episcopus, in Salmantinis Constitutionibus Synodalibus inter dies festos constituit *Conceptionem Dominæ nostræ, ac semper Virginis MARIÆ*. Vide verb. Salmantina Ecclesia.

LUDOVICUS Fernandez de Cordova, Marchio de Pliego ac Dux Feriæ, die 8. Martij 1651. elegit pro Patrona præcipua, & in capite suæ domûs ac Civitatis de Montilla *Deiparam Virginem MARIAM sub titulo Immaculatæ Conceptionis absque originali*

ginali peccato, &c. Exrant instrumenta authentica & relecripta in Conventu Araceelitano, & nostro Archivo Ultramontano.

Item, scripsit Epistolam satis piam ad SS. D. N. Innocentium X. pro confirmatione institutionis Patronatûs *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in eadem domo & civitate, quam nos in tomo 2. Armament. Seraph. integram dabimus.

Item, scripsit alias Epistolas pro eodem negotio *Immaculatæ Conceptionis MARIÆ*, ad Ducem del Infantado in Curia Romana Legatum ordinarium, & alios Prælatos Ord. Minorum. De quibus alias.

LUDOVICUS Ferrer, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Oratione & Meditatione, in Litanias Deiparæ Virginis, inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Matriti 1611. & Barchinone 1607. in 16.

Item, in libro P. Cosseri de Meditation. vitæ & laudum sacratissimæ Virginis Mariæ Hispanicè, *de Conceptione Virginis MARIÆ* a fol. 1. usque 40. Lib. impress. Barchinone 1608. in 12.

LUDOVICUS Fidelis Nerus, Canonicus Tomacensis, in Opusculo de Humana restauratione, cap. 10. sub hoc titulo: Christipara Virgo multipliciter fuit in veteri Testamento designata, fol. 23. inquit: Cæterùm nomine tabernaculi illam insignivit Regius Psaltes, inquiens: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio eius non commovebitur; adiuvabit eam mane diluculo. Quid (quæso) tabernaculum hoc, nisi Christipara Virgo singulari beneficio sanctificati, in cujus utero veluti tabernaculo quodam portabili novem mensibus resedit Christus, quam manè diluculo clementer adjuvabit, *quod sine peccato originali sit concepta & edita mundo?* Item: Illam virga præfigurat, de qua Isaias, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1569. in 16.

LUDOVICUS Galviatus, Italus, in libro cujus titulus est: Ad Famulorum Deiparæ Virginis erga eandem vel excitandam, vel augendam devotionem, &c. in Soliloquio, folio 14. *Quòd Virgo MARIA fuit tota pulchra, quia non habuit originalem maculam, &c.* Lib. impress. Romæ 1637.

LUDOVICUS de Gongora, Poëta Hispanus, in Cantione de Beata Dei Genitrice Maria criticè, ut semper, hæc habet:

Executoriando en la revista,
Todos los privilegios de la vista.

Extat impress. in libro Sacrarij Toletani, folio 41. & fortè vocat privilegium *de la vista* illud quod adepta est Virgo in sua Conceptione, & illud *de la revista* est privilegium suæ Assumptionis in corpore & anima.

Item, Soneto 4. ex sacris, sic inquit:

Si ociosa no assistio naturaleza,
Admirada en la tuya (ò gran Señora.)
Conception limpia, donde ciega ignora,
Loque muda admirò de tu pureza.

Lib. impress. . . . . .

LUDOVICUS Granatensis, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Concionibus de præcipuis Sanctorum festis, folio 41. *In Conceptione sacratissimæ Virginis MARIÆ* Concionem 1. quæ primo loco de miseranda hominis coceptione in peccato agit: secundo verò eximias Beatissimæ Virginis virtutes & laudes prædicat. In hoc ergo primo sermone, pro immunitate Virginis à peccato habet sequentia: Hodie enim summum hoc redemptionis nostræ opus inchoatum est. Hodie quippe Virgo illa concepta est, ex qua mundi Conditor & Redemptor carnem pro salute mundi erat assumpturus. Hodie prima hujus operis fundamenta jacta sunt. Hodie arbor illa plantata est, quæ fructum vitæ erat prolatura, quo genitricis humanę morbus vetitæ arboris fructu cõtractus sanandus erat. Hodie in paradiso Ecclesiæ virga illa de radice Jesse consita est, ex qua pulcherrimus ille flos emicuit, super quem Spiritus Domini requieseceret, de cujus plenitudine omnes acciperemus. *Hodie enim Spiritus sanctus telam texere cœpit*, ex qua æterno Dei Filio mortalis naturæ vestem aptaret. Hodie denique caro & sanguis ille coagulatus est, ex quo carnem & sanguinem Filius Dei sumpturus erat, quem pro salute nostra funderet, &c. Præsentis diei solemnitas, *quæ sacratissimæ Virginis Conceptioni dicata est*, nos admonet, Fratres, ut de nostra priùs conceptione pauca dicamus. Omnes enim gravi languore ægrotamus, quia omnes in originali peccato concepti sumus, &c. Si ergo Dei Filius homo futurus erat, Matrem utique habere debuit ex qua humanam naturam assumeret; qualis verò illa fœmina futura erat, quæ illum concipere mereatur? *Virgo certè Angelis purior, astris splendidior*, quæ venientem in has mortalitatis oras Dei Filium castissimis visceribus, & virgineo thalamo exciperet. *Quæ quidè ab æterno ad hoc munus destinata hodie concepta est*; qua ex re, quanta sit hujus diei solemnitas, intelligere licet. Hodie Deiparâ V. conceptâ (ut initio dicebamus) summum illud humanæ redemptionis opus incœptum est. Duo autem celeberrimi dies habentur, cùm templum aliquod ingens, aut insigne opus construitur; alter cùm opus incipitur, alter cùm finitur. Hunc autem diem excellentissimi operis, hoc est, redemptionis nostræ initium fuisse, Petrus Damianus declarat his verbis: Solemnitas hodierna Beatissimæ & intemeratæ Dei Genitricis meritò præcipuum & singulare præbet omnibus gaudium, quæ totius extitit humanæ salutis exordium. Exultemus ergo, dilectissimi in hac die, in qua, dum Beatissimæ Virginis prævenimus exordium, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus initium. Primum enim fuit Virginem procreari; proximum verò ex ea Dei Filium carnem assumere, & in ea mundum expiare: quam quidem expositionem cætera Sanctorum festa sequuntur, qui laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni. Quæ cùm ita sint, qua (quæso) alacritate, qua devotione hic dies à nobis celebrandus est? Quid enim gratius, quid jucundius mundo nuntiari potuit, quàm *hoc ipso die purissimam quandam Virginem conceptam fuisse*, ex qua Dei Filius humanam carnem pro salute mundi erat assumpturus? Cæterùm, quando hac ipsa die nascituro Dei Filio domus fabricari cœpta est, quis ejus fuerit ornatus & elegantia, expendere incipiamus. Hoc (ut idem Petrus Damianus interpretatur) Salomon explicuisse videtur, cùm ait: Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem; quia videlicet septem Spiritus sancti donis, hoc est, gratiarum omnium charismatis spiritualis hæc domus suffulta fuit, &c. Cùm enim illius assumptæ naturæ vel decus vel dedecus in Deum caderet, debuit utique humanitas illa summâ gratiâ & sanctitate pollere,

ne

ne quid in ea esset, quod immensam illam majestatem obscurare vel dehonestare ullo modo posset. Quod cùm ita sit, simili quoque argumento sacratissimæ hujus Virginis dignitatem colligere licet. Constat enim verum esse quod Salomon ait: Corona senum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum; nec minùs verum esse quod Ecclesiast. ait: Gloria hominis in honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Quod quidem propter summam utriusque partis necessitudinem adeò verum est, ut filios ex parentum conditione sæpe & laudemus & vituperemus. Sic laudavit Gabelus Tobiam juniorem dicens: Benedicat te Deus Israël, quia filius es optimi viri, & justi, & timentis Deum, & eleëmosynas facientis. Si ergo propter divini Verbi honorem sacram ejus humanitatem sic attollimus, & summâ præditam gratiâ & sanctitate confitemur; consequens etiam est, ut *quando communis Matri Virgini cum Filio honor est, summo honore summaque sanctitate ejus Matrem præditam esse fateamur*, ut hac ratione Filium quoque pariter honoremus. Propterea constat ex his, quæ modò diximus, decus atque dedecus filiorum ex parentum dignitate vel indignitate magna ex parte proficisci, &c. Item, infra folio 54. *in eodem festo Conceptionis Beatissimæ V. MARIÆ* Concionem 2. in qua primo loco de incoparabili Virginis puritate & sanctitate; deinde verò de miserijs, quæ originale peccatum (in quo sumus concepti) consequuntur, agitur. Iste est concionis secundæ titulus, in qua iterum repetit quòd hæc solemnitas Conceptionis omnium aliarum novi Testamenti initium sit, & postea adducit pro ipsa quæ sequuntur: Ea tamen Dei nostri bonitas & clementia fuit, ut non continuerit in ira sua misericordias suas, sed eodem tempore, quo recens adhuc peccati vulnus erat, salutem homini lapso pollicitus fuerit. Hoc enim verba illa designant, quibus is serpentem hujus tanti mali auctorem allocutus est: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius; ipsa conteret caput tuum. Quod perinde est, acsi diceret: Tu tibi nunc dæmon triumphare videris, quòd mulieris operâ peccatum invexeris in mundum, per quod mundi princeps effectus es: verùm tempus aderit, quo mulier, quæ hanc tibi potestatem contulit, eandem rursus eripiat, regnumque tuum exscindat & caput conterat, hoc est, vires & potentiam tuam elidat. Hoc enim præstitit Beatissima Virgo MARIA, &c. *Hunc igitur hodie, Fratres, diem celebremus, in quo Deus ipse hanc sibi domum parare cœpit. Quid enim aliud est Deiparæ Virginis Conceptio, quàm Virginalis palatij constructio, in quo Dei Filius habitaret? Hodie igitur hæc domus fabricari cœpta est; hodie paradisus ille voluptatis, hoc est omnium spiritualium deliciarum, omniumque virtutum & gratiarum floribus adornatus, manu divinæ sapientiæ constitus fuit*, in quo videlicet secundus Adam mundi conditor & instaurator collocandus erat. Et quidem in illius paradisi medio erat lignum vitæ: in hoc autem fuit ille, qui de se ait: Ego sum via, veritas & vita. Ille etiam paradisus varijs fructuum & florum stirpibus erat consitus, inter quas nullæ herbæ noxiæ, nulli tribuli & spinæ erant. Herbas enim noxias post peccatum ortas esse, quidam ex eo loco probare contendunt, quòd Dominus omnem herbam ad vescendum hominibus eo tempore concesserit, &c. *At in hoc nostro paradiso certum est nihil lethale, nihil noxium, nihil spinis obductum; sed omnia suavia, omnia salutaria fuisse* flores etiam omnis generis, hoc est, cunctarum virtutum germina ibidem fuisse constat, &c. Cùm igitur inter omnes creaturas Beatissima Virgo propiùs Deum attigerit, quippe quæ illum superveniente Spiritu sancto conceperit, *necesse erat, ut tanto magis puritatem hominum & Angelorum vinceret*, quanto ipsi puritatis fonti propior erat, &c. *Ad hoc autem singulare ei quoddam privilegium concessum est, videlicet cælestis gratia in eam plenissimè effusa*, ut non solùm animam ejus ornaret (quoque pulchra esset ut Luna, electa ut Sol) sed etiam ipsam carnem sic efficeret, ut spiritûs legi nunquam dissentiret, nullumque rebellem adversùs eum motum excitaret; quod quidem donũ, nec Apostolis ipsis (qui plenitudinẽ Spiritûs acceperunt) nec alicui Sanctorum post Adæ lapsum concessum fuit, &c. Quòd si cui hæc tanta Virginis puritas & tranquillitas in mortali carne incredibilis videtur; cogitet hanc omnipotentis Dei Matrem esse, quam tanta hæc puritas ob singularem hujus nominis dignitatem decet. Cùm enim Beatam Virginem astris ipsis, immo & Angelis puriorem facimus, nihil inopinatum aut incredibile dicimus, cùm eam non solùm hominis, sed Dei quoque Matrem confiteamur, *nec solùm à peccatis omnibus immunem*, sed cunctis etiam divinis muneribus ac virtutibus ornatam fuisse prædicamus. Domũ quippe Dei decet sanctitudo, hoc est, gratiarum omnium & virtutum decus & ornamentum. Quam rem ipsa quoque veteris Testamenti arca, quæ Beatissimæ Virginis typum tenebat, non obscurè repræsentabat. Illa enim primùm ex lignis sethim compacta erat, quæ nulla temporum vetustas absumere poterat; hoc autem incorruptam almæ Virginis mentem designat, cujus tam incorrupta puritas exstitit, ut ne totius quidem vitæ spatio ulla peccati venialis labe respersa fuerit, &c. *Porro autem, quemadmodum Virginis Conceptionem tanquam salutis nostræ initium Ecclesia summis laudibus celebrat*; ita communem hominum conceptionem velut perditionis nostræ causam Sancti viri incredibili dolore lugent. Quid enim luctuosius, quid funestius, quàm quòd Sanctus Job de conceptione sua (immo nostra omnium) lamentatur, cùm ait: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo? &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1584. in 4. & Romæ 1587. in 4. Lugduni 1598. in 8. & ibidem 1602. etiam in 8. Alia plura adducit venerabilis hic vir pro puritate V. MARIÆ, quæ in prædictis sermonibus videri possunt; sed hæc pauca extracta sunt, ut videat Lector, quæ & qualis fuerit sententia hujus inclyti Prædicatoris.

Item, in Sylva locorum, verb. Beatissima Virgo MARIA, fol. 86 inquit: Dignitas & gratia Virginis ex materna dignitate & propinquitate ad Filium Dei (qui fons gratiæ est) colligitur, ut divus Thomas Philosophatur. Sicut ergo humanitati Christi (quia Verbo Dei conjuncta fuit) summam & sine ulla mensura gratiam & sapientiam tribuimus (hoc enim ad gloriam incarnati Verbi & assumptæ ab eo humanitatis pertinebat) ita, quia post hanc sacram humanitatem nihil Verbo Dei conjunctius quàm Mater fuit, maximam illi gratiam & sanctitatẽ meritò debuimus. Unde & Angelus eam plenam gratiâ describit. Plenitudo

tudo hæc in ordine ad hanc dignitatem accipienda est: Stephanus enim gratiâ plenus fuit, nimirum Diaconatûs; Apostoli verò ad Apostolatus; Christus verò ut esset caput hominum & mundi Salvator: *MARIA autem ut digna esset Mater Filij Dei.* Lib. impress. Salmanticæ, anno 1586. in 4.

Item, in libro dicto: Compendio de la doctrina Christiana dividido en tres partes; La primera trata de los Articulos de nuestra santa Fe Catholica, &c. Compuesto por el Padre Maestro fray Luis de Granada de la Orden de Predicadores, traducido de lengua Portuguesa en nuestro vulgar Castellano por Fr. Juan de Montoya de la misma Orden, folio 158. adducit Sermonem de Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ, & incipit sic: Hoy celebra la Santa Madre Iglesia *la fiesta de la limpia Concepcion de nuestra Señora; es mucha razon por cierto, que celebremos el dia en que fue concebida aquella que fue principio de nuestra vida*, puerta de nuestro remedio, llave de nuestra redempcion y medianera de nuestra salud, y que digamos: *Bendito sea el año, el mes, y el punto en que amanecio esta luz al mundo y fue concebida* la que avia de concebir al Redemptor del mundo, y ser templo y morada de Dios; pues à este templo dize el Propheta conviene santidad, &c. Estas dos cosas fueron figuradas en aquellos dos templos del testamento viejo, el uno, que hiço Salomon, y el otro reedificado en tiempo de Zorobabel despues del captiverio de Babilonia. Estos dos templos concuerdan en ser ambos templos de un mismo Dios; y difieren, lo uno en la riqueza, y primores de labores, porque mucho mas rico y curioso fue el primero, que el segundo; y tambien difieren en la fiesta de la dedicacion de ellos: porque en la dedicacion de el primero todos cantaban, y loaban à Dios; mas en la del segundo, unos cantaban, y otros lloraban. Cantaban los que vian ya acabada aquella obra que tanto deseaban, y lloraban los que se acordaban de la hermosura y riqueza del tiempo pasado, y la diferencia que avia del uno al otro, del primero al segundo. Pues esto mismo nos acontece ahora en el dia de la dedicacion de estos dos templos mysticos de que hablamos. Y por el dia de la dedicacion entendemos *el dia de la Concepcion*, porque este dia fueron estos dos templos dedicados y consagrados; pues en el dia de la Concepcion del Hijo, todos cantan, todos loan à Dios, todos dicen que fue concebido del Spiritu sancto, y por eso, que su Concepcion fue santa, y limpia de todo pecado, y donde no ay pecado, no ay materia de lagrimas, sino de alegria y placer; mas en la Concepcion de la Madre unos cantan, y otros lloran; unos cantan diciendo: Toda sois hermosa amiga mia, y no teneis mançilla alguna; otros llorando dicen: Todos pecaron en Adan, y tienen necesidad de la gracia de Dios; mas todos concuerdan en que la sacratissima Virgen antes que naciese fue llena de todas las gracias, y dones del Spiritu santo, &c. Este paraiso fue el Alma de la sacratissima Virgen nuestra Señora plãtado por mano del Spiritu santo, donde estaban spiritualmente todas aquellas flores y frescuras, que en el primero, &c. Donde assi como aquel templo material de Salomon fue una de las mas famosas obras que huvo en el mundo, por que era cosa, que se edificaba no para hombre, sino para Dios; assi convenia, que este spiritual templo en que Dios avia de morar fuese una perfectissima obra, pues para tal huesped se aparejaba: porque qual convenia que fuese el alma, que el Hijo de Dios tenia tomada por especial morada, *sino llena de toda santidad, y pureza?* Y qual convenia que fuese la carne, de donde avia de tomar carne el Hijo de Dios, sino libre de todo pecado y corrupcion? Por que assi como aquel cuerpo de aquel primer Adan fue echo de tierra Virgen, antes que la maldicion de Dios caiese sobre ella, como cayo despues del pecado; assi convenia que fuese formado el cuerpo del segundo *de otra carne Virginal, libre y esenta de toda corrupcion y maldicion de pecado.* Por esto convenientissimamente es figurada esta Virgen por aquella arca del testamento hecha de la madera de Setin, que es madera incorruptible, para significar la incorrupcion, y pureza de esta santissima Virgen, &c. Lib. impress. Granatæ 1595. in 4. Vide alia ibi; nam totus Sermo est aureus pro hac materia.

LUDOVICUS de la Grottaglie sive Grotta, Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: Di satanola rinovata, impressa nell' Assuntione in cielo della universal Regina MARIA, à Fratre Bonaventura Veracruce de Aquaviva elaborato, fol. 24. scena 3. articulo 1. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; peccato originali*, in Poëmate Italico. Impress. Lycii 1642. in 8.

Item, fecit hoc Elogium semper Immaculatæ, nunquam non illibatæ, hominum, Angelorum, Dominæ, Reginæ, præelectæ, prædilectæ, Filiæ, Sponsæ, Matri, Filii, Sponsi, Patris:

MARIA

Vel nomen est nominum, vel omen est ominum.
Stat in Macrocosmo Ecclesiæ Microcosmus, Scripturarum Epilogus, gratiarum Pelagus.
Alterius Adæ Paradisus alter, SÆCULORUM NEGOTIUM, TRIADIS OTIUM.
Celsitudinum Celsitudo, Altitudinum Altitudo.
Summi, Supremi Opificis, Artificis, Figura, Pictura.
Vera PANDORA Deo suo non stupori, sed Amori.
IRIS RORIDA, PERSPICUE PERSPICUA,
Superis quæ penetrata radiis, versicolore dignitate triplici, Trinitatem depingit.
ROSA RUBENS in Mundo Rubo,
Cujus pulchritudinum pulchritudini, nil cùm haberet ulterius, præberet quod melius,
Imitatus Naturam Deus Naturæ, SOLAS DOLORIS ADDIDIT SPINAS.

ARCA NOETICA

Bitumine castitatis linita, in impudicitiæ diluvio ne pereat.
à sordibus haudquaquam purgata; Est præpurgata ne sorderet.
NUBES LEVIS, quæ sine peccati sarcina. VIRGA JESSENA absque Ficulneæ nodositate recta.
VIRAGO, de viro tamen non virulenta. EVA, sed altera, quæ dicit, AVE.

EJUS

In Genealogia reticentur Genitores, utpote gratiæ potiùs gnatula, quàm naturæ infantula.
Nascitur Spiritu obumbranda supero post refugas testamenti Umbras.
Ejus in carne Nativitas VERBUM Pignoravit carneum.
Dum Generatur, liber texitur Generationum;

Hancce etenim creaturæ, velut ad centrum cunctigenæ adeunt.
Trimula & lactea Deo devovetur, ut eadem celeritate Deus se illi devoveat.
Extrahitur è Templo, ut Dei fieret Templum.
Nolens in stomachum scientiæ Pomum deglutire, scientiam increatam à mente traduxit ad Ventrem.
Non cognoscens Virum, utero circumdedit VIRUM.
Generans, fit Hypostasis imitatrix ingenitæ.
Rapitur (supero salutante Aligero) Divinitus in Divina,
STUPET, COGITAT, CONTEMPLATUR,
Ut Divini intellectûs æmulâ cognitione concipiat.
IN MINIMA FACTA SUNT MAXIMA
Longitudo facta est brevis, latitudo coërcita, planata profunditas, altitudo demissa,
Lux non lucens, aqua sitiens, saturitas esuriens, salus patiens, vita moriens.
Verbo dicam: Factum est pro hominibus homo VERBUM.
Fœtu concepto, concito gradu Judææ montana Faticat;
CLAUDEBAT ETENIM SAPIENTIAM, QUÆ CUNCTIS MOBILIBUS MOBILIOR.
Ut Verbum mentis concepisse pronuntiet, continuò tendit ad vocem; quæ Joannes.
Vilibus cognatæ se mancipat officiis;
Originariam enim labem non validiori potuit unda, quam humilitatis abluere.
Peperit puerpera; ast in partu angores non sensit, quæ in delicto non consensit.
Purificatur, non ut sit, sed ut appareat munda:
Non enim egebat Purificationis lavacro, quæ jam Pepererat Fontem;
Non igne purgari, quæ Deitatis portaverat ignem.
Fulguravit animo dum fulguravit annis. Deo luxit, dum diù vixit.
Ne extra calculum tandem naturæ computaretur humanæ
Naturæ conditio, quod moreretur, vindicavit.
VERUM
Dum nullum mortis genus præstantius Amore,
Qui suaviter sauciat; qui deliciosè cremat; qui parentat, dum enecat; qui sacrificat, dum comburit;
Non cuspide doloris, sed sagittâ Amoris
SPIRITUM HALAVIT.
Nequivit mortua converti in pulverem, quæ in nihilum peccati conversa non fuerat.
NON PULVIS ILLA, quam densavit humilitas.
NON PULVIS, quæ semper Deo conglutinata.
NON PULVIS, ex qua novus Adam, non de terra terrenus.
NON PULVIS, quæ Cœlum effecta Animatum.
NON PULVIS, è qua Vita. NON PULVIS, quæ Templum immortalitatis.
In Horto sepelitur, ut instar Floris assurgat. Pigneratur Horto, ut recipiat Ortum.
QUID PLURA?
Circulum Numini perfectura suo, ad Deum redit, quæ à Deo venit.
Astitit in Cœlis à dextris, ut siniſtra è terris submoveat.
SISTE CALAME, SISTE,
Ne, qui tenuitate Icarius, ad tantum Solè liquescas;
Siste, quia REGINA sistit.
Ita magnæ Dei Genitrici, Divinæ Sophiæ Adjutrici, Doctorum Doctrici,
Virginum Virgini, Martyrum Martyri, Miraculorum Miraculo
Humilis, despicabilis PATER LUDOVICUS GROTTA, gratiâ Christianus, vitâ peccator, Professione Minorita, Studio Theologus, Stigmate servus, &c.

Impress. Lycii 1653. in charta expansa.

LUDOVICUS Hieronymus de Ore, Ordinis Minorum & Episcopus Conceptionis de Chile, in libro Coronæ sacratissimæ Virginis Mariæ, & Oratione dedicatoria ad sanctissimam cœlorum Reginam, Dominam Angelorum, advocatam peccatorũ *conceptam absq; peccato originali*, &c. pertotam.

Item, §. 5. & 6. fol. 16. docet: Quòd fuit revelata suis Parentibus; *& concepta absque peccato originali* &c. Impress. Matriti 1619 in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

Item, in Tractatu seu libro de Indulgentijs §. 4. fol. 11. inquit: Siquidem Beata Virgo fuit adeò munda, quòd omnes Sanctos superat puritate, & Angelos puritate, candore vincit lilia, & pulchritudine rosas dum ipsæ nascuntur de spinis, *MARIA verò fuit rosa sine spina, quia sine peccato concepta* & nata, quæ semper existens in culmine gratiæ, &c. Lib. impress. Alexandriæ 1606. in 4.

LUDOVICUS Hurtado de Ezija, Poëta Hispanus, in Cantione ad Beatissimam Virginem in suo transitu, inquit:

No à la ofensa primera,
Lei inviolable pena riguroſa;
MARIA en ansias y dolor tributa, &c.

Extat impress. cum alijs in lib. Sacrarij Toletani folio 8.

LUDOVICUS Jacob à Sancto Carolo, Ordinis Carmelitarum Gallus, in suo libro de claris Scriptoribus Cabilonensibus, affert omnes qui scripserunt *de Conceptione Beatissimæ Virginis*. Lib. Impress. Parisijs 1652. in 4.

Item, fecit Catalogum Scriptorum Carmelitarum *de Immaculata Conceptione Virginis*, cujus transsumptum habemus apud nos.

LUDOVICUS Janinus, Societatis Jesu, natione Gallus, edidit Coronam Augustissimæ Virginis Dei Matris approbatam Romæ à Magistro Sacri Palatij, in qua agit *de Immaculata Deiparæ Conceptione*. Impress. Lugduni 1645 sic Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. & in Bibliotheca fol 59. ex Auctore Alegambe, folio 319.

Item, in libro Vitæ Venerabilis Patris Alphonsi Rodriguez, lib. 2. cap. 12. plura ponit de prædicti devotione *ad mysterium Immaculatæ Conceptionis*, ac post alia concludit illum dixisse: *seu V. absque labe originalis conceptam, & hoc quia ab ipsomet accepi Virgine, affirmo*, &c. Vide alia apud P. Petrum Possinum, in libro Vincentia victus, folio 175.

LUDOVICUS de Leon Hispanus, super illud Apocalyp. 12. Mulier amicta sole, & illud: Resplenduit facies ejus sicut sol, & vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix, applicat ea ad Virg. MARIAM & vocat ipsam albam, *parum, & limpidissimum* speculum. Extat in 1. p. Florum Pastorum illustrium, fol. 171. Impress. Vallisoleti 1605. in 4.

LUDOVICUS Lopez, Historiographus Hispanus, asserit in libro dicto: Trophæa & antiquitates Imperialis Civitatis Cæsaraugustæ, fol. 244. *Quòd Ecclesia Beatæ MARIÆ de Columna Cæsaraugustana erecta fuit sub titulo Conceptionis.*

Item, Quòd prima festivitas celebrata in Eccle-

sii Columnæ Cæsaraugustanæ fuit *Immaculatæ Conceptionis MARIÆ Sanctissimæ*, à qua didicerunt omnes Hispani celebrare Festum Immaculatæ & illibatæ Conceptionis, folio 442. Lib. impress. Barchinone 1639. in 4.

Item, in Historia Dominæ nostræ del Pilar Cæsaraugustan. Comment. 26. §. 1. folio 323. Quomodò Ecclesia illa Dominæ nostræ del Pilar fuit vocata Hierusalé admirabilis *vel admirabilis Conceptio.* Lib. impress. Complut. 1649. in 4.

LUDOVICUS Ludovisius Bononiensis, ac S.R.E. Cardinalis Vicecancellarius Italus, scripsit Discursum factum in Ecclesia Sanctæ MARIÆ de Galeria *in die Conceptionis Sanctissimæ Virginis MARIÆ*. Impress. Bononiæ 1625. in 4. regali.

Item, pro decreto edito à Gregorio XV. Pontif. Maximo anno 1622 circa *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, multùm iuvit, ut dicitur in Purpur. Marian. folio 264.

LUDOVICUS Mæratius Trecensis, Societatis Jesu Gallus, in libro Disputationum in Summam Theologicam S. Thomæ, tomo 2. Tractatu de Deo, disput. 50. lectione 1. folio. 172. *Quòd in B. Virgine non fuit secutum peccatum originis, &c. quia fuit expulsum peccatum originale ne contraheret illa, &c.* Et in Tractatu de Peccatis, disput. 14. lectione 6. Quomodo traducatur peccatum originale & in quos? à folio 628. agit latè de præservatione Virginis à peccato originali, & inquit: Addo, etsi non absolutè potuerit, *ut Beata Virgo non contraheret debitum cadendi in peccatum originale, reipsa tamen eam illud contraxisse, &c.* Et probat latissimè. Lib. impress. Parisiis 1633. in folio magno.

LUDOVICUS Macinaghi de Varisio, Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: Theoscholium, *An Beatissima Mater Christi originalem labem contraxerit? Quæstionem unam*, quæ est in ordine 7. R. negativè. Impress. Mediolani 1653. in 12.

LUDOVICUS de Manganellis de Apolla, Ordinis Minorum Italus, in libro: Discursus præcabiles Theolog. speculativi in modum meditationum & soliloquiorum, per quos habetur expositio 1. & 2. Cant. Salomonis, juxta doctrinam & ordinem quæstionum Scoti in 1. lib. Sent. &c. in vita Doctoris Subtilis Scoti, sic inquit: Vim ingenij sui in omnibus præfert; sed peculiariter illius acumen Parisiis ostendit (ubi famosissimus est & fuit, ut ait Auctor Conformitatum, fructu & ut ait Pelbartus) præsertim proposita quæst. *de Immaculata Conceptione Virginis* omnibus Doctoribus. Quorum omnia argumenta contraria, cùm essent plusquam ducenta, memoriâ mirabili retexit & solvit, ipsosque confudit innumerabilesque superaddidit rationes probantes *præservationem Virginis candorem fuisse ab omni labe originali curelsomem, non sublevatione præstitum.* Unde Universitas Parisiensis tunc ipsi (admirando ejus profunditatem) Doctoris Subtilis cognomen dedit, imo propter lætam & triumphalem victoriam quam de tali cõtroversia Scotus reportavit, ipsamet magnifica Universitas Parisiensis ejus vexillum, ejusque opinionem secuta, per stuporem illesta & ratione devicta firmo publicoque voto *affirmavit Virginem sine peccato originali fuisse conceptam*, hancque opinionem magis conformem Sacræ Scripturæ, atque Patrum doctrinæ declaravit, ut manifestum est, eò quòd non graduatur aliquis in ea, *quin primò juret Immaculatam Conceptionem se defensurum fore.* Mox eadem Universitas suâ sponte jure se obligavit *festum Conceptionis* in Conventu Fratrum Minorum sua die quolibet anno frequentare, Episcopo Missam celebrante, atque Doctore ejusdem Universitatis Sermonem faciente. Ad cujus exemplum ferè universi Christianorum cœtus & urbes id ipsum exequi arbitrati sunt. Et unde hujus festivæ solemnitatis origo? Unde (inquam) originem traxit tam celebranda dies? à Scoti doctrina ejusque fervida devotione erga Beatam Virginem. Hinc rationabiliter ipsi Scoto à Thomatio Bozio hujus Conceptionis veneranda celebritas, ut principali Auctori, tribui videtur. Fertur enim ipsum in diebus vitæ suæ ore omnium publica voce vocari ab omnibus devotis Virgini per antonomasiam *Defensorem Immaculatæ Conceptionis*, immò etiam per parietes ad sui honorem ipsi scriptum tale encomium videbatur. Sed quid mirum, quòd cuncti Parisienses Doctores, civitas ipsa inclyta & ferè omnes ipsum secuti laudibus extollerent, postquam eadem Virgo MARIA ipsi Scoto caput inclinasse antiqua traditione perhibetur? Progressuro enim ad disputandum de Conceptione Virginis, ipsimet Virgini commendanti se illis verbis: Dignare me laudare te, Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos, ejus imago, quæ sculpta & marmorea erat, caput inclinavit, in cujus miraculi manifestationem adhuc videtur caput inclinatum in Sacello Regali, ubi illa imago reservatur, quæ tunc temporis in Collegio Sorbonæ venerabatur, in quo disputatio erat habenda. Sic in libro impress. Matriti 1615. in 4. Item, in 3. lib. dist. 3. quæst. 1. ad verba illa: Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea, habet *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Discursum unum. Vide ibi.

LUDOVICUS Martellius Florentinus, Poëta Italus, in Cantione ad Virginem MARIAM, inquit:

Vergine data al modo per essempio
De alta humilitade è di bontà suprema
Fatta di casta Virginetta Hebrea
Su nel ciel prima Dea
Piena de larga gratia è n' non scema est, &c.
Virgine saggia, Immaculata, & bella.

Extat in libro dicto: Il tempio, &c. folio 39. Impress. Venetiis 1613. in 12.

LUDOVICUS Miranda, Ordinis Minorum Hispanus, *pro Immaculata Sacræ Deiparæ Virginis Conceptione ab omni prorsus originali labe Defensione*, tom. unum. Salmanticæ 1626. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Pro tituli intelligentia.

Item, idem Hispanicè *de purissima & Immaculata Conceptione Dominæ nostræ*, tomum alterum. Impress. Salmanticæ 1621. in 4. incipit: Aviendo de tratar.

Item, in Directorio sive Manuali Prælatorum tomo 1. Tractatu de Sacris Monialibus, articulo 1. primæ quæstionis & articulo 9. & quæst. 3. artic. 1. agit de Monialibus *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1615. in fol.

Item, in Collationibus seu Practicis spiritualibus, &c. tom. 1. Collatione 13. fol. 108. de Nativitate Virginis MARIÆ, asserit: *Quòd Domina nostra fuit præservata à peccato originali, &c.* Et tomo 2. in Indice concionatorio *pro festo Conceptionis Virginis*

ginis MARIÆ Elenchum. Lib. impress. Salmanticæ 1618. in 4.

LUDOVICUS de Molina, Societatis JESU Hispanus, tomo 5. de Justitia & Jure disp. 50. tractatu 5. de Jurisdictione, columna 3080. inquit: Ob dissolutionem videlicet passionum pravasque meas inclinationes, quę ex peccato primi parentis amissa justitia originali, ratione illius in me redundarunt; quo proinde primi parentis peccato venundatus, ab eodem primo parente pretio apparentis boni, quo in illud consensit, sum sub peccato, quam maximè obnoxius illi effectus, &c. Omnes enim *infra Dominam nostram*, quamtumvis justi ac sancti, in peccata venialia saltem vi ac pondere sensualitatis pertrahuntur &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1609. in folio.

Item, in Commentario in primam partē D. Thomæ, quæst. 14. artic. 13. disp. 18. membro 4. folio 234. docet: *Quòd Virgo MARIA fuit confirmata in gratia & præservata ab omni culpa, &c.* Lib. impress. Lugduni 1622. in folio.

LUDOVICUS Monachus, Ordinis Clericorum Regularium, Messanensis Italus, in sua Septimana sancta, sermone 3. de Beata Virgine dolorosa, fol. 455 num. 4 Quòd Beata Virgo fuerit lilium convallium, quòdque in ea fuerunt flores virtutum unitæ cum lilio puritatis *in anima sua illibata & corpore Immaculato*, & quòd summa sanctitas ejus fuit associata puritate Angelica. Item, num. 5. ait: Sicut lilium inter spinas. *Quid habent tecum faciendum spinæ, ô lilium candidissimum? Spinæ sunt peccata, & tu ab omni peccato fuisti aliena.* Lib. imp. Romæ 1647. in 4.

LUDOVICUS Montesinus, Sacræ Theologiæ Doctor & primarię Cathedrę Theologię Compluti Moderator, Hispanus, in Commentariis in primam 2. D. Thomæ, to. 2. art. 3. disp. 11. quæst. 8. &c. Quomodò sit intelligenda illa propositio universalis Pauli: In quo omnes peccaverunt? inquit: Dico ergo primò: De fide est credendum, omnes descendentes ab Adam secundùm seminalem rationem, contrahere peccatum, & culpam originalem de facto. Hoc patet ex dictis contra Caietanum. Dico secundò: Ab hac universali nullus excipitur, *nisi Beata Virgo Deipara, &c.* Lege ipsum à folio 307. usque 314. Lib. impress. Compluti 1622. in folio.

LUDOVICUS de Montoya, Ordinis Eremitarum S. Augustini Hispanus, legendo ubique & prædicando constanter defendit *Beatæ Virginis Immaculatam Conceptionem* in quamplurimis Sermonibus hac de re habitis, qui propter sanctitatem viri & eruditionem asservantur manusc. in Bibliotheca Collegii de Gratia, cuius ipse fuit fundator. Ita Joannes à S. MARIA, folio 337. De quo etiam Marraccius in Bibliotheca Mariana, & in Catalogo ad ann. 1569. Pist. fol. 153.

LUDOVICUS Muñoz, Ordin. S. Augustini, in vita Venerabilis Marianæ Manzanedæ Abulensis agit de Monasteriis ab illa ædificatis *sub titulo Conceptionis, &c.* Lib. impr. Matriti 1645.

LUDOVICUS à Neapoli, Ordinis Minorum Italus, in descriptione reformatę Provincię Principatus, inquit: Sex capellę in honorem *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ V.* in hac nostra reformatione erectæ sunt, quarum vna in Conventu S. Francisci Stabiensis paucis abhinc fuit annis structa, Altare privilegiatum habens cum indulgentia plenaria pro defunctis in singulis Missis, à Sacerdote dumtaxat in eodem Conventu commorante, pro ipsis offerendis, per Gregorium XV. concessa secundo sui Pontificatus anno in Bulla, quæ incipit: Alias felicis recordationis Gregorius XIII, quam præfatus Gregorius XIII. alij Altari Beatæ MARIÆ de Succursu de Montanarijs nuncupato priùs concesserat; deinde ad Altare *Immaculatissimæ Conceptionis* per Gregorium XV. translata fuit. Altera Capella apud sacram ædem SS. Trinitat. dicata invenitur in Septempedano oppido apud Conventum S. MARIÆ Pacis. Tertia apud Serenum in Conventu S. Francisci à nobili Muscatorum familiâ fabricata. 4. in Montis-Corvini oppido apud Conventū S. MARIÆ Pacis. 5. in Conventu S. MARIÆ de Paradiso, ex Oliveto. Ultima in Ecclesia S. MARIÆ de Gratiis terræ Boccini. In his omnibus (Sereni & Boccini Capellis exceptis) devota sæcularium Fraternitas erecta est, quas in festivis diebus piâ religione colunt & magno pietatis ardore frequentant. Item, Altaria *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* ad senarium numerum ascendunt in diversis hujus reformationis Ecclesijs erecta: S. Laurentij Salernitanæ urbis. S. Francisci Brasciliani & Cilenti. S. MARIÆ de Gratijs in alio Cilentano pago, Pullica ab incolis nuncupato; ac S. MARIÆ de Consolatione in oppido S. Andreæ. Habemus manusc. in Archivo Ordinis Matriti.

LUDOVICUS Paccalia Gretanus, recitavit Orationem, id est, speculum Pythagoricum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. Romæ 1632. in 4.

LUDOVICUS de Padilla, Canonicus Raetanus, edidit Glossam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum alijs Granatæ, fol. 259.

LUDOVICUS Palavicin, Eques militaris de Alcantara, & Poëta Hispanus, scripsit Canzonem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut videre est in libro dicto: Relatio Panegyrica Gabriëlis Bocangel. Impress. Matriti 1653. in 4.

LUDOVICUS de la Palma, Societatis Jesu Provincialis in Toletana Provincia, Hispanus, in Historia sacratissimæ Passionis secundùm quatuor Evangelistas, cap. 38. fol. 392. *Quòd Beatissima Virgo MARIA nullum habuit peccatum, nec mortale, nec veniale, nec originale, &c.* Impress. Compluti 1624. in 4.

LUDOVICUS de Paracuellos, Cabeza de Baca Granatensis, disposuit Librum intitulatum: Elogios à MARIA Santissima consagrados en sumptuosas celebridades devotamente Granada, *à la limpieza pura de su Concepcion, &c.* Impress. Granatæ 1651. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in malogranato; & assumptum totius Operis declarat his verbis: Elogios sacros y triumphales celebraciones, que dedicò à MARIA Santissima el illustre, esclarecido, y Real Convento de San Francisco de Granada *en honor de su purissima limpieza.*

Item, edidit Librum sub hoc titulo: Triumphales celebraciones, que en aparatos Magestuosos consagrò Religiosa la Ciudad de Granada, *à honor de la pureza virginal de MARIA Santissima*, en sus desagrabios, &c. Et habet plura de Immaculata Conceptione ejusdem Virginis MARIÆ cum duplici imagine purissimæ Conceptionis, unam in principio & alteram in charta expansa ante

ante solium primum Operis. Impress. Granatæ 1640. in 4.

LUDOVICUS à Paramo, Borjensis Archidiaconus & Canonicus Legionensis Hispanus, *de sanctissima Conceptione Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione à peccato originali* Tractatum latum, seu Quæstionem, libro 3. quæst. 5. fol. 672. à num. 160. usque 210. de origine & progressu officij S. Inquisitionis. Matriti 1598. in fol.

LUDOVICUS Parrilla de Torres, ex Ordine Clericorum Minorum, in Panegyrica Oratione de Translatione imaginis Beatæ MARIÆ de la Cabeza, folio 13. inquit: Porque es tan grande, que caiendo en esa tierra Virgen, *no ofendida jamas de algun villano hierro, ni hollada de humana planta*, aquel grano de trigo de los Cielos, &c. Serm. impr. Granatæ 1642. in 4.

LUDOVICUS Perezius Pincius à Portillo, Poëta Hispanus, in Opusculo cujus titulus est: Magnificum & luculentum Opus de sanctissimo Domini nostri Jesu CHRISTI ortu, deque Christiferæ Virginis summis laudibus, &c. sic introducit Archangelum Gabriëlem loquentem cum Deipara:

——— *O pia Mater Ave.*
Gratiâ Ave plena! ô sæcli lux optima! Salve:
Est Dominus tecum corpore, mente tua.
O magis æternum salve benedicta per ævum!
Et fructus ventris, Virgo sacrata, tui.
Tu superexcedis, divinâ ô lege creata,
Quos dedit, aut ullo tempore terra dabit.
Posque Deum superis tu regnas ordine prima,
Cœlicolas omnes sanctificare super
Omnes tu meritis præstas, &c.

Lib. impress. Pinciæ 1561. in 4. Licèt non expresse declaret mysterium Immaculatæ Conceptionis, exprimit tamen illud æquivalentibus verbis, vocando Virginem gratiâ plenam, corpore & mente benedictam per ævum, id est semper, divinâ lege creatam, id est, particulari seu singulari lege, non juxta legem communem, &c.

Item, in libro cujus titulus est: Glossa famosa sobre las coplas de D. Jorge Manrique, &c. habet imaginem Virginis MARIÆ cum hac inscriptione: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et in principio:

O Regina poli lux & spes unica mundi.
Salve, quæ lactas ubere digna Deum.
Mente Patris summi, mundi ante es sæcula sola
Concepta, ut vitæ sola medela fores, &c.

Et ad finem in quadam Cantione ad Virginem MARIAM, fol. 63.

O sancta antes que nacida

Et infra, fol. 65.

O vos Virgen concebida
Sin mancha y sin pecado original
De Dios guardada y tenida
Tà quien sola ha preservado especial.
Decir Virgen el consuelo, &c.

Lib. impress. Vallisoleti, anno 1561. in 4.

LUDOVICUS Pittorius de Ferrara Italus, in Homiliario Quadragesimali, fol. 504. *pro die Conceptionis Virginis* adducit Sermonem. Lib. impress. Venetijs 1599. in 4.

Item, in libro: Omeliario, ò vero spositione sopra le Epistole & Evangeli, &c. folio 111. à tergo: *Nel dì della Concettione della Madona*, agit latè de candida, Immaculata Conceptione per Legendam unam. Impress. Venetijs 1548.

LUDOVICUS Ponce de Leon, Eques Sancti Jacobi, aliquando Navarræ Prorex, deinde Valentiæ, jam verò Gubernator Mediolanensis Status, scripsit juramentum seu votum *pro tuenda Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* editum à Misericordiæ domo Hispalensi. Impress. in charta expansa 1653.

Item, recepit votum factum à Congregatione Conceptionis Virginis MARIÆ pro defensione ejusdem mysterij *Immaculatæ Conceptionis*, in Domo professa Civitatis Hispalensis die 24. Februarij 1653. Ex Leone.

LUDOVICUS de Ponte, Societatis JESU Hispanus, in Cantic. Canticor. cap. 1. exhortatione 11. *pro festo Conceptionis Beatæ Virginis* sub hoc titulo: De singulari modo, quo Deus in Sacramento tribuit osculum reconciliationis & gratiæ infantibus, qui illud non petunt, & *osculatus est Beatissimam Virginem in primo instanti suæ Conceptionis; de sanctificatione Beatissimæ Virginis in primo instanti Conceptionis* §. 1. Prima ratio ex dignitate Matris Dei §. 2. Secunda ratio ex victoria Christi per Matrem contra diabolum §. 3. Tertia ratio *ex redemptione Christi modo præexcellentissimo applicanda suæ Matri* §. 4. De eodem privilegio cum alijs duobus simul concessis Virgini §. 5. Item, Quòd virtutes dilexerunt MARIAM, & *illa illas ab instanti Conceptionis: quòd fuit pulchra sine ulla nigredine culpæ, quòd inter alias filias Evæ fuit lilium inter spinas ab instanti suæ Conceptionis &c.* Vide indicem, tom. 1. verb. MARIA Dei Genitrix. Impr. Parisijs 1622. in fol.

Item, tomo 2. Quòd prænuntiata fuit cùm dictum est serpenti: Inimicitias ponam inter te & mulierem. *Quòd concepta est sine peccato originali, & semper fuit tota pulchra, & sine macula.* Quòd contraxit debitum peccati originalis tantùm radicale, non actuale. Quomodò sub arbore malo, in qua corrupta est Eva, suscitata est Virgo, ut innocens permaneret? *Quòd ab instanti Conceptionis pacem reperit coram Deo. Quòd à Conceptione cognovit per fidem Christum venturum*, desideravit & perquisivit ejus adventum. Vide dictum tomum 2. verb. MARIA Mater Dei, Conceptio ejus. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum an. 1622. in folio.

Item, tomo 1. suarum Meditationum 2. parte, meditatione 3. puncto 4. agit de decreto, quod Deus fecit ad hoc, ut ex fœmina carnem assumeret, & de electione Dominæ nostræ, ut esset Mater ipsius, *ac de singularibus gratijs ad hoc sibi concessis in instanti suæ Conceptionis* Meditationem unam. Lib. impress. Vallisoleti 1603. in 4. & Coloniæ 1613. in 8. & Italicè 1636. in 4.

Item, in libro dicto: Compendium seu Breviarium Meditationum, *de Conceptionis Immaculatæ Beatæ MARIÆ Virginis privilegijs* punctum unum. Lib. impress. Romæ 1626. in 4.

Item, in libro de Beata MARIA Virgine, *purissimam ipsius Conceptionem* omni argumentorum & rationum supellectili confirmat, lib. 1. à cap. 5. usque ad 8. Ita Joannes Ant. Velazquez.

Item, in Ducatu spirituali de Oratione, Meditatione ac Contemplatione Italicè, part. 1. tract. 2. §. 3. folio 542. *Quòd ab instanti suæ Conceptionis fuit MARIA filia lucis* absque mixtura tenebrarum, latè. Lib. impress. Romæ 1628. in 8. & Hispanicè Matriti 1614. in 4. folio 372. & Vallisoleti 1609. in 4.

Item, in ejus vita scripta per P. Franciscum Cachupin, lib. 1. cap. 2. n. 25. fol. 11. dicitur, quòd cùm dubitasset semel *de puritate ac præservatione Virginis MARIÆ in sua Conceptione Immacul.* fuit per multos dies in maxima animi & spiritûs desolatione, quousque voto emisso, ad pristinam redijt animi & conscientiæ tranquillitatem. Ibidem etiam dicitur, quòd cùm suorum Magistrorum præcepto vellet in publicis Assertionibus defendere Virginem MARIAM fuisse in originali peccato conceptam, statim oblitus fuit omnium, quæ memoriter reportabat pro sua palestra, quousque emisso voto coram imagine Virginis *de tuenda deinceps Immaculata ejus puritate*, omnia ad ad memoriam fideliter redierunt, &c. Lib. impr. Salmanticæ 1652. in 4.

Item, in vita Venerabilis P. Balthasaris Alvarez, cap. 26. fol. 111. agit de consolatione habita *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1615. in 4.

LUDOVICUS de Prusia, vel de Bilberg, vel Himberg, antea nominatus Joannes cognomento Wolgemuth, Ordinis Minorum Italus, scripsit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Quæstionem unam, occasione sumptâ ex dictis de decimatione in lib. intitulato: Trilogium animæ, laborato in civitate Brunensi, in Marchionatu Moraviæ anno 1493. part. 1. cap. 8. Impress. Nurembergæ anno 1498. in 4.

Item, 3. part. cap. 32. littera R. de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ aliqua refert scitu dignissima; præcipuè loquendo *de eadem Immaculata Virginis Conceptione*, inquit: *Unde in protestationem Immaculatæ Conceptionis nostræ Dominæ*, honoremque S. Annæ genitricis ejusdem, nonnulli Zelatores incorruptæ Virginis in fine Salutationis Angelicæ subscriptam dicunt oratiunculam, quam referunt cuidam devotissimo à Virgine Domini Matre è cœlo allatam. Oratio: Benedicta sit S. Anna, *ex qua sine originali macula processit dulcissimæ MARIÆ intemerata caro Virginea*. Amen. Super quam orationè composita est Collecta. Versiculus: Orapro nobis Dei innocentis Genitricis genitrix B. Anna. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oratio: Deus, qui de B. Annæ matris utero dulcissimam Virginem MARIAM, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur (*Spiritu Sancto præservante*) *absque macula originali carnem suscipere voluisti*: præsta quæsumus, ut qui eam dignissimam matrem Immaculatæ Genitricis Dei cognoscimus, Filiæ Matrisque precibus (concupiscentiæ diminuto fomite) ad declinandum à malo, & ad faciendum bonum proniores efficiamur. Per eundem Dominum &c.

LUDOVICUS de Resa Vera & Esquivel, Hispanus Poëta, edidit Cantionem *pro Immaculata ac Sanctissima Virginis MARIÆ Conceptione*, quæ extat apud Feriol de Concep. folio 55.

Item, in alia Cantione, inquit:

De una niña en cuios rayos
Los del sol nacen à escuras
sin crepusculos de sombras
Y sin invasion de puntas.

Extat cum aliis in libro Ludovici de Cubillos, folio 123. Impress. Granatæ anno 1640. in 4.

LUDOVICUS Richeome, Societ. Jesu Gallus, in lib. cujus titulus est: Le Pelerin de Lorette acclomplissant son vœu fait à la glorieuse Vierge MARIE Mere de Dieu, pleine de tres belles & devotes meditationes sur la doctrine Chrestienne & Catholique, cap. 97. folio 144. adducit Meditationem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, late usque ad folium 248. Lib. impress. Atrebati 1611. & Coloniæ 1612. in 8. regali.

Item, in lib. Idololatria Hugonotica, sive Luthero-Calvinica, lib. 5. cap. 24. agens de quodam hæretico Cadurio ministro Calviniano, qui ad Deiparam Virginem infamandam librum edidit, quē R. P. Valentinus Gerardus Societatis Jesu solidè refutavit; & loquens de cultu serpentium, pro omnimoda puritate Virginis MARIÆ aliqua adducit, concludens sic: *At verò quid mirum est, vos creaturam peccatricem atque adeò peccatis infectam facere, cum Creatorem ipsum peccati auctorem esse doceatis?* &c. Lib. impress. Moguntiæ 1619. in 8.

Item, in libro: La sacrée Vierge MARIE au pied de la Croix, &c. fol. 14. inquit: Quand il recitoit souvent ces paroles: *Tu es toute belle ma bien amée & il n'y à tache aucune en toy*. Lib. impress. Parisijs 1603. in 8. Vide alia ibi.

LUDOVICUS de Rivera, Poëta Hispanus, in lib. Sagradas Poëfias, fol. 215. vocat Virginem MARIAM *Espejo no manchado de luz perpetua &c.* Impress. Hispali 1612. in 4.

LUDOVICUS Sanchez Hispanus, edidit Librum hoc titulo: Reglas è instruciones *de la Congregacion de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora* con otras devociones. Impress. Matriti 1630. in 16. & dicatus ipsi Virgini MARIÆ absque originali peccato conceptæ.

Item, typis mandari fecit Tractatum R. P. Vincentii Iustiniani Antist *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Matriti 1625. in 8.

LUDOVICUS Sarti de Piano Italus, in libro: Origine è fundatione di tuttele chiese che di presente si trovano nella citta di Bologna, &c. fol. 74. agit de Monasterio Monialium seu Sororum *Beatæ MARIÆ de Conceptione*. Lib. impress. Bononiæ 1633. in 4.

LUDOVICUS de Schildere, Societatis Jesu S. Theologiæ Professor Lovanij, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia, Conclusione 6. de Peccato habituali, sic inquit: *Dicta de originali & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroq; immunis fuit*. Impress. Lovanij 1650. in 4. & habitæ die 21. Novembris & 22. & 23.

Item, in Thesibus habitis die 24. Julij 1652. Thes. 12. hæc habet, loquendo de peccato originali: *Ab illo omnique ejus debito Mater Dei exempta fuit*. Impress. Lovanij in 4. Et idem defendit an. 1553. die 28. Julij.

Item, in Theologia habita die 27. & 28. Julij anno 1648. Thesi 11. de Peccato habituali, originali & veniali, hæc habet: *Ab illo omnique ejus debito Dei Matrem eximimus*. Impress. Lovanij in 4. Et hoc idem defendit eisdem verbis die 7. Julij anno 1649. Et anno 1647. die 16. Julij Thesi 11. hæc habet: *Ab illo omnique eius debito seu proximo, seu remoto Beata Virgo immunis fuit*. Hoc commodè explicare potest is, qui decretam Incarnationem ante Adæ lapsum prævisum admittit. Impress. Lovanij in 4. Et anno 1646. die 24. Julij hæc dicit: *Ab illo omniq; ejus debito, non pro tantum fundamento; sed etiam solido Dei Mater eximitur, &c.* Impress. Lovanij in 4. & idem die 4. & 5. Julij 1645. & die 5. Julij anno 1644.

LUDO-

LUDOVICUS Sidereus, Societatis Jesu Italus, parte 2. de Via cœli, practica 1. de devotione ad sanctissimam Virginem, cap. 1. fol. 2. docet: *Quòd MARIA Virgo fuit in se sanctissima*. Item, de duodecim privilegijs sanctissimæ Virginis, in primo privilegio prædestinationis asserit, Quòd MARIA Mater Dei fuit causa nostræ prædestinationis & finis universi. Item, fol. 27. privilegio 3. Quòd fuit sanctissima MARIA per *immensitatem gratiæ*, per eminentiam virtutum, & per abundantiam donorum. Lib. impress. Romæ 1654. in 12.

Item, in libro: Idea del Christiano ô vero instruxo per vivere Christiana mente, in summario devotionum, ubi adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis*, agit de festivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ*, folio 228. Impress. Neapoli 1645. in 12.

LUDOVICUS Tello de Olivares, Canonicus Magistralis Granatensis Hispanus, in Sermone de solemnitate Purificationis Virginis MARIÆ, fol. 4. agit de ejus *Conceptione Immaculata absque culpæ venenosæ*. Impress. Granatæ 1655. in 4.

Item, in approbatione libri Ludovici de Paracuellos profitetur *mysterium puræ Conceptionis Virginis MARIÆ* Impress. Granatæ 1651. in 4.

Item, in Corona duodecim stellarum Virginis Mariæ, stella 5. fol. 5. inquit: Y con mucho fundamento, porque Adam y Eva fueron en la natural hermosura los que tocaron la ultima linea, como efectos primeros de la omnipotencia en lo humano, *cuya hermosura, y perfeccion fue congruente, que hiziesse Christo y MARIA, como archivo de todas perfessiones y erario de todas riquezas*, &c. Serm. impress. Granatæ 1638. in 4. Istæ propositiones universales omnes plenitudines atque perfectiones tam animæ quam corporis videntur comprehendere.

LUDOVICUS de Tena, Doctor Complutensis & in Academia primarius Theologiæ Professor pro Cathedra Scoti, Canonicus Toletanus, & mox Episcopus Deturfen. Hispanus, fecit Sermonem in Ecclesia majori Barchinonen. die 25. Novembris anno 1618. cùm ipse Episcopus, Civitas & Universitas facerent solemne Juramentum seu votum *perpetuò defendendi purissimam Conceptionem Immaculatæ Reginæ cœli Matris Dei & Dominæ nostræ* in omnibus actibus publicis prædictæ Universitatis. Impress. Barchinone 1618. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, *Quòd Beata Virgo MARIA in eodem instanti suæ Conceptionis fuit præservata ab originali per infusionem gratiæ*, quia ita congruebat ejus dignitati Materali, juxta illud Psalm. 45. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, in libro 2. Isagoge sacræ Scripturæ, difficult. 12. sect. 12. fol. 148. Impress. Barchinone 1619. in folio.

Item, in Epistol. ad Hebræos cap. 7. difficul. 5. fol. 461. num. 6. *Quòd Virgo MARIA caruit originali peccato, quia ab ipso fuit præservata*, non tamen à debito illum contrahendi, & sic fuit in Abrahamo deciman, Christus verò non; & hæc fuit differentia inter utrumque, &c. Lib. impress. Matriti 1609. in folio. Et ibidem in indice concionatorio *pro Conceptione Virginis MARIÆ* ponit Elenchum.

LUDOVICUS de Torres, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro 1. In Antiphonam Salve Regina, declamationes sex, decl. 1. folio 14. ait: Radicavi (inquit in persona ejus Spiritus S.) in populo honorificato, quoniam meus honor altiores radices, & profundius fundamentum habet, quàm honor aliorum Sanctorum, magisque radicatus est, ita ut nunquam periculum sit futurum de ejus jactura, sicut fuit de dispendio aliorum, qui aliquando periclitabantur & commovebantur à vento. *Hoc autem tabernaculum Beatissimæ Virginis ita erat sanctificatum, ut non sit timendum, quòd Deus in illo commoveretur aliquando.* Alios enim tanquam unâ manu sustentabat Deus ne cadant, & sic David ad ipsû loquens: Tenuisti manum dexteram meam. Hanc autem sicut alterum Salomonis thronum duabus manibus continebat, &c. In alijs est Deus, sicut apparuit Moysi & Abrahæ in rubo & inter vepres, pungebaturque in illis saltem venialibus culpis: in hac verò fuit Deus sicut in horto deliciarum & paradiso voluptatis, ubi nullæ sunt spinæ; & ita in persona eius loquitur Spiritus Sanctus: Ego flos campi, non tribulus, non spinetum, sed id quod delectabile & odoriferum; & subdit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Alij enim ad ipsam comparati spinæ pungentes sunt, *ipsa verò lilium summe delectans*, &c. Vel ideo Regina vocatur mulier hæc sanctissima pallio Solis amicta, quia omnes aliæ creaturæ solvunt, *ipsa verò libera existit, atque immunis*, &c. Regina quoque etsi aliis causis, hac tamen potissimâ nuncupatur, *quia nunquam peccato acquievit, nunquam dæmoni consensit. Quis autè liber sic fuit à peccato sicut Domina nostra, quæ non tantùm non peccavit, sed neque peccare potuit?* Tantò enim ab uno extremo recedit quis, quantò propiùs accedit ad alterum contrariû. Quis autem tam propinquus & proximus fuit Deo, sicut illa? *Quisve tã elongatus à malitia & peccato?* &c. Supra dicta licèt generaliter prolata, indicant tamen satis clarè mentem, & Auctoris sententiam circa puritatẽ Deiparæ. Item, infrà declamatione 2. fol. 64. Et quoniam non meritis, neque justitiâ nostrâ erat hoc opus perficiendum in utero V. hanc intuitus subjungit: In terra deserta, invia & inaquosa sic in sancto apparui tibi, scilicet in diva Virg. terra sacerdotali *non subdita peccatis, neque tributo*, quod exposcebat diabolus exactor. Alii tributa aliquando persolverunt dæmoni, saltem obolum peccati venialis, *hæc omnino libera à peccato fuit*. Ab aliis impius Babyloniæ Rex exigebat vectigalia per carnis concupiscentiã, ab hac nunquam. Terra fuit Beatissima Virgo paradisi, quæ non produceret spinas, neque tribulos: terra benedicta, de qua alibi Propheta: Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob, remisisti iniquitatem plebis tuæ, &c. *Quoniam non tantùm liberata est Regina nostra Beatissima ab iniquitate & peccato*; sed per illam omnes à servitute durissimi tyranni &c. Item, declamat. 3. folio 98. In uno crine colli tui; quia nihil erat in D. V. quod Deo non esset summè gratum: etiam capilli capitis ejus omnes numerati erant; *tota pulchra, tota formosa & suavis*, sicut Sol, in quo nihil est tepidum, nihil tenebrosum, nihil suboscurum sicut Sol, &c. Lunaque stultitiæ sub pedibus ejus conculcata existit, immo & ipse pater fatuorum omnium (qui in multitudine negotiationis suæ perdidit sapientiam suam) sub pedibus ejus conculcatus mansit, quia nimirum ipsa est quondam promissa mulier serpentis antiqui caput contritura, &c. Quàm pulchri sunt gressus tui! quoniam ex primo gressu & ex primo actu; qui est velut prima deambulatio, superavit omnes aliorum gressus: ferventior enim fuit primus actus charitatis divæ Virginis, quàm ultimus

mus & consummatus aliorum: alij fuerunt facti sancti à Deo magno labore, habuitque se Deus cum illis ad modum artificis statuarij, qui ex lignis lævigatis & dolatis in quibus multa sunt resecanda vel læviganda, statuam vel effigiem operatur; ex imperfecto enim ad perfectum devenerunt. Neque repente summus quisquam eorum factus est; sed per rivulos ad sapientiam & sanctitatem discurrêre. Cum hac autem Regina nostra habuit se Deus ad modum pictoris, cujus munus non est dolare vel secare aut detrahere, sed potiùs addere & superponere absque tali labore, magno tamen ingenio & arte, &c. Ut non tantùm nomineris, & sis Dei & Principis filia, sed etiam Mater: *Ad illum enim puritatis & sanctitatis gradum pervenisti, ut congruè Dei Genitrix esse posses. Omne, quod in te repertum est, aurcum est, non vile neque abjectum quidquam, sed gratia super gratiam in te fuit, & cumulus gratiarum*, &c. Hæc Domina nostra, quæ post Christum est prima prædestinata, & ad majorem post ipsum gloriam exaltata, *& ab initio & ante sæcula prævisa ut congrua esset Mater Dei, & in initio viarum Dei possessa*, antequam quidquam faceret Deus, quoniam à principio & ex antiquis Patribus ordinata, electa & præelecta, ut in illius tabernaculo habitaret: & certè similima fuit Filio Dei, &c. Item, declam. 4. fol 163. Quæ autem pura creatura sic à peccato recessit, sic à malo culpæ elongata fuit, sicut Beatissima Virgo? *Nulla certè, quoniam non tantùm non peccavit, sed neque peccare potuit*, non quidem ratione naturæ creatæ, quæ defectibilis & peccabilis est (si secundùm se consideretur) peccabilis quidem erat advocata nostra ratione naturæ, &c. Non serviebat Deo & mammonæ, quæ Dei ancilla in verbo, cogitatione & opere semper erat: non claudicabat in duas partes sicut omnes alii filij Adam, qui modò ad dexteram, modò ad sinistram, modò adversitate depressi, modò prosperitate elati declinant aut cadunt; *ipsa semper recto tramite incessit, nunquam inimico & hosti communi gratum aliquod fecit, quin potiùs semper illi infesta, semperque inimica*: utpote quòd amantissima Dei semper extitit, &c. Ad Mariam recurramus: pura siquidem humanitas in Maria, *non pura tantùm ab omni contaminatione, sed & pura singularitate naturæ extitit*. Item, declam. 5. folio 216. Terra medium est mundi, infimum elementum, quieta & firma manet: terra enim semper stat frigida & sicca, cuique omnes innitantur, & quæ omnes sustentat; *sic tu Beatissima Domina terra es non maledicta*, &c. terra fructifera, quæ nunquam in salsuginem convertetur, sicut prima mater Eva. Nubes etiamsi ex aqua amara generatur, dulcem tamen liquorem ipsa destillat; sic & nubes nostra etiamsi à mulieribus peccatricibus exorta, *ipsam tamen in nullo peccato læsit*. Lib. impress. Romæ 1592. in 8.

LUDOVICUS à Turri de Verona, Ordinis Minorum Italus, scripsit eruditissimum Librum sub titulo: *Compendium Virginei honoris, & defensionis innocentissimæ Conceptionis*, &c. Ultima prædicti libri verba talia sunt: *Opus benedictissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* per venerandum, & sacrarum Litterarum Doctissimum Interpretem Fratrem Ludovicum à Turri de Verona Ordinis Min. Observantiæ devotissimè editum, contra libellum invectivarum Religiosi innominati turpiter de Apostolico Ordine, immo de Virginea innocentia oblo-

quentis, explicit. Impress. Brixiæ per Boninum de Boninis de Ragusia, & completum 18. Augusti infra octavam ejusdem Immaculatæ Virginis anno Domini 1486. in 4. Extat etiam hoc Opus MS. Coloniæ.

LUDOVICUS Vail, Gallus & Episcopus, in libro dicto Gallicè: La Theologie affective, ou Saint Thomas en Meditation sur la partie seconde de la secunda tom. 1. fol. 164. par. 2. meditatione 2. sub hoc titulo: *Explication de la Conception Immaculée de la sainéte Vierge*, agit latè.

LUDOVICUS Vanegas, Ordinis Prædicatorum Hispalensis, in suo Mariali adducit aliquas Conciones *de Concept. V. MARIÆ*. Prima incipit: Notatu dignissimus, &c. Secunda: Sapientissimus Rex. Tertia: Notanda sunt illa. Quæsta: Hodierna dies, &c. ubi plura pro sanctitate & immunitate V. Impress. Friburgii 1624. in 4.

LUDOVICUS de Vargas Manrique, Doctor & Poëta Hispanus, edidit Carmina Hispanicè *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Antonius de Leon in Biblioth. classe 8.

LUDOVICUS Velazquez, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam ad Summum Pontificem Paulum V. circa definitionem *mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis*. Extat impress. apud Ant. Dazam Tract. de Concep. folio 189.

LUDOVICUS Velluga, Doctor in Academia Toletana Hispanus, in libro inscripto: Vitæ duorum, qui primas obtinent in Regno Dei, Christi scilicet atque Deiparæ, &c. *de Beatæ Virginis MARIÆ parentibus, ac ejus Immaculata Conceptione* adducit revelationes novem cum duabus notis. Quæ omnia videri possunt à folio 170. usque 178. Lib. impress. Conchæ 1531. in 4. In principio verò habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

LUDOVICUS de Vera, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Approbatione libri Hippolyti de Olivares fatetur *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*. Lib. impress. Limæ, anno 1631. in 4.

LUDOVICUS de Ulloa & Pereira, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & extat in Relatione panegyrica Ordinis Militaris de Alcantara, fol. 79. Lib. impress. Matriti 1653.

LUDOVICUS VI. Gallorum Rex in diplomate dato Patribus Præmonstratensibus ad annum 1155. dicit se per revelationem à Beata Virgine accepisse, *in honorem suæ purissimæ Conceptionis* Ordinem candidum à B. Norberto fundari, &c. Vide Euseb. Nieremb. cap. 7. folio 56. de perp. object. Conceptionis, & in libro de Excep. cap. 26. fol. 439. ubi adducit auctoritatem.

LUDOVICUS de Urieta, Ordinis Prædicatorum, in Historia Ecclesiastica, Politica, Naturali, Morali Regnorum Æthiopiæ, libro 2. cap. 4. folio 394. De la protestacion de la Fe, que hicieron los Embaxadores del Preste Joan en persona suia, y de todo su Imperio en el Concilio Florentino, presidiendo Eugenio IV. summo Pontifice, loquendo de Amadeo Antipapa, hæc dicit: Y con este Antipapa los del Concilio de Basilea, como con cabeza de lobo, querian espantar à Eugenio legitimo Summo Pontifice, y con el hicieron en Basilea muchas sesiones y estableci-

cieron

cieron canones, determinando por de fee muchos disparates, como consta del mismo Concilio, y en la sessiõn 36. determinaron por de fee, *que la Virgen MARIA y Madre de Dios y Señora nuestra fue concebida sin pecado original*, pero el Papa Sixto IV. hizo una Decretal en que descomulga al que dixere ser de fee lo uno, ò lo otro, &c. Et cap. 13. lib. 2. folio 557. loquendo de festivitatibus Æthiopum, inquit: Agora que communican con la Iglesia Latina han recebido muchas festividades, de las quales ellos no tenian notitia, asi de sanctos como de la Virgen, de la qual celebran *la purissima Concepcion*, su Nacimiento; la una à 8. Diciembre, la otra à 8. de Setiembre; la fiesta del Sanctissimo Sacramento, &c. Lib. impress. Hispanicè Valentiæ 1610. in 4.

LUDOVICUS Vulgliengue, Ordinis Prædicatorum Pedemontanus, in libro: Le thresor des indulgences du sainct Rosaire, &c. folio 58. de indulgentia plenaria *pro die & octava Conceptionis* in S. Maria Rotundâ, Aracœli & de Populo, & Domina nostra de Pace. Et folio 65. in Litania: *Per sanctam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Parisiis 1604. in 12.

LUDOVICUS Ximenez de Lara, Doctor Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Sermon predicado en el grandioso quincenario de fiestas, que la insigne Cofradia de los Nazaros y santissima Cruz de Jerusalem, sita en la Iglesia del glorioso Padre San Antonio Abad de esta ciudad de Sevilla, ha celebrado en hacimiento de gracias à la Magestad de Dios nuestro Señor, por el Decreto que la Santidad de nuestro muy Santo Padre Gregorio XV. pronunciò en favor *del sagrado mysterio de la Concepcion Immaculada de la Reyna de los cielos MARIA Señora N.* en 24. de Mayo de 1622. Impress. Hispali 1622. in 4. cum imagine Immac. Concept.

LUDOVICUS Zacconi de Pesaro, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, agit *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* ad diem 8. Decembris in Compendio omnium festivitatum Sanctorum, &c. Impress. Venetijs 1602. in 4.

Item, de eadem *Conceptione Virginis MARIÆ* Commemorationem verb. Maria, folio 441. Impress. Venetijs in 4.

LUDOVICUS Zibas Zynus, Ordinis Minorum Polonus, descripsit Conventum Siracovien. sub hoc titulo *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*; ut videre est in Chronologica relatione Provinciæ Poloniæ manuscripta folio 608. Item, descripsit Conventum Suecensem in Diœcesi Uladislavien. sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, ibidem fol. 615. Item, Conventum Rozminensem sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Reginæ cœlorum*, fol. 138. Item, Conventum Lanciensem sub eodem titulo *Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ*, fol. 30. Item, de Monasterio Monialium S.P.N. Francisci Collisiensi sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, fol. 692. Est in folio regali scripta.

LUDOVICUS Zibramontis Mantuanus Italus, in libro Meditationum & Contemplationum de Beata Virgine Maria, in multis locis affirmat Quòd ipsa fuerit Mater plena gratiâ, *criminis omnis nescia; & antequam terra fieret, terræ sanctæ, id est, Virgo MARIÆ stetit in divina mente Conceptio.* Et passim: Quòd fuit *Immaculata, sancta & intaminata, sine macula, spinâ carens, & quòd non perdidit gratiam, ut Adam.* Lib. impress. Venetijs 1600. in 4.

LUDOVISIUS, Cardinalis S.R.E. & Archiepiscopus Bononiensis, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*, quem cum aliis edi curavit Matthæus Sagaci Canonicus S. Petronij Bononiæ 1616. Extat à folio 17.

LUISIUS Alvarez Toletanus, Ordinis S. Augustini Doctor Hispanus, scripsit Sermones *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad annum 1576. & in Biblioth. fol. 67.

LUISIUS de Aparizio, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in lib. de Cultu debito sanctis primis parentibus Adamo & Evæ, concluf. 4. num. 6. affirmat *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, ut refert Sylvester de Saavedra, lib. de sacra Deipara, disput. 16. sect. 14. num. 658.

LUISIUS Legionensis, Ordinis S. Augustini, ad finem explanationis Canticorum Salomonis, in Carmine ad Dei Genitricem ex voto, folio 446. inquit:

Abscede impietas, jam penetralia
Cœli sacra patent.

Et infra habet alia Carmina, quæ Virginis puritatem incontaminatam videntur respicere. Lege ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1589. in 4.

LUISIUS Turrianus, Societatis Jesu Hispanus, in Selectis Disputationibus Theologicis, Scholasticis, Moralibus, disp. 14. dubio 1. part. 1. folio 79. inquirendo: Quid sit debitum contrahendi peccatum originale? Dubium 2. est hoc: *An Beata Virgo peccaverit in Adam?* Item, Dubium 3. *An Beata Virgo habuerit debitum contrahendi peccatum originale?* Negativè. Dubium 4. *An mereatur Censuram opinio asserentium Virginem non contraxisse debitum peccati originalis?* Dubium 5. Quomodò sit philosophandum secundùm nostra principia in hac materia? Dubium 6. *An post sanctificationem manserit in Beata Virgine debitum peccati originalis?* Negativè. Dubium 7. *An si Beata Virgo habuisset peccatum originale, Christus ex illa nascens illud contraheret?* Item, Dub. 10. *An Beata Virgo viderit in primo instanti suæ Conceptionis divinam essentiam?* Item, part. 2. disput. 31. fol. 315. Dubio 1. *An hoc tempore mereatur Censuram asserere, quòd qui mortem pateretur pro defendenda Conceptione Immaculatæ Virginis ab originali, esset Martyr?* Dub. 2. *An sit contra decreta Pontificum in hac materia de Conceptione asserere, quòd potest à Pontifice definiri una pars hujus controversiæ?* Dub. 3. *An possit definiri, quòd Beata Virgo non habuerit debitum contrahendi peccatum originale?* Lib. impress. Lugduni 1634. in folio. Legatur inibi Auctor.

LUITPRANDUS Subdiaconus Toletanus, ac Ticensis Diaconus, ac tandem Cremonensis Episcopus, in Chronicon Era 714. ad annum Christi Domini 676. num. 131. folio 352. inquit: Beatissima sedes de Columna in urbe Cæsaraugustana, quæ constructa est jussu Virginis à Beato Jacobo cùm in Hispania prædicavit, anno 37. à Nativitate Domini, & consecrata ejusdem *Immaculatæ Conceptioni* (quam omnes Apostoli prædicaverunt ubique) hoc tempore celeberrimo multorum peregrinorum contubernio visitatur. Lib. impress. Antuerpiæ 1640. in fol. & Mantuæ

Carpentanorum 1635. in 4. licèt ponat æram 715. an. Christi D. 677.

LUPUS Fœlix de Vega Carpio, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci, Poëta celeberrimus Hispanus, in libro dicto: Pastores de Belen, Prosa y versos, in soluta oratione, fol. 16. inquit: Advirtiendole con esto, que Ana su muger concibiria una hija llamada MARIA, *que aun en su misma Concepcion seria del Spiritu divino*, &c. Item, ibidem in ligata oratione, folio 98. inquit:

Vos propiciatorio santo
Vos templo de Salomon
A donde golpe de culpa
En ningun tiempo se oyò.
Vos limpia Virgen hermosa
Desde vuestra Concepcion
Que como le fue posible
Quien os hizo os reservò.

Vide alia quamplura ibidem. Lib. impr. Compluti 1618. in 4.

Item, in lib. de Sancto Isidoro Matritensi, folio 160. & folio 188. agit de Nativitate ac Genealogia Virginis MARIÆ, & in Poëmate ad finem libri vocat *Deiparam intactam* semper atque inviolatam. Lib. impress. Matriti 1602. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

Item, in libro: La Virgen de la Almudena Poëma Historico, sparsim per totum librum, ex quo hæc pauca transcribo, à folio 12. & 18.

Imita al dueño de quien fue traslado
Que no admitio carcoma de pecado.
Sois de Iardin de Dios sellada fuente,
Donde jamas tocò ponzoña alguna.

Lib. impress. Matriti in 8. magno absque anno impress.

Item, edidit Comœdiam Hispanicè sub hoc titulo: *La limpieza no manchada*, id est, de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ, estque nona in decima nona parte. Impress. Vallisoleti anno 1624. in 4.

Item, in Poëmate ad Franciscum de la Cueva, agit *de puritate Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est ejus in libro ad finem.

Item, extat quoddam Opusculum Hispanicum, sub hoc titulo: Coloquio Pastoril en alabanza *de la limpissima Concepcion de la Virgen Santissima N. S. concebida sin pecado original*. Lleva al fin un Romanze muy gracioso en vizcaino en confesion desta verdad. Impress. primò Malacæ, deinde Hispali 1615. in 4 Incipit: Guie mi razon, &c.

Item, extat aliud sub hoc titulo: Conceptos divinos al santissimo Sacramento y à la Virgen nuestra Señora, prosiguiendo los coloquios de Lope de Vega. Impressos con licencia en Sevilla, an. de 1615. suntque de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, & incipiunt: Ya comienzas el Pastores.

LUPUS Fernandez de Luna, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, in quartæ Synodi convocatione habita anno D. 1378. statuit, præcepit & ordinavit, voluit & mandavit, quòd de cætero *festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, quod est 8. die mensis Decembris, per civitatem & totam Diœcesim Cæsaraugustanam singulis annis perpetuis temporibus celebretur, colatur & servetur, ab omni servili & feriali opere quiescendo: quadraginta dies indulgentiar. omnibus verè pœnitentibus & confessis festum præfatum colentibus de omnipotentis Dei misericordia concessi, &c. Sic extat in quodam manus. Opusc. apud nos existente in fol. Vide etiam Armament. col. 283. & Marrac. in Antist. Marian. fol. 369.

LUPUS Paez, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Origen, aumento, y estado de la venerable Orden Tercera de Penitencia, de Missa ac indulgentiis *Conceptionis Virginis MARIÆ* agit fol. 290. Lib. impress. Matriti 1629. in 16.

M

MACHARIUS Philadelphiensis, Oratione 2. in Barbarorum incursum, vocat Deiparam Parypereulogemenen dominam, id est, *absque omni maledictione culpæ*. Vide Eusebium Nierembergium libro Exception. cap. 13. folio 169.

MACHARIUS Simeomo, D. Michaëlis Antuerpiæ Ordinis Præmonstratensis Abbas, Sacræ Theologiæ Licent. ac Professor Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, &c. publicè habitis die 12. & 13. Julij 1647. folio 8. Conclus. 9. hæc habet: Beatissima Virgo, etiam posito Augustiniano illo traductionis modo, per singulare privilegium *à peccato originali eximi potuit, ut nunquam hoc de facto contraxerit, illaque ne uno quidem instanti inquinata fuerit*. Atque ita reipsa contigisse, tum ob Virginis Matris honorem, tum ob majorem Sedis Apostolicæ in partem illam propensionem, sustinemus. Quem omnimodum candorem tam ab originali, quàm actuali macula per candidam vestem à Virgine Deipara sanctissimo P. N. Norberto allatam, significari existimanus. Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

Item, in Conclusionibus de Universa Theologia habitis die 13. Julij in sacris Solemniis Sancti Norberti, anno 1649. folio 3. Conclus. 10. sic inquit: *Deipara Virgo à peccato originali immunis fuit*. Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

MACRI Castrum in Italia in ditione Ducis Sabaudiæ, habet Conventum Ordinis Minorum, sub titulo *Dei, ac Immaculatæ Conceptionis*; qui fuit constructus die 30. Julij, anno 1611. sumptibus Francisci de Merisanis Tertiarij nostri Ordinis, & Ecclesia fuit consecrata ab Illustrissimo Domino Petro Francisco Costa Albingæ Episcopo die 18. Octobris, anno 1636. Quæ omnia constant ex relatione authentica nobis missa ex eadem Provincia.

MAFFÆUS Barberinus Italus, postea Urbanus Papa VIII. cùm esset Epis. Spoletanus jussa typis mandari Kalendarium Cathedralis Ecclesiæ Spoletanæ, in quo ad diem 8. Decembris habetur *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex; ut videre est in lib. impr. Perusiæ absque anno in 8.

Item, in libro à se conscripto ex diversis Carminibus tum Latinis, tum etiam Italis, strophe secunda, loquens cum Beata Virgine in Poëtis Toscanis, tomo 2. folio 82. inquit:

Questo fu il nodo marital ch' à Dio
Te se dilecta sposa
Quin di al candor di Virgine amorosa.
Di Madre in te fecondita s'unio.
Fosti ab eterno eletta
Esenza macchia original concetta
La pieta, &c.

Lib. impress. Romæ 1638. in folio.

MAG-

MAGDALENA de Artiaga, fœmina Hiſpana, edidit Hieroglyphicum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum alijs in lib. Sanct. Zapatæ de Conceptione, folio 145.

MAGDALENA de la Cueva & Sylva, fœmina Hiſpana, *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Poëma. Vide librum Franciſci de la Cueva ad finem. Impreſſ. Matriti 1625. in folio.

MAHOMETES Pſeudo-Propheta Arabs Agarenus, in Alcorano juxta explicationem Beidavi Prophetæ, inquit: Super quo pax dictum, ſeu Apothegma fuit: Nemo ex natis naſcitur, quem tempore nativitatis ſathan non contrectet, quo contractu deformis homo redditur, *MARIA excepta & Filio ejus*, &c. Hanc Mahometis auctoritatem quamplures Scriptores Catholici adducunt, ut ex illa probent Virginem MARIAM fuiſſe conceptam abſque originali peccato. Vide Joan. Henric. Hottingerum Tigurrinum, lib. 1. cap. 3. Hiſtoriæ Orientalis, fol. 93. ubi adducit ſenſum ſeu explicationem ejuſdem Beidavi interpretis, ſic: Sathanam ſeductionem ſeu depravationem intentare omni homini, ita ut veſtigia faciliſentiat, *excepta MARIA & Filio ejus*, quos Deus protexit benedictione hujus implorati auxilij. Verba autem originalia, quæ reperiuntur in Alcorano ſur. 3. ſunt hæc: O MARIA equidem Deus elegit te & mundavit te, & elegit te ſupra mulieres ſæculi, &c. Et ego feci eam tuum implorare auxilium, ejuſque generationē ... à ſathana maledicto lapidando, digno qui lapidibus obruatur.

MANCIPIORUM ſanctiſſimi Chriſti Patrocinii Confraternitas Matriti, fecit ſequens votum: Forma del voto y juramento, que por el myſterio de la *Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nueſtra Señora*, hizo la Illuſtre, y Real Congregacion de Eſclavos del ſantiſſimo Chriſto del Amparo, en la Igleſia de Minimos de S. Francisco de Paula deſta Corte. Sabado 17. de Mayo de 1659. años. Eſcribiole por acuerdo de la Congregacion, ſu Secretario Don Joſeph de Arriola, Criado de ſu Mageſtad en ſu Guarda de Acavallo. Para gloria y honrra de la ſantiſſima Trinidad, aquien confeſſamos Padre, Hijo, y Eſpiritu Santo, tres perſonas diſtintas y una divina eſſencia, y de la Reyna de los cielos la ſoberana Virgen MARIA, que para ſer Madre de Dios *fue concebida ſin pecado original*; ſujetandonos en todos nueſtros dichos, y hechos, y eſpecialmente en los tocantes à eſte caſo, à la correcion de nueſtra Santa Madre Igleſia Catholica Romana, y al Beatiſſimo ſuceſſor de San Pedro Alexandro VII. nueſtro muy Santo Padre. Sea notorio y manifieſto à todos, como la Real Congregacion de indignos Eſclavos de Chriſto crucificado, cuya milagroſa imagen veneramos con advocacion del Amparo; haviendo ordenado en nueſtras Conſtituciones celebrar con gran ſolemnidad la fieſta de mayor conſuelo para todo el mundo, que fue el de ſu triumfo ſoberano en la Cruz; pues en ella, ſiendo Dios, ſe ſujetò, por reſcatar al Linaje humano, à morir como hombre, diciendo eſte ſer natural nueſtro de las puriſſimas entrañas de la puriſſima Virgen MARIA, Virgen antes del parto, en el parto, y deſpues del parto; y por eſta tan ſingular honrra y gloria veneramos y adoramos, como Madre de nueſtra redempcion. En mueſtras de nueſtros rendidos afectos conſagramos el ſegundo dia de los tres que eſtan ſeñalados en cada un año, para celebrar eſta feſtividad en reverencia de ſu *puriſſima Concepcion*: teniendo por cierto piadoſamente, que como el poderoſo Dios obrò tan maravilloſo y portentoſo milagro en la integridad de ſu eſcogida Madre, *aſsi usò de ſu omnipotencia, preſervandola para el inſtante de ſu Concepcion, de la comun mancha, que por el pecado de Adan ſe dilatò en ſus ſuceſſores, y fue concebida ſin pecado original*; y que de ſeguir eſta piadoſa y ſanta opinion hazemos voto y juramento ſolemne à Dios por la Cruz, las palabras del Credo, y los ſantos quatro Evangelios, ſobre que ponemos la mano delante del ſantiſſimo Sacramento, que con amor catholico, temor, y reverencia todos adoramos, y alabamos; de la preexcelſa Virgen MARIA Madre de ſu Criador, y eſperanza nueſtra; de las nueve Angelicas Gerarquias, que la adoran por Reyna; del Principe de la Igleſia Apoſtol San Pedro, del inclito Patriarca S. Franciſco de Paula (Titular y Patron deſte ſagrado Templo, y Religion que en ſu nombre eſtà dedicado à Dios) de todos los Santos y Santas, que para gozar de la viſion beatifica ſe valieron de ſu interceſſion, y de las perſonas que aqui eſtan preſentes, que ponemos por teſtigos. Y que aſſi lo afirmaremos en publico y en ſecreto, por todo el tiempo de nueſtra vida, en cuya defenſa (ayudandonos Dios) la pondremos. Y ſuplicamos, como à Madre, reciba eſte afectuoſo obſequio, y intercеda con ſu precioſiſſimo Hijo, que los que le reverenciamos crucificado en la tierra, le merezcamos gozar glorioſo en el cielo. Y aſſi miſmo juramos y votamos de no admitir à nadie en nueſtra Congregacion, ſin que primero haga eſte juramento, que en ſu nombre tambien, y por los demas Congregantes auſentes aora hazemos en manos del Reverendiſſimo Padre Fray Pedro Mexia, Lector Jubilado, Provincial que ha ſido de la Provincia de Caſtilla, y Predicador de ſu Mageſtad: primer movil y Aſſiſtente que fue deſta Real y illuſtre Congregacion. Fecho en Madrid à 17. de Mayo de 1659. Don Joſeph de Arriola Secretario. Impreſſ. Matriti eodem anno in folio.

MANFREDUS Baſinus, Poëta Italus, in tranſlatione imaginis Beatæ MARIÆ Rhegienſis, ad illud: Roſa myſtica, ita cecinit:

Ver breve tellurem depingit flore caduco,
Ver breve fert violæ munera fertq; roſæ.
Aſt hæc perpetui roſa fert ibi tempora veris,
Tali quòd ſemper flore vigente viget.
Nil ..... ſive ardens totam accenderit æſtus,
Seu terræ facies languet, aduſta timet.

In lib. impreſſ. cum aliis Poëtis, folio 12. Mutinæ 1619. in 8.

MANFREDUS Manfredi, Sacerdos ac Rector Sanctæ Crucis Piavæ, in libro dicto: Diſcurſus prædicabiles ſupra Hymnum Beatiſſimæ Virginis Ave maris ſtella, diſcurſu 2. folio 5. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit prima prædeſtinata poſt Chriſtum Dominum.* Item, diſcur. 7. fol. 51. Quòd licèt omnes fuerint filii iræ & mortis, *MARIA per gratiam ſingulariter non fuit ſubjecta peccato*, nec ſub lege communi comprehenſa, &c. Item, diſcur. 13. fol. 97. Quòd primum privilegium Virginis MARIÆ fuit, quòd ipſa fuit ſine peccato, *tanquam ſpeculum ſine macula, & non cum peccato originali*, ſicut fuerunt cæteri Sancti, &c. Lib. impreſſ. Venetiis 1606. in 4.

MANTUANUS Marchio, Princeps Italus, fecit decantari Horas, & instituit Confraternitatem *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur Daniel Agricola in Corona Conceptionis, fol. 176.

MANUALE Fratrum Prædicatorum habet hæc verba: Quia Ordo Prædicatorum solitus est Sanctorum doctrinæ adhærere, sustinuit hucusq; opinionem BB. Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Bernardi, Gregorii, Bonaventuræ, & aliorum Sanctorum, *quòd Virgo fuit concepta in originali: sed iam de hoc non est curandum, cùm sit materia nullius utilitatis & valde scandalosa*, præsertim cùm tota Ecclesia, cuius usus & auctoritas secundùm B. Thomam prævalet dicto Hieronymi & cuiuscumque alterius Doctoris, iam asserit quòd fuit præservata, &c. Lib. impress. Hispali per Joannem Valeria à Salmantica, anno 1524. Vide Petrum à Mendoza in Monte Cælio, & Ant. de Lupian in Epitome, & Anonymum infra.

Item, aliud Manuale Sodalitatis Musiponti, adducit Considerationes *de Conceptione Virg.* in quibus agitur de eius præservatione. Item, ponit Bullam confirmantem prædictam Sodalitatem, & alias cum indulgentia *pro die Conceptionis*. Lib. impress. Coloniæ ..... in 12. regali.

MARCELLIANUS Coeberghen, Ordinis Minorum Flander, in Conclusionibus habitis sub R.P. Carolo Bertandro in Comitijs Provinciæ Flandriæ die 6. Maij 1656. à folio 13. defendit *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum contrahendi illud, fuisseque prorsus immunē*, &c. latèjut videre est in lib. impress. Gandavi eodem anno in folio.

MARCELLIANUS à Judicaria, Ord. Minorum Italus, in Relatione Prov. S. Vigilii Episcopi & Martyris, inquit: In Conventu S. Mariæ Gratiarum extat Societas *Conceptionis* cum suo Altari; in Conventu quoque S. Antonii Eletii Altare *Immaculatæ Virginis Conceptioni* dicatum. Relatio huius Provinciæ extat apud nos.

MARCELLINUS de Pise Matiseonensis, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Moralis Encyclopedia, &c. tom. 1. habet Tractatum seu Opusculum *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, in quo eius illibata encomia probat ex Evangelio Liber generationis, ex Philosophiâ, Theologia, Mathematica, Astronomia, Astrologia, Hydrographia, Medicina, Jure Canonico, Jure Civili, Grammatica, & ex aliis. Quæ omnia reperies à fol. 619. usque 736. Lib. impress. Parisiis 1637. in 4.

MARCELLUS Ferdinandus de Bari, Abbas Olivetanus Italus, in Sermone de laudibus Virginis, ad finem primæ partis, tomo 2. loquens de privilegijs Deiparæ asserit: *Quòd primum fuit ejus Conceptio absque peccato originali*. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi Conceptionis articulo 2. fol. 109.

Item, in Sermonibus super omnes dies Quadragesimales, tomo 1. traducto Gallicè per F.A.S. Doctorem Theologum Ordinis Prædicatorum fol. 361. sermone de Incarnatione Verbi Divini, super illud: Ave gratiâ plena: Ille dixit Ave, ac si diceret, *absque væ, absque macula, absque dolore, & absque peccato*, &c. Et folio 492. agit de ejus innocentia tam corporis quàm animæ, &c. Impress. Parisijs 1613. in 8.

MARCELLUS Megalius, Schilacensis Clericus Regularis, in 3. parte Institutionis peregrinæ Confessariorum & pœnitentium, libro 4. capite 6. folio 575. de Extravagante contra Prædicatores asserentes *divam Virginem in peccato originali fuisse conceptam, & festum Conceptionis ejus celebrantes graviter peccare*, &c. Lib. impress. Mutinæ 1621. in 4.

Item, edidit pias considerationes pro festo *Immaculatæ Conceptionis Virg. MARIÆ*. Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. ad annum 1642.

MARCELLUS de Ribadeneyra, Ord. Minorum Hispanus, in libro de Corona V. Mariæ, in illud: Ave Maria gratiâ plena, agit *de ejus Immaculata Conceptione* latè. Neapoli 1605. in 4. Item, part. 2. ejusdem Coronæ, ad illud: *Ave MARIA inpeccabilis Virgo*, à folio 110. usque 118. Lib. impress. Neapoli 1606. in 4.

MARCELLUS Ruiz, Ordinis Sancti Bernardi Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Discursos Evangelicos del misterio grande *de la Concepcion Immaculada de MARIA Sanctissima Señora nostra*, &c. Impress. Compluti 1659. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

MARCIAL de Auverone Gallus, & Procurator Parlamenti, edidit Tractatum metricè de Parentibus & genitoribus Virginis Mariæ, &c. Et habet integrum Cantum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, sub hoc titulo:

Tous ceux qui ont devotion
A la douce Vierge MARIE
Honorans sa Conception, &c.

Ubi latè agit de ejusdem festivitatis institutione, &c. Parisijs 1509. in 8.

MARCIALIS de Mans, Ordinis Pœnitentiarij, in libro: Les Pratiques de l'année saincte, &c. folio 489. de Immaculata Virginis Conceptione, concludit sic: J'ay specialement veu arriver beaucoup de profit par le moyen de N. Dame à des personnes molestées de la foiblesse de la chair, disant quelque priere en memoire *de la pureté dont elle fut conçeue sans peché*, & de la pureté dont elle conçeut le Fils de Dieu. Lib. impress. Rochomagi 1651. in 8.

MARCUS Antonius Alegrede Cassanate, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro dicto: Paradisus Carmelitici decoris, ætate 2. not. 1. *Quòd V. MARIA sine originalis culpæ labe fuit concepta*. Item, Quòd Sanctus Andreas Apostolus *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* ad Proconsulem Ægeam professus est verbis apertis. Item, *Quòd ab instanti suæ Conceptionis* votum emiserit virginitatis, statu 2. ætate 2. anno Christi 1. Lib. impress. Lugduni 1639. in folio. Vide etiam alia præamb. 36. ubi affirmat quòd Patres Carmelitani fuerunt primi præcones Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ.

MARCUS Antonius Alos de Orraca, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Expositio in Genesim, cum sacris Allegoris & Anagogis. Tom. 1. complectens octo prima capita, cum Tractatu & Appendice *de immunitate à culpa originali B. V. MARIÆ* & de ejus patrocinio. Lib. impress. Valentiæ 1657. in fol. Et Appendix habet folia seu pagin. 101. cum opusculo Roberti Gaguini.

MARCUS Antonius de Camus, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: Mierocosmia, y gobierno universal del hombre Christiano, &c. parte 3. dialogo 2. folio 12. affirmat: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit flos & lilium candidum, sacratissimum atq; purissimum*, &c. Impress. Barchinone 1592. in folio.

MAR-

MARCUS Antonius Capecius, Societatis Jesu Italus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Discursium unum, in libro in scripto: Discursus excellentiarum Beatæ Virginis MARIÆ, in quo probat Virginem fuisse conceptam in gratiâ & gloriâ. Neapoli 1630.

MARCUS Antonius Gallicius, Ord. Minorum Brixianus Italus, scripsit Lib. sub hoc tit. *Novum de Immaculata V. Conceptione encomium.* Impress. Venetijs 1636 in 4. & habet folia 211. absque indicibus.

MARCUS Antonius Georgius Bononiensis Italus, in libro de Vita Sancti Joannis & aliorum Apostolorum, &c. In Vita Sancti Andreæ, folio 47. adducit illa verba Apostoli ad Ægeam: Mortem primus in nos intulit homo, & necesse propterea fuit, ut per prævaricationis lignum in mundum ingressa hominem occidisset mors per lignum exclusa passionis, ut victa excluderetur, & ut primus homo, qui hominem perdidit, de immaculata terra fuisset, ita *de Immaculata eum Virgine nasci necesse fuit*, &c. Lib. impress. Romæ 1570. in 4. Quæ verba communiter de Immaculata Virginis Conceptione interpretantur.

MARCUS Antonius Guarinus Ferrariensis Italus, in Compendio Historico de Origine & argumento atque prærogativis Ecclesiarum atque locorum piorum Civitatis & Diœcesis Ferrarien. lib. 3. fol. 274. agit de Confraternitate & Oratorio *sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* prope Ecclesiam Sancti Francisci fundato auctoritate Guilielmi Episcopi Ferrariensis, cujus initium fuit, ut ibi dicitur, anno 1281. Et lib. 6. folio 463. de fundatione *Ecclesiæ Conceptionis* de Monte sancto, quæ postea facta est Parrochialis S. Pauli, à Leone Episcopo Ferrariensi. Lib. impress. Ferrariæ 1621. in 4.

MARCUS Antonius Leo vel de Leone Italus, in libro: Corona Beatæ Virginis MARIÆ, agit de ejus *Immaculata Conceptione.* Impress. Tratij ad annum 1632. in 4. ut testatur Marraccius in Catal. de Bibliot. folio 77.

MARCUS Antonius Martinengus, Doctor Italus, & Comes Venetus, in libro: Tramonta alla divitu de la santissima Vergine MARIA nostra signora, cap. 6. de Amore & benevolentia, quâ debet venerari ob suam innocentiam, folio 62. inquit: E con desusata pienezza si conpiacque d' adeffire quella santissima anima sino dall' instante della sua purissima Concettione, per naturale consequenza ne conseguirano tute le virtu, &c. Lib. impress. Venetijs 1639. in 4. Vide: nam latè prosequitur privilegia Conceptionis.

MARCUS Antonius Muretus, Poëta celeber, in Carminibus ad Beatissimam Virginem Lauretanam, de ipsa sanctissima domo sic inquit:

Hic Virgo genitura Deum, genitricis ab alvo
Prodijt, & blandis mulsit vagitibus auras.
Hic quoque virginei servata laude pudoris
Sancta salutifero tumuerunt viscera fœtu.
Ille opifex cunctorum, illa æterno unica proles
Æqua patri, illi homini primæva ab origine lapso
Spem cœlo vitamque ferens, hac luxit in aula.

Extat apud Antonium Possevinum in Bibliotheca selecta libro 17. fol. 451.

MARCUS Antonius Nata, Astensis Italus, Oratione de Domini Natali, folio 39. sic exclamat: Quomodò porro MARIÆ uterus sanctitatis templum sanctissimo in opere esse potuisset, si virum experta virginitatis florem posuisset? Quomodò Mater Domini delibata, Dux & Princeps cæteris ad perpetuæ castitatis delectum fuisset, &c. *Tu sanctissimus Matrem habere potes pollutam?* Dei Genitrix fuerit, cujus utero vitium additum sit? Cur non potiùs efficis quod potes, ut virum sine viro concipiam? Justa & officij plana postulatio. Lib. impress. Venetijs 1564. in folio. Si erat indecens quòd illa fœmina, quæ futura erat Dei Mater, fuisset polluta secundùm carnem, vel aliquod haberet vitium corporis; cur & non esset plusquam indecens, quòd in anima haberet vitium, & à dæmone fuisset peccato originali polluta? Fecit igitur Deus quod potuit, ut à pollutione & vitio servaret tam corpus, quàm animam suæ Matris.

Item, in libro de Passione Domini per modum dialogi, fol. 164. inquit: Novo sanè exemplo MARIA palmam martyrij tulit; nam Judæi Filium affligebant, afflictio Filij Materna viscera torquebat. Credo autem divinitus factum fuisse, ut passione Filij MARIA tantopere in anima pateretur, ut hæc passio animæ acerbissima martyrij illi coronam ferret. Non enim decebat pro martyrij consecutione sanctissimam Dei Genitricem tyrannorum subijci potestati, & sanctissimum illud corpus, quod Deum in carne tulerat, impuris hominum manibus violari. Quòd si objiciatur, Christum ipsum violatum fuisse; cogitandum est aliam causam Filij esse, aliam Matris: Christus enim (ut dictum est) publicam causam agebat redemptionis: & ut copiosa esset redemptio, permissum est, ut multitudo tormentorum illuc confluerent: MARIA autem si in confessione fidei adversùs tormenta durasset, privatam causam & suam egisset, nihil in commune præter exemplum contulisset. Verumtamen servavit Matrem futuram Virginem Confessorem? An dignitas personæ Marianę fuit alia ante passionem Filij, quàm post passionem? *Et si ob passionem Filij præservata & immunis fuit à manu & ictu hominis, ut esset martyr Virgo; quare virtute ejusdem passionis non esset præservanda ab ictu & manu dæmonis*, ut esset Virgo Immaculata?

MARCUS Antonius Palau Hispanus, fecit Lib. Defensio Dominicana *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Oriolæ 1628. in 4. & etiam Italicè.

MARCUS Antonius Perillus, Poëta Italus & Academicus incautus, in libro: Giesù adorato rapresentatione spirituale, sosségunte al parto della Vergine, in prologo folio 4. inquit:

..... in MARIA
Si relucer faceste che di corpo
Intatta, è de anima Immaculata è pura,
Tute del ciel le gratie in se ne accoglie:
E nobil Margarita d'Oriente
Da rugiada celeste, è copiosa
De divini favori
Generata, &c.

Lib. impress. Neapoli 1630. in 12.

MARCUS de la Camara, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Quæstionum conciliationis simul & expositionis locorum difficilium sacræ Scripturæ, quæst. 195. folio 153. à tergo adducit quæstionem sub hoc titulo: *MARIA Virgo an contraxerit peccatum originale?* resolvitque cum Scoto, quòd nullo modo contraxit peccatum originale, usque ad fol. 156. Lib. impress. Compluti, anno 1587. in 4.

MARCUS Evangelista, natione Hebræus, in Li-

turgia Æthiopum pro Immaculata Virginis Conceptione, sic inquit: Domine omnes eos, quorum recordamur, custodi recta fide, & in gloria omni tempore, & fac ut ferveant ineffabili & inexcogitabili charitate, per preces ac intercessionem, quam pro nobis facit Domina nostra sancta & *Immaculata Virgo MARIA*. Item, in Consecratione quando levatur corpus Domini, dicit: Hoc est corpus, & hic est sanguis Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, quod & quem assumpsit ex Domina nostra sancta & *Immaculata Virgine MARIA*. Item, infra: Intercessione plenæ gratiæ Virginis Dei Mariæ, *quæ in omnibus est sancta*. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de Maria Immaculatè concepta Dissert. 1. annot. 1. folio 312. & Jacob. Milesium in Palma cœlesti, secul. 1. Ojedam & alios.

MARCUS Fernandez de Monsanto Hispanus, in libro de Nomine sanctissimo Mariæ, cap. 4. sub hoc titulo: Baxa del Cielo al suelo con Real Magestad, el augustissimo nombre de Maria; traelo el Principe san Gabriel; depositalo en los Sanctissimos Joachin y Ana, &c. agit latè de *Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ*. Lib. impress. Hispali 1643. in 8.

MARCUS Hieronymus Vida, Cremonensis Albæ Episcopus, in Poëmate de magna Matre Virgine, vocat ipsam *absque noxa, & à communi exemptam labe, puram & procul omni innoxiam culpa, sanctam* & incorruptam, &c. folio 45. Lib. impress. Cremonæ 1550. in 8. & Antuerpiæ 1578. in 12. folio 18. Extant pulcherrima ejus verba à vers. 15. usque 30. Vide ea, quia Auctor communis est.

MARCUS Idruntinus Episc. Hymno de magno sabbato, inquit: *Ex incorrupta* profectus & vulnerans costam Creator meus, ex ipsa fecisti reformationé Evæ, Adam factus, &c. Euseb. in Excep. 13. fol. 143.

MARCUS Laureus, Tropiensis Ordinis & Episcopus Campaniensis Calaber, convenit ad Concilium Tridentinum die octava Decembris, in qua celebratur *Conceptio Virginis MARIÆ*, anno 1555. ut videre est in Catalogo Legatorum Patrum ad Concilium Tridentinum convenientium, quod extat in libro Anonymo. Impress. Lovanij 1567. ad finem.

Item, anno 1556. die Jovis 17. Junij habuit Concionem in Concilio Tridentino, quando publicatum est Decretum de peccato originali, ac exceptio sacratissimæ Virginis Mariæ ab illo decreto. De quo vide Henric. Spond. tomo 3. anno præallegato, numero 6.

MARCUS de Lisbona, Ordinis Minorum & Episcopus Portuensis Hispanus, in 3. parte Chronicæ Ordinis Minorum, libro 1. sic inquit Hispanicè: En este tiempo un Doctor en Theologia, Rector del estudio de Tolasa, quiso publicamente persuadir al pueblo *que la gloriosa Madre de Dios haviasido concebida en pecado original*, por loqual con gran furia del pueblo fue echado fuera de la Ciudad, y venido à Roma al Papa Martino V. dio queja de la injuria, que se le havia hecho y el Papa señalò dia de la disputa, y aviendose sentado muchos y graves Maestros y no viniendo àquel Doctor, inviaronle à llamar, y iendole abuscar à la zelda le hallaron muerto; loqual puso gran temor à todos los que defendian su parte, y opineon, cap. 47. folio 27. à tergo col. 4. Impress. Salmanticæ 1650. in folio.

MARCUS Marulus Spalatensis, in libro Exemplorum, &c. lib. 2. fol. mihi 1225. loquens de invocatione Sanctorum, inquit: Sed profectò inter sanctos, sanctasque omnes, ut primum apud Deum locum obtinet, ita prior invocari debet Regina cœli, gratiâ plena, benedicta in mulieribus Maria, Virgo Maria simul & Mater, *cujus Immaculatus* & intactus venter Spiritu Sancto replenus edit Salvatorem mundi, &c. Lib. impress. Parisiis, anno 1516. cum aliis de hoc assumpto agentibus. Nota quòd titulus Immaculatus respicit immunitatem, sicut intactus virginitatem.

MARCUS Maximus, Præsul Cæsaraugustanus Hispanus, in Hymno ad sacrum Templum Cæsaraugustanum Columnæ, hæc habet:

Hæc nam Iacobo Apostolo,
Et suo consanguineo
Ædem jubet conficere
Cunctis manentem sæculis.
Ostendit illi se hilarem
Suoq; natalitio
Conceptionis aureæ
Templo manent encomia.
Conceptionis hinc diem
Iacobus Hispanos docet,
Et prædicat (ceu cæteri)
Quacumq; labe liberam.
Hinc mox habet principium
Hunc celebrandi jugiter
Populis Iberis diem,
Qui durat usque & hodie, &c.

In fragment. Chronici Lucii Dextri, seu fragment. Carminum Marci Episcopi. Lib. impress. à fratre Joanne Calderon Franciscano Cæsaraugustæ 1626. in 4. ad finem.

MARCUS Monachus Græcus, in Evangelio Græcorum vocat Virginem Mariam Panacruntos, hoc est, omnibus modis & *undequaque impollutam & Immaculatam*. Vide Joannem Eusebium, lib. de Exception. cap. 13. fol. 173.

MARCUS Montanus, Poëta Italus, in Cantione de Sacratissima Virgine Dei Matre Maria, sic cecinit:

Miracolo immortal cui nascer sola
Quasi candido giglio à visto il mundo
Senz' haver parte nel error de Adamo.

Extat folio 60. in libro: Il tiempo, &c. cum aliis Poëtis. Impress. Venetijs 1613. in 12.

MARCUS del Monte Sancta Maria in Gallo, Ordinis Minorum Italus Provinciæ Marchiæ; in libro dicto: La figura de la vita eterna, cap. 6. de laude B. Virginis, sic inquit:

Ave templo di Dio sacrato & santo
Vergine santa, Immaculata & pura
Camera degno dello Spirito santo, &c.

Item, cap. 7. de Regulis recommendatorum B. Virginis in Monte pietatis ab eo fundato, sic inquit, loquendo de vigiliis B. V. *Primo della festa della Concettione* che viene ad octo di Dicembre. Item, cap. 9. loquendo de Corona B. Virginis, dicit: Quòd Joachim & Anna dicebant B. Virgini: *Tota pulchra es & formosa & decora filia Hierusalem, & macula non est in te: pulchra ut luna, electa ut sol, &c.* Vocatque Virginem *Immaculatam* passim. Lib. impress. Florentiæ per Antonium Miscominì 1494. in 4. die 15. Maij.

MARCUS Probus Marianus Sulmonensis, Poëta Pelignus, anno 1455. natus in Historiam Parthenicam

theniam divæ MARIÆ Virginis, inquit lib. 1.
Hoc opus est, quippe agnosco sine labe puellam
Illorum, qualem nulla unquam comperit ætas, &c.
Atque, ut immenso credas hanc munere dignam,
Quam Deus à carie servavit originis olim:
Quamque sibi esse cùm conciperetur in alvo, &c.
Impress. Neapoli 1524. in 8.

MARCUS Salmeron, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Generalis & electus Episcopus de Truxillo in Indijs Occidentalibus Hispanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Tract. à fol. 1. usque 30. in lib. Thesoro escondido en el campo de la humanidad del Hijo de Dios. Impress. Barchinone 1641. in 4.

Item, in Memorijs Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, pag. 243. agit de devotione Jacobi I. Aragonum Regis, & suorum Religiosorum erga mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Matriti ..... in folio. Item, sæculo 4. rememorat. 47. agit de Fratre Carmelo. Citatur etiam in lib. de Laudibus Christi & MARIÆ Oratione 2. *de Immaculata Conceptione Virginis Deiparæ.* Ita Sylvest. de Saavedra in libro de Sacra Deipara, fol. 350. num. 658. Vide etiam Marracium in Antist. Marian. fol. 598.

MARCUS de Serra Acodia, Ordinis Prædicatorum, in Commentarijs in 1. 2. D. Thomæ, quæst. 81. art. 3. fol. 425. sic de Beata Virgine loquitur: *Quæ privilegio exempta fuit à lege communi,* secundum quam omnes, solo Christo excepto, peccatum originale contrahunt: quod explicari potest exemplo sumpto ex Genes. 7. ex quo constat aquis diluvij opertos fuisse omnes montes & universos homines mortuos excepto Noë, & qui cum eo erant in arca: quo tamen non obstante probabile est, Paradisum terrestrem adhuc stare & ibi servatum fuisse & non fuisse mortuum Henoch. Quid ergo mirum, si Beatam Virginem, quam Sanctus Damascenus Oratione de Dormit. Beatæ MARIÆ appellat novi Adami paradisum animatum, *excipiamus ab universali inundatione peccati originalis*, non obstante exceptione illa: omnes præter solum Christum? Impr. Romæ 1653. in 12. Vide etiam Joannem Eusebium in lib. Exception. cap. 24. folio 357.

MARCUS Viguerius Saonensis, Ordinis Minorum Episcopus Senogallijensis ac S. R. E. Cardinalis, in illo celebri Opere: Decachordum Christianum, Chorda 3. cap. 7. folio 80. inquit: Attende (quæso) quàm congruè S. MARIA Filium nominare possit JESUM, & dicere illum Salvatorem suum. *Dum concepta sum, me ab originali peccato servavit illæsam;* ruinæ pro lege communi mihi jam imminenti nisi me subtraxisset, humanâ pro conditione corruissem. Ubi nata & adulta sum, per omnem me vitam ab omni mortali crimine, ab omni culpa veniali salvavit, *nulli noxæ unquam obnoxiam esse permisit,* &c. Lege etiam Chord. 11. cap. 21. & alibi. Lib. impress. Parisijs 1527. in 8.

MARGARITA Austriæ Archiducissa, Maximiliani I. Cæsaris filia, &c. ædificavit Conventum *sub titulo Immaculatæ Conceptionis*, & Ordini Franciscano donavit. Ita ex Jacobo Cansio in Hyperdulia Mariana, Marrac. in Heroid. Marian. f. 290.

MARGARITA Austriaca, Maximiliani II. Imperatoris filia, & in Religione Discalceatarum S. Claræ Matriti Monialis (Margarita de la Cruce vocata) adhuc puerula à Maria Imperatrice matre *habitu Conceptionis Dominæ nostræ* induta fuit. De ejus devotione ad imaginem Conceptionis, vide Joan. de Palma in ejus vita & Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. à fol. 297.

Item, scripsit Epistolam ad Summ. Pontif. Urbanum VIII. anno 1621. pro definitione mysterij *Immaculatæ Conceptionis*, quæ incipit: Mei officij atque obligationis, &c. Hanc habemus Hispanicè, & extat etiam in Legatione sect. 4. & apud Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 311.

MARGARITA Austriaca Caroli V. Imperatoris amita, quæ vixit ad annum 1524. Nivellæ in Brabantiæ Ducatu, proprijs sumptibus *Ecclesiam Conceptioni Virginis MARIÆ dicatam* ædificavit. Ita ex Gonzaga Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 318.

MARGARITA de Cortona, Ord. S. Francisci ac Beata (ut dicitur in ejus vita cap. 6. §. 8) loquens de sacratissima Virgine, inquit: Ipsa namque fuit vas purissimum, quod præparavi mihi pro totius generis salute. *Si posset & deceret in cœlo plus dari creaturæ laudis & honoris, suum esset, &c.* Ex hac auctoritate probat P. Franc. de Pistoia Virginem esse absque originali labe, corona 2. cap. 5. fol. 137.

MARGARITA Lumbreras, fœmina Hispana, edidit Hieroglyphicum pro *immunitate Virginis MARIÆ.* Impress. in libro Sanctij Zapatæ de Concep. folio 145.

MARGARITA Zapata, fœmina Hispana, scripsit Glossam pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata folio 142.

MARIA de la Antigua, venerabilis fœmina Hispana, ut constat ex ejus libris, habuit plures revelationes *de mysterio Conceptionis Virginis MARIÆ.* Sic Antonius Daza lib. de Concep. cap. 6. folio 44. Illas extraxi ex ipsius vita MS. sed Amanuensium incuriâ fuerunt amissæ, sicut & alia quæ in hoc libro imperfecta relinquimus.

MARIA Aragoniæ Regina, Joannis III. Castellæ Regis filia, *pro gloriosissimæ Virginis & Matris MARIÆ Beata Conceptione ab omni labe originalis peccati exempta* leges seu sanctiones edidit. Habemus illas impr. & manusc. ex pluribus Auctographis. Extant in Armament. nostro; de quibus etiam Hippol. Marrac.

MARIA Cancer, fœmina Hispana, scripsit Cantionem *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Extat in libro Sanct. Zapatæ de Concep. folio 117. & 197.

MARIA de S. Euphrasia, Monialis Carmelitarum Discalceatarum Hispana, scripsit Hieroglyphicum *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. cum alijs in libro Sanct. Zapatæ folio 148.

MARIA de Funes & Sayas, fœmina Hispana, scripsit Glossam *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Extat apud Sanct. Zapata lib. de Concep. folio 122.

MARIA de Gotor, fœmina Hispana, edidit Hieroglyphicum circa *Immaculatam Deiparæ Conceptionem*, & extat impress. cum alijs in libro Sanct. Zapata folio 150.

MARIA Jepensis, Ordinis Cistercienses Hispana, constituxit Cœnobium in villa de Pinto in honorem *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Chrysost. Henr. in Menol. citat. die 31. Januar. Marrac. in lib. Lilia Mariana, folio 267.

MA-

MARIA de Jesu, Monialis S. Claræ in civitate de Manilla, plura vidit & dixit *de Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis mysterio*, ut videre est in libro de ejus Vita, folio 25. & fol 26. & folio 27. & 28. qui MS. extat in Archivo Curiæ Ultramont. Famil. Romæ in folio: Comienza una breve relacion, que la madre Luisa de Jesus Religiosa del Convento de S. Clara de Manilla hace à su Confesor Luis de Mesa tocante à cosas de lo que le pasaron con la venerable madre Mariana de Jesus.

MARIA Laso de Castilla, Monialis Sanctæ Elisabeth Granatensis, in Cantione pro Virginis Mariæ puritate, inquit:

Que importa que se desaten
Del Reyno obscuro las ondas
Si el fiero dragon conoce
A su planta vencedora.
De su luciente pureza, &c.
Antes de gozarla el mundo
Libres privilegios goza.

Extat cum alijs folio 125. Lib. impress. Granatæ anno 1640. in 4.

MARIA Luisa Moreno, Monialis..... Hispana, edidit in laudem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Poëma. Impress. apud Sanct. Zapata libro de Concep. folio 167.

MARIA de la Misericordia Carmelina, fuit liberata à quodam homine, qui volebat eam vi rapere, quia recitabat officium *Immaculatæ Conceptionis* quotidiè; ut dicit Andreas de Val in vita Mariæ de Incarnatione, cap. 12. & refert Maximilianus Lenglez in Schola Virginis Mariæ lectione 9. folio 145.

MARIA Pedroso & Andrade, fœmina Hispana, edidit Carmina pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis* typis mandata cum alijs apud Sanct. Zapata, libro de Concept. folio 181.

MARIA de Pernia, Monialis Sanctæ Claræ Hispana, scripsit Cantionem *de Immaculata V. MARIÆ Conceptione.* Impress. Granatæ folio 290.

MARIA de Salinas, Monialis S. Claræ Hispana, & Fundatrix Monasterij Immaculatæ Conceptionis villæ de Xelsa, edidit Exorcismum pro expellendo dæmone sic: Virgen Santissima del Rosario Immaculada Maria, &c. *Oye Virgen Santissima nuestros ruegos por la purissima y sacratissima Concepcion*, &c. In ejus Vita par. 2. lib. 3. cap. 6.

MARIA de Sesse, fœmina Hispana, edidit Carmina *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impress. cum alijs in lib. Zapatæ de Conceptione, fol. 95.

MARIA à Trinitate, Monialis Discalceatarum Religionis Carmelitanæ, vidit in quadam Reliquia venerabilis P. Joannis de la Cruz depictam seu exsculptam imaginem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut post alios refert R. P. Francis. Maria Pistoia in suo lib. Maria Triumphante, coron. 2. cap. 7. fol. 289.

MARIA Velazquez, Comitissa de Saldaña, ædificavit Capellam insignem *pro Immaculata Virginis Conceptione* in Monasterio Benedictinorum Vallisoletan. ut refert Pistoia, coron. 2. cap. 7. fol. 191.

MARIA Virgo Sacratissima ac Dei Mater, Angelorum & hominum Regina, edidit Canticum Magnificat, ut gratias redderet suo Creatori pro sua præservatione à peccato originali, ut latè ostendo in libro de hac re edito, cujus titulus est: Nova litteralis Cantici Magnificat *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* expositio, in qua ex toto rigore litteræ, ac verborum grammaticali sensu, vi, ordine ac connexione, seclusis auctoritatibus & allegoriis atque mysticis interpretationibus sincero, claro, atq; succincto stylo intelligitur, explicatur, demonstraturque sacratissimam Deiparam locutam fuisse in eo de sua immunitate, ac modo magnificæ præservationis à peccato originali, &c. Lib. impress. Martirii 1656. in 4.

MARIANA Austriaca, Ferdinandi III. Cæsaris filia, & Philippi IV. Hispaniarum Regis Uxor, devotissima *extitit mysterio Immaculatæ Conceptionis*, de qua agit Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 360. ex relatione P. Petri de Quintanilla amici nostri.

MARIANA de Jesu, tertij Ordinis S. P. N. Francisci, quæ è vivis discessit anno 1620. & altissimâ divinorum luce coruscavit, divinitus accepit *revelationes de Immaculata Virginis MARIÆ puritate*, &c. Vide Ludovicum de Velluga in Vita divorum folio 178. præcipuæ autem sunt duæ sequentes, quas extraxi ex MS. existente apud D. Antonium de Verastegui & Vargas Doctorem Complutensem ac Capellanum Regium Toleti, lib. 2. c. 37. fol. 270. ubi inquit sic: Y estando una noche padeciendo grandes dolores y ofreciendoselos con paciencia à la sacratissima Virgen Maria paraque los presentase à su santissimo Hijo, junto con esto le decia muchos regalos con palabras jaculatorias, llamandola Reina del cielo, escogida entre todas las criaturas, llamandola tambien Virgen y Madre; alegrandome de *su purissima Concepcion* Reconocia el haver sido concebida en la eternal mente de Dios; gloriabame de que no tubo pecado original ni actual, y estando diciendo estas y otras razones en alabanza de la Reina, oy una voz ronca delemonada cerca de mi que me dixo: calla calla desannada, no digas esso. Yo me asuste de oyr tan mala voz; y conociendo haver sido el demonio el que me havia ablado dixe con grande animo: calla tu, vete de ay excremento de gatos. Fue tanta la rabia que le dio esto que al punto sacò una mano muy negra à echura de gato y agarrando con sus unas mi mano apretandola fuertemente y clavando melas, senti tan gran dolor y fuego como si me la estubieran abrasando; lo qual ofrecia à nuestro Señor: y como vio el demonio el fruto que yo sacaba del tormentoy que me daba, soltome, &c. Item, in lib. Revelat. suarum lib. 4. cap. 3. fol. 423. ubi plura de S. P. N. Francisco, inquit: Destos fueron grandes los favores que hizo à Francisco, fueron mercedes tan colmadas que fueron conforme à mi inestimable magnificencia y profunda sabiduria. Destas razones que me dixo mi Señor me resultò un nuevo amor y afecto à mi glorioso Padre y entregada toda en sus brazos, porque la fuerza del amor me pasò à ellos, tomò mi alma y la puso en las de mi Señora la santissima Virgen, y dixo mi Padre glorioso: Hija este es el mejor libro que tiene Christo nuestro Señor entre todos los Santos de su Iglesia, que es su purissima Madre, imitala en quanto pudieres. Digote Hija que excede incomparablemente à todos los demas Santos, los quales fueron concebidos en pecado original, estubieron algun tiempo

tiempo caido el corazon en la tierra, estubieron desnudos de la vestidura del sol de justicia y de su gracia, y assi començando por la via purgativa purificados poco à poco: *pero mi Señora la Virgen MARIA, digote mi amada hija, que desde el instante de su purissima Concepcion fue hija de luz sin mancha de pecado original, nunca tubo mezcla de tinieblas, sino cielo claro*, &c. Et infra folio 124. *Señora y Reina nuestra no tubistis pecado original* ni actual, &c. Vide reliqua in libro supra relato.

MARIANA Manzaneda sive à S. Joseph, Monialis S. Augustini, fundavit duo Monasteria sub tit. *Immaculatæ Conceptionis*, &c. ut ex Ludovic. Muñoz refert Hippol. Marrac.

MARIANA Zapata, Monialis Cisterciensis Hispana, edidit Hieroglyphicum *pro immunitate Virginis MARIÆ*; ut videre est apud Sanct. Zapata lib. de Concept. fol. 148.

MARIANUS Oscelar, Ordinis Minorum, in libro dicto: Glorioſus Franciſcus redivivus, oſtendit *quomodò incœpit Ordo Immaculatæ Conceptionis* florere ſub PP. Obſervantibus & à P. Franciſco Reformationis Angelorum Cuſtode Regulam ſeu Statuta Sanctimoniales receperunt, Caput unum quod eſt in ord. 9. Item, de Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis* incœptione Caput alterum. Item, adgloriſſi D. Reginam noſtram *Immaculatiſſimè conceptam in Conceptionis Ordine* ab ea confirmato Congratulationem, à folio 37. uſque 56. Lib. impreſſ. Ingolſtadij 1625. in 4.

MARIANUS de Smyſtere, Ordinis Minorum Flander, edidit Opuſculum ſub hoc titulo: Reſponſio ad libellum quendam ſupplicem porrectum Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus *ſuper titulo Immaculatæ Conceptionis*, quem quia PP. quidam Dominicani expungendum eſſe contendunt (diverſis rationibus ſatis confuſè inde allatis) ut cunctis pateat quàm iniqua ſit hæc eorum poſtulatio, breviter eorum fundamenta in quæſtiones quaſdam redigemus, eiſque reſpondebimus. Et adducit 5. quæſtiones, & incipit: Affirmant Auctores libelli ſupplicis. Extat in fol. in Archivo Gandenſi.

MARINA de Cardenas, fœmina nobiliſſima Hiſpana, ſuis opibus in Urbe Romana ad radices montis Capitolini, titulo Sanctæ MARIÆ libera nos à pœnis inferni, Monaſterium *Conceptionis* anno 1525. erexit, & cum alijs decem mulieribus hujus Religionis habitum aſſumpſit, ut refert Baldinus Junius ad annum 1484. folio 768. part. 4 Gonzaga in Hiſt. Seraph.

MARINÆUS Siculus, loquens de Joanne Aragoniæ Rege, inquit: Feſtum quoque *de Beatæ Virginis MARIÆ Conceptione*, ſicut & alia ejus feſta celebrari ſumma cum celebratione præcepit, & *ne quis Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam*, neque publicè, neque privatè dicere auderet, in libro de Rebus Hiſpaniæ 12.

MARINUS Merſenus, Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, in libro: Quæſtiones celeberrimæ in Geneſim, &c. cap. 1. verſ. 1. objectione 9. col. 350. agens de miſericordia Dei ante lapſum peccati, ſic inquit: Sublimior enim miſericordiæ effectus eſſe videtur, ſtantes ne cadant tenere, quàm lapſos erigere & in priſtinum gradum reſtituere; ut patet *in Beatiſſima Virgine Deipara, quam ab omni vitiorum labe immunem intactamque conſervavit*, in quo magis elucet divina bonitas ac miſericordia. Item, cap. 3. verſ. 15. fol. 1368. ad illud: Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. adducit auctoritatem S. Auguſtini: *Excepta itaque ſancta Virgine*, &c. Impreſſ. Pariſijs 1623. in fol. magno.

MARIUS Carrafa, Archiepiſcopus Neapolitanus, præcepit ut in Regno Neapolitano obſervaretur *feſtum Immaculatæ Conceptionis*; ut videre eſt in actis Synodalibus, fol. 59. Neapoli 1568. in 4.

MARIUS Victorinus, de quo dubito, an fuerit ille Marcus Fabius Victorinus antiquus, ac S. Hieronymi præceptor; ſed hic non dicitur ſcripſiſſe in Geneſim. Hic ergo quiſquis fuerit, loquens cum ſerpente, lib. 1. in Geneſim, inquit:

> ..... *pedibus repes, & pectore prono:*
> *Te quoque iam mulier perimet cum ſemine, cujus*
> *Callidus extremis tantùm inſidiabere plantis.*

Ita refert Ferdinandus de Vergara in ſua Apolog. Conceptionis cap. 3. fol. 20. à tergo. In quibus verbis notandum eſt illud: Te quoque. Ergo ſicut perempta fuit à ſemine ſerpentis; fuit etiam à muliere. Si à Chriſto fuit peremptum peccatum originale à primo inſtanti Conceptionis; ergo & in eodem à MARIA. Item, illud: Tantùm inſidiabere. In hoc ſolùm vel tantùm videtur Doctor iſte conſtituere differentiam inter mulieres & ſemen, Chriſtum & MARIAM, quia Chriſtus cùm eſſet Sanctus per naturam, ſerpens non potuit ei eſſe inſidiari: MARIÆ verò ſic, quia fuit liberata ex mera gratia, & ſic ſemper ſerpens inſidiabatur calcaneo ejus, ſiquidem cognoſcebat eſſe puram creaturam, & ordine naturali genitam.

MARIUS de Vignioni Italus, Ordinis Minorum, in lib. Elogij Sacri nelle ſolemnità principali de N. Seguiore, della B. Vergine MARIA, Elogio 35. fol. 566. *de Immaculata Virginis Conceptione*, ad illa verba: Non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt, & incipit: Che dal Cielo s'habbino, &c. uſque 584. Lib. impreſſ. Venetijs 1652. in 4.

MARIUS de Vipera, Archidiaconus Beneventanus Italus, in Catalogo Sanctorum quos Eccleſia Beneventana duplici ac ſemiduplici celebrat ritu, ad diem octavam Decembris, folio 81. agit *de feſto Conceptionis Beatiſſ. MARIÆ Virginis duplici cum octava*. Impreſſ. Neapoli 1635. in 4.

MARSILIUS Fecinus Florentinus, in libro de Religione Chriſtiana, cap. 36. fol. 121. refert ex Alcorano Mahometis, *Quòd Beata Virgo MARIA omnium mulierum optima, & à nullo unquam tacta fuerit*. Lib. impreſſ. Pariſijs 1559. in 8.

MARSILIUS Inguem, in 2. lib. Sententiarum, quæſt. 20. folio 314. Utrum Virgo MARIA janua cœli & Domina mundi in originali peccato fuerit concepta? art. 3. ponit ſequentes Concluſiones: Veriſimile eſt & abſque formidine concedendum, *in Conceptione Virginis* fuiſſe conventum maris & fœminæ, quomodò etiam communiter generantur homines. Concluſioſio 2. Veriſimile eſt, quòd in hac caſtiſſima & benedicta parentum Virginis conjunctione aliqua interfuerit carnis libido, & carnis ut ſic aliqualis prurigo. Concluſio 3. Videtur, quòd ſemen receptum in utero matris, de quo formatum eſt corpus Virginis, aliquo tempore erat cum qualitate morbida, ſicut etiam eſt de alio humano ſemine. Concluſio 4. *Anima Virginis nunquam fuit ſub macu-*

la culpæ originalis, quam latissimè probat, ac respondet ad argumenta partis adversæ, à fol. 314. usque 318. Lib. impress. Argentinæ 1601. in fol.

Item, in 3. Sententiarum, quæst 4. art. 1. fol. 373. postquam quæsierat: An Virgo MARIA in suis parentibus extiterit decimata? inquirit: Utrum ab omni peccato extiterit immunis? ponitque has Conclusiones. Prima: *Quòd fuerit sanctificata in primo instanti sui esse.* Secunda: *Quòd semper fuit gratiâ plena.* Tertia: Quòd simul plena fuerit omnibus virtutibus; & sic ponit alias Conclusiones pertinentes ad hanc materiam, à folio 372. usq; 377. Impress. ut supra, sed tomo distincto.

MARTINUS Almodovar Hispanus, Eques de Calatrava, edi curavit Librum Raymundi Lullij ex tertio Ordine S. Patris Franciſci & martyris *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Hispali, anno 1491. in 4. de quo latè infra verb. Raymundus Lullius.

MARTINUS Alphonsus Escudero, Doctor Hispanus, in Territorio Hispalensi fecit informationes de scandalo dato ab aliquibus asserentibus *Dei Matrem MARIAM fuisse originali peccato maculatam*; & extant impress. cum alijs eiusdem argumenti, anno 1615. in folio. Vide verb. Ludovicus Alvarez de Andrada.

MARTINUS Alphonsus Vivaldus, Jurisconsultus Hispanus, in libro dicto: Baculus sacerdotalis, cap. 15. asserit: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta absque ulla peccati originalis labe, atque Ecclesiam ejus purissimam atque Immaculatam Conceptionem* per universum orbem celebrari & venerari præcipere. Impress. Venetijs 1599. in 8.

Item, in Candelabro aureo, cap. 3. de quibusdam quæstionibus, part 4. folio 731. tractans illud: Ab æterno ordinata sum, inquit: In sensu etiam morali dicitur *de Immaculata ac purissima Virgine*: Ab æterno ordinata sum; id est, *quod ab æterno caruit omni deordinatione culpæ originalis*, venialis, vel mortalis. Lib. impress. Venetijs 1611. & 1605. in 4.

Item, in libro Italicè scripto: Schola Catholica moralis, &c. in Dedicatoria ad Virginem MARIAM, ipsam vocat *Immaculatam, purissimam, atque limpidissimum* speculum sanctitatis, &c. Item, Dialogo 5. vocat *Virginem MARIAM purissimam.* Et in indice vocat ipsam *Virginem MARIAM Immaculatam.* Lib. impress. Venetijs 1602. in 8.

MARTINUS de Angulo Pulgar, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem pro Scoto *& Virginis MARIÆ Immaculato Conceptu.* Impress. cum alijs Granatæ, fol. 280. & aliam Glossam, fol. 298.

MARTINUS Aragoniæ Rex hujus nominis I. *de gloriosissimæ Dei Genitricis MARIÆ Immaculata Conceptione* Statutum. Cæsaraugustæ 1398.

Item, *de eadem Immaculata Conceptione* Statutum alterum. Barchinone 1408.

MARTINUS Arbelaiz, Ordinis Prædicatorum, in Serm. 8. de Omnibus Sanctis, folio 22. inquit: La Capitana que lleban, es la sacratissima Virgen MARIA, de quien avia dicho David: Adducentur Regi Virgines post eam; porque ella fue la primera que hizo voto de castidad, y dio principio à tan santo instituto, y no es de maravillar, que sea la Capitana, porque esta guerra es de todos, assi hombres, como mugeres à quien representaron antiguamente la valerosa Judith y la valentissima Debora, capitanas del pueblo de Dios. Su vandera es blanca, y sus armas azucenas, &c. Y adonde llegaron? usque ad videndum Deum Deorum in Sion: Aquien no admira exercito tan gallardo? Aquien no espanta hermosura tan peregrina? quien considerando pasos tan bellos y concertados, no dice: Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens? Que Aurora tan hermosa es esta que dejando la noche assi va creciendo hasta hazerse dia. Que belleza de lana? &c. Impress. Lermæ 1621. in 4.

MARTINUS de la Ascension, Ordinis Minorum Hispanus ac Martyr, in Imperio Japonum prædicavit ac docuit constanter *præservationem Virginis MARIÆ à peccato originali.* Ita Daza in Tractatu de Concep. cap. 6. fol. 44.

MARTINUS ab Azpilicueta Navarrus, Doctor insignis Hispanus, asserit: Quòd possunt fieri omnia divina officia tempore Interdicti *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, & ejus octava in Ecclesiis in quibus dicitur officium ordinatum per Protonotarium Leonardum Nogarolum, & ejus Missa quæ incipit: Egredimini, &c. tomo 1. de Censuris Ecclesiasticis, cap. 27. num. 182. & 186. Item, Quòd benedicta Virgo MARIA fuit priùs sancta, quàm nata, *& tam cito sancta, quàm concepta, &c. Et quod sententia de Immaculata Conceptione* est recepta in Statutis Gallicis, in tractatu de Oratione & Horis Canonicis, cap. 19. num. 146. tomo 1. Lib. impress. Romæ 1590. in folio.

Item, Quòd Christus Dominus *atque Virgo Mater admiranda peccare non potuerunt; ille quidem per naturam, hæc verò per gratiam, &c.* in tractat. de Pœnitentia, dist. 7. capite 4. Si quis, num. 21. tomo 2. Item, Quòd Virgo MARIA redemptionis & mundiciei humanæ quodammodo initium, *à labe etiam originali fuit omnino immunis*, ut latiùs etiam pridem dixerat contra Glossam ibi in cap. 1. de Consec. dist. 3. in eodem dist. 7. cap. Si quis, numero 74. Item, *Quòd gloriosa Christi Genitrix nævo querit & labe caruit tam originalis*, quàm actualis peccati, in Commentario de Jubileo & Indulgentiis 13. num. 8. tomo 2. folio 37. Lib. impress. Romæ 1565. & 1575. etiam Romæ.

Item, in Enchiridione sive Manuali *eximit Virginem à peccato originali*, præludio 1. Lib. impress. Venetiis 1594. & Lugduni 1584. in 4. & 1574. & Moguntiæ 1601. in 8. regali, & Romæ 1590. in folio magno. Item, de peccati una specie, quæ est peccatum originale, *quo caruit Christus & Mater ejus*, Summarium unum ibidem præludio 8. Impress. ut supra, & Romæ 1586. in 4. & Venetiis 1589.

Item, in Compendio suorum Operum, titulo de Peccato originali *eximitur Virgo MARIA à nexu Adami*, eodem præludio 8. Lib. impress. Brixiæ 1596. in 16. Sed nota, quòd in Compendio impr. Venetiis 1606. apud Matthæum Quari ista non habentur. Item, notatione dignum est quod dicit in Commentario de Horis Canonicis, capite 19. conclus. 12. num. 131. in margine: Nullum væ peccati mortalis vel venialis secundùm omnes, *neq; originalis* secundùm plerosque omnes, sive majorem partem recentiorum, quibus semper adhæsi, &c. Quorum de numero fui, sum & gratia Filij ejus . . . . . Lib. impress. Venetiis 1618. in 4. folio 196.

MARTINUS Baccius Tiletanus, Sacræ Theologiæ Licentiatus Flander, in libro Flandrico, dicto: Thesaurus Concionum Catholicarum, in 4. parte

4. parte de Sanctis, à folio 10. adducit Flandricè duos Sermones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, in quibus ostendit omnimodam puritatem. Impress. Antuerpiæ, anno 1597. in folio.

MARTINUS Becanus, Societ. Jesu Moguntinus, Theologus ac Controversista adversùs Hæreticos in Germania celebris, p. 1. Theologiæ Scholasticæ, cap. 14. de Prædestinat. quæst. 5. de Modo & ordine prædestinationis, conclus. 3. num. 6. folio 163. agit de modo & ordine quibus *B. V. MARIA fuit ab æterno præviſa immunis à peccato habituali*, ac concludit: Si autem dicamus Deum immediatè post prævisum actuale peccatum Adami ordinasse meritа Christi, facilè defendi potest *Beatam Virginem per merita Christi præveniri potuisse, ne peccatum habituale ex Adamo contraheret, licet præveniri non potuerit*, quin actualiter non peccarit, &c. Item, infra cap. 15. quæst. 5. num. 2. de Ordine reprobationis, folio 174. inquit: Quintò statuit merita Christi diverso modo applicari hominibus. *Nam Beatam Virginem voluit præservare à peccato originali* per merita Christi, reliquos omnes permisit concipi in peccato originali, &c. Lib. impress. Moguntiæ anno 1612. in 4.

Item, part. 3. tract. 1. de mysterio Incarnationis, cap. 28. de Beata Virgine Matre Christi, quæst. 1. An Beata Virgo concepta sit in peccato originali? fol. 215. num. 6. ponit hanc Conclusionem: Beata Virgo peccavit quidem in Adamo, & ex vi suæ Conceptionis fuit obnoxia ut contraheret peccatum originale, *non tamen contraxit illud peccatum, eò quòd per divinam gratiam fuerit præservata*, &c. Impress. etiam Moguntiæ 1622. in 4. & 1620.

Item, quæst. 10. Ad quos transfundatur peccatum originale? an omninò ad omnes? inquit: Quòd probabilius sit *Beatam Virginem peccasse quidem in Adam, & ex vi suæ Conceptionis habuisse debitum contrahendi peccatum originale, non tamen contraxisse illud peccatum, eò quòd per divinam gratiam fuit præservata.* Quam Conclusionem probat latè. Lib. impress. Venetijs 1628. in 4.

MARTINUS Bonacina, Mediolanensis Italus, & Episcopus Algerienſis, de Modo tractandi & scribendi *de mysterio Immaculatæ Conceptionis* in tom. 1. suorum Operum, verb. Suspensio, disp. 3. punct. 5. §. 1. summario 36. & 37. Impress. Lutetiæ Parisiorum 1634. in folio & 1636.

Item, *Quòd Beatissima Virgo de facto non contraxit peccatum originale* Conclusionem in disputatione 2. de Peccatis quæst. 1. tomo 2. suorum Operum. Impress. Parisijs 1634. & Venetijs 1635.

Item, An Beata Virgo Maria sine originali peccato concepta fuerit? sivè de exemptione à peccato & de gratiâ Beatissimæ Virgini collata, Quæstionem unam assertivè in quinque puncta divisam & multas propositiones, in libro de Incarnatione. Impress. Mediolani 1629. in 4.

MARTINUS Bresserius Boxtellanus, Societatis Jesu Belga, in libro de Conscientia, lib. 6. cap. 20. fol. 693. loquens de ordine prædestinationis, inquit: Primò decrevit ab æterno Deus condere hoc universum, & in eo hominem. Secundò voluit eum constituere in statu innocentiæ ac justitiæ originalis; ideoque ad illam prædestinavit protoplastos: in quo statu si perseverassent, nemo non erat consecuturus finem creationis suæ æternam gloriam. Tertiò tam suavem providentiæ suæ cursum, tamque fœlicem humanæ naturæ statum vidit eversum peccato originali, eòque ipso genus humanum aspersum, & quasi confusum massâ quadam perditionis, nisi *scilicet singulari privilegio aliquem vel aliquam ab illa diverteret, ut Beatam Virginem*, &c. Impress. Antuerpiæ 1638. in 4.

MARTINUS de Caicedo, Doctor Hispanus ac Judex Ecclesiasticus in Diœcesi Hispalensi, fecit Informationes juridicas contra aliquos propter scandala exorta ex opinione affirmativa *circa Conceptionem Virginis MARIÆ*, quæ cum alijs prodierunt impress. Hispali anno 1615. in folio.

MARTINUS de Campo, Doctor Hispanus, typis mandavit Sermonem Rss. Domini Petri de Campo Episcopi Utinensis *ad gloriosam Virginis MARIÆ conceptæ absque culpa originali*, &c. Impress. Toleti 1623. in 4.

MARTINUS Carrillo, Abbas de Monte Aragon, in lib. Annales Chronologicos del mundo, libro 5. sub Martino V. ad annum Christi 1418. folio 407. à tergo, inquit: El Santo Fray Carmelo Italiano, natural de Piamonte grande estudiante el qual comentando el libro de los Cantares, y en particular aquellas palabras del Capitulo 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, fue arrebatado como en espiritu, y llevado adonde vio sobre un trono celestial à la soberana Reyna del Cielo Maria santissi. llena de luz y resplandor por todas partes, y con acordados instrumentos en diversos Coros le cantaban infinidad de Spiritus Angelicos, aquellas mesmas palabras, que à el avian hecho dificuldad: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Salio enseñado de esta vision, *que la Reyna del cielo desde el primer instante de su Concepcion asta de ultimo de su Assumption toda estuvo llena le gracia.* Desaparecio la vision, y hallandose con la pluma en la mano, con gozo celestial y lleno de diversos favores; à las palabras: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, añadio: Ita est & ego vidi. Y como quisiese proseguir el comento de aquel lugar no pudo escribir otra cosa; quæ ita est & ego vidi, &c. Item, lib. 1. fol. 48. ad ann. 1985. Quòd V. Maria die Veneris seu feria 6. *fuit concepta absque peccato originali*, quod probat latè adducendo varios tam antiquos, quã modernos Sanctos Patres ac Doctores. Vide ibi. Item, refert quomodò Robertus Gaguinus Generalis Ordinis SS. Trinitatis scripsit *de purissima Conceptione V. MARIÆ*, &c. in lib. 5. Annalium sub Alexandro VI. ad annum 1496. Item, circa Decretum Gregorij XV. Pont. Max. in favorem *purissimæ Conceptionis MARIÆ sanctissimæ*, lib. 6. ad annum 1612. folio 497. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1634. in folio.

MARTINUS Carrillo, Archiepiscopus Granatensis Hispanus, post Decretum Urbani VIII. elegit in patronam suæ Diœcesis *Beatam Dei Genitricem MARIAM sub illibato eius Conceptionis* mysterio, &c. Antonius de Quintanadueñas in Opere posthumo ad primum Ecclesiæ præceptum tract. 1. singulari 4. folio 8.

MARTINUS del Castillo, Ordinis Minorum Hispanus, in libro cujus titulus est: El humanado Seraphin, y unico llagado; tratado Apologetico de como solo el Patriarcha P. N. S. Francisco entre todos los santos de la Iglesia goza y posee las llagas penetrantes, cruentas y reales, y visibles de nuestro Señor Jesu Christo, y que este blason por pintura, escrito ó palabra, no se puede con-

ceder à otro santo ôSanta,Beato,ôBeata de qualquiera opinion,fama ,estado ó Religion que sea, agit *de purissima ac Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, fol.22. & alibi.Lib. impress. 1656. in 4.

Item ,in Conclusionibus habitis in Mexicano Conventu latissimè agit etiam *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. 1649. in charta expansa. Vide Joannem Caballero.

Item, in Opere super cap. 13. Danielis , in Appendice de Susanna figurata §.14.*deMARIAImmaculatè concepta*, per totum.

Item , inExpositione Abdiæ 3. part. super versum 17. illust. 2. Moralium 8. ad illa verba: Et in monte Sion erit salvatio, & erit sanctus,tractat *de Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptionis* mysterio,

MARTINUS Claus Societatis Jesu , vivente adhuc S. Ignatio & ipso præsente habuit in Romano Collegio primas Theses *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Maffeius in Vit.S. Ignatii lib. 3. cap. 9. & Auct. Theat. Jesu. fol. 235.

MARTINUS Cornejus , Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispanus,in libro : Zifras de la vida de san Augustin, cap.28.folio 161. sub hoc titulo : Del voto que hizo nuestra Orden à la Virgen de Gracia por conservar el uso de su Escapulario,&c.dicit quòd scapularium album portant Augustiniani *in honorem Virginis de Gratia*, vel in honorem Gratiæ Virginis. Lib.impress.Matriti 1622. in 12. regali.

MARTINUS Doyza Alcanizienſis , Ord.Minorum Hispanus,in parte 1. Concionum Adventualium,*in festo Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* Concionem 1.Item,*de Immaculata Virginis Conceptione* Concionem alteram , quæ extant à folio 78. usque 103.Lib. impress.Cæsaraugustæ 1602. in 4. & Brixiæ 1610. & alibi.

MARTINUS Esingein,Doctor Germanus , in festo Annuntiationis sacratissimæ Virginis Mariæ Germanicâ linguâ , pagina 18. affirmat *ipsam Dei Matrem fuisse præservatam à peccato*. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi artic. 2. folio 95.

MARTINUS Frangipanibus Segniæ, Vegliæ, Modrusiæque Comes , in scripto pro Sancta Maria de Gratijs vocat ipsam *intemeratam* & gloriosissimam , &c. Vide Princip. Marian.

MARTINUS Garzia, Barchinonensis Episc.ac Inquisitor,in lib.Sermonum.serm.129.ad illa verba : Erunt signa in sole & luna , folio 402. *de Conceptione Virginis MARIÆ* unum. Item, in eodem die Conceptionis B.V.Sermonem alterum,super illa verba : Benedicta tu in mulieribus. Item, in eodem die *Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem alterum ad illa verba: Facta est quasi navis. Item, alium edidit Sermonem in die *Conceptionis* factum contra Agarenos super illa verba : Erunt signa in sole & luna. Quæ omnia reperies à folio 402. usque ad folium 412. Lib. impress. Cæsaraugustæ characteribus antiquis in 4. Sed ut cognoscant omnes,quomodò Auctores antiqui intelligebant B. Virginem fuisse sanctificatam & purificatam in Conceptione , decrevi ex Serm.23.fol.4.transcribere hæc verba;ait enim : Quæ dicitur azora à la Hay maram,dicens: Dixerunt Angeli: O Maria Deus elegit te,& purificavit te,& præposuit te omnibus mulieribus. Primum tangit,quoniam dicit: Deus elegit te,*scilicet in Conceptione tua,nam tunc fuit sanctificata in præservatione.* Unde in Psalmo : Elegit eam Deus, & prælegit eam ; quod fuit in principio scilicet in Conceptione ejus. Unde Psal. 45. Deus in medio ejus non commovebitur. Adjuvabit eam Deus manè diluculo ,id est, in aurora suæ Concept. &c. Quintum tangit quando dicit: Deus purificabit te,non purgando à macula , sed per gratiam faciendo illam magis puram,sicut artifex aurum jam purum mundificat, vel argentum purum magis purum facit deaurando illud, &c. Hæc Garzia.

MARTINUS Gutrie Comburgensis, cùm esset Hæreticus,& tabe atque etica febri laboraret à medicis de salute desperatus, & Hæretici tum minis, tum alijs consuetis diligentijs vellent ut in sua secta animâ exhalaret , ipse ægrotus clamoribus ac suspirijs expectabat, ac contendebat ad se medicum Catholicum animæ suæ advocari. Domestici Catholici vicem ejus miserati, ipso festo *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* vocarunt Fredericum Fornerium Sacræ Theologiæ Doctorem & Bambergæ Cathedralis Ecclesiæ Concionatorem; interrogatusque ægrotus Hæreticus à prædicto Fornerio , qua de causa tantopere Catholicus esse & in Ecclesiæ gremium recipi vellet, respondit : Nocte proximè præterita (*erat is dies Conceptioni Beatæ Virginis sacer*) Beatissima Dei Mater magno circumfusa lumine adstitit mihi , dixitque : Quia me sæpius devotè & intimi cordis affectu salutasti , ecce ad te venio, & moneo instare obitum tuum. Advocato igitur Sacerdote in Ecclesiæ Catholicæ gremium abscribi postula , peccata tua integrè confitere, sacram synaxim susipe : nocte enim Nativitatis Filij mei, quâ prodijt ex utero meo natus in hunc mundum, illâ ipsâ horâ veniam & animam tuam mecum adducam ad gaudia fœlicitatis cœlestis , &c. Rem fuisse miraculosam probavit eventus, de quo lege Joannem Bourghesium in libro Societas Jesu B. V. sacra , cap. 25. folio 352.

MARTINUS à S. Josepho,Ordinis Minorum Hispanus , in libro : Avisos de Confesores, y guia de Penitentes , &c. tom. 1. libro 2. tract. 1. de Indulgentijs , num 4. fol.458. inquit: Advirtiendo *que la Virgen nuestra Señora como nunca pecò*, ni venialmente, no necesitò de satisfacer por si , y assi toda su satisfacion la librò y puso en el tesoro de la Iglesia,&c. Matriti 1649.in folio.

MARTINUS de Lasarte , Poëta Hispanus, scripsit Carmina *de Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ*. Impress. cum aliis apud Sanct. Zapata in libro de Concept. fol.169.

MARTINUS de Lilio,Ordinis Minorum Complutensis,correxit & emendavit Lib.Flos Sanctorum R. P. Petri de la Vega Ordinis Sancti Hieronymi, anno 1541. in quo folio 11. à tergo & in alia impress. fol. 150. ponitur Legenda seu Historia *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib.impress. Hispali & Compluti 1572. in folio. Vide verb. Millan Doctor. Item, in alio capite : Como fue instituidta la *Orden de la purissima Concepcion* de la Madre de Dios en la ciudad de Toledo: y los perdones que se ganan el dia de su fiesta.

MARTINUS Lutherus Hæresiarcha damnatus,natione Saxo, in Sermone *de Conceptione Virginis MARIÆ*,inquit: In Virginis Mariæ Conceptione, cujus corpus progressu temporis juxta aliorum usum infantulorum ritum factum est,usq; ad animæ infusionem non opus fuit tali Conceptione , quemadmodum Christi videlicet,quem solum Deum & hominem

hominem citra viri operam omnibus membris absolutum concipi oportebat: potuit enim Maria *ab omni originali peccato præservari*, donec anima infundenda esset, &c. *MARIÆ Conceptio piè creditur fuit originali peccato facta esse, ut scilicet in ipsa animæ infusione nisi etiam ab originali peccato purificata fuerit, divinis datibus redimita ad accipiendam sanctam animã à Deo ipso infusam, atque ita in primo momento cùm vivere inciperet, omnis peccati expers erat*, &c. Sic Virgo Maria quodammodo inter Christum & alios homines medium tenet: siquidem Christus cùm conciperetur & viveret, eo ipso articulo temporis plenus gratiâ fuit: cæteri homines sine gratia sunt tam in priori, quàm in posteriori conceptione: atq; V. Maria quamvis juxta priorem conceptionem non plena gratiâ erat, tamen juxta alteram Conceptionem plena gratiâ erat. Atque hoc non immeritò, nam medium fuit inter omnes nativitates, &c. Jam verò sicut Virgo Maria ritè inter carnalem & spiritualem nativitatem medium est, finis carnalis, initium autem spiritualis; ita etiam justè medium tenet inter conceptionem. Nam ut cæteri homines tam animâ, quàm corpore in peccato concipiuntur, Christus autem sine peccato tam corpore, quàm animâ: ita Maria Virgo juxta corpus quidem sine gratiâ concepta est. Hoc sibi volunt verba illa, quæ Angelus Gabriël ad eam dixit: Benedicta tu inter mulieres. Non enim ad eam dici posset: Benedicta tu, *si aliquando maledictioni obnoxia fuisset. Dignum etiam & justum erat personam hanc ab originali peccato præservari*, de qua Christus sumpturus erat carnem, quæ omnia peccata superaret. Illud propriè benedictum vocatur quod divinâ gratiâ donatum est, hoc est, quod peccato caret. De hoc alij longè scripserunt & pulchras rationes ostendunt, quas hic percensere nimis longum foret. Hucusque Martinus Lutherus, ut ad litteram refert Rutilius Benzonius lib. 2. super Magnificat, cap. 22. dubio 7. fol. 146. & aliqua hujus sermonis fragmenta adducunt Maximiliana Sundæus in libro: Maria luna mystica, in Oratione de Purificatione, fol. 118. Gregorius de Valentia tomo 4. disp. 2. quæst. 1. punct. 2. col. 360. Andreas Copensteinus de recitatione Rosarij lib. 1. cap. 12. fol. 130. Jacobus Polius in lib. de Joachimo & Anna part. 1. §. 15. fol. 64. Verba autem erant apud Lutherum tomo 6. editionis Argentinensis ann. 1527.

Item, in Postilla de Annuntiatione Virginis Mariæ, inquit: Siquidem gratia Dei ipsam omnis boni abundantem fecit, *& ab omni malo liberat*. Secundò Deus cum ipsa est, hoc est, omne quod facit aut omittit divinum est, & in eo à Deo perficitur; ad hæc tutatur eam *& defendit ab omni quod noxium & incommodum esse potest*, &c. Vide Rutilium Benzonium ubi supra. Et licèt pessimus iste Hæreticus, quando erat Catholicus piam tenuerit sententiam; quando tamen apostatavitâ fide etiam mutavit opinionem; & hæc ratio quare in alijs locis docuit contrariam.

MARTINUS à Magistris, Parisiensis Theologus, in Contemplatione melliflua super Salve Regina, quam verius vocare licebit eloquentissimam, piissimam, doctissimam ac planè auream eiusdem Cantici seu Paraphrasim, seu Commentationem, &c. ad illud: O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria, num. 6. folio 665. inquit: Neque miretur quispiam novum in te quendam excellentissimum clementiæ modum finiri, *quæ novâ prorsus ac inusitatâ ratione ab iræ filiatione crederis absoluta*. Fuimus iræ filii omnes, furorique principiantis summâ judicii æquitate expositi, à quo malo sacra nos fecit regeneratio liberos; at te etsi Evæ prolem fecerit ipsa naturæ propagatio, *ne tamen in te generis maledictionem inferret, ne communi vulgatoq; miseriæ sobolis inficereris contagio: summo quodã fuit spectatæ majestatis beneficio præpedita. Non est à te exclusa ullius Sacramenti virtute generis infectio, sed quam illatura erat suâ conditione generatio tua, miseratione Principis ne illaberetur, prohibita est. Quare detrahit tibi nemo singularem cœlestemq; clementiæ gradum, qui hanc vulgarem, quâ nascentiæ ab furore liberareris, indultam tibi rationem concesserit. Neq; altera illustrissimæ pietati tuæ fuisse videtur origo*; nam mortalium miseriam ac calamitates rigidâ illâ justorum severitate prospicere non potes, quæ sola inter homines quò minùs misera esses, ab ipso fœlicitatis Principe adversùm tui generis cladem, singulari privilegio beneficium accepisti. Factura erat te miseram ut cæteros origo, nisi communis nascentiæ venena piissimis in te pietatis auctor præcurrisset antidotis, &c. Impress. cum Parnas. Marian. Antonii Baling. Duaci 1624. in 12.

MARTINUS Marteau, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Sacræ Theologiæ Professor Gallus, in libro: Abbregé des privileges, merites & indulgences de la Confrairie du S. Scapulaire, &c. folio 236. narrat quomodò Leo X. concessit plenariam indulgentiam omnibus audientibus *Missam Immaculatæ Conceptionis* quocumque anni die, &c. Impress...

MARTINUS Martinez de Ampies, Poëta antiquus Hispanus, in libro cujus titulus est: Triumpho de Maria, ad finem libri inquit:

Digamos por cierto que dende la hora
Que fue preservada por la providencia
Ya fueron sugetas con gran obediencia
Las virtudes todas à nuestra Señora.

Et folio penultimo sub hoc titulo: Comienza el primer amor de la Virgen:

El Amor Madre primero
Que todo saber inclina
Tuvo Dios por muy entero
Para nuestra medicina
Quando su mente divina
Te escogio, y ante escogio
Y escogida clarecio
Tu persona, y alma fina.

Lib. impress. characteribus antiquis in 4. absque anno vel loco impressionis.

MARTINUS Martinez, Cantapetrensis Hispanus, in lib. suo Hypotyposeon 6. cap. 3. *pro immunitate Beatæ Virginis ab originali peccato* §. unum. Impress. Salmanticæ 1582. in folio.

MARTINUS Miricanus, Ordinis Minorum Belga, in suis locis communibus, fol. 311. verb. Maria agit *de Immaculata Conceptione*, & quid circa hoc actum sit Romæ, in Helvetia, ac alibi. Extat manusc. in Conventu Fratrum Minorum Recollectorum Bootendalensi in Silva prope Bruxellas, in fol. litt. H. 5.

MARTINUS Olave, Societatis Jesu Hispanus, primus fuit qui in Romano Collegio Theologiam docuit *& Immaculatam Beatæ MARIÆ Conceptionem* asseruit, quæ ab ipsamet Deipara opti-

ma Societatis magistra profecta videtur. Ita Pater Joannes Bourgheſius, in libro: Societas Jesu B. V. sacra, cap. 27. fol. 380.

MARTINUS de Peraza, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, in libro Sermonum Adventualium, part. 1. *de Conceptione Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ* Concionem unam, à fol. 408. Lib. impreſſ. Cæsarauguſtæ 1600. in 4.

Item, in Mariali manuſc. quod extat in Bibliotheca D.D. Didaci de Arce Inquiſitoris Generalis, eſt ejuſdem Sermo *de Immaculata Virginis Conceptione*, de quo aliqua verba refert Joan. Tam. de Salazar folio 232.

MARTINUS Perez de Guevara, Ordinis Minorum Hiſpanus (noſter ſocius & continuus comes in omnibus laboribus noſtris & conquirendis monumentis antiquis *pro Immaculata Virginis Conceptione* contentis in hac Militia & in alijs operibus, de quibus vide verb. Petrus de Alva) diſpoſuit ac in lucem dedit Libellum cujus titulus Hiſpanus eſt: Juicio de Salomon, &c. in quo ſemel & iterum mentio fit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. extat impreſſ. Lovanij in Typographia Immaculatæ Conceptionis ſub ſigno Gratiæ, anno 1663. in 8.

MARTINUS Perez ab Unanoa, Societatis Jesu Hiſpanus, in libro de Deo Uno & Trino aſſerit: *Quòd licet Virgo MARIA fuerit præſervata à peccato originali, eam redemit Chriſtus propriè, & quòd in Adamo ſolùm fuit quoad derivationem originalis iuſtitiæ, & quòd non habuit debitum proximum, ſed tantùm remotum ad peccatum originale.* Vide latè in indice. Lib. impreſſ. Lugduni 1635. in fol.

MARTINUS Philippus de Convelt, Societatis Jesu, in libro: Theatrum excellentiarum ſacratiſſimæ Deiparæ ex conſociatione excellentiarum ſui Filij, &c. *de Immaculata Conceptione MARIÆ* habet plura tomo 2. à folio 2000. ac deinceps ſparſim per totum Opus; ut videre eſt in indice concionatorio. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1655. in folio.

MARTINUS Primus Papa, in Synodo Lateranenſi centum & quinquaginta Epiſcoporum præſentiâ illuſtrata, canone 3. ſic definit: Si quis non confitetur propriè & verè Dei Genitricem S. ſemper Virginem *Immaculatam MARIAM* in ultimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe, & ex Spiritu ſancto, & incorruptibiliter enixam eſſe, & indiſſolubili permanente & ante & poſt partum ejuſdem virginitate, ſit condemnatus, &c. Micha. Carran. in lib. de Virginit. Mariæ, cap. cap. 15. fol. 118.

MARTINUS Quintus Pontifex Maximus, ſedebat in Beati Petri ſede, quando quidam Toloſani Studij Rector fuit auſus determinare *Beatam Virginem in originali peccato fuiſſe conceptam.* Qua de re furore populi pulſus è civitate, Romam veniens ad Summum Pontificem Martinum de illata ſibi injuria conqueſtus eſt, volens Concluſionem ſuam publicâ defendere diſputatione; indictaque à Pontifice diſputationis die, & jam collecto maximo Doctorum Conventu, cùm Frater ille non veniret, miſſus eſt nuntius qui eum advocaret. Fratres autem apud quos ille hoſpitatus fuerat, ad ejus cellam pergentes ipſum mortuum reperêre, interiora ventris non habentem. Ita Marrac. in Pontif. Marian. folio 142. ex Bened. Gognono in Chron. ad annum 1419.

MARTINUS del Rio, Societatis Jesu Hiſpanus, de Revelatione Sanctæ Catharinæ Senenſis circa *materiam Conceptionis*, nec non de actis quæ contigerunt Bernæ apud Helvetios anno 1509. &c. Sectionem unam, in libro Diſquiſitionum Magicarum libro 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 4. folio 140. Impreſſ. Lugduni 1604. in 4. regali & Venetijs 1616. in 4.

Item, *in feſto Conceptionis Virginis MARIÆ* Panegyricum ſeu Concionem, in libro dicto: Opus Marianum, ſive florida Mariana, ſive de laudibus ſacratiſſimæ Virginis Deiparæ. Impreſſ. Lugduni 1607. in 8. regali.

Item, Quòd Maria Virgo contrivit caput ſerpentis, *quia nunquam à ſerpente admorſa, ſed ſemper ejus victrix* fuit, tomo 1. de Adagijs ſacris veteris & novi Teſtamenti, Adagio 6. Lib. impreſſ. Lugduni 1614 in 4.

Item, Quòd Maria caput ſerpentis contrivit, *quia ſemper diaboli victrix fuit*, ſuper 3. cap. Geneſ. ad illa verba: Ipſa conteret caput tuum. Lib. impreſſ. Lugduni 1618. in 4.

Item, *Quòd MARIA fuit tota pulchra, quia nulla macula fuit in ea nec actualis, nec originalis*, &c. in libro Cant. 4. cap. 4. ſect. 1. Impreſſ. Lugduni 1603. in 4. Item, *Quòd MARIA potuit in ſua Conceptione filia naſci, ſed id Filius non permiſit*, &c. in eiſdem Cantic. cap. 6. ſect. 2. folio 464. Item, in eodem cap. 6. ad illa verba: Pulchra ut luna, ſic ait: Luna plenè nitens, non exilia oſtentans cornua, non ſemiplena, ſed perfecta ac toto orbe ſplendida, *non quidquam retinens imperfectionis*, ſed totum globum lucidum præ ſe ferens.

MARTINUS de Roa, Societatis Jesu Hiſpanus, in lib. de Statu animarum in Purgatorio, c. 2. fol. 13. Quòd Sanctiſſima Virgo Maria Domina noſtra tanquam filia per ſpecialem gratiam Patris æterni, tanquam vera Mater Dei Filii ac Sponſa Spiritus Sancti, ut Templum Sanctiſſimæ Trinitatis, ut cœlorum & terræ Domina, tanquam Regina ſuprema Angelorum, hominum & dæmonum *non fuit comprehenſa in lege peccati originalis, in quo nos concipiunt matres noſtræ, nec fuit intentio ſupremi Legiſlatoris ipſam comprehendere in illa lege, &c.* Impreſſ. Hiſpali 1619. Hiſpanicè in 16. & in lib. impreſſ. Italicè Romæ 1629. in 24. folio 16.

Item, de Monaſterio Monialium *Immaculatæ Conceptionis* Diſcalceatarum civitatis de Ezija, fundato anno 1599. in Hiſtoria ejuſdem civitatis, lib. 3. fol. 146. Item, de Hoſpitali *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, fundato anno 1593. ibidem fol. 147. Impreſſ. Hiſpali 1629. in 4.

Item, in libro dicto: Singularium ſcripturæ, parte 2. lib. 4. cap. 9. ſub hoc titulo: *Sanctiſſimam Virginem MARIAM originariâ peccati labe penitus caruiſſe*, nonnullis ſacræ Scripturæ locis oſtenditur; & ex quibuſdam aliis, nihil ex eis adverſus hanc veritatem haberi, contenditur, &c. Eſt quæſtio tractatus à fol. 547. uſque 580. Lib. impreſſ. Lugduni 1634. in 8. regali.

Item, in lib. Sanctos Honorio, Eutychio, Eleteban Patronos de Xerez de la frontera, &c. fol. 44. à tergo, loquens de cujuſdam Eccleſiæ Capellâ, inquit: Entre ellas una *de la Immaculada Concepcion de nueſtra Señora concebida ſin pecado originàl*, con una inſigne Confradia, de que la ciudad es Patrona, de tiempo immemorial, &c. Lib. impr. Hiſpali 1617. in 4.

MAR-

MARTINUS Ruiz, Ordinis Minorum Hispanus, in Directorio & Processionario Ordinis Minorum, &c. folio 416. ponit formam præstandi habitum Novitiis *purissimæ Conceptionis* usq; 422. Lib.impress. Matriti 1633. in 4. Daza citat eum fol.412. & 417. Sed hæc differentia provenit ex diversis impressionibus.

MARTINUS Rythovius, Episcopus Iprensis, in Statutis Synodalibus Iprensis Diœcesis celebratis anno 1577. titulo 21. de Festis, cap. 2. folio 224. assignat *Conceptionem Virginis MARIÆ* ut festivam. Lib.impress. Ipris 1577. in 4. & Antuerpiæ, anno 1634.

MARTINUS Sibenius, Societatis Jesu Germanus, in libro: Magnificentia Dei erga Matrem suam M. C. XXII. elogiis, titulisque stellas cæli numero excedentibus explicata, quibus à Clientibus illa suis, Patribusque Ecclesiæ Doctoribus cohonestatur, Auctore Paulo de Barri ejusdem Societatis, fol.159. pro die 8. Decembris, *& Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* vocat MARIAM gaudium commune mundi, negotium omnium fidelium, atq; proœmium miraculorum Christi, &c. Lib. impress. Coloniæ Ubiorum 1649. in 24. regali.

Item, Latinè reddidit Tractatum seu Librum R. Patr. Joannis Eusebii Nieremberg. de Affectu & amore erga MARIAM Virginem; ubi plura de ejus *Immaculata Conceptione*, præcipuè folio 315. de immunitate Deiparæ ab omni culpa. Antuerpiæ 1645. in 12.

MARTINUS de Sparza vel Esparza Artieda, Societatis Jesu Hispanus, in Collegio Romano Sacræ Theologiæ Professor, scripsit Opusculum sub hoc titulo: *Immaculata Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis deducta ex origine peccati originalis.* Impress. cum licentia Ananiæ Episcopi Sutrini & Nepesini Vices gerentis, & R.P. Raymundi Capisucci Ordinis Præd. Sacri Palatii Magistri, Romæ 1655. in folio.

MARTINUS Turnhout Brabandus, Ordinis Minorum, in 3. lib. Sent. dist. 3. agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut citat Antonius Daza in lib. de Concept. cap. 6. folio 48.

MARTINUS de la Vera, Monachus Sancti Hieronymi Hispanus, in Instructione prævia ac necessaria Ecclesiasticorum, cap. 14. §. 6. fol. 353. inquit: Y de aqui viene à la Virgen santissima por ser Madre de Dios, *la mas suprema y singular dignidad que se pudò communicar à la criatura*, fuera de la unión hypostatica, &c. Lib. impress. Matriti 1630. in fol. Si MARIA habuit maximam dignitatem, quæ communicari potest humanæ creaturæ demptâ unione hypostatica, & justitia originalis vel gratia in primo instanti non pertinet ad unionem hypostaticam; igitur illam habuit.

MARTINUS de Vejar, Ordinis Minorum Hispanus, in Summario suo agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Daza cap. 6. folio 50.

MARTINUS de Villanueva, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Exclamatione ad Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, folio 1. inquit: Bendita tu eres, entre todas las mugeres, *por gozar sola aquel raro privilegio de la immunidad del contagio de la original culpa*, &c. Serm. impress. Toleti 1649. in 4.

MARTINUS Ximena, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ Hispanus, in libro: Catalogo de los Obispos de las Iglesias Cathedrales de la Diœcesis de Jaen, y Annales Ecclesiasticos de este Obispado, folio 164. *de Monasterio Dominicano Conceptionis* fundato anno 1562. & ipsis Religiosis subjecto in civitate Giennen. De hoc etiam agit folio 481. Item, folio 174. in civitate de Andujar de Monasterio *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, fundato anno 1587. & de hoc etiam agit folio 494. Item, Quòd in Conventu Sanctissimæ Trinitatis de Ubeda extat memoria & Capella sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*, dotata pro omnibus quartis feriis à Catholico Rege Ferdinando, &c. fol. 213. Item, Quòd D. D. Petrus Pacheco Cardinalis & Episcopus Gadicen. fuit devotissimus *purissimæ Conceptioni*, & quomodò fuit primus motor circa Decretum Concilii Tridentini, &c. folio 476. Item, de Monasterio *Conceptionis* Religiosarum primæ Regulæ Sanctæ Claræ, fundato à D.D. Melchiore de Soria Episcopo Troiano, &c. folio 525. Lib.impress. Matriti, anno 1652. in folio.

MARTYROLOGIUM Anglicanum, ad diem 8. Decembris, sic inquit: *Conceptio gloriosæ & Immaculatæ Virginis MARIÆ*; quod festum cœpit celebrari in Anglia per Monachos Ordinis S. Benedicti, & Sanctum Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem propè ann. 1070. & postea fuit confirmatum à Sancta Ecclesia Romana, & jussum quòd illius festum per totam Christianitatem celebretur ad augendam devotionem fidelium tam magnæ Dominæ & protectricis, &c. Lib.impress. anno 1640. in 8.

Antiquum Romanum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV CHRISTI.* Impress. Venetiis 1509. in 4. & 1517. & Romæ 1584.

Cistercienſe, *de Conceptione Virginis MARIÆ* habet Notam latam tàm in impressis, quàm in manusc.

Gallicanum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctissimæ Virginis MARIÆ, &c.* Reliqua vide ibi, part. 2. fol. 982. Impress. Parisiis 1637. in folio.

Juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum, auctoritate Apostolica approbatum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIÆ*, festum totum duplex. Impress. Romæ 1637. in 4. regali.

Partim manusc. & partim impress. ad diem 8. Decembris: *Festum Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ.* Extat in Bibliotheca D.D. Cardinalis Barberini, absque principio & fine Plut. 42. littera B. num. 28.

Patrum Carthusianorum, die septima Decembris adducit vigiliam *Conceptionis Beatæ MARIÆ*, & die 8. *Conceptionem Immaculatam Beatæ MARIÆ* solemnes; ut videre est in Enchiridione seu Manuali R. P. D. Joannis Michaëlis Constantiensis, fol. 77.

Romanæ Ecclesiæ in singulos anni dies accommodatum Petro Gallesino Protonotario Apostolico Auctore, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis, &c.* Et in Annotationibus, folio 190. Annotatio pro antiquitate *festi Conceptionis*; ut videre est in Patre Gallesino. Impress. Venetijs 1578. in 4.

Romanum ad novam Kalendarij rationem & Ecclesiasticæ Historiæ veritatem restitutum, Gregorij XIII. Pont. Max. jussu editum, ad diem 8. Decem-

Decembris: *Conceptio gloriosæ semper Virginis Dei Genitricis MARIÆ.* Impress. Antuerpiæ 1586. in 8. regali & Romæ 1584.

Romanum linguâ Italicâ jussu Gregorij XIII. Pont. Max. editum, die 8. Decembris: *La concettione della gloriosa sempre Vergine MARIA Madre di Dio*, cum margine sequenti: Nel tempo che Guillelmo Duca de Normandia regnaba in Ingliterra circa l'an 1070. fu instituta la solemnità nel suo regno, & ultimamente dal sacro Concilio Tridentino & da Pio V. confirmata. Romæ 1636. in 4.

Romanum Gregorij XIII. Pontif. Max. jussu editum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIÆ.* Impress. Romæ 1584. in 12.

Romanum Italicè impress. Romæ in 4. ad diem 8. Decembris: Sancta Chiesia rinova hoggi la memoria *della Concettione della gloriosa & semper Vergine MARIA Genitrice de Iddio*, folio 282.

Romanum, *in die Conceptionis gloriosæ semper Virginis Dei MARIÆ* Kalendam. Venetijs 1611. in 4. & Romæ 1630. in fol.

Romanum linguâ Gallicâ ex versione Philippi Labbe Biturici Societatis Jesu, ad diem 8. Decembris folio 369. *Conceptio sanctissimæ Virginis & Matris Dei.* Parisijs 1643. in 4.

R.D. Francis. Maurolicij Abbatis Messanensis, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini nostri JESV Christi.* Impress. Venetijs 1570. in 12.

Secundùm morem Romanæ Ecclesiæ cum Kalendario ad Sacerdotum usum, die 8. Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini nostri JESV Christi.* Venetijs 1549. in 12.

Secundùm morem Romanæ Curiæ antiquum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri JESV Christi.* Impress. Venetijs 1509. in 4.

Usuardi cum additionibus Joannis Molani Lovanienses, ad diem octavam Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini nostri IESV Christi.* Lovanij 1573. in 8.

MASSICUS Fruzascho, Ordinis Minorum Italus, edi curavit primam partem Sermonum R.P. F. Thomæ Illyrici de Auximo, in qua sunt Sermones 25. de Beata Virgine, quorum primus est *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ*; ut videre est in libro impress. Tolosæ anno 1521. in 4. à fol. 122. usque 138.

MATTHÆUS Alcover, Ordinis Minorum, in Thesibus sub patrocinio R.P.F. Petri Perez ejusdem Ordinis, inquit: *Inter puras creaturas sola Virgo MARIA extitit præservativè redempta*, &c. Valentiæ 1654. in charta expansa.

MATTHÆUS Aloysius van Hulten, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 27. Julij anno 1659. Thesi 10. hæc defendit: *Sacratissimam Dei Genitricem MARIAM ab originali labe immunem fuisse statuimus, quam non uno loco à communi omnibus labe excipit Divus Thomas.* Impress. ibidem in 4.

MATTHÆUS Andebertus, Doctor Gallus, in lib. Flores Operum Divi Bernardi Abbatis Claravallensis, post librum 10. fol. 757. adducit ferè omnia, quæ nos in Bernardo dedimus *pro immunitate Virginis MARIÆ*, quorum solùm hîc transcribo verba ipsius, fol. 760. O Beata Maria sola inter mulieres benedicta, *sola à generali maledictione libera*, & dolore parturientium aliena, &c. Lib. impress. Lugduni 1570. in 12. regali.

MATTHÆUS Apostolus & Evangelista, natione Galilæus (aliàs vocatus Levi) pro Immaculata Virginis Conceptione, sic inquit: Nivei candoris es, ô Maria Immaculata! *scyrpus sine nodo*, Spiritus Sanctus qui est æternum donum *te sanctificavit, purgavit & illuminavit, & singularibus privilegijs decoravit*, &c. Ita Beatus Amadæus in sua Apoc. nova, raptu 8. Vide Hippolytum Marracium in in Apost. Marianis, & nostram Biblioth. Marianam tomo 1. In nostra Bibliotheca Virginea, sic verba Matthæi habentur: Evam legimus & audivimus de costa Adæ plasmatam nobilissimam & delicatissimam complexionisque optimæ fuisse, & ipsi viro, de quo sumpta erat, similimæ sed se nobiliorem & meliorem in cunctis membris, humoribus & corporis partibus, *in utero sanctissimæ Annæ incomparabiliter plasmavit*, & in omnibus corpori Filij tui (quod per donum Spiritus Sancti, te quoque adjuvante ut Matre, optimum & perfectissimum plasmatum est) simillimam reddidit. Ipse est speciosus præ filijs hominum, tu similiter post ipsum, & valde parum distans ab ipso, pulcherrima mulierum es & super omnes pulchra & decora. Congruum quippe erat, ut Mater gratiæ veritatis & misericordiæ, Genitrixque Dei dignioris complexionis esset, quàm mater carnalis omnium viventium. Iustum certè erat, ut illa dignior esset etiam in corpore omnibus alijs, ex cujus purissimo sanguineo humore plasmandum erat dignissimum corpus Redemptoris omnium. Annuntiabimus & animæ tuæ, ô Maria! præclarissimas virtutes, &c. Item, infra: Nivei candoris es ô Maria Immaculata *scyrpus es nodo carens, pœnas corporis & peccatum primi parentis in posteritatem derivatas pro parte & tu tanquam carne corruptibili obtenta sustulisti, pœnas animæ, quæ absunt & non prosunt, non habuisti*, &c. Item, infra: Neque mirum; nam Spiritus Sanctus qui est æternum donum *te sanctificavit, præservavit purgavit, illuminavit, & singulariter privilegijs decoravit.* Ista dona non statim omnibus manifestabuntur, sed in varijs temporibus, prout donator magni consilij ordinavit, nunc hæc, nunc illa revelabuntur, &c. Vide Bibliothecam nostram Virginalem, seu Mariæ Mare magnum, tomo 1. f. 715.

MATTHÆUS Beltran, Poëta Hispanus, scripsit Epigrammata *de Immaculata Virginis Conceptione* Carmine Heroico. Extant apud Didacum Cano de Concep. fol. 72. Et Cantionem folio 78. & 90.

MATTHÆUS Bredembachius Kerspensis Embricus, scripsit in sexaginta novem Psalmos seu Hymnos Prophetæ Davidis, & in sanctum Jesu Christi Evangelium secundùm Matthæum erudita, catholica & pia Commentaria; ubi ad cap. 12. Matthæi, folio 116. postquam dixerat, quòd Virgo Maria fuit plena & repleta gratiâ, addit: Corpore sola Virgo Maria concepit & peperit, sed eadem omnium mortalium plenissimè eundem concepit genuitque spiritu. Unde gratiâ plena salutatur ab Angelo, *plena* (inquam) *fide, & omnibus Spiritus sancti charismatibus.* His enim ornata, facta est idonea, quæ conciperet illum omnis gratiæ fontem, adeò divitem & abundantem, ut nos de plenitudine ejus acceperimus omnes, &c. Impress. Coloniæ 1560. in fol.

MATTHÆUS Cantacuzenus sive Matthæus Augustus, Joannis Cantacuzeni Imperatoris progenitus

mogenitus, natione Græcus, in Cantica Canticorum Salomonis super illa verba cap. 1. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, vocat Virginem *illibatam, pulchram, Immaculatam, &c.* Et ad illa verba: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, &c. inquit: Exultabundus MARIAM Virginem divinæ dispensationis officinam beatam prædicans, eam pulchram esse pluribus in locis repetivit, quia habitaret in ea pulchritudinis auctor Salvator Deus. Oculi tui columbæ; tanquam ea, *quæ in oculis nil habebat iniquitatis, sed omnia decore composita*, ut ei fas erat quæ hospitium jam erat effecta unigeniti Filij Dei. Item, cap. 2. super illa verba: Sicut lilium inter spinas, &c. ait: Venerandam nimirum Virginem, quòd ex ipsa fructus nasciturus esset vitæ, quam lilium nominavit dicens: Sicut lilium in medio filiarum mearum, *hoc est, sola Virgo in medio earum, quæ in tristitia sunt filiarum Adam, gaudium & lætitiam* ex Dei nuntio est consecuta.

Et cap. 4. inquit: Mater Virgo, *quæ nullis unquam fuit exposita insidijs, atque ab omni prorsus subdola versutiæ illius fraude aliena perstitit, &c.* Item, cap. 8. super illa verba: Lampades ejus lampades ignis, &c. ait: In his quoque sublimem celsamque *inculpatæ Virginis* præstantiam Propheta demonstrat, &c. Et ad illud: Sexaginta sunt Reginæ, &c. vocat *Virginem ab omni prorsus labe expertem*, electamque à Deo in Matrem ante mundi constitutionem, & quòd *ad beatæ Virginis splendorem peccati recesserunt tenebræ.* Item, ad illud: Exurge proxima mea, inquit: Judæorum quidem populus ut immundus à Deo est reprobatus; *Virgo verò ex parte labis expers tanquam purissimum templum in ipsius est electa domicilium*, &c. Extant hæc omnia & alia in libro impress. Romæ 1624. in folio.

MATTHÆUS à Castro Insulensis, Canonicus Valentinensis, in Epitome concordiæ & historiæ Evangelicæ Cornelii Jansenii Episcopi Gandavensis, ad finem adducit Indicem concionatorium pro *festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Lugduni 1594. in 8. regali.

MATTHÆUS Dresserius, de festis diebus Christianorum, Judæorum & Ethnicorum, folio 239. de Conceptione MARIÆ Virginis 8. Decembris, confirmata in Concilio Basileensi anno 1441. ubi sic inquit: Certatum fuit acriter de MARIA Matre Domini, *utrum absq; originali peccato concepta sit*, nec ne? de qua quæstione Synodus Basileensis statuit sentiendum esse omnino, *singulari quodam privilegio absq; peccato conceptam illam esse.* Huic Decretum secuta Facultas Theologica Moguntinæ Academiæ, item Parisiensis & Colonensis Theologi anno Christi 1501. &c. Lib. impress. Lipsiæ 1602. in 8.

Item, in lib. Isagoges Histor. complectens res præcipuas maximèque memorabiles in Ecclesia & politia ab Othone III. usque ad annum 1591. Millenario 6. folio 254. circa Decretum Basileense, inquit: Decretum item est *MARIAM Virginem sine peccato originali conceptam esse, idq; singulari quodam privilegio.* Lib. impress. Lipsiæ 1594. in 8.

MATTHÆUS Fenarius, vel Mathias, Ordinis Prædicatorum, scripsit *pro Immaculata Conceptione*, ut refert Franciscus Pistoia in MARIA Triumph. coron. 2. cap. 5. fol. 162. num. 77.

MATTHÆUS Ferchius Veglensis, Ordinis Minorum Doctor, & Provinciæ S. Bonaventuræ Provincialis, in sua Apologia pro Joanne Duns Scoto contra Joannem Fridericum Matenensium, Abrahamum Bzovium Polonum, & Paulum Jobium Nacomensem, libro 2. numero 7. agit *de Beatæ Virginis Immaculata Conceptione, & quomodò à peccato originali fuit immunis.* Et eodem libro 2. num. 49. Quid Joannes Duns Scotus fecerit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ubi duodecim facinora sive duodecim stellas refert. Item, *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ est Immaculata* secundùm Scotum & Bzovium, libro 2. num. 4. folio 13. Impress. Bononiæ 1620. in 8.

Item, in vita Joannis Duns Scoti, cap. 5. fol. 23. de singulari devotione, quâ Joannes Duns Scotus in Beatam Dei Genitricem deflagravit in quæstione illa celeberrima *de Conceptione Deiparæ intemerata, quâ eam ab omni criminis contagio conatus est ostendere innocentem*, impollutam, segregatam à peccatoribus, &c. Et cap. 9. agit de devotione prædicti Doctoris Joannis Duns Scoti ad *intemeratam Conceptionem Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Bononiæ 1622. in 8.

MATTHÆUS Gallenus, Duacensis Cancellarius, in Catechesi 17. tuetur sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione.* Impress. Duaci 1574. in 4. & Lugduni 1593. Vide Andream Croquecium.

MATTHÆUS Herbenus, Belga Brabandus, scripsit ad annum 1495. Librum unum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; de quo mentionem facit Hippolytus Marracc. in Catalogo ad annum 1495. & in Biblioth. folio 105. Leon class. 6. 7. & 9. Pistoia fol. 228.

MATTHÆUS Kelisonus, Doctor Duacensis, in 3. part. D. Thomæ quæst. 27. art. 2. dubio 1. folio 266. col. 1. littera C. Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in utero, & sit nata cum sanctitate? Quæstionem unam. Hic ad nullam se inclinat sententiam, dicit enim: Hinc patet Beatam Virginem fuisse saltem sanctificatam in utero, & mundatam à peccato originali, si illud in Conceptione sua contraxit. An autem concepta sit in peccato originali & paulò post mundata, ut tenet D. Thomas, & cum eo tenent Thomistæ; an verò in ipsa Conceptione sanctificata sit, & omnino præservata à peccato originali, non est hoc loco disputandum. Paraveram sanè disputationē satis prolixam, quâ utramq; opinionem cum suis argumentis absque alterius condemnatione proposueram; sed quoniam per recentia Summorum Pontificum Decreta Pauli V. die 31. Augusti 1617. & Gregorii XV. die 24. Maii 1622. inhibita videtur omnis hac de re disceptatio; pro ea, quâ Sedis Apostolicæ Decreta veneratione prosequor, supersedendū duxi, & nihil de hac re dicendum. Impr. Duaci 1633. in fol.

MATTHÆUS Magnanus Viennensis, Congregationis Oratorij Forosymphronensis, in libro: Dissertatio Theologica, Philosophica, Legalis & Historica tum de lacrymis prodigiosæ imaginis Sanctæ MARIÆ novissimæ de Gratijs Primebillorum Feretranæ Provinciæ, tum de liberatione Viennensium à bello divinitus, &c. 4. part. dissert. quæst. 2. sect. 1. fundamento 3. vocat *Conceptionem Virginis MARIÆ sanctam*, fol. 694. Item, quæst. 1. sect. 3. §. 4. dist. 6. agit *de officio Conceptionis*, & quomodò recitatur in Piceno & Sancta Lauretana domo cum octava, folio 749. Lib. impress. Bononiæ 1653. in 4.

MATTHÆUS de Moya, Societatis Jesu Hispanus, in publicis Conclusionibus tam in Collegio Complutensi, quàm Matritensi defendit Virginem *non solùm Immaculatè conceptam fuisse, sed etiam à proximo debito contrahendi peccatum originale fuisse immunem.* Extant impress. in charta expansa, anno 1653. & 1658.

MATTHÆUS N. Ordinis Prædicatorum, celebravit *festum Conceptionis* ex revelatione Sanctæ Birgittæ. Rem sic narrat Gostchalcus Holem Ordinis Sancti Augustini, dicens: Quintus testis est Sancta Birgitta; nam in suis revelationibus habet, quòd quidam Capellanus nomine Matthæus semel interrogans eam, dixit: Dic mihi precor filia, si Virgo benedicta fuerit concepta in originali fortè illa macula. Et illa respondit: Semel interrogavi Beatam Virginem, ut mihi diceret modum suæ sanctissimæ Conceptionis, cui Virgo benedicta respondit: Concepta sum ex Joachim & Anna sine originali macula. Hæc omnia revelavit Sancta Birgitta suo Capellano, scilicet Magistro Matthæo Ordinis Prædicatorum, qui statim celebravit festum Conceptionis. Hoc in Auctore supra citato serm. 10. Hoc idem refert Auctor antiquus Michaël de Carchano Mediolanensis in Quadragesimali de Pœnitentia, serm. de Conceptione, part. 3. fol. 16. colum. 3. & concludit sic: Statim præfatus Magister Capellanus istius Sanctæ Birgittæ celebravit & prædicavit festum Conceptionis. De hoc agit Serran. lib. 2. cap. 30. num. 11. Leon class. 9.

MATTHÆUS de la Natividad, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit magnum Volumen sub hoc titulo: Allegatio sacra *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod manusc. habuimus præ manibus pro conficiendo nostro Armament. Seraphico, & illud etiam citat P. Petrus de Quintanilla in vita Cardin. Ximenez, cap. 12. folio 93.

Item, in libro: Minerva Eucharistica; arbol de la vida con doce fructos distribuidos y accomodados à los doce meses del año, &c. multa invenies *pro Immaculata Virginis atque purissima Conceptione*, præcipuè folio 38. & 74. & 158. & 293. Vide ibi. Lib. impress. Matriti 1644. in 4.

MATTHÆUS de Novara, Ordinis Minorum Italus, sustinuit sententiam de *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Antonius Daza in tract. Concept. c. 6. fol. 51. ex Bernardin. de Bust. serm. 9.

MATTHÆUS de Orlando, Ordinis Carmelitarum Italus, in Cursu Theologico ad 3. part. D. Thomæ, tract. 5. de Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, circa quæst. 27. 3. part. D. Thomæ in disput. 1. de Conceptione Beatissimæ Virginis quantùm ad naturalia, Quæst. 1. ponit: Utrum Beatissima Virgo fuerit concepta ex semine virili? Quæst. 2. Utrum Beata Virgo habuerit usum rationis ab instanti suæ animationis? Disputatione 2. Quæst. 1. Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in utero matris? adducit hanc unicam Conclusionem: Beata Virgo fuit sanctificata priusquam ex utero matris nasceretur. Quæst. 2. Utrum Beata Virgo fuerit in peccato originali concepta? adducit hanc unicam Conclusionem: *Beata Virgo de facto non contraxit peccatum originale.* Quæst. 3. Utrum Beata Virgo peccaverit in Adamo habueritque debitum contrahendi originale peccatum? cuius prima Conclusio est: Beatissima Virgo habuit debitum remotum & radicale contrahendi peccatum originale in propria persona, & fuit in illa debitum peccandi in Adamo, *nisi præservaretur.* Conclusio 2. *Beatissima Virgo nec peccavit in Adamo, nec habuit debitum proximum contrahendi peccatum originale.* Quæ omnia reperies à fol. 285. usque 305. Lib. impress. Romæ 1653. in fol.

MATTHÆUS Philadelphiensis, in lib. Precationum vocat *Virginem MARIAM à peccati contagione immunem, ab omnique levissimarum culparum contagione puram, iustam ac sinceram, in qua non modò culpa, sed ne suspicio quidem potuit subsistere.* Vide Gregorium Gallicanum in Mariali, fol. 88.

Item, edidit pias & religiosas Precationes ad *sacrosanctam & maculæ omnis expertem Virginem Dei parentem.* Impr. Salinguiaci 1539.

MATTHÆUS Sagaci, Canonicus Sancti Petronis Italus, recollegit Discursum *de Conceptione* à Ludovisio Cardinali factum Bononiæ 1625. in 4. Titulus est: Raggionamenti spirituali fatti in diverse occagione, &c. à folio 67.

MATTHÆUS de Salzedo, Presbyter Hispanus, in libro: Mercedes de la Reyna del Cielo y excellencias del nombre Sanctissimo de Maria, &c. fol. 1. in Saluratione ad Virginem, docet *Quòd fuit plena gratiâ in sua Conceptione & Nativitate*; &c. Vide alia ibi in ipso Auctore. Lib. impress. Matriti 1629. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

MATTHÆUS Sanutus, Dux, Marchio, Comes ac Episcopus Concordiæ, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus præscripsit modum loquendi in popularibus concionibus *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, &c. Vide verb. Concordiensis Ecclesia.

MATTHÆUS Schinder, Valesti Episcopus, una cum Aymone & Matthæo Episcopis ac Legatis Apostolicis in causa Bernensium *circa Conceptionem Virginis MARIÆ* sententiam protulit; ut videre est in libro de hac re edito, cap. ultimo. Impress. Bernæ 1509. in 4.

MATTHÆUS Tympus, Licentiatus Theologus Belga, in Theatro historico continente vindictas justas, & præmia Christianarum virtutum ex gravissimis Græcis, Latinis, sacris ac prophanis Historicis per locos communes juxta Alphabeti seriem dispositio, titulo de Pœnis in Beatam Mariam peccantibus, folio 206. & alibi sæpe vocat Virginem Mariam *Immaculatam, purissimam*, &c. Et in §. Præmia eorum, qui Deiparam Virginem religiosè colunt, num. 20. folio 169. agit de miraculo in Concilio Tridentino facto Jacobo Laynio Societ. Jesu, quem cùm quartana fæbris graviter angeret, & non posset loqui circa quæstionem illam gravissimam de originali peccato (*cujus expers fuit Virgo Sanctissima*) quæ jam cœperat agitari: seq; suâ tamen uteumque dicturum esse sententiam polliceretur & quàm brevissimè propter morbi molestiam locuturum, in suggestum ascendit; sed præter spem & opinionem firmis lateribus egit, tresque integras horas in Virginis defensione consumpsit; *quam ab omni originis vitiatæ labe puram fuisse*, exquisitis testimonijs, rationibusque disseruit. In ipso autem Orationis suæ fine robustiorem se sensit, quàm cùm exorsus esset dicere, &c. Lib. impress. Monasterij Westphaliæ 1614. in 8.

Item,

Item, in Cynosura de Sanctis *in die Conceptionis Virginis MARIÆ Indicem* seu Elenchum. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1614. in 8.

Item, in selectissimis precum Meditationibus, Psalmis, Hymnis, Canticis, alijsque pijs exercitijs insertis ad diem 8. Decembris adducit *festum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Coloniæ 1614. in 16. regali.

MATTHÆUS Vazquez de Lezea, Canonicus Hispalensis, scripsit Litteras sub hoc titulo: Relacion de la institucion en Roma de la Orden militar *de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora* por la santidad del Papa nuestro Señor Urbano VIII. & incipit: *MARIA sanctissima Señora nuestra concebida sin pecado original*. Impress. Matriti in folio.

Item, an. 1635. dotavit Kalendam decantandam in die *Conceptionis Virginis MARIÆ*, sicut fit Kalendis in die Nativitatis Christi. Ita Antonius de Quintana dueñas folio 317. Historiæ Hispalensis Ecclesiæ.

MATTHÆUS Walesion, Episc. Bernensis, informationem fecit, ac ultimam sententiâ protulit una cum Achille Apostolicæ Sedis Legato contra quosdam Fratres fabricantes quædam diabolica miracula adversus mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in civitate Bernensi ad annum 1509. &c. De hoc extat in nostra Bibliotheca liber typis mandatus; remque succinctè referunt Laurentius Surius, Nicolaus Basilius in Additionibus ad Nauclerum, Velazquez folio 243. Hugo Caberus in Rosario, ac alij quàm plurimi. Vide verb. Haymo Lausanensis.

MATTHÆUS Westmonasteriensis, in libro dicto: Flores historiarum, præcipuè de rebus Britannicis, ab exordio mundi usque ad ann. 1307. pag. 114. ad Fredericum II. & Henricum III. num. 30. ad annum 1228. inquit: Hoc etiam anno venit in Angliam quidam Archiepiscopus Armeniæ majoris gratiâ peregrinationis ad loca sancta Angliæ oraturus: litteras quoque D. Papæ de personæ suæ commendatione, & causa sui itineris secum detulit testimoniales. Qui cùm apud Sanctum Albanum Anglorum Protomartyrem orandi gratiâ perveniisset, inter cætera mirabilia, quæ per interpretem retulit sciscitantibus, ajebat; quòd vir qui Christum in carne vidit, eò quòd Christus cùm duceretur ad crucis patibulum dixerat ei: Sic te volo expectare donec iterum veniam; inde creditur victurus donec Dominus veniat ad judicium magnum. Et inter loquendum interrogatus *de Conceptione Virginis*, si Ecclesia Orientalis eam solemnizet nec ne, respondit; quòd trium solemniter festivitates Conceptionum recolit Ecclesia Armeniæ ad minus, Conceptionem scilicet Christi, quæ singulariter prævilegiatur, eò quòd ex Spiritu sancto sine macula concipientis consummata est. Item, *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis*, & Conceptionem Beati Joannis Baptistæ, eò quòd Angelica admonitio intervenit. In Ecclesia tamen Orientali duæ ultimæ festivitates non sic solemniter recoluntur, sicut prima, &c. Impress. Lugduni 1570. in folio.

MATTHÆUS Acquarius, Ordinis Prædicatorum, in Annotationibus super quatuor libros Sententiarum Joannis Capreoli, Venetijs 1589. in 3. dist. 3. fol. 3. inquit: Disputatur hîc de carne Christi, num fuerit obligata peccato, vel non? Et pro hujus rei intelligentia ponitur talis Conclusio: Mater Christi fuit concepta in peccato originali. Et adducta opinione Scoti, ponit secundam Conclusionem, quòd utraque propositio est probabilis, & sine errore defendi potest & defenditur. Quartam verò Conclusionem ponit sic: Si quis dixerit peccare mortaliter aut esse Hæreticum illum, qui defendit opinionem S. Thomæ aut oppositam propositionē, ipso facto est excommunicatus excommunicatione Papal. &c. Quinta Conclusio: Qui devotè veneratur sanctificationem determinatè, aut Conceptionem ipsam, nullum errorem committit. Sexta Conclusio: Nullus scribere potest vulgari sermone de istarum positionum controversia. Septima conclusio: Tantummodò viris doctis licet publicis disputationibus utramlibet partem asserere, vel impugnare. Octava Conclusio: Opinio S. Thomæ quòd Beata Virgo fuerit mundata à peccato originali & sanctificata, est magis probabilis & consentanea sacræ Scripturæ & dictis Sanctorum Patrum & Fidei regulis Cathol. Nona Conclusio: Opinio quæ tenet *Beatissimam Genitricem Dei Virginem MARIAM ab omni originalis peccati contagio fuisse penitus præservatam*, est magis pia & devotioni populi accommodata, & humanæ rationi magis conformis. Decima Conclusio: In Conceptione carnis Christi fomes fuit totaliter sublatus à B. Virgine, &c. Impress. ut supra.

MATHIAS Apostolus, ac Christi Domini nostri Discipulus, natione Hebræus, in Sermone habito in transitu Virginis MARIÆ sic pro ejus Conceptione Immaculata inquit: Alii autem Angeli, Sancti, Beati, & ipsi cooperati sunt, probati sunt, tentati sunt, potuerunt transgredi, non erant confirmati ut peccare nequirent; Virgo quoque quibus meritis præcedentibus, quibus operibus prævenientibus *à peccato omni tunc præservata fuit, nullis unquam antequam esset (non solum ipsa, sed cœlum & terra, & ipsa natura Angelica) jam electa erat. Iam si alij caderent in uno patre, provisum fuit remedium alios relevandi, ipsam verò omnino dono Dei & remedio Passionis Filij sui præservandi: & ordinatum fuit, ut dono Dei & divina acceptatione Passio prævisa plus sibi proficeret, quàm alijs exhibita, quibus meritis in peccato non fuit concepta*, omni gratiâ & omni scientiâ & arte fuit impleta, nullum donum creaturæ conveniens fuit sibi denegatum, &c. Ita Amadæus raptu 8. Vide N. Bibliothecam Virginalem, tomo 1. fol. 718.

MATHIAS de la Bruire Gallus vel Belga, in libro dicto: Le Rosaire de la tres-heureuse Vierge MARIE, &c. in indice festorum adducit die 8. Decembris *festum Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, folio 128. in Corona Dominæ nostræ vocat illam *speculum sine macula & defectu*, &c. Et fol. 130. *de Conceptionis Virginis MARIÆ modo, de Ioachimo & Anna, & quomodò per speciale privilegium fuit ab originali macula præservata & plena Spiritu sancto*, &c. Item, in Explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 311. dicit: Quòd ab æterno fuit *Immaculata & pura*, &c. Et inferiùs ad illa verba: Gratiâ plena: *Quòd fuit exempta ab omni macula & absq; nota & ruga alicujus imperfectionis tam peccati originalis*, quàm alterius cogitationis, &c. latè. Impress. Bruxellis 1603. in 12. cum imagine adumbrante mysterium Conceptionis.

MATHIAS Casimirus Sarbievius, Societatis Jesu, in libro Lyricorum, fol. 165. inquit:

Nos tua tutos prece servet infans
Si tibi primæ genitale noxæ
Crimen exemit, placidoq; jussit
Sidere nasci.

Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1634. in 24.

MATHIAS Fabius, scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius de de Leon in Biblioth. manuic. classe 9.

MATHIAS Fabrus vel Faber, Societatis Jesu, antea Sacrę Theologię Licentiatus, natione Germanus, in Tripartito Opere Sermonum edidit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Conciones tres. Impress. Ingolstadii 1631. & Antuerpiæ 1646. & 1650. in folio.

MATHIAS Famagustanus Episcopus, & in Umbria Apostolicæ Sedis Legatus, in Bulla quæ incipit: Dum præexcelsa, inquit: Cùm itaq; sicut accepimus, quædam Confraternitas seu Societas *Immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* in Capella ejusdem sita in Conventu seu Domo Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia prope & extra muros Perusini, &c. Datum 1517.

MATHIAS Farinatoris, in lib. cujus titulus est: Liber moralitatum elegantissimis magnarum rerum naturalium (Lumen animæ dictus) cum septem apparitoribus, necnòn Sanctorum Doctorum orthodoxæ Fidei Professorum, Poëtarum etiam & Oratorum auctoritatibus, per modum pharetræ secundùm ordinem Alphabeti, approbatus à Joanne Papa per Epistolam datam Remundo Episcopo Legunen. Prologum concludit sic: Ideo (non gloriando dico) merui, ut Summus Pontifex Joannes hunc librum vellet Lumen animæ nuncupari. Et titul. 7. est totus de Beata Virgine Maria, in quo inquit: Cœlum continet terram, à casu præservans pariter & à ruina; sic nimirum per omnia ipsa B. Virgo continet totum mundum, à casu & ruina præservans mortis æternæ, &c. Et prosequens sub eadem metaphora cœli, concludit: *Nunquam enim MARIA sine gratia, nunquam sine amore, &c.* Et infra: Sed ei, qui Mariæ laudibus tota devotione inhæret & insistit, ipsa fortis ut petra contra mala omnia apparebit. Item: Maria itaque in mente hominis per piam meditationem reperta, *concepta* & generata, non resplendet splendore sui auxilii & gratiæ, nisi igne devotionis & amoris igniatur, & devotissimis atque instantissimis precibus poliatur. Impress. 1482. in folio.

MATHIAS Fasanus, Ordinis Prædicatorum Italus, Considerationes spirituales *de mysterio purissimæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* ex libro R. P. Philippi Diez Ordinis Minorum transtulit in linguam Italicam. Impress. Venetiis 1607. in 4.

MATHIAS Felicius Brouwershavius, Ordinis Minorum Belga, in libro: Catholica præceptorum elucidatio, &c. cap. 49. de Cultu gloriosæ Virginis, folio 169. Quomodò B. Virgo Maria antiqui serpentis caput contrivit, inquit: Quomodo (quæso) corpus potest esse opacum vel aliquibus peccatorum aculeis sauciatum, quod lucem mundi & nefas sæculi lavantem proferre meruit? *Quomodò anima aliquibus peccatorum nebulis potest esse offuscata, talibus fulgoribus undiq; circumfusa? &c.* Agit etiam de præservatione & nobiliori ejus sanctificatione. Lib. impress. Antuerpiæ 1574. & Parisiis 1576. in 8.

Item, in lib. Institutiones Christianæ Catholicæ, dist. 24. cap. 27. folio 415. *Quòd B. Virgo MARIA expers fuit omnis peccati actualis & originalis* ex privilegio speciali. Et infra, dist. 30. cap. 19. fol. 468. *Quòd Beata Virgo MARIA ab omni labe peccati immunis fuerit*, & adducit Decretum Concilii Tridentini. Lib. impress. Antuerpiæ 1575. in 8.

MATHIAS Goesman, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 24. Julii anno 1646. Thesi 13. de Habituali, Originali & Veniali, hæc defendit: *Ab illo omnique ejus debito, non per tantùm fundamento, sed etiam solido Dei Mater eximitur.* Impress. ibidem in 4. Et idem defendit die 26. Julii 1661.

Item, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii 21. Julii, anno 1660. Thesi 11. de Peccato originali, hæc inquit: Originale, quod omnibus Adæ posteris viâ ordinariâ generatis (*solam Deiparam excipimus*) &c. Impress. ibidem in 4.

MATHIAS Guerrerus, Poëta Hispanus, scripsit Cantiones *pro Conceptione Virginis MARIÆ* Impę. cum aliis Granatæ, folio 218. & 286.

MATHIAS Hauzeur, Ordinis Minorum & Provincialis Flandriæ, in libro: Anatomia totius augustissimæ doctrinæ B. Augustini. Quomodò intelligenda sit auctoritas Augustini in libro 1. de Peccatorum meritis & remissione circa *Immaculatam Virginis Conceptionem* lib. 3. cap. 29. col. 445. Item, ad lib. 2. Beati Augustini de Libero arbitrio cap. 5. Quòd nihil melius fieri potuit ipsa Incarnatione, nihil melius homine Deo, eiusque Matre, & fortè nihil melius *ejus Immaculata Conceptione*, ibidem col. 59. Et libro 2. de Peccatorum meritis & remissione, cap. 20. 24. & 35. Quomodò secundùm Augustinum *Virgo MARIA excipiatur à communi lege peccati originalis, &c.* latè ibidem, col. 450. Item, Quòd ex auctoritate Augustini, lib 10. de Genesi ad litteram, cap. 17. *non colligatur Virginem conceptam fuisse in peccato originali*, sed tantùm ex carne seu propagatione peccati, id est, ex parentibus illo peccato quondam infectis, & ex concupiscentia pœnali ipsius peccati, col. 413. Item, ad librum de Natura & Gratia, cap. 36. Quomodò intelligenda auctoritas Augustini: Inde enim scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit, &c. *ut faveat Conceptioni Immaculatæ*, & quomodò *MARIA in instanti Conceptionis vicerit peccatum originale*, col. 484. & 485. Item, ex quæst. 2. de Præscientia Dei ad Dardanum, sive de Gratia Christi & peccato originali: *Quòd Virgo MARIA nunquam involvitur, sed semper excipitur à lege communi peccatorum*, col. 604. Item, ad librum 2. de Nuptiis & Concupiscentiâ, cap. 12. Quòd Virgo Maria fuit orta per concupiscentiam alienam, non tamen peccato & concupiscentiæ obnoxia, *in favorem Immaculatæ Conceptionis.* Item, ad lib. 5. contra Julianum cap. 15. Quòd per auctoritatem Augustini sequatur consequentia necessaria à peccato originali ad actualia, & ab actuali ad originale, ex qua sequitur *præservatio Beatæ Virginis ab originali, &c.* col. 732. in principio. Item, ad lib. 6. contra Julianum cap. 14. inquit: Sed cùm infans in utero habeatur pro baptizato in sanguine, & morte matris suæ pro Christo, *quid mirum si fuerit Mater Christi participaverit innocentiam à peccato originali* ex futura Conceptione ac generatione Christi in suo utero? Si proles ex generatione passiva à parentibus contrahunt originale; quid mirum

rum si Mater Christi futura ex generatione futura corporis Christi participet hanc innocentiam corporis Christi? Imo si ex tantillo semine parentum proles inficiuntur peccato originali; quid mirum si ex materia præsenti futuri corporis Christi *præservata fuerit Beata Virgo, etiam in primo instanti Conceptionis à peccato originali?* col. 734. Item, ad librum de Unitate Ecclesiæ, cap. 21. Unde colligitur ex mente Augustini, quanto potiùs Beata Virgo potuerit excipi à communi necessitate peccati actualis; & consequenter, *aut potiùs antecedenter, à necessitate ipsius peccati originalis*, col. 859. Item, in indice scholastico, col. 87. verb. Conceptio, difficult. 11. multa adducit pro hoc mysterio. Impr. Augustæ Eburonum 1645. in fol.

Item, in Collatione totius Theologiæ inter majores nostros ad mentem S. Augustini, tomo 1. quæst. 15. de Sanctitate Deiparæ Virginis MARIÆ, sub hoc titulo: An semper fuerit sancta & Immaculata, *seu concepta in statu gratiæ absque ulla macula peccati originalis, eiusque non sola Virginitas, sed & Conceptio passiva, & persona, ut concepta verè & piè colenda ab immemoriali illi per totam Ecclesiam sub titulo proprio Immaculatæ*, &c. agit à col. 427. usque 464. Lib. impress. Augustæ Eburonum 1652. in folio.

Item, edidit Tractatum latissimum dictum: *Veronica pro Immaculata Virginis Conceptione*, quem ipse sæpè citat in prædicta Collatione Theologiæ, præcipuè folio 460. Hunc diu quæsitum invenire non potui, & (ut apparet) est interpretatio Epistolæ S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos.

Item, idem cum P. Ambrosio Peuplus & P. Bonaventura Persan, edidit rescriptum pro tuendo titulo *Immaculatæ Conceptionis*. Incipit: Cùm Patres Dominicani in sua desuper apud Sanctam Sedem, &c. Extat in folio in Archivo Gandensi.

MATHIAS à S. Joanne Gallus, Ord. Car. Provinciæ Turoniæ & Observantiæ Rhedonensis Provincialis, tom. 1. Historiæ Panegyricæ Ordinis Carmelitarum, part. 1. tradit primùm doctrinam de prædestinatione Christi & MARIÆ Matris suæ ante omnem creaturam, ex qua cap. 14. concludit *ipsam B. Dei Genitricem nequidem contraxisse debitum incurrendi peccatum originale*. Et tom. 2. cap. 7. & 8. pluribus ostendit primævum *erga Conceptionem Immaculatam Dei Genitricis cultum* incepisse in monte Carmelo temporibus S. Eliæ Prophetæ Ordinis Carm. Patriarchæ, & deinceps continuò perseverasse in universo Ordine. Item, Catalogum Auctorum eiusdem Ordinis qui in suis scriptis in lucem emissis idem Beatæ Dei Genitricis MARIÆ privilegium singulare demonstrant, asseritque viros Carmelitas, quotquot hactenus de rebus Theologicis scripserunt, duobus Auctoribus antiquioribus exceptis, Partheniæ tesseram, hoc tradidisse. Item, adducit quædam exercitia litterarum, quosdam ritus & solemnitates diversis in Conventibus Ordinis Carmelitarum institutas ad promovendum Catholicorum fidem & devotionem erga *Immaculatæ Beatæ Virginis Deiparæ Conceptionem*, &c. Sunt parata ad prælum.

MATHIAS N. Ordinis Prædicatorum Magister in sacra Theologia, ac B. Birgittæ Confessor, scripsit Revelationes in quibus Sancta Birgitta fatetur *Virginem MARIAM fuisse absque originali peccato conceptam*; præcipuè illas quæ extant, lib. 6. ut citantur ab Episcopo Acernensi Antonio Chucaro in suo libro de Concept. fol. 62. & infra, fol. 63. col. 4. Pistoia, fol. 162.

MATHIAS Navæus, Doctor Duacensis & Canonicus Tornacensis, in libro: Sponsus Virginis decoratus coronâ triginta & unius gemmarum splendoribus coruscante, seu Encomium S. Joseph, &c. fol. 235. agit de Joseph & *MARIÆ Genealogia* & cognatione. Vide etiam Tract. cujus titulus est: Adam & Eva in Joseph & MARIA reformati à fol. 349. Lib. impr. Duaci 1630. in 4.

Item, in libro: In festa Sanctorum prælibatio Theologica, folio 149. *in festum Conceptionis B. Virginis*, ubi latè de ejus præservatione à peccato originali. Impress. Tornaci 1635. in 8.

Item, in Libello Gallico de Septem doloribus Virginis, fol. 115. in Litania, ait: *Vierge ennemie triomphante du serpent.* Impr. Duaci 1627. in 12.

MATHIAS Olivier, Ordinis S. Benedicti Gallus Tolosanus, in libro: Histoire de l'Abbaye & des miracles de Nôtre Dame de Monserrat, augmentée, &c. in Hexametris ad Virginem MARIAM sacri Montis Serrati, inquit:

Non etenim primam, nec habes tu sola secundam,
Nec labem quâ se primi infecêre parentes,
Mortalesque omnes verè hanc & iure merentes, &c.

Lib. impress. Lugduni 1617. in 4.

MATHIAS Sarburgh, Ordinis Minorum Germanus, fecit Anagrammata plura *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* super Hymn. Te Deum laudamus, & alias Antiphonas Ecclesiæ, quæ jam sunt parata ad prælum, & quorum fragmentum habemus apud nos.

MATURINUS seu Mauritius Clemens, Ordinis Carmelitarum Gallus, qui clarebat ad annum 1500. edidit Librum unum *pro Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. & in Biblioth. fol. 112. Pistoia, fol. 155. & Ludovicus Jacob à S. Carolo Carmelita in sua Biblioth. Carmelitana, & in Notitijs nobis communicatis, Possevinus & Cassanate.

MATURINUS Lebret, Ordinis Minorum Gallus, in libro dicto: Parvus Scotus Lavalensis, sive Lectura in quatuor libros Sententiarum Scoti, lib. 2. dist. 30. quæst. 1. folio 100. *Quòd Virgo MARIA ex privilegio fuit præservata à peccato originali.* Item, in 3. quæst. 1. fol. 12. agit de MARIÆ præservatione à peccato originali per totam quæst. Lib. impress. Compluti, anno à Nativitate D. N. 1527. in 4.

MATURINUS Savarus, Clericus ex pago de Noureulle, pro Cameracensi Ecclesia *in die Conceptionis* habet particularem Sequentiam, quæ incipit: Mittit ad Virginem, &c. Extat manusc. ibidem in 4. folio 19. Fuit manusc. anno 1622.

MAURITIUS Centinus, Ordinis Minorum Patricius Asculanus & Episcopus Militen. & Masren. Italus, *de Virgine sine labe concepta* Epigramma in suo libro Epigrammatum, fol. 3. Impress. Messanæ 1635. in 4.

Item, *de Immaculata Conceptione MARIÆ* Sermonem unum in 2. Dominica Adventûs, sub his thematibus: Cùm audisset Joannes in vinculis, &c. Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit, &c. à fol. 55. usque 58. Lib. impress. Messanæ 1633. in 4.

Item, *Quòd Virgo MARIA non contraxit peccatum originale,*

originale, sed ex gratuita Dei voluntate fuit ab culpa immunis in primo Conceptionis instanti, in lib. de Incarnatione Dominica, cap. 5. num. 170. Impress. Messanæ 1637. in fol.

Item, decreto 4. Synodi Lubrensis Ecclesiæ, fol. 5. de festivitatibus ex præcepto prædictæ Synodi observandis, inquit: Hominum interim paupertati consulentes festum Beatissimæ Virginis, quod die 16. Augusti celebratur, *in diem Conceptionis Beatæ Virginis* die 8. Decembris, festumque ejusdem quod in die 17. ejusdem mensis Augusti ex antiqua consuetudine colitur, in Dominicam infra octavam referimus. Lib. impress. Neapoli 1627. in 4.

MAURITIUS de Hibernia vel Hibernus, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Tumamensis (antea Mauritius de Portu dictus) doctissimis marginibus, concordantijs & notulis illustravit correxit, atque decoravit quæstiones *de Conceptione* ac Sanctificatione Beatæ Virginis MARIÆ editas à R. P. Fr. Francisco de Mayronis, in quibus sententiam de præservatione Virginis à peccato originali optimè adstruit, ut videre est in lib. impress. Venetijs 1587. in fol.

Item, scripsit in 3. Sent. dist. 3. quæstionem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum verb. Sophistæ.

MAURITIUS Morus Venetus, Canonicus de Alega, in libro de Assumptione Virginis MARIÆ in Carminibus fol. 14. & 41. inquit:

Quasi candido giglio infra le spine, &c.
Hai mirabil beltà, mirabil madre
Ne macchia trovò in te casta Regina, &c.

Et in Panegyrico ad gloriosam Reginam cœli Virginem MARIAM, fol. 132. inquit: Veggio in te *la Concettione Immaculata che avanza quella di Eva nello stato de la innocenza, è de la gratia*, &c. Lib. impress. Venetijs 1622. in 12.

Item, in alia Cantione ad Virginem MARIAM, sic inquit:

Del sommo Bengia nell' idea divina,
Concetta senza neo è pria che nata
Senza tolpa creata, &c.

Ex libro impress. Venetijs 1613. in 12. cum alijs diversis Poëtis fol. 56. Vide etiam fol. 81. de Nativitate Virginis.

MAURITIUS de Vargas, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Angelico Doctore S. Thoma in Sabbato plura adducit *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in Serm. impress. Mexici, anno 1655. in 4.

MAURITIUS à Villaprobata, Ordinis Prædicatorum Italus, perdevotus ac undequaque litteratus Pater, scripsit ad annum 1500. Librum impress. Parisijs ad annum 1512. de laudibus V. MARIÆ sub titulo: Nova corona MARIÆ, depinxitque circa imaginem Deiparæ octo Religiosos cum Epigraphe.

Prædicatorum tibi, Virgo sancta,
Sanctior cunctis, maculata nunquam,
Ordo præsentem rutilam coronam,
Cernuus offert;

Pauper applaudit series Minorum,
Atque Carmeli veneranda Patrum;
Aurelique te sequitur, celebrat
Immaculatam.

Hoc tui clamant, Benedicte, fili,
Hoc tui, Bruno, reliquique sancti:
Plebs Dei Matrem veneratur omnis
Immaculatam.

In hoc igitur libro pro Immaculata Conceptione habet sequentia, sermone 3. in principio: MARIÆ innocentia & puritas electionis signatur ab Angelo per Ave, cujus fundamentum ponit Beatus Thomas in 3. parte Sum. quæst. 27. art. 4. dicens: Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, ut ad illud ad quod eliguntur inveniantur idonei; & in Lege 2. cap. de Criminosa, dicitur quòd crimen est sacrilegij dubitare, an is dignus sit, quem Imperator elegerit; sed gloriosa Virgo MARIA fuit electa divinitus ab æterno ut esset Mater Dei, Prover. 8. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Quæ omnia tribuit Ecclesia Beatæ Virgini, de qua potest dici illud Genesis 24. Hæc est mulier quam præparavit Dominus filio Domini mei, id est Christo; & Luc. 1. dicit Angelus: Invenisti gratiam apud Deum, Unde ait ipsa illud Psalm. 30. gratias agens, scilicet: Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici. Unde Ambrosius in sermone dicit: Nisi fallimur, jam terra illa benedicebatur, in cujus medio Dominus salutem operaretur, & ex qua veritas oriretur. Supernâ itaq; benedictione præparabatur terra in hominè procreata ex qua nascitura esset gloriosa Virgo, quæ cœlesti benedictione singulari replenda erat privilegio enim Noë à Domino benedicitur & in filios paterna benedictio dirigitur Sem & Japhet. Et sub quadam imagine jam benedicebatur Virgo ante sæcula ad generandum Dei Filium. Tibi profectò benedicenda erat caro humana in tuis progenitoribus, quæ ex castis visceribus Filium erat paritura peccatoribus, qui est super omnia benedictus. Abrahæ fides audire meruit, quòd in semine ejus benedicentur omnes gentes. Divinæ itaque dignationis prærogativa præparabatur quædam stirps Judaica, ex qua cœlestis luminis porta nasceretur Virgo MARIA, quam æterna Dei dispositione unigeniti Filij Dei Matrem futuram certissimè scimus prædestinatam. Hæc ille. Et ideo Hieronymus ad Eustochium inquit: Nulli dubium est de Matre Domini, quin talis debuerit esse, quòd non posset argui de peccato: Dei perfecta sunt opera Deut. 32. Unde Anselmus: Decuit ut illius hominis cõceptio de matre fieret purissima, & tanta puritate, quâ sub Deo major nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unigenitum suum, quem de corde suo sibi æqualem genuerat, ita dare disposuit, ut esset naturaliter unus, idemque Dei Patris & Virginis Filius, & quam sibi Filius substantialiter Matrem facere eligebat, & de qua Spiritus Sanctus operaturus erat ut ex ea conciperetur & nasceretur ille, de quo ipse procedebat. Ideo Cyrillus Alexandrinus contra Nestorium ait: Propter Filium temerarium est *in MARIA ponere maculam aliquam vel peccatum*. Etiam Bernardus in sermone de Cœna Domini, Matrem immaculati Agni peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, excipit; de qua nullam, ut ait, vult habere quæstionem. Nobilitas Parentum transit in filios lib. 1. cap. de Dignis, & per multa alia jura etiam disputare de potentia Principis, crimen est sacrilegij, &c. Item, ex sermone 5. Præclarissimum exemplum fuit in Magistro Alexand. de Hales qui cũ sæpenumero *in festo sanctissimæ*

tissimæ Virginis prædicare, tantis infirmitatibus agitabatur, ut quasi mortuus videretur & sic pluribus annis illi accidit: tandem à suis monitus discipulis, ad se ipsum in eadem infirmitate reversus de nocte ut potuit Reginæ cœli vovendo promisit optatam illi dignaretur afferre salutem, quòd pro tali suo opus pulcherrimũ faceret *ad honorem & gloriam suæ Conceptionis*. Emisso igitur voto ad pristinam protinus redijt sanitatem. Tanti memor beneficij, peregit quod promiserat. Liber ejus est Tolosæ concatenatus in Choro Cathedralis Ecclesiæ, quæ quidem Ecclesia est ad honorem gloriosæ V. Mariæ, & titul. Stephani constructa.

Item, ex sermone 6. super illud: Ave Maria gratiâ plena, inquit: In qua quidem Salutatione datur intelligi, quòd B. Virgo habuit omnes gratias spirituales & corporales. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non in te: non enim fuit væ in corpore nec in mente vel memoria vel affectu, *non (inquam) macula originalis*, non macula venialis nec actualis aut mortalis. Et ad commendandum eam de hoc, dicit Angelus: Ave, *id est, sine* væ *aliqua culpæ vel maculæ*, & consequenter tota formosa, &c. Et infra: Sit nomen ejus benedictum in sæcula. *Tota pulchra es MARIA & macula non est in te, non (inquam) macula originalis* non actualis, &c. Et infra, loquendo de stella quæ duxit Magos, inquit: Insuper dicitur stella Regia, quia sicut illa stella orta est in Oriente (ut dicit Chrysostomus) *ita & MARIA Beata orta est in Oriente iustitiæ originalis & innocentiæ*. Et infra: Sextus lapis hujus ordinis est Achates, qui si tangit vestem igni apponendum, ignis non appropinquat, & in igne positus non comburitur, & omnibus magorum maleficijs obviat & resistit: quæ proprietas *Virginis Immaculatæ præservationem à peccato significat; nam vestis anima dicitur corpus, sed virtute divinâ omnia ita fuerunt facta, ut decuit Dei templum & tabernaculum: itaque peccato originali combusta non fuit*, sed solemni plena gaudio, cœlestia, terrestria novâ replet lætitiâ, &c.

Item, sermone 10. Ideo salutemus eam per Ave, quia fuit sine væ superbiæ, *& cujuscunque alterius malo, quia fuit præservata ab omni malo*. Psalm. 88. Deus meus susceptor meus, misericordia ejus præveniet me. Melius est enim aliquem à vulnere præservare, quàm post vulnus remedium adhibere. Lege si C. in quibus causis in jure Restit. non fit necesse. Unde Anselmus in libro: Cur Deus homo? ait: Indiguit Beata Virgo redemptione & Christi passione, non ex peccato quod infuerit, sed propter peccatum quod infuisset, *nisi ex speciali privilegio eam præservasset*. Nam Princeps non est legibus subjectus, & Imperator eadem privilegia tribuit Augustæ sive Imperatrici quæ ipse habet. Lege Princeps ff. de Legibus, &c.

Item, sermone 11. Glorioſus verò Augustinus in quodam sermone de Nativitate Domini nostri Jesu Christi ait: Quoniam pretium redemptionis nostræ immaculatum esse debuerat, propterea Mater Christi electa est & super omnes creaturas prælecta, omnibus gratijs fœcunda, omnibus virtutibus ornata, omni sanctitate in utero matris repleta, ut de mundissima Matre mundissimus nasceretur Filius: quia sicut in cœlo habet Patrem immortalem & æternum, sic in terra habuit Matrem omni corruptione carentem. Igitur sicut in cœlo qualis est Pater, talis est Filius; sic & in terra qualis est Mater, talis secundùm carnem est Filius. In cœlo cum Patre æternus & immensus, incorruptibilis & sublimis; & in terra cũ Matre Immaculatus & mansuetus. Item, ibidem Augustinus in quodam sermone: O Mater Domini sicut in prima fœmina abundavit delictum, ita in te superabundavit omnis plenitudo gratiæ; ideo super omnes es ignara delicti. Et in Epistola ad Bolusianum ait: Tota ratio facti ex potentia facientis; melius est argui de nimia misericordia, quàm de rigore, & ille qui non repellit à socio injuriam cùm potest, tam est in vitio, quàm is qui facit, L. Quid ergo §. 1. de His qui non infa. Unde & B. Thomas in 1. Sententiarum, etiam in expositione Angelicæ Salutationis, inquit: *Ipsa enim purissima fuit quantùm ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit*. Item, in 1. Sententiarum, sic ait: Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest in rebus creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine ulla contagione peccati; & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali & actuali fuit immunis. Hæc B. Thomas Doctor clarissimus. Unde Hugo de S. Victore in quodam sermone: O Virgo Maria! antiqua illa mulier Eva nominis tantùm, non lepræ te reliquit hæredem, quæ nec maculam, nec rugam habuisti, quæ unguento egerent; sed unguenta gratiæ habuisti & accepisti.

Item, serm. 13. Rosa spinam non habet, & tamen de spinis nascitur. Item: Et quasi myrrha electa dedit suavitatem odoris, quæ aufert & purgat omnem putredinem & fugat omnem dæmonum malitiam: *eius autem Conceptio & Nativitas fuit plena gaudio*, nec fleviſſe, sed jucundo & hilari vultu de matris utero prodijsse... nam in mente sua dicere poterat illud, Isaiæ 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. Et si in ortu habuit nuditatem corporalem, nõ tamen subjacuit nuditati spirituali, &c.

Item, serm. 14. Beatus autem Basilius in Annuntiatione, ait: Quid dulcius, Fratres charissimi, quid jucundius, quid salubrius, quàm de Beata Virgine loqui, de Virgine cogitare, de Virgine prædicare & ipsam in omnibus sequi & imitari? Hæc est redemptio nostra, salus, vita, spes, consilium, refugium & auxilium nostrum. *Hæc est, quæ fuit in utero matris absque originali peccato* concepta & generata, ab omni mortali vitio segregata, omni etiam peccato veniali privata, & in omnibus actibus & moribus suis Spiritûs sancti gratiâ plena & fœcunda. Non ergo deficias ô peccator, sed in cunctis Mariam sequere, &c. Et infra: Hilarius in quodam sermone: O Virgo benedicta super omnes fœminas, quæ omnes Angelos vincis puritate, & omnes Sanctos superas pietate. Beatus Cyprianus in quodam sermone dicit: O Virgo justa & omni justitiâ plenissima, *cujus Conceptio singularis*. Et B. Anselmus in serm. Conceptionis: Hodie concepta est stella cœli, hodie concepta est palma virtutum, hodie concepta est janua cœlorum, &c.

Item serm. 21. Post alia de Conceptione incontaminata Beatæ Virginis Mariæ, inquit: Et Hugo Cardinalis in Virgine ponit duodecim. Primum, *ab originali præservatio & sanctificatio*. Secundum

dum Angeli Salutatio; tertium gratiæ plenitudo, quartum Filij Conceptio, &c.

Item, sermone 30. Et sic credo in Deum Patrem, quia potuit ex bonis arboribus Joachim & Anna justis producere MARIAM sanctissimam Immaculatam Virginem Matrem unigeniti Filij Dei, & qui ordinavit loca & palatia ornatissima verùm & pulcherrima pro sanctis & suis creaturis; etiam pro Filio providentiâ singularissimâ *prævidit & prælegit ab omnique noxa, etiamque originali præservavit* civitatem ornatissimam & hortum omni amœnitate decorum & florentissimum. Mirum itaque est, quòd nonnulli haud quidem adjiciunt dictis Salomonicis Spiritus S. totiusque Trinitatis facta referentibus & cum omni honore non in malum interpretari, sed in bonum per L. in Ambiguis, ff. de reb. dubijs. Nec equidem hoc est dignitati Christi contradicere; ex palmitibus enim venit vinea optima. Plurima hîc dicenda forent. Invidia non cadit in Deum; sicut cõceperat, ita fecit: Deus omnia quæcumque voluit, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, secundùm illud Lucæ 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Nam Doctor Sanctus Thomas de Aquino in 1. Sententiarum dist. 17. quæst. 2. art. 4. in solut. 4. argum. & etiam in expositione Angelicæ Salutationis, inquit: Ipsa enim purissima fuit quantùm ad omnem culpam, *quia sine originali nata est*, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit unquam; addendum, neque originale: quippe *quæ sine originali* (ut maturè ac pissimè ab ejus tempore sanxit Ecclesia) *proculdubio concepta est.* Quod & sanxisse videtur in 1. Sent. dist. 4. art. 3. in solutione ad 3. ubi dicitur: Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali & actuali fuit immunis, de qua sola dicitur illud Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; & Sapien. 7. dicitur: Candor es lucis æternæ & speculum sine macula, &c. Et post alia concludit: *Ergo pro honore Materno illam profectò præservavit, præsanctificavit, prælegit, & præhonoravit*, &c. Et infra: Omnes etiam infideles gloriosam Dominam venerantur. Unde dicitur in Alcorano Mahometi: Nullus ex Adam, quin tenuerit eum Sathanas, præter MARIAM & Filium ejus. Etiam Judæi dicunt: *Quòd Mater Messiæ debet concipi sine peccato originali*; ideo ait David: Homo natus est in ea, &c.

Item, sermone 32. sanctissima Virgo MARIA vocatur Mater gratiæ: ergo nulla gratia sibi defuit, sed ex omni parte peccatum contrivit. Job 3. dicitur: Expectet lucem & non videat nec ortum surgentis Auroræ. Quæ verba exponit Beatus Tho. in 3. part. quæst. 23. de culpa originali; & etiam Archiepiscopus Florentinus in 2. p. Summæ tit. 8. cap. 2. qui Doctores per lucem etiam intelligunt Christum, qui dicit Joann. 8. Ego sum lux mundi; & per Auroram intelligunt Beatam Virginem, quæ Auroræ comparatur. Dicit ergo Propheta in verbis prædictis: expectet, scilicet culpa originalis peccati lumen, id est Christum, & non videat, scilicet ipsum contaminatum; nec ortum surgentis Auroræ, *id est Virginis gloriosæ Conceptionem*, de qua dici potest illud Psalm. In via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit; *quia originale, quædam generalis pestilentia, quâ corruptione Beata Virgo contaminata non fuit*, &c.

MAURITIUS Ylaretus Engolismensis, Ordinis Minorum Gallus, *de Immaculata sanctissimæ Deiparæ Conceptione* Homiliam unam, quæ est in ordine 30. à folio 371 usque 410. in libro dicto: Sacræ Æneades Adventuales. Lugduni 1591. in 8. & 1595. In impress. Parisiensi 1587. extat a fol. 579. usque 639. in 8. & incipit: Genealogiam Salvatoris.

MAURUS Antonius Beranducius Vigilensis, in Summa dicta: Corona Confessorum, part. 3. de Excommunicatione, folio 22. contra eos, qui asserere audent, aut hæresim, aut peccatum mortale eos incurrere, *qui Beatam Virginem ab originali peccato fuisse præservatam dicunt*, & e contra, &c. Lib. impress. Venetijs 1599. in 4. & Neapoli anno 1585. in 8. folio 235.

MAURUS Antonius de Leone, Italus & Poëta, in Corona Virginis MARIÆ Cant. 1 *de Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ*, à folio 1. usque 38. Lib. impress. 1637. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

MAXIMILIANUS Bavariæ Serenissimus Dux, & S. R. I. Princeps elector, scripsit Epistolam ad SS. D. Urbanum VIII. die 10. Januarij 1624. pro ultima decisione mysterij *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, datam Monasterij die & an. ut supra. Vide Hippol. in Principibus Marianis.

Item, in Oratione à se recitari solita dicebat: Ave sanctissima & gloriosissima Virgo & Mater Dei MARIA, *quæ simul purissima Virgo & Mater æterni* Verbi, tuo casto, virgineoque utero altissimam gloriam vestivisti, & amissam per nostros parentes gratiam recuperasti, &c. Ex Liræo in Trisagio Mariano lib. 2. modulo 28. Marrac. ubi supra & in Catalogo Marian ad ann. 1624.

MAXIMILIANUS à Bergis, Episcopus & Dux Cameracensis, in Manuali Officiorum curatorum insignis Ecclesiæ Cameracen. agit *de Conceptione Beatæ MARIÆ V.* Impress. Cameraci 1562. in 4.

MAXIMILIANUS le Dent, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij die 27. Julij, an. 1659. Thesi 10. hæc defendit: *Sacratissimam Dei Genitricem MARIAM ab originali labe immunem fuisse statuimus, quam non nisi uno à communi omnibus labe excipit D. Thomas.* Ibidem in 4.

Item, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus, Gratia, quibus præfuit die 29. Novembris Conclusione 7. de Originalis peccati transfusione inquit: Sic Adæ prævaricatio universæ ejus propagini nocuit, *ut tamen purissimæ Virgini MARIÆ nihil sordis asperserit, quæ ab originali immunis, & primo instanti Conceptionis sanctificata fuit.* B. Virginem in Nativitate sanctam fuisse infert D. Thomas ex eo, quòd Ecclesia celebret ejus Nativitatem. Numquid simili modo concluderet ex festo Conceptionis? *Verisimile etiam credimus, ab omni debito peccati originalis contrahendi liberam extitisse.* Fuerunt habitæ & impress. Lovanij, anno 1662. in 4.

MAXIMILIANUS Henricus, utriusque Bavariæ Dux, requisitus ut sese inscribere vellet venerabili Archiconfraternitati *Immaculatæ Conceptionis* de Urbe, eidem Confraternitati sese inscripsit his verbis: Ad majorem Dei, ac Deiparæ Virginis gloriam piè credo & confiteor cum Beato Andrea Apostolo in vita ipsius apud Presbyteros Achaiæ, quòd quomodò de immaculata terra factus fuit homo primus, congruum fuerit

fuerit, ut de Immaculata terra natus Christus vitæ æternam, quam omnes perdiderant, repararet; & cum pluribus SS. Patribus, ac in specie cum Sancto Ambrosio in Psalm. 118. serm. 22. Quòd Maria Virgo per gratiam ab omni labe peccati integra fuerit; & cum D. Cypriano, tom. 3. serm. de Nativitate Christi: Quòd Mariæ communicabatur natura, non culpa. O igitur (ut cum Beato Ephrem Oratione ad Sanctissimam Dei Genitricem orem) Immaculata & intemerata, incorrupta & prorsus pudica, *atque ab omni sorde & labe peccati alienissima Virgo*, Dei Sponsa, ac Domina nostra! suscipe me indignum clientulum in sanctissimam tutelam tuam, in qua & vivere & mori desidero. In quem finem venerabili, *ad Immaculatæ Conceptionis tuæ honorem* Romæ erectæ Archiconfraternitati.... cupiens, hæc propria mea manu subscribere volui. Maximilianus Bavariæ Dux utriusque, Coadjutor Colonien sis, an. 1645. 6. Idus Septemb. Ita Marraccius in Principibus Marian.

MAXIMILIANUS Lenglez, Ordinis Minorum Belga, in libro dicto Gallicè: L'escole de la Vierge Marie, à fol. 71. Lect. 9. *Immaculata in Conceptione*, agit latè de ejus præservatione à peccato originali. Impress. Montibus 1636. in 8. & Namurci 1652. & fol. 109. & deinceps agit etiam de eadem Conceptione & singulari gratia à Virgine tunc recepta.

MAXIMILIANUS Sandæus, Societatis Jesu, Doctor Moguntinus Belga, in Theologia Variа ad primam p. Summæ D. Thomæ, lib. 3. Comment. 9. exercit. 2. Quo tempore Beata Virgo Maria Theologiam infusam acceperit? folio 326. inquit: Verisimile est & pietati erga Virginem consentaneum, *Deiparam in alvo maternâ principio suæ Conceptionis* Theologiâ divinitus infusâ ornatam fuisse, &c. Quod probat latè ex S. Bernardino & aliis Doctoribus, atque eidem Virgini non solam simul *cum gratia justificante in momento Conceptionis seu prima sanctificatione* concessas fuisse virtutes morales subaptæ naturæ infusas, verùm etiam morales subaptæ naturæ acquisitas, &c. Item, eodem lib. 3. Commentatione 31. de Theologia intuitiva Mariæ Virginis Deiparæ, excit. 2. Continua ne, an certis designatisque temporibus opportunis momentis Theologia intuitiva fuerit in Beatissima Virgine Maria? disquisit. 1. An Beata Virgo toto vitæ tempore habuerit Theologiam intuitivam? resolut. 2. fol. 662. ait: Certè si dicas Deiparam ab initio sui ortûs (ad marginem habet *ab initio Conceptionis*) statim vidisse Deum, asseras etiam oportet non meruisse sibi beatitudinem, aut aliquos eius gradus, &c. Lib. impress. Moguntiæ 1624. in 4.

Item, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Orationem unam, in libro: Sol mysticus, à fol. 1. usque 92. Impress. Coloniæ 1636. in 12.

Item, in libro: Luna Mystica, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Orationem alteram à fol. 1. usque 78. Et de eadem *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* habet quamplura sparsim in eodem libro, verbi gratia fol. 118. & 196. Item, in eodem libro *de Immaculata Virginis Conceptione* notam unam latissimam. Impr. Coloniæ 1634. in 12.

Item, in libro: Maria flos mysticus, Oratione de Assumptione: *Quòd Deipara in alvo materna & primo Conceptionis exordio fuit illustrata face & justitiæ radijs*, &c. folio 258. Item, *Quòd in illâ sanctificatione primâ fuit omnibus donata virtutibus*, ibidem. Item, in Oratione de Annunciatione: *Quòd in sua Conceptione fuit lilium inter spinas*, fol. 109. Moguntiæ 1629. in 12. In hoc lib. habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in Aveario Mariano, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Orationem unam quæ est in ordine 5. fol. 293. Impress. 1628. in 12.

Item, in libro: Maria Gemma mystica, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Orationem unam, à folio 4. usque 129. Impress. Moguntiæ 1631. in 12.

Item, in libro: Maria Mundus mysticus, folio 97. serm. 2. *Quòd Beata Virgo MARIA in sua Conceptione fuit abyssus*; quod latè probat per quindecim §§. à prædicto folio 97. usque 166. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1639 in 12. regali.

Item, in libro: Maria Fortuna Christianorum, *de Immaculata Virginis Conceptione* memb. 9. fol. 133. Impress. Coloniæ 1644. in 12.

Item, in libro: Maria Patrona, de gaudio & dictis *in festo Conceptionis*, &c. à fol. 3. Lib. impress. Moguntiæ 1630. in 12.

MAXIMILIANUS Thiculaine, Religiosus Vedastinus Belga, edi curavit Manipulum exemplorum Joannis Faij Abbatis Sancti Bavonis, in quo, verb. Maria tom. 2. aliqua habet de *sanctificatione MARIÆ in utero matris suæ à peccato originali*. Tametsi utatur verbo sanctificationis, nostram tuetur sententiam. Lib. impr. Duaci 1618. in 4. Vide Joan. Faium.

MAXIMUS Constantinopol. Episc. hæc dicit: *Et sæpe contingit, quòd aurum fulgens reperiatur in luto, & expungente spinâ pulchrè rubens oriatur rosa. Hæc enim operante providentiâ divinâ, ex radice vitiata, sine vitio prodijt virga, quæ intelligitur Beata MARIA*, attestante Isaia, qui dicit: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Ita Anton. de Fuertes in suo Voto pag. 41. Sermo iste est de Assumptione Beatæ Virginis editus à S. Maximo; de quo dicemus latè in Radijs Solis Veritatis, adducendo integra verba.

MAXIMUS Monachus Græcus, in Expositione orationis de recta confessione, vocat Virginem Mariam *sanctam & omni ex parte gloriosam*, &c. Ita Joannes Euseb. lib. Dissert. Epist. 15. fol. 275.

MAXIMUS à Pustitio, Ordinis Minorum Italus, in Arbore Provinciæ Basilicatæ affirmat, quòd in prædicta Provincia est una Ecclesia sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*. Capellæ verò decem & octo, totidemque altaria. Extat manusc. apud nos.

MAXIMUS Taurinensis Episcopus, in Homilia de Ramis Palmarum, inquit: Ego autem sum vermis, & non homo. Cur Deus vermiculo se voluerit comparare? Possumus hoc quidem humilitati primùm assignare; sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nullâ extrinsecus admixtione alicujus corporis, de sola & pura terra procreatur; sic & ipse Salvator *de sola & pura MARIA* procreatur, &c. Item, communiter citant ex ipso hæc verba: Hæc porta clausa, quæ fuit admirabilis Dei thalamus, cœleste templum, tabernaculum gloriæ, de quo speciosus prodijt Sponsus, lex gentium, spes fidelium, *condecenter & congruè nullâ maculâ originali contaminata est*. Ita Petrus Moral. Eusebius Niremb. lib. Exception. cap. 13. f. 215.

Item, passim vocat eam *purissimam, & Immaculatam, & Immaculatissimam*. Vide Petrum de Mora-

les lib. 3. tract. 1. Serran. lib. 2. cap. 18. num. 32. Leon classe 9.

MEDALLÆ, quæ in Urbe Romanâ sunt sculptæ cum imagine *Immaculatæ Conceptionis* tempore diversorum Pontificum, sunt variæ, perveniuntque ad numerum septuaginta & ultra. Unde cognoscitur erga hoc mysterium devotio. Omnes illas tam parvas, quàm magnas habemus penès nos in ipsa Romana Curia hinc inde collectas.

MEDIOLANENSIS Dux, Princeps Italus, statuit in suo Ducatu, ut recitaretur officium divinum & erigeretur Confraternitas sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, sic referente Daniele Agricola in sua Corona triplicata Doctorum fol. 176.

MEFFRET Auctor antiquus, & (ut creditur) ex Ordine Prædicatorum, in libro dicto: Hortulus Reginæ, habet Sermones tres de Conceptione Virginis MARIÆ, & licèt in ipsis contrariam sequatur sententiam; ad finem secundi Sermonis, qui incipit: Nondum erant abyssi, problematicè se habet, sic dicens post aliqua, litterâ L. fol. 30. Sed quia dicit Aristoteles: Medium in omnibus est laudabile; ne ideo videar ad unam partem magis quàm ad aliam declinare, volo cum Jesu per medium illorum ire. Hoc enim tenens cum primis; *si Beatissima Virgo MARIA sine originalibus est concepta*, tunc benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui eidem Filio suo tam mundam præparavit mansionem, in qua dignatus est misericorditer novem mensibus habitare. Et quòd Dominus Deus sit propter hoc benedictus, dicit Sapiens Eccles. 32. Age conceptiones tuas & non in delictis; sed in his omnibus Dominum benedicito. Quasi diceret: ô homo celebra Conceptiones Virginis, quæ propter te factæ sunt, & non in delictis, hoc est, noli temerè defendere unam illarum partium, ubi fortè cadere posses in peccatum: sed de hoc sufficit piè dubitare, & Dominum benedicere. Sed hoc teneo cum secundis, si (ut dicunt) MARIA in originali est concepta, tunc statim est sanctificata & purgata, licèt non in eodem instanti, quo fuit imperceptibiliter infecta, & hoc propter repugnantiam culpæ & gratiæ; tamen factum est in aliquo instanti proximo sicut naturæ possibile fuit. Ex hoc iterum apparet, quàm solicitè divina gratia Beatam Virginem in puritate servavit: quia tempore imperceptibili & brevissimo ipsam in originali permisit, quàm citissimè potuit fieri ipsam per gratiam emundavit, &c. Lib. impress. Norembergiæ 1496. & Monachii 1611. in folio.

MELCHIADIS Virgo & Sancta, in libro 1. suarum Revelationum, dicto: Spiritualis gratia, titulo de Nativitate sanctissimæ Virginis, folio 102. introducit Virginem MARIAM secum loquentem in quodam raptu, ac dicentem hæc verba: Secundò admone me gaudii, ex eo quòd Deus me super omnem creaturam suam in tantùm dilexit, quòd amore mei multoties pepercit mundo, & antequâ nata essem, ipse etiam ex amore nimio anticipavit aliquanto Nativitatem meam, *& prævenit me suâ gratiâ in utero matris meæ*. Tertiò admone me gaudij quod habeo ex eo, quòd me super Angelos & super omnem creaturam dignissimè honoravit: *ex illa namque hora, quâ anima mea corpori est infusa, Spiritu sancto me replevit, qui me ab originali peccato pœnitus emundavit*, & singulari sanctificatione in sacrarium sibi elegit, ut velut rosa sine spina, & tanquam lucifer orirer in mundum, &c. Item, folio 110. inter alia inquit: Quòd Deus Pater me per hoc verbum, id est Ave, salutavit, *ut esse possem immunis ab omni macula*. Et nota, quòd non vult hîc dicere quòd immunitas illa esset ab Incarnatione Verbi, sed loquitur absolutè. Lib impress. Toleti jussu Reverendissimi D.D. Fr. Francisci Ximenij, anno 1505. in 4. & alibi.

MELCHIOR de los Angeles, Ordinis Minorum Hispanus, in Salutatione Sermonis de Fide agit de *Immaculata V. Conceptione*. Ita Ant. Daza cap. 6. fol. 93.

MELCHIOR de Ayala, Magister & Poëta Hispanus, *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ* Poëma in lib. impress. Hispali 1616. fol. 37.

MELCHIOR de Castro, Doctor Hispanus, in libro de Historia Virginis MARIÆ Matris Dei, &c. lib. 1. cap. 1. & 2. agit de Parentibus MARIÆ *atque de admirabili ipsius Conceptione* ac Nativitate, à folio 1. usque 7. Lib. impress. Compluti 1607. in 8. & habet in principio imaginem Immaculatæ Conceptionis.

MELCHIOR de la Cerda, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Usus & exercitatio demonstrationis, &c. folio 545. in Oratione pro Biscensi Academia de Natalitijs Virginis MARIÆ ad Studiorum instaurationem, post plura de macula Adami in posteros transfusa, inquit: Excipiantur denique Natalitia Virginis MARIÆ, quæ solutâ communi lege mulierum, *& expers omnis culpæ omnisque peccati in matris visceribus concepta fuit*, & ad hanc lucem aspiciendam, post novem menses hodierno die in gratia & amicitia Dei immortalis donis virtutum immortalibus affecta, nata fuisse prædicatur, &c. Hispali 1598. in 4.

Item, in Volumine 2. lib. Campi eloquentiæ, folio 552. cap. de Solitudine Virginis MARIÆ, inquit: Redigebat in memoriam legationem Gabrielis & nuntium ab æterno Patre sibi missum, tot & tâ innumerabiles laudes, tantum cumulum virtutum maximarum, fœlicitatem & divinitus adjunctam fortunam Filij Dei immortalis in utero concepti interventu Spiritûs divini, *nulla filiæ Virginis labe nec accepta offensione minima*, &c. Lib. impress. Lugduni 1614. in 8. regali. Sed nullus existimet, quòd verba illa: nulla accepta Virginis labe, respiciant solùm Incarnationem Verbi, vel loquantur tantùm de puncto Conceptionis Christi: nam verbum nulla est universale supponens pro omni tempore; & verbum filiæ potiùs connotat rationem filiæ, quàm matris. In sua Conceptione fuit Virgo filia, in Conceptione Verbi fuit Mater. Tandem quia parum diceret vel nihil hic Auctor, si tantùm loqueretur de tempore Incarnationis, & non Conceptionis Virgineæ.

MELCHIOR Flavius, Ordinis Minorum Gallus, ac Pij V. nec non Henrici II. Christianissimi Regis Concionator, in Resolutionibus in quatuor lib. Sent. Joannis Duns Scoti, dist. 3. lib. 3. quæst. 1. fol. 168. Fueritne Beata Virgo cum originali concepta peccato? R. *Quòd Beata Virgo MARIA in instanti suæ Conceptionis habuit gratiam, per quam præservata fuit ab omni peccato*, &c. Quod late probat usque ad folium 171. Lib. impress. Parisiis 1600. in 8. & Venetiis 1580. in 8. & Parisiis 1579. in 8. regali.

MELCHIOR Gallegus, Presbyter Hispalensis, in Libro seu Tractatu de Parochorum obligatione

ne tempore pestis, &c. de Cognatione spirituali, cap. 18. annot. 136. fol. 367. inquit: Eidem B. Birgittæ in visione reseratum fuit *Christiferam Virginem sine peccato originalis maculæ conceptam*, quod D. Antoninus narrat. 3. part. Histor. titulo 24. cap. 11. §. 11. &c. Lib. impress. Pampilonæ 1588. in 4.

MELCHIOR de Huelamo, Ordinis Minorum Hispanus, *in festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* indicem concionatorium in libro Mysteriorum Missæ, fol. 234. Conchæ 1605. in 4. & Barchinone 1597. in 4.

Item, *in festo Immaculatæ Conceptionis* alium indicem in libro super Salve Regina. Conchæ 1601. in 4. Et pro eadem Conceptione Virginis sub alio themate Elenchum in eodem lib.

Item, de Monialibus Monasterij *Conceptionis* Conchensis virtute præclaris Cap. unum. Item, de Monialibus Monasterij *Conceptionis* villæ de Belmonte Caput alterum in Historia personarum illustrium Provinciæ Carthaginensis. Impress. Conchæ 1616. in 4.

Item, in libro dicto: Vida y milagros del glorioso Confesor San Gines de la Xara, &c. ad finem libri sic inquit: Ultra del Jubileo plenissimo y perpetuo que ay en la Ermita de los Angeles todos los que la visitaren el dia *de la Concepcion*, Natividad y Assumpcion de la sacratissima Virgen, ganan siete años y siete quarentenas de perdon, &c. Impress. Murciæ 1607. in 4.

MELCHIOR Prieto, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Josephina Evangelica tract. 7. folio 124. inquit: Pero la Virgen corrio mas que todos, *y assi la alcanzò al dar el primer paso su alma santissima en el vientre de su Madre en el primer instante de su Concepcion, siendo preservada por gracia de la mancha que causa el pecado original*, &c. Impress. Matriti 1613. in 4.

MELCHIOR Rodriguez de Torres, Episcopus Rosensis, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, in libro: Jornadas de S. Joseph, y su familia MARIA y JESUS, Jornada 5. folio 429. *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Burgis 1629. in 8.

Item, in libro de Gratuitis Beneficiis divinis, lib. 2. cap. 2. in lucta spirituali de Jacob triumphante agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, &c. ut refert Sylvester de Saavedra lib. de Sacra Deipara disp. 16. sect. 14. num. 658. folio 350.

Item, in lib. de Agricultura animæ & exercitiis vitæ Religiosæ agit de revelatione facta venerabili Fratri Carmelo *circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*, ut testatur Joannes Eusseb. Nieremb. in Sacro-Syl. §. 5. & ibidem tract. 2. cap. 10. fol. 138. agit de miraculo quod contigit in festo Conceptionis, licèt ibi non exprimatur. Lib. impress. Burgis, ann. 1603 in 4.

MELCHIOR de Soria & Vera, Episcopus Troianus Hispanus, anno 1618. fundavit in Civitate Giennen. Monasterium *Conceptionis* sub prima regula Sanctæ Claræ, in quo die 6. Januarij anni 1619. celebravit primitias & collocavit sanctissimum Sacramentum. Ita Martinus Ximena in Annalibus Giennen. fol. 525.

MELCHIOR Trivinnus, Societatis JESU Hispanus, latinitati dedit Meditationes P. Ludovici à Ponte ejusdem Societatis, ac per consequens Meditationem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, in tomo 1. part. 2. Lib. impress. Coloniæ 1613. in 8.

MELCHIOR de Villanova, Societatis JESU Hispanus, in libro de Oratione mentali, tract. 3. cap. 9. folio 231. *Quòd talis fuit puritas Virginis MARIÆ, quòd ab ejus introitu in mundum usque ad exitum nescivit quid esset peccatum veniale aut originale*, quia Dominus custodivit introitum suum & exitum suum, &c. Et hoc latè prosequitur. Item, ibidem in Exercitijs spiritualibus, folio 294. *Quòd in Virgine MARIA nulla fuit obscuritas culpæ*, sed ejus anima ac corpus semper fuerunt in luce, non sicut in alijs Sanctis, qui priùs sunt in tenebris, &c. Lib. impress. Toleti 1508. in 4.

MELCHIOR de Yebra, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: Refugium infirmorum, fol. 65. inquit: MARIA sanctissima *per Immaculatam & purissimam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Lib. impress. Matriti 1639. in 8.

MELCHIOR Zambranus Doctor Hispanus, edidit Dialogum *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis Dominæ nostræ absque originali peccato conceptæ*, &c. Est Dialogus inter Sacerdotem & Consiliarium. Lib. impress. Hispali seorsim anno 1616. in 4.

MELCHIOR de Zetina, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Exhortatio ad devotionem Virginis MARIÆ Matris Dei, cap. 1. agit de gratia, puritate ac privilegijs Deiparæ in communi; sed folio 121. adducit Antiphonam: *Tota pulchra es MARIA & macula originalis non est in te*, &c. cum Oratione: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. Item, in Litania speciali de Virgine MARIA, postquam ipsam vocarat speculum sine macula, &c. inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam* exaudi nos Domina. Lib. impress. Compluti 1618. in 8.

MELTHILDIS Virgo ac Sancta, in libro suarum Revelationum quæ extant cum illis Hildegardis, Elisabethę & aliarum, c. 51. fol. 165. inquit: Ex illa namq; hora, quâ anima mea corpori meo est infusa, Spiritu sancto me replevit, *qui me ab originali peccato penitus defendit*, &c. Extant impress. Parisijs 1513. in fol.

MELITHON de Fontaine, Ordinis Minorum Flander, Thesibus (quibus præfuit Montibus) hunc affixit titulum: Candidissimo & integerrimo: inter spinas lilio Immaculatæ Virgini MARIÆ, *quam unam inter filias Adæ ab originaria protoplastorum noxa immunem concipi iussit Omnipotens*: quæ deinde plus trecentis abhinc annis, singulari beneficio multis invidendo, Scotum suum tot è millibus unum pacta mercede, datoque in arrham ingenio ad miraculum perspicaci, primigeniæ sanctitatis suæ cultorem & vindicem esse voluit acerrimum, ut proinde meritò Doctor Marianus audiat, &c. & habet Orationem de Conceptione. Impress. Montibus 1645. in charta expansa.

Item, in Quæstione Theologica generali, num. 27. sub titulo: Plurium paradoxorum in Beata Virgine concordia, sic inquit: *Ex vitiata radice nullum vitium aut peccatum, ne originale quidem, contraxit B. Virgo, cujus præservationem à peccato originali laudabili pietate celebrant Christi fideles festo solemni*: quam pietatem, festum ac cultum in Ecclesia Romana, post ipsius cultûs institutionem numquam immutatum, approbat & tuetur Alexander VII.

in decreto: Sollicitudo omnium Ecclesiarum die 8. Decembris 1661. &c. Fuerunt habitæ Insulis in Capitulo Provinciali 16. Aprilis, anno 1662. & impress. Duaci in charta expansa.

MELITO Asianus, Episcopus Surdensis, Sanctus, in Homil. de Transitu Virginis MARIÆ, inquit: Domine prælegisti eam ancillam tuam *fieri Immaculatam tibi*. Thalamum, &c. Vide Joann. Euseb. libro Exception. cap. 13. folio 139.

MENTIA à Toledo, Carrionis Comitis legitima filia Hispana, in oppido de Oropesa ædificari curavit Conventum *Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, quem postea Comes Franciscus Alvarez de Toledo perfecit. Gonzaga in Provincia Castellæ, Marrac. in Principib. Marian.

MESSIRE de Priezac, vel Daniel Consiliarius Regis Christianissimi, Gallus, in libro: Privilegium Matris Dei, tom. 1. Privilegium 4. *de Conceptione miraculosa Matris Dei*, à folio 145. usque 180. Privilegium 5. *de Immaculata Conceptione Matris Dei*, à fol. 181. usque 246. Privilegium 6. Quòd inclinatio ad malum, quæ est in omnibus hominibus, *fuit extincta in Matre Dei à sua prima sanctificatione*, à folio 247. usque 272. Privilegium 7. *de plena exemptione à peccato Matris Dei* à folio 272. usque 280. Quæ omnia reperies in prædicto libro impress. Parisijs anno 1648. in 8. & sunt Tom. 3.

METHODIUS Patarensis Episcopus, ac S. Martyr natione Græcus, in Oratione de Simeone & Anna, quo die Domino in templo occurrerunt, ac de sancta Deipara, inquit: *Quam ob rem lege superior Mater se legi submittit, sanctaque illa, mundaque* tempus quadraginta dierum impollutas constitutionum observat, &c. Si Beata Virgo MARIA erat lege superior; igitur non comprehensa in communi lege filiorum Adam. Si sancta & munda; igitur & in Conceptione. Item, infra: Quique in terris nuptiali Virginis thalamo Adæ sibi naturam immobili unione seu sponsus conjunxit, *ac Matris puritatem individuam incorruptamque servavit*. Cùm denique, qui in supernis nulla corruptione genitus ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est, &c. Si Verbū in utero V. immobili unione conjunxit sibi Adæ naturam; igitur natura illa in Christo & MARIA pura & incorrupta fuit. Vel sic: Christus Matris puritatem individuam & incorruptam servavit; incorruptam quantùm ad Virginitatem, puram quantùm ad Conceptionem. Item, infra: Unà illic cum assumpta ex ipsa *intemerata carne* eidem præsentavit, ascendit in templum sacra Mater novum legi exhibitura miraculum, &c. Illud intemerata caro, vel potest respicere virginitatem, vel etiam carnem non temeratam peccato. Item, infra: Ostenderis enim (inquit) tanquam in disco quopiam seu ferculo regio *ab intemerata tua Matre* in templo, id est, in carnis abs te assumptæ decore & forma. Si Mater intemerata & decora & ab instanti suæ Conceptionis fuit electa in matrem; igitur ab illo intemerata fuit & decora. Item, infra: Te enim, sanctissima Virgo, tanquam die clarissimâ, mundâ affulgente, solemque illum justitiæ producente, *odiosus tenebrarum horror depulsus est, Tyranni potentia facta irrita*, mors destructa, infernus absorptus, inimicitia omnis ante pacis conspectum *dissoluta, morbi noxij sanctitatis beneficio erumpente* procul omnes facescere jussi, &c. Noxius morbus fuit peccatum originale; iste igitur fuit depulsus per M. Item, infra: Quod antea per figuram Propheta Isaias fuerat vaticinatus, sacra Dei Mater perspicuè re ipsa fecit: accipiens enim *ex puro immaculatoque* altari suo carbonem illum vivificum & ineffabilem carne indutum, sanctarum suarum manuum complexu tanquam forcipe justo illi porrexit, &c. Si MARIA purum & Immaculatum altare fuit; igitur nunquam peccato coinquinatum, vel aliqua labe pollutum. Item, infra loquens cum Virgine MARIA, inquit: *Propter te, ac intemeratam Dei Verbi ex te assumptam carnem* immutabiliter indivisèque in ipso in perpetuum permanentem, urna illa aurea tanquam certissimus typus manna (quod aliqui per diem invertebant) in se ipsa minimè mutatum, sed totis sæculis permanens conservabat, &c. Intemerata caro Verbi ex MARIA fuit assumpta; igitur caro illa quando in urna sepelicet MARIA, non fuit inversa vel mutata, fuit semper ut manna purè conservata. Item, infra vocat MARIAM *vestem sine macula* ejus, qui induit lumen sicut vestimentum, &c. Igitur Immaculata hæc vestis semper fuit pulchra, lucida & nunquam in tenebris obscurata; aliàs ipsa non indueretur qui semper habuit & habet lumen pro vestimento. Et infra: Nam qui dixit: Honora Patrem tuum & Matrē, longè potiùs talibus ipse adcenseri voluit, gratiam propriamque ipse legem in ea servavit, quæ ultro assumptam ipsi nativitatem ministravit, quamque sine Patre velut sine viro Matrem inscripsit, *confirmavitque divino quodam decore*, & supra hominem glorificavit, &c. Honor iste & decor divinus supra hominē fuit ejus præservatio à peccato originali. Item, Quòd Deus posuit in terra signum ex profundo & de excelso; *nempe Matrem supra naturam* fœtumque supra rationem; Matrem terrestrem, & Filium cœlestem, &c. Igitur, si MARIA supra naturam, non habuit conditionem naturæ nec quantùm ad peccatum originale. Item, ad finem loquens cum B. Virgine, inquit: Ex te ipse non per gratiam Deus, nostri verò causâ etiam homo perfectus; ex te ipse naturâ omnium Rex, nullius subjectus imperio; propter nos verò & nostram salutem, etiam in forma servi, Immaculatè tamen atque impollutè existens, &c. Igitur si Christus à MARIA Immaculatus & impollutus extitit, & nulli subjectus imperio; fons, seu MARIA etiam Immaculata & impolluta exstitit. Vide hæc omnia in libro impress. Parisijs 1644. in fol. studio P. Fr. Combefis cum Amphiloquio & Andrea Cretensi.

MEXIA de la Cerda, Doctor Hispanus, *de purissima Conceptione Dominæ nostræ* Orationem unam dictam in Conventu Fratrum Minorum Vallisoleti die septima infra octavas ejusdem festi Immaculatæ Conceptionis anno 1616. quam postea approbavit RSS. P. Franciscus de Sosa. Impress. Matriti 1617. in 4. & Hispali 1616. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

MICHAEL Adareo de Santander, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, & Episcopus Bejevensis, in Sermone funerali de Balthasare Carolo Hispaniarum Principe, folio 13. alludens ad Virginis puritatem, & explicans illud: Et in capite ejus corona stellarum duodecim, inquit: Y esas no han de padecer Eclipse? Nō Señor, que si puso MARIA à sus pies la luna, porque admitia menguan-

tes, *mal colocara sobre su cabeza estrellas, que padecieran Eclipse*, &c. Serm. impress. Matriti, anno 1646. in 4.

MICHAEL Alvarez de los Reyes Hispanus, in Opere cujus titulus est: Libro Real de la carta executoria en alabanza de la gloriosa santa Ana, y San Joachin, &c. inquit:

Y aviendo ya declarado
Todos conforme à derecho
Sobre tan divino hecho
Quedò en limpio averiguado:
Que su nieto de santa Ana
Pueda tener sin contienda
De toda la gente humana, &c.
Por ser sumo y eternal
De la parte de su Padre
Y por parte de su Madre
Noble y de sangre Real, &c.
Que aquella dorada puerta
Tan hermosa, y tan preciada
A la culpa fue cerrada
Y à nuestra salud abierta.

Lib. impress. Vallitoleti 1604. in 4.

MICHAEL Angelus Almenara, Ordinis Minorum Hispanus: *Quòd Beata Virgo MARIA nullam contraxit contagium peccati originalis à suis Parentibus speciali privilegio*, Serm. 1. de Nativitate Domini, folio 359. Item: *Quod ex singulari privilegio fuit MARIA concepta absque peccato originali*, in Sermone de Epiphania, folio 696. tomo 1. Impress. Valentiæ 1623. in 4.

Item: *Quod Beata Virgo fuit præservata à culpa originali*, Sermone 17. post Pentecosten. Item: *Quòd post mortem Christi Virgo MARIA præservata fuit à macula, peccato & culpa, & concepta absque originali peccato*, Sermone 19. post Pentecosten. Item, illud Romanor. 5. sic explicat & declarat: Sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, id est, omnes qui per seminalem generationem descendunt ab Adam, *præter Virginem MARIAM, quæ fuit præservata à peccato originali per gratiam Filij sui prævisam*; sic per unius obedientiam justi constituuntur multi, Serm. Dominicæ 22. post Pent. fol. 481. tom. 2. Valentiæ 1619. in 4.

MICHAEL Angelus de S. Josepho, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro de Partu Virginis, folio 30. & 31. vocat Virginem MARIAM *puram*, & electam ab æterno; sed præcipuè folio 34. inquit:

Te il eterno motor con ferma legge
Quel dio, che gli astri con perpetui giri
Move, è governa, eleggè en el tuo petto
Per se propio loco trono ben saldo,
Onde per tal caggion sola sarai
Tra le figlie d' Adamo altare è mondo
Gloriosa acclamata, &c.

Vide alia in ipso libro: nam folio 68. dicit, quòd virtute Stigmatum Christi Domini fuit Virgo redempta, tanquam unica & sola. Lib. impress. Neapoli 1650. in 12.

MICHAEL Angelus à Neapoli, Ordinis Minorum Italus, & Episcopus Jovenacensis, in libro Chronologiæ Seraphicæ adducit plures Constitutiones factas *pro mysterio Conceptionis Immaculatæ*. Impress. Neapoli 1647. in fol.

MICHAEL Angelus Samanucus, Italus Poëta, in *Conceptu Virginis maximæ* prosopopeiam dæmonis Elegiam unam, ut refert Marrrac. in Biblioth. fol. 136. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 228.

MICHAEL Angelus Venetus, Ordinis Minorum Italus, edidit Regulam pro Sodalitate *Immaculatæ Conceptionis* Sancti Laurentij in Damaso.

MICHAEL Assensius, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Copia accentuum, &c. folio 124. agit *de festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Impress. Cæsaraugustæ 1621. in 8.

MICHAEL Aubrij, Ordinis SS. Trinitatis & Redemptionis Captivorum, Baccalaureus Theologus Gallus, in Quæstione Theologica die 7. Februarij anno 1661. in Sorbona pro majori ordinaria sub Præside M. Petro Roullé Doctore ac Socio Sorbonico Regi Christianissimo à Consilijs, Eleëmosynis & Concionibus ordinario, sic inquit: Peccatum originale toti Adæ posteritati nocet, *excepta Beatissima Virgine MARIA, quæ speciali privilegio ab eo exempta est*. Impress. Parisijs.

MICHAEL Avellanus, Ordinis Minorum Hispanus & Episcopus, *de Conceptione Beatæ Virginis absque originali macula* Sermonem unum. Hispali 1617. ex Marraccio.

Item, pro eadem *festivitate Conceptionis* Declamationem. Granatæ 1616. in 4. ex Leone.

Item, in festivitate *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* celebrata in S. Francisco Granaten. super Epithalamium: Todo el mundo en general (quod adeò receptum & celebratum fuit in tota Hispania applicatum ad Evangelium dici) Declamationem unam. Impress. Granatæ 1617. in 4. Incipit: El argumento de este.

Item, scripsit Poëmata *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est apud Ferriol, lib. de Conceptione, folio 35. & 39. & 44.

MICHAEL à S. Autina, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ reformatæ Terræ laboris, agit latè de fundatione Monasterij Monialium *Sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Galatiæ*. Relatio extat apud nos manusc. De hoc etiam Monasterio agit Georgius Laurin in sua Relatione.

MICHAEL Ayguanus (dictus Incognitus) sive Michaël de Bononia, Ordinis Carmelitarum Doctor Parisiensis & XVIII. Generalis, super Psalmum 29. ad illud: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, num. 428. *eximit Virginem, ac eam præservatam pulchris verbis à peccato originali asserit*. Vide ibi. Venetijs 1600. in 4.

Item, in libro Distinctionum suarum littera C. quæ sic incipiunt: Cadere notatur, quod in sacra Scriptura, &c. verb. Corona Virginis MARIÆ, sic inquit: Quintò fuit puritate decorata, quia luna sub pedibus ejus: luna enim idem quod defectus, & significat peccati defectum. Habet ergo Virgo MARIA lunam sub pedibus, *quia omnem defectum peccati suppeditavit atque calcavit*, quia fuit sine fæditate vitij corrumpentis, sine cupiditate imperii allicientis, sine pronitate carnis impetentis; & ideo mutabilis & defectibilis luna peccati sub pedibus ejus fuit, &c. Prosequitur latè. Extat Opus hoc manuscriptum in Biblioth. PP. Carmelitarum Coloniæ FF. num. 29. in fol.

Item, in alio manuscripto cujus titulus est: Incipit tabula Magistri Michaëlis de Bononia Doctoris Parisiensis, &c. verb. MARIA, &c. Spiritus S. MARIAM totaliter à peccato purgavit 3. dist. 3. cap. 2. *MARIA numquam peccatum habuit*, ibi cap. 4.

excepta MARIA nullus hominum est sine peccato 3. dist. 3. cap. 2. Extat manusc. apud PP. Carmel. Coloniæ lit. FF. num 21. in fol.

Item, in 3. Sententiarum dist. 3. quæst. unica sic inquit: Tertia conclusio est Quòd *Virgo Christi Mater unica non dicitur in originali macula concepta.* Probatur tripliciter. Primò sic: Est dare aliquem qui quoad causam & effectum peccatum originale contraxerit; & est dare aliquem qui nec quoad effectum, nec quoad causam contraxit, scilicet Christum: ergo est dare medium; sed medium nō potest dari nisi dupliciter. Uno modo sic: quòd aliquis contraxerit originale quoad effectum & non quoad causam, & hoc medium est impossibile: vel quòd aliquis contraxerit originale quoad causam & non quoad effectum, & hæc mediatio est possibilis; ergo oportet dare aliquam personam, quæ sic mediet: *sed magis hoc est congruum attribuere B. Virgini, quàm alicui alteri: ergo licet contraxerit quoad causam, non tamen quoad effectum.* Deinde adducit alias duas rationes. Lib. impress. Mediolani 1510. in fol.

Item, scripsit *de purissima Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Librum unum ad Cardinalem Sanctæ Mariæ trans Tyberim. Ex Hippolyto Marraccio, Salazare, Leone & Posselvino.

Item, habuit solemnem Disputationem *pro intemeratæ Virginis Immaculata Conceptione*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Concep. fol. 175.

MICHAEL de Baio, Doctor & Decanus Ecclesiæ sancti Petri Lovanij, edidit in suis Opusculis 79. propositiones vel temerarias, vel scandalosas, vel erroneas, vel tandem hæreticas, inter quas propositio 73. talis fuit: Nemo præter Christum est absque peccato originali. Hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis. Inter alias propositiones seu articulos, hanc etiam revocavit & abjuravit prædictus Michaël his verbis: Ego Michaël de Bajo Cancellarius Universitatis Lovaniensis agnosco & profiteor me ex varijs colloquijs & communicationibus habitis cum R. P. D. Francisco Toleto Concionatore suæ Sanctitatis ad hanc rem specialiter misso super diversis sententijs & propositionibus, jam olim à Sanctissimo Domino nostro Pio V. felicis recordationis sub data Kalendarum Octobris anno M.D.LXVII. & nuper à Gregorio XIII. moderno Pontifice maximo sub data 4. Kalend. Februarij anno M.DL.XXIX. iteratò damnatis & prohibitis, ita motum & ab eo perductum esse, ut planè mihi habeam persuasum, earum omnium sententiarum damnationem atque prohibitionem jure meritoque, ac non nisi maturo judicio ac diligentissimâ excussione præmissis factam atque decretam esse. Fateor insuper plurimas ex ejsdem sententijs in nonnullis libellis à me olim & ante emanatam Sedis Apostolicæ super ijs censuram conscriptis & in lucem editis, contineri & defendi, etiam in eo sensu in quo reprobantur. Denique declaro me in præsentiarum ab ijs omnibus recedere, & damnationi à sancta Sede factæ acquiescere, neque posthac ullas docere, asserere aut defendere velle. Datum die 24. Maij anno 1580. Michaël de Bajo. Hæc omnia repetries ad finem 3. tomi de Ente supernaturali R. P. Joannis Martinez de Ripalda. Impress. Coloniæ 1648. in folio; & apud Soriam. tomo 1. in primam 2. de Peccatis, folio 865.

MICHAEL Bañez de Segovia, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: *Inmaculidad de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su ser*, &c. Impress. Matriti 1653. in 4.

MICHAEL Baptista de Lanuza, Eques auratus Hispanus, in lib. sub hoc titulo: Virtudes de la venerable Madre Teresa de Jesus Carmelita Descalza del Convento de Valladolid, en el siglo Doña Brianda de Acuña Vela, &c. quæ fuit Monialis in Conventu *Conceptionis* Valisoleti (ut ipse dicit in prima pagina & alibi & in Dedicatoria) agit de Maria à *Conceptione*, & alibi de hoc titulo. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1657. in 4.

Item, in libro cujus titulus est: La venerable Madre Catalina de Christo Carmelita Descalza Compañera de la S. Madre Teresa de Jesus Priora del Convento de la Sancta Trinidad en Panplona de S. Joseph, en Barzelona *de la Concepcion*, &c. fol. 143. & fol 158. cap. 47. sub hoc titulo: Elogios de la Madre Stephana de la *Concepcion* del Convento de Barzelona, &c. Lib impress. Matriti 1657. in 4.

MICHAEL Beuther, Carolopolita Francus, ad diem 8. Decembris de festivitate *Conceptionis MARIÆ*, in libro: Ephemeris historica. Impress. Parisijs 1551. in 8.

MICHAEL Brucardus, Ordinis Minorum, in Apologia contra Wigandum scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Daniel Agricola, fol. 176. Daza de Concept. cap. 6.

MICHAEL Calvus de Seichili, Ordinis Minorum Italus, in lib. Assumpti sopra i Evangeli de al Quaresima, &c. in Sabbatho 1. Quadragesimæ habet *Sermonem de Immaculata Conceptione* usque fol. 91. Incipit: Non mancha logi nelle Scriture, &c. Lib. impress. Venetiis 1648. in 4.

MICHAEL de Carchano Mediolanensis, Ordinis Minorum Italus, in Sermonario de Commendatione virtutum & reprobatione vitiorum, serm. de Sabbatho sancto & Annuntiatione sive Salutatione Angelica, qui est in ordine 69. ad illud: Ave Maria gratiâ plena, inquit: In quibus verbis septem singularitates assignantur. Prima dicitur singularitas innata, id est naturæ, quando dicitur Ave, id est sine væ, cui subjacet totum genus fœmineum, scilicet pudoris, doloris & laboris: *fuit enim sine væ pudoris in Conceptione, quia ejus Conceptio fuit sine corruptione*, non humano semine, sed mystico spiramine. Fuit etiam sine væ laboris in gestatione, & fuit sine væ doloris in parturitione: nam (ut Bernardus dicit) fuit sine corruptione fœcunda, sine gravamine gravida, sine dolore puerpera. Secundo modo fuit in Beata Virgine naturæ singularitas, quæ etiam demonstratur per Ave, *id est, sine væ concupiscentiæ, culpæ & pœnæ; sine væ concupiscentiæ peccati originalis, quia sine peccato concepta est*, ut dictum est in Quadragesimali de Pœnitentia, &c. Et infra: Et ut uno verbo dicamus totum: *ipsa Beata Virgo fuit gratiâ plena*, quia secundùm Scotum & Franciscum *in principio suæ Conceptionis accepit tantam gratiam, quod non potuit amplius accipere, quamvis Deus posset amplius dare*, &c. Lib. impress. Mediolani 1495. in 4.

Item,

Item, idem in Quadrageſimali de Pœnitentia quod incipit: Secundùm Philoſophi ſententiam, ſerm. 7. poſt primam Dominicam de Adventu habet Sermonem ſub hoc titulo: *In feſto videlicet Conceptionis Virginis MARIÆ, in quo ponitur ipſam fuiſſe conceptam ſine peccato originali* tribus præclariſſimis vijs, &c. ubi latè & eruditè de hoc myſterio à folio 14. uſque 17. Incipit Sermo: Abſit rem iſtam facere. Lib. impreſſ. Venetijs 1496. in 8. magno & Pariſijs 1487.

Item, in Opere per Adventum & Quadrageſimam de Peccato in genere, & de tribus peccatis principalibus, ſcilicet ſuperbia, avaritia, luxuria, quod incipit: Sententia eſt vera; in Sabbatho poſt primam Dominicam de Adventu *de ſolemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, quæ occurrit in Dominica ſequenti, Serm. 7. & incipit: Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, agit latiſſimè de hoc myſterio. Lib. impreſſ. Venetijs 1476. in 4.

MICHAEL Carpentoracenſis, Epiſcopus Gallus, cum alijs Eccleſiarum Gallicarum Paſtoribus ac Paſtoribus ſubſcripſit Decreto Provincialis Concilij Avenionenſis *de Conceptione ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ*. Vide Purpur. Marian. fol. 369.

MICHAEL Carranza Valentinus, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, in lib. cujus titulus eſt: Selecta S. Ildephonſi, tum etiam aliorum Sanctorum pronuntiata de perpetua virginitate ſacroſanctæ Matris Dei MARIÆ ad quendam Neophitum Valentinum, &c. cap. 16. folio 120. loquens de feneſtra Arcæ Noëmiticæ, inquit: Per illam autem feneſtram abſit quòd intraret aqua, aër & pulvis: ſed ſolùm lumen clarum, *quia Mater Chriſti nullum creditur habuiſſe peccatum*, &c. Quid myſticè per Suſannam meliùs, quàm MARIAM intelligere poſſumus? Illa pulchra, ſed pulchrior MARIA, facie & fide pulchrior. Illa à ſenibus falſò accuſata & adulterij rea publico judicio damnatur; *Virgo quoque MARIA falſò à Doctoribus olim de peccato & accuſabatur & immoderata argumentorum congerie damnabatur, quæ tota pulchra ſemper exiſtit, nullique originali obnoxia culpæ.* Illa per Danielem jubente Deo liberata, hæc Eccleſiæ univerſalis auctoritate (quæ rationibus, revelatione, ac miraculis roboratur) per fideliſſimos Chriſti Prædicatores publicis concionibus per orbem terrarum *immunis ab omni peccato* quotidiè prædicatur, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1556. in 8. cum opere S. Ildephonſi de illibata Virginitate Virginis MARIÆ.

MICHAEL Cid, Poëta Hiſpanus, edidit illa Carmina toto Orbe celeberrima & decantatiſſima:

Todo el mundo en general,
A voces Reina eſcogida.
Diga que ſoys concebida,
Sin pecado original.

Ita Paulus de Eſpinoſa de los Monteros In prima parte Hiſtoriæ Hiſpalenſis, lib. 8. folio 121.

MICHAEL Conſtantinopolitanus Patriarcha Græcus, electus ad annum 1167. juſſit explicari ſive Commentarijs illuſtrari Nomum Canonem Photi, in quo eſt Conſtitutio Imperatoris Emmanuelis illuſtrata à Balſamone, *circa feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Petrus Gonzalez de Arcbedo in Notis ad Elogia B. Virginis, fol. 232.

MICHAEL Diaz Ybanez, Poëta Hiſpanus, elaboravit Cantionem pro myſterio *Immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIÆ.* Impreſſ. Baëzæ 1618. in 4.

MICHAEL de las Doblas Malo, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Gloſſam *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impreſſ. cum alijs Granatæ folio 301.

MICHAEL Fidotus Ennenſis, Ordinis Minorum Italus, in Deſcriptione Provinciæ Vallis Neti in Sicilia, inquit: Capellæ *Conceptionis* ſunt duæ, altera in Eccleſia Divi Petri Placiæ, altera in Eccleſia Conventûs Divæ MARIÆ JESU Ferulæ.

MICHAEL Franciſcus de Inſulis, Ordinis Prædicatorum Colonienſis, & Confeſſarius Illuſtriſſimi Principis Philippi Archiducis Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, & Epiſcopus Salubrienſis, &c. in libro de Septem doloribus Chriſtiferæ Virginis MARIÆ, ac communi & ſaluberrima Confraternitate de hoc inſtituta, in indice ſic inquit: *MARIAM quare Chriſtus præſervans à peccato*, ſubijci pœnalitatibus quoad corpus voluit? Et in corpore libri in ſecunda propoſitione primi Ordinis, reſpondendo ad propoſitam objectionem de doloribus, inquit: Ad ſecundum faciliter reſpondere poſſunt Doctores illi, qui Beatam Virginem in originali fuiſſe conceptam, ſed mox ſanctificatam ſcripſerunt. Verùm quia Concilium Baſileenſe aliter docuit, hinc ad magis huic argumento & devotioni Confratrum tantæ Virginis ſatisfaciendũ, dicendum eſt, *quòd Dominus potuit Beatam Virginem præſervare ab omni culpa, abſq; hoc quòd ipſam in ſtatu innocentiæ* ac inſtar primorum Parentum totaliter, & ſaltem quoad corpus reponeret & reſtitueret, relinquens eam quoad corpus & vitam animalem in ſuo naturali curſu & diſpoſitione, &c. Et adducit officium de ſeptem doloribus. Impreſſ. Antuerpiæ abſque anno in 4.

Item, in libro: Clavis Cellarii divinæ & humanæ ſapientiæ, &c. quam R. P. Guilielmus Donſelius ejuſdem Ordinis reſtituit & adornavit, fol. 17. adducit Virginis MARIÆ encomia & laudes, & folio 163. inter alia de Matre Dei, inquit: Tum quia ipſa omni pura creatura in eſſe creato ſubſiſtẽte, inenarrabiliter ſpecioſa facta, ſancta, perfecta & glorioſa eſt ad intuendum cum jucunda lætitia, &c. Et proſequitur ibi & alibi in laudibus V. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1613. in 16. Adduxi Auctorem iſtum, quia licèt ejus verba non probent hìc iſtam Concluſionem: *Virgo MARIA præſervata à macula originali*; probat tamen iſtam: Non omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum ſuſtinuerunt opinionem contrariam.

Item, in libro de Fraternitate Roſarii Beatæ Virginis MARIÆ, cap. 5. folio 36. de Salutatione Angelica, inquit: Primò enim inſinuatur, quàm fuit puriſſima propter culpæ carentiam, quia Ave (id eſt) ſine væ: *nunquam enim ſubjacuit originali*, veniali, aut mortali peccato; quàm pleniſſima pro gratiæ affluentia, *quia gratiâ plena*; *quàm tutiſſima per divinam potentiam*, quia Dominus tecum; quàm digniſſima propter perſonæ ſuę reverentiam, quia benedicta in mulieribus, &c. Extat impreſſ. cum Operibus B. Alani de Rupe per R. P. Fr. Joannem Andream Coppenſtein ejuſdem Ordinis, Colonię 1624. in 8. Item, vide fol. 39. ubi tractat quomodò MARIA caput ſerpentis contrivit.

MICHAEL Ghislerius, Clericus Regularis Italus, in Hieremiam Prophetam tomo 3. *de feſto Conceptionis*

tionis gloriosissimæ Virginis MARIÆ Indicem concionatorium latissimum. Lib. impress. Lugduni 1623. in folio.

Item, super Cantica Cantic. in Evangelium *& festum Conceptionis Beatæ MARIÆ* Indicem concionatorium. Lib. impress. Venetijs 1617. in folio.

Item, in cap. 4. Canticorum, inquit explicans illa verba: Tota pulchra es: Si laborandum aliquantulum sit, jam peregregia laude ista accomodanda ad Ecclesiam, tum etiam ad animam in duabus præcedentibus expositionibus: laborandum tamè minimè est in eadem accomodanda ad Beatam Virginem, cui propriùs encomium istud competit ut pulchra dicatur *& sine ulla macula*, utpote quæ haud mortalis dumtaxat peccati expers fuit, *sed & originalis*, & quæ aliena etiam extitit ab omni vel minima ruga peccati venialis, &c.

MICHAEL Glicas Siculus, in lib. Annal. de Bizantina Historia, part. 3. fol. 323. inquit: Hac de re satis est respondere, Auctores Evangeliorum Christi administrationem in carne commemorantes, ad ejus à terris in cælum Assumptionem perveniisse. *At expers illa maculæ Domini nostri IESV CHRISTI Mater* provectam ætatem attigisse perhibetur, &c. Infra adducit alia pro immunitate Virginis. Lib. impress. Basileæ 1572. in 8. De hac auctoritate vide Euseb. Nieremb. in lib. Except. fol. 459. & Corderum in Annot. ad vitam S. Dionysij Areopagitæ, cap. 6. tom. 2. fol. 292.

MICHAEL Gonzalez Vaquero, Doctor Hispanus, in libro: La muger fuerte, por otro titulo, la vida de D. MARIA Vella, monja de San Bernardo, part. 3. cap. 14. fol. 191. Quòd dæmon trepidat, quotiescumque loquimur *de puritate* ac integritate Virginis sanctissimæ, &c. Lib. impress. Matriti 1618. in 4. & Barchinone 1640. in 8.

MICHAEL Hierosolymitanus, Presbyter Græcus, transtulit in Græcum sermonem Epistolam Arabicè scriptâ à R. Theodoro Abuchara Episcopo Cariæ, ubi aliqua invenies *pro purissima Dei Genitricis Conceptione*. Extat Epistola hæc Græco-latina in Opusculis Theodori Abucharæ, num. 4. fol. 429. Impress. cum Operibus S. Athanasij Synaitæ Ingolstadij 1606. in 4.

MICHAEL Hoyerus, Ordinis S. Augustini Belga, in Collegio Insulensi Præfectus, edidit Orationem sub hoc titulo: Oratio encomiastica de sanctitate, vita & divina sapientia Joannis Duns Scoti Doctoris Mariani & Subtilis, ubi sparsim multis in locis agit de Immaculata Virginis Conceptione; nam fol. 5. inquit: Tuique Doctoris gloriam me in hac celebri virorum frequentia vindicem tuum, eundemque *Immaculatæ Conceptionis* tuæ assertorem fortissimum, &c. Et folio 9. Ecce ab Ordinis supremo præfecto litteræ, quibus miles fortissimus Coloniam adversùs nonnullos, qui illic intactam *& ab omni prorsus labe alienam Divæ Matris Conceptionem* nigro etiam felle respergere volebant, &c. Et folio 11. Testem te unum facio, Sixte Pontif. Optim. Maxim. qui in officio Immaculatæ Conceptionis asseris Scotum inexpugnabile Mariani honoris scutum, ad hanc veritatem *defendendam & oppugnandam ab ipsomet Christo fuisse ex Anglia in Gallias missum*. Tali scilicet opus erat Achille adversùs insanientes nonnullos troillos. Tali Fabio opus, qui non cunctando, ut alter, sed fortiter pugnando rem & honorem hæreditantem magnæ parenti restitueret, &c. Et prosequitur latè adducendo miraculum illud de Virginis MARIÆ imagine inclinata ad illa Scoti verba: Dignare me laudare te, Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos: Demisso (inquit) paulisper sacro suo capite visa fuit annuere, certamque de Adversariis palmam promittere, quod etiamnùm hodie Parisiis (puritatis Mariannæ pariter, ac Scoticæ æternum pietatis argumentum) cernitur insigne monumentum. Impr. in 4.

MICHAEL à S. Jacobo (hoc est de Santiago) Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit *de Conceptione Immaculatæ Deiparæ Virginis* Libellum unum, ut est apud Marrac. in Biblioth. & in Catalog. ad annum 1623. ex Casenate & Leone class. 6. Pistoia fol. 155. & Ludovic. Jacob à S. Carolo in sua Biblioth. Carmelitana.

Item, edidit Sermonem *de Immaculata Conceptione* in Conventu Carmelitarum civitatis Hispalen. & impress. ibidem, ann. *1616.* in 4. cum imagine Conceptionis.

MICHAEL Joannes Ossuna Cabiscol, Canonicus Barchinonensis Ecclesiæ Hispanus, in Sermone de S. Georgio Martyre ac Patrono principatûs Cataloniæ, in Salutatione inquit: Sia no es que MARIA com à President y Senyora en la signatura *de gracia* en correspondencia del servey, que li fieren los brazos de esta illustrissima casa fent en corts generals constitutio de defensar *su immunitat candida y pura*, posant penas de indignatio del Rey lo contrari prenga com ho tonch per cet, &c. Serm. impress. Barchinone, anno 1638. in 4.

Item, scripsit Sermonem *de Immaculata ac candida Conceptione Virginis MARIÆ* in Ecclesia Barchinonensi. Impress. ibi anno 1636. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

MICHAEL Isselt Amorsfortuis, in lib. Concionum Cornelij Mussij Bittontini à se latinitati donato: *Quòd Beata Virgo MARIA nunquam in anima habuit maculam, nunquamque in ea fuit defectus ex aliquo peccato ipsam obscurante, quia semper fuit lucida semper splendore plena, semper plena gratiâ, semper sancta*, non minùs nascendo quàm vivendo, &c. Lib. impress. Coloniæ 1594. in 8.

MICHAEL Leitano de Andrada, Equesauratus Militiæ Christi Hispanus, in libro: Miscelanea do sitio de nosa Señora de Luz do, &c. grandedo apparecimento de sita santa imagen, &c. con multas curiozidades è poezias diversas, dialogo 1. fol. 2. inquit: Edesta hermida pella mesma carreira & estrada se vaya ura hermida de N.S. *da Conc. içam* muito devota, & frequentada & ten una fonte junto de muita & boa agoa è àstrada que tie per de baizo de soutos, muito plana, & con largeza à carreiraz, & folgares à cavallo, & à esta senhora da Conçeiçaom fez este soneto: *Que soy concebida sem peccado original*, &c. Et adducit varia Poëmata de Conceptione Virginis. Lib. impress. Ulyssiponæ 1629. in 4.

MICHAEL Lochomair, Artium Magister, in Ecclesia Patavienſi Canonicus, in lib. Sermonum serm. 5. *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum, ad illa verba: Nondum erant abyssi, &c. Et in hoc dicit loquèdo de sanctificatione Virginis gloriosæ, *quæ nullo unquam peccato maculata fuit originali* aut actuali, veniali vel mortali; habuit tamen potentiam

potentiam ad peccandū;&deinde loquens de duplici sanctificatione V. MARIÆ, inquit: Prima sanctificatio erat in ejus Conceptione, non quando Joachim&Anna carnaliter se commiscuerunt pro generatione MARIÆ V. sed postquam corpus MARIÆ fuit plenè formatum & effigiatum in omnibus membris, *tunc cùm anima fuit creata & corpori infusa & unita, statim sanctificata fuit. In illa enim sanctificatione in utero non solùm fuit præservata à peccato originali*, ut latiùs infra dicetur; sed &c. Secundus Sermo est sub themate: Domum majestatis meæ glorificabo; ubi multoties dicit, quòd Deus *eam à peccato originali præservavit*. Serm. tertius est sub themate: Conceptus hodiernus; & est quasi tractatus in quo probat latissimè *Virginem fuisse præservatam*. Impress. Hagenau, anno 1500. & 1507. in fólio.

MICHAEL Lopez de Valejo, Poëta Hispanus, scripsit quandam Glossam *pro Conceptione Immaculatæ Virg. MARIÆ*. Impress. apud Sanct. Zapata de Concep. folio 137. & 158. & fol. 166. & 183.

MICHAEL de Lovera, Doctor Hispanus, typis mandavit Sermonem de S. Antonio Abbate R. P. F. Joseph à Matre Dei, in quo fol. 19. affirmat Virginem MARIAM fuisse terram fœcundam, *in qua nullo modo fuit sterilitas culpæ*. Impress. Valentiæ 1643. in 4.

MICHAEL de Luna & Arellano, Militiæ S. Jacobi, & Consiliarius Regius Hispanus, scripsit Librum sub hac Epigraphe: Theoremata sacra Theologica & Juridica, Topica & Anaglyphica *pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione*; & ingenua Patrum doctrina, & omnigen. Legislatorum rescriptis, Jurisconsultorumque responsis, &c. Impress. Bruxellis 1652. in folio.

Item, scripsit Epistolam ad sanctissimum Ecclesiæ Pontificem Maximum Innocentium X. *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, & incipit: Ad oscula pedum vestræ Sanctitatis; ubi de columba & ramo olivæ pro innocentia Virginis. Impress. Bruxellis 1652. in folio.

MICHAEL Maior, Senatorii Ordinis apud Herbipolenses, in Oratione aurea de Beata Virgine, inquit: *Ave rosa sine spinis*, te quam Pater in divinis majestate sublimavit, *& ab omni reatu servavit*, in libro dicto: Lucinia spiritualis, folio 393. Impress. Coloniæ 1618. in 8.

MICHAEL Martin, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *de sanctissima ac pura Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Ferriol. de Concep. folio 41.

MICHAEL Martinez, Doctor Hispanus, in Sermone de Annuntiatione, inquit: O dichosa Señora la mas hermosa, y graciosa delante de los ojos de Dios! *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, &c. Extat in Biblioth. Scorial. 2. M. 2. in folio.

MICHAEL Mauclerus Parisinus, Doctor Sorbonicus, in lib. de Monarchia Divina, Ecclesiastica & sæculari Christiana, &c. tom. 2. ad finem, vocat Virginem MARIAM *Immaculatam & ejus carnem ex lignis fœtidis imputridis ædificatam*, pag. 627. Lib. impress. Parisiis 1622. in folio.

MICHAEL de Mediolano, in Quadragesimali de Peccato in genere, &c. Sabbato post primam Dominicam de Adventu, adducit Sermonem *de solemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, & est in ordine 7. cujus prima pars sic se habet: In qua declaratur, *quomodò Deus potuit præservare Virginem à peccato originali*. Et secunda: In qua declaratur *quàm congruum fuerit, quòd Deus præservaret B. Virginem à peccato originali*. Et tertia sic: In qua declarantur multæ auctoritates novi ac veteris Testamenti, & etiam Sanctorum Doctorum, quæ videntur contrariæ Conceptioni B. Virginis. Item, Sabbato post 2. Dominicam Adventus, adducit Sermonem de sanctificatione, illustratione & charitate Beatæ Virginis, qui est in ordine 14. & pars prima sermonis habet istum titulum: *In qua tractatur de puritate B. Virginis, & quomodò fuit sanctificata in utero matris*. Item, Serm. Sabbati tertii, qui est in ordine 21. sub hoc titulo: De comparatione Virginis ad stellam cœli, in prima parte sic inquit: Stella quidē ab adstando denominatur, quia in cœlo stat fixa propterea MARIAM designat, eò quòd stetit fixa; in cœlo suo, *quia immobiliter stetit in Filio suo à primo exordio per carnis Conceptionem*. Secundò in vita per omnium virtutum irradiationē, &c. Alia multa habet Auctor iste in illo libro pro Virginis puritate. Impress. Basileæ 1479. in folio magno, & Venetiis 1496. in 4.

MICHAEL Melendez de Valdivia, Poëta Hispanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Cantionem folio 52. Impress. Hispali 1616. in 4.

MICHAEL Menotus, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Sermonum Quadragesi. in serm. Sabbati post 1. Dominicam, folio 45. col. 4. inquit: O MARIA fons misericordiæ! estis nubes clara, quæ nunquam sedit in terra, id est, *in peccato originali vel mortali*, &c. Lib. impress. Parisiis 1525. in 8.

MICHAEL Merinus, Generalis Ordinis S. Norberti Hispan. in Oratione panegyrica de Domina nostra de Pace, folio 7. inquit: Quanto à la segunda parte, que fue concebida en paz beatifica y gloriosa, ya lo dixo San Bernardino de Sena su devotissimo siervo, y San Pedro Damiano: *Caro MARIÆ maculas Adæ non admisit, sed singularis ejus puritas in candorem lucis æternæ conversa est*. Y el mejor emporio de las letras la madre universal de la sabiduria, y maior taller de las disciplinas todas, nuestra Universidad Salmantina el año pasado la defendió en este teatro con aplauso publico, y la aplaudio con veneracion probable: muchas gracias al promotor de tan gustosa novedad, y aora de paso lo probaremos con un lugar, &c. Serm. impress. Salmanticæ 1651. in 4.

Item, Sermone de Animabus Purgatorii, fol. 27. agit *de gloriosa Conceptione Virginis MARIÆ*. Vide ibi num. 3. Serm. impress. Matriti 1652. in 4.

MICHAEL Meyers, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Hispanus, præfuit Conclusionibus dicatis sic: *Sacratissimæ Virgini Matri in gratia & gloria conceptæ, speculo Immaculato, cujus illibatam pulchritudinem* chorus Redemptorum ex suo in suo instituto candidus enixè propugnat, &c. ubi plura de Immaculata Conceptione cum imagine ipsius. Impress. ann. 1655. in charta expansa.

MICHAEL Miralles, Poëta Hispanus Valentinus, edidit Poëmata *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* cum aliis apud Ferrandum Diaz, anno 1486. in 8.

MICHAEL de Molina, Ordinis Minorum Hispanus, edidit quædam Carmina lusoria *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ impressa prodierunt cum aliis Granatæ 1651. in 4. à fol. 99.

MICHAEL Monachus, Decretorum Doctor Italus, in Sanctuario Capuano ad diem octavam Decembris, folio 565. hæc habet: *Conceptio Beatæ*

MARIÆ Virginis duplex, & solemne Martyrolog. Romanum & Kalendaria. In officio Lectiones ex Anselmo. Sub titulo Conceptionis est in civitate Ecclesia Cœlestinorum, & Capella cum Collegio puellarum. Lib. impress. Neapoli, anno 1630. in 4.

Joannes Tam. de Salazar in suo Tract. de Concept. ad annum 663. folio 237. Hunc citat folio 402. sed potest esse alia impressio, quæ ad manus meas non pervenit.

MICHAEL, Monachus S. Bavonis (qui floruit ante trecentos quinquaginta annos) elaboravit Sermonem pulcherrimum ac latissimum pro Assumptione Virginis MARIÆ, qui incipit: Sic habuit gratiam super omnes mulieres, scribitur Esther 2. cap. Pro hujus thematis declaratione utor tali propositione: Persona quæ præ cæteris informatur virtutibus, &c. Parum post medium Sermonis agit latè de omnibus pœnalitatibus introductis in mundum per Evam, & postea inquit: Ad propositum ergo B. Virgo meritò debet esse immunis ab isto væ, ideo & ipsa præservat sibi fideliter servientes ab isto ultimo væ damnationis, & pro parte à secundo væ, scilicet à multis peccatis: *ipsa (ut piè creditur) non incurrit peccatum originale*, & nunquam commisit aliquod actuale, nec mortale, nec veniale peccatum, &c. Extat manuscript. apud Patres Cruciferos Coloniæ, litt. D. num. 24. in 4.

MICHAEL de Morales, natione Gallus, Horas Dominæ nostræ Virginis MARIÆ pro totius anni tempore cum Officio *Conceptionis*, & aliis Orationibus. Parisijs 1644. in 8.

MICHAEL Muñoz, Cordubensis Carmelitanus, in lib. Propugnaculum Eliæ & propaginis Carmeliticæ, libro 2. titulo 3. artic. 3. à folio 342. usque 349. plura adducit & dicit *de candore illibato, niveo* & puro, de plenitudine gratiæ, integritate mentis & carnis sacratissimæ Virginis MARIÆ. Vide alia ibi, nam omnia respiciunt ejus immunitatem à peccato. Lib. impress. Romæ anno 1636. in 4. regali.

MICHAEL N. Ordinis Prædicatorum Gallus, & Concionator magni nominis, testatur quòd totus suus Ordo accedit paulatim ad sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, quæ communior est in Ecclesia; & quòd nunc sine dubio S. Thomas si viveret, eam teneret, &c. Hunc citat Valentinus Gerardus Gallus in Triumpho Virginis part. 3. discur. 2. pagina 753. apud Anonim. Franciscanum, Auctor. 37. Franciscus Hondeghen in Luce meridiana fol. 218.

MICHAEL de la Noviic, Ordinis S. Francisci de Paula Gallus, auxit Bibliothecam Petri Blanchot, in qua folio 611. adducit plura *de Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre est in 3. editione Parisiensi 1645. in fol.

MICHAEL de Palacios, Doctor Salmanticensis Hispanus, in Commentarijs super Isaiam Prophetam, lib. 3. tom. 1. fol. 129. à tergo: *Quòd Beata Virgo MARIA fuit libera ab omni culpa & culpæ vestigio, à primitivaque originali culpa sancta semper, atque immunis, & nullâ contagione culpæ fœdata*, &c. Vide ibi latè. Et infra fol. 213. Tropologic. Declamation. *de felicissima Deiparæ Conceptione* cujus prothema est: Ecce Dominus ascendit, seu vehitur super nubem levem, & ingreditur Ægyptum, &c. usque ad folium 219. ubi eruditè & latè tractat de hoc mysterio.

Item, tomo 3. folio 57. *Quòd Beata Virgo MARIA ab omni prorsus maledictione fuit aliena.* Lib. impress. Salmanticæ 1572. in folio.

Item in 3. Sent. dist. 3. disput. 1. An Beata Virgo originalis piaculi fuerit expers? postquam egerat latè de duplici sanctificatione & de tribus sanctificationibus, quæ fuerunt in Virgine MARIA, probat *Virginis Conceptionem fuisse incontaminatam; atque Immaculatam fateri ejus Conceptionem, esse magis pium & verum.* Item, disput. 2. ex hypothesi, si fuit concepta cum originali; quanto tempore sub illo egerit MARIA? Et disput. 3. inquirit: Num fomes peccati fuit in MARIA Virgine? Item, disp. 4. Num Virgo MARIA in via agens fuerit impeccabilis? Quæ omnia reperies à folio 39. usque 59. Lib impress. Salmanticæ 1577. in folio.

MICHAEL Perez de Heredia, Ordinis Cisterciensis Hispanus, *de Conceptione Immaculata Virginis*, sive: Consideratio *pro festivitate Conceptionis Immaculatæ Serenissimæ Reginæ Angelorum Virginis Dominæ nostræ*, super verba S. Matthæi: Liber generationis, Sermonem unum, à folio 409. usque 419. Salmanticæ 1605. in 4. & etiam Italicè Venetiis 1641. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Vide etiam Serm. de Nativitate Virginis pro hoc mysterio, folio 239. Impress. Salmanticæ.

Item, in Sermone de B. Virgine MARIA prædicato in Sacrario Toletano, folio 93. inquit: Y panegyricos soberanos en alabanza de la santissima Reyna de los Angeles, comenzando desde *su purissima, limpissima y Immaculada Conception*, &c. Extat cum aliis impress. anno 1617. in 4.

MICHAEL Psellius, in Paraphrasi in Cantica Canticorum, cap. 6. folio 543. inquit: Has classes atq; hos ordines Salomon ille prospiciens & divino afflatus Spiritu tàtò ante cernens Verbi sponsi purissimi Incarnationem, & quæ ipsum sine semine genuit sanctissimam Dei Genitricem MARIAM, *illam Immaculatissimam*, quam omnibus omnes hominum generationes vocibus nunquam cessantibus beatissimam prædicant, quæ totius mundi peperit Salvatorem, &c. Lib. impress. à Theodoro Peltano cum aliis Opusculis Sanctorum Antuerpiæ, an. 1614. in 8. & cum Operibus Theodoreti. Et infra vocat *MARIAM columbam solam, quæ puritate Cherubim & Seraphim antecellit.* Ex quibus omnibus ejus Immaculata immunitas comprobatur.

MICHAEL à Purificatione, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Vitæ Evangelicæ, tractatu 4. à folio 205. usque 247. *Quomodo Virgo MARIA Regina Angelorum fuit concepta absq; peccato originali* per merita prævisa Christi Domini nostri. Item, *in festo purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermones 3. in indice concionatorio ejusdem libri. Barchinone 1640. in folio.

MICHAEL à Quercu, Ordinis S. Augustini, in Theologiâ habitâ Lovanii die 29. Aprilis ann. 1646. Thesi 15. de Originali, hæc defendit: *Ab eo Virgo Deipara immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

MICHAEL Romerus, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Tractatum Scholasticum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, in quo habet sequentes Quæstiones. 1. Utrum Virgo MARIA fuerit sanctificata antequam nasceretur? 2. An fuerit ab originali præservata? 3. *Quòd certum sit Beatam Virginem fuisse immunem à peccato originali.* 4. Utrum Beata Virgo peccaverit in Adamo, & ex illo debitum

peccati

peccati originalis contraxerit? 5. Utrum in momento Conceptionis Virginis fuerit fomes peccati extinctus vel ligatus? 6. Quantam abundantiam gratiæ acceperit Virgo in prima sanctificatione? 7. Utrum Beata Virgo toto vitæ tempore in sanctitate profecerit? &c. 8. Utrum Virgini Mariæ fuerit ablata potentia peccandi in prima sanctificatione? 9. Utrum Virgo MARIA fuerit immunis ab omni peccato veniali & actuali, &c. Et alias adducit quæstiones, quæ non ita ad nostrum pertinent institutum. Extat manuscript. in Biblioth. Matriten. S. Francisci in 4.

MICHAEL Ruiz, Ordinis ..... scripsit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Antonius de Leon in Biblioth. manusc. classi. 9.

MICHAEL Ruiz, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ* Concionem unam in Ecclesia Parochiali civitatis Hispalensis in octava purissimæ Conceptionis die 15. Maii anno 1615. Incipit: En las hestas solemnes; & est Sermo dogmaticus: per diversas enim causas probat Virginem fuisse conceptam absque peccato originali. Impress. Hispali 1616. in 4. Hunc existimo esse eundem cum antecedenti.

MICHAEL Sanchez, Presbyter Hispanus, in la Imagen de la Virgen MARIA Madre de Dios de Guadalupe milagrosamente aparezida en la ciudad de Mexico, &c. ad finem libri inquit: *Ma majorem gloriam Dei, ejusq; Genitricis MARIÆ super Virginis sine labe conceptæ, &c.* Item, in ultima apparitione, folio 30. adducit depictam imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ut communiter depingi solet, quæ miraculosè apparuit in pallio cujusdam Indi Joannis Didaci, quam coram multis ostendit D. D. Joanni de Zumarraga Archiepiscopo Mexicano. Lib. impress. in civitate Mexicana 1648. in 4.

MICHAEL de la Serna, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in libro: Elogios de Christo y MARIA, explicados à quarenta Sermones de sus fiestas, &c. habet Sermones duos *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, à folio 394. usq; 414. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1646. in folio.

MICHAEL van Triest, Societatis Jesu Sacræ Theologiæ Professor Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia publicè habitis Antuerpiæ 11. Augusti anno 1648. fol. 4. Conclusione 6. de Peccato originali, hæc habet: Verò quamvis ea labes universalissima sit, *Beatam tamen Virginem, maternitatis Dei titulo, adeò illâ nunquam infectam fuisse statuimus, ut ne ejus quidem debitum peccando in Adamo contraxerit: & hoc ipso perfectius à Filio redemptam, quò meritis ejus præservata est.* Impress. ibidem in 4.

MICHAEL Valles, Ordinis Minorum Hispanus, in Assertionibus habitis anno 1649. de Peccato originali, inquit: Etsi ubique protoparentis nostri grassetur contagium; *tamen excipe sanctissimam Dei Genitricem Virginem MARIAM, quam divinæ gratia initio gressuum suorum dirigens, non solum vitiis ne caderet præparavit, sed & ne debito proximo subjaceret. MARIÆ immunitas adeò omnibus debet esse certa, sit illam definitioni Ecclesiæ existiment esse proximè expeditam*, ad quod non erit necessaria Generalis Concilii legitima Congregatio, sed Innocentii X. specialis per Bullam sufficit expeditio. Extant impress. Compluti in charta expansa.

MICHAEL de Hungaria, Ordinis Minorum, in libro dicto: Evagatorium, id est, Sermones 13. cum applicationibus thematum perutilibus de Tempore & de Sanctis, &c. *de Conceptione illibatæ Virginis MARIÆ*, hæc inquit: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Psalm. Nota duo. Primò commendatur MARIA sanctificationis claritate, ibi: Sanctificavit. Secundò collaudatur à statûs dignitate, ibi: Tabernaculum suum. Tres excellentias habuit MARIA. Prima sanctitatis, quia in utero sanctificata. Bernard. Sancta antequam nata. Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Secunda virginitatis, quia perpetua Virgo Immaculata, &c. Extant impress. Parisiis 1515. in 8. Item, ibi serm. 2. (Si illi Sermones sunt ejusdem Auctoris, existimo enim esse alicujus Dominicani) in Notabili de Anna matre MARIÆ sanctissima, inquit: Prima ratio ex parte Virginis MARIÆ, quia ipsa debuit fore Mater gratiæ, *& singularissimâ gratiâ super omnes debuit sanctificari in utero Beatæ Annæ à Deo*, ut dicit Anselmus de Conceptu virginali: Decebat (inquit) ut ipsa Virgo Beata ea puritate niteret, quâ major sub Deo nequit intelligi, &c. Lib. impress. Parisiis 1516. in 8. parvo, & castig. à R. P. Fr. Jacobo Gandensi Ordinis Prædicatorum.

Item, *pro Conceptione illibatæ Virginis MARIÆ* thema seu indicem concionatorium. Impress. Argentinæ 1503. in 8.

MICHAEL Ybañez de Segovia, Canonicus Guaxacæ in Indiis Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *Immunidad de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su ser*, en estos discursos predicados en el solemne octavario, que consagrò à su pureza nuestro Catholico Monarcha Phelipe IV. el grande en el Real Convento de las Descalzas anno 1652. Impress. Matriti 1653. in 4.

Item, scripsit Sermonem seu potiùs Tractatum sub hoc titulo: *Tropheo de la Concepcion Immaculada de la Emperatriz de los Angeles MARIA Señora nuestra concebida en el primer instante imagen de la santissima Trinidad.* Impress. Matriti 1652. in 4.

MICHAEL Zanardas de Urgnano, Ordinis Prædicatorum Italus, in Rosario gloriosissimæ Matris Dei MARIÆ, folio 139. de Indulgentiis pro die & festivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ* & octava. Lib. impress. Taurini 1609. in 12.

MICHELIUS Calvo de Sciehili, Ordinis Minorum Italus, in prima parte Sermonum, sive de Assumptis prædicabilibus, Sabbato primo Quadragesimæ habet Sermonem pulcherrimum *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, à folio 85. usque 110. Lib. impress. Panormi 1645. in 4.

MILLAN, Doctor Hispalensis, edidit Librum dictum: Flos Sanctorum Hispanicè, & folio 11. à tergo inquit: Comienza la historia *de la Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA*, y de como fue revelado que se celebrase la fiesta à ocho dias del mes de Diziembre. Item, infra folio 13. De como fue instituida Orden *de la purissima Concepcion de la Madre de Dios* en la ciudad de Toledo, y los perdones que se ganan el dia de su fiesta. Lib. impress. Hispali 1572. in folio. Fuit etiam impres. anno 1578. ut inquit Joannes Tamayus de Salazar, folio 239. & 240. quam impressionem non vidi.

MILO de Thailly, Episcopus Aurelianensis, ad annum 1315. *Conceptionis solemnitatem* 6. Idus

Decembris impositorum celebrandam instituit, &c. Hippol. Marrac. ex Annal. Sausseï in Antis. Marian. fol. 409.

MIRA de Mescua, Poëta Hispanus, in Comœdia de quadam Arepticia, fol. 143. inquit:

Y quien sin su mancha impia
Fue concebida en belleza?
Christo por naturaleza
Y por su gracia MARIA.

Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

MIRACULA. Magister *de Conceptione* non probè concionatus, mirabiliter punitur, sed prodigio deterritus, resipiscit. Quidam concionator ex sacro suggestu conatus est auditorum animos à magis pia *de Immacul. V. Conceptione* abducere sententia, sed finita Oratione dum ad Sacrum celebrandum accederet, Virg. MARIÆ effigies ab ipso avertit faciem, & statim concionator oculis orbatus est: sed ipse subitâ caligine perterritus in meliorem receptus mentem, proposuit semper *Immaculatam tenere & prædicare Conceptionem*, votoque emisso restituuntur ei lumina: & in miraculi signum dicitur, quòd Virginis simulachrum in hanc usque diem reflexo ad tergum vultu conspiciatur Tolosæ in Conventu D. Francisci. Pelbartus à Themesvar in Stellario, part 2. artic. 3. Sebastianus de Novaes, miraculo 2. f. 183. S. Bernardinus Senens. in tract. de Concept.

Beata Virgo blandè interpellat Magistrum sinistrè *de Conceptione* meditantem. Quidam Magister meditabatur aliqua contra Conceptionem Virginis MARIÆ, cui magna Parens apparens illum sic blandè objurgavit: Quid ergo unquam malè de te merui, ô Magister, ut meo honori officere mediteris? Quibus verbis commotus Magister, suggestum conscendens totum se in laudes Immaculati mysterij effudit. Porrenus tract. de Concept. Sebastianus de Novaes mirac. 3. fol. 185.

Monialis ab infirmitate curatur. Soror Camilla Veronica Vicaria de terra Medicinæ Statûs Bononiensis, Monialis professa in Monasterio Sancti Joannis Baptistæ quod vulgo dicitur de Lucretz, à magna febri, atque dolore stomachi ac alijs gravissimis infirmitatibus, à quibus supra modum vexata semper jacebat in lecto, & à Physicis jam de salute desperata fuerat, cum hac Commemoratione Conceptionis: *In Conceptione tua V. Immaculata fuisti: ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti*, statim & miraculosè fuit curata. Examinatum & authenticum extat hoc miraculum à Reverendissimo Domino Vicario Generali Eminentissimi ac Reverendissimi D. D. Cardinalis Joannis Baptistæ Altieri Episcopi Tudertini, & à Marco Paulino de Aquasparta Notario Apostolico, &c. die Veneris quæ fuit 23. Decembris anni 1650. Vide P. Thomasium de Geraze, part. 2. cap. 49. fol. 468.

Quædam fœmina Viterbiensis liberatur ab infirmitate. Maria uxor Philippi Orsuci de Galerio habitatrix Parochiæ Sancti Lucæ civitatis Viterbiensis, cùm esset tumore magno totius corporis totaliter impedita, ita ut nullo modo sese movere posset, & à medicis pro hydropesi confirmata reputaretur, statim à prædicta infirmitate fuit libera & sana recipiendo suprapositam Commemorationem *Immaculatæ Conceptionis*. Miraculum hoc fuit authenticatum & examinatum, anno 1651. die 11. Aprilis Pontificatûs SS. in Christo Patris D. D. Innocentii X. anno septimo per Reverendissimum Dominum Angelum Pinerium Vicarium Generalem Reverendissimi ac Eminentissimi D. D. Cardinalis Brancaccij Episcopi Viterbien. & Tuscanen. ac Laurentium Florettum Sabinum, Notarium Apostolicum, &c. Vide supra relatum Auctorem, fol. 471.

Alia fœmina ab infirmitate curatur. Domina Latina de Brinonis nobilis fœmina Viterbiensis habitans in Parochia Sancti Sixti ejusdem civitatis, à magna oris infirmitate & tumore, ita ut omnes dicerent & affirmarent esse periculosissimum earum, libera & sana effecta est recipiendo & glutiendo chartulam, in qua scripta erat Antiphona hæc: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti*, &c. ut ipsamet declaravit juramento præstito coram supra relato Domino Angelo Pineiro Vicario Generali, anno 1651. die 21. Aprilis, Notario ac testibus ut supra. Ita prædictus Auctor, part. 2. folio 473.

Alia fœmina à magno dolore liberatur. Maria Joannis Baptistæ Vianni de eadem civitate Viterbij laborans infirmitate in coxa sinistra à qua propter acerbum dolorem die noctuque deambulando & quiescendo nullam habebat requiem aut sentiebat solatium, sumendo prædictam Chartulam & Commemorationem *Immaculatæ Conceptionis* statim fuit sana & libera à relata infirmitate, ut ipsamet examinata sub juramento & testibus declaravit coram eodem Vicario Generali ac Notario Apostolico, anno ac die ut supra. Ita Thomasius de Geraze, part. 2. fol. 474.

Civitas Bruzani liberatur à terræ motu. In Provincia Calabriæ una ex duodecim Regni Neapolitani, anno 1638. die 27. Martij fuit magnus atque horribilis terræ motus, à quo quamplurimæ domus & Castella suppressa fuerunt: sed in ruina illa generali civitas de Bruzano ob devotionē *ad Immaculatam Virginis Conceptionem* mirabiliter liberata fuit. Eventum & modum cum omnibus suis circumstantijs narrat latissimè P. F. Thomasius Geraze Capuccinus, part. 2. de Conceptione, cap. 32. à fol. 286. usque 296.

Civitas Limensis etiam à terræ motu liberatur. In civitate Limensi (quæ aliàs civitas Regum nominatur) in Regno Peruano fuit terræ motus magnus, ad annum 1627. die 27. Novembris circa horam undecimam, in eoque terræ motu quædam imago *Immaculatæ Conceptionis* (quæ erat supra portam Capellæ ejusdem Conceptionis apud Fratres Minores) multis cernentibus mirabiliter fuit conversa ad partem Altaris majoris sive ad sacrarium ubi asservabatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quasi deprecans pro civitate illa & populo: Terræ motus verò, licèt maximus, nullum civitati intulit nocumentum, & ex tunc Virgo illa seu imago dicitur del milagro. Qui hæc scribit, testis est & sæpe sæpius in ipsâ festivitate, quæ celeberrima est, conciones habuit ad populum.

Milites Hispani à magno liberantur periculo. Cùm Milites Hispani essent in Bommelia obsessi, atque circumdati à navali classe inimicorum & absque ulla spe succursûs, quidam miles Hispanus, dum ante contubernium quod Emplesi templo adsitum erat, terram ad munimentum fodisset, primos inter ictus tabulam detexit, in qua coloribus expressa erat *concepta Dei Genitricis* effigies.

Accur-

Accurrerunt alij cum ipsorum Tribuno dicto Bovadilla tanquam ad effossum thesaurum, & mirantes operis novitatem, sibi certò persuaserunt non sine Dei numine eò loci & temporis (instabat namque privilegium *Marianæ Conceptionis*) cœlestem illam imaginem inter extrema laborantibus apparuisse, quam in templum intulerunt & inter Legionum signa collocarunt, proniq; omnes adorantes precabantur exercituum Matrem, ut ab illis hostium insidijs & extremo periculo eriperet. Votaque emiserunt, si tale reciperent beneficium, ejus se nomini mancipandos in perpetuum fore. Nocte, quæ *sacrum Virginei Conceptus anteceßit diem*, ventus adeò vehemens, ac præter modum frigidus invaluit, ut aquas, quæ per campos altos stagnaverant partim dispulerit, partim glacie acutissimè adstrinxerit. Unde Olochiani, alijque è vicinis Hollandiæ locis exultantiùs advecti, ad trahendum (uti ajebant) rete quo inclusos Hispanos fama vulgaverat, metu ne gelu comprehensis implexisque navigijs ipsi inter eos campos hærere velut obsessi cogerentur, sollicitatis in Mosam remis periculo sese imminenti subtraxêre. Magno itaque dolore iraque Hollandi sine fine lamentati ereptam sibi manibus victoriam nullâ Hispanorum virtute, sed solùm Dei minis, eo quidem die se Hispan. professi patrocinio... Quin & absceßus ipse inimicorum clade non caruit. Nam Hispani qui manè conglaciata circa se omnia, atque abeuntem classem viderunt, adorata Dei Matre (cujus præsentem opem experiebantur) haud se munitionibus tenentes, alij super Emplensem aggerem armati, si quæ per easdem aggerum scißuras se in Mosam tardè referebant hostium naves, continuis emißionibus fatigabant; alij stimulante virescque suggerente, quam diu collegerant, ira, ex aggeribus profilientes per inundatos durosque gelu campos, quoquo modo possent invadebant hostem, ac vivere nempe se atque ultioni pares ostendebant, donec digressa jam classe, securi liberique tantò præsentiùs agnovêre Dei numen, quantò post diem ab hostium discessu alterum cœlo mollem in temperiem verso; gelu quasi munere perfunctum suo, repente defluxit evanuitque: sicque Hispani milites non solùm liberi, sed & triumphantes ope & auxilio *Immaculatæ Conceptionis Virginis* ab illo magno & ingenti periculo evaserunt, votaque sua persolverunt instituto Sodalitio, sub titulo: *Milites illibatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, Sodalitasque hæc, quæ in Belgio incœpit, translato exemplo ad Hispaniam etiam pervenit, ibique altera fuit instituta teste Alphonso Vazquez. Vide miraculum hoc in Famiano Strada Romano è Societate Jesu in Bello Belgico decade 2. lib. 7. ad annum 1585. fol. 137. & in R. P. Henrico Jonghen in suo libro de Sodalitatibus.

Aliud. Bene novi sacerdotalem virum, qui in convivio quodam acerrimè & pertinaciter disputaverat contra *Immaculatam V. Conceptionem*: sed domùm rediens non modici pretij annulum aureum quem gestabat, mirabiliter perdidit, secumque postea cogitare cœpit quòd meritò hoc mihi permittente Deo nudatus erat, *qui dignissimam suæ Matrem insigni privilegio Immaculatæ Conceptionis* veluti pretiosissimo annulo tentaverat spoliare. Ita Moerbetus in Introduct. tom. 2. fol. 141.

In Monasterio Monialium Conceptionis Pontis amari cordis sub Cornelij Monte, an. 1649. die 10. Augusti, teste toto Clero ac populo, combusto toto Monasterio inter flammas undique præservata fuit ab omni macula ignis & fumi quædam imago *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* picta super ligno plano & sicco cum titulo ejusdem Immaculatæ Conceptionis, &c. ut refert testis oculatus Mathias Hauzeur in sua Collatione Theologica, fol. 457. col. 2. & 459. in principio.

Alabado sea el Santissimo Sacramento, *y definida y alabada sea la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original.* Relacion del milagro sucedido nuevamente en Roma, en la persona del Eminentissimo Señor Cardenal Rapaccioli, escrito por el Illustrissimo Señor D. Pedro Martinez Rubio, Arçobispo de Palermo, al Excellentissimo Señor Conde de Lemos y de Castro, en carta de 16. de Abril deste año 1657. en la qual dize su Illustrissima, que embia la verdadera Relacion, dictada por el mismo Eminentissimo Señor Cardenal, que traduzida de Italiano en Castellano, dice assi: El Eminentissimo Señor Cardenal Rapaccioli hallandose con supression de Orina por escuria superior en los riñones, que en Español es lo mismo que estangurria: se le diò à sorber à su Eminencia por el Padre Joseph Rapi, Religioso de los Clerigos Regulares Teatinos un pedacito de papel, en el qual estaban escritos con letras menudas estos versiculos:

℣. *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.*
℟. *Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.*

Fue sorbido el dicho papelico con expressa declaracion del paciente, de no pretender sino el perfecto cumplimiento de la Divina voluntad. Agravòse el mal, llegando su violencia à las señales mas desperadas; y haviendo recebido el Enfermo todos los Sacramentos, provaba ya ò experimentaba las angustias de la agonia, quando abriendose las vias esgravosas mas que para salir una piedra, se viò bien presto haver sido obra milagrosa del papelico sorbido: por lo qual procurando atento reconocer esta verdad, hallò que la primer cosa à salir havia sido el papelico, dentro del qual venian siete piedras entre grandes, y pequeñas. El papelico torcido y rebuelto como estaba, aparecio vestido, y candido de arena, sino que solo de una parte se descubriò un angulo de papel, para mostrar que estaba alli encerrado el papelico; este abierto y desdoblado fue hallado candidissimo, pero sin rastro alguno de las letras, y como sino hubiese estado quatro dias, sino por momentos en los vasos, y por las vias desde y por donde havia pasado. Esta es la pura verdad testimoniada aqui, para gloria de Dios, y de la de su santissima Madre. Hasta aqui la relacion dictada por su Eminencia, y añade el Señor Arçobispo de Palermo en su carta lo siguiente: Aora remito una relacion de lo que ha sucedido al Señor Cardenal Rapaccioli, el qual haviendo estado ya agonizando por una supression de orina, tomò en la bevida un billete, como en la Relacion se dice, y segun debemos juzgar, sanò milagrosamente; y puedo assegurar à V. Excel. que està dictada por el mismo Cardenal, y que los Medicos y personas entendidas reconocen por nuevo milagro,

que el billete pudiera salir por aquellas vias, y que el Cardenal aya vivido, haviendo echado despues quarenta y dos libras de orina. Havia recibido la Extrema uncion, y buelvo à decir, que estaba en las agonias de la muerte. Y mas abaxo dice el Señor Arçobispo. Y no he querido traducir la Relacion, porque parece esta harto clara, aunque mas concisa de loque quisiera. Y es de advertir, que aora tres años, en tiempo del Papa Innocencio, sucediò otro caso como este à una Monja Capuchina, y no se permitiò recebir informacion del, aunque las Monjas, y el Confessor lo instaban, pero viven todos, y se cree que aora se recibira. El Señor Conde de Lemos ha escrito la norabuena del milagro recebido al Señor Cardenal Rapaccioli, y representadole suplique à su Santidad de nuestro muy Santo Padre Alexandro VII. se sirva de mandar se reciba informacion, y se examine por la Sagrada Congregacion de Ritos, paraque constando segun ella, se sirva su Santidad de aprovarle. Y para la exaltacion del santo mysterio de la Immaculada Concepcion, y para salud espiritual y corporal de los fieles en qualquier enfermedad que padezcan, se ha impresso, por la devocion del dicho Excell. Señor Conde de Lemos este papel, advirtiendo, que para tomar mas facilmente la materia, en que escriban los dichos versiculos, plactica su Excelen. que sea en un poco de oblea blanca, pero antes diga el enfermo vocalmente, y sino pudiere sea mentalmente, y si esso tampoco pudiere, diga otra persona por el las oraciones siguientes. Y despues podra tragar, ò sorber la hostia, ò materia en que vayan escritos dichos versiculos procurando sea con toda Fè, y resignacion, pero por lo menos procure decir con la boca, ò con el coraçon los dos versiculos, aunque lo de mas no lo diga, ni otro por el: Quàm pulchri sunt gressus tui filia Principis! collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini & comæ capitis tui sicut purpura Regis, quàm pulchra es & quàm decora charissima! Alleluya.

℣. *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.*

℟. *Ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti.*

Oremus. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen. *Immaculata MARIÆ Virginis Conceptio, sit nobis semper salus & protectio.* Aqui dira si pudiere siete Pater nostres, y siete Ave Marias, tres à la purissima Concepcion, uno à San Joseph, otro à S. Joachim, otro à Santa Ana, y otro por las Animas de Purgatorio. Toda esta devocion con otros muchos milagros trahe en un libro impresso en lengua Italiana el Reverendo Padre Fray Thomas Galliardo de Gerace Religioso Capuchino, y lo intitula: *El Diamante MARIA Virgen concebida sin pecado original*, con efectos, hazia el año 1628. y siguientes, y esta impresso en la ciudad de Mecina, Reino de Sicilia, por los Herederos de Pedro Brea año 1650. Soli Deo honor & gloria, & Deiparæ Virgini sine labe peccati originalis conceptæ. Impress. en Sacer. en la imprenta de Hieronymo Castelvi, Aguilò & Logu, por Antonio Seque. Con licencia del Ordinario.

Miraculum extractum ex Pietate Lugdunensi erga Deiparam Immaculatè conceptam. Nuperrimè Romæ in monte Quirinali, è regione Pontificij Palatij Monialis ex Ordine Capuccinarum gravissimè ex calculo laborans, à Confessario ex eodem Ordine, chartulam parti malè affectæ extrinsecus admovendam accepit, cui hoc lemma erat inscriptum: *Immaculata Conceptio S. Genitricis Dei MARIÆ.* Sed Monialis attactu non contenta, chartam glutivit effectu, quem exprimunt hi versiculi Hieronymi Petrucij venâ:

Virgo laborans calculo chartam vorat,
Conceptio Immaculata quam scripto notat.
Chartâ involutos, quam prius voraverat,
Duos repentè calculos Virgo parit,
Inscriptione colligatos calculos,
Conceptio Immaculata Præcones facit;
Conceptionem labis expertem negas?
Lapides loquuntur; lapidis hoc verbum sat est.

Calculosæ momentaneam curationem excepit similiter facta alterius Monialis in eodem Cœnobio hydrope laborantis curatio; adhibito eodem chartaceo malagmate. Tentata est tanti divini operis obscuratio, per captatas postea.... ab ijs, quos tantus Immaculati Conceptûs, in illis præsertim adjunctis, splendor perstringebat. Sed narratio variorum omni exceptione majorum testium litteris firmata est & quaquaversum per orbem sparsa tamquam indubitata.

Joannes Nadasi Societatis Jesu Italus, in quadam Epistola scripta ad Reverendissimum Patrem Guilielmum de Ibael data 1653. 1. Feb. refert duo Miracula, quæ contigerunt Romæ, anno 1652. cuius verba ad litteram sunt: Immaculatæ Conceptionis titulo, anno 1652. 9. Octobris, non parum accessit gloriæ, quidquid contradicant ij, qui titulo illi infensi sunt. Frater Clemens de Osimo Capuccinus, Capuccinarum in monte Quirinali Confessarius, & tres ibidem Moniales jurata fide affirmant Sororem Columbam ibidem sæpe multum opis expertam, ex eo quòd inter dolores frequentes & varios piâ fide glutiverit schedulam his verbis chartæ impressis inscriptam: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti, Ora pro nobis Patrem cuius Filium peperisti.* Hæc extremis calculi latus exulcerantis doloribus in rabiem acta, ea agit, quæ solet furialis dolor. Ubi ad se rediit, unam ex illis schedulis glutivit, aliàs Virgini deditissima. Confessarius Antiphonam & Orationem de Immaculata Conceptione ex Vesperis festi illius, juxta usum Ordinis Capuccinorum, recitavit: & sæpe repetitis dictæ schedulæ inscriptis verbis, aliisque precibus, *in virtute Immaculatæ Conceptionis magnæ Virginis*, petræ seu calculo imperavit ut exiret. Abiit ad Matutinum Pater, tribus illis juratis Monialibus apud ægram relictis; & ægra minore longè, quàm umquam hactenus id fecerat labore, tres calculos eiecit: quorum primus minoris, secundus majoris instar fabæ fuit; tertium columbino ovo confracto mole parem fuisse ajunt. Schedula, quam glutiverat, duobus posterioribus calculis circumvoluta & salva omnino exivit, ita ut reliquis partibus involutis ac latentibus, duo hæc: Immaculata & Filium, ita calculo accommodata legantur etiamnum, ut planè quasi ex industria sic ad legendum visa sint divinitus collocata. Ita oculati & jurati.

Au

Auditus rei gestæ successus Veronicam ibidem Religiosam frigido quodam & hydropico tumore toto ventre tumidam, cùm à medico nihil auxilij experiretur, in spem erexit ut similem schedam & ipsa magnâ *erga Immaculatam Deiparæ Conceptionem* fiduciâ glutiverit, eo pretio pietatis, ut statim & frigus & tumor omnis abscesserit. Et illa jam sana, jurata testis est beneficij accepti. Hæc do fide, quia accepi ex Italico illius testimonio, qui calculos illos vidit & schedam, ac verba illa legit.

Aliud in Belgio in Oppido Athensi, anno 1653. die 4 Maij in eadem Epistola. Habitabat propè Collegium Societatis Jesu cum matre viduâ paupere adolescens Athensis Jacobus Crocque nomine, annorum 16. qui jam ab annis octo gravissimis calculi doloribus vexabatur & à Februario penè continenter, adeoque acutis, ut miserabiles voces tamquam è tortura emittens, vicinam totam ac domum nostram horrore & commiseratione impleret. Dum ita cruciatur, ipso die Parasceves 11. Aprilis Sacerdos è Societate Jesu motus commiseratione simul ac fiducia *in B. Virginem Immaculatè conceptam*, derepentè in vicinam ejus domum advolat, hortatur ut fiduciam habeat *in B. Virgine Immaculatâ* eamque invocet, fore ut ejus auxilio liberetur. Enarrat quod in Italia anno superiore acciderat, simulque schedulam tradit transmittendam in stomachum ubi scriptum erat: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti:* ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti. Ex eo Jacobus animos capere & imminui dolores, intervalla mitiora nancisci. Sub finem Novembris reptare ad Collegium cœpit, qui antea lecto affixus aut sedi, ferè semper corpore in latus sinistrum prorecto & procurvo hærebat. His initijs Jacobus & Sacerdos arrecti fiducia majore alterum novennale auspicantur. Itaque levari indies ampliùs, & quotidiè ad Collegium venire, schedulam deglutire, repetitis tertiò ijs, quæ in ea scripta erant, addens hæc Gallica non sine affectu, sensuque pietatis: *O tres-Sainte Vierge & Mere de Dieu par vostre Immaculée Conception assistez moy, aydez moy, guerissez moy.* Ergo post 2. aut 3. hujus iterati novennalis diem, urinam faciliùs reddere, neque guttatim, nec cum dolore ut antè. Quarto die expergiscens miratus est calculum descendisse ad collum vesicæ, ubi & substitit ad duos tresve dies. Exploravit eum chirurgus tactu deprehenditq; esse ad ovi Gallinacei crassitiem, affirmans aut adolescenti moriendum, aut ferro lapidem educendum. Ipse interim Jacobus difficulter incedere, difficiliùs sedere, donec die novennalis ultimo id est 4. Maij tuberis lapidei durities omnis dissolvi cœpit, & per minutiores calculos & arenam egredi cum urinâ, sed absque dolore ullo. Jamque vegetus & sanus perstat, sese præparat ad gratiarum actionem in templo Societatis, ubi Sacram Eucharistiam sumpturus est. Deus sit benedictus ac B. Virgo ejus Mater Immaculata.

MISSALE ad usum insignis Ecclesiæ Abrincensis nuper emendatum ac revisum cum additione plurium Officiorum, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* triplex, quam notationem solùm ponit in illo Mense pro die Nativitatis Domini. Et folio 124. *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* ad Missam, Officium & cætera ut in Nativitate ejusdem, &. Impress. Rothomagi 1505. in 4. per Magistrum Martinum Morin.

Alnense: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ* cum rubrislitteris. Extat manuscrip. in eodem Monasterio in Brabantia.

Sancti Amandi Monasterij Benedictinorum Diœcesis Tornacensis, die 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis summum minus.* Item, aliud Missale ejusdem Monasterij: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ duplex.* Item, aliud: *Conceptio Beatæ MARIÆ* Missa in cappis. Omnia sunt in Bibliotheca ejusdem Monasterij manuscrip. characteribus antiquis in pergameno folio, & habent hanc festivitatem rubeis litteris.

Ambianense Parisijs 1555. & 1614. *Conceptio B. MARIÆ* duplex, & magnum duplex in manuscrip. apud Patres Societatis Jesu Bruxellis. Et fol. 322. in Prosa *de Conceptione*, quæ incipit: *Salve sponsa deitatis*, inquit: Tu à Deo fabricata, *in Conceptu præservata, nulla trahis scelera.* In folio.

Juxta morem Sanctissimi Doctoris & Pontificis Ambrosij noviter impressum, folio 12. Eodem die *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*: Lætemur omnes, &c. *de cujus Immaculatâ Conceptione* gaudent Angeli, &c. Impress. Mediolani 1560. in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini.

Secundùm institutionem Sanctissimi Pastoris Mediolanensis Ambrosij, &c. folio 175: *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, super populum: Supplicationem servorum tuorum, ut qui *in gloriosa Conceptione*, &c. Impress. Mediolani 1548. in 4.

Ambrosianum Gasparis S.E. Mediolanensis Archiepiscopi visu recognitum & editum, folio 191. *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Ingressa seu Introitus: Lætemur omnes in Domino diem festum celebrantes *ob honorē Beatæ MARIÆ Virginis de cujus Immaculatâ Conceptione* gaudent Angeli, &c. In Oratione *Gloriosa Conceptio appellatur.* In Præfatione: Recensemus *præclarissimæ Conceptionis diem*, quo gloriosissima Dei Genitrix intemerata Virgo Maria, &c. Alia ut in Missali Ambrosiano. Impres. Mediolani 1594. in Bib. D. D. Cardin. Barber.

Item, extat aliud sub eisdem verbis: *In festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, editum jussu D. D. Cæsaris S.R.E. Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis, folio 365. Impress. 1640. in folio.

Ad usum insignis Ecclesiæ Andegavensis peroptimè ordinatum, ac diligenti cura castigatum, &c. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* ad Missam Introitus: Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem hodiernam devotissimè celebremus, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Kyriē Virginitatis amator inclyte Pater & Creator Mariæ eleison. Oratio: Famulis tuis. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies iste celebretur, &c. Est Missa rara & specialis. Impress. Rothomagi 1543. in 4.

Secundùm usum Ecclesiæ Andegavensis, die 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ*; fiat totum officium sicut in Nativitate ejusdem, mutando nomen Nativitatis in nomen *Conceptionis*, & habet prosam particularem, quæ incipit: Dies festa celebretur, &c. Manusc. in Biblioth. D. Fucquet.

Annuntiatarum: *Conceptio B. MARIÆ Virginis.* Antuerpiæ 1626. in 4.

Antisiodorense, auctoritate Francisci de Tincta villa Episc. *Conceptio* solemne sine occurrentijs. Parisiis absque anno.

Antiquum, juxta ritum S. Romanę Ecclesię, absq; anno

anno & loco impressionis in folio existens in Conventu S. Hieronymi Matriten. in Prosa ad Virginem, fol. ultimo sic inquit:

Sine culpa originali
Te concepit mater Anna
Ex Ioachim, nec falli
In hoc potest fides sana, &c.

Antiquum in charta pecorea manusc. secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio B. MARIÆ.* In Biblioth. D.D. Card. Barber. num. 1857.

Antiquum Romanum absque anno & loco impressionis, quia deest principium & finis, fol. 248. habet hanc rubricam: Sequuntur nunc decem Missæ ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, juxta decem festa ejusdem. Prima Missa *de Conceptione.* Introitus: Egredimini, &c.

Antiquū in charta pecorea manusc. rubris characteribus, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex maius. Extat in Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 1860.

Antiquum manusc. in charta pecorea: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Introit. Salve Sancta Parens. Oratio: Deus, *qui Conceptione V. MARIÆ* incœpisti januam humani generis aperire, &c. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 1855.

Antiquum manusc. per Presbyterum Cœnobium Mosquinum: *In Conceptione Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui *per Immaculatam, &c.* In Bibliotheca D. D. Card. Barber. num. 324. in charta pecorea.

Antiquum, secundùm ritum Ordinis Prædicatorum, ad diem 8. Decembris: *Sanctificatio Beatæ MARIÆ Virginis* totum duplex, rubris characteribus. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 325. in charta pecorea.

Antiquissimum manusc. Missa *de Conceptione B. Virginis*: Gaudeamus omnes. Oratio: Supplicationem, &c. In Biblioth. D. Præsidis Foucquet in folio.

Antiquum manusc. existens in Bibliotheca Patrum Tertii Ord. Conventus de Nazareth Parisiis die 8. Decembris: *In Conceptione*: Gaudeamus. Oratio: Deus ineffabilis. Epistola: Facta est super me manus Domini, &c.

Antiquum absque anno & loco impressionis in Conventu S. Augustini Burdegalæ, Missa: Egredimini; sicut nos omnia, & ad ultimum quinque Prosas pulchras & antiquas pro eodem mysterio.

1. *Cor devotum elevetur, & devote celebretur Virginis Conceptio.*
2. *Dies læta celebretur, in qua piè recensetur MARIÆ Conceptio.*
3. *Salve Sponsa Deitatis, MARIA fons pietatis, Angelorum Domina.*
4. *Salve Mater Salvatoris, vas electum, vas honoris, vas cœlestis gratiæ.*
5. *MARIÆ Conceptio ex semine Regio mundum replet gaudio propter Christum.*

Antiquum manusc. pulcherrimis characteribus, in part. æstivali 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* annuale rubris litteris; quam notationem annuale in illo Mense solùm ponit in Nativitate Domini. In Biblioth. D. D. Card. Mazarini in charta pellicea.

Atrebatense, ut ad ejus finem dicitur: Ad laudem Omnipotentis ejusque intemeratæ Genitricis & Virginis Mariæ totiusque Curiæ cœlestis, in cujus honorem intitulata est Atrebaten. Ecclesia. Impress. est hoc opus novissimè emendatum anno nostræ salutis 1517. die verò ultima mensis Martii ante Pascha, impensis Joannis Lagache & Antonii filii ejusdem Bibliopolarum manentium Atrebati in quadrivio parvi fori juxta domum villæ & lanienas officinas, ad intersignum Joannis Evangelistæ. Et in proprio de Sanctis, folio 3. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ.* Et aliud Miss. duplex. Atrebati 1508. & 1518.

Avesnense, existens manusc. in Biblioth. S. Vedasti Atrebati: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* dupl. Habet etiam Breviarium, & est officium singulare.

Ad usum Ecclesiæ Aurelianensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* annuale, & dup. per Diœcesim, rubeis litteris. Et folio 4. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* fit totum sicut in Nativitate ejusdem, &c. Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies festus celebretur, &c. Impress. Parisiis impensis Engelberti de Marneffe & Joannis Guiart 1523. in 4.

Basileense, sive ex Decreto Basileensis Concilii Missa talis fuit (ut dicitur in rubrica Missæ.) Officium *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Introitus: Gaudeamus omnes, &c. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem, &c. Extat in Missali ad usum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Impress. Lugduni 1542. in 4.

Benedictinorum: *In Conceptione Beatæ Virginis* Missa: Gaudeamus omnes, &c. Impress. Rothomagi 1513. in 4.

Ad usum insignis Ecclesiæ Briocen. solerter emendatum, &c. *In Conceptione B. Virginis MARIÆ* ad Missam Introitus: Gaudeamus. Oratio: Deus qui B. Mariæ semper Virginis Conceptionem Angelicâ prænuntiatione parentibus ipsius prædixisti, præsta familiæ tuæ .... ubique muniri, *cujus sacræ Conceptionis* solemnia congruâ frequentatione veneramur, &c. Prosa: Dies iste celebretur. Factum anno Domini 1443. & impress. Rothomagi 1543. in 4.

Brugense Missale Sancti Donatiani, adducit officium proprium cum Hymno speciali *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Vide Verb. Tornacense apud Antonium Balinghen in Parnasso Marian. folio 4. Item, aliud manusc. anno 1420. folio 190. *In Conceptione Virginis MARIÆ* Missa: Gaudeamus. Ipris apud Augustinianos in pergameno folio.

Cameracensis Ecclesia habet manuscripta antiqua sequentia. Missale: *Conceptio S. MARIÆ Virginis.* Missale: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* novem Lectiones, rubeis litteris. Breviarium: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* novem Lectiones, rubeis litteris. Missale: *Conceptio S. MARIÆ Virginis.* Incipit ordo secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ. *Conceptio S. MARIÆ Virginis* maius duplex, rubeis litteris; & maius duplex solùm est in die Nativitatis illo mense. Missale: *Conceptio S. MARIÆ*, viridibus litteris, sicut in Nativitat. Missale: *Conceptio S. MARIÆ* magnum dupl. sicut in Nativit. Missale: *Conceptio B. MARIÆ Virg.* rubeis litt. Gaudeamus. Supplicationem. Ego quasi vitis. Missale: *Conceptio S. MARIÆ Virg.* rubeis litt. Ceremoniale: *Conceptio S. MARIÆ* 9. Lectiones, rubeis litt. Missale: *Conceptio S. MARIÆ Virg.* 9. Lectiones, rubeis litteris: Gaudeamus. Collecta: Supplicationem. Epist. Egredietur. Sequentia: Mittit ad Virginem, &c.

Secundùm usum venerabilis Ecclesiæ Cameracensis:

racensis: *Conceptio B. MARIÆ V.* fol. 4. *De Conceptione B. MARIÆ* ad Missam Introitus ter dicendus: Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis, &c. 1507. in 4.

Cameracense: *Conceptio B. MARIÆ Virg.* Parisiis 1527. & aliud Parisiis 1542.

Canon sive Missa Æthiopum, quando Sacerdos ponit incensum in thuribulo, dicit orádo ad Virginem MARIAM. Ora pro nobis apud Deum, ut misereatur animæ nostræ. Ora pro nobis in conspectu throni Filij tui JESU CHRISTI; lætare *Immaculata* verè Regina, lætare gloria nostrorum parentum, &c.

Item, quando Sacerdos benedicit populum: Custodi eos in recta fide & in gloria omni tempore, & fac ut ferveant ineffabili & inexcogitabili charitate per preces ac intercessionem, quam pro nobis facit Domina nostra sancta & *Immaculata* Virgo MARIA.

Item, quando Sacerdos elevat Sacramentum dicit alta voce: Hoc est Corpus & Sanguis Domini nostri JESU CHRISTI, quod & quem assumpsit ex Domina nostra Sancta & *Immaculata* Virgine MARIA, & univit cum divinitate sine mixtione aut copula carnali, &c.

Item, in modo baptizandi, precibus & benedictionibus & orationibus, quibus utuntur in Sacramento Baptismi & Confirmationis, vocant Virginem MARIAM plenam gratiâ, & in omnibus sanctam ac *puram*; ut videre est in libro de Missa seu Canone universali Æthiopum. Impress. Romæ 1549. in 4.

Canonicorum Regularium: *Conceptio S. MARIÆ Virginis* duplex majus. Impress. absque anno duplicat. & in manus. totum duplex. Missa: Egredimini. Extat Ipris apud Augustinianos, in fol.

Officium Canonicorum Regularium S. Crucis Colonien. habet hanc rubricam: *In Conceptione B. MARIÆ* fiat officium præcisè sicut in Nativitate ejusdem, mutato dumtaxat vocabulo Nativitatis in nomen Conceptionis; & dicantur istæ Lectiones: Anselmus Cantuarienses, &c. Extat in eodem Monasterio Coloniæ manusc. in 4.

Cruciferorum: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* totum dupl. Missa: Gaudeamus. Quam rubricam habent Diurnale & Breviarium ipsius Ordinis existentia manusc. Huy in primaria Domo; & Breviaria sunt impress. Leodii 1594. in 4. & 1624.

Canonicorum D. Eligij Missale habet Missam propriam cum Hymno speciali *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quem adducit Ant. Balingen in Parnasso Mariano, fol. 4. Vide verb. Tornacense Missale.

Carmelitarum manusc. à R. P. Priore Generali Magistro editum: *Conceptio V. MARIÆ* dup. majus, ut in Nativitate, & cum octava. Gaudeamus. Orat. Supplicationem. Romæ 1640.

Carmelitarum tria Missalia manusc. Coloniæ apud ipsos in pergameno: *Conceptio absque originali peccato B. Virginis MARIÆ.* Item, in Kalendario, & in Diurnali manusc. cum octava.

Carnotense: *Conceptio V. MARIÆ* 9. Lection. duplex solemne, sicut in Nativitate. Missa: Gaudeamus. Habet imaginem Immaculatæ Conceptionis cum attributis. Ipris.

Carthusiense Missale, fol. 119. *In Concept. Virg. MARIÆ* omnia sicut in Nativitate ejusdem, &c. Parisijs 1520. in 8. & 1541. Lugduni 1587.

Item, aliud secundùm Ordinem Carthusiensium 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* Candelarum, rubeis litteris; & hæc nota Candelarum solùm ponitur in die Nativitatis. Et in rubrica: Quando festum Conceptionis B. MARIÆ accidit in Dominica, transfertur ad diem primò vacantem cum candelis & refectorio. Et in Missa dicitur Gloria in excelsis. Impress. 1504. in fol. & Lugduni 1517. & Venetiis 1509.

Item, aliud secundùm morem Ordinis Carthusiensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. V. MARIÆ* Candelarum, rubeis litt. & folio 119. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* omnia sicut in Nativitate ejusdem mutato nomine Nativitatis in nomen *Conceptionis*, & dicitur Gloria in excelsis; & si incidit in Dominicâ, transfertur in sequentem diem, cum candelis quoad Monachos tantùm. Impress. Parisiis 1541. in 8. 1531. & 1551. Est etiam manusc. Coloniæ antiquum.

Monasticum secundùm ritum & morem Monachorum Congregationis Cassal. Benedict. fol. 11. *In Conceptione gloriosæ Virginis* Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Dominus possedit me, &c. Rothomagi 1513. duodecimo Kal. Aprilis.

Cassinense: *Conceptio* duplex majus. Venetiis 1521. in folio.

Cistercience, folio 227. *de Conceptione V. MARIÆ* sicut in Nativitate. Impress. Parisijs 1516. in 4. & 1588. & 1584. & 1606. in folio.

Cistercience Monasterii de Laude prope Insulas: *Conceptio B. MARIÆ* 12. Lection. sicut in Nativitate. Et aliud cum eadem rubrica manusc. ibid. Et aliud Brugis in Monasterio Dunensi antiquissimum cum rubrica manuscr.

Cluniacense: *In Conceptione Beatissimæ V. MARIÆ:* Gaudeamus omnes, &c. Oratio: Famulis tuis. Prosa: *Dies ista celebretur, in qua piè recensetur MARIÆ Conceptio.* Impress. Parisiis 1550. in folio.

Item, aliud ad usum percelebris Monasterii Cluniacensis, &c. fol. 90. *In Conceptione Beatissimæ MARIÆ* Introitus: Gaudeamus. Collecta: Supplicationem. Prosa: Alle-cœleste, necnon & perenne-luya. Est particularis. Impress. Rhemis 1556. in folio.

Colonience Missale, habet Missam & Hymnum *pro Conceptione Virginis MARIÆ*, ubi plura pro mysterio, & sic concludit;

In Conceptione Matris,
IESV bone, cunctis
Gentibus sis solamen, &c.

Alia vide apud Antonium de Balinghen in Parnasso Marian. fol. 21. Et impress. Coloniæ 1509. fol. 164. Missa: Gaudeamus, & in manusc. anno 1484.

Dernense 6. Idus Decembris: *Conceptio Virginis MARIÆ:* Gaudeamus omnes in Domino. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, &c. Manusc. in Biblioth. Fullensium Parisijs.

Dunense S. Bernardi: *Concept. Beatæ Virginis MARIÆ* 12. Lect. & duæ Missæ, & alia ibidem num. 10.

Edunense: *Concept. Beatæ Virginis MARIÆ* quadrum, cum octava solemni. Duo officia, Sixti IV. & alterum sicut in die Nativitatis. Paris. 1530. in 8.

Florefiense Missale: *Conceptio.* Et Breviarium manuscriptum, cujus rubrica est: *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* debet fieri sicut in Nativitate eiusdem; videlicet quòd ubicumque fit mentio de Nativit. in Antiph. Responsor. Orat. & Horis, fiat mentio *de Conceptione.* Lectiones di-

centur, prout inferiùs continentur. Ad Vesperas, Ant. Hæc est regina Virginum. Extat in chartâ pellicea in 4. ibidem.

Inviolatæ reformationis Fontis Ebraudi dictatũ concordi omnium Conventuum consensu per præstantissimos Ordinis Patres tum sacris doctrinis, tum probis moribus non mediocriter præditos, Parisiis rursum & emaculatum. 6. Idus Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* majus duplex cum Cruce, rubeis litteris. Et in proprio Sanctorum, fol. 3. *Conceptio Virginis MARIÆ* Missa matutinalis de festo sine Prosa. Major Missa. Introitus: Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem hodiernam devotissimè celebremus, &c. Oratio: Deus ineffabilis. Prosa: Dies ista celebretur, &c. Impress. Parisiis 1534. in folio & 1606. ibidem.

Fullense antiquissimum, die 8. Decembris: *Conceptionis Beatæ MARIÆ* duplex rubeis litteris. Et est pars æstiva tantùm manuscript. in Bibliotheca D.D. Cancellarij Parisien. in folio. Et in Prosa Missæ de Præsentatione B.V. habet hæc verba inter alia:

Regis summi gratiâ
Vt detur eis filia
Gratiosa tota.
Ea verò consecrata
Miro modo generata
Gignet mirabilius, &c.

Gallicanum ad consuetudinem Ecclesiarum Sicularum, & præcipuè Messanensis, &c. fol. 243. *In Conceptione B. MARIÆ V.* & per octavâ Introitus: Gaudeamus omnes. Offertorium: Fulget dies hodierna, digna laude sempiterna, *quâ concepta est MARIA*, per quam patet vitæ via, germine regali, nec non & Pontificali *absque nota originali* Alleluia. Item, infra fol. 244. habet hanc Rubricam: *In Conceptione ejusdem* alia Missa per Sixtum IV. Pontificem Max. Introitus: Egredimini, &c. Impress. Venetijs 1568. In folio in Biblio. D. Card. Barber.

Gallicum antiquissimum: *De Conceptione Beatæ MARIÆ* duplex die 8. Decembris aureis litteris. Et in corpore: *In Conceptione B. MARIÆ* officium: Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem hodiernam devotissimè celebremus. Oratio: Supplicationem, &c. Epistola: Ego quasi vitis. Evangelium: Liber generationis, &c. Est manusc. in Biblioth. D. Fucquet in 4. & charta pellicea.

Ad usum Ecclesiæ S. Genovefæ Canonicorum Regularium S. Augustini Parisien. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* duplex, rubeis litteris. Et in corpore: *In die Conceptionis Virginis MARIÆ* ad Missam matutinalem Prosa: Mittit ad Virginem non quemvis Angelum, &c. Manusc. in Biblioth. eiusdem Monasterij antiquis characteribus in charta pellicea.

Item, ibidem aliud Missale eiusdem antiquum manusc. habet ut supra.

Halberstatense: *Conceptio.* Impress. 1510. in 8.

Hispalense, folio 236. *In Conceptione Beatæ MARIÆ* dicitur officium: Gaudeamus omnes, &c. Impress. 1534. Sancti Isidori Missale mixtum secundùm Regulam Sancti Isidori seu Mozarabe, fol. 413. In *Conceptione Beatæ MARIÆ.* Impress. 1500.

Legionense, impress. Salmanticæ 1488. in fol. *De Conceptione Virginis* prima Oratio: Deus, qui hodiernam *diem Conceptionis B. MARIÆ Virginis* & Matris tuæ per Angelum tuum revelare dignatus es; concede propitius, ut qui *Conceptionis eiusdem solemnia* celebramus, sub esus semper protectione vivamus. Per eundem, &c. Orat 3. Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die, humanæ fragilitati condolens eique misereri clementer decernens, gloriosam Beatissimam Virginem Mariam Matrem tuam incarnari voluisti, præsta quæsumus, *ut cujus festivitate sanctam Conceptionem* celebramus in terris, ipsa nobis misericordiam tuam te jubente jugiter obtineat in cœlis. Per Dominum, &c.

Ad usum Lemovicensis Ecclesiæ peroptimè ordinatum & de novo correctum: Incipit Missale secundùm usum insignis Ecclesiæ Lemovicensis, die 8. Decembris: *In Conceptione Beatæ MARIÆ* officium: Gaudeamus omnes in Domino, &c. Oratio: Deus, qui Conceptionem B. Mariæ Virginis Angelico vaticinio parentibus prædixisti: præsta huic præsenti familiæ tuæ ejus præsidiis muniri, *cujus Conceptionis sacra solemnia* congruâ frequentatione veneramur. Per, &c. Epist. Dominus possedit me. Resp. Benedicta & venerabilis es. Prosa: Ave gloriosa, &c. Evangelium: Liber generationis, &c. Et ad ultimum inter festivitates principaliores habentes Prosam, habet etiam *in Conceptione Beatæ Virginis*, sic: Gaude flore virginali, honore quæ speciali transcendis splendiferum, &c. Est antiquum Missale absque anno impressionis, quia deest finis. Extat apud Benedictinos Burdegalæ.

Leodiense Missale antiquum adducit officium & Missam cum Hymno speciali *pro Conceptionis festivitate*, ut videre est apud Antonium de Balingen in Parnasso Mariano, fol. 6. Vide verb. Trajectense. Vide etiam Breviarium impressum Antuerpiæ 1500. in folio, ubi ponitur festivitas summum dupl. & Missale Parisijs 1540. & in alio impress. Spiræ 1502. & 1540. *Conceptio* totum duplex, &c. 1552. in fol. & in alio impress. Parisijs 1507.

Item, ad usum Diœcesis Leodiensis: *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem servorum tuorum: Epistola: Ego quasi vitis. Sequétia: Ave mundi; vel: Dies iste celebretur. Impress. Parisijs 1613. & 1515. in fol.

Lugdunense Missale antiquum, fol. 229. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* require totum officium in festo Nativitatis Mariæ, sed mutatur nomen Nativitatis in nomen *Conceptionis*. Et adducit hanc Prosam: Ave Maria gratiâ plena, &c. in qua vocat eam *rosam sine spinis*, &c. Impress. Lugduni 1556. in folio. Et Coloniæ 1486. in folio magno.

Madeburgense: *In Conceptione Virginis* Missa: Gaudeamus. Extat Coloniæ.

Marchianense MS. *Conceptio Deiparæ Virg. MARIÆ* duplex, sicut duo Missalia antiqua MS. *Conceptio principale*. Alia duo antiquissima idem, & alia duo Missalia antiquissima: *Conceptio*. Item, Missale monasticum MS. antiq. *Conceptio S. MARIÆ* præcipuum.

Canonicorum Regularium S. Martini Lovanij MS. in eodem Monasterio in charta pellicea, hæc habet ad finem: Anno Domini 1417. per manus Fratris Thomæ de Kempen, fol. 103. *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Gloria in excelsis dicitur. Collatio: Supplicationem. Sequentia: Ave Maria. Cætera per totũ sicut in Nativitate ipsius, excepto quòd nomen Nativitatis mutatur in nomen Conceptionis. Item, aliud ejusdem Monasterij ibidem

ibidem fol. 182. *In Conceptione Virginis MARIÆ* Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis.

Mercedis B. M. manuscript. *Concep.* 2. classis cum octava. Rubrica: *In festo Immaculatæ Conceptionis.* 1641. in fol. magno.

Mindense, fol. 245. *Conceptio.* Missa: Gaudeamus. Collecta: Deus, qui de Beatæ MARIÆ Virginis. Altera: *Deus, qui gloriosam Virginem MARIAM mirabiliter concipi voluisti, & ut esset Mater unigeniti Filij tui ante sæcula prævidisti, &c.* Nurembergæ anno 1513. in fol.

Minorum Fratrum: *In festo Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ duplex.* Missa dicitur ut in die Nativitatis ejusdem mutato nomine. Infra octavam, & in Missis votivis Conceptionis B. Virginis MARIÆ dicitur Missa quæ sequitur. Introitus est: Egredimini, & Oratio: Omnipotens sempiterne Deus. Epistola & Evangelium sicut modò. Secreta: Sanctifica Domine, &c. Post Communionem: Repleti vitalibus alimonijs & divinis mysterijs supplices te rogamus Omnipotens Deus, *ut B. MARIÆ semper Virginis, cujus venerandam celebramus Conceptionem,* pia interventione, quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Et in fine dicitur: Imprimatur, si videtur R. P. Magistro sacri Palatij. P. Viceger. Fr. Thomas Zobbius sacri Palatij Magister. Et ego Frater Franciscus Gonzaga Minorum Generalis confirmo & concedo quòd detur prælo. Datum Bononiæ die 14. Septemb. 1584. Venetijs apud Joannem Varisecum 1585. in 4.

Item: Incipit Ordo Missalis Fratrum Minorum secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* duplex majus rubeis litteris, & Missa communis. Est MS. in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini in charta pellicea, num. 19. & aliud num. 29. Oratio: Famulis tuis.

Moguntinum, quampluribus iconibus tum ex manusc. ejusdemque vetustissimis exemplaribus, &c. *Concept.* impress. Moguntiæ 1602. in folio, & 1611. Coloniæ 1570. Missa: Gaudeamus.

Monachorum Cassinensium: *In festo Conceptionis gloriosissimæ Virginis MARIÆ* Introitus: Salve sancta Parens, &c. Postcommunio: Repleti vitalibus alimonijs, & divinis reparati mysterijs supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut beatæ MARIÆ, cujus venerandam colimus *Conceptionem* &c. Venetijs 1580. Ibidem.

Monasterienſe MS. *Conceptio Beatæ MARIÆ* Gaudeamus, cum imagine & titulis. Prosa: Ave præclara. Coloniæ 1520.

Montis Aragonum: *In Conceptione Beatæ MARIÆ* Introitus: Gaudeamus, fol. 315. Impress. 1559.

Morinensis Ecclesiæ: *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* Missa: Gaudeamus. Rothomagi 1523. in 4. & Parisijs cum Prosa speciali.

Item, Missale antiquum habebat Officium seu Missam specialem de Conceptione Virginis MARIÆ, & in Hymno canebat:

In utero suæ Matris
Illa Sancto Dei Patris
Spiritu replebitur.
In ventre sanctificata
Statim cum hæc erit nata,
MARIA vocabitur.

Vide apud Antonium de Balinghen in Parnasso Mariano fol. 3.

Mozarabe, seu mixtum secundùm Regulam B. Isidori, jussu RSS. D. D. Franciscì de Zisneros editum, habet Missam *in Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ.* Impress. anno 1500.

Noviomense: *Conceptio* majus duplex. Impress. Parisijs 1541.

Ecclesiæ S. Nicolai in Nusia antiquum, die 8. Decembris: *In Conceptione MARIÆ Virginis* Missæ Introitus: Gaudeamus. Collecta: Deus ineffabilis misericordiæ &c. Commemoratio Eucherij Episcopi. MS. in Biblioth. D. D. Cancellarij Parisien. in folio.

In Pacensi Cathedrali Ecclesia extat antiquum Missale typis antiquioribus mandatum, principio, foliijs & titulis carens; sed ad calcem sic habet: Ad gloriam & laudem Jesu Christi nostri Redemptoris ejusque gloriosissimæ Matris Virginis MARIÆ, & in honorem totius cœlestis militiæ explicitum est hoc sacrum Missale secundùm almæ Ecclesiæ Pacensis consuetudinem, de mandato Reverendissi. ac Magnificentissimi Domini Petri Gundisalvi Manso ejusdem Ecclesiæ dignissimi Præsulis, ac ejus authoritate, pervigili diligentia emendatum, tersum atque lucidatum. Agite ergo vos, venerandi Sacerdotes, innumeras altissimo Deo gratias; quia ipso annuente, hoc tam præclarum opus in suam pervenit perfectionem. Impress. Hispali per Joannem Croberger, ann. Incarnat. Dominicæ M. D. XXIX. Pontificatûs Sanctissimi Patris nostri Papæ Clementis VII. anno septimo, imperante invictissimo ac potentissimo Cæsare Carolo V. fœlicissimo Hispaniarum Rege, anno sui imperij decimo, 15. die Octobris. Inter festa Decembris ad fol. 220. sic habet: *In festo Conceptionis Sanctæ MARIÆ* Officium: Gaudeamus omnes in Domino, &c.... de cujus Conceptione gaudent Angeli, &c. Oratio ut in Breviario relato supra. Lectio libri Sapientiæ, Dominus possedit me, &c. Alleluia: Celebris dies colitur, *in qua Virgo concipitur,* quæ per obedientiam mundo refudit gratiam; ut quod corruit per Evam, relevetur per MARIAM. Alleluia. Initium S. Evangelij secundùm Matthæum. Liber generationis Jesu Christi. Offertorium: Recordare Virgo Mater, &c. Secreta: Unigeniti tui vas... Præfatio: Ette in Conceptione B. Communicanda: Ave Regina cœlorum, Mater Regis Angelorum, ô MARIA flos virginum velut rosa vel lilium funde preces ad Filium pro salute fidelium. Oratio post Commun. Mensæ cœlestis participes effecti &c.... *ut qui festum Conceptionis* Christi Genitricis MARIÆ colimus, &c. In fine Missæ habet hanc rubricam: Per octavas dicantur, ut in officio communi de Beata Virgine, exceptis Orationibus quæ dicuntur ut supra in die.

Pampilonense MS. sub hoc titulo: *Officium Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* editum de mandato Sixti Papæ IV. cum Indulgentijs festivitatis Corporis Christi Introitus: Egredimini.

Missale Palentinum à D. D. Christophoro Fernandez à Valtodono Episcopo & Perniæ Comite excusum, &c. folio 210. habet hanc rubricam: *In Conceptione Virginis MARIÆ.* Hodie tollitur Interdictum ex decreto Leonis X. potissimè in Hispania, & tollitur à primis Vesperis usque ad secundas octavi diei inclusivè, excepto Completorio.

rio. Ad Missam Introitus: Egredimini & videte, &c. Impress. Palentiæ anno 1568. in folio.

Missale secundùm usum insignis Ecclesiæ Parisiensis: *In Conceptione B. MARIÆ* rubris litteris Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem servorum tuorum, &c. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Hac clara. Alia Prosa: Dies iste celebretur in quo piè recensetur MARIÆ Conceptio, &c. Antiquum absque anno impressi. habetur in Conventu Patrum Carmelitarum Parisien. in folio; & aliud impress. apud Simonem Boistre in 8. duplex solemne.

Missale insignis Ecclesiæ & Diœcesis Parisiensis novissimè diligenter recognitum & emendatum 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplum solemne. Ad Missam: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem, cum duabus Prosis. Parisijs 1557. in 4. & 1600. & 1590. & 1555. & 1531.

Missale Ecclesiæ Parisiensis ab aliquot ejusdem Ecclesiæ Canonicis ac Doctoribus Theologis, ad id à Reverendissimo D. Joanne de Bellaio S. R. E. Cardinali, & nuper Parisiensi Episcopo, &c. emendatum: *In Conceptione Beatæ MARIÆ*, ad Missam Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies iste celebretur, in quo piè recensetur Conceptio MARIÆ, &c. Excus. Parisijs ann. 1559. in folio magno.

Parisiense Missale habet Missam de festivitate Conceptionis cum Hymno speciali, in quo sparsim de Beata Dei Genitrice dicitur:

Omni carens amaritudine.
Granum purum excussâ paleâ.
Porta Sion inexpugnabilis.
Æs candidum, florens lilium
Inter spinas, &c.
Plena semper donis cœlestibus.

Ita Antonius Balinghen in Parn. Marian. fol. 8.

Placentinæ Ecclesiæ Missale à D. Guterio Carvajalio Episcopo, &c. fol. 363. habet magnam Iconem de Immaculata Virginis Conceptione, & in superiori parte hæc verba: Caro Virginis ex Adam sumpta maculas Adæ non admisit, Bernardus. Et in Missa *de Conceptione Virginis MARIÆ* Introitus: Gaudeamus omnes. Oratio: Deus qui per Immaculatam V. Conceptionem, &c. Impress. Venetijs 1554. in fol. magno per Antonium Porresa Magistrum & Canonicum Placentinum.

Polonum, fol. 87. *In festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Introitus. Gaudeamus. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptionis diem, &c. Epistola: Dominus possedit me. Alleluia: *Virginis sanctificatæ miranda Conceptio* gratiæ mundo collatæ fuit ab initio exemplar & ratio. Sequentia: Conceptio MARIÆ Virginis. Communio: Ab æterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra fieret; nondum erant abyssi & ego jam concepta eram. Et in Oratione: *Cujus venerandam celebramus Conceptionem*, &c. Impress. anno 1501. in fol.

Proprium Ordinis Prædicatorum habet festum, sub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Hispali 1630. ut refert, P. Christophorus de Vega in Theolog. Mariana Palest. 3. cert. 7. num. 279. folio 81.

Et Breviarium Ordinis Prædicatorum manusc. die 8. Decemb. *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* totum duplex, rub. lit. Extat in Conventu S. Honorati manusc. Et impress. cum Horis antiquis Beatæ Virginis Gallicè 6. Idus Decembris: *La Conception*, rub. lit.

Dominicanum Missale, in quo omnia quæ in alijs remittuntur, plenè præscribuntur: *Conceptio Virginis* totum duplex. Parisijs 1616.

Secundùm Ordinem Fratrum Prædicatorum S. Dominici reformatum, &c. die 8. Decembris: *Conceptio S. MARIÆ Virginis totum duplex*, rub. lit. & fol. 134. ubi citat Missam; adducit Missam de Purificatione B. Virginis, & in toto Missali nullam aliam pro Conceptione. Impress. Parisijs ex Officina H. de Marnef, apud Dionysium Cavellat 1604. in folio magno. Item, extat aliud Insulis apud Augustt. cum rubrica *de Conceptione* absque principio & fine, & est antiquum.

Secundùm ritum & ordinem Sacri Ordinis Præmonstratensis authoritate Reverendiss. D. D. Joannis de Pinetis Abbatis Præmonstratensis, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis triplex.* Quam rubricam solùm habet in die Nativitatis Domini. Impress. Parisijs 1578. in fol. Et ibidem 1608. & 1622. à Petro Gosetij Abbate, &c.

Rhemense manusc. *Concept. Beatæ MARIÆ Virginis* grossum duplex, ut in Nativitate. Rhemis 1553. & Parisijs 1515. dupl.

Romanum Missale antiquum, in Hymnis *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* habet plura pro eius immunitate à peccato, quorum præcipua sunt sequentia:

Hæc concepta miro modo
Est ut rosa cum nitore
Et ut candens lilium.
Vt fructus exit à flore
Est producta cum pudore
Præventa per Filium.
Sicut vos non corrumpitur
Quando in terra gignitur
Elementi rubigine;
Sic Virgo non inficitur
Cùm in matre concipitur,
Originali crimine, &c.
Ave ô dulcis MARIA
Christi Mater & filia,
Vlla sine macula.
Tu à Deo fabricata
In Conceptu præservata,
Nulla trahis scelera, &c.
Virgo Mater sterili,
Et ex patre nobili
Carens labe flebili,
Oriunda, &c.

Hæc, & alia extant apud Antonium de Balinghen in Parn. Marian. à folio 23. usque ad folium 29.

Missale secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ antiquum in charta pecorea MS. die 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis* rubris characteribus. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 6518.

Missale secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ antiquum in charta pecorea: *In festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* Introitus: Sanctificavit

vit hodie tabernaculum suum Altissimus, & Deus in medio ejus non commovebitur. Psal. Quàm dilecta, &c. Oratio: Veneranda, Domine, hujus diei festivitas opem nobis conferat & salutem, *in qua Sancta Dei Genitrix concepta labem non sensit corporalem*: nec enim transfusæ mortis nexibus deprimi potuit, quæ Unigenitum tuum de se genuit incarnatum Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. Extat in Biblioth. D.D. Card. Barb. num. 1660. in 4. Existimo, quòd hoc erat, quo utebatur Joannes XXII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Incipit ordo Missalis secundùm consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. 6. Idus Decemb. *Conceptio Virginis MARIÆ*, rubris litteris. Est in Biblioth D.D. Card. Mazarini in charta pellicea & antiquis characteribus MS. num. 28.

Missale Romanum ex decreto sacrosancti Concilii Tridentini restitutum: *In Conceptione B. Virginis* Introitus: Salve sancta Parens, &c. Venetiis 1583. in folio in Biblioth. D. Card. Barb.

Missale Romanum summa revisum diligentia, & novissimè impressum, & in duas partes distinctum, folio 185. *In Conceptione Virginis MARIÆ*, Introitus: Egredimini, &c. Venetijs 1563. in folio in Biblioth. D.D. Card. Barber.

Missale Romanum ad sacrosanct. Romanæ Ecclesiæ usum, nunc cum variis additamentis, &c. *In Conceptione B.V. MARIÆ*, ad Missam: Egredimini &c. Missæ officium de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione ex Concilio Basileen. Introitus: Gaudeamus, &c. Parisijs 1529. in 8.

Romanum ex decreto sacri Concilii Tridentini: *In Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*. Impress. Parisijs 1600. & aliud 1639. & aliud Coloniæ anno 1629.

Romanum: *In Conceptione Virginis MARIÆ*, folio 158. Impress. Venetijs 1534.

Missale secundùm Romanæ Curiæ consuetudinem in alma Civitate Neapolit. sub invictissimo Ferdinando Rege feliciter impressum, per Bernardinum Siculum Ordinis Minorum summâ operâ adhibitâ diligentissimè emendatum anno salutis 1482. *In Conceptione Virginis MARIÆ.* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. ut in Officio Nogarolis. Extat in Biblioth. D.D. Cardin. Barber.

Missale Romanum revisum & emendatum per F. Petrum Ribabenum Ordinis S. Francisci, folio 1580. *In Conceptione Virginis*: Egredimini & videte, &c. Impress. Venetijs 1508.

Missale Romanum per Joannem Maylin, aliàs de Cambray 1518. fol. 153. *In Conceptione*: Egredimini &c.

Missale Romanum summâ diligentiâ castigatum ob Sacerdotum commoditatem, &c. infra characteribus MS. habebat: Pro usu sacri Concilii Tridentini emptum Venetiis 1561. die 24. Decembris, folio 156. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis* Introitus: Egredimini & videte &c. Impress. Venetiis 1558. Extat in Biblioth. D.D. Card. Barb.

Missale ad usum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ &c. impressum Parisiis per Joannem Amazur 1553. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis*, ad Missam: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam, &c. Missæ officium *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* ex Concilio Basileensi: Gaudeamus, &c. Est in folio. Et aliud cum eadem rubrica. Parisijs 1511. in charta pellicea.

Missale Romanum ordine absolutissimo consummatum, &c. characteribus antiquis impress. folio 158. *De Conceptione Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini &c. Impress. Venetijs, anno 1547. in folio.

Item, aliud ad usum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cui accessit celebrationis Missæ ordo, &c. sic habet: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, ad Missam Introitus: Egredimini & videte. Ibi extat etiam Missa ex Basileensi Concilio, ut supra manet notatum. Impress. 1542. in 4.

Missale ad usum sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ, fol. 132. *in Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini, &c. Et habet quatuor Prosas fol. 232. ut in alio Missali Romano impress Lugduni 1542. in folio.

Missale Romanum, hoc est, ad usum seu observantiam Romanæ Ecclesiæ, &c. folio 165. *In Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini, &c. Item, in Profis habet pro Conceptione Virginis Prosam unam, quæ incipit: Cor devotum elevetur. Alteram: Dies læta celebretur. Alteram: Salve sponsa Deitatis, & alteram: MARIÆ Conceptio, &c. Impress. Lugduni anno 1530. & 1535. in 4.

In Missali Romano edito, anno 1555. habentur tres Missæ propriæ de Conceptione. 1. Introitus est: *Egredimini*, ut in proprio Minorum. 2. *Gaudeamus*; & dicitur esse ex Concilio Basileensi. 3. item *Egredimini*, in qua habentur verba hæc inserenda in Gloria in excelsis: *Tu solus sanctus MARIAM fabricasti. Tu solus Dominus MARIAM ab originali peccato mundasti. Tu solus Altissimus MARIAM super omnes Choros Angelorum sublimasti: IESV Christe, &c.* Præfatio item, ejusmodi: *Æternæ Deus, qui dilectã sponsam tuam gloriosam Virginem MARIAM omnibus virtutibus ornatam condidisti, & in purissima ejus Conceptione ab originalis peccati macula illæsam custodisti, ut totius esset innocentiæ speculum & exemplar sanctitatis, dignumque existeret habitaculum unigeniti Filij tui Domini nostri IESV Christi. Per quem, &c.*

Missale Romanum, folio 159. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Introitus: Sanctificavit hodie tabernaculum suum Altissimus, &c. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1543. in 4.

Missale Romanum, folio 158. *in Conceptione Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini, &c. Lugduni 1545. in folio.

Missale Romanum novissimè ordine quodam novo impressum, &c. folio 170. *in Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Introitus: Egredimini & videte, &c. cum reliquis, ut in officio Minorum excusum Venetijs 1540. in 4. & 1501. per Benedictum Locatellum, & 1519. apud Gregorium de Gregorijs in fol. 1508. cum eadem Missa, & aliud ubi ponitur eadem Missa cum octava. Parisijs 1519. & Venetijs 1543. & 1539.

Missale manusc. Romanæ Curiæ, Insulis apud Augustinianos: *Conceptio* duplex majus. Missa: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam. Item aliud antiquissimum habet festum Conceptionis.

Missale Romanú ex Decreto sacro-sancti Concilij Tridentini restitutum, ac Pij V. Pont. Max. jussu editum, ad diem octavam Decembris: *In Conceptione*

ceptione Sanctæ MARIÆ Virginis Introitus: Salve sancta parens. Oratio: Famulis tuis, &c. Impress. Venetijs 1597. in folio. Et aliud cum eodem Introitu, folio 8. Antuerpiæ 1577.

Missale speciale noviter impress. ac diligenter emendatum ac castigatum additis nonnullis Missis novarum festivitatum, & impress. Basileæ 1519. fol. 58. *In festo Conceptionis* Missa specialis.

Missale Romanum: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Introitus: Salve sancta Parens. Oratio: Famulis tuis. Epistola: Dominus possedit me. Evangelium: Liber generationis. Impress. Venetijs 1583. in folio.

Missale Romanum peroptimè ordinatum ac diligenti studio castigatum, &c. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Impress. per Stephanum Ballant, anno 1558. in 4.

Missale Romanum ex Decreto sacro-sancti Concilij Tridentini restitutum, Pij V. Pont. Max. jussu editum, ad diem 8. Decembris: *In Conceptione Beatæ MARIÆ* dicitur Missa de ejus Nativitate, quæ habetur Mense Septembris, mutato nomine Nativitatis in Conception. Impress. Venetijs 1584. in 8. regali.

Missale reformatum juxta Decretum Concilij Tridentini à Pio V. Pont. Max. *De Conceptione Beatæ MARIÆ* dicitur Missa de ejus Nativitate, quæ habetur in Mense Septembris fol. 209. mutato nomine Nativitatis in Conception. Impress. Venetijs, folio 175. à tergo. Non habebat annum impressionis.

Item, in altero Missali folio 155. sunt eadem ferè verba, & in altero impress. anno 1596. fol. 139. similiter & in altero impress. 1597.

Missale Romanum ordine absolutissimo consummatum: *In Conceptione Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. folio 148. Impress. Venetijs 1554. in folio.

Missale Romanum ad longum absque ulla requisitione: *In festo Conceptionis Sanctissimæ MARIÆ Virginis* duplex majus. Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. fol. 228. Lugduni 1550. in 4.

Missale Romanum: *In festo Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. folio 134. Impress. Venetijs 1558. in fol.

Rothomagense Missale: *Conceptio B. V.* sicut in Nativitate. Parisiis 1526. in 8.

Missale Salisburgense, fol. 4. *De Conceptione Beatæ Deiparæ MARIÆ Virginis* ad Missam: Gaudeamus omnes, &c. Et adducit specialem Sequentiam, quæ incipit: Dies iste celebretur, in quo piè recensetur MARIÆ Conceptio. Impress. Parisijs 1555. in folio. De hoc etiam Antonius Balinghen in Parnasso. Mar. folio 6.

Ad usum Ecclesiæ Salisburiensis optimis formulis, ut res ipsa indicat, diligentissimè revisum ac correctum, &c in proprio festorum, fol. 4. *In Conceptione B. MARIÆ* officium: Gaudeamus, &c. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies iste celebretur, &c. absque anno impressionis in Biblioth. D.D. Card. Mazarini, in fol. Et aliud Parisiis apud Joannem Amazeur, in fol. antiquis characteribus.

Missale ad usum insignis Ecclesiæ Sarum in Anglia, die 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* minus duplex, novem Lectiones. Ad Missam omnia fiant sicut in Nativitate ejusdem cum Processione, verbis tamen Nativitatis mutatis in Conceptionem: hoc quod dicitur in Nativitate, dicitur in Conceptione, sed sine Gloria in excelsis Deo, & sine Ite missa est. Londini 1508. in 4.

Spirense per D.D. Ludovicum Helmstat Episcopum Spiren. die 8. Decembris: *Conceptio S. MARIÆ* duplex novem Lectionum rubeis litteris, & folio 146. Missa: Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis. Sequentia: Ave præclara maris Stella, in lucem gentium MARIA divinitus orta, &c. Est peculiaris. Impress. Spiris, anno 1500. in fol. magno.

Missale ad consuetudinem insignis Ecclesiæ Suessionensis: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* triplex solemne. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis* Introitus: Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis. Epistola: Lectio Ezechielis Prophetæ. In diebus illis, converti me ad viam portæ sanctuarij exterioris, &c. Prosa: Ave MARIA gratiâ plena. Est singularis & absque anno impressionis in infantia Typographiæ impress. in 4. In Ecclesia Cathedrali Tornacen.

Tornacense Missale habet officium de Conceptione Virginis MARIÆ; & in Hymno postquam vocavit Virginem fabricatam manu Sapientiæ granum sine palea, &c. inquit:

Gaude rosa pura, decens,
Speciosa, semper recens,
Flos immarcescibilis,
Stirps beata, &c.

Ita apud Anton. Balinghen in Par. Marian. fol. 4. Et aliud impress. Antuerpiæ 1540.

Trajectense Missale habet Missam de festo Conceptionis Virginis MARIÆ cum Hymno speciali, & incipit sic:

Dies illa celebretur
In qua piè recensetur
Conceptio MARIÆ, &c.
O quàm fœlix & præclara,
Nobis grata, Deo chara
Fuit hæc Conceptio, &c.
Nova Mater novam prolem,
Nova stella novum solem
Novâ profert gratiâ, &c.

Alia plura adducuntur ibi pro Virginis puritate. Vide apud Balinghen, fol. 6. & 29. & 32.

Trajectense impress. Leodij 1514. & Parisijs 1507. in fol. *In Conceptione B. Virginis MARIÆ* summum. Ad Missam Introitus: Gaudeamus. Item, Breviarium Trajectense adducit officium speciale de Conceptione, & in Kalendario dicitur: *Conceptio B. MARIÆ* summum. Hac die solùm dicitur Te Deum in Adventu. 1508. in fol. Et aliud impress. Antuerpiæ 1540.

Vedastinum antiquum manusc. existens Atrebati in Monasterio S. Vedasti Benedictinorum: *Conceptio Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ* duplex dies eg. rubeis litteris, sicut in die Nativitatis Domini. Et folio 217. *Conceptio S. MARIÆ. Officium:* Rorate cœli desuper. Collecta: Deus qui de B. MARIÆ. Epistola: Egredietur, &c. Item, ibidem aliud: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*, manusc.

Viconiense existens in eodem Monast. prope Valencenas triplicatum: *Conceptio B. MARIÆ*, rub. litt. Est manusc.

Virdunense, impr. 1508. *de Concept.* Gaudeamus.

Xan-

Xantonense Pictavij: In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, incipit Missale ad usum Xantonensem. Ad diem 8. Decemb. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis* Introitus: Gaudeamus, &c. Alius Introitus: Gloriosæ Virginis MARIÆ Conceptionem hodiernam devotissimè celebremus, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, &c. Oratio: Deus ineffabilis, &c. cum Prosa, ut in Nativitate. Impress. Pictavij 1506. in 4.

Missale Zagrabiensis Ecclesiæ cum figuris, & optimis characteribus, &c. folio 143. *In festo Conceptionis Sanctæ MARIÆ Virginis* omnia sicut in festo Nativitatis ejusdem, sed Oratio: Deus ineffabilis, &c. Impress Venetijs ad ann. 1500. in folio. In Bibliotheca D.D. Card. Barberini.

MONALDUS Justinopolitanus Dalmata, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Beneventanus ac Martyr, in 3. Sententiarum dist. 3. artículo 1. scripsit quæstionem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut referunt multi: Daza cap. 6. Andreas de Peruzzinis folio 107. Eusseb. Nieremb. lib. de Exception. folio 519. Pistoia fol. 158.

Item, edidit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad annum 1330. Ex Possevino & Leone classe 7.

MONALDUS Rosarius, sive de Rosarijs, Aquinus Ordinis Carmelitarum, scripsit *de Beatissimæ Virginis Conceptione* Librum unum. Vide Hippolytum Marraccium in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1509. Possevinum, & Leonem classe 6. Pistoiam fol. 155.

MONASTERIA. Maceratensis Conventus Capuccinorum dicatus est *Immaculatæ Conceptioni*, ut patet ex ejus subscriptione. Vide verb. Centum Asculanus.

Cairæ Conventus Ordinis Sancti P. N. Francisci in Provincia Januensi habet Sacellum, in quo Societas Chordigerorum est aggregata sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, ut refert Bonaventura Tattis de Genua in Relatione illius Provinciæ folio 60.

Cameranæ Conventus *Conceptionis* Ordinis Minorum. Ex Francisco Lonavio folio 679.

Bernardina Provincia, seu Sanctæ MARIÆ Angelorum majoris Poloniæ Ordinis Sancti Patris N. Francisci, habet plures Conventus ac Monasteria sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de quibus vide verb. Ludovicus Zoasinus & Suecense, Syracovienſe, Rozminiense, Lancitiense, & Calineenense Monasterium.

Januensis Provincia Ordinis Sancti Patris N. Francisci, habet Conventum sub titulo *Sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre est verb. Dionysius à Genua.

Lancitiensis Conventus in Provincia Poloniæ Archidiœcesi. Gneznens. ad annum 1632. erectus fuit sub titulo *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis*, ut refertur in Chronologia Provinciæ Poloniæ, folio 630.

Syracoviensis Conventus in Provincia Poloniæ, & Diœcesi Posnanienſi fuit erectus anno 1619. sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Frater Ludovicus Bazinus in Chronologia Provinciæ Poloniæ MS. folio 608.

Suecensis Conventus in Diœcesi Uladislavien. in Regno Poloniæ erectus fuit sub titulo *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, an. 1625. Ita in Chronologia Provinciæ Poloniæ folio 615.

Aracani Conventus Ordinis Minorum in Provincia Sancti Franciſci in Umbria, habet quandam *imaginem sanctissimæ Conceptionis MARIÆ Virginis* antiquissimam, id est tempore Sancti Patris nostri Francisci depictam, &c. Ita Frater Bonaventura de Stroncone in Relatione illius Provinciæ, folio 85. manusc. Item, ibidem est erecta Confraternitas *sanctissimæ Concept. Beatæ Virginis MARIÆ*, &c. Idem fol. 60.

Saxellensis Conventus Ordinis Sancti Patris N. Francisci in Provincia reformata Januensi erectus fuit & admissus solemni pompa, an. Domini 1615. sub titulo *Sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut latè refert Frater Dionysius à Genua in Relatione prædictæ Provinciæ MS. folio 99. Extat scripta in folio.

Sanctæ MARIÆ Angelorum Provincia reformata minoris Poloniæ Ordinis Sancti Patris nostri Francisci, habet in majori ac minori sigillo sculptam *imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre est in Relatione prædictæ Provinciæ MS. folio ultimo facta à R. P. Cypriano Gozdecio anno 1647. in 4.

Vallis Mazarij Provincia in Regno Siciliæ Ordinis Sancti Patris nostri Francisci, habet Ecclesias, Monasteria, Conventus, Capellas & Altaria sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre est verb. Ludovicus ab Angento.

Rozminiensis Conventus in majori Polonia an. 1626. erectus fuit sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Reginæ cœlorum*, ut refertur in Chronologia prædictæ Provinciæ folio 618.

Valentinum Monasterium fundatum ann. 1320. sub tit. *puræ Conceptionis*: Escolanus libro 5. capite 9. folio 950.

Zallynienſe Monasterium Monialium tertij Ordinis S.P.N. Franc. in Regno Poloniæ erectū fuit sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, anno 1606. ut dicitur in Chronologia Provinciæ Poloniæ folio 692.

MONETÆ cum imaginibus insculptis *Immaculatæ Conceptionis* sunt in Romana curia sequentes. Clemens VIII. Pontifex Maximus, anno 1. sui Pontificatûs in moneta argentea dicta tostō sculpsit imaginem *Conceptionis* cum inscriptione hac: *Tota formosa*, & ex adverso habebat stemmata Aldrovandina cum Pontificijs insignijs. Item, idem Clemens eodem anno primo cudit aliam monetam diversam à præcedenti, ut ex ipsa forma, dispositione ac characteribus constat, cum eadem inscriptione, scilicet: *Tota formosa*. Item, anno sui Pontificatûs 2. excudit alteram *Conceptionis* monetam etiam argenteam cum supradicta inscriptione: *Tota formosa*. Item, Gregorius XV. Pontifex Maximus fecit aliam monetam cum imagine *Immaculatæ Conceptionis*, & inscriptione hac: Sub tuum præsidium, absque anno, & ex adverso habebat stemmata domûs Ludovisiæ. Item, cudit aliam præcedenti similem diversam tamen sub eadem inscriptione: Sub tuum præsidium; & existimo, quòd una fuerit publicata anno 1. sui Pontificatûs, alia verò anno 2. Item, cudit aliam parvam dictam julium cum pulcherrima imagine *Conceptionis* & eadem inscriptione: Sub tuum præsidium.

Item, Urbanus VIII. Pontifex Maximus excudit monetam magnam, dictam communiter piastam anno 12. sui Pontificatûs cum pulcherrima *Conceptionis*

ceptionis imagine & hac inscriptione: Sub tuum præsidium con. Ex adverso erat effigies ejusdem Pontificis. Item, anno sui Pontificatûs 20. excudit alteram monetam eiusdem magnitudinis & formæ cum eadem inscriptione, scilicet: Sub tuum præsidium con. Item, anno 14. sui Pontificatûs alteram monetam dictam Tolton cum eadem inscriptione: Sub tuum præsidium, & ex adverso effigies Pontificis. Item, edidit alteram eiusdem magnitudinis præteritæ, diversam tamé in omnibus, in qua non potui bene distinguere an fuerit anno 11. vel 12. vel 14. cum eisdem litteris: Sub tuum præsidium. Item, anno sui Pontificatûs 20. edidit alteram cum eadem inscriptione: Sub tuum præsidium, & ex adverso stemmata Barberina, scilicet Apes. Item, anno sui Pontificatûs 20. edidit alteram in omnibus diversam à præcedenti cum eisdem insignijs. Item, eodem anno edidit monetam parvam, id est, iulium, cum eadem *imagine Conceptionis* & stemmatibus. Item, edidit alteram dictam grossum cum eadem *imagine Conceptionis*, & ex adverso stemmata Barberina. Item, Innocentius X. Pontifex Maximus sui Pontificatûs anno 2. excudit monetam cum *imagine pulcherrima Conceptionis* & hac inscriptione: Unde venit auxilium mihi. Item, Alexand. VII. Pont. Max. edidit monetam argenteam cum imagine *Concept.* De qua latè Euseb. Nierèberg. in Opusculo speciali

MONET Magister Valentinus, cùm in Ecclesia majori Valentina prædicasset contra Immaculatam Virginis Conceptionem exulavit è toto Regno, seque ad civitatem Salmanticensem contulit; in qua adeò devotus extitit *Immaculatissimæ Matris Dei Conceptioni, ut pro ejus gloria & immunitate plures postea prædicaverit Serm.* Vide Morenum in lib. de Concep. cap. 5. fol. 363. & Append. Regest. Arm. Seraph. col. 665.

MONSIEUR de Langueterre Gallus, in libro dicto: L'eſclave de la Vierge Marie, à fol. 52. in mancipio tertio de Innocentia Virginis, agit *de ejus puritate & præservatione à peccato originali*, & & quòd, quamvis sit ex radice Adæ, non contraxit ejus amaritudinem, &c. per totum Caput, quod latissimum est. Lugduni 1624. in 8.

MOSSEN Antonius Latre Hispanus, edidit triaHieroglyphica circa *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, & extant in libro de Concep. Sanct. Zapatæ, fol. 144.

MURCIA de la Llana Doctor Hispanus, in libro Rhetoricorum, part. 1. centuria ultima de Christo Domino & Immaculata Virgine Maria, &c. fol. 142. inquit: Primus igitur à vaticinijs, præsignificationibus, adumbrationibus Prophetarum, Regum, Patriarcharum; quæquidem vaticinationes declarant *summam hujus Virginis sanctitatem ab omni, etiam originali macula semper liberam*, &c. Lib. impress. Matriti 1629. in 4.

MUTIUS Justinopolitanus Italus, in lib. Della Beata Vergine incoronata, *de Conceptione* ac Nativitate Virginis Mariæ Caput unum, quod est primum in libro impress. Pesari 1567. in 4. & Mediolani 1585. etiam in 4. à fol. 9. Et in oratione ligata, fol. 69. inquit:

Vergine sola al mundo præservata
Dal mortal nostro universal defetto.

Quæ verba B. Virginis omnimodam puritatem & à peccato originali præservationem indicant.

MUTIUS S. Forcia Monopolitanus Italus, de *Conceptione B. MARIÆ* Hymnum unum in suo lib. Hymnorum, fol. 215. Impress. Romæ 1593. in 8.

N

NAPOLEON Comitolius, Episcopus Perusinus Italus, in libro Centum triginta Privilegiorum glorioſæ Virginis Mariæ Matris Dei, post alia privilegia de ejus electione ac prædestinatione, Privileg. 9. *Quòd fuit concepta MARIA absq; macula peccati.* Privileg. 10. *Quòd Conceptionem Virginis MARIÆ inclusæ in ventre materno, primò celebrarunt Angeli in cœlo.* Privileg. 11. Quòd Maria fuit à Deo dilecta supra omnes creaturas. Privileg. 12. *Quòd præcipuè venit Filius Dei pro redimenda MARIA, quàm pro omnibus aliis creaturis.* Privileg. 15. Quòd gratia Mariæ superavit omnes gratias omnium creaturarum, etiam simul sumptas. Privileg. 17. Quòd non fuit in Maria fomes ad malum. Privileg. 18. *Quòd in eodem tempore fuit in MARIA esse naturæ & gratiæ.* Privileg. 19. *Quod fuit MARIA impeccabilis à sua Immaculata Conceptione.* Privil. 20. *Quòd MARIA meruit cùm esset impeccabilis.* Privil. 21. *Quòd MARIA habuit ab instantiſuæ purissimæ Conceptionis* liberum arbitrium operans & in actu. Privileg. 22. *Quòd MARIA fuit sanctificata in sua Conceptione concurrendo cum usu liberi arbitrij.* Privileg. 23. Quòd Maria in ventre materno habuit eminentissimam scientiam. Impress. Perusiæ, anno 1615. in 4.

Item, in Decretis & Monitis Synodalibus Perusinis inter festivitates enumeravit *Conceptionem Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*, ut constat ex lib. impress. Perusiæ, fol. 19. cap. 8.

NASSO vel Hasso Senior, natione Germanus & Pastor Francofordiensis, contra Wigandum Wirt seu Cauponum strenuè dimicavit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut colligitur ex Dialogo ejusdem Wigandi. Impress. Oppenheim in 4.

NATALIS Beda, Doctor Paris. edidit in Jacobum Fabrum Stapulensem Commentaria sive impugnationes, ubi fol. 25. à tergo, littera D. impugnatis quinq; propositionibus Fabri, ad finé cõfutationis earum sic inquit: Sunt hic militiæ Christianæ decem non gregarii milites, sed duces invicti, quibus quòd per Scripturas sacras convincitur originale peccatum in singulis Adæ filiis communi naturæ modo genitis (*Sanctâ Dei Matre dempta*) esse, & non obligationem ad mortem seu mortis debitum; sed mortem illius esse pœnam, &c. Lib. impress. Parisiis 1526. in fol.

NATAL Gaber, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorũ Generalis, in Historia suæ Religionis affirmat: Quod portent vestes omnino albas in signum *puritatis*, vel (ut alii dicunt) in signum utriusque puritatis Virginis Mariæ: nomine autem puritatis semper intelligit Religio illa puritatem Conceptionis Virgineæ, ut affirmat Sylvester de Saavedra in libro de Sacra Deipara, disp. 16. sect. 14. num. 653. folio 349.

NAZARIUS quidam absque alio nomine, edidit aliquos Sermones, præcipuè de Nativitate Virginis, & primus est super illud: Sapientia ædificavit sibi domum. 2. Orietur stella ex Jacob. De Assumptione verò habet duos; primum super illud:

illud: Surge Domine in requiem tuam; & alterum: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, ubi pluries affirmat *in Virgine non fuisse maculam ullam.* Extat in Bibliot. S. Victoris, num. 875. in folio.

N. Hernart, Archidiaconus de Argone in Ecclesia Verdunen. & Vicarius Generalis Episcopi Gallus, in libro dicto: Sermons sur les sacrés mysteres des principales solemnités de l'année, fol. 78. sermone de Purificatione B. Virginis 2. asserit *Quòd Virgo MARIA fuit exempta ab omni peccato, &c.* Parisiis 1604. in 8.

NICASIUS Baxius, Ordinis Eremitarum S. Augustini Belga, in libro: Orationes Sacræ in laudem Salvatoris nostri Jesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis & aliquot Sanctorum, fol. 123. Orat. 8. *in laudem B. MARIÆ Virginis conceptæ sine peccato originali*, ubi latè & eruditè de ejus præservatione. Item, ibidem fol. 371. in Oratione de laudibus B. Mariæ Virginis post plura, sic inquit: *Ipsum Conceptionis privilegium* contemplamini. Quid miraculosius, quàm aream illam, quâ verus Noachus pater ille utriusque sæculi, qui & habitavit in nobis & æternitatem non deseruit, novem menses exceptus est, ita fuisse compactam ex lignis lævigatis, *ut ne quidem peccati originalis scabies illam exasperarit?* Lib. impress. Antuerpiæ 1638. in 8.

NICASIUS Roels, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanii diebus 21. 22. & 23. Novembr. 1650. hæc defendit: *Dicta de originali & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroq; immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

NICEPHORUS Calixtus, Xantopolus Græcus, in lib. Ecclesiasticæ historiæ, libro 1. cap. 7. folio 55. inquit: Postquam enim perfici atque exhiberi debuit ingens illud naturamque omnem longè superans mysterium, opus fuit priùs instruere & præparare vas, quod eum (qui incomprehensibilis est) comprehenderet. *Inventa itaq; est Virgo MARIA dignum, Deumq; decens Verbi domicilium tam ante Nativitatem Deo consecrata, atq; ex membris similibus & longè à naturæ fervore alienis tanquam quidam divinitus datus fructus producta.* Joachim & Anna parentum erant nomina, ambo accuratiore juxta scriptum Legis vitâ præstantes & clari, nec non primis quibusque & splendidissimis, nobilissimisque genere connumerati. Vitam autem ad senectutem sine prole edita produxerant: erat enim ad liberorum procreationem Anna alvo infœcunda, & cum ob sterilitatis causam non haberet commune cum matronis & matribus à lege tributos honores, exemplo matris Samuelis; ipsa quoque fit supplex Deo & in templo sedulò versatur, ne scilicet à benedictionibus legis excluderetur, sed ut ei matrem esse liceret orans, ac quod paritura esset, ipsi Deo dicaturam se esse, vovens. Sed enim divino nutu ad eam quam petierat gratiam Anna confirmata atque roborata, postquam puella è maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominavit ænigmate *latenter à Deo acceptam gratiam declarans.* Ut verò infans à lacte matremo jam abhorruit & mammam attingere nolut, promissionem mater adimplet, & in templum ascendens juxta votum eam Deo consecrat, tertium jam tunc ætatis agentem annum, &c. Hæc Nicephorus. Lib. impress. Basileæ 1560. in folio, & Parisiis 1574. in folio, & 1566. in 8.

Ex quibus verbis evidenter constat, quòd in sententia Nicephori Maria fuit ante Nativitatem suam Deo consecrata, quæ consecratio fuit facta per Spiritûs Sancti sanctificationem. An verò hæc sanctificatio vel consecratio fuerit facta in primo instanti vel post alicuius temporis intervallum, non declaratur à Nicephoro; sed ejus mens ac sententia ex illis infrascriptis verbis: tanquam quidam divinitus datus fructus producta, colligi potest; nam si Maria fuit genita vel producta in maternis visceribus tanquam quidam divinus fructus, si in primo instanti fuit fructus; igitur in primo instanti fuit divinitus, vel tanquam divinus fructus. Tunc sic: in fructu divino quomodò poterat esse maledictio vel originale peccatum? Sunt enim termini repugnantes fructus benedictus & fructus maledictus pro eodem tempore vel instanti. Vel sic explicanda erit hæc auctoritas: Christus Dominus in sua Conceptione fuit divinus fructus absolutè & simpliciter, juxta illud: Benedictus fructus ventris tui. Maria verò in maternis visceribus & sua Conceptione non fuit divinus fructus absolutè & simpliciter, sed ut argutè dicit Nicephorus, tanquam quidam divinus fructus, id est, non fructus divinus ut Christus in quo nec potuit esse nec fuit peccatum originale; sed solùm tanquam divinus fructus: quia licèt potuit habere maculam originalem, illam tamen nec habuit, nec contraxit; & sic Maria ad similitudinem fructûs divini dicitur à Nicephoro genita & concepta. Deinde illam ultimam perpendo clausulam: Anna, postquam sanctissima puella ex maternis prodiit locis, statim eam Mariam nominavit propter ænigma latens suæ acceptæ gratiæ. Hoc ænigma meo judicio Conceptionem respicit virgineam, & verbum illud: statim, ænigma illud Conceptionis declarat, quod sic expendo. Quare vel quam ob causam Anna post Nativitatem Mariæ statim ei nomen imponit? Apud Hebræos mos erat post octo dies suis nomina filiis imponere, ut omnes fatentur Scriptores; quare igitur Mariæ præter rerum ordinem, neq; post horam, sed statim nomen imponitur? ut sic declararetur ænigma acceptæ gratiæ (inquit Nicephorus) quia in eo quòd statim nomen imponitur Mariæ, declaratur quòd statim in maternis visceribus Maria recepit gratiam. Maria in maternis visceribus non post hebdomadam, diem vel horam à sua generatione vel animatione recepit gratiam; sed statim, id est, in illo instanti, in illo puncto in quo fuit genita. Ideo Anna, id est, gratia statim nominat Mariam illuminatam, ut sic statim in nomine declararetur vel illuminaretur ænigma latens in instanti Conceptionis, & ex instantanea acceleratione nominis propalaretur illud ænigma instantaneæ sanctificationis, in quo Maria in maternis visceribus accepit gratiam. Item, lib. 1. Hist. cap. 78. inquit: Oportebat enim clarissimo gratiæ receptaculo & vasi *nihil reprehensionis, indignitatis & injuriæ inferri*, quod nimirum vel ipsis solis radiis sit splendidius & illustrius, &c. *tantùm enim à piaculo & macula omni abest*, ut etiam longè supra naturam sit ista in utero fetûs gestatio, &c. Nota illud: ab omni macula abest, & si ab omni; ergo etiam ab originali. Item, lib. 15. cap. 14. fol. 799. vocat Virginis Mariæ corpus *Immaculatum, impollutum, & modis omnibus sanctiũ*, &c. Vide verb. Juvenalis Hierosolymitanus.

Item, libro 1. cap. 40. refert staturam & effigiem Christi Domini, & folio 89. concludit sic: Persimilis denique per omnia fuit *divinæ & Immaculatæ suæ Genitrici*, &c. Cùm absolutè appellet Virginem MARIAM Immaculatam, absolutè est intelligendum, id est, de corpore & anima.

NICEPHORUS, Constantinopolitanus Archiepiscopus Sanctus, in Epistola ad Leonem III. inquit: Inhabitans enim in utero sanctissimæ, *incontaminatæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ, & in animo & in carne præmundata Spiritu*, &c. Intercessionibus *Immaculatæ & incontaminatæ ejus Matris*, & omnium Sanctorum, &c. Hanc invenies apud Baronium tom. 9. fol. 571. ad ann. 811. Vide Joannem Euseb. in libro Exception. cap. 13. folio 179. Salazarium sæculo 9. Serran. lib. 2. cap. 22. num. 8. Leonem classe 9.

NICETAS Auctor Græcus, & Episcopus Serrarum, in Catena Patrum Græcorum impressa per Balthasarum Corderum, in Matthæi cap. 1. folio 23. vocat Virginem MARIAM *purissimam*. Impress. Tolosæ 1647. in fol.

NICETAS Magnus, Logotheta dictus, sive Cancellarius Colloseusis, natione Græcus, in Commentario in Oration. vigesimam Sancti Gregorij Nazianzeni Theologi, per Jacobum Billium nonnullis additis ex Nonno Monacho, colum. 784. num. 100. inquit: Jam verò Jacobi scalam (per hanc scalam (ait Nicetas) fortasse significatur Virgo MARIA, per quam Altissimus ad nos descendit, ut corruptam naturam sanaret) &c. At verò lucta illa Dei cum homine, virtutis humanæ cum divina comparatio est: unde etiam colluctationis notas Jacob in corpore gerit procreatam naturam victam esse indicans: nam de Philonis Judæi sententia, virtus in corpore mortali haud quaquam est rectipes, verùm quasi torpore correpta nonnihil claudicat: obtorpuit enim (inquit Scriptura) latitudo femoris, & claudicabat. Femur autem generationis signum est, quòd quidem genitale membrum circa femur est, &c. Femoris dolor humanam generationem victam esse significat, &c. Lib. impress. Lutetiæ 1611. in fol.

Item, in Commentatio in Oration. 51. col. 1275. inquit: Ac rursum misit Deus Filium suum unigenitum factum ex muliere. Non dixit: per mulierem, ut videlicet ijs, qui Dominum per Virginem tamquã per canalem prodijsse nugabantur, infamiæ notam inureret. Deiparam autem Christiparam idcireo Sanctam Virginem dicimus, quoniam ad submovendum ac de medio tollendum Deiparæ vocabulum, & in contemptum verè supra res omnes conditas honoratæ Deiparæ, &c. Auctor iste antiquus in prædicto libro non est contra piam sententiam.

Item, in Thesauro orthodoxæ Fidei cap. 32. & 38. & in ordine baptizandi Sarracenos, vocat Virginem MARIAM *sanctissimam, purissimam*, ac nostræ massæ primitias, quæ verba de Immaculata Conceptione explicat Eusebius Nieremberg. lib. de Exception. cap. 26. folio 473.

NICOLAUS Albanensis Anglus (postea summus Pontifex Adrianus IV. vocatus) edidit *de Conceptione Beatissimæ Virginis* ad Petrum Pontiniacum librum unum. Obijt anno 1595. Ita Marracius in Pontif. Marian. folio 82. & in Bibliotheca folio 12. Circa annum est error typographiæ, nam obijt anno 1155. Vide Possevinum in Apparatu sacro, Tamayum ad annum 1155. Eusebium cap. 10. folio 84. de perpet. object. Concep. & in lib. de Excep. fol. 462.

NICOLAUS Almazan, & Leon Hispanus, scripsit votum factum à Villa Almagri pro defensione *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut constat ex juramento impress. 1653. in folio.

Item, scripsit Discursus in quodam Memoriali ad Philip. IV. Hispaniarum Regem circa lapidem repertum in oppido de Valdepeñas, in quo ex ipsius lapidis materia extat scriptum in utroque latere: *Ave MARIA Virgen y Madre de Dios concebida sin pecado original*, &c. Vide de hoc supra verb. Ludovicus à Conceptione.

NICOLAUS Archiepiscopus Rothomagensis, Oratorij JESU Presbyter, in libro dicto Gallicè: Les grandeurs sur-eminentes de la tres Sainte Vierge MARIE Mere de Dieu, &c. in tabula pro Concionatoribus ad calcem libri adducit festum Conceptionis die 8. Decembris; ubi citat quatuordecim loca diversa pro ejus præservatione à peccato originali, vocatque *Conceptionem sanctam, sanctissimam, puram, Immaculatam*, &c. ut videre est in libro impress. Parisijs 1638. in 4. folijs ibidem citatis.

NICOLAUS de Arnaya, Societatis Jesu Hispanus, composuit Tomos tres sub hoc titulo: Conferencias spirituales utiles para todo genero y estado de personas, &c. quos dicavit Virgini Deiparæ MARIÆ sic, tomo 3. folio 1. Dedicados à la serenissima Emperatrix del cielo, Madre de Dios y Señora nuestra *libre de la primera culpa*. Lib. impress. Hispali 1618. in 4.

NICOLAUS de Ausmo, Ordinis Minorum Mediolanensis, composuit librum sub hoc titulo: Supplementum summæ Magistrutiæ, seu Pisanellæ dictæ ad annum 1444. in quo verb. Feriæ, folio 150. inquit: *De festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* dicendum secundùm D. Thomam in 3. part. quæst. 27. quòd licèt Romana Ecclesia ipsum non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium. Unde celebritas non est totaliter reprobanda; sed nec propter hoc quòd festum Conceptionis celebratur, datur intelligi, quòd in sua Conceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore fuerit sanctificata, ignoratur; celebratur festũ sanctificationis ipsius. Lib. impress. Venetijs 1485. & sunt ad litteram verba Pisani Dominicani. Cùm iste Auctor sit ex Ordine Minorum, & ita fideliter retulerit verba Pisani, discamus fideliter Auctorum verba referre.

NICOLAUS Basilius, Monachus Hirsangiensis, in Additionibus ad Chronicon Naucleri, folio 106. de eo quod anno 1509. pridie Kalendas Junij contigit apud Bernam in Helvetia circa quatuor Patres Dominicanos Priorem, Lectorem, Suppriorem & Procuratorem domûs, *& mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Vide Martinum del Rio Disquisit. Magic. libro 4. cap. 1. sect. 4. tom 2. & Hugonem Cavellum in Rosario Beatæ MARIÆ, sæculo 16. Lib. impress. Antuerpiæ 1620. in folio.

NICOLAUS Belfortius, in Kalendario ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. MARIÆ*, &c. Extat manusc. Parisijs in Biblioth. Thuana num. 775.

NICOLAUS de Bloni, Decretorum Doctor Italus,

Italus, in lib. suorum Sermonum, Serm. 5. *de sanctissima Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*. Extat vetustissimis characteribus impress. absque foliatione Argentinæ, anno 1468. in fol. scripti verò fuerunt sermones, anno 1538. ut colligitur ex serm. 113.

NICOLAUS Bonetus, Ordinis Minorum, scripsit Tractatum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolytus Marraccius in Bibliotheca, & in Catalogo ad annum 1525. sub nomine Bonetus N. Potest esse hic, quem Waddingus fol. 163. vocat Nicolaum Bonetum, qui scripsit Postillam in Genesim, in libros Sent. & alia. Vide Dazam de Concept. cap. 6. fol. 48.

NICOLAUS Bovreè, Bachalaureus Theologus, Socius Cholætus, Præside M. Guilielmo de la Brunebiere du Plessis de Gestè, Doctore Parisiensi & Parisiensis Ecclesiæ Briæ Archidiacono, in minore ordinaria die 29. Maij 1657. agendo de pœnitentia, & quibus fuerit necessaria, sic inquit: Utrum verò in Christo Domino fuerit, in beatissima Virgine, beatis Angelis, primis parentibus in statu innocentiæ? problema esto. *Hic supponitur in B. Virgine non fuisse peccatum originale*, sicut nec in Christo, beatis Angelis, &c. Impress. in charta expansa.

NICOLAUS Bravus, Abbas Ordinis Sancti Bernardi, in libro dicto: Marial y decenario de Rosas de la Madre de Dios para diez principales fiestas suyas, Rosâ primâ *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei*, à fol. 1. usque 26. Lib. impress. Matriti 1652. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

NICOLAUS Brucasenus, Ordinis Prædicatorum Tarvisinus (Summus Pontifex renuntiatus & in sua coronatione Benedictus XI. dictus) scripsit super Matthæum Commentaria à R. P. Gregorio Lazaro Tarvisino recognita & impressa Venetijs 1603. in folio; & capit. 5. ad illa verba: Beati misericordes, fol. 21. colum. 3. hæc habet: Beati sunt pauperes spiritu, id est, illi quos voluntas, non necessitas pauperes facit: vel pauperes spiritu, quia scilicet in se non habentes unde humilia & abjecta de se sentiant, tamen bona quæ in eis sunt non reputantes in se à se esse, se ipsos despiciunt & totaliter se Deo subdunt; qui etiam pro nulla adversitate vel defectu eis contingente exasperantur; sed in mansuetudine spiritûs perseverant. Sed tamen, quia dum homines in præsenti vita degunt, quantumcumque perfecti sint, hanc vitam sine peccato non ducunt, juxta illud 1. Joannis 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. Et Eccles. 7. dicit: Non est homo justus in terra qui faciat bonum & non peccet; in multis enim offendimus omnes, ut dicitur Jacobi 3. & ut dicit Augustinus in libro de Natura & Gratia, cap. 36. *Excepta sancta Virgine MARIA, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cùm de peccatis agitur habere volo quæstionem.* Inde enim scimus quòd ei plus gratiæ collatum fuit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. *Hac ergo Virgine excepta*, si omnes sanctos & sanctas cum hîc viverent congregare possemus, & interrogare utrum essent sine peccato; quid fuisse responsuros putamus, nisi quod Joannes Apostolus ait: Si dixerimus, quòd peccatum nonhabemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est? &c. In indice hujus libri Nicolai sic indicatur iste locus: *MARIA Virgo immunis à peccato.*

NICOLAUS Causinus Trecensis, Societatis Jesu, in lib. Eloquentiæ Sacræ &c. libro 14. capite 9. folio 601. Panegyricorum sacrorum magnam & uberem esse materiam in sanctissima Virgine Maria Dei Matre, inquit: Quamobrem ubi stellis mens purior & tot exquisitis affluens ornamentis illapsa est in corporis contubernium, non est illi injecta fax ista fœda, quæ à nostri generis auctoribus primùm accensa, latissimè in totum postea genus deflagravit; sed ut puro & micanti auro saphyrus, aut adamas purior inolescit; sic illibato corpori castissimus animus Dei ita dispensantis manibus inditus est, *ut nulla conceptæ Virgini labecula generis adhæresceret*, &c. Alia quamplura vide ibi. Lib. impress. Parisijs 1619. in fol. & alibi.

NICOLAUS Chamart, Monasterij Bonæ-Spei Ordinis Præmonstratensium Abbas, adducit notas marginales in quibus *Virginem eximit à peccato originis*, ut videre est in libro impress. Duaci 1621. in fol.

NICOLAUS de Christianis, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, in libro de Actis Capitulorum Generalium in sua Religione à principio emanatis, cap. 12. de Valentino in Hispania, anno 1541. *Quomodo recitandum sit officium divinum in festo Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Venetijs 1596. in 4.

NICOLAUS Christophorus Badzivilius, Princeps ac Dux Olicæ, &c. in Jerosolymitana peregrinatione primùm à Thoma Tretero custode Varmensi ex Polono sermone in Latinum translata, fol. 60. inquit: Manè ex Monasterio egressi per civitatem euntes, prope portâ ad lævam deflexímus ad domum Joachimi, in cujus parte inferiori sunt habitationes aliquot; in quibus ostenditur conclave Beatissimæ Virginis & *locus Nativitatis eius*, cùm nonnulli velint eam ibidem Jerosolymis natam. Indulgentia hic annorum & quadragenarum septem, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1614. in fol. In hac domo fuit concepta Maria secundùm omnes Auctores; ideo existimo, quòd illud natam sumat pro Nativitate in utero: & si non rectè intelligitur sic, excludatur.

NICOLAUS Cichovius, Societatis Jesu Germanus, edidit Librum sub hoc titulo: Angelici Doctoris S. Aquinatis *de Beatissimæ Virginis Deiparæ Immaculata Conceptione* sententia è multis ejus operibus studiosè collecta; in quo tria præcipuè nititur probare. Primum, Angelicum Doctorem nullibi nec verbulo quidem impugnasse Deiparæ à labe originali præservationem. Secundum, Angelicum Doctorem disertissimè locis ibi relatis docuisse Deiparæ puritatem adeò omnis maculæ originalis expertem, ut quoad recessum à malo per hoc solùm à puritatis divinæ excellentiâ defecerit, quòd aliquo modo peccare potuerit. Tertium, concipi sine originali peccato S. Thomæ temporibus longè aliud ab eo, quod nunc per ea verba intelligimus, significare, &c. Vide ibi. Lib. impress. primò Posnaniæ, anno 1651. secundò Viennæ Austriæ, anno 1660. in 12. regali.

NICOLAUS Codenus Romanus, Auroræ ter-

tiam Salutationem exemplo Tyriorum carmine recitavit *pro Immaculatæ Virginis Conceptione.* Romæ 1630. in 4.

NICOLAUS Coeffeteau, Ordinis Prædicatorum Gallus & Episcopus Massilienſis, in libro Gallicè inscripto: Tableau de l'innocence & graces de la bien-heureuse Vierge MARIE Mere de Dieu Reyne des hommes & des Anges, cap. 5. seu 5. discursu, in quo agit latè *de puritate Conceptionis Virginis* & aliarum gratiarum, quibus Deus ipsam decoravit ab initio sui esse, &c. illam immunem à peccato originali, præservatam à culpa, atque Immaculatissimam ab instanti suæ Conceptionis asserit & defendit, à folio 111. usque 183. Lib. impress. Parisijs, anno 1623. in 12. magno. Et licèt hic millies tenuerit piam sententiam, in alio libro non ita expressè loquitur.

Item, in libro pro Monarchia Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ adversùs rempublicam Marci Antonij de Dominis quondam Archiepiscopi Spalatensis, &c. lib. 1. cap. 9. fol. 220. inquirens, an Christus suis manibus baptizaverit D. Petrum? inquit: Quod verò negat Augustinus Dominum quemquam suis manibus baptizasse, Evodij sententiam non evertit. Potuit enim Christus singulari privilegio à communi lege Apostolorum Principem (*quod etiam de Beatissima Virgine quidam asserunt*) *eximere.* Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1623. in folio magno. Hæc Virginis MARIÆ exemptio videtur respicere baptismum. Nam si hoc privilegium & exemptio respiceret originale peccatum, ita ut faceret hunc sensum: Petrus exemptus est inter Apostolos à regula universali Augustini, quia particulari privilegio baptizatus fuit à Christo Domino; sicut etiam Virgo MARIA exempta dicitur à regula universali Pauli, quia particulari privilegio fuit concepta absque peccato originali; non quidem dissentiret à verbis istius auctoris: sed quamvis hæc illatio, seu discursus non sit constans, constat tamen, quòd admittit exemptionem in Virgine à regula generali, & quòd si negaret Conceptionem Immaculatam Virginis MARIÆ, possemus arguere ad hominem, dicentes: Quamvis dicat Paulus, quòd omnes in Adam peccaverunt, Scoti sententiam non evertit; potuit enim Deus singulari privilegio à communi lege eximere Beatissimam Virginem, sicut Petrum exemit à communi lege baptismi. Militet ergo nobiscum, dum nihil contradicit.

NICOLAUS de Crutzenach, Spanhemensis Germanus, scripsit Librum unum *de purissima Virginis MARIÆ Conceptione.* Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1491. & in Bibliotheca, folio 162. Leon classe 6. Poslevinus in Apparatu sacro, tomo 2. fol. 147. Pistoia fol. 152. Sculthingius tomo 2. folio 44.

NICOLAUS de Cusa seu Cussanus, S. R. E. Cardinalis Germanus, in libro 5. Exercitationum, in sermone: Benedicta tu in mulieribus, folio 480. inquit: Sicut Eva fuit in Adam & ex illo sine semine educta est mater viventium; sic de MARIA Christus. MARIA enim erat illa mater, quæ circumdabat virum, qui est Christus: & sicut Eva vocatur prima mater viventium, ita MARIA secunda mater. Nam ipsa MARIA nomen sortitur ex secundo Adam, scilicet viro quem circumdedit, sicut prima ex Adam virago. Et attende, quòd si semen tritici seminatur in terra pluries, aut plus & plus in bona terra melioretur, & in fine fit optimum; & illud triticum censeatur semen Abrahæ, & terra optima corpus Virginis gloriosæ: & fit quasi ex tritico panis, cujus portio recipiatur & convertatur in corpus Christi per virtutem Spiritus sancti. Sicut per Sacerdotem in Altari transubstantiatur, sic censendum est semen Abrahæ, quod latitabat in semine de quo nata est Virgo MARIA, *esse purificatum in materia,* de cujus substantia erat & est transubstantiatio facta, quia in substantiam Jesu conversum est virtute Spiritus sancti, &c. Vide alia in eodem sermone. Item, in eodem libro 5. ex sermone: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, folio 494. inquit: *Virgo gloriosa cùm esset prædestinata ante sæcula,* ut ex ipsa reciperet Dei Filius naturam humanam, ut Dei Filius fieret Filius hominis, *ità concepta est, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate MARIÆ, quare humana natura Virginis digna facta est ab initio;* nam etsi ipsa concepta fuit ex virili semine viâ propagationis ab Adam, & quantùm ad suum initium indiguit liberatore; quia in Adam, nisi liberentur aut præserventur, omnes moriuntur, ut in Christo omnes, qui vivificantur; tamen sicut anima ejus rationalis nullo tempore fuit antequam esset corpori unita, *ita ipsa dum crearetur, sancta erat, fuit, sic etiam quòd nulla duratione fuit verum dicere Virginem fuisse sub peccato:* secundo enim instanti naturæ ipsa ex Adam non fuit uti omnes indigens gratiâ, quam assequuntur quando possunt; sed non possunt nisi prius sint capaces, hoc est, post infusionem animæ, quæ tota est capax gratiæ. *Gratia igitur affuit ei in creatione quàdo ipsa fuit capax ejus;* ita ordine naturæ non priùs fuit uti omnes ex Adam, sed allecura est prius omnibus gratiam. Nam Joannes Baptista & Hieremias sanctificati in utero citius sanctificari potuerunt, Virgo autem non. *Vnde in nullo instanti aut naturæ aut temporis, quod sequitur substans naturæ post unionem animæ & corporis, fuit sub peccato.* In umbra enim & in animalitate ex terreno Adam nascimur, quæ quidem umbra in nobis nō illuminatur actu per supervenientem radium rationis, sive animam rationalem: quoniam nisi scintillam secum ducit in similitudine lucis intelligentiæ, &c. Opera enim spiritùs nescimus moras, cui subitaneo operi assimilatur illuminatio sensibilis. Nam sole in oriente existente, sine mora radius illuminat occidentem; *sic arbitror animā conceptam in corpore prædispositio materiæ, ornamentum gratiæ recepisse à lumine solis justitiæ, & nunquam eā tenebras fuisse, ita quòd non fuerunt ullæ tenebræ per aliquod substans aut tempus imperceptibile originalis indispositionis.* Omnes gratiæ cæteris Sanctis datæ, quæ dona gratis data dici possunt, sunt quasi quædam lumina censenda animæ addita, quæ dum infunderentur, non expulerunt omnem malevolentiam tenebrosam, quam ex Adam natura habet humana. Ideo semper inclinationem & fomitem atque in concupiscentia & ira & motibus animæ sensibilis deordinationem, & impetum contra rationem experti sunt: quia animalitatis natura rationi in toto non cessit, in uno tamen plus, in alio minus: in Virgine autem gloriosa tota natura de servitute illa liberata est, omnibus istis motibus per lumē rationis extinctis & subactis, ita quòd etiam fomes seu habitualis inclinatio & murmuratio & con-

contradictio quæ manſit in membris Pauli, ibi non maneret. Talem enim naturâ exigebat Filius hominis, qui & Filius Dei, qui venit tollere peccata mundi & in Adam mortuos regenerare in vitam. Ideo quia hæc erant futura Filio Dei *ex V. ab initio Conceptionis omnia præordinata ſunt, ſine quibus Mater Chriſti eſſe non debuit. Hæc tam ſancta Conceptio*, &c Item, in libro 8. ex ſermone: Sicut lilium inter ſpinas, fol. 617. inquit: *Hoc cedit ad laudem Dei & V. MARIÆ Matris, quòd ipſa ſub principatu auctoris mortis nullo unquam tempore fuit, in qua vita debuit incarnari. Non indiguit Virgo liberatore qui ipſam abſolveret à ſententia in Adam & in poſteros ex voluptate carnis lata, cui nunquâ ſubjacuit, quia prævenit ſuccurrere miſericordia electæ Matri miſericordiæ.* Qui concipitur & naſcitur liber, non indiget liberatore à ſervitute in qua nunquâ fuit: *præliberatorem enim Virgo ſancta habuit, cæteri liberatorem & poſtliberatorem.* Chriſtus enim ſic omnium liberator, quòd & Virginis liberator & præliberator, cæterorum verò liberator, & poſtliberator. *Ipſa ſola poſt Adæ caſum non indiga, ſed plena originali juſtitiâ ut Eva, & multò magis creata fuit*, ſicut Chriſtus ſecundùm humanitatis naturam in omni plenitudine juſtitiæ multò magis quàm Adam creatus. *Sola ipſa electiſſima Dei Mater hoc habet, quod inimitio eſſende ſub ſervitute maligni deficere nequivit, puta quòd in creatione rationalis animæ in corpore & in ſeparatione à corpore in poteſtate maligni nunquam fuit. Sola igitur glorioſiſſima Virgo non reperitur tempore ullo peccato originali ſubjacuiſſe; anima ejus creata non in umbroſo ex Adam corpore indiguit luce vitæ, quæ copioſæ creationi abſq; mora ulla coaffuit.* Non eſt Maria deleta de libro principis mortis, quia nunquam in eo ſcripta fuit; ſed inſcriptio ejus ex æterna præfinitione, antequam concepta ad librum vitæ pervenit. Lib. impreſſ. Baſileæ 1565. in folio, & Pariſiis anno 1514. in folio. Alia non pauca habet Auctor iſte antiquus pro myſterio Immaculatæ Conceptionis, quæ tranſcribere eſſet ſatis moleſtum. Hunc aliqui Scriptores Ordinis Prædicatorum voluerunt ſine fundamento facere ſuum.

NICOLAUS Dalmatius de Avigliana, Ordinis Sancti Auguſtini Italus, in lucem dedit Librum elaboratum à R. P. Ambroſio Landucio Senenſi de Origine templi Virginis Mariæ ad portam Flaminiam ſive del Populo, ubi quamplura extant *pro Immaculata ac puriſſima Virginis Conceptione*. Lib. impreſſ. Romæ 1640. in 4.

NICOLAUS Diaz, Ordinis Prædicatorum, in libro de Roſario Dominæ noſtræ, folio 159. de Indulgentiis conceſſis die 8. Decembris *pro feſtivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Ulyſſiponæ 1575. in 16.

NICOLAUS Dinckelſerbuel, ſæcularis Doctor, ſcripſit Sermonem ſeu Concionem ſuper illa verba: Cùm eſſet deſponſata, *ubi Virginem Dei Matrem MARIAM abſq; originali macula commendat.* Ita Daniel Agricola in Corona Conceptionis Virgineæ, folio 175.

NICOLAUS Duran, Societatis Jesu Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ* declamatum in Eccleſia Limenſi S. Pauli, anno 1617. in feſtivitate Expectationis, & extat impreſſ. in Relatione Antonii de Leon. Limæ 1618. in 4.

NICOLAUS, Epiſcopus Myræ ſive de Bari, ac Sanctus, revelavit Helpino ſeu Helſino Abbati quando & quomodò celebranda eſſet feſtivitas *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* de quo latè Antonius Beatillus de Bari in ejus vita ſeu hiſtoria, libro 5. cap. 19. folio 237. & citat Jacobum de Voragine die 6. Decembris, Petrum de Natalibus libro 2. cap. 42. Petrum de Ribadeneira die 6. Decembris, Arnoldum Dubion lib. 5. cap. 103. Ferreolum Locrium lib. 6. cap. 2. Jacobum Clithovæum libro 4. Hymnum feſtivitatis S. Nicolai in Breviario Eccleſiæ ipſius, Saavedra num. 348. Franciſc. Bonæ-Spei, tom. 4. fol. 221. num. 99. Marrac. in Antiſt. Marianis. Vide quæ diximus in Antonio Beatillo.

NICOLAUS Erardus vel Heradus, Societatis Jesu Lotharingius, Patriâ Tullenſis, ſcripſit *de Conceptione Beatæ Virginis* Conciones ſacras, ut teſtatur Hippolytus Marraccius in Bibliotheca, folio 168. & in Catal. Marian. ad annum 1608. Piſtoia fol. 157.

NICOLAUS l'Eſcalopier, Conſiliarius Regius Gallus, in libro: La femme forte Judith, figure de l'ame genereuſe, &c. die 10. §. 13. à fol. 513. uſque 547. latè tractat *de Immaculata Virginis Conceptione & præſervatione*. Lib. impreſſ. Pariſiis, anno 1646. in 4.

NICOLAUS Fator, Ordinis Minorum Hiſpanus ac Beatus, ſuſtinuit ſententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert in ejus vita Joſeph Eximin cap. 44. Daza libro de Concept. cap. 6. folio 44.

NICOLAUS le Fevre, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Gallus, in libro dicto: Le myſtere de la pureté accomplie en la Mere de Dieu, agit de ejus perpetua puritate in anima & corpore, ac particulariter folio 42. dicit *quòd perſona Beatæ Virginis in ſua Conceptione & Nativitate non fuit incluſa in ordine naturæ, &c.* vocatque paſſim ejus puritatem Immaculatam. Lib. impreſſ. 1653. in 8.

NICOLAUS de Finali Mutinenſis, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit Poëticè Librum, cujus titulus eſt: Monile Chriſti & Mariæ, in quo per quinquaginta metr. differentias probat *immunitatem ac puritatem Virginis MARIÆ*, ut refert Joannes Tamayus de Salazar ad annum 1525. fol. 286. ex Ant. Senen. folio 183. Sed neſcio quo fundamento hunc citet pro noſtra ſententia, nam contrarium inſinuat Antonius Senenſis, cùm dicit: Scripſit tam vulgari lingua, quàm Latino ſermone ligato Opus ſeu Tractatum, quòd ſolus Chriſtus fuerit ſine peccato; & in eo tota materia de Conceptione Virginis elucidatur.

NICOLAUS Flores, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem regalem *circa præſervationem Virginis MARIÆ à peccato originali*, & eſt apud Didacum Cano de Concept. folio 98.

NICOLAUS de Formanoir Presbyter, in lib. Sanctæ Fidei Catholicæ confeſſio, ſumma complectens dogmatum, quæ Catecheſi ex præſcripto ſacri Concilii Tridentini traditur, Pſam. 15. ad illud: Natus ex Maria Virgine, fol. 21. inquit: Et nos in Adam primo parente mortui, in gratia & gloria ſecundi Adam reviviſcimus. Maledictio Evæ *in benedictionem mutata eſt MARIÆ, &c.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1605. in 8.

NICOLAUS Galerius, Vicarius Generalis S. Caroli Borromæi & Canonicus Patavinus Italus, in libro: Evangeliorum per univerſum annum

explicandorum ratio, unà cum usu Catechismi, folio 219. Decembris die octava *Conceptionis Beatissimæ Virginis*, sic inquit: *Virgo sanctissima concepta sine ulla labe* editura erat statuto tempore maximo miraculo Dei Filium, &c. Et post pauca: *Conceptionis Immaculatæ prærogativam* fuisse maximum argumentum, quibusnam instrumentis, &c. Et subjungit: Possent multa dici de statu primi hominis, de peccato originali, *ut ó, ab omnibus illis miseriis præservata fuerit Beatissima Virgo.* Impress. Coloniæ 1588. & Ferrariæ Italicè 1592. in 8. & Brixiæ 1589.

NICOLAUS Gazet, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Historia sacra, &c. Gallicè, fol. 129. serm. 7. agit *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali.* Lib. impress. Atrebati 1616. in 8.

NICOLAUS Glasberg de Moravia, Ordinis Minorum, typis mandavit Trilogium animæ R. P. Ludovici de Prusia, in quo extat quæstio celebris *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut videre est in lib. impress. Nuremberg. 1498. in 4. & alia, quæ videri possunt verb. Ludovicus de Prusia.

NICOLAUS Goleyri, Poëta Gallus, in Carmine ad Virginem Mariam, sic inquit:

O benedicta Dei Genitrix, te crimine solam
Immunem Natus contulit esse tuus.
Ipse tuam formans animam, sic Virgo redemit,
Crimina quæ primi nulla parentis habes.
Non fuit in toto conceptus sanctior orbe,
Si non de Nato sint mea verba tuo.

Extant hæc Carmina manusc. in Bibliot. Patrum Cœlestinorum Parisien. cum Operibus Dionysii Fabri in 8. antiquis characteribus.

NICOLAUS Gorran, Ordinis Prædicatorum Gallus, in Commentarijs in quatuor Evangelia in Evangelium Sancti Lucæ, cap. 1. fol. 494. ad illud: Ave gratiâ plena Dominus tecum, inquit: In hac Salutatione commendat Angelus quatuor in Beata Virgine. Primò *universalem culpæ carentiam, cùm dicit: Ave.* Secundò redundantis gratiæ abundantiam, cùm subdit: Gratiâ plena. Tertiò specialem Dei præsentiam, cùm addit: Dominus tecum. Quartò singularem super alias mulieres prærogativam, cùm addit: Benedicta tu. *O gloriosa Domina, quæ & culpâ caruit universaliter & gratiâ emicuit abundanter.* Deum præsentem habuit specialiter, & mulieres omnes præcellit singulariter. Dicit ergo Ave, *quasi sine væ*; prima enim mulier genuit nos cum multiplici væ: facta est enim nobis tantùm mater malitiæ, mater discordiæ, mater ignorantiæ, mater miseriæ; sed Beata Virgo facta est mater dilectionis contra væ malitiæ, mater timoris contra væ discordiæ, mater cognitionis contra væ ignorantiæ, mater spei sanctæ contra væ miseriæ, &c. Proinde: Dominus tecum. Dominus (inquit) qui te præelegit, Dominus Filius qui te desponsavit, Dominus Spiritus sanctus qui te consecravit. Dominus ergo tecum, quia tu totius Trinitatis nobile triclinium. Dominus quippe Pater tecum, quia se tibi associavit in unitate prolis. Dominus Filius tecum, quia te sibi sociavit in causa nostræ salutis, ut sicut per hominem Adam & Evam mors intravit in mundum, sic per Christum hominem & Mariam Virginem vita, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1617. in folio. Qui dicit Virginem habuisse universalem culpæ carentiam, & quòd caruit culpâ universaliter, & quòd fuit absque omni væ, clarè fatetur ipsam caruisse originali peccato: hæc enim est culpa universalis, in quam universi incidunt.

Item, in Fundamento aureo omnium anni Sermonum, in festo Annuntiationis serm. 11. folio 133. ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Ab his commendat Angelus specialiter Beatam Virginem, scilicet à recta ordinatione; respectu sui, cùm dicit: Ave gratiâ plena; respectu Dei, cùm subdit: Dominus tecum; respectu proximi, cùm addit: Benedicta tu in mulieribus. Ipsam verò respectu sui commendant tria, scilicet *omnis mali carentia, ibi Ave, id est sine væ*; spiritualis boni præsentia, ibi gratia; præsentiæ abundantia, ibi plena, &c. Qui omne malum excludit à Virgine, nullum admittit in ea: sed peccatum originale est malum & primum & maximum; igitur.

Item, Sermone 8. de Nativitate Virginis folio 170. ad illa verba: Fons ascendebat de terra, inquit: Fons enim de terra nascitur, & tamen terræ conditiones non sequitur; quia cùm terra vilitatem, opacitatem, ponderositatem habeat, fons è contra habet puritatem, claritatem & agilitatem. *Sic Virgo nata de massa corruptionis non tenuit conditionem corruptionis, sed habuit puritatem mentis*, agilitatem boni operis, claritatem conversationis, &c.

Item, Serm. 6. ad illud: Egredietur virga de radice Jesse, inquit: Laudabilis generatio ex radice, quia radix regia: fuit enim Jesse pater David Regis magis ex virga, quia Virgo intacta; maximè ex flore, quia præalijs speciosus formâ; ergo secundùm originem comparantur hîc tres personæ tribus; quia comparatur radici terræ inhærenti propter culpam originalis corruptionis; *Virgo virgæ de radice egredienti propter gratiam puritatis*; Christus flori ascendenti propter prærogativam Conceptionis, &c. Jesse habuit originalem culpam, quia terræ inhærebat tanquam radix (inquit Gorran) Maria non erat terræ conjuncta, sed separata, ut virga; ideo pura & absque originali corruptione, id est peccato.

Item, infra: Et sic commendatur duplex generatio Virginis, activa scilicet & passiva. Circa Nativitatem Virginis notantur tria; *puritas Nativitatis, ibi: Egredietur, scilicet de radice, conditiones radicis non habens utpote recta sine tortuositate originalis, sursum tendens sine pronitate ad descensum criminis; pulchra sine deformitate repugnantis sensualitatis*; sanctitas innocentiæ, ibi Virga nobilitas generis, quia de radice Jesse, &c.

Item, Serm. 7. ad illa verba: Sapientia ædificavit sibi domum; tanquam venerabilis ex materia, quia ex columnis, id est Patribus sanctis, tanquam imitabilis ex forma, quod notatur in excitione: *excisa enim fuit ab omni deformitate*, & polita omni virtute, &c.

Item, Serm. 8. ad illa verba: Et vestivit eam auro purissimo, vel in vestitu aureo intus & foris, notatur copiositas gratiæ; in corona aurea dignitas gloriæ, ut primò tangat festum Nativitatis, secundò Annuntiationis, tertiò *gratiam Conceptionis*, quartò gloriam Assumptionis, &c. Ibi Conceptio potest respicere vel Conceptionem activam, vel passivam: sed cùm enumeraret Gorran festa Virginis, existimo quòd loquatur

tur de gratia collata Virgini in Conceptione passiva.

Item, Serm. 9. ad illud: Judæis nova lux oriri visa est, inquit: Ubi sub ortu novæ lucis significatur ortus Beatæ Virginis, & notantur triae Expediens Virginis Nativitas, quia Judæis oriri visa, qui scilicet tunc liberati fuerunt ex magna miseria. Excellens nascentis sanctitas, quia lux nova, *quia sine omni peccato* & pronitate ad peccandum nata est, &c.

Item, Serm. 10. ad illa verba: O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! inquit: Exigente culpa primorum parentum, nativitas sive generatio nostra triplex incommodum patitur; deformitatem, quia culpæ obnoxia; fœditatem, quia concupiscentiâ fomitis inflammata; obscuritatem, quia lucem justitiæ & gratiæ inexperta. Sed è contra *Beata Virgo antequam nasceretur ex utero, fuit sanctificata*, à concupiscentia refrigerata, luce gratiæ illustrata. Ideo hoc attendens fidelis quilibet exclamare debet: O quàm pulchra est, &c. Ex libro impress. Antuerpiæ 1620. in folio, & extat etiam manusc. in Bibliotheca S. Joannis Regum Toleti & alibi.

NICOLAUS Grandis, Ordinis Minorum, in Epistol. ad Romanos, cap. 3. fol. 66. à tergo, inquit: Eramus naturâ filij iræ, *cui Statuto sacratissima Virgo ob id quòd Dei Filium concepit & genuit, obnoxia haudquaquam extitit.* Illi quippe dictum est: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti, Lucæ 2. Si Beatus venter, quomodò sorde aliqua pollutus? Hinc Cyprianus Serm. de Nativitate Christi sanctè & religiosè dixit: Nec sustinebat justitia, ut illud vas electionis communibus lassaretur injuriis, quoniam à cæteris plurimùm differens, naturâ communicabat, non culpâ. Huc pertinet Orig. tract. diversarum Homiliarum, Homil. 1. Audite (inquit) quod Virgo in utero accipit, non ex desiderio partum concipiens, quæ neque persuasione serpentis decepta est, nec ejus afflatibus venenosis infecta. His consentit Hier. in cap. 10. Ecclesiast. Liberior fuit (inquit) cunctis hominibus à peccato Sancta Maria nullum habens fruticem peccati, nullum germen ex latere. Quibus subscribens August. lib. unico de Natura & Gratia, cap. 26. dixit: Cùm de peccato agitur, nullam ob Salvatoris nostri honorem de Maria Virgine volo habere mentionem. Ad hæc etiam Concilij Basileensis definitio, sessione 36. &c. Lib. impress. Parisiis 1546. in 8.

Item, in Epistol. ad Hebræos, cap. 9. ad illa verba: Christus existens Pontifex, fol. 148. exitans illam quæstionem; quò Deiparæ Virginis Immaculata anima profectura erat, si prior Christo diem clausisset extremum? inquit: His tamen nihil efficit Angelos à mundo condito beatitudine donatos, qui Christi merito victoriâ potiti sunt, nullius sceleris unquam conscij. Siquidem Adæ lapsus, quo cœli aditus nobis præclusus est, nihil illi obesse potuit, *qui intemeratæ V. nisi Dei peculiari dono præpediente, obstitisset*: non tamen eo inficias divinæ virtuti quidquam fore arduum aut difficile. Non enim impossibile erit apud Deum omne verbum. Lucæ 1. Deum denique suis legibus minimè irretitũ esse, & idcirco id beneficij singulari quodam munere illi conferre potuit, &c. Lib. impress. Parisijs 1552. in 8.

NICOLAUS Grenerus, Cœnobita Religiosæ Domûs S. Victoris extra muros Parisien. edidit inter alia pulcherrimum Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione* linguâ Gallicâ impressum Parisijs in 16. quem Latinè reddunt aliqui Fratres Minores, ut exeat in lucem unà cum alijs monumentis antiquis de Conceptione.

NICOLAUS de la Iglesia, ex sacro Ordine Carthusianorum Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Flores de Miraflores Hieroglificos Sagrados verdades figuradas, sombras verdaderas *del mysterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen y Madre de Dios MARIA Señora nuestra*, &c.

Item, ibidem fol. 181. adducit Appendicem sub hoc titulo: Indice alphabetico Historico y Chronologico de los Auctores que califican auctorizan y adornan las flores deste libro: dondes severa junctamente el sentimiento que tubieron *acerca del mysterio de la Immaculada Conception de MARIA Señora nuestra*, &c.

Item, in Sermone seu vespertina Oratione super illud Esther 10. Recordatus sum somnii quod videram: Parvus fons crevit in fluvium, &c. §. 2. in applicatione ad Virginem, inquit: Parvulum istum fontem, Mariam inquam, in amnem crevisse cernimus *in primo suæ Conceptionis instanti*, &c. Vide ibi. Serm. impress. Burgis 1659. in 4.

NICOLAUS Jansenius, Ordinis Prædicatorum, licèt non ex se, tamen in suo libello dicto: Animadversiones contra Doctorem Subtilem Joannem Duns Scotum & Interpretem seu defensorem illius, refert illa verba dicta contra Bzovium, fol. 54. scilicet: Oculus tuus Bzovi alia non reperiet crimina quàm duo, quæ tibi sunt maxima, scilicet impugnasse doctrinam D. Thomæ, & propugnasse *Sanctissimæ MARIÆ Immaculatam Conceptionem*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1622. in 12.

NICOLAUS Kesser, in libro dicto: Opus præclarum omnium Homiliarum & Postillarum memorabilium & egregiorum Doctorum Hieronymi, Ambrosij, Augustini, &c. in Serm. de Nativitate Virginis qui incipit: Creatoris Matrem, fol. 40. inquit: Etenim inæstimabilis benignitatis fœminam & revera Matrem misericordiæ esse agnoscimus ex eo, quòd tu quæ *mundum hunc immundum & lubricum impolluto calle transisti*, &c. Item, infra: Sicut Aurora valde rutilans in mundum progressa es, ô Maria! tu ergo pulchra es ut Luna, imo & pulchrior Lunâ; *quia tota pulchra es & macula non est in te*, neque vicissitudinis obumbratio, &c. Lib. impress. Basileæ 1493. in folio.

NICOLAUS Lancitius, Societatis Jesu Ruthenus, in libro de Praxi divinæ præscientiæ, hæc habet pro Virginis Conceptione: Legi & descripsi anno 1599. ex Actis originalibus Concilii Tridentini (quæ asservantur in castro S. Angeli Romano, & cum expressa licentia Clementis VIII. Summi Pontificis fuerunt R.P. Petro de Arrubal Professori Theologiæ in Collegio Romano, & mihi ejus socio ad aliquas horas exhibita à Cardinali Lessio) ex aliquot Decadibus Episcoporum deputatorum ad tractandum de hoc puncto *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ, omnes asseruisse illam esse conceptam sine peccato originali*, sed ob instantissimas preces aliquorum Episcoporum & Theologorum Sancti Dominici, qui illi Concilio aderant, rogantium, ne hac vice propter notam quæ

inureretur

inureretur Ordini Sancti Dominici, hoc decreto illud ederent, sed supersederent & ad aliud tempus illud reiicerent. Concilium supersedit & decretum illud non vulgavit hanc solam ob causam. Ita habetur in illis Actis Concilii, quæ diligentissimè legi, & hæc tunc excepi. Ita tom. 2. opusc. 11. prædicti libri de Praxi divinæ præscientiæ, cap. 13. pag. 49. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 4. folio 41.

Item, loquens de Revelationibus Sanctæ Catharinæ Senensis, affirmat se bis legisse prædictas revelationes cum accurata attentione, nullam tamen prorsus invenisse revelationem, quæ in specie vel indirectè indicet *Sanctissimam Dei Matrem esse in originali peccato conceptam, aut ullâ maculâ in sua Conceptione coinquinatam.* Verbaque illa in oratione decima sexta, esse additamentum aliquorum Fratrum, &c. Vide tom. 2. opusc. 11. de Praxi divinæ præscientiæ, cap. 13. lib. impress. anno 1645. & Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concept. dissert. 7. adnot. 2. fol. 355.

NICOLAUS de Lira, Ordinis Minorum Gallus, in Postilla sua super Caput 1. Lucæ ad illa verba: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, inquit: Et bene dixit: Superveniet in te, quia priùs venerat Spiritus sanctus super Virginem adhuc in utero matris existentem, eam ab originali purgando, ut communiter dicitur: vel secundùm alios, *ut communiter etiam dicitur, à peccato originali præservando.* Sed in Conceptione Filii Dei superveniet Spiritus sanctus, id est, iterum veniet ad conferendam majorem gratiæ plenitudinem, quæ non solùm sanctificabit mentem, sed etiam ventrem. Ita tomo 5. Gloss. Impress. Venetijs 1603. col. 686. & Duaci. Venetijs 1488. per Octavianum Scotum. Et ita extat in manusc. quod extat in Biblioth. Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ: at in alia impressione facta Venetijs anno 1482. inquit: Et bene dixit: Superveniet in te, quia priùs venerat Spiritus sanctus super Virginem adhuc in utero matris existentem, eam ab originali purgando, ut communiùs dicitur, vel secundùm alios à peccato originali præservando, &c. Sed de hac auctoritate vide Radios Solis Veritatis.

Item, in lib. 3. Esdræ, cap. 3. ad illa verba: Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum & iniqua illorum omnium opera, & non est in ipsis veritas, sic ait Liranus: Multi enim Reges, mulieres & homines fecerunt iniquitates accipiendo iniquitatem pro crimine enormi, & sic est hîc hyperbole, sicut cùm dicitur: Omnes de civitate vadunt ad tale spectaculum, id est multi: si autem accipiatur iniquitas pro peccato quocumque, sic generaliter omnes dicuntur iniqui, *excepto homine Christo & Beata Virgine*, de quibus non loquebatur Zorobabel, &c. Extat tom. 2. col. 1430.

Item, in Epistol. ad Thessalonicenses, cap. 4. ad illa verba: Quia nos qui vivimus, qui residui sumus, &c. inquit: Quod hîc dicitur: Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur scilicet vivi usque ad adventum Christi, simul rapiemur cum illis, id est, cum mortuis resuscitatis obviam Christo descendenti ad judicium; & dicunt quòd Apostolus se connumerat eis, eò quòd pertinet ad idem corpus Ecclesiæ; sed hæc expositio primò deficit in hoc, quòd dicit aliquos sine morte ad immortalitatem transire, *quia descendentes ab Adam, præter Christum & Matrem ejus, incurrerunt originale peccatum, cujus pœna est mors*, & ideo omnes solvent debitum mortis, &c. Et ad marginem extant hæc verba: *Ecce Beatæ Virginis immunitas ab originali peccato*, &c. quæ nota marginalis est Francisci Fenuardenti. Vide Glossam ordin. tom. 6. col. 694.

Item, in Postilla super Magnificat ad illa verba: Quia fecit mihi magna: Fecit magna (inquit) quia fecit mihi magna *in sanctificatione*; sed maxima in Filij Dei Conceptione, qui potens est; virtute enim potentiæ Dei infinitæ facta sunt hæc, &c.

Item, in Expositione Hymni: Ave maris stella, ad illa verba: Sumens illud Ave, inquit: Et quia tù es sumès illud Ave, id est, salutationem quæ fertur ab ore Gabrielis, funda nos in pace, id est, in æterna beatitudine. Tu (dico) mutas nomen Evæ in Ave, *maledictionem Evæ in vitam æternam, id est, in tuâ benedictionem*, &c. Lib. impress. Lugduni 1500. in 4. Et nota, quòd hic liber est singularis & rarissimè invenitur.

NICOLAUS Lombardus Macetensis, Societatis Jesu Gallus, in libro Expositionis Esdræ & Nehemiæ, seu Commentario litterali, allegorico & morali, ad cap. 2. vers. 1. fol. 348. agens de domo in quam ingressus est Nehemias, inquit: Per eam domum intelligitur Virgo Beata, *quæ Spiritus sancti charismatibus præ cæteris fuit tecta, & ut ipse ordinata ab æterno*, & veriùs quàm templi Salomonis habitatio præparata non homini, sed Deo Verbique incarnati in plenitudine temporis domicilium facta, &c. Lib. impress. Parisijs 1644. in fol. Sic ordinata ab æterno, tecta & præparata sigitur & a primo Conceptionis instanti tecta & præparata: ab illo enim cœpit fieri templum Dei.

NICOLAUS Lorinus, Ordinis Prædicatorum Italus, habet *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Concionem unam. Florentiæ 1615.

NICOLAUS Manerbius seu Malerbius, Ordinis Camaldulensis Italus, *de Conceptione MARIÆ Virginis* Historiam. Venetijs 1525.

Item, Italicè reddidit Legendam *Conceptionis Virginis MARIÆ* à Jacobo de Voragine Ordinis Prædicatorum scriptam. Lib. impress. Venetijs 1600. in 4.

Item, posuit Tractatum *de miraculis Conceptionis gloriosissimæ Virginis MARIÆ* in Legendario Italico. Impress. Venetijs 1475. in folio magno, ubi latè agit de mysterio, & miraculis antiquis circa idem.

NICOLAUS Massiliensis Episcopus, natione Gallus, subscripsit Decreto edito à Concilio Provinciali Avinionensi, ad annum 1457. *de observanda festivitate Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, juxta statutum Concilij Basileensis. Vide Purpuram Marian. folio 369.

NICOLAUS Monachus Sancti Albani, Ordinis S. Benedicti Cluniacensis seu Cisterciensis, Secretarius ac Discipulus Sancti Bernardi, *pro defensione immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ad Petrum Abbatem Sancti Remigij Epistolam unam, quæ inter Epistolas Petri Celensis est num. 166. folio 368. Lib. impress. Lutetiæ 1613. in 8.

NICOLAUS Monachus (absque alio nomine) in Expositione Cantici Magnificat, ad illa verba: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, inquit: *Beata fuit habens effectum purissimum, sine contagione ut esset candor lucis æternæ quod animam*

animam, & speculum sine macula quoad corpus. Ita Cardinalis Joannes Vitalis in suo Tractatu de Conceptione libro 4. conclu. 7. An verò iste fuerit distinctus à Nicolao Monacho S. Albani, ignoro. Hoc unum certè scio, quòd Albanus non scripsit super Magnificat: unde videtur, quòd fuerit distinctus.

NICOLAUS à Montmorency, Comes de Estera, Habeskerke & Vendogii, in libro: Solemne convivium bipartitum de præcipuis solemnitatibus Domini nostri JESU CHRISTI, Beatæ MARIÆ & Sanctorum, part. 2. fol. 524. in Exercitio *pro solemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ* advertit sequentia: *Officium Conceptionis Beatæ MARIÆ* usque ad folium 530. Item, Meditationem *de Conceptione Immaculata Beatissimæ Virginis MARIÆ* ex Christophoro Barrachino. Item, Meditationem gaudiosam *Conceptionis Immaculatæ Genitricis Dei MARIÆ* ex Psalterio tripartito Virginis. Item, aliam Commemorationem *de æternali Conceptione sive electione Sanctissimæ Virginis MARIÆ* cum Oratione. Item, aliam Orationem *de Conceptione Virginis* ex Justo Lanspergio. Item, alias tres Orationes ejusdem *de Conceptione Virginis.* Item, Congratulationem & Orationem *de Virginis Deiparæ Conceptione* ex Vincentio Bruno.

Item, in libro: Exercices devotes à l'honneur de Madame S. Anne mere de la glorieuse Vierge MARIE, consideratione 2. de Circumstantiis Conceptionis & Nativitatis Virginis, & de Consolatione quam S. Anna recepit, folio 8. *Quomodò Virgo MARIA fuit concepta & præservata ab omni macula originali, repletaque à ventre matris suæ omni gratia, perfectione & virtute.* Impress. Bruxellis 1610. in 8.

Item, de Gaudiis Beatæ matris Annæ *in Conceptione filiæ MARIÆ*, cum salutatione & precatione ad Sanctam Annam ex Joanne Trithemio. Quæ omnia reperies in prædicto libro à folio 534. usque 553. Impress. Antuerpiæ 1617. in 8.

Item, in libro dicto: Manna absconditum, seu Spiritualis dulcedinis, part. 1. cap. 10. in Exercitio ad Virginem MARIAM in septem Hebdomadæ dies partito, *de immunitate, puritate, pulchritudine, incomparabili gratia*, &c. Vide à folio 400. usque 600. Lib. impress. Coloniæ 1616. in 8.

Item, in libro dicto: Djurnale pietatis in quatuor partes partitum, art. 3. folio 49. in Exercitatione pro Dominica die: *Quòd Virgo MARIA fuerit immunis ab omni culpa*, &c. Impress. Antuerpiæ 1616.

Item, in parte posteriori Manna absconditi, fol. 590. inquit: Gloria sit tibi, Domina mea MARIA Virgo Mater Dei, quæ ab eodem Angelo, quo Christus tibi nuntiatus fuit, Patri ac Matri tuæ nuntiata es: eorum conjugio honestissimo *concepta* & genita fuisti. Impress. Lovanij 1602. in 8.

NICOLAUS Natus Nucerinus, ex Seminario Romano Clericorum, recitavit cum alijs Speculũ Socraticum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Romæ 1632. in 4.

NICOLAUS Nigidus, Siculus Messanensis, Doctor Theologus Italus, in Summa sacræ Mariologiæ, id est, Theologia de MARIA part. 1. quæst 4. de Parentibus sanctissimæ Virginis, art. 6. Utrum Beata Virgo fuerit Annæ & Joachim filia? quærens quare Joachim & Anna non nominentur in Scriptura Parentes Virginis MARIÆ, inquit: In Christi Domini genealogia nominati non sunt, cùm tamẽ fiat Josephi mentio: nimirum, ut alta & præclara de Virgine cogitemus, *ne peccato Adæ maculatam* putemus, nominatis ejus Parentibus tanquam ab Adam descendentibus, fol. 80. Item, in eadem quæst. art. 7. fol. 81. Quòd Virgo fuit ex vi Conceptionis obnoxia peccato originali, ac consequenter indiguit redemptione. Item, quæst. 6. de Nobilitate Beatæ Virginis, art. 3. Utrum Beata Virgo fuerit opus operum Dei, & opus per excellentiam? respondens ad argumentum 4. scilicet, *quòd Virgo MARIA nunquam fuit justificata, quia nunquam fuit impia*, inquit: Cæterùm quod ad justificationem attinet; sanctificatio, quâ prævenit Deus ne egeat quis justificatione, summa justificatio est, & summa sanctificatio: summa medicina est, quæ præservat à morbo, folio 125. Item, eadem quæst. art. 7. Utrum Beata Virgo rectè dicatur thronus Salomonis? inquit: Fuit Beata Virgo de ebore, *fuit enim de Immaculata & imputribili carne*: propter quod meritò caro ejus sanctissima & purissima passim, ipsa verò immortalis Virgo de immortalitate plena à Patribus appellatur. Rursum fuit & gratiâ plena, &c. ut nullam in pectore Virginali particulam vacuam relinqueret; sed tota virtute, toto corde tota anima diligeret, & esset gratiâ plena, folio 138. Item, quæst. 7. de Nobilitate Beatæ Virginis art. 1. Utrum Beata Virgo sit filia Dei? ait: Et ideo etsi Beata Virgo vel nunquam, vel serò baptizata est, *non propterea non ab initio fuit filia Dei*, folio 144. Item, quæst. 13. de Effectu intrinseco maternitatis Dei, quæ est gratia, art. 2. Utrum Matri Dei uberior quàm cæteris gratia debita sit? inquit: Ad primum ergo dicendum: *Quòd etsi in Matre Dei non fuit delictum*, tamen proper naturam, quia fuit ex viro, esse debuit causa omnium delictorum, & ideò superabundaret & in ipsa debuit gratia, immo tantò magis quantò in ipsa non jam delendũ fuit peccatum, sed ne influeret unquam, per gratiam avertendum, quod summa de peccato victoria est. Atque id esse videtur, quod Augustinus dixit lib. de Natura & Gratia: Scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum. Plus autem dicit, quia ante pugnam vicit, quod est ex omni parte. Itaque ubi superabundare debuit delicto, victoria debuit gratiâ superabundare folio 195.

Item, quæst. 17. de Prædestinatione Matris Dei, art. 5. Utrum B. Virgo prædestinata sit in Matrem Dei ante præviſum peccatum originale? ad quam respondet: Quòd etiamsi Adam non peccasset, Deus incarnatus fuisset, seu carnem in Virginis utero sumpsisset, *ac per consequens prædestinata ante præviſionem peccati originalis*: Alia adducit prædictus Doctor in libro dicto; verbi gratia, quòd in Beata Virgine MARIA nihil injustum fuit, nihil defectuosum, & his similia quæ ejus immunitatem indicant. Lib. impress. Panormi 1602. in 4.

NICOLAUS Nigri Italus, in Vita S. Nicolai stella 10. de Sanctitate Virginis MARIÆ, *eò quòd absque macula peccati originalis fuerit concepta*, fol. 54. Romæ 1606. in 12.

NICOLAUS de Nise seu Dionysius, Ordinis Minorum Gallus, in quatuor libros Sententiarum, Resolution. Theologor. tract. 4. parte 1. propos. 5. quæst. 1. Utrum Virgo MARIA fuerit exempta à peccato originali? &c. sic dicit: *Virgo MARIA fuit totaliter immunis ab originali peccato.* Venetiis 1574. in 8. Parisiis 1574. in 8. à folio 333. usque 335.

Item, *de Conceptione purissima sacratissimæ Virginis Matris Dei* Sermonem pulcherrimum. Item, pro Nativitate seu *Conceptione Beatæ MARIÆ* Sermonem alterum. Argentinæ 1510. in folio.

Item, in libro dicto: Gemma prædicantium, tract. 3. de Peccati annihilativa offensione, puncto 1. de Peccato originali, folio 120. se remittit ad Sermonem *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Parisiis per Franciscum Regnault sub signo S. Jacobi in 8.

Item, in libro dicto: Sermones impretiabiles, folio 9. *pro festo purissimæ Conceptionis MARIÆ* Sermones duos, super illud: Nondum erant abyssi, usque ad fol. 13. Item, ibidem fol. 143. in Sermone 1. super Ave Maria, sic inquit: Secundus ternarius, sive secunda trinitas. *Primò fuit sine væ originalis injustitiæ.* Cant. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Secundò sine væ actualis malitiæ. Augustinus: Cùm de peccatis agitur, nullam prorsus de Maria volumus habere quæstionem. Tertiò sine væ, &c. Lib. impress. Parisiis 1510. in 8. regali.

NICOLAUS Oranus, Leodiens. Ordinis Fratrum Minorum, in libro dicto: Exilium generis humani fœlicissimum Concionibus explicatum, quibus misericordia & veritas Dei erga primos parentes & eorum posteros elucescit; Cantic. 14. applicando *ad festum Conceptionis* vel Nativitatis Virginis super illa verba: Maledicta terra in opere tuo, cujus argumentum est: Quomodò in terra per opus Adæ maledicta terreni omnes filii ab eo propagati comprehenduntur? Quòd omnes quando nascuntur, sunt opus Adami fructusque istius terræ. *Quomodò successu temporis in benedictionem maledictio mutata sit per terræ, scilicet B. Virginis,* & fructûs terræ, scilicet ipsius Christi benedictionem, &c. Vide ibi à folio 291. usque 310. Lib. impress. Montibus 1615. in 8.

NICOLAUS de Orbellis, Ordinis Minorum Gallus, in Compendio singulari super Sententias in 3. dist. 3. quærens: Utrum Beata Maria Virgo fuerit concepta in peccato originali? Respondet: *Fuit itaque Virgo purissima & immunis à macula peccati originalis, &c.* Quod probat per totam quæstionem, &c. Lib. impress. Parisiis 1511. in 8. & 1517.

NICOLAUS Oresmus sive Oresmius, natione Gallus, Caroli V. Franciæ Regis Præceptor & Episcopus Lexovensis, edidit *pro defensione Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* Librum unum. Ita Hippolytus Marrac. in Biblioth. & in Catal. ad ann. 1377. & Franc. Maria Pistoia, corona 2. folio 153.

NICOLAUS Oudaet, Jurisconsultus Bruxellensis, in libro: Ephemerides Ecclesiasticæ, seu Fastorum sacror. compendium, ad diem 8. Decembris folio 129. de Conceptione Virginis Mariæ, canit sequentia:

Seu concepta expers maculæ est, seu postea lota,
(Quod quidem ego arcanum non temerè excutiam)
Edere nos adigit MARIÆ Conceptio plausus,
Prædicta Angelico quæ prius ore fuit.
Quamquam Helsinum Abbam mersum æquove pæne Britanno
Dudum aliquis docuit quòd celebranda foret.

Lib. impress. Antuerpiæ 1601. in 12. magno.

NICOLAUS de Padua, Ordinis Minorum, scripsit *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Ant. Daza c. 6. fol. 53. ex Bust. serm. 7. de Concep.

NICOLAUS Polonus, Decretorum Doctor, in Sermonibus de Sanctis Viridar. dict. fol. 20. in serm. de Conceptione sic inquit: Nam sicut Luna est inferior loco & dignitate, ita Virgo Beata inferior est in sua Conceptione Filii Dei Conceptione, Nativitate & omnibus aliis: & ideo *supposito isto, quòd non sit concepta in originali peccato,* ut quidam piè credunt, tamen adhuc non æquiparatur, nec assimilatur Christo in omnibus. Dicit enim Ptolomæus in Almagesto, propos. 18. quòd Sol excedit Lunam quadragies octies; sic Christus excedit Virginem Matrem suam in sua Conceptione & Nativitate: ille enim de Virgine conceptus est, ista de conjuge. Secundò, ille de Spiritu sancto, hæc de viro. Tertiò, quia sanctificatio Christi in Conceptione fuit plenior quàm Mariæ, eò quòd ab instanti Conceptionis fuit anima Christi beata, non tamen sic Mariæ. Et ideò patet illorum protervia & duricies, qui nolunt concedere *illam conceptam sine originali peccato,* timentes eam per omnia assimilari Christo, aut per hoc metuentes offendere majestatem singularem Christi, si eam illi in Conceptione assimilent: quia etiam dato quòd sic esset concepta, non tamen per omnia similis esset Christo, sicut supra dictum est, eò quòd Christus respectu ipsius se habet ut Sol ad Lunam, qui maximè distant à se invicem magnitudine, loco & dignitate, &c. Lib. impress. Coloniæ 1613. in 4.

NICOLAUS Pratensis, Ordinis Cœlestinorum, enixè procuravit, ut in sua Religione recitaretur *officium Immaculatæ Conceptionis* cumoctava, cujus intercessione factum est miraculum de rosa virente per integrum annum coram imagine Virginis Mariæ. Vide Antonium Balinghen in Kalend. ad diem 15. Decembris folio 683. Joann. Halloza in Cœlo stellato, libro 1. cap. 1 folio 4. Euseb. cap. 33. folio 298. Joann. Bonif. lib. 4. cap. 17.

Item, scripsit *pro immunitate Virginis MARIÆ*, teste Franc. Maria Pistoia, coron. 2. cap. 5. fol. 154. num. 64.

NICOLAUS Querculus, Poëta Latinus, in Certamine Gratiæ & Naturæ, sic inquit:

Concurrère simul totis conatibus olim,
Cùm Christi Genitrix concipienda foret.
Horrida pugnabat natura migrantibus armis,
Quam sequitur serpens cui male crediderat;
Augebat que animos nulli sua sancta fuisse
Ipso Conceptûs tempore principia.
Illa Dei contra properat confisa favore
..... levem lumine plena gerit.
Et ne festinans fœdet natura, quod esse,
Primævo læsum vulnere sæva cupit;
Diva propinquanti longè fulminet sagitta
Arcet, & illæsum sedula servat opus:
Gratia naturam cum qua est congressa subegit,
Et forti posuit clara trophæa manu,
Puncto Conceptûs se præveniisse sub ipso
Æthereos prolem quæ fuit ante polos,
Virginis esse fatum, pareret quem Virgo, Deumque
Conciperet Virgo candida Virgineum:
Hic neque naturæ solitas neque dæmonis artes
Posse, nisi falsa prævaluisse ....
Sic fuit, ò Musæ, naturæ gratia victrix,
Sic Sacrosanctæ Virginis ortus habet.
Dicite Cœlicolæ certamen, dicite Musæ:
Ter ter, ò Musæ, dicite Cœlicolæ, &c.

Vide

Vide Gregorium Gallicanum in Mariali pag. 16. Euseb. Nieremb. libro Excep. cap. 29. folio 543. Leon classe 9. verb. Vincent. Bandel.

Item, scripsit contra Vincentium de Bandellis Tractatum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita prædictus Leon in Biblioth.

NICOLAUS Quintus Summus Ecclesiæ Pontifex (Thomas antea vocatus) natione Tuscus, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Bullam unam quam adducit Marraccius in Biblioth. & in Catal. ad annum 1455. & in Pontif. Marian. folio 145. ex Oxeda, Joann. Tamayus folio 269.

NICOLAUS de Rebbe, Athensis Flander, edidit panegyricam Orationem Theologicam *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* habitam Insulis anno 1553. in solemni festo Conceptionis Beatæ Virginis; & incipit: Plurima sunt, Optimates, Viri amplissimi, cæterique Auditores. Item, ibidem in indice sententiarum Theologicarum quę in prædictis Orationibus continentur, prima est hæc: *Beatam Virginem MARIAM in primo instanti suæ Conceptionis præservatam fuisse à peccato originali*, piè & probabiliter creditur. Est Scoti in 3. dist. 3. Bonaventuræ, Marsilij, Gabrielis, Abulensis, Lipomani, Driedonis, Tiletani, Covarruviæ, Canisij, Granatensis, Sorbonæ Parisien. anno 1549. Bellarmini, & plurimorum. Hæc ille fol. 32. Item, in quæstionibus Theologicis in prædictis Orationibus expressis, prima quæstio est: An Beata Virgo fuerit, & quando in utero sanctificata, & confirmata in gratia? Secunda verò: *An Beata V. fuerit omnino præservata à peccato originali*? Quibus satisfacit assertivè. Impress. Bruxellis anno 1597. in 4. cum alijs duabus Orationibus prædicti Auctoris, una de Annuntiatione Virginis Mariæ habita etiam Insulis, anno 1593. à folio 16. & altera de Institutione Juventutis à folio 44.

NICOLAUS Rodulphus, Ordinis Prædicatorum Italus & Generalis Magister, edi curavit Martyrologium Ordinis Prædicatorum, in quo ad diem 8. Decembris habetur: *Conceptio gloriosæ semper Virginis MARIÆ*, festum totum duplex. Impress. Romæ 1637. in 4 reg.

NICOLAUS de Roma, Ordinis Minorum Italus, Stellarium *Immacul. Conceptionis Deiparæ MARIÆ* super illa verba: Tota pulchra es Maria, & macula originalis non est in te. Impress. Neapoli 1626. in charta expansa. Vide verb. Cæsarius de Roma.

NICOLAUS Romæus, Brugensis Societatis Jesu, in libro cujus titulus est: Joannis Calvini Noviodunensis nova effigies centum coloribus ad vivum expressa, &c. de infectione personali sive originalis peccati traductione in particulares personas, folio 494. *de rationibus quare Virgo MARIA à peccato originali potuerit præservari*, &c. latè. Vide ibi.

Item, in Notis numero 4. de Extravagant. Sixti IV. & Pauli V. circa *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, &c. latè. Lib. impress. Antuerpiæ 1622. in folio.

NICOLAUS Rotius de Saio, Ordinis Carmelitarum Italus, de Societate Beatæ Mariæ sita in Ecclesia S. Joannis Conchæ Mediolan. fol. 27. de Indulgentijs pro die *Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Lib. impress. Mediolani 1591. in 8.

NICOLAUS Sævola Spoletanus, Doctor Italus, edi curavit librum Parthenicum Martij Probi Mariani Sulmonensis, ubi lib. 1. *Virginem MARIAM liberam à peccato originali* profitetur. Impress. Neapoli 1624. in 4.

NICOLAUS Salycetus, Artium & Medicinæ Doctor, Abbas Monasterij B. Mariæ de Pomerio aliàs Bogart Ordinis Cistercien sis, in libro dicto: Antidotarius animæ meditationum, confessionum ac devotarum orationum, &c. fol. 53. in aurea oratione ad B. Virginem, inquit: *Ave rosa sine spinis* tu, quam Pater in divinis majestate sublimavit, *& ab omni vę purgavit*, &c. Et in eodem fol. col. 4. affirmat, quòd contrivit antiqui serpentis caput, & passim vocat eam puram & Immaculatam, ut fol. 64. & 69. & fol. 118. Et in Rosario, inquit: *Quæ labe carens vivo de Flamine* concepisti, &c. Item, in Oratione ad Virginem gloriosam, fol. 122. col. 3. inquit: *Eia rosa sine spina*, &c. Pro omnimoda puritate Virginis vide alia ibi. Lib. impress. Lugduni 1542. in 8. parvo.

NICOLAUS Sartorius Illyricus, Societatis Jesu, edidit Manuale Sodalitatis Beatæ Virginis Mariæ, in quo agit *de Immaculata Deiparæ Conceptione*. Impress. Posonis 1639. Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. Alegambe fol. 355.

NICOLAUS Strata de Turino, Ordinis Prædicatorum, in libro: Compendio dell' Ordine, & Regola del sanctissimo Rosario della Gloriosa Vergine, &c. folio 144. ad diem octavam Decembris sic inquit: La festa de la sanctification, *seu Concettion* di nostra dona si concedeno per Gregorium IX. 100. anni è quarentene, è per Innocentio IV. Gregorio X. Nicolao III. & IV. Urbano VI. 40. anni per uno, & per Clementi IV. 40. anni, è 100. giorni, è per Sixto IV. 30. anni è trenita quarentene de Indulgence. Item, Sixto concede per ogni hora canonica dell' officio *de la Concettione* che incominca: Sicut lilium inter spinas, &c. Che sel ascolta 16. giorni de Indulgence. Item, in Litanijs folio 175. inquit: *Per sanctũ diem tuæ sanctificationis* succurre nobis Domina. Lib. impress. Taurini 1588. in 4. De verbis istius Auctoris multa possent dici; sed pro nunc breviter nota tantummodo hoc, quòd nullus Ecclesiæ summus Pontifex concessit ullam Indulgentiam sub titulo vel nomine Sanctificationis. Veritatem dicimus: nam cum summa advertentia vidi & legi Romæ ferè omnia Regesta Bullarum Vaticani. Tum sic: in verbo illo Sanctificatio, vel Auctor iste intelligit Sanctificationem Virginis in primo instanti suæ animationis: & si hoc, est pro nobis, & nobiscum sentit; vel intelligit Sanctificationem protestativam opinionis contrariæ, id est, quòd fuerit sanctificata post contractionem peccati originalis, & hoc modo falsum dicit, quia nulla est Indulgentia concessa sub titulo, non dico Sanctificationis protestativæ, imo neque Sanctificationis absolutæ. Quare judico, quòd Auctor iste loquatur de Sanctificatione in primo instanti.

NICOLAUS Suscius, Societatis Jesu Orator atque Poëta, in Opusculis litterarijs disceptatione quodlibetica de Pulchritudine Beatæ Virginis Mariæ, fol. 150. vocat Deiparam *lilium inter spinas, sine vulnere, sine plaga, sine ulla cicatrice*, nullumque fuisse corporis animique decus, nullum ornamentum, quo non sponsam suam Deus optimus maximus decoravit: ac tandem quòd nullus sermo est tolerandus, non di-

co qui MARIÆ deroget, sed qui vel minimùm derogare videatur. Lege fol. 151. & fol. 161. & 169. & 179.

Item, Elegia 3. depingens MARIÆ formam, inquit:

Hic decor est formæ, morum decus altius exit
Mente sua, nævos nullaque menda tegit.

Impress. Antuerpiæ 1620. in 8.

NICOLAUS Thessalonicensis, natione Græcus, in Expositione Liturgiæ cap. 49. appellat Virginem omnibus modis sanctam, *Immaculatam, semper benedictam*, &c. Quæ epitheta omnimodam puritatem MARIÆ, etiam originariam indicant. Vide Euseb. Nieremb. lib. Exception. cap. 27. folio 518.

NICOLAUS Tuccius, Poëta Italus, in Cantione de Beatissima Virgine MARIA, ita cecinit:

Quin con occhi del cor contemplo come
Fosti aboterno à tanta gloria eletta,
E fatta immune de l'antique fome
O liberata al men quando concetta, &c.

Extat in libro dicto: Il tempio della Imperatrice, &c. fol. 240. Impress. Venetijs 1613. in 12.

NICOLAUS de Tudeschis Siculus, Abbas Sancti Benedicti Monacens. Archiepiscopus Panormitanus & S.R.E. Cardinalis, in Commentarijs super Decretal. tom. 3. titulo de Ferijs, cap. Conquæstus, folio mihi 143. col. 3. num. 3. post alia de Conceptione Virginis MARIÆ, inquit: Et cótroversia Fratrũ Prædicatorum & Minorum, &c. Pro hoc allego bonum textum & nobilem, in cap. Firmissimè de Consec. dist. 4. *Sed credendum est Deum ab hac obligatione absolvisse à principio Beatam Virginem, ex qua debebat carnem humanam assumere: & hæc opinio mihi placet tanquam pia & satis rationabilis. Cùm enim in ea non solùm peccatum originale deleverit*; sed etiam omnem pravitatem & concupiscentiam, adeò quòd peccare non poterat, ut notatur in cap. 2. de Cons. dist. 4. & ibi vide Glossam quid operetur peccatum originale; & cùm ipsum tollat Baptismus, *fortiùs credendum, quòd à principio eam exemit ab illa obligatione originalis peccati. Et audio, quòd hanc opinionem Ecclesia approbaverit; unde hodie fit festum celebre de Conceptione in qualibet Ecclesia*, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Venetijs 1617. in fol.

NICOLAUS Turlot Bellomontanus, Licentiatus atque Præpositus & Canonicus Eccl. Cathedr. Namurcensis, in libro: Thesaurus doctrinæ Christianæ, sive Catechismus Catholicorum; part. 2. Lectione 4. fol. 266. hæc habet: Gratiâ plena. Quid est hoc: Gratiâ plena? Est prima, eaque maxima laus, quam B. MARIÆ Virgini tribuimus, *dicimusque quòd sit gratiâ plena, ex eo quòd nullam unquam contraxerit peccati maculam sive originalis*, sive actualis, &c. Impress. Montibus 1653. in 4. regali, & Gallicè Rothomagi 1647. in 4.

NICOLAUS Vernulæus, Collega Parcensis Sacræ Theologiæ Licentiatus, Historiographus Regius, tomo 2. Orationum Sacrarum in festa Deiparæ Virginis & aliquorum Divorum, folio 405. *Orat. primam panegyricam in Conceptionem Virginis MARIÆ.* Item, *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ* Orationem secundam. Et extant à fol. 405. usque 430. Lib. impress. Coloniæ 1639. in 8.

Item, recepi aliam manusc. ab eodem Auctore *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ incipit: Cùm arduum omnino, &c. Item, in alia Oratione, sub titulo: Panegyrica æternæ memoriæ & famæ Joannis Duns-Scoti Doctoris Subtilis, fol. 22. Quòd Joannes Duns-Scotus fuit propugnator acerrimus puritatis Virginis. Et fol. 26. ait: *Cùm Immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionem* frementibus ac frendentibus Adversarijs ita disputando in Scholarum pulpitis asseruit ac sustinuit, ut stare penè per Scotum tantæ Virginis honor existimaretur, &c. Latè agit deinceps de mysterio per totam Orationem. Impress. Montibus 1644. in 8.

NICOLAUS le Ville Atrebatensis, Prior Cœlestinorum Heverlensium, in libro: Hieroglyphica Mariana, à fol. 284. latè agit *de Immaculata Conceptione & Virginis à peccato originali præservatione*, atque de Tractatu Dionysij Fabri Heverlensis & Crespetij. Impress. Lovanij 1660. in 8.

NICOLAUS de Wamillies, Prior Conventûs Villarienſis Ord. Cisterc. in Sermonibus suis qui incipiunt: Dilectus meus candidus, electus ex millibus, &c. Verba ista scripta sunt, &c. in Serm. de Assumptione: Regina ingressa est domum, &c. sic inquit prope finem: Constat autem per seriem sacræ Scripturæ, *quòd B.V. immunis fuit ab omni peccato*; quia sic Psalmus: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus; & B. Bernardus dicit: Quid tanta gratia sanctificationis in ipsam descendit, quòd non solùm sanctificaret eius ortum; sed deinceps ab omni peccato custodiret immunem, &c. Manusc. in 4. in Biblioth. ejusdem Monasterij.

NICOLAUS Ysambertus Aurelianensis, Doctor Sorbonicus, tom. 1. in 3. part. de mysterio Incarnationis ad quæstionem 27. de Sanctificatione Beatissimæ Virginis latè, à fol. 588. articul. 1. num 3. Altera sententia, quam loco nostræ propositionis ponimus, est: *Beatissimam Virginem de facto fuisse immunem à peccato originali*, &c.

Item, artic. 2. num. 8. inquit: Quæres, quomodò Beatiss. Virgo fuerit exempta à peccato originali? respondetur id fieri potuisse duobus modis. Primus est, vel illam prædestinando cum Christo Domino ante prævisum peccatum Adæ, eligendo illam efficaciter in Matrem Dei, ob hanc que dignitatem eximendo illam *ab omni debito proximè incurrendi aliquod peccatum ex singulari privilegio* illi ob merita Christi D. concedendo, &c. Lutetiæ 1639. in fol. magno.

N. le Digne de Condes, &c. Gallus, in libro dicto: La Couronne de la Vierge MARIE, folio 6. à tergo: *Conceptionis Virginis.* Et adducit pulcherrimam imaginem Immaculatæ Conceptionis eum omnibus attributis. Et à folio 7. Hymnum *Conceptionis Virginis MARIÆ* Gallicè, usque ad fol. 33. ubi latè loquitur de ejus præservatione à peccato originali, &c. Item, fol. 35. explicat Hymnum Ave maris stella *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis.* Habet alia usque fol. 44. Impress. Parisiis 1612. in 12.

N. Maistre Vigor, Gallus Theologiæ Doctor, Regius Concionator & Archiepiscopus Narbonensis, in libro: Les Sermons & Predications Chrestiennes & Catholiques sur les Symboles des Apostres, fol. 235. *pro die Conceptionis Virginis nostræ Sermonem* latum, ubi apprimè nostram tuetur sententiam. Impress. Parisijs 1577. in 8.

NORBERTUS Germaniæ Primas, Archiepiscopus Madeburgen. Sanctus, Ordinis Præmonstratensis Fundator, ad annum 1129. accepit à Beata

à Beata Virgine veſtem candidam, quâ ipſe & ſub eo militaturi Fratres uterentur *in teſtimonium eius originalis innocentiæ, ut vitâ, verbo & habitu ejus Conceptionem ſine macula profiterentur.* Ita Moerbetius, tom. 2. Scalæ purpureæ, fol. 132. Vide Verb. Præmonſtratenſ. Marracc. in Fundat. cap. 13. fol. 83. Auguſt. Vigman. in Brab. Mar. lib. 1. cap. 5. & in Sabbatis Mar. cap. 7. Philippum Quintanilla, Joannem Paige & Euſebium de perpetuo objecto Conceptionis cap. 7. fol. 36. Rſſ. D. Simeomo in Theſibus Theologicis. Item, præterquam quòd recepit illam candidam veſtem in memoriam *ſacræ Conceptionis, approbavit & introduxit officium Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, in quo habentur hæc verba: *Ave Virgo, Spiritu ſancto præſervante, quæ de tanto parentis primi peccato triumphaſti innoxia.* Vide Joannem Euſebium de Exception. cap. 26. fol. 439.

NUNUS Alvarez Pereira, Conneſtabilis, Portugalliæ Hiſpanus, in Oppido de Villavitioſa templum *Conceptionis Virginis MARIÆ* novis amplificavit ædificijs. Vide Hippolytum Marraccium in Principibus Marian. verb. Theodoſius Brigantiæ.

O.

OCTAVIANUS Beſſozus Mediolanenſis Italus, in libro: Exercitiorum ſpiritualium ſuper Evangelia totius anni, fol. 197. *de Conceptione Virginis Dei Matris MARIÆ*, ad illud: Liber generationis Jesu Christi, punctum unum. Impreſſ. 1595. in 8.

OCTAVIANUS Stepharius, ſive Staparius delnciſa, Ordinis Minorum Italus, *in feſto Conceptionis Immaculatæ glorioſæ Virginis MARIÆ* Concionem unam.

Item, pro primo Sabbato Cinerum Concionem alteram in qua oſtendit *MARIAM à peccato originali fuiſſe immunem*, ſub hoc titulo: Quâ ratione ſacratiſſima Angelorum Regina metaphoricè navi æquiparetur, quibuſque virtutum ac ſacrarum prærogativarum ornamentis fulciatur? ibidem fol. 5. con. 1. in libro: Sacra Concionum centuria, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1611. in 4.

OCTAVIUS Burgofortis, Ordinis Carmelitarum Italus, recognovit & illuſtravit Librum meditationum ac contemplationum Ludovici Libramontis, in quo vocat Mariam mundi exemplar, *criminis omnis neſciam, Matrem plenam gratiâ, Immaculatam, ſanctam, cujus Conceptio fuit in mente divina prior abyſſis* & antequam aquarum fontes erumperent, *ſine macula*, intaminatam. Impreſſ. Venetijs 1600. in 4.

OCTOGINTA duo Doctores Pariſienſes congregati in Conventu Maturienſi ſeptima die Septembris anni 1497. in præſentia totius Univerſitatis uno ore unaque ſententia ſtatuerunt neminem deinceps Univerſitati adſcriptum iri, *quin prius ſe Beatiſſimæ Dei Genitricis à peccato originali præſervationis aſſertorem*, extremumque propugnatorē pro viribus futurum juramento confirmaret, &c. Verba ſunt Henrici Spondan. in eodem an. num. 8.

ODO Abbas, in Sermonario incipiente: Spicas jubet Diſcipulos colligere, &c. in ſermone 30. qui incipit: Ingreſſus Angelus ad Virginem Matrem, poſtquam dixerat Virginem Mariam habuiſſe omnem plenitudinem gratiarum, enumeraſſetq; ſex plenitudines, ſic proſequitur: *Has omnes Virgo ſingulares habuit plenitudines*; quibus ſi plures inveniantur, referantur neceſſe eſt ad iſtas, quia non differunt ab iſtis, ſed concluduntur in iſtis. *Plenitudine enim cœli, quæ gloria eſt, plena extitit, quæ cœleſtem vitam inchoavit primitus*, & conſummavit fœliciùs gaudia matris habens cum Virginitatis honore, &c. In Conventu S. Franciſci Pariſijs manuſc.

ODO Antiochenus Patriarcha, ſcripſit *de immunitate Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius de Leon in Bibliot. claſſe 11.

ODO Aſtenſis, contemporaneus Sancti Bernardi, ſuper Pſalm. 96. ad illud: Nubes & caligo in circuitu ejus, ait: *Vtrum tuam, Beata Virgo, ſolius Dei gratiâ madefactam*, hanc nubem vocaverim, &c. Iſtam, & aliam hujus Doctoris auctoritatem ex Pſal. 18. explicat R. P. Euſebius Nieremberg. in ſuo Sacro-ſyl. de incontaminata puritate ſacratiſſimæ Virg. Mariæ, quia ſi à ſola Dei gratia fuit madefacta Maria: ergo non à culpa. Lib. impreſſ. cum Operibus Sancti Brunonis Aſtenſis tomo 3. fol. 46. Venetijs 1651. in folio.

ODO Cameracenſis Epiſcopus, Ordinis S. Benedicti, in Expoſitione Canonis Miſſæ diſtin. 3. poſtquam vocavit Chriſtum hoſtiam Immaculatam, inquit: *De pura ab omni peccato creditur conceptus* & natus: *ideo Immaculata*, &c. *ab Immaculata* ergo ſumpta eſt hæc hoſtia, & ideo & ipſa Immaculata, &c. Vide Euſebium Nieremberg. in Sacro-ſyll. §. 7.

ODO Cameracenſis Epiſcopus, natione Gallus, de B. Virgine Opuſculum quoddam edidit *Gratiâ plena* prænotatum. Neſcio, ſi ſit idem cum antecedente an cum ſequente.

ODO Cancellarius Pariſienſis, ſive Gallus, Auctor antiquus, in libro: Flores Sermonum ac Evangeliorum Dominicalium, &c. Sermone Dominicæ 1. Adventûs folio 1. inquit: Per montem enim Oliveti intelligitur Beata Virgo per quam Chriſtus venit in mundum: quoniam tria conſiderantur in monte, firmitas, altitudo & quòd manè priùs radios ſolares recipit. Sic Beata Virgo firma fuit in virginitate; quia ut conciperet Virgo, Angelo conſenſit. Alta per eminentiam vitæ, quoniam ſuper choros Angelorum exaltata eſt ad cœleſtia Regna. *Radios ſolis prima recepit, quia donis Spiritus ſancti præ cæteris fuit illuſtrata*, & prima inter mulieres Virginitatem Domino dicavit. Unde non tantùm radios ſolis, ſed & ipſum ſolem, id eſt Chriſtum in utero ſuſcepit, ut ſub nube carnis à Virgine ſumpta claritas ſolis à Virgine videretur, quam ſine hac nube humanus aſpectus ſuſtinere non poſſet. Hucuſque Odo in hoc Sermone, & nihil ampliùs habet.

Item, Sermone de Purificatione fol. 36. inquit: Notandum, quòd hoc feſtum tria habet nomina; vocatur enim Purificatio, *non quia Beata Virgo indigeret purificatione, quia puriſſima facta eſt* ex Conceptione Salvatoris; ſed quia modo parentum legem voluit adimplere, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1510. in 4. Primò adverte, quòd in toto hoc libro nihil aliud habet Doctor iſte, quod directè vel indirectè ejus Conceptionem poſſit reſpicere: nam quæ habet folio 54. non pertinent ad rem præſentem; vidi & inſpexi librum omni diligentia. 2. Nota quòd Vincentius Bandellus in Opere 2. de Concept. cap. 21. fol. 36. adducit hunc Auctorem pro ſua opinione, citans quendam Sermonem de Beata Virgine. In hoc libro à me viſo non eſt alius Ser-

mo de Beata Virgine, nisi præallegatus de Purificatione, & in hoc non dico verba, sed nec iota extat ex illis à Bandello relatis. Fortè Odo scripsit aliud Opus, quod ad manus meas non pervenit, nec alii Nomenclatores viderunt; de quo alibi latè. In allegatis igitur verbis Odo magis pro nobis quàm contra nos est: nam si manè Maria recepit radios solis; quid est manè, nisi ortus? & quid ortus, nisi Conceptio? Item, si purissima ex Conceptione Salvatoris, illud ex non denotat tempus; nam Virgo non solùm à tempore Conceptionis fuit purissima, sed ante: notat igitur illud ex causam finalem, id est: propter Conceptionem Salvatoris fuit facta purissima.

ODOARDUS de Morales Italus, in libro: Rosario de la Madonna & somario della vita de Christo R.P. Ludovici de Estrada, &c. parte 2. cap. 17. pag. 270. inquit: Secondo considerando che il figlivolo di Dio nella Cruce, & la Madre de Dio, nell suo letto patirono morte, essendo il figlivolo impeccabile, *& la Madre senza peccato, &c.* Lib. impress. Romæ 1588. in 12. regali.

ODOARDUS Pachecus, Ordinis S. Augustini Hispanus, edidit Conciones sacras de festo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolytus Marraccius in Catal. ad ann. 1633. & in Biblioth. fol. 189.

ODONIUS Campanus, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Germanus, in civitate Condomii disputavit pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* coram omni populo, cujus Adversarius statim factus est mutus, cœcus & amens, &c. Ita Joan. Vital. in Defensorio, lib 4. Ancil. 7. Marrac. & Pistoia.

Item, *edidit pro puritate Conceptionis MARIÆ Virginis* Libros duos, ut refert Hippolytus Marrac. in Catal. ad annum 1351. & in Biblioth. Possevin. & Leon classe 6. & 9.

ODORICUS Raynaudus, Clericus Regularis Italus, in continuatione Annalium Ecclesiasticorũ Cæsaris Baronij, tomo. 17. ad annum 1387. num. 14. sic inquit: Excitata est Parisijs hoc anno gravissima controversia inter Academiæ Parisiensis Doctores & Dominicanos cum Joanne de Montesono, quòd nonnullas propositiones, quibus *B.V. conceptam in originali peccato contendebat*, tuendas suscepisset; ex quo in Gallijs magna in Dominicanos ipsos conflata invidia est. Rem verò gestam Clementis vitæ scriptor pluribus enarrat, &c. Et ad marginem habet: *De Conceptione Immaculata Virginis disceptatum Parisiis.* Lib. impress. Romæ 1559. in fol.

OFFICIA diversa, quæ ob devotionem mysterij Immaculatæ Conceptionis edita sunt in diversis locis, sunt sequentia: Officiũ *Immaculatæ Conceptionis* in charta pecorea pulcherrimis & deauratis characteribus scriptum. Invitat. Verbum Patris *Matrem præservans à labe peccati** Venite adoremus, &c. Primæ tres Lectiones sunt de Beato Anselmo in libro de Conceptione V. Secundæ verò agunt de præservatione ipsius à peccato originali, & incipiunt: *Quòd si quis eam primæ originis peccato*, &c. & ultimum Responsorium est ex Sancto Ildephonso: *Ab omni peccato originali Dei Matrem constat fuisse immunem** Per quam maledictio Evæ matris est soluta, & omnibus benedictio condonata. Vers. Nullis quando nata est delictis subjacuit, *nec originale peccatũ in utero sanctificata contraxit*, Perquam, &c. In tertio Nocturno sunt Lectiones Sancti Anselmi ex Sermone de Conceptione, & ultimum Responsorium est ex Sancto Thoma: *Ad summam puritatis MARIA pervenit nulla contagione inquinata peccati** Sed fuit ab originali & actuali immunis.* Versic. Purissima namque fuit, *nec originale incurrit peccatum*, mortale aut veniale; Sed fuit ab originali, &c. Extat in Biblioth. D.D. Card. Barb. num. 2397.

Officia Minorum Fratrum, sive proprium festorum Ordinis Minorum characteribus antiquis impressa fuerunt sub hoc titulo: Officia propria festorum Ordinis Fratrum Minorum ad formam officij novi redacta, quæ S. D. N. Pius V. Pont. Maxim. anno Domini 1569. die 5. Maij Pontificatûs 4. viva voce concessit, ut sic ordinata imprimerentur & à Fratribus & Monialibus eius Ordinis dicerentur. Et folio 11. extat officium proprium *Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ* duplex majus. Antiph. Sicut lilium inter spinas, &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Impress. Venetiis 1577. in 4. regali, & alibi.

Officium Mancipiorum Beatissimæ Virginis Deiparæ de Mercede: *De Conceptione Beatissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ.* Extat in libro Exercitiorum ac Constitutionum eorundem, elaborato à R. P. Fr. de la Serna, à fol. 49. usque 80. Impress. Hispali 1635. in 8

Officia propria festorum Fratrum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, ad diem 8. Decembris: *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* duplex 2. classis cum Octava. Omnia ut in Breviario; sed præter hanc diem primæ Lectiones de Scriptura occurrente legantur. Romæ 1609. in 8.

Officia secundùm usum Romanæ Ecclesiæ, in quibus extat Officium parvum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, vidimus ferè triginta in diversis mundi partibus impress. De aliquibus facimus suis locis mentionem, præcipuè verb. Horæ.

Officia propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum: *Conceptio B. Virginis MARIÆ* duplex 2. classis. Omnia ut in Breviario. Secunda die infra octavam Conceptionis, de Sermone Sancti Augustini Episcopi, qui est 18. de Sanctis. Exultat Maria, &c. In 3. Nocturno Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri, ex lib 1. in Matthæum. Romæ 1616. in 4.

Officia propria Sanctorum Toletanæ Ecclesiæ & Diœcesis à S. D. N. Gregorio XIII. & Sixto V. approbata, Illustrissimi ac Reverendissimi D.D. Gasparis de Quiroga S. R. E. Cardinalis Archiepiscopi Toletani jussu edita; & nunc denuo ad usum Breviarij Romani Pauli Papæ V. mandato Illustrissimi D. D. Bernardi de Sandoval Cardinalis & Archiepiscopi Toletani reformata, die 8. Decembris: Fit *de festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* duplex majus, ut in Breviario cum Commemoratione Feriæ. Si hoc festum venerit in Dominica, transfertur post festum Sanctæ Leocadiæ in diem decimum cum Commemoratione octavæ, Feriæ Adventûs & S. Melchiadis, &c. Matriti 1613. in 4.

Officia antiqua manusc. ubi plura sunt scripta Gallicè, ad diem 8. Decembris deauratis characteribus: Nostræ Dominæ, in quibus extat Officiũ de *Conceptione.* In Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini, num. 1849. in 8. magno.

Officia

Officia Beatissimæ Virginis Mariæ antiqua in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ MARIÆ Virginis.* In Biblioth. manusc. D. D. Barberini num. 1848. in 12.

Officia antiqua manusc. in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ* rubris characteribus. In Biblioth. D. Car. Bar. num. 332. in 8.

Officia antiqua in charta pecorea rubris characteribus, ad diem 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ.* In Biblioth. D. Car. Bar. num. 337. in 12.

Officia propria Sanctorum pro Patriarchali Basilea Doctoris Gentium via Ostiensi, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Virginis MARIÆ* duplex majus. In Bib. manusc. Car. Bar. num. 1840. in fol. parvo.

Officium antiquum *Conceptionis Virginis MARIÆ* habet hanc sequentiam:

Nullum redemit Filius
Ex omni gente dignius,
Qui te servavit providè
Mundans paterno scelere.

Ita Petrus de Navarro in libro dicto: Favores del Rey del Cielo, id est, Vita Beatæ Joannæ de la Cruz, lib. 3. cap. 14 fol. 675.

Officium Ecclesiæ & Virginis Mariæ lingua Latina & Gallica, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Parisijs 1651. in 8. magno. Officium *de Conceptione.* Venetijs 1576.

Officium *Immaculatæ Conceptionis* traductum Hispano sermone. Limæ 1639. in 8.

Officium *Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, ut habetur in Horis antiquis fol. 121.

Officium *purissimæ & Immaculatæ Conceptionis*, ut habetur in libro cujus titulus: Exercitia quotidiana pia & Mariana. Antuerpiæ 1639. in 8. & incipit: Salve mundi Domina.

Officia divina de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento *& Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, à sacra Rituum Congregatione approbata, & in omnibus Sabbatis extra Adventum & Quadragesimam, festo novem Lectionum etiam translato non impeditis, sub semiduplici recitari concessa. Lib. impress. Ingolstadij 1641. in 12.

Officium Beatæ Mariæ Virginis Pij V. Pontificis Max. iussu editum, in officio ab Adventu usque ad vigiliam Nativitatis habet imaginem pulcherrimam Conceptionis cum omnibus suis attributis. Deinde folio 175. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* Antiphonam & Orationem. Impress. Antuerpiæ jussu Serenissimor. Belgij Principum, anno 1600. in 4. regali.

OGERUS Florkin, Ordinis Minorum Leodiens. fecit sequens Opusculum: *Rythmus de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ.*

Lauda Sion plebs Mariam
Lauda Matrem & Reginam
In hymnis & canticis.
Quantum potes, tantum aude,
Quia major omni laude,
Nec laudare sufficis.
Laudis thema specialis;
Mundo pax universalis
Hodie proponitur,
Quæ in sacri libri dicto,
Per fœminam hoste victo,
Danda non ambigitur.
Sit laus plena, sit sonora,
Sit jucunda, sit decora
Mentis jubilatio.
Dies enim solemnis agitur,
In qua Matris mundæ recolitur
Divina Conceptio.
In hac stirpe novi Regis,
Novus fructus novæ legis
Adæ virus terminat.
Vetustatem novitas,
Labes purgat sanctitas,
Noctem lux eliminat.
Quod in Matre Pater gessit,
Recolendum hoc expressit
In Filii gloriam.
Docti sacris institutis,
Quòd hæc via sit salutis,
Servamus memoriam.
Dogma datur Christianis,
Matrem Christi vitæ panis,
Esse mente Virginem.
Animosa jam sit fides,
Petrus coli vult ut vides,
Juxta priscum ordinem.
Sub diversis speciebus
Magnis unam hanc in rebus
Effert mens eximia.
Pius eam laudat totus,
Hæc laus ei cibus, potus,
Hæc sunt ejus gaudia.
Facto demum, quo portento!
Sine carnis est fragmento,
Gaudens cœli firmamento,
Nec sepulchro tegitur.
Nulla ei fit scissura,
Glorioса est statura,
Caro illa quæ perpura
In Anna concipitur.
En Regina Angelorum
Facta salus viatorum,
Vera nutrix filiorum,
Non agnita canibus.
In figuris præsignatur,
Cum Juditha prædicatur,
Cum Esthere coronatur,
Exspectata Patribus.
Bone Jesu Deus verè
Pius nostri miserere,
Per Mariam nos tuere,
Totam pulchram fac videre
In terra viventium.
Tu qui cuncta scis & vales,
Matris lacte hic mortales
Pasce, posthac commensales,
Cohæredes & sodales
Fac sanctorum civium.

Extat manusc. apud nos.

OLIVERIUS Bonartius, Societatis Jesu, in Commentarijs in Ecclesiasticum adducit *pro festo Conceptionis B. Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Lib. impress. Antuerpiæ 1634. in folio. Vide etiam cap. 21. vers. 37. fol. 382.

Item, in Commentario Litterali & Morali in Estherem, in Indice cõcionatorio *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. plura invenies, præcipuè folio 424. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1647. in folio.

OLIVERIUS Mailardus, Ordinis Minorum natione

tione Gallus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Sermonem unum. Impress. Argentorati 1514. in 4.

Item, in Sabbato primæ Dominicæ Adventûs *in die Conceptionis de manè de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Sermonem unum, qui est in ordine 8. super illa verba: Abijcientes omnem immunditiam.

Item, *in eodem die Conceptionis ad Vesperas de eadem Immaculata Conceptione* Sermonem alterum, qui est in ordine 9. in lib. Sermonum Adventualium, qui fuerunt declamati Parisiis 1494. sed impress. ibidem 1521. & 1507. in 8. & Argentinæ 1512. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis & hoc titulo: Sermones de Adventu, Quadragesimales, Dominicales, & de Peccati stipendio & gratiæ præmio, &c. Lugduni 1494. in 4. fol. 36. usque 41.

Item, scripsit Dialogum inter veritatem & mendacium *pro Immaculata Virginis Conceptione*, de quo mentionem facit Daniel Agricola Scriptor sui temporis in Corona Doctorum sæpe citata in hoc libro, folio 175.

OLIVERIUS Neapolitanus, Protector Ordinis Prædicatorum, ac S.R.E. Cardinalis, ad annú 1494. præcepit ut Fratres Ordinis Prædicatorum in suis ad populum Sermonibus nullam omninò mentionem facerent *de Conceptione Beatissimæ Virginis*, &c. Vide de hac re Henric. Spond. ad annum prædict. num. 14. Vide Gregorium Ulyssiponense.

ONESIMUS de Kien, Ordinis Minorum Flander, transtulit in Latin. ling. Paradisum Virginalem R.P. Joannis de Mata Dominicani, ac per consequens Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, in quo eam à peccato liberam & immunem fatetur. Lib. impress. Antuerpiæ 1652. in 4.

Item, in libro: Medulla cedri Libani, sive Conceptus Prædicabiles super Dominicas totius anni ex Homilijs Quadragesimalib. R.D.P. Fr. Hieronymi Baptistæ Lanuza Episcopi Balbastrensis, & Albarrazini Ordinis Prædicatorum, tomo 2. folio 213. habet Concionem *pro festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, ubi ad finem habet aliqua pro ejus immunitate. Lib. impress. Antuerpiæ 1653. in 4.

ONUPHRIUS à Copurcio, Ordinis Minorũ, in Relatione Provinciæ Sancti Nicolai Varen. reformatæ sive strictioris Observantiæ, *de Capella Conceptionis* existente in Conventu Sancti Stephani Martinæ. Item, *de Capella Conceptionis* in Conventu Sanctæ Crucis Franceville. Extat hæc Relatio manusc. apud nos.

ONUPHRIUS Elisius, Ordinis Prædicatorũ Italus, in libro: Novus & copiosus thesaurus SS. Rosarij Dominæ nostræ, folio 65. *de indulgentijs pro die Conceptionis* in stationibus Urbis in Ecclesia S. Mariæ del Populo, &c. Lib. impress. Neapoli 1636. in 4.

ONUPHRIUS Zarrabbinus de Contignola, Canonicus Regularis Congregationis Sancti Salvatoris, in suis libris Italicè scriptis Homiliarum sive Sermonum (sunt enim quinque) in multis locis asserit *Virginem MARIAM fuisse conceptam absq; peccato originali & à Deo præservatam, &c.* ut videre est parte 4. in 4. Dominica Adventûs, fol. 99. & 5. part. Homil. super Missus est, fol. 159. & sermone de Nativitate Virginis, folio 182. &c. Lib. impress. Venetiis 1586. & 1575. in 4. & alibi.

ORDINES Militares in communi cultu celebrantes mysterium Immaculatæ Conceptionis, sunt omnes: sed specialiter voto ac iuramento quatuor illustrissimæ, scilicet Militia sancti Jacobi, Alcantarensis, & Calatravensis & Militia dicta Christiana se obstrinxerunt *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*; gladio se, & si opus sit, cruore defensuros Virginei Conceptûs candorem. Ita Velazquez lib. 5. de Maria Immaculatè concepta dissert. 3. adnot. 9. fol. 437.

Item, Militia Christiana *sub titulo Conceptionis* votum emisit, quòd semper tuebitur *Conceptionem Matris Dei Immaculatam*, ac in hac re & in omnibus ejus probabit gloriam juxta mentem Romanæ Ecclesiæ. Vide Armamentar. in Regest. fol. 559. De hac sic inquit Spondanus: Conceptionis ordo Militaris erectus sub titulo *Conceptionis Virginis Immaculatæ*, seu ordo de sacra Militia Christiana sub protectione Beatissimæ Virginis Mariæ, sancti Michaëlis & sancti Francisci, qui Olomuci in Morabia in Monasterio Patrum Capuccinorum die 16. Novembris institutus fuit, &c. Spond. ad annum. 1615. num. 14.

Alcantarensis ordo, seu Militia Hispanica militaris sacro-sancto juramento, ac religioso præstito voto die 2. Februarij 1653. *ad defensionem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* usque ad cruoris effusionem obligatur. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 5. de Maria Immaculatè concepta dissert. 3. adnot. 9. num. 7. fol. 436. Extat impress. Matriti apud Dominicum Garcia Morras in folio, cum imagine Conceptionis.

Jacobi Militia, seu ordo Militaris sancti Jacobi in Hispania, publico voto ac juramento se adstrinxit die 30. Decembris anni 1657. *pro defensione Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* usque ad ultimum vitæ discrimen. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 9. folio 436. Christophorus de Vega in Theolog. Mariana fol. 147. adducit votum, & extat impressum cum imagine Immaculatæ Conceptionis in folio absque anno & loco impressionis.

Calatravensis ordo seu militaris Militia Hispanica, jurejurando ac religioso voto constricta anno 1652. die 23. Decembris, *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem tuetur* ac defendit usq; ad sanguinis effusionem. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de Maria Immaculatè concepta dissert. 2. adnot. 9. folio 436. & votum ipsum apud Christoph. de Vega in Theologia Mariana folio 145. num. 458. Fuit etiam impressum per D.D. Hieronymum de Mascareñas Episcopum designatum Leyriæ. Item, est aliud Opusculum impressum sub hoc titulo: Ceremonias conque ha de celebrar la orden de Calatrava el iuramento, y voto *de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, Lunes 23. de Diciembre de 1657. & extat in 8. Item, in charta expansa extat impressus Catalogus octavæ & prædicatorum pro celebritate ejusdem mysterii *Immaculatæ Conceptionis* cum imagine, &c.

Hospitalarius ordo, sive sancti Joannis Hierosolymitani (Rhodi, sive Melitensis communiter dictus) facit suam professionem sic: Ego N. voveo Deo omnipotenti *& ejus Matri Immaculatæ Virgini MARIÆ*, & Joanni Baptistæ, &c. ut referunt Joannes Lorinus libro 13. cap. 3. Menenius in Delicijs Equestrium folio 13.

ORDO officij divini anni Domini 1644. juxta Ritum

Ritum Breviarij Romani ad mensem Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex. Habemus Capellam Chori ei dicatam, &c. Lib. impress. Romæ 1644. in 8.

Ordo divini Officij recitandi juxta ritum Breviarij Romani, Innocentij X. Pont. Max. auctoritate recogniti: De modo recitandi Officium *in festo Conceptionis*, sunt tabulæ perpetuæ. Romæ impress. 1646. in 8.

Officium Curatorum Ecclesiæ Cameracensis: *De Conceptione*. Impress. in 4. Parisijs.

Item, Officium Beatæ Mariæ dicendum à die post Purificationem usq; ad Vesperas sabbati ante primam Dominicam Adventûs, præterquam quòd in die Annuntiationis habet imaginem Joachimi & Annæ mutuo se osculantium, & Angeli annuntiantis Joachimo Conceptionem Virginis in pascuis, &c.

Ordo Officij divini recitandi juxta ritum S. R. E. ad novam Kalendarij restitutionem, cui additæ sunt festa Sanctorum tum à fœlicis recordationis Gregorij XIII. tum etiam à S. D. N. Sixto V. Pontif. Max. in ipso Kalendario nuper adjecta: *Conceptio Sanctæ MARIÆ* duplex. Romæ 1588. in 8.

Officij divini & sacrarum Missarum in dies singulos perpetua dispositione, &c. *Conceptio B. Virginis* duplex. Ad Matutinum omnia ut supra mense Septembri præter Lectiones primi & secundi. Nocturni, &c. & sic per singulos annos. Lib. impress. Romæ 1582. in 4. parvo.

Ordo recitandi divinum Officium, & celebrandi Missas juxta ritum Sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ in civitate & diœcesi Neapolitana, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex. Lib. impress. in Officina Salviana anno 1581. in 8.

Carmelitarum sub hoc titulo: Officia propria Sanctorum, & aliarum festivitatum Ordinis Carmelitarum pro Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis à sacra Rituum congregatione approbata. folio 1. *In festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* duplex secundæ classis, &c. Impress. Romæ 1629. in 4.

Ordo divini Officij secundùm consuetudinem S. R. E. & Cathedralis Cremonæ, ad diem 8. Decembris: *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* duplex. Lib. impress. Cremonæ 1590. in 8.

Ordo seu dispositio Officij divini juxta ritum S. R. E. incipiens à mense Octobris, &c. ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex. Venetijs 1580. in 8.

Ordo perpetuus divini Officij secundùm Romanam Curiam, quo quisque facilè vitare poterit errores, &c. die 8. *Festum Conceptionis Virginis MARIÆ* fit duplex, & semper celebratur die suo quamvis sit in Dominica, & Dominica transfertur ad diem Lunæ, & hoc ex dispensatione Papæ Sixti IV. & infra octavam non fit de aliquo festo, nisi esset duplex. Dominica, quæ occurrit infra octavam vel in octava dictæ Conceptionis, fit de ipsa Dominica cum Commemoratione dictæ octavæ, & transfertur dicta octava in diem Lunæ. Et nota, quòd quando transfertur dicta Dominica ad diem Lunæ, fit Officiū de Dominica ad litteram, sed non dicitur ex debito Officium B. Mariæ Virginis, nec ad Primam & Completorium dicuntur preces; & ad Primam dicitur: Qui venturus es; & non: Qui natus es de Virg. Quando fit de Dominica, fit Commemoratio *de Conceptione* in Vesperis & Matutinis; & Missa dicitur de Dominica ad litteram, & non dicitur Gloria in excelsis Deo, sed tunc dicitur Credo, & dicitur Præfatio *de Conceptione*: & totum hoc fit ex dispositione dicti Pontificis. Omnia hæc reperies in lib. impress. Romæ 1520. in 8. Et nota, quòd hæc rubrica, & alia quæ continentur in prædicto libro circa officium divinum, sunt approbata à Summo Pontifice Leone X. motu proprio, qui incipit: Cùm sicut accepimus; ut videre est in eodem libro, folio 1.

Officia propria SS. pro Basilica Beatæ Mariæ Majoris, die 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis* duplex 2. classis, etiamsi venerit in Dominica 2. classis. Romæ 1636. in 8. Et aliud Officium *de Conceptione*. Impress. 1637.

Officium *in festo Immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* cum sua octava, & quidem pulcherrimum, cujus prima Antiph. incipit: Dixit Dominus Deus ad serpentem, &c. Antiph. verò ad Magnificat sic se habet: Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus & Potestates, Virtutes cœlorum, Cherubim atque Seraphim, omnes Sancti & Sanctæ Dei *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ magnificate*: quia fecit illi magna qui potens est, Alleluia, &c. Habemus illud manusc. in 4.

Officium de septem Festivitatibus Beatæ Virginis Mariæ, quod dicitur in die Sabbati, cum imagine in qua sunt depictæ septem præcipuæ festivitates Deiparæ, & in prima seu superiori parte inter lilium est imago Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ, habet *Officium ejusdem Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ MARIÆ* pulcherrimum, & incipit Invitatorium: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum: *verè gratiâ plena, quæ mox concepta sancto Spiritu plena*, &c. Hoc Officium approbavit Leo X. summus Pontifex, & recitantibus ipsum gratias concessit. Extat impress. Neapoli per Antonium de Frizis anno Domini 1519. die 8. mensis Novembris.

Græci habent speciale Officium *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quod nunc in lucem edidit R. P. Simon Wagnereckius Societatis Jesu. Incipit: *Tuam hodie Concipientis festivitatem*, &c. Et ipsum adducit P. Ant. Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta dist. 4. adn. 1 pag. 332. & prim. impress. fol. 609. Adducitur etiam à Dominico de Gravina 2. part. tom 4. fol. 410. & incipit: *Dominus noster*, differtque in nonnullis à præcedenti.

Officium Romanum Horarum Beatæ Mariæ Virginis, folio 109. Incipit *Officium Conceptionis B. MARIÆ Virginis*. Impress. Venetijs 1562. in 12.

Officium *purissimæ & Immaculatissimæ Conceptionis sanctissimæ Virginis*, ipsique acceptissimum, ut revelatum fuit P. Alphonso Rodriguez, &c. Neapoli impress. 1641. in 12.

Officium *stellarij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut habetur in lib. impress. Neapoli 1641. in 12. lingua Italica.

Octavæ festorum, hoc est, Lectiones secundi & tertij Nocturni singulis diebus recitandæ infra octavas festorum, præsertim Patronorum locorum & titularium Ecclesiarum, quæ juxta rubricas Breviarij Romani celebrari debent, à sacra Rituum Congregatione ad usum totius orbis Ecclesiarum approbatæ: *Infra octavam Conceptionis Beatæ MARIÆ*

Lectiones. In libro impress. Neapoli 1628. in 8. Vide verb. Breviaria.

ORINGA Christiana sive à Cruce, Ordinis S. Augustini Itala, cùm esset in civitate Assisiensi in cœlum rapta, Christum conspexit splendore suo immenso supernæ illius civitatis immensa spatia collustrantem, præ cujus radijs corporei solis lux omnis obscura quodammodo erat. Videbatur qui à vestimentis ac throno Christi absistebat splendor, materialem nostrum solè illuminare, non secus, atque sol ipse lunæ lumen cõmunicat suum. Ipsam quoque vidit gloriosam Virginem Deiparam in uno cum Filio throno considere eodem conspicuam splendore, alba veste pretiosissima indutam. Hanc porro Augustam Reginam Angeli, ac Sancti omnes venerabantur singulari gaudio exultantes. Tunc turmatim à throno abscedere, cœlestique illa regione peragratâ, iterum ad ejus se prosternere pedes, atque ab ea favoris ac benevolentiæ exhibito testimonio ac benedictione impertitâ reverti, suavissimè interim psallentes, decentissimeque tripudiantes: atque id sæpius factitabant. Quæ dum fierent, prostrata ad Dei solium Oringa stuporis plenâ, cum beatis illis cœli civibus Christum, ac Christi Matrem adorabat. Compellat interim eam Christus: Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ gloriosæ exhibetur, & quâ induta est, vestem; sed scito hodie agi in cœlo celebritatem *Immaculatæ Conceptionis* ejus, quę me deinde concepit, ac peperit verum Deum ac hominem illibata semper virginitate. *Vestimenti ejus candor prærogativa est singularis innocentiæ*, &c. Ita Joannes Bollandus die 10. Januarij fol. 652. ex Razzio cap. 2. Marrac. in Lil. Marian. à fol. 329. & citat Cornelium Cursium in Vita.

ORIGENES Adamantius Græcus, de Morte magni Regis, pertractans illud Canticorum: Quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? inquit: Omnes Virgines & cæteræ Sanctæ ac mundæ mulieres, convenire vos volo à sinistris, & MARIAM Matrem Domini mei Virginem Hebræam à dextris meis constituo. Omnes vos maculam habetis originalis culpæ desuper conspersæ per totum; *sed non MARIA*. Et idem ibidem: *O MARIA Virgo pura, & sancta carens originali* decoraque, sanctior carens peccato actuali, pulcherrima & sanctissima carens quocumque veniali. Ita Anonymus in Tractatu de Conceptione manusc. Coloniæ apud Cruciferos, & apud nos in 4. qui incipit sic: Sapientia ædificavit sibi domum. Fides hujus auctoritatis sit apud Auctorem.

ORLANDUS Carmelitanus, edidit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione* per disputationes & numeros teste R. P. Francisco Bonæ spei Carmelitano, tomo 4. suæ Theologiæ disput. 12. dub. 5. fol 220. colum. 2. ad finem ex Lezana.

ORLANDUS Cathaneus, Comes ac Dominus Vallis Cassentinæ prope montem Alvernæ, S. P. nostri Francisci contemporaneus ac devotissimus, erexit in Monte Alvernæ Ecclesiam sanctæ MARIÆ de Angelis sacram: qua de causa singulis diebus sabbatinis Missa *de Conceptione ejusdem Virginis MARIÆ* in ea à Fratribus solemniter celebratur pro prædicto benefactore Orlando. Lucas Wad. tom. 1. Annal. ad annum 1213. num. 33. Marrac. in Princip. Marian.

OSBERTUS Pickingamus, vel Pickenham, vel Bickenán, Ordinis Carmelitarum Anglus, edidit Librum unum *de Immaculata Virginis Beatissimæ MARIÆ Conceptione*; de quo agit Hippolytus Marraccius in Catalogo Immacul. Conc. ad ann. 1331. & in Biblioth. folio 195. Possevinus, Pitsæus, & Leon classe 9. & 11. Pistoia fol. 155.

OTTO van Passouwe, Franciscanus Flander, ediditLibrum sub hoc titulo: Aureus Thronus, &c. Et in titulo de Honore & laude Virginis MARIÆ ita inquit: MARIA adhuc magis laudanda est ante omnes qui ex matre & patre corporaliter nascuntur, quia Deus eam *ab omni peccato voluit præservare, à veniali & mortali, & singulariter à peccato originali*, &c. Liber est impress. Coloniæ in folio ann. 1492. Sed nota, quòd in impressione non sit nomen, quia liber est anonymus. In Bibliotheca PP. Carthusiens. Ruremundæ extat nomen supra positum exaratum litteris manuscriptis: ut videre est num. 18. & etiam apud Cruciferos ibidem, numero 42.

OTTOMARIUS Lucinus, Argentinensis Germanus, pro Virginis Conceptione hæc Carmina edidit:

Desine Christiferam nativæ involvere culpæ,
Quam temeras Genitrix est veneranda Dei.
Angelus haud sensit, nec Adam contagia labis,
Et Matrem hanc audes contaminare Dei? &c.

Ita in libro Henrici de Hassia in principio. Impress. in 4.

P.

PACIFICUS de Novarra, Ordinis Minorum Italus, in Summa dicta: Pacifica de sanctificatione festorum, folio 46. ad diem 8. Decembris: *De festivitate gloriosæ Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Venetiis 1579. in 8.

PACIFICUS Porri à Gera, Ordinis Minorum Cremonensis Italus, habet Quæstionem: *Utrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato?* Resp. neg. quam R. P. Hieronymus Gallus Ordinis Minorum correxit, emendavit, atque typis mandari fecit Mediolani 1645. in folio.

PALAMEDES Gavallicensis Episcopus Gallus, edidit & approbavit cum aliis Decretum Provincialis Concilii Avinionensis circa *piam Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ*. De quo vide Purpur. Marian. folio 369.

PARATUS ..... (cujus Ordinis vel nationis fuerit, ignoratur: fuit tamen Doctor antiquus) scripsit Sermones luculentissimos de Tempore ac de Sanctis, inter quos Sermo 4. de Sanctis est *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, à fol. 256. usque 258. in quo hæc habet: Hodie Sancta Mater Ecclesia recolit, qualiter MARIA Virgo Virginum in utero matris suæ sit concepta. Circa verba proposita quatuor revera magnalia à Deo sibi facta per sanctitatem ejus tam sacram restant consideranda. Primò, quòd Deus Conceptionem suam Angelica voce nuntiavit. Secundò, *quòd ipsam tam in utero, quàm extra uterum matris suæ præ omnibus creaturis mundi mirabiliter sanctificavit*. Tertiò fecit ei Dominus magna ex eo, quòd eam tam in utero, quàm extra uterum sanctificavit; quod sic ostenditur: Cùm Beatissima Virgo MARIA concepta fuit in utero cursu naturæ, corpus suum erat

erat ad recipiendum animam aptatum, & *statim immisit ei Deus animam cum flamma Spiritus Sancti, mediante qua fuit purgata ab omni macula & rubigine peccatorum originalium.* Exemplo isto: Accipe aurum purum & mitte in testam puram & pone in igne: ignis ardet per testam & purgat aurum. Sic gloriosissimum corpus Beatissimæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ positum erat in testa, id est, corpore Beatæ Annæ matris MARIÆ, *quod pertransivit ignis Spiritus Sancti, & purificavit à rubigine, id est, ab omni macula omnium originalium peccatorum, sic quòd in utero matris suæ fuit sine peccato,* sine peccato vixit & sine peccato discessit, &c. Quare dico, quòd sicut Deus creavit solem clariorem cunctis planetis, *sic præ omnibus creaturis Beatissimam Virginem MARIAM formavit pulcherrimam, quia sine omni peccato.* Impr. Parisiis 1551. in 8. Videalia ibi.

PARISIENSIS Universitas, edidit Librum anno 1387. *pro Immaculata Virginis Conceptione* contra errores Joannis de Montesono, ex quibus quinque ultimi eò tendebant, ut probarent Virginem MARIAM esse conceptam in peccato originali. Incipit: Apostolicis Petri verbis edocti. Extat manuscr. in Monasterio Sancti Victoris Canonicorum Regularium extra muros Parisien. in 4. num. 558. in charta pecorea antiquis characteribus, habetque folia 79. de quo latam facimus mentionem in nostro Sole Veritatis, verb. Innocentius VI. & in Joanne de Montesono, ac in Nodo indissolubili latiorem, & in Radiis Solis Veritatis.

Item, fecit juramentum defendendi Immaculatam Conceptionem, sub hac formula: Formula jurisiurandi, quod tum à Magistris, tum à Baccalaureis Theologiæ Parisiensis exigi solet, antequam in consortium Facultatis coaptentur: Jurabitis, &c. 4. Item, quòd tenebitis determinationem Facultatis *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ*: videlicet, *quòd in sua Conceptione præservata fuit ab originali labe.* Et eodem modo adducitur pro Magistris; & alia diversa pro Fratribus Mendicantibus. Quæ omnia sunt impress. Parisiis in 4.

PARLAMENTUM Parisiense cum Præside, Consiliariis, Procuratore Generali, & aliis personis assotiatum offert cereum album *Immaculatæ Conceptioni B. Virgis* quotannis in ipsius die sacro, in Capella Conceptionis sita in Conventu Eremitarum S. Augustini Parisijs, ut refert Anonymus Augustinianus in libro Recollectionis privilegiorum ejusdem Confraternitatis, folio 42.

PARTHENIUS Critus Italus, in vita Beatæ Virginis MARIÆ agit de parentibus, generatione & *Conceptione.* Lib. impress. Venetiis, anno 1642. in 16.

PASCHALIS Bailon, Ordinis Minorum B. in libro suæ mysticæ Theologiæ scripsit *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Ximenius in Chron. cap. 34. Daza lib. de Concep. cap. 6. fol. 55.

PASCHASIUS Canisius, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, Legibus & Gratia habitis Lovanii die 21. Novemb. 1650. Conclusione 6. de Peccato habituali, hæc defendit. *Dicta de originali & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroq; immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

PATRICIUS Canorus, Ordinis Minorum Hibernus, Triumphum *Conceptionis Beatæ Virginis* auro artificio elaboratum edidit.

PATRICIUS Lusitanus, Ordinis S. Augustini Hispanus, in lib. de Variis Imaginibus in quadraginta duabus Tabellis depictis, &c. Tabella 33. de Virgine MARIA fol. 61. inquit:

Surgis imago quidem spectabilis undiq; cunctis;
Tam pia, tam dives, qualis imago fuit.
Quæ cum spectaris puris oculisq; propinquis,
Pulchrior appares, & sine labe magis.

Item, Tabella 2. sic inquit:

Immunis tanta quæ regnas labe malorum,
Fac nos immunes Virgo Deiq; parens, &c.

Lib. impress. Florentiæ 1621. in 4.

PAULA Maria Centuriona Genuensis, Monialis Carmelitana, devotissima fuit mysterio *Immaculatæ Conceptionis* quod religiosissimè colebat, ut refert Marrac. in Heroid. Marian. fol. 386.

PAULETUS de Monte Alcino, Ordinis S. Augustini, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad annum 1642. ut testatur Francisc. Maria Pistoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 5. num. 6. folio 153.

PAULINUS Aquileiensis Episcopus Sanctus, libro 3. contra Fœlicem Urgelitanum inquit: Antequam Spiritus Sanctus veniret in MARIAM & virtus Altissimi obumbraret, & hoc conciperet quod Sanctum vocaretur Filius Dei, ipse uterus MARIÆ, *quamvis mundus esset à peccato & sanctus,* tamen vilitate humanitatis erat ut lana optima & incomparabilis, &c. Item, passim vocat Virginem MARIAM *Immaculatam* & intemeratam. Vide Salazar sæculo 8. Serran. lib. 2. cap. 21. num. 1. Leon classi. 9. Eusch. Nieremberg. lib. Except. cap. 13. fol. 231. & in Sacro-syllab. cap. 1. §. 2.

PAULINUS Bernardinus de Luca, Ordinis Prædicatorum Italus, fundavit Neapoli Societatem, Confraternitatem vel Congregationem sanctissimi nominis Dei, cujus institutum seu consuetudo est recitare *Officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut constat ex libro cujus titulus est: Officio della congregatione del sanctissimo nome di Dio, è monte de poveri soto la protettione de Patri Prædicatori de la chiesia di S. Severo magiore de Neapoli. Impress. in 12. absque anno & loco impressionis à folio 45. usque 134.

PAULINUS de Lemberg, Ordinis Minorum Vicarius Provincialis Bohemiæ, edi curavit Trilogium animæ R. P. Ludovici de Prusia, & per consequens Quæstionem *de Immaculata Concept. V. MARIÆ.* Lib. impress. Nurembergiæ 1458. in 4.

PAULUS Abstemicus Quinque-Ecclesien. Episcopus Transylvanien. præcepit, *ut festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* coleretur in Ecclesia Nitrien. & in tota sua Diœcesi; ut videre est in Statutis Synodalibus Nitrien. editis anno 1494. fol. 56. Lib. impress. 1560. in 4.

PAULUS Antonius Rancius, loquens de imagine quadam Virginis MARIÆ antiqua inventa Bononiæ, & postea ipsius jussu depicta an. 1654. in sua collatione, vel altari insculpsit sequentem memoriam: Hoc Deiparæ Virginis MARIÆ sanctissimæ omnium Reginæ sacrum simulachrũ in ædicula *Conceptionis* perantiquæ Ducis Barbatiani Ecclesiæ diutissimè servatum, magna ibidem à fidelibus devotione colebatur: demum innovato & ampliato ab Hieronymianis Monachis templo, in hoc ipsius Sacello est religiosissimè collocatum ad perennem ejus cultum, *Immaculatæque Conceptionis* honorem anno salutis

1620. die 11. Decembris. Ex ejus Epistola missa R.P. Hippolyto Marraccio ex civit. Bonon. die 24. Januarij 1654.

PAULUS Antonius de Tarsia, Doctor & Abbas Cupersanensis Italus, in libro de Nundinis, libro 2. num. 2. *Quòd Beata Virgo MARIA est rosa quæ spinis sive peccatorum aculeis circumsæpta, nata est ab omni spinâ originalis maculæ immunis, &c.* Lib. erat sub prælo apud Joannem Elsevirium Lugduni Batavorum 1655.

Item, in Historia divæ Virginis Insulanæ & in Historia Cupresanensi. libro 3. vocat *Beatissimam Virginem MARIAM peccati carie expertem oppressum.* Lib. impress. Matriti 1638. in 4. & 1649. in 4.

Item, lib. 6. Ferialium Animadversionum cap. 4. omnino defendit *Beatam Virginem fuisse immunem à peccato originali*, ubi nonnullas sacrarum Literarum auctoritates in hunc sensum explicat.

PAULUS Aquileiensis Diaconus, in vita S. Mariæ Ægyptiacæ inquit: Domina Virgo, quæ Deum & hominem genuisti, corpus habens & animam *mundam & Immaculatam.* Ita Jacobus Milisius in præclara Palma cœlestis arcani Immaculatæ Concep. sæculo 8. ad annum 774. num. 47.

PAULUS Arezius, Clericus Regularis, & Episcopus Derthonensis Italus, in Expositione Apocalypsis: An antecedenter, & independenter à peccato originali Dominus noster Jesus Christus, *& ejus beatissima Mater prædestinati fuerint?* Assertivè Discursum unum. Item: An consequenter loquantur, qui non nisi post peccatum prævisum Incarnationis decretum admittentes, *in Virgine Deipara proximum debitum contrahendi peccatum originale negant?* Discursum unum. Quæ omnia reperies latissimè tractata à folio 309. usque 464. Lib impress. Mediolani 1645. in folio.

Item, in libro de Arte prædicandi, *in festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* Elenchum, seu Indicem concionatorium. Impr. Venetijs 1611. in 4.

Item, in libro Italico cujus titulus est: Panegirici facti in diverse occasioni. Panegyr. 9. de Supernaturali pulchritudine Virginis Mariæ, à fol. 226. *de eius præservatione à peccato originali* agit latè. Lib. impress. Mediolani an. 1644. in 8.

Item, in libro cujus titulus est: Tribulatio ejusque remedia Scripturis, Patrum testimonijs, exemplisque curiosè illustrata, tom. 1. in indice concionatorio habet *pro die Conceptionis* sequentia: Dum Sol in medio cœli rectè est super caput nostrum, cunctas diffugat umbras. Christus Sol verus in medio habitabat B. Virginis. Deus in medio ejus non commovebitur, ideoque nullam in ea permisit peccati umbram. Sancta quoque Ecclesia in Conceptione ejus illam Sole amictam exhibet, *ut nobis indicet ei numquam lucem gratiæ defuisse.* Terra solùm maledicta, non verò mare: *quia MARIA ab omni maledictione excepta esse deberet*, &c. Lib. impress. Tortonæ 1624. & Antuerpiæ 1651. in 4.

PAULUS Aznar, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in libro: De los Milagros de nuestra Señora del Remedio, Epistolam dedicatoriam ad Beatam Virginem concludit sic: *A labada sea la Concepcion de MARIA Santissima.* Item, tract. 1. cap. 1. in vita Dei Genitricis, fol. 2. *Quòd ipsa Dei Mater fuit in sua Conceptione præservata à peccato originali.* Vide alia in eodem libro, in cujus etiam principio adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis. Lib. impress. Barchinone 1626. in 8.

PAULUS de Barri, Societatis Jesu natione Gallus, in libro: Magnificentia Dei erga Matrem suam, fol. 159. ad diem 8. Decembris, *pro Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* auctoritates Sancti Germani, & Sancti Bernardi. Lib. impress. Coloniæ Ubiorum 1649. in 24. & Lugduni 1642. in 12. Vide verb. Martinus Sivenius.

Item, in libro dicto: Le Paradis ouvert à Philagie par cens devotions à la Mere de Dieu, fol. 382. cap. 13. octo devotiones *ad Matrem Dei pro festo, & octava suæ Immaculatæ Conceptionis* die 8. Decembris, ubi latè agit de hoc mysterio & præservatione & officio Alphonsi Rodriguez, &c. 1649. in 12.

PAULUS Becourt, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus habitis Duaci 21. Aprilis 1641. folio 15. de Beata Virgine Maria, hæc habet: Beatissima Virgo Maria prima est inter omnes creaturas prædestinata. *Sic fuit à peccato originali præservata, ut nullo unquam instanti illud contraxerit: imo nec debitum habuerit illud contrahendi*, &c. Impr. Duaci eodem anno in 4.

PAULUS Bermolanus, Ordinis Carmelitarum, scripsit Librum *de Puritate Virginis MARIÆ.* Ita Casanate & Leon classe 6. & 9. & P. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Biblioth. manusc. Carmelitana. Ex Mariana.

PAULUS Bocius Beronensis Italus: Quòd Beata Virgo Maria ex speciali privilegio fuit *præservata à peccato originali*, in libro dicto: Thebaida sacra, part. 2. discurs. 34. folio 134. Impress. Venetijs 1625. in 4.

PAULUS Boudot, Episcopus Attrebatensis, in prima 2. à se edita, in corpore articuli 3. quæst. 81. addidit: saltem in potentia (*propter Beatam Virginem*) si non omnes actu. Ita P. Hermex, fol. 172.

PAULUS Brizius, Ordinis Minorum, in lib. Seraphica subalpinæ D. Thomæ Provinciæ monumenta, &c. folio 221. inquit: His auspicijs ædificato Monasterio P. Fr. Benignus à Genua tenacissimus Immaculatæ Conceptionis assertor & acerrimus eiusdem propugnator, cùm se multis nominibus Mariæ obnoxium profiteretur *sacratissimæ Conceptionis* nomen indidit.

Item, infra fol. 329. inquit: Sixtus à Reparato cujus summum & præcipuum studium erat, suavissimum nomen Jesu & *Immaculatæ Deiparæ* laudes verbis & scriptis prædicare, &c.

PAULUS Budinmiro Vich Hybernus, Ordinis Minorum, Disput. *pro Immaculata Conceptione*, &c. Vide Francisc. Molloy.

PAULUS Carraria del Casal Montis Ferrati, Ordinis Prædicatorum Italus, in litterali ac mysticâ Regularum juris Canonici interpretatione & veritate, tom. 2. regula 5. juris Canonici: *Peccati venia non datur nisi correcto*, articul. 3. inquirit: *Utrum Beata Virgo omnino à quavis labe peccati munda fuerit, ita ut non egerit aliqua correctione nec egere potuerit?* à fol. 188. agit latè de sanctificatione Virginis à peccato originali per tria puncta, ubi plura dicit pro utraque opinione, quorum primum sic incipit: Quoad primum enim, advertendum antequam aliquid declaremus circa hujusmodi quæsitum, quòd non intendimus investigare, an B. Virgo summum puritatis gradum habuerit? siquidem hoc jam quæsitum est à nobis in 3. articulo Regulæ secundæ. Cæterùm quæ-

quænam fuerit radix hujus summæ puritatis, quam præsupponimus fuisse in B. Virgine; an (inquam) illius sanctificatio, virtute cujus penitus remanserit munda ab omni contagio & sorde peccati, *vel sic quòd nullo modo contraxerit originale, sed singulari dispensatione fuerit ab illo præservata*, &c. In puncto 2. habet Summaria 28. in puncto verò 3. alia 28. & num. 16. inquit: Ego juxta illud Gregorij super Prophetam malo alieno intellectui credere, quàm contentionibus deservire, salva fide. Ut quid ego audere volo, quod non audet sancta Mater Ecclesia? Videant utique opinantes Bullam, quæ adhuc me scribente emanavit à sanctissimo Paulo V. super hac re, &c. Cùm ergo Bulla illa Pauli V. quæ incipit: Regis pacifici, sit in favorem Conceptionis, & illa quæ postea emanavit à Gregorio XV. videtur quòd Paulus Carraria senserit Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali peccato, licèt in prælegato libro propter timores nocturnos videatur problematicus, imo quòd impugnet Seraphinum Porrectam ejusdem Ordinis Prædicatorum, quia dixit in hac materia Conceptionis verba, quæ suo loco dabimus ex eodem Carraria transumpta. Liber extat impress. Bononiæ apud hæredes Joannis Rossi, anno 1617. in fol. magno.

PAULUS à Sancta Catharina, Ordinis S. Augustini Gallus, in libro L'extrait Sacré des maximes & raisonnemens sur les Evangiles du Careme, fol. 640. sermone de Annuntiatione, ad illa verba: Tota pulchra es: *Quòd B. Virgo fuit tota pulchra, absque aliqua macula & defectu aliarum creaturarum, quia fuit pulchra anima & corpore*, &c. Impress. Parisijs 1648. in 8.

PAULUS Comitolius, Societatis Jesu Perusinus Italus, circa Conceptionem Virginis MARIÆ & Prædicationem *mysterij Immaculatæ Conceptionis* juxta Constitutionem Pij V. Quæstionem unam, quæ est in ordine 40. in libro Responsionum Moralium, fol. 743. Impress. Lugduni 1600. in 4. regali.

PAULUS Condestable, Ordinis Prædicatorum, scripsit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* teste Andrea de Peruzzinis in tract. de Concept. art. 2. Joanne Eusebio lib. Except. cap. 23. fol. 356.

PAULUS Cortesius, Protonotarius Apostolicus, in disputationibus super quatuor libros Sententiarum, lib. 3. fol. 27. à tergo *de Conceptione Virginis*, sic incipit: Utrum Dei Mater originis sit polluta labe, contentio acerrima exoritur. Nam Divus Thomas quasi nihil sit de quo minùs dubitari possit, eam originis nexu obstrictam fuisse censet, &c. contra quos maximè concurrit armata Cœsionum Phalanx, quorum è numero Aquila Theologorum Scotus vehementer hujus sententiæ fatorem urgere conatur. Et adductis argumentis utriusque Scholæ circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem, concludit distinctionem seu capitulum his verbis: Nos verò in tantula causa, ne quid nobis negotij inficiendo aut probando contrahant, rem integram ad expendentium judicia referri volumus. Lib. impress. Lovanij 1515. in folio. Hic Auctor seu nules pro nobis est, licèt trepidaverit ubi non erat timor si; non, quid inde?

PAULUS de la Cruz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Centiloquio de Encomios de los Sanctos que se cantan en sus festividades, in in Epistola nuncupatoria ad Virginem Deiparam, inquit: *Inde nec antiquæ traxit contagia culpæ*, &c. Item, in Epistola dedicatoria, inquit: Como al punto que el Alma venturosa de Dios criada al cuerpo de la vida:

Niel le pegò la culpa contagiosa
Que en Adam fue de todos cometida.

Item, in Sermone de Sancta Anna matre Virginis MARIÆ passim vocat ipsam *absque omni macula & culpa*, & quòd non peccavit in Adam, & quòd fuit prima prædestinata post Christum ante prævisionem peccati, &c. Lege folium 58. sed præcipuè, à fol. 95. usque 218. à tergo. Lib. impress. Vallisoleti 1602. in 4.

Item, edidit Vallisoleti Mariale de Laudibus ac festivitatibus Virginis MARIÆ in 13. tractatus divisum, in quo agit *de eius Immaculata Conceptione*. Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad an. 1614. Waddingus huius Operis meminit, fol. 273.

PAULUS Emissenus, Homilia de Nativitate Domini relata in Concilio Ephesino, part. 3. Naturâ namque nostrâ perfectè assumptâ, humanitateque ex prima Conceptione sibi conjuncta, ac nostro corpore sibi in templum coaptato. *ex Deipara Virgine* Deus perfectus & homo itidem perfectus prodiit, &c. Eusebius Nieremb. in lib. Except. cap. 13. fol. 184.

PAULUS Fassecius, Jurisconsultus Lombardus, in lib. Praxis Episcopalis, & quæ officium & potestatem Episcopi concernunt, &c. adducit Bullam Sixti IV. & Pauli V. pro *immunitate Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1620. in 4.

PAULUS Francosus, Benacensis Doctor, in libro Resolutionum ex penetralibus peritiorum Theologorum depromptarum, folio 132. sic dicit: Pro cujus itaque quæstionis evidentia sciendum est, quòd Conceptio capitur tripliciter. Uno modo pro conceptione seminum. Secundo pro formatione membrorum. Tertio pro unione animæ ad corpus. Conceptio seminum est, quando duo semina, scilicet viri & mulieris simul uniuntur, & vocatur mixtio seminalis. Conceptio verò secundo modo sumpta est, quando est in matre in qua formatur corpus, quia secundùm B. Augustinum, primò est sub forma lactis per sex dies, & per 10. sub forma sanguinis, & per 12. fit solidatio membrorum, & per 18. fit complementum corporis humani, & sic sunt 46. dies. Sciendum tamen est, quòd requiruntur 46. dies ad corpus organizandum viri, & mulieris 83. Christi autem natura assumpta non stetit per plures dies; sed in instanti fuit à Verbo divino assumpta, & in instanti corpus ejus organizatum fuit. Tertio modo conceptio est infusio animæ in corpus, & sic in illo instanti, in quo corpus est organizatum, Deus creat animam & infundit corpori. Unde in ista quæstione quæretur *de Conceptione tertio modo capta*. Item: An caro Christi antequam esset de Virgine separata, materialiter sicut reliqua caro MARIÆ fuerit peccato obligata? Lib. impress. Brixiæ 1595. in 4. Licèt Auctor iste nihil dicat pro nec contra, circa acceptionem Conceptionis, tangit punctum difficultatis.

PAULUS ds Heredia, natione Hispanus, *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ* Tractatum insignem ad Innocentium VIII. quem Coronam Reginæ appellavit. In 4. extat absque an-

no impress. ad annum 1484. & incipit: Sæpe numero contemplatus.

PAULUS Ibañez de Alarcon, Poëta Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Breve discurso de las excelencias de nuestra Señora *y su pura Concepcion*. Impress. in charta expania Matriti anno 1635.

PAULUS Joseph de Arriaga, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Directorio Spiritual, folio 56. ad Matutinum Conceptionis inquit: *Virgen purissima alabemos los Angeles por que fuesteis concebida sin mancha alguna de pecado*, &c. Impress. Limæ 1608. in 16. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, traduxit Tractatum de Perfectione Religiosa P. Lucæ Pinelli, & consequenter Litaniam Deiparæ Virginis ex sacra Scriptura, ac precem: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Impress. Barchinone 1610. in 12.

PAULUS Kozlovukius Uritislavienſis, Societatis Jesu, edidit Librum sub hoc titulo: Fasciculus Congregationis Beatæ Mariæ Virginis sub titulo *Immaculatæ ejusdem Conceptionis* & fœliciſſimi ex hac vita transitûs, Varſaviæ &c. Et fol. 288. adducit officium *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* P. Alphonſi Rodriguez. Vide alia quamplura ibi. Lib. impress. Varſaviæ 1652. in 12. parvo.

PAULUS de Luca, Ordinis Minorum Italus, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem excellentiſſimum ſeu Symbola, ubi varijs rationibus probat ejus immunitatem. Eum citat Andreas de Peruzzinis in Analyſi puriſſimæ Conceptionis, art. 2. fol. 98. ex Bernardino de Buſtos, Serm. 6. & Waddingo, folio 272. Marracc. ad ann. 1467. & in Biblioth. folio 211.

PAULUS à S. Maria Avinionenſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Gallus, in libro: Victricis Mariæ Deiparæ Epinicia de peccato, de ſerpente & de morte, in verba de ea Evangelica Caput *de Prædeſtinatione Beatæ V.* ubi adducit quinque pulchras ſectiones pro myſterio Conceptionis. Item, fol. 41. *de Conceptione B. MARIÆ Deiparæ* quartum Caput. Sectio 1. *An Beata Virgo Deipara fuerit ſine peccato originali concepta?* traduntur que de hac re variæ ſententiæ, pag. 41. Sectio 2. Probatur aliis rationibus *Immaculata Virginis Conceptio*, pag. 43. Sectio 3. *Immaculata Virginis Conceptio* demonſtratur ex Scriptura & ex Patribus, pag. 45. Sectio 4. Eiſdem rationibus, quibus D. Paulus diſſuadet fidelibus matrimonium cum infidelibus, *probatur Immaculata Virginis Conceptio*, pag. 46. Sectio 5. Ex dignitate maternitatis Virginis Mariæ infertur *Immaculata ejus Conceptio*, pag. 47. Sectio 6. Quòd Virgo fuerit inſtar auroræ novi ſæculi, *quæ fugavit omnes tenebras peccati*, pag. 49. Sectio 7. Beata Virgo comparatur throno Salomonis, cui nulla unquam creatura ſimilis extitit, *eò quòd omni peccato caruit*, pag. 52. Sectio 8. Quòd nulla facta ſit mentio in Scriptura de ejectione Evæ à paradiſo *ad innuendam Immaculatam Virginis Conceptionem*, pag. 54. Sectio 9. Ex fructu, quem edidit Virgo, nempe Chriſto, *oſtenditur illam fuiſſe immunem ab omni peccato*, pag. 55. Sectio 10. Solvuntur rationes, quæ fiunt *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*. In his omnibus & deinceps apprime oſtendit ſuam mentem, & Virginis Mariæ Immaculatam Conceptionem. Lib. impress. Lugduni 1660. in folio magno.

PAULUS de S. Maria, Epiſcopus Burgenſis, atque Regni Archicancellarius Hiſpanus, in Scrutinio Scripturarũ recognito ac reſtituto per Magiſtrum Fr. Chriſtophorum Sanctotiſium Auguſtinianum Burgenſem, part. 2. diſtinct. 2. fol. 373. inquit: Circa quod notandum eſt, quòd ſolùm de humilitate ſua fecit mentionem, quæ eſt fundamentum virtutum (ut dictum eſt) non autem de virtutibus aliis ædificatis ſuper hujuſmodi fundamentum, *licet omnes plenè habuiſſet, quæ gratiâ plena per Angelum teſtatur fuiſſe*. Item, ibidem cap. 6. fol. 383. In libro enim illo qui dicitur Alchoranus, in quo prophana lex Mahometica continetur, memini me legiſſe, quòd in omnibus hominibus habuit aliquam poteſtatem ſathan præterquam in Jesu & *Matre ejus*. Ex quo conſtat, quòd etiam apud Sarracenos *Beata Virgo reputari dicitur ſanctæ*. Lib. impress. Burgis 1591. in folio.

Item, part. 2. diſt. 2. cap. 3. fol. 377. inquit: Ideo Beata Virgo, *in qua erat plenitudo gratiæ*, & per conſequens virtutum, ſolam humilitatem teſtatur ſe habere, non autem alias virtutes ſuperædificatas; quas indubie habuit, cùm plena gratiâ fuit, &c. Habere plenitudinem gratiæ non videtur bene conſonare cum peccato originali. Item, infra cap. 4. explicans illud: Liber generationis Jesu Chriſti, de filiatione Chriſti ac maternitate Mariæ, & quomodò Filius ſecundùm veram generationem naturalem ſuccedit Patri in bonis naturalibus corporis, inquit: Ut in bona habitudine ſeu complexione, ut de gigantibus legitur *Geneſ. 6.* quam etiam in bonis animæ, &c. De hoc Auctore vide quæ dicimus in Sole & in Radiis: nam adducitur ab Adverſariis pro ſua opinione. Item, fuit in Concilio Baſileenſi, & cooperatus eſt in decreto *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Vega Paleſt. 3. cert. 10. fol. 96. num. 321. Sed ego credo quòd non fuerit Paulus Burgenſis qui interfuit Concilio Baſileenſi, ſed filius ejus qui erat Canonicus ejuſdem Eccleſiæ Burgenſis, & ejuſdem auctoritatis cum Alphonſo Toſtato, Joanne de Segovia, & Joanne de Turrecremata, qui quidem omnes fuerunt graviſſimi atque doctiſſimi Hiſpani.

PAULUS de Meſſa, Ordinis Minorum Hiſpanus: *Quomodò Conceptio Immaculatæ Virginis MARIÆ* ſit protectrix & patrona Seraphicæ Religionis, ac de ſtatuto facto in Capitulo Generali Toletano circa puriſſimam Conceptionem. In Hiſtoria ſeu Actis Capituli Generalis ann. 1645. à tergo, & fol. 7. Impress. Matriti 1645. in 4.

PAULUS Metezelus Gallus, Congregationis Oratorij Jesu Christi, in libro: Theologia ſacra juxta formam Evangelicæ Prædicationis diſtributa; Hebdomada ſancta cum corollario feſtivitatum Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Jesu Christi; ac primò *de Immaculata Conceptione Virginis* Sermonem, à fol. 252. Lugduni 1624. in fol.

PAULUS Minerva Barenſis, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sententias Paraneticas Nili Epiſcopi & Martyris è Græco in Latinum converſas, &c. Scholio ſeu Commentario 188. fol. 293. inquit: Fuit ſecundò Virgo in partu tripliciter. Primò ratione naſcentis: ſecundò ratione effectûs Incarnationis: tertiò ratione Matris. Ratione naſcentis primò; quia ſi Verbum non tantùm in corde abſque corruptione concipitur, ſed etiam ex eodem abſque corruptione procedit, cur & Chriſtus cum corruptione naſci voluit? Secund

ratione

ratione effectûs Incarnationis: quia si in mundum venerat ut nostram corruptionem tolleret, quomodò de Matre corrupta nasci volebat, cum nascendo Matris virginitatem sacraverit? Tertiò, ne Matris honorem nascendo minueret, &c. Virgo itaque fuit beatissima MARIA Mater Dei ante partum, in partu & post partum. Igitur non commenda est virginitas & castitas, cùm illarum organum propter nos incarnatum Christum exhibuerit, *non nisi Virgo Immaculata*, &c. Jam vides, ô Lector, quomodò vocat Virginem Immaculatam, quod est nostræ sententiæ protestativum sive Virgini tribuatur, sive Conceptioni, de quo tractatu elaboravi specialem: & aliqua extant in nostro Armamentario Seraphico & in Assertionibus Capitularibus. Deinde nota, quòd si Christus non voluit nasci ex corrupta Virgine corpore, quid dicendum erit de virginitate sive incorruptibilitate animæ? Ego existimo, quòd honor Virginis magis minueretur in corruptione animæ, quàm corporis; quia hæc poterat esse absque culpa, illa verò non. At parum refert, an pro pia opinione militet, an contra eam.

PAULUS Morigia, Ordinis Iesuatorum Sancti Hieronymi Italus, in libro: Tesoro precioso de Milanesi, nel quale si racontano tutte l'opere de caritate Christiana, è limosine che se fanno nella Città de Milano, &c. à fol. 113. agit de Schola *Conceptionis* sita in Conventu S. P. N. Francisci, & eleëmosynis ab ipsa fieri solitis in die Conceptionis, & alijs &c. Lib. impress. Mediolani 1599. in 8.

Item, in libro Vitæ Dominæ nostræ gloriosæ Virginis MARIÆ, *de ejus Conceptione* ac Nativitate cap. 21. à fol. 1. usque 6. Lib. impress. Mediolani 1593. in 8. cum imagine Immac. Concept.

Item, in suo Summario Chronologico *de Institutione festivitatis Conceptionis Virginis MARIÆ* à Sixto IV. Pontif. Maximo, &c. Lib. impress. Bergami 1601. in 4.

Item, de Historia, Origine atque Devotione Dominæ nostræ de San Celso Mediolanens. cap. 8. folio 34. inquit: La Vergine MARIA sempre rende odore, *mai se corrompe per alcuna macchia*, è sempre acerebbe nell' Alteza dell' vertu, &c. Eadem repetit infra, cap. 11. fol. 42. Lib. impress. Mediolani 1594. in 8.

Item, in libro: Historia della famosa fontana de la Madona de Carauggio, folio 65. cap. 16. & 17. *de la bellezza di MARIA Virgine* &c. Vide ibi. Lib. impress. Bergomi 1599. in 4.

PAULUS Musconius, Archipresbyter Soncinatis, in libro Mariados, libro 1. fol. 1. sic incipit:

Quæ Virgo ætheream partu dedit integra prolem,
Spiritus omnipotens dic tu mihi, cujus ab aura
Concepit secura mali, quo præside casus
Ardô, omnes potuit superare invicta labores?

Impress. Bergomi 1598. in 4.

PAULUS Orosius, Presbyter Hispanus Tarraconensis, in Epistola ad Eustochium, inquit: Corâ Deo novi & in veritate comperi, quòd nulla mulier in partu periclitatur, supra quam devotè Mariæ gratia imploratur, *& dies Conceptionis ejus celebratur*, &c. Ita Baling. in Kal. Marian. Maur. à Villa probata. Euseb. Nieremb. lib. Excep. capite 13. fol. 147. Roder. Car. fol. 114. & alij quàmplurimi.

PAULUS de Palacios Hispanus, in cap. 11. Matthæi ad illa verba: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, *eximit Virginem à peccato originali*, ratione quidem pulchra. Lib. impress. Venetijs 1581. in 4.

PAULUS de Paulis Jadrensis, scripsit vitam Clementis, & quæ contigerunt in controversia cum Joanne de Montesono circa *Immaculatam Conceptionem*. Ita Odoricus tomo 17. ad an. 1367. num. 14.

PAULUS Quartus Papa (antea Joannes Petrus Caraffa dictus) Neapolitanus, pro Ordine Monialium *Conceptionis V. MARIÆ* diplomata varia, indulgentias & gratias concessit. Marrac in Pont. Marian. folio 195.

PAULUS Quintus (Camillus Burghesius antea dictus) Italus, *de Conceptione Beatissimæ V. MARIÆ* Bullam insignem. Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta differt. 6. adnot. 1. folio 347. De his vide verb. Bullæ.

Item, dedit Constitutionem seu Decretum illud celebre editum anno 1617. feria 5. die 31. Augusti in Generali Congregatione S.R. Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, & incipit: *Sanctissimus Dominus post longam & maturam discussionem*, &c. Extant apud nos Originalia manuscripta & impress. seorsim in Camera Apostolica, & in Bullario Romano & Parisiensi.

Item, concessit indulgentias recitantibus illam Antiphonam: *Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit*, &c. cum Oratione: Deus, qui per Immaculatam.

Item, approbavit Breviarium Toletanum, in quo est *Officium Conceptionis Beatæ MARIÆ*. Impress. Matriti 1593. & postea Antuerpiæ 1616.

Item, vivæ vocis oraculo à Sanctissimo Paulo Papa V. Fratres totius Ordinis obtinuerunt, ut possent facere omnibus diebus Sabbat. festo novem Lectionum non impeditis *Officium Immaculatæ Conceptionis* sub ritu semiduplici recitando Officium proprium, scilicet: Sicut lilium. De quo habemus præsens rescriptum. Pompeius divina miseratione tituli S. Balbinæ S.R.E. Presbyter Cardin. Aragonius nuncupatus, totius Ordinis S. Francisci Protector, Corrector & Gubernator universis & singulis præsentes litteras inspecturis, lecturis pariter & audituris. Notũ facimus & attestamur, qualiter die 19. mensis Januarij anno ab orbe redempto 1609. sanctissimus Dominus & in Christo Pater D. N. divinâ providentiâ Paulus PP. V. suo vivæ vocis oraculo nobis facto ad instantiam & supplicationem admodum R. Patris Fratris Ludovici à sancto Joanne Evangelista ejusdem Ordinis in Romana Curia Commissarij Generalis Ultramontanæ Familiæ propter eximiam devotionem, quam ipse habet *in Deiparæ Virginis Immaculatam Conceptionem*, concessit quòd omnes Fratres totius Ordinis nostri prædicti omnibus diebus Sabbatin. festo novem Lectionum non impeditis, possint recitare *Officium Immaculatæ Conceptionis*, quod incipit: Sicut lilium, sub ritu semiduplici. In quorum omnium, & singulorum fidem ac testimonium præmissorum præsentium manu nostra subscripta per Secretarium nostrum, & subscribi ac sigillo quo utimur in similibus jussimus communiri. Dat. Romæ in Palatio nostræ solitæ residentiæ sub anno partæ salutis 1609. die 21. Januarij Pontificatûs ejusdem Sanct. Domini nostri an. 4. Locus ✠ sigilli. Pompeius Cardinalis Arag. Protector. Franc. Forentillius Secretarius. Concordat cum originali ad unguem. Dat. die 30. Januarij, an-

rij, anno 1609. Fr. Ludovicus de S. Joanne Evangelista Commissarius Gener. Curiæ in hoc Conventu Aracælitano die 5. mensis Martij, anni 1652. Ego infrascriptus Secretarius de mandato admodum R. Patris Procuratoris Generalis extraxi transumptum desup. ex Registro Religionis tom. 2. folio 99. & collationatum, fidem facio, quòd concordat de verbo ad verbum. Dat. die, mense & anno ut supra. Ita est: Fr. Marcus de Reluz Secret. Gener. Curiæ.

Item, tempore Urbani VIII. Pontificatûs ejus anno 19. obtento à fœl. record. Paulo Papa V. vivæ vocis oraculo per bonæ mem. Cardinalem Aragonum Franciscanæ Religionis Protectorem, ut Religio Franciscana singulis Sabbatis non impeditis festo novem Lectionum licitè recitare posset *Officium Conceptionis Beatæ Virginis*, quod incipit: Sicut lilium, sub ritu semiduplici prout ab illo dictæ concessionis tempore usque in præsens recitatum est omisso feriali officio; sed revocatis postea per S.D.N. Urbanum VIII. vivæ vocis oraculis, eadem Religio supplicavit Sanctissimo pro licentia continuanda non obstante supradicta revocatione; & supplicatione per Sanctitatem suam ad Sanct. Petri Congregationem remissa, sacra Congregatio censuit, ii Sanctissimo videbitur, posse continuari non obstante prædicta revocatione, exceptis Sabbatis Quatuor temporum, Vigiliarum, Adventûs & Quadragesimæ, in quibus officium de feria non omitti mandavit, & Sanctissimus annuit. Die 11. Novembris 1641. C. Cardinal. de Torres. Julius Cincius Secret.

PAULUS Restius, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Monomachia hominis & serpentis, libro 2. cap. 7. Quænam sit illa mulier, quæ allegoricè hîc intenditur; & utrum aliqua per Scripturam intendatur, quæ caput serpentis conterat? inquit: Caput diaboli contrivit Christus; *MARIA verò, quòd ea natura ab ipsa propagata sit*: contrivit enim per femur suum, quia Christum huic mundo suo partu edidit: conterit etiam serpentem singulari aliquo dono gratiæ, sicut aliæ mulieres secreto aliquo dono naturæ. *Post enim Filium suum in gratia secundas obtinet vices: è meritis enim crucis Christi, cujus ipsa extitit compatientissima, furorem serpentis repellit & conterit.* Item, infra: Etenim Eva defecit in affectionibus post lapsum, cunctique ejus posteri, uno excepto Christo, qui per ulnam Crucis suæ defectum affectuum nostrorum sustentat, ne invalidi contra diabolum reddamur. Inde ergo hæc regula. *MARIAM verò hac in re vel singulariter præservavit, vel sanctificatam ita custodivit, ut nunquam defectum in mystico calcatu serserit, sed à principio suæ sanctificationis nihil cum serpente voluerit habere commune.* Vide à fol. 110. usq; 116. Lib. impr. 1519. in 8. sed est error typographiæ; nam fuit impressus 1619. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

PAULUS de Rivera, Ordinis S. Augustini & Episcopus Guatimalensis in Indiis, Hispanus, edidit Hispanicè: *Relacion por el principio santo y Concepcion Immaculada de MARIA.* Impress. Vallisoleti 1651. in fol. Alia parata habebat pro eadem Immaculata Concept. Utinam lucem viderent!

PAULUS à Rovado, Ordinis Prædicatorum, part. 4. Orat. 1. agit *de immunitate Virginis à peccato originali.* Serranus lib. 2. cap. 30. num. 25. Leon classe 9. Pistoia fol. 162.

PAULUS Sherlogius, Societatis Jesu Hibernus, in Cantica Canticorum volum. 2. cap. 1. v. 4. vestig. 6. sect. 3. fol. 210. *Quòd MARIAM originaria labe fœdatam* Canticorum textus non permittit. Item, vestig. 10. v. 9. sect. 2. *Num ab originalis culpæ debito proximo liberas Sanctissima Virgo Dei Mater, & Adamo quamvis peccante, nec cum illo, nec in illo ipsa peccaverit?* aliquid de ejus productione singulari per totam sectionem à fol. 345. usque 350. Impress. Lugduni 1637. in folio.

Item, tom. 3. cap. 4. v. 4. vestig. 29. sect. 10. *Quòd Beata Dei Mater omnis labis fuit expers*, per totam sectionem. Item, *Quòd Deipara à primo Conceptionis instanti* usus rationis concessus fuerit, cap. 5. v. 2. vestig. 22. Item, cap. 7. v. 1. vestig. 3. sectione unica *de festa Conceptionis* ac decretis Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. num. 59. Item, vestig. 37. fol. 590. *Quòd Deipara absque originali labe fuerit concepta, nec originalis labis debitum contraxerit.* Lib. impress. Lugduni 1640. in folio, & 1637. in folio. Alia multa invenies in ejus tribus tomis, quæ Virg. MARIAM eximunt à peccato originali, & ejus Immaculatam Conceptionem adstruunt.

PAULUS de Spinosa de los Monteros, Presbyter Hispalensis Hispanus, in Theatro sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Hispalensis, fol. 71. de Capella Mariæ Magdalenæ, in qua est Capellania *Conceptionis Dominæ nostræ* D. Franc. de Lugo, &c.

Item, de Capella S. Joannis Baptistæ D. Francisci de Molina, in qua est *pulcherrima imago purissimæ Conceptionis*, quæ inspecta vivificat animas, &c. Lib. impress. Hispali 1634. in 8.

Item, in libri 1. parte 1. de la historia antiguedades y grandezas de la muy Noble y Real Ciudad de Sevilla, lib. 8. à fol. 120. cap. 1. de Devotione D.D. Petri de Castro y Quiñones Archiepiscopi Hispalensis *ad Immaculatam Virginis Conceptionem* latè; & de Epistola Regis Hispaniarum ad eundem missa, & totius Capituli ad Regem, & altera ad Dominos Matthæum Vazquez & Bernardum de Toro, & de illa missa à toto Capitulo ad Summum Pontificem Paulum V. & de Indulgentia ab ipso concessa, & de Antiphona: Hæc est Virga, &c. Item; cap. 2. sub hoc titulo: Del juramento que hicieron el Arzobispo D. Pedro de Castro, Dean y Cabildo, Asistente y Regimiento desta Ciudad en servicio *de la Immaculada Concepcion de la Emperatriz de los cielos.* Item, cap. 3. Del insigne torneo que los Gorreros y Sederos desta ciudad de Sevilla hicieron à honrra *de la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora*, ubi omnia sigillatim refert à fol. 225. usque 229. Vide etiam cap. ultimũ, ubi agit de eadem materia. Item, cap. 4. Del segundo Decreto que la Santidad de Gregorio XV. dio en favor *de la Immaculada Concepcion*, y de las procesiones y fiestas que se hizieron por el en esta Ciudad de Sevilla, &c. à fol. 130. usque 136. & caput 5. est de eadem materia Immaculatæ Conceptionis.

PAULUS de Tauris, Ordinis Minorum Hungarus, sub hoc titulo: Antologia Mariana subtil. Coriphæi industria . . . . . ex amplissimo, amœnissimo, fragrantissimoque ejusdem Matris Virginis arcanorum viridario in hoc Polly-tetracolon collecta, &c. *de Conceptione Virginis MARIÆ* pag. 4. per totam. Romæ 1654. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PAU-

PAULUS Tertius Papa (Alexander Farnesius antea vocatus) expedivit Bullas seu Pontificia diplomata pro confirmatione Religionis Sanctimonialium *Immaculatæ Conceptionis* & ipsarum privilegiis. Vide R. P. Hippol. Marrac. in Pontific. Marianis fol. 89.

Item, expedivit quamplures Bullas pro mysterio *Immaculatæ Conceptionis* in communi; ut videre est in nostro Nodo atque Indiculo Bullarij Seraphici, part. 2. à fol. 200.

Item, ejus Pontificatûs anno 13. fuit factum Decretum illud celebre à Sacro Concilio Tridentino *de exemptione Virginis MARIÆ à regula generali & peccati originalis* universali contractione, ut videre est sess. 5. ejusdem Concilij. Vide Joan. Ant. Velazquez de MARIA Immaculatè concepta, lib. 4. dissert. 2. adnot. 2. Armament nostrum, & omnes Scriptores modernos, præcipuè Petrum de Perea Episcopum Arequipensem.

PAULUS Venetus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Tractatu de Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ improbat & falsitatis arguit sententiam affirmantem vitiatam fuisse Conceptionem illam peccato originali, tamquam piarum aurium offensivam. Unde concludit veritati consonum esse, credere *Beatæ Virginis benedictam animam infusam esse carni mundæ & non infectæ*. Ita Joannes à S. M. in supplici libello, folio 333. Christophorus de Vega, Palest. 3. certam. 9. num. 332. fol. 102. Daniel Agricola in Corona Conceptionis verb. Eremitæ, Marraccius in Catalogo ad ann. 1427. & in Bibliotheca folio 218. Possevinus, Leon, Euseb. in lib. Except. folio 496. Cornelius Curtius in lib. de Viris illust. Eremitarum, fol. 127. & adducit Iconem ipsius. Joannes de Meppis in suo Tract. de Conceptione Auctore 6. affirmat quòd in una quæst. defendit immunitatem Virginis à peccato originali; & de Paulo sæpe facit mentionem in prædicto Tractatu.

PAULUS Verdnerus, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, ex Judaismo ad Fidem Christi conversus, in suo libro de locis præcipuis Fidei Christianæ collectis & explicatis adversùs Judæos, tract. 2. fol. 294. inter alia dicit: Et quia in Adam semen humanæ generationis erat transgressione vitiatum, semen cœleste promittitur non ex corruptione viri, sed ex Deo: Ponam (inquit) inimicitias inter te & mulierem. Non certè dicit: pono, ne ad Evam hoc pertinere videretur; sed tale verbum promissionis est quod transmittitur in futurum: Ponam (inquit) inimicitias inter te & mulierem, illam utique mulierem quæ SALVATOREM pariet, non quæ generet fratricidam, &c. Et post pauca: Igitur ut Christus Dei Filius non ut cæteri homines ex muliere congressu viri, sed alio quodam insueto ac mirabili ac supernaturali nascendi modo, *ex munda & immaculata*, hoc est ex Virgine nasceretur, &c. Quòdque ipsa Virgo non fuerit ex hoc partu immunda, *quia legi non subjecta, sed prærogativa singulari præmunita (ut conveniebat)* in Conceptione Filij Dei, sequitur quòd de ipsa sola Virgine MARIA, &c. Extat liber impressus Viennæ Austriæ ann. 1559. in 4. Auctor verò iste qui ante unum sæculum vixit, si non est expressus, multùm tamen favet in signatis verbis: & qui adhuc judicaverit eum non militare pro pia sententia, excludat illum.

PELAGIUS Hæreticus, dicebat *Domini ac Salvatoris Matrem MARIAM fuisse sine peccato*. Ita refert S. Augustinus in libro de Natura & Gratia, cap. 36. Vide Velazquez, fol. 260. sed de ejus auctoritate formali agimus in Radiis Solis Veritatis.

PELBARTUS de Themesvvar, Ordinis Minorum Transylvanus, Librum edidit *de Immaculata Conceptione MARIÆ*, & est in suo Stellario, Corona, seu Pomario in ordine quartus, & habet articulos 3. & fol. 11. Impress. Hagenau 1504. in 4. & Venetiis 1586. & Parisiis 1517. in 8. Item Hagenau 1502.

Item, in suo Rosario Theologico *de Conceptione passiva Beatæ MARIÆ Virginis*, tomo 3. Impress. Brixiæ 1590. in 4.

PELLEGRINUS Merula, Sacerdos Cremonensis, in libro: Il devoto y miraculoso Sabbato della gran Madre de Dio MARIA Vergine, &c. fol. 149. de primo Sabbato Maij, sub hoc titulo: *Della bellezza spirituale de MARIA*, docet plura de puritate, innocentia ac sanctitate; & in Oratione inquit: *O gloriosa Vergine! la quale foste fino nel ventre de S. Anna vostra madre mara vigliosamente fatta bella dal Eterno Dio il quale vi adorno di tutti le perfettione è gratia, &c.* Lib. impress. Trenti 1638. in 12.

PEREGRINUS de Aderno, Ordinis S. Augustini Italus, in libro: Della vera devotione alla gran Madre de Dio è del titulo del soccorso revelato in Palermo, folio 50. inquit: Il che era congruente alla gloriosa Signora per potersi servire della gratia sanctificante *mentre nil primo instante de la sua S. Concettione fu sanctificatta per propria dispositione è conversione à Dio*, &c. Lib. impress. Panormi in 12. absque anno impressionis, & cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PEREGRINUS Auctor antiquus, & Religiosus Ord. Prædicatorum, olim Provinciæ Coloniæ Provincialis, insignis Conventus Uratislaviensis primus reformator, in Sermonibus suis de Tempore ac de Sanctis, in sermone de Purificatione Alphabeto L. inquit: *Sed mirabile est, quòd illa purificari voluit, quæ purificatione non indiguit: quia ipsa purissima, purior omni creatura adhuc existens in materno utero sanctificata fuit, scilicet ab originali peccato, si fuisset in eo*: nec etiam venialiter peccare potuit, quod nemini inter natos mulierum creditur esse donatum. Sed maximè purissima fuit in Conceptione: Sanctus enim Sanctorum in ipsam intrans, *Sanctam Sanctorum ipsam effecit, ut in ipsa nulla esset macula*. Unde Spiritus Sanctus videns ipsam tam pulchram, dixit: Tota pulchra es, &c. Item, sermone de Assumptione Alphabeto XIII. Mirabilis quidem fuit in sanctitate; *quia ante sanctificata, quàm nata*: & post Conceptionem Filij in tantùm fuit ipsa consecrata, ut non venialiter peccare potuerit, &c. Lib. impress. anno 1485. in 4. & Coloniæ apud Henricum Quentel absque anno 4. Nonas Maij. Hæc sunt quæ in hoc Auctore reperire potui pro Conceptione Virginis: ex quibus constat, ipsum nostram sententiam fuisse amplexum, vel saltem in eam propensum.

Item, in Sermone de Annuntiatione, ait: Item missus est ad *Virginem anima & corpore formosam. MARIA fuit pulchra, quia ante sanctificata, quàm nata*; & post Conceptionem in tantùm confirmata, quòd nec venialiter peccare potuit, &c. Opus concludit sic: Fratris Peregrini in regione divinæ paginæ peregrè proficiscentibus, Doctoris clarissimi, &c. Est impress. absque loco & anno.

PETRONILLA Lezcano, fœmina Hispana, elabo-

elaboravit Hieroglyphicum *de Immaculatâ Virginis Conceptione* super illud: Exortum est in tenebris &c. Impress. apud Sanct. Zapata in libro de Concept. folio 146.

PETRONIUS Martinius, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro Rosarii pro Confraternitate Bononiensi, dicto: Erario sacro dell'Indulgenzze da diversi Sommi Pontifici concedute, &c. fol. 45. de Indulgentia *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* concessa à Pio V. &c. Lib. impress. Maceratæ 1646. in 12.

PETRUS Abaellardus, Abbas Ruyensis Gallus, in sermone de Annuntiatione Beatæ MARIÆ, inquit: Quòd MARIÆ non participatio gratiæ, *sed plenitudo adscribatur, ut tantum ei conferri demonstraretur, quantùm humanæ naturæ infirmitati promitteretur.* Unde amplitudinem *gratiæ adepta est*, cùm ei dicitur: Dominus tecum, & quòd Spiritus sanctus venerit in multas fidelium animas per aliquod divinæ gratiæ donum; sed in MARIAM supervenit, *cùm ei superiorem & excellentiorem omnibus gratiam contulerit.* Lib. impress. Parisijs 1617. in 4.

Item, scripsit de Conceptione Beatæ Virginis Orationem unam seu Opusculum quod habemus manusc. ex Bibliotheca Collegij Patrum Societatis Jesu Burdegalæ, ubi extat cum aliquibus Operibus S. Augustini characteribus antiquis, & incipit: Plerique tanto devotionis affectu Matrem Domini, &c. Dabimus illud impress. cum alijs monumentis antiquis de Immaculata Conceptione.

PETRUS de Abarci, Primarius Theologiæ Professor, defendit *Beatam Virginem immunem non solùm à culpa originali, sed etiam à debito illam contrahendi.* Ita in Vallisoletan. publicis conclusionibus. Impress. ann. 1656.

PETRUS de Abreu, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de Verbis Dominæ nostræ cap. 6. ad verbum: Exultavit spiritus meus, folio 123. *Quòd fuit MARIA concepta absque peccato originali, &c.* Item, ad illa verba: Quia fecit mihi magna, cap. 2. folio 153. *Quòd fuit prædestinata post Christum ante prævisionem peccati originalis, &c.* Item, infra de uberibus Virginis MARIÆ §. 12. De ejus immunitate à peccato, agit sub hoc titulo: de la grandeza que Dios usò con la Virgen *preservandola de pecado originali*, de quo latè à folio 303. usque 317. Alia adducit sparsim in eodem lib. impress. in civitate Gaditana anno 1617. in folio.

PETRUS de Acuña Avellaneda, Episcopus Asturicen. Hispanus, præcepit ut observaretur *festum Conceptionis Dominæ nostræ semperq; Virginis MARIÆ, &c.* ut videre est verb. Asturicensis Ecclesia.

PETRUS Ægidius, Societatis Jesu Hispanus, qui Theologiam Scholasticam per spatium viginti annorum professus est, sua pietate & diligentia effecit ut Academia Barchinonensis se obstrinxerit voto propugnandi *semper Immaculati Virginis MARIÆ Conceptus* Prærogativam. Ita Philippus Alegambe in sua Bibliotheca. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Sanctissima Deipara MARIA Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 3. fol. 371.

PETRUS Alagona, Societatis Jesu Hispanus, in Epitome decretal. sive Totius Juris Canon. cõpendiũ, num. 1710. & 1611. fol. 544. *Quòd qui Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Deiparæque MARIÆ Virginis* in ipso die Missam & Officia Sixti IV. celebraverit vel dixerit, vel illis Horis Canonicis interfuerit & per octavã, lucretur omnes indulgentias & eodem modo ut in die Corporis Christi, latè. Item, quòd qui affirmare præsumit peccare mortaliter vel hæreticum esse cum, qui credit *aut tenet Conceptionem Beatæ MARIÆ fuisse sine peccato, vel celebrat officium Conceptionis*, vel audientes de hac materia peccare moraliter, errat; & libri de hac materia scripti sunt reprobati à Sede Apostolica. Et qui in sermonibus aut quomodolibet ausit affirmare prædictas propositiones reprobatas à Papa esse veras, vel posse tenere libros, ipso facto est excommunicatus & reservatus Papæ. Item, eisdem pœnis & censuris supponitur, qui audet dicere esse hæresim vel peccare mortaliter cum qui credit & tenet contrariam opinionem, & pro incurrenda hac Excommunicatione revocantur privilegia etiam de verbo ad verbum. Impress. Romæ anno 1622. in 4.

Item, de peccato originali *& præservatione Virginis MARIÆ* agit in compendio Manualis D. Navarri, præludio 8. Impress. Brixiæ 1596. in 16. Barchinone 1593. in 12. Bergomi in 24.

Item, *Quòd MARIA Virgo fuit in utero sanctificata à peccato originali quantùm ad maculam, non quantum ad reatum quo tota natura tenebatur*, &c. in compendio Theologiæ Divi Thomæ. Romæ 1620. in 12.

PETRUS de Alava, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Doctrinal satisfatorio de los Frailes Menores de la Regular observantia de nuestro P. S. Francisco, punct. 7. cap. 14. fol. 619. loquens de Sixto IV. inquit: Fue devotissimo *de la sanctissima Concepcion de la Madre de Dios, y à cerca de su limpidissima limpieza* escribio algunos tradados, &c. Lib. impress. Matriti 1601. in 4.

PETRUS de Albavilla, Ordinis Sancti Benedicti Doctor Parisiensis, egit Avinione *pro Conceptione Virg. MARIÆ* contra Joannem de Montesono. Ex Henrico Spondano ad ann. 1387. num. 7. tomo 2.

PETRUS Albignanus, Trecius Jurisconsultus, in Postillis seu Glossis ad Rosarium Guidonis Archidiaconi super Decretum dist. 4. cap. Firmissimè, fol. mihi 338. ad marginem, sic inquit: Extat Extravagans Sixti IV. quæ incipit: Grave nimis, quâ cavetur ne pro hæreticis habeantur, qui tenent *Beatam Virginem conceptam in peccato originali*, & mandat sub pœna Excommunicationis festum prædictum celebrari, & concedit indulgentiam interessentibus Horis Canonicis, sicut in festo Corporis Christi. Lib. impress. Tridenti 1523. in fol.

PETRUS de Alcozer, Scriptor Hispanus, in Historia ac descriptione civitatis Toletanæ libro 2. cap. 16. *de ordine Conceptionis Virginis MARIÆ* ac de ejus principio, à folio 108. latè. Toleti 1554. in fol.

PETRUS de Alliaco, Episcopus Cameracensis ac S. R. E. Cardinalis, in libro Theologiæ scholasticæ simul & mysticæ, Tractatu de Salutatione Angelica edito Basileæ 1614. inquit folio 219. Ave o Virgo salutifera, quæ Evæ maledictionem in benedictionem transferens, *sola esse meruisti sine va; meruisti quidem non tuâ justitiâ, sed divinâ gratiâ ut sola esses sine væ culpæ venialis & mortalis, & (ut piè creditur) etiam originalis, ut semper esses sola sine væ*, &c. Lib. impress. Parisijs anno 1500. & Duaci 1634. in 12. regali.

Item, in Curia Romana ad annum 1387. causa *Immaculatæ Conceptionis* egit contra Joannem de Montesono, ut habet Henr. Spond. tom. 2. ad præ-

dictum

dictum annum numero 7. & ipsemet Alliacus refert in Opere suo MS. quod extat in Coll. Navar.

PETRUS Aloix, Societatis Jesu Leodiensis, *de festivo die Conceptionis Beatæ V. MARIÆ* à Lugdunensibus celebrato, in libro Illustrium Ecclesiæ Orientalis Scriptorum in Annot. cap. 4. fol. 616. Impress. Duaci 1636. in folio.

Item, in Annotat. ad vitam Sancti Dionysij Areopagitæ tomo 2. cap. 6. agens de Assumptione V. inquit: Sanè valde congruebat, *ut corpus quod nulli subditum peccato fuisset, id neque corruptioni, quæ à peccato orta est, subderetur.* Lib. impress. Antuerp. 1633. in folio.

PETRUS Alphonsus Burgensis, Monserati Monachus & Eremita Hispanus, in libello de vita & laudibus Beatæ Mariæ Virginis cap. 7. cujus titulus est: *MARIA sine peccato originali concipitur*, ipsam fuisse immunem atque præservatam miris ostendit verbis. Et cap. 8. sub hoc titulo: Invectiva in peccatum originale, *quod non tetigit Dei Matrem*, &c. Lib. impress. Barchinone 1652. in 8.

PETRUS de Alva & Astorga, Ordinis Minorũ Hispanus, elaboravit cum alijs Armamentarium Seraphicum *pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis.* Impress. Matriti 1548. in folio.

Item, ad Regnum & Procuratores Regni Hispaniarum pro conficiendo Armamentario majori *pro Immaculata Conceptione* Propositionem seu Opusculum. Matriti 1649. in folio.

Item, Armamentarij Seraphici *pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis* Tomum secundum qui extat jam paratus & dispositus.

Item, *Quòd titulus Immaculata*, quomodocumque Mariæ adscribatur, semper appellat & supponit pro physico & naturali Conceptionis instanti, ex Scriptura, Concilijs, & Sanctorum dictis. In charta expansa Matriti 1648.

Item, in sua Biblioth. Virginali in tres Tomos divisa littera A. de mysterio Conceptionis pro & contra sequentia: Beati Amadæi *de Conceptione V.* raptus, à fol. 685. usque 734. Alberti Castellani de laudibus Beatissimæ V. Mariæ *pro festo Conceptionis* vel Sanctificationis ex dictis Sanctorum Doctorũ compilatum Sermonem. Ibidem etiam Ambrosij Catharini disputationem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, lib. 3. à fol. 9. usque 71. Item, Sancti Anselmi *de Conceptione Virginali* & peccato originali Librum, tom. 2. fol. 383. Item, ejusdem B. Anselmi *de Conceptione Beatæ V.* Lib. unum ibid. Item, ejusdẽ *de festo Conceptionis V.* Epistolam unam Coëpiscopis suis cunctisque Orthodoxis, &c. fol. 402. Item, ejusdem Anselmi Epistolam alteram *de Conceptione B. MARIÆ*, fol. 792. Item, *Officium primitivum Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* & Sermonem, fol. 793. Item, Sancti Antonini de quæstione: *Vtrum Virgo MARIA fuerit concepta in peccato originali?* Caput, & extat fol. 448. Item, ejusdem Sancti Antonini *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* per modum Prædicationis Caput tertium fol. 452. Item, *de Conceptione* & Sanctificatione Cap. 3. fol. 461. Item, *de Conceptione B. MARIÆ* Caput 4. quod extat folio 466. Item, ejusdem Serm. *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* fol. 724. Item, Armandi de Bellovisо de Sanctificatione vel *Immaculata Conceptione Beatæ Virginis* collationes 4. Item, Arnoldi Albertini circa illam Assertionem: An sit scandalosum dicere, *quòd Beata Virgo MARIA sit concepta in peccato originali?* Summarium seu Quæstionem, tom. 3. fol. 242. Item, Antonij Bitontini vel Guilielmi Parisiensis *in festo Immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* Postillam, fol. 543. Quæ omnia typis mandata fuere Matriti, anno 1649. in fol.

Item: Libro raro, unico y singular de la sacratissima Virgen Maria, Madre de Dios, Reyna de los Angeles, Emperatriz de todo lo criado, y Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original; y assi mismo de todos los elogios, excelencias, prerogativas, y mysterios de su vida, dividido en ocho tomos. Dedicados à la devocion, piedad, y grandeza del Excelentissimo Señor Don Gaspar de Bracamonte y Guzman, Cavallero del Orden de Calatrava, Comendador de Daymiel, Conde de Peñeranda, Señor de Aldea seca de la frontera, Plenipotenciario para el trato general de la paz en el congresso de Munster, Gentil. hombre de la Camara de su Magestad, de sus Consejos de Estado, y Guerra, y Presidente en el Supremo de las Indias. Et sunt Tomi octo imaginũ cum hac dedicatoria Excelentissimo Señor. El renombre mas proprio, ò el epiteto mayor, que comunmente dan los Santos Padres, y antiguos Doctores de la Iglesia a la Sacratissima Virgen Maria, Reyna de los Angeles, y Emperatriz de todo lo criado, es llamarla libro raro, unico, y singular; en cuyas hojas, y candido papel de su incontaminada pureza, se escriviò por modo inefable aquella sola palabra infinita, que ab eterno pensò Dios, y siempre està engendrando en su mente divina, para que con la tinta de nuestra humana naturaleza la pudiessen ver, y leer los flacos ojos de los hombres, y en ella estudiar la perfeccion de lo que ay que aprender, y saber en los cielos, y en la tierra. Esta repetida comparacion, y soberano epiteto (Excelentissimo señor) parece que hasta agora no ha tenido libro en que poderse verificar con todo su rigor y perfeccion; porque no todas vezes igualan los libros sagrados à sus titulos, que siendo estos grãdes, aquellos suelen salir muy pequeños, y prometiendo mucho en el frontispicio el artifice, entrando el letor en la obra, la suele hallar corta, y estrecha, ò por lo menos estan llenos de erratas, y defectos. Solo este libro presumo que se libra desta comun enfermedad, que aunque el titulo de raro, unico, y singular, promete mucho, es menos que lo que contiene, y se hallarà en la obra, porque si abre el curioso sus hojas, y entra el letor en su assumpto, vera y hallara que es libro, y obra tan rara, nueva, y singular, que ni ha avido, ni ay otra su semejante en el mundo, ni libro como este lo ha tenido Bibliotheca, ni tiene Monarca, ni señor de la tierra; y lo que es mas, que su assumpto, y disposicion, en honrra de la soberana Virgen Maria, no lo ha llegado a ver, ni aũ à imaginarlo algun hombre docto del Orbe: libro tan raro unico, y singular. que siendo, y estando los demas impressos, solo este por antonomasia se puede llamar, y dezir verdaderamente estampado: para cuya edicion ni fueron menester las censuras de hombres doctos, ni en Roma aprobationes del Maestro del Sacro Palacio, ni en Madrid las licentias del Real, y Supremo Consejo; en cuia composicion, ni ha sido menester lidiar con Impressores, ni se ha visto en

manos de Librerosy libro finalemente donde no ha avido,ni ay una sola errata que corregir, ò enmienda que hazer,y assi con justa causa me parece que este es el libro dechado, raro, unico, y singular *de la Purissima Virgen MARIA, en cuya fabrica desde el primer instante de su Immaculada Concepcion, no hubo el menor defecto, digno de enmienda*; y aunque estos parezcan accidentes, es tambien unico, raro, y singular, en la substantia; pues siendo tan grande, que contienne ocho tomos, no se compone de letras, ni renglones: y careciendo destos lo pueden entender, y leer todas las naciones del mundo, porque sin diversidad de caracteres, està escrito en todas lenguas: para los doctos es el mas sentencioso, sutil, y agudo que hasta agora se ha estampado, para ignorantes el mas claro en el estilo, el mas llano en el significar, que puede imaginarse. No ha menester el niño averido a la escuela para deletrearle, ni la muger saber leer para entenderle; es juntamente para unos pio y devoto, y para otros curioso, y entretenido,y para todos los Catholicos vna muda voz, que sin cansar la vista, ni la lengua, despierta el coraçon, mueve la voluntad, y levanta los afectos a las cosas del cielo, al amor de Dios, y devocion de la Sacratissima Virgen MARIA. Este libro, pues, Señor,tan raro, unico,y singular (donde parece que MARIA se ha sacramentado,pues,estando en todo el libro, ò en todos los libros, igualmente se halla en todas sus hojas tan particularmente,como si estuviera toda en todo,y toda en qualquiera parte) dedico a la devocion rara, ofrezco à la piedad unica, y consagro a la grandeza singular de V. Ex. para que assi quedando la obra eterna, y estos libros en la nobleza de su casa vinculados, con la proteccion,y dominio de tal Principe, y señor, todo tenga su devida estimacion. A quien guarde el cielo como puede, y yo deseo, &c. En Madrid, dia de la Expectacion de Nuestra Señora, año de 1656. De V.Exc. menor siervo Fr. Pedro de Alva y Astroga.

Item,fecit Librum sub hoc titulo: Nova & litteralis Cantici Magnificat *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis V.MARIÆ* expositio. In qua ex toto rigore litteræ, ac verborum grammaticali sensu, vi, ordine ac connectione, seclusis auctoritatibus, allegorijs atque mysticis interpretationibus, sincero, claro atque succincto stylo intelligitur, explicatur demonstraturque, *sacratissimam Deiparam locutam fuisse in eo de sua immunitate, ac modo magnificæ præservationis à peccato originali.* Matriti 1656. in 4. & Ruremundæ.

Item,elaboravit Librum sub hoc titulo: Radij Solis Veritatis Cœli atque Zeli illustrantes Fratrum Minorum sententiam communem, & Patrum Ordinis Prædicatorum opinionem singularem *pro Sanctissimæ Deiparæ Virginis MARIÆ electione, productione, generatione, formatione, ortu, Conceptione, nativitate in utero & ex utero, rectitudine, justitia, puritate, immunitate excellentissimo redemptionis genere, gratia, præventione in primo animationis instanti seu naturarum unione, Immaculata sanctitate ac præservativa sanctificatione, inter originalia impressa & manuscripta, libros, auctoritates, sententias, remissiones sacræ Scripturæ, Conciliorum, Sanctorum Patrum, Doctorum, &c. vera, integra, sana, atque legitima verba tamquam dies diei eructantes verbum*, Contra illam primam peccati originalis maculam, culpam, contagium, concupiscentiæ fomitem, naturæ vitium, mortis reatum, debitum, obligationem, prævaricationem, purificationem, emundationem, liberationem, ereptionem, purgationem à contracta communi iræ maledictione in carne peccati, sorde ex primi parentis lapsu propagata. Illuminant propositiones universales omnes, nullus, solus, semper, numquam; adverbia exceptiva præter, tantùm, &c. inter umbras, obscuritates ac tenebrarum caligines hucusq; ab aliquibus Scriptoribus sine fundamento aut ulla veritate introductas, nocte nocti indicante scientiam. Lib. impress. Lovanij, anno 1663. in fol.

Item, hanc Militiam universalem *pro Immaculata Virginis Conceptione* ex diversis Auctoribus tum antiquis tum modernis; ut vides.

Item,edidit Monumenta antiqua *pro Conceptione* ex viginti Tractatibus & Sermonibus antiquis repertis in diversis Biblioth. Orbis,& nunquam impressis;atque etiam Monumenta singularia *pro Conceptione* ex viginti octo libris excusis, sed jam pœne extinctis (unde ipsorum memoria periit) quorum nomina sunt: Ex Benedictinis Carolus Fernandus, Cronodromus Anonymus, Petrus Abaillardus, Joannes de Dieft. Ex Crucíferis Arnoldus Cloethingen. Ex Cistercienfibus Petrus Cantor. Ex Carthusiensibus Henricus de Hassia. Ex Dominicanis Ambrosius Catharinus, Vincentius Justinianus & quidam Nicolaus Eymericus. Ex Cœlestinis Dionysius Faber, Antonius Pocquetus, Claudius Rapinas, Petrus Bardus, Guillelmus Vincentri. Ex Augustinianis & Canonicis Regularibus Hermannus de Sckildis, Joannes de Meppis, Theodoricus de Urich, Petrus Ducis, Nicolaus Grenerus. Ex Carmelitis Franciscus Martini. Ex Trinitariis Robertus Guaguinus. Ex Jesuitis Robertus Bellarminus, Franciscus Turrianus. Ex Minoritis S. Bernardinus Senensis, Petrus de Candia, Joannes Vitalis, Petrus Thomas, Franciscus Mayron, Petrus Aureolus, Joannes Tisserandus, Ludovicus à Turri de Verona, Ludovicus Carvajalius, Antonius Chucarus, Raymundus Eremita. Ex Sæcularibus Gerardus Rondellus, Petrus Cómestor vel Richardus à S. Victore, Petrus Montis, Dominicus Bolanus, Petrus de Heredia, Joannes de Bruselas, Nicolaus de Rebbe, Joannes de Mandavilla, Fredericus Nausea, Antonius Fomerius, Joannes Alanus, Judocus Clictovæus, Antonius Bonrromæus, Universitas Pragensis, Dialogus inter Militem & Amicum, Episc. Convalvacensis, Lucanus N. Sebastianus Brant, & aliqui Anonymi.

Item, disposuit Allegationes & Avisamenta Joannis de Segovia Canonici Toletani pro Concilio Basileensi ad informandos animos, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. Bruxellis, anno 1663. in folio.

Item: Memento homo quia pulvis es, &c. *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, ubi refertur quidquid contra illud actũ est ab aliquibus Scriptoribus antiquis. Est in 4. disposs. ad prælum.

Item: Tramontana dissipans nubes ab aliquibus fabricatas sine fundamento & veritate contra Solem Veritatis & *Conceptionis mysterium.* De his fit mentio in principio Nodi indissolubilis.

Item, Librum sub hoc titulo: Sol Veritatis cum Ventilabro Seraphico *pro candida aurora MARIA in suo Conceptionis ortu sancta, pura, Immaculata, &* à pec-

à peccato originali præservata, triturando Auctores opinionis adversæ sexaginta antiquos atque modernos, Opuscula omnia, Libros, Tractatus, Sermones, atque Quæstiones; ventilando Opera allegata trecentorum quindecim Ecclesiæ Doctorum stylo positivo, scholastico, historico, nec non Apologetico, segregat ab ipsorum sexcentis quadraginta auctoritatibus lucem à tenebris, granum à paleis, & triticum à zizanijs, &c. Impress. Matriti, anno 1660. in folio. Et huic Operi affixit Memoriale *pro eadem materia Conceptionis* ad Philip. IV. Regem Catholicum Hispanicè. Item, alium: Nodus indissolubilis de Conceptu mentis & Conceptu ventris, hoc est: Inter immunitatem ab omni defectu & errore Angelicæ doctrinæ S. Thomæ Aquinatis, & ejus exclusionem ab illis universalibus regulis: Omnis homo mendax: Omnes erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa: Omnes declinaverunt, &c. *Et præservationem ab omni culpa & macula purissimæ animæ Virginis Dei Matris* MARIÆ, & ipsius exceptionem ab istis: Omnes in Adam peccaverunt: Omnes nos quasi oves erravimus, &c. Ac de utriusque approbationibus Apostolicis, Ecclesiasticis atque revelatis, ab Alexandro magno VII. Pontifice nostro solvendus aut scindendus. Bruxellis 1661. in 8. & iterum cum maximis additionibus 1663. in 4.

Item, edidit aliqua Opuscula parva & magna & alia anonyma *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis* secundùm temporis opportunitatem & amicorum postulationem, de quibus suis locis.

PETRUS Alvarez, Ordinis B. Mariæ de Mercede, in singulari approbatione facta pro Serm. *de Immaculata Conceptione* R. P. F. Gundisalvi de Herrera meæ Provinciæ Limensis Ministri Provincialis. Impress. unà cum Serm. ann. 1655. in 4.

PETRUS Alvarez de Saa Hispanus, fecit Tractatum seu Censuram circa Librum D. D. Petri de Perea Episcopi Ariquipensis, seu litteram scriptam Philippo IV. Regi Hispaniarum de certitudine quam habet in Ecclesia, *quòd Virgo* MARIA *fuerit concepta absque originali peccato*; ut videre est in impress. in Civitate Regum 1629. in 4.

PETRUS Alvarus, Doctor Hispanus, in Sermone de Sponsalitio Virginis Mariæ *de ipsius Conceptione* agit frequenter. Serm. impr. Matriti 1634. in 4.

PETRUS Amerius, Societatis Jesu, in lib. quadraginta Concionum Adventualium de Annuntiatione Virginis Matris & Verbo incarnato Conc. 17. super illud: Gratiâ plena, *eximit Virginem à peccato originali*, à fol. 188. usque 205. & sparsim per totum. Antuerpiæ 1628. in 4.

PETRUS de Ancharrano Canonista, in 2. decretalium, super 2. cap. Conquæstus, fol. 126. inquit: *Festum autem purissimæ Conceptionis Virg.* hîc non inciuditur, licèt in multis locis celebretur ex devotione non improbanda. De hoc in Speculo eo titulo post principium. Joan. Andreas dicit Conceptionem illam quæ fuit ex humano semine non numerandam, quia fuit in originali concepta, ut notatur de Cõsecrat. dist. 3. cap. 1. sed post Conceptionem immediatè sanctificata, & ob hoc colit Ecclesia Nativitatis festum. 1581. in fol.

PETRUS Andrieu, Ordinis Minorum Gallus, in lib. L'antidotaire sacré de l'ame pieuse, fol. 436. adducit Prosam de Beata Virgine: *Ave rosa sine spinis*, &c. Et folio 150. in Litanijs: *Sancta Virgo ab æterno electa*: *Sancta Virgo præservata*; & vocat *puram, sanctam & illibatam* sparsim per librum. Impr. Parisijs 1607. in 12.

PETRUS de Anio, Poëta Hispanus, cum aliis scripsit Carmina *de immunitate Virginis* MARIÆ *à peccato originali*, quæ extant in libro edito à Ferrando Diaz. Vide ibi.

PETRUS de Antequera & Artiaga Hispanus, in disputatione & allegatione Juris de obedientia subditorum circa pragmaticam & taxam panis, &c. in primo fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis habet hanc inscriptionem: *Tota pulchra es* MARIA, *& macula originalis non est in te.* Lib. impress. Compluti 1621. in 4.

PETRUS de S. Antonio, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Viridarium spirituale extractum ex doctrina Sanctorum, &c. tract. 2. cap. 1. de Expositione salutationis Angelicæ §. 2. folio 65. *Quòd Virgo* MARIA *fuit pura, & libera ab omni macula peccati.* Et ad finem in tabula de observatione festorum ad diem octavam Decembris assignat *Conceptionem Virginis* MARIÆ. Impress. Ulyssiponæ 1632. in 4.

PETRUS Antonius Spinelus, Societatis Jesu Neapolitanus, in libro: Maria Deipara Thronus Dei, cap. 4. folio 25. *de gratiæ magnitudine Virgini Deiparæ divinitus in sua Immaculata Conceptione collata*, & de glorioßissimo ac suavissimo nomine Maria agit latè per totum caput usque ad fol. 41. Et cap. 7. *de purissimæ Virginis Deiparæ perpetua impeccabilitate*, quam Dei beneficio est consecuta, ubi asserit, *quòd Virgo* MARIA *nullum contraxit peccatum originale* vel actuale, &c. latè à fol. 69. usque 113. Et cap. 14. de singulari prædestinatione Beatæ Virg. Mariæ. Vide etiam à folio 180. usque 190. Alia extant in eodē tomo pro mysterio Conceptionis.

Item, in Appendice de Mariæ laudibus, sive de elogijs Deiparæ, folio 604. *Elogium de Conceptione Immaculata*, Caput unum in ordine 3. Et fol. 611. in Tractatu de salutatione Angelica: *Quòd Beata Virgo fuit absque væ peccati originalis, & plena gratiâ in sua Immaculata Conceptione.* Item, in Tractatu de Festis ac Templis Deiparæ, *de Immaculata Conceptione Deiparæ* die 8. Decembris, atque de Revelationibus ejusdem festi à folio 674. usque 677. Lib. impress. Neapoli 1613. in folio.

PETRUS Apollinaris, in Opere de Nativitate Virginis Mariæ, carmine elegiaco scripsit de immunitate Virginis à peccato originali, quæ sequuntur:

Salve Virgo Parens, labes quam nulla vetusti
Per tot ducta gradus criminis implicuit.
Te, dum conciperis, culpæ quicumque negarit
Immunem, brutis nil sapit ille magis.
Huic aut vipereo mens est infecta veneno,
Aut illum teter spiritus exagitat.

Extat tom. 8. Biblioth. VV. PP. secundæ editionis. Vide Euseb. Nieremb. lib. Exception. fol. 494. Salaz. sæc. 15. Leon. classe 9. Mart. Philipp. fol. 1211. tom. 2. & Hondeghen clas. 3. fol. 138.

PETRUS Apostolus Jesu Christi Domini nostri, ac Princeps Apostolorum natione Galilæus, loquens de Beatissima Dei Genitrice Maria in Sermone habito in ejus felicissimo transitu, dixit de ipsa: Quòd *semper gratiam Dei habuerit*, & quòd omne bonum sibi collatum fuit, omniaque in ea fuerunt laude digna. Ex quibus verbis videtur

colligi per necessariam consequentiam, quòd si semper gratiam Dei habuit, illam etiam habuit in Conceptione; & si omne bonum ei collatum fuit, etiam & justitiæ originalis, &c. Sermonem prædictum adducit Beatus Amadæus in sua Apocalypsi nova raptu 8. ut in nostra Biblioth. Virginali tomo 1. folio 710. Hippolytus Marraccius in Apostolis Marianis.

Item, in Missa Apostolica à se ordinata, folio 23. loquens cum Virgine Maria, inquit: Ave gratiata, & gratiâ plena Maria. Et infra folio 35. Libera nos quæsumus Domine ab omni malo præsenti ac futuro intercessionibus *Immaculatæ* & gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virg. Mariæ, &c. Lib. in lucem datus est à Wilhelmo Lindano, & impress. Antuerpiæ 1589. in 8.

PETRUS Aptensis Episcopus, natione Gallus, subscripsit decreto edito in Concilio Provinciali Avinionensi *pro festivitate Immaculatæ Conceptionis V. Deiparæ*. De quo Purpur. Marian. folio 369.

PETRUS Aquilanus sive de Aquila, cognomento Scotellus, Ordinis Minorum Italus: Utrum Virgo fuerit concepta in peccato originali? in 3. Sententiarum dist. 3. est *pro Immaculata Conceptione*. Venetiis 1584. in 4. & etiam Venetiis 1501. in 4. & manuscr. in Biblioth. Aracœlitana in folio, & Parisiis 1585. in 8. regali.

PETRUS de Aranda, Doctor Hispanus, in Sermone de S. Ignatio de Loyola, in salutatione fol. 4. inquit: Alegresse la Virgen santissima, pues por este nuevo capitanazo y sus fuertes soldados es singularmente defendida *su original y virginal limpieza, &c.* Serm. impress. Compluti 1628. in 4.

PETRUS Aravjo Salgado, Poëta Hispanus, in Poëmate de Puritate Virginis, inquit:

No sois Señora vos à cuya huella
La frente se rindio desvanecida
Del dragon que insidiaba nuestra vida,
Varonil defensora al mundo en ella?

Extat cum aliis, folio 114. Granatæ 1640. in 4.

PETRUS Aretinus, Doctor Italus: *Quòd Beata V. MARIA, ut pium est credere, præ omnibus aliis Immaculata, pura & candida fuerit in sua Conceptione*. In libro de Vita Beatæ Virginis Mariæ, Impress. 1545. in 8.

PETRUS Arias Segoviensis Hispanus, edidit *officium de festo Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ* pro Ecclesia Segoviensi cum octava, omnibus modis pulcherrimum & dignum certè ut typis mandetur, quod in charta pecorea scriptum accepi singulari dono à D. D. Cardinale Barberino Ordinis Minorum Protectore cùm essem Procurator Curiæ, & extat in 4.

PETRUS de Aristizabal, Ordinis Minorum Hispanus, in Discursibus moralibus & politicis in Canticum Habacuc, *de Immaculata ac purissima Conceptione V. MARIÆ* agit latè versiculo 31. consid. 64. à fol. 711. usque 726. Matriti 1649. in fol.

Item, in tomo 1. super Josue habet plura & pulcherrima *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Vide ibi. Matriti 1655. in fol.

PETRUS de Assumptione, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *De la Immaculada Concepcion de la soberana Princesa de los Angeles MARIA santissima Señora nuestra*, predicado à la continua devocion que à este soberano mysterio tienen los hermanos de la insigne cofradia del dulcissimo Jesus Nazareno y santissima Cruz en Jerusalen, que esta sita en la Iglesia de nuestro glorioso Padre San Antonio Abbad de esta Ciudad de Sevilla, en el primer dia del mes de Mayo, dia de los glorioso Apostoles San Felipe y Santiago, &c. Impress. Hispali 1625. in 4.

PETRUS de Avendaño, Doctor Hispanus, in Sermonibus de festivitat. Christi Domini, in indice 3. pro Concionatoribus *de Conceptione Virginis MARIÆ* Elenchum. Impress. Matriti 1634. in 4.

PETRUS Augustinus, Episcopus Civitatis Oscæ, edi curavit Breviarium suæ Ecclesiæ in quo folio 479. est *officium Immaculatæ Virginis*. Impress. in 4.

PETRUS de Aulberoge, Doctor Theologus & Regius Concionator Gallus, in libro dicto: Les excellences de la tres-auguste Mere de Dieu, à folio 1. *de Conceptione Immaculata Virginis* Discursum latum usque ad folium 39. Impress. Parisijs 1644. in 12. Item, composuit alium Librum Latinum: Prærogativæ Virginis quindecim discursibus Theologicis comprehensæ; ut dicitur in privilegio Regis appenso, eidem libro in principio; quem non vidi.

PETRUS Aureolus de Verberia, Ordinis Minorum Gallus, Episcopus Aquensis & S. R. E. Cardinalis: Utrum Virgo Maria fuerit absque originali peccato, vel cum originali concepta? Quæstionem insignem in septem articulos divisam, & extat à folio 379. usque 385. ubi multa & erudita invenies pro *immunitate Virginis MARIÆ* Lib. impress. 1605. in folio.

Item, *de Conceptione Immaculata Beatissimæ Virginis MARIÆ* scripsit Librum unum seu Tractatum, qui incipit: Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram, Proverb. 8. De Conceptione Immaculata Virginis tractaturi, &c. Extat manusc. Tolosæ in Bibliot. Collegij Fuxensis, & Parisijs apud D. D. Cancellarium, & apud nos paratus ad prælum.

Item, scripsit alium Tractatū, quem intitulavit: Repercussorium cōtra adversarium innocentiæ Matris Dei, & incipit: Justificationem meam quam cœpi tenere non deseram &c. *pro Immaculatæ Conceptionis mysterio*, cujus originale manusc. habemus.

PETRUS de Balvaz, Ordinis Minorum Hispanus, Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo *Immaculatæ Conceptionis* cum aliis elaboravit. Matriti 1648. in folio.

PETRUS Baptista, Ordinis Minorum Hispanus, ac Martyr in Regno Japonum, prædicavit mysterium *Immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIÆ*. Ita Antonius Daza in tract. de Concep. cap. 6. folio 44.

PETRUS Bardo, Ordinis Cœlestinorum Parisiensis, qui floruit anno 1556. in libro Sermonum de Sanctis à folio 1. usque 39. habet septem Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ*; quorum primus incipit: Solemnitas hodierna est *Sanctæ & Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptionis, &c.* Extat manusc. in Conventu Patrum Cœlestinorum Parisien. in 4. Secundus Sermo incipit: Festivitas hodierna est festivitas intemeratæ Virginis Mariæ. Tertius: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Quartus: Vas admirabile, opus excelsi. Quintus: Benedixisti Domine terram tuam. Sextus: Domum majestatis in te glorificabo. Septimus

mus: Non sum sicut cæteri hominum. In quibus omnibus acerrimè defendit prædicationem Virginis à peccato originali. Sunt manusc. apud nos, & impress. Lovanij hoc anno 1663. in 4.

Item, *de Conceptione Immaculata Virginis* MARIÆ Tractatum scripsit seu Librum, ut refert Petrus Crespetius in suâ Summa, folio 583. de quo etiam Joannes à S. Maria in supplici libello ad Innocentium X. pro Immaculata Conceptione ad finem, Marrac. in Biblioth. & in Catal. ad ann. 1535. Pistoia.

PETRUS Barre Gallus, in libro: Des Saincles oeuvres utiles à tous fideles Catholiques, in lib. 3. fol. 278. agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, & ad marginem citat Henricum de Hassia in quatuor libros Sententiarum, & agit latè. Item, tomo 2. lib. 2. fol. 13. *de Immaculata Virginis Conceptione.* Et folio. 701. *de festivitate Conceptionis latè*, quòd fuit instituta anno 1074. in Normandia cùm esset Archiepiscopus Joannes; & de Confraternitate Palmor. quæ est una ex notabilibus mundi, latissimè folio 703. & folio 795. & quòd in Anglia eodem anno 1070. per Episcopum Esquilinum Petrum Denez eodem modo fuit recepta. Et pro his omnibus citat ad marginem Nicolaum Tailepiet cap. 40. de Antiquitatibus Rothomagensium. Lib. impress. Parisijs 1619. in 8.

PETRUS Berchorius, Ordinis Benedictinorum Pictavensis, in suo Dictionario seu Repertorio Morali part. 2. verb. Maria ait: Dico ergo primò, quòd hæc fuit culparum maculis expiata, quia secundùm aliquos *ista nunquam contraxit peccatum nec originale*, nec actuale: Ideo interpretatur stella maris, quia stella habet naturam purissimam, nulli corruptioni perviam, maculæ pernoxiam, immunditiæ depravatam, &c. Lib. impress. Venetijs 1589. in folio.

PETRUS Berengarius, Ordinis Prædicatorum, scripsit Librum sub hoc titulo: Incipiunt Sermones de Sanctis Fratris Petri Berengarij de Ordine Prædicatorum. Et incipit: Mirabilis Deus in Sanctis suis, &c. Et in sermone 6. de Assumptione Virginis hæc habet loquendo de ejus gratia: Fuit plena gratiâ, & hoc quadrupliciter; scilicet in corde, in ore, in opere, in opinione; & ideo ad ista denominanda dixit Angelus Lucæ 1. Ave gratiâ plena. Ecclesiast. 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis. Tam laudabilem sanctitatem, &c. quod ascendit (inquiunt) de deserto. Desertum mundus est, quia deserit & deseritur propter sui brevitatem. Et Joannis 2. Transit mundus, & concupiscentia eius. De hoc deserto, id est, de mundo ascendit Virgo Maria quadrupliciter: primò *per uterinam sanctificationem*, Psal. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Bernardus: Mater Domini ante fuit sancta, quàm nata. 3. Reg. 18. Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari.

Item, in serm. 7. Et invenit gloriam multiplicis privilegij: *fuit enim à Spiritu sancto in materno utero sanctificata & mundata.* Et inferius in eodem: Qui enim in vita præ cæteris illâ gratiâ sui Conceptûs honoravit, pium est credere eam in morte singulari salutatione & speciali gratiâ honorasse. Item, in sermone sequenti in ordine 9. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptũ. *Nubes levis est caro Beatissimæ Virginis ab omni peccato immunis.* Et infra: Et ut præmium respondeat merito, possumus dicere, *quòd ascendit sicut nubes levis per culpæ incorruptionem*, id est, ascendit sicut aurora, quæ media est inter diem & noctem; *quia Virgo Beata non creditur habuisse tenebras ignorantiæ; nec ardorem concupiscentiæ ex gratia sanctificationis præfatæ.* Item, serm. 11. de eodem festo: *Ista mulier fuit Immaculata sanctimoniâ illibatæ incorruptionis*, Ecclesiast. 16. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata: sic & nos debemus sanctificari, &c.

Item, sermone sequenti sub themate: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, &c. Pulchritudinẽ candoris ejus admirabatur oculus. Unde dicitur, quòd gratia sanctificationis Virginis Mariæ non tantùm repressit motus illos in ipsa, sed in alijs effectum habuit, &c. Et inferiùs: 2. *ab immunitate omnimodæ corruptionis; & subditur: & macula non est in te*, &c. Item, ibidem in serm. 3. de Nativitate Beatæ Virginis, qui incipit: Lux orta est eis, Isaiæ 9. inquit: Jesse genuit David, in quo ostenditur sua maxima sanctitas. *V. enim MARIA fuit sine pondere & tortuositate culpæ originalis*; & hoc est de ratione virgæ ut sit levis & recta, &c.

Item, serm. 6. Egredietur Virga de radice Jesse, &c. quod competit Beatæ Virgini & ejus Nativitati: *nata est enim sine pondere & tortuositate culpæ originalis*: & hoc est de ratione virgæ, ut sit levis, &c.

Item, serm. sequenti in ordine 7. Orietur stella ex Jacob, &c. de Nativitat. Mariæ sub quadruplici figura, scilicet sub figura stellæ, ut patet hic: Orietur stella ex Jacob; in quo describitur Virg. sanctitas, & hoc quadrupliciter. *Primò, quia fuit munda ab omni macula culpæ: stella enim immunis est à corruptione propter suæ materiæ puritatem. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Primum refertur ad peccatum originale, à quo fuit in materno utero sanctificata.* Psal. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Bernard. Fuit procul dubio Mater Domini ante sancta, quàm nata. Secundum refertur ad peccatum actuale, &c.

Item, in serm. Orietur stella ex Jacob, &c. Nativitas Beatissimæ Virginis Mariæ ab æterno fuit prævisa, Eccles. 24. Ab initio & *ante sæcula creata sum*, id est, prævisa, &c. Hic liber extat manusc. in Biblioth. Patrum Eremitarum S. Augustini Burdegalæ.

PETRUS Berrullus, natione Gallus, Congregationis Oratorij D. N. Jesu Christi in Gallia Fundator ac S. R. E. Cardinalis, in Operibus suis pro immunitate Virginis à peccato, hæc habet in libro impress. à Reverendissimo P. Francisco Bourgoig ejusdem Congregationis superiore, fol. 938. cap. 96. Quòd Virgo Maria est vita, & de ejus vita interiori & exteriori inter alia dicit: *Quòd tria sunt simul inventa in Beata Virgine eodem instanti, quo ei donata fuit natura, status gratiæ & vita & motus gratiæ erga Deum; quam vitam habuit interiorem à sua Conceptione* usque ad finem vitæ, &c. Parisijs 1645. in folio.

Item, in libro cujus titulus est: Discours de l'estat & des grandeurs de Jesus par l'union ineffable de la Divinité avec l'Humanité: & de la dependance & servitude qui luy est deuë & à sa tres-saincte Mere, en suitte de cest estat admirable, multa adducit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, præcipuè part. 2. fol 40. & fol. 45. & 68. & 82. & 89. in 8. regali.

PE-

PETRUS Besseus, Doctor Parisiensis & Regius Concionator Gallus, *in festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* Sermonem unum in libro Supplement. sive tom. 3. part. 2. Conceptuum Theologicorum prædicabilium, à folio 511. usque 528. Impress. Coloniæ 1619. in 4.

Item, *Quòd sola Virgo MARIA inter omnes filios Adæ sine peccato fuit concepta* & nata, & ideo tota pulchra, part. 1. tom. 3. sermone de Nativitate Deiparæ, folio 274. Impress. Coloniæ 1617. in 4.

Item, in libro: Conceptions Theologiques sur toutes les festes des Saints & autres solemneles de l'année, folio 578. *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Sermonem. Impress. Parisijs 1618. in 8.

Item, in libro: Les triomphes des Saints & devotes Confrairies, fol. 27. Considerationes *super Conceptione Virginis*, & quomodò fuit à Deo prædestinata, &c. Et fol. 29. *Conceptio Virginis Immaculata, tota pura, absque aliqua macula peccati; privilegium speciale præ ipsa nulli alij naturæ communicatum*, &c. Lib. impress. Parisijs 1619. in 12.

PETRUS Bezerril, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, fuit Judex Apostolicus *in causa Conceptionis Virginis MARIÆ*, tempore Julij 11. anno 1508. ut constat ex originali existente apud nos.

PETRUS Billariensis, Ordinis Cisterciensis Hispanus, habuit revelationem *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, quam latè refert Chrysostomus Henriquez in Menologio Cistercienſi ad diem 8. Decembris, folio 409. Lib. impress. Antuerpiæ 1630. in folio.

PETRUS Binsfeldius Trevirensis, Doctor Theologus, libro de receptarum in Theologia Sententiarum & Conclusionum cum brevibus necessarijsque fundamentis, de statu innocentiæ & ei adjunctis peccato originis, &c. sect. 2. memb. 2. *de Sanctificatione Beatissimæ Deiparæ & Virg. MARIÆ* de qua ponit quatuordecim Conclusiones cum suis probationibus & argumentis, à folio 251. usque 278. agit latè de *præservatione Virg.* præcipuè concluſ. 5. sed problematicè respondendo ad argumenta pro utraque parte; videtur tamen ad nostram inclinari sententiam.

PETRUS Bivero, Societatis Jesu Hispanus, Regis Catholici Concionator, & Collegij Imperialis Matritensis Rector, in libro de Sacris privilegijs ac festis magnę Filię, Sponsæ, & Matris Dei fol. 50. *de sacris privilegijs Filiæ Dei MARIÆ Immaculatè conceptæ sine macula; vel de gloriosa MARIA Filia Dei in festo & privilegijs Immaculatæ Conceptionis*, ubi de ejus immunitate per 101. §§. seu capitula à folio 52. usque 144. Lib. impress. Antuerpiæ 1638. in fol.

Item, edidit Sermonem sub hoc titulo: De las honras de la venerable Madre Beatriz *de la Concepcion* Carmelita Descalza, &c. Impress. Bruxellis 1647. in 4.

PETRUS Blanchot, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Gallus, in Bibliotheca SS. Patrum concionatoria fol. 306. ad diem 8. Decembris, *pro festo Conceptionis Beatæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ* indicem, & citat Sermones Joannis Gersonis & Hugonis à Sancto Victore. Lib. impress. Parisiis 1631. in 4. & ibidem 1654. in fol. & auctus per R.P. Michaëlem de la Nove.

Item, in libro dicto: Sermons pour les festes principales de l'année, fol. 75. *Sermonem pro die & festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Parisijs 1645. in 8.

PETRUS Blesensis, Batonienſis Archidiaconus & Cancellarius Archiepiscopi Cantuariensis natione Anglus, serm. 1. de Assumptione Beatæ Virginis Mariæ ad Claustrales, qui est in ordine 28. folio 395. explicans illa verba Isaię 35. vers. 2. Data est ei gloria Libani, inquit: Candidatio verò propriè dicitur solus candor nativus & manens. Nomine enim candidationis intelligimus candorem nationis, id est, nativitatis & naturæ. Per candorem ergo & candidationem intelligitur puritas carnis nostræ; sed est quædam puritas carnis post lapsu, cùm quis corruptæ carni quasi debitum vectigal exolvens, post amplexus etiam legitimos carnem suam frænare & continere instituit, & puritatem carnis quam polluit deinceps observare; & hæc puritas meritò continentia dicitur; quia frena, quæ carni laxaverat, continere laborat. Est alia puritas quasi naturalis & manens cum integritate carnis, quam quis habet beneficio puerilis ætatis, & semper servat incolumem beneficio virtutis, & hæc propriè dicitur virginitas, quasi viror geninus. Hanc verò distinctionem sacra Scriptura nobis insinuat: comparat enim virginitatem lilio, cujus candor nativus est & manens; continentiam verò comparat byssо: byssus enim de terra viridi & graminei coloris oritur, sed eruta siccatur, tunditur, coquitur, torquetur & magno longoque exercitio ad candidum colorem perducitur. Byssinæ enim sunt justificationes Sanctorum; qui enim lapsi sunt priùs, non propriè justi sed justificati dicuntur. *Data est ergo Beatæ Virgini non solum gloria candoris*, id est continentiæ, sed candidationis, id est virginitatis, &c. Hucusque Blesensis, in quibus verbis licèt prima facie videatur loqui de virginitate carnis, tamen ex ultimis colligitur etiam locutum fuisse de virginitate mentis & animæ, sive de lapsu peccati & justificatione per gratiam: in qua acceptione alij Sancti fuerunt justificati, quia priùs lapsi. Maria verò solùm propriè justa, quia nunquam lapsa. Illi habuerunt candorem in concreto, sed Maria candidationem in abstracto. Item, infra Blesensis loquendo de Virginibus in communi, quæ primò intelligenda sunt de Maria Virgine Virginum, sequentia protulit verba: Cùm enim cætera possit Deus, Virginem redintegrare non potest, & sic quanticumque meriti sit lapsus in carne, tamen fructum levem recipit, id est, sustinentiæ & ereptionis ictum, cujus etiam status minùs habilis est ad merendum, quia difficilior & periculosior. Virgo verò fructum dexteræ, id est, expugnationis, quod actus intulit, non sustinuit; incentiva carnis extinxit, non toleravit; *caput serpentis contrivit*, non fugiens expavit. Hæc ille, quæ etiam verba vel respiciunt Virginis Mariæ præservationem, vel facillimo negotio ad eam applicari possunt. Item, infra videtur clariùs expressisse Virginis præservationem à peccato, dicens: Sic & indecens videri debet, si altera pars carnis Virgineæ sit in cælo, & pars altera reddatur solo: parti alteri datum sit non videre corruptionem, & altera solvatur in cinerem. Sicut enim Beata Virgo à maledictione mulieris, cui dictum est: In dolore paries, facta est immunis, quia peperit sine dolore; *sic & à communi viri & mulieris maledictione facta est immunis*, quâ dictum est: In cinerem ibis. Unde & ab Angelo benedicta esse dicitur, *quasi à primordiali maledictione liberata*: & sic decor Carmeli, id est, integræ circumcisionis datus

tus est hodie Virgini. Hæc ille. Cùm ergo duplex fuerit communis viro & fœminæ primordialis maledictio, scilicet corporis quantùm ad corruptionem, & animæ quantùm ad lapsum in peccatum originale, ex verbis Blesensis ab utraque libera & immunis fuit Virgo MARIA.

Item, Sermone 2. de eodem festo Assumptionis qui est in ordine 29. fol. 402. inquit: Tota speciosa est proxima mea. Omnis anima vel aversata est à Deo, vel conversa ad Deum. Aversa autem alia remota, alia remotissima: conversa autem alia propinqua, alia proxima. Quæ remota est, turpis jam est. Item, quæ propinqua est, speciosa est: sed adhuc non tota quæ proxima est, tota speciosa est. *Tu speciosa es proxima, & macula non est in te.* Totus speciosus est, cui nihil deest pulchritudinis. Ego totus speciosus sum, quia omne quod pulchrum est, in me est; *tu tota speciosa es, quia nihil quod turpe est, in te est. Macula non est in te, &c.* Item, serm. de Sancta Maria Magdalena, qui est in ordine 23. folio 380. inquit: Nec parvi pendendum est patrocinium hujus pœnitentis, id est, Mariæ Magdalenæ, quia sicut æquivocatur Beatæ Virgini in vocabulo, sic etiam confertur ei quodammodo in exemplo, æquatur in auxilio, nec dedignatur ancillæ domina, adolescentulæ Regina, Dei Genitrix ei, quæ fuerat peccatrix, æquivocari. Utraque siquidem MARIA vocatur, quod sonat maris stellam, quod propter earum exempla eis congruit. In hoc enim magno mari & spatioso utraq; nobis ducatum luminis nobis prævium præstat. Illa nobis exemplum est pudicitiæ, ista pœnitentiæ. *Illa vitæ Immaculatæ*, ista post maculam vitæ dealbatæ. Et licèt illa sit luminare majus, & hæc minus; tamen (salva pace Virginis loquor) diffusius est exemplum hujus, quàm illius. Plures enim sunt in Ecclesia, qui errata correxerunt, quàm qui errare non noverunt: plures enim justificati, quà justi. Plures ergo hujus proficiunt exemplo. De auxilio verò utriusque, loquar, an fileam? Indubitanter verum est, quia singulare est Beatæ Virginis auxilium, quia plus omnibus potest Mater apud Filium. *Sed quia non novit peccatum* (nam sensit in se fomitem extinctum, nec experimento scivit quàm intolerabile certamen est, cùm accingitur homo cõtra seipsum; quàm difficilis victoria, ubi idem vincit & vincitur) quasi è quodam sublimi fastigio pro nobis intercedit. Hæc verò, quæ novit figmentum nostrum, tota refunditur in preces, tota provolvitur ad pedes Domini JESU, nec pudet eam vel ut improbè petere, donec obtinuerit, &c. Hæc omnia reperies in libro impress. studio Joannis Basæi Societatis JESU Moguntiæ 1600.

PETRUS Blomevena Leyden. Ordinis Carthusianorum, in libro de Bonitate Divina, libro 3. exhortatione 3. de Beatæ MARIÆ pulchritudine, fol. 112. à tergo *Immunitatem ipsius à peccato originali, atque Immaculatam Virginis Conceptionem* latissimè defendit usque ad fol. 124. Item, exhortatione 8. *Quòd Sanctæ MARIÆ festivitas tam Conceptionis, quàm Nativitatis justè observatur, &c.* Item, in Elucidatione Angelicæ salutationis, exhortatione 2. fol. 143. *Quòd fuit immunis ab omni peccato, &c.* & in aliis locis. Lib. impress. Coloniæ 1588. in 8.

PETRUS Bonfanti de Bibiena Italus, habet Indicem concionatorium *pro festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* in Operibus Didaci Stellæ de Vanitate mundi. Impress. Venetiis 1598. in 12.

PETRUS ad Boves, Ordinis Minorum Gallus, in libro Sermonum *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum qui est in ordine 7. ad illa verba: Præparavit viam tuam. Item, *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem alterum ad illa verba: Erit radix, &c. Quæ omnia extant à fol. 39. usque 49. Lib. impress. Lugduni 1520. Parisiis 1518. & Antuerpiæ 1643. in 4.

PETRUS Bringerius, Religiosus Cassæ-Dei Cœnobij Prior, in suis Opusculis lib. 2. de Humilitate Christiferæ, fol. 84. inquit: Ex quo patet, quòd admiranda fuit humilitas B. Virginis, quæ tantis donata fuerat prærogativis, ut de ea meritò dicat Damascenus, quòd à nullo illustrium vincitur in aliquo, quæ ea puritate nitebat (teste Anselmo) quâ maior sub Deo nequit intelligi. Unde secundùm Hieronymum, nullum bonum ei defuit, cujus pura creatura capax fuit. Et secundùm Augustinum, *cùm de peccatis agitur, nulla de ipsa sit mentio, &c.* Impress. Parisiis 1540. in 4.

PETRUS Bulengerus Trecensis, in libro Institutionum Christianarum in Symbol. Apostolorum ad hanc interrogationem: Cur istud, id est Incarnatio, operâ Spiritûs Sancti factum est? inquit: Ut esset Conceptio illius Immaculata & sancta, utque conceptionem nostram sanctificaret, qui in peccatis concipimur: sed sanctificatur ab eo, qui nulla corruptione ac labe peccati originalis contaminatus est. Voluit etiam ex *incorrupta nasci Virgine*, quia talis deceret partus Deum. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1560. in 8. Vocat Virginem MARIAM incorruptam juxta subjectam materiam, nam de Christo dixerat: qui nulla corruptione, aut labe peccati originalis contaminatus est. Explicans primam particulam corruptione per illam conjunctionem, aut labe peccati originalis, facies hunc sensum: Christi Conceptio fuit immaculata & sancta, quia nulla corruptione fœdata; & non intelligas, quòd hæc corruptio respiciat integritatem matris, vel quamlibet aliam corruptionem; quia in conceptione quæ alia corruptio esse potest, nisi labes peccati originalis? De hac ergo incorruptione loquitur etiam in matre, dicens: Voluit etiam ex incorrupta nasci Virgine, id est, nulla originalis labe corrupta.

PETRUS Burus Episcopus, sive Canonicus Ambianensis, qui ante 150. annos floruit, in Pæane uno è quinque Hymnis, quos *in illibatæ Conceptionis MARIÆ laudem composuit*, sic feliciter cecinit:

Quis modò Conceptum dubitet celebrare MARIÆ?
Quis renuat festis annua thura dare?
Hunc Petri Sedes, caput & decus urbis & orbis
Et colit, & mandat per pia templa coli.
Nulla est Religio, nulla Ædes Religiosa,
Hic ubi Conceptûs nunc taceatur honos.
Par mihi miraculo visum est hæc festa dicari,
Christicolas inter clymata quot quot habent.
Ambigo nempe nihil, quin summo Numine factum
Vt colat Argivus, quod colit Ausonius:
Quodque colit Gallus, Danus colit, atque Bohemus,
Et Germanus, Iber, Anglus & Illyricus.

Ex Joanne Antonio Velazquez, libro 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 7. folio 426. Et fol. 295. adducit fragmentum alterius Hymni, sicut etiam Euseb. in lib. Excep. cap. 27. folio 508. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 226.

PETRUS Busseus, in libro Concionum sermone de Nativitate Virginis MARIÆ, tomo 2. pag.

48. versiculo immunitatem Virginis Deiparæ faretur his verbis: Omnes nascimur filij iræ; *at hæc sola sine peccato concepta fuit* & nata, & ideo Sponsus in Canticis illam dilucidans ait: Tota pulchra es, &c. Ita Andreas de Urzano in Analysi Conceptionis, art. 2. fol. 95.

PETRUS de Cabrera Cordubensis, Ordinis S. Hieronymi Hispanus, in primo tom. super 3. Sent. quæst. 1. art. 3. disput. 1. §. 27. num. 563. fol. 332. *Quòd Beatissima Virgo MARIA fuit prædestinata ante prævisionem peccati originalis, ideoque ab illo præservata.* Item, Quòd neque in Christo per naturam, *neque in Beatissima Virgine per gratiam fuit peccatum originale*, ideoque in illis nullum fuit actuale peccatum, ibidem art. 4. num. 18. folio 335. Lib. impress. Cordubæ 1602. in folio. Item, in 3. part. D. Thomæ: *Quòd Virgo MARIA non habuit peccatum originale*; pag. 32. & 35. Lib impress. Cordubæ, anno 1602. in folio parvo.

Item, in tomo 2. quæst. 15. artic. 2. folio 257. *Quòd Virgo MARIA habuit justitiam originalem non adæquatè quoad collectionem omnium effectuum, sed quoad præcipuos, &c.* Impress. Cordubæ eodem anno & etiam in folio.

PETRUS de Calatrava, Societatis Jesu Hispanus, in Theologicis ac Biblicis Thesibus, Matriti pro Scholis Regiis hanc habuit Quæst. principal. *An Virgo MARIA fuerit de facto immunis ab originalis proximo debito, antequam cæteri Adami posteri illud contraherent?* & in conclus. 3. & 23. respondet affirmativè.

PETRUS Calderon de la Barca, Poëta Hispanus, & Eques Sancti Jacobi, edidit Poëma sub hoc titulo: Auto de la Hidalga representado en Granada à las fiestas, que la Ciudad hizo *à los desagravios de MARIA Santissima, &c.* & totum est de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione. Impress. cum aliis Granatæ 1640. in 4. à fol. 99.

PETRUS Calvus Portuensis, Ordinis Prædicatorum, in Homiliario totius anni, tom. 1. in indice concionatorio adducit *pro Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Elenchum. Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in folio.

Item, in Sermone ad Philippum III. Hispaniarum Regem, in solemnitate S.P.N. Dominici sic incipit: Pera nesta gloriosa festa tudo succeder prosperamente pera gloria de Deos, louuor de seo sancto remeolio de nosas almas, saudeimos primeiro, *à Immaculada sempre Virgen MARIA nossa Senhora, &c.* Impress. Ulyssiponæ 1619. in 4. Nota, quòd nullus antiquus Auctor, qui Sanctificationem Virginis tuebatur, unquam vocavit Virginem Immaculatam.

PETRUS de Calzolayo, in Historia Monastica affirmavit S. Ildephonsum fuisse primum institutorem *festivitatis sanctissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; & allegat Auctorem antiquum vocatum Raymundum. Ita Salazarius de Mendoza in Appendice.

PETRUS de Campo, Ordinis S. Augustini Hispanus, in lib. Historia generalis Eremitarum S. Augustini, lib. 2. cap. 40. fol. 317. refert ex testimonio juridico, quomodò anno 1630. in Conventu vulgariter dicto de N. Señora de Regla à R. P. F. Petro Pino exorcismis adjurata quædam mulier obsessa à dæmone vocato Banqueto, &c. Prosequitur: Y obligado con conjurosà que subiese à la lengua, dixo: llamarse Banqueto, y ser el immediato à su capitan Lucifero, y haviendo prometido obediencia por medio de los conjuros, y aceptandola el dicho Padre le mandò jurar de decir verdad: y jurò à Dios N. Señor y à su Madre santissima, y à su Virginidad, *y Concepcion purissima sin mancha de pecado original*, al qual le hizieron las siguientes preguntas, &c. Alia non pertinent ad nostrum assumptum, sed solùm hoc dæmonis juramentum. Barchinone 1640. in folio.

PETRUS de Campo, Episcopus Onnensis, edidit Sermonem impressum sub hoc titulo: Copia del Sermon que predicò, &c. que haviendose acabado la impression, que de el dejo hecha en el año de 1545. el Doctor Martin del Campo su sobrino, Abogado del Real Fisco de la Santa Inquisicion y Decano de la facultad de Canones, à honrra y gloria de nuestro Señor *y de su bendita Madre Concebida sin pecado original*, lo ha echo imprimir, &c. Toleti 1623. in 4.

PETRUS de Cangas, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, edidit Tractatum de nonnullis *ad Immaculatam V. Conceptionem* pertinentibus, &c. Ita Joseph. Pintri in sua notitia Auctore ultimo.

PETRUS Canisius, Societatis Jesu Germanus, Doctor Theologus, in Summa doctrinæ Christianæ, de Salutatione Angelica, & quis sit sensus illius? *pro Immaculata Virginis Conceptione* Caput unum in ordine secundum. Lib. impress. Venetijs 1569. in 12. & Antuerpiæ 1571. in 12. fol. 69.

Item, in Mariali de Triplici genere quæstionum deque discrimine peccatorum, ad quæstionem difficilem *de Immaculatæ Conceptione MARIÆ* rectiùs intelligendam Caput unum. Item, Disputat. contra eos, qui salva Ecclesiæ fide *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* oppugnant, Caput alterum. Item, Respons. ad Patrum, & præcipuè Bernardi sententias, *quæ cum illibata Virginis Conceptione pugnare videntur*, Caput. Item, *puram MARIÆ Conceptionem* à sectarijs indignè convelli, à Luthero autem & Erasmo defendi, Caput aliud. Item, *MARIAM Sanctissimam fuisse antequam nasceretur*; nec solùm ipsi, sed & Hieremiæ in matris utero sanctificationis donum esse concessum, *multisq; modis MARIAM sanctificatam censeri*, Caput alterum. Quæ omnia reperies in libro 1. de Maria Deipara. Impress. Ingolstadij 1577. in folio & 1583.

Item, in Catechismo sive Summa doctrinæ Christianæ, in Tractatu de peccato Adæ in omnes homines transfuso: *Quòd ob peccatum originale naturâ filius iræ omnis homo nascitur, excepta Sanctissima Virgine MARIA, quæ sine peccato originali concepta est.* Item, *de ejus mira Conceptione* & festivitatis institutione. Lib. impress. Parisijs 1585. in folio, & Coloniæ 1606. num. 17. fol. 899.

Item, in Manuali Catholicorum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ.* Ingolstadij 1587. in 12. & Parisiis 1623. in 12. ubi passim vocat Mariam puram, Immaculatam, intemeratam, &c.

Item, in Notis meditationum & precationum circa Evangelium: Liber generationis Jesu Christi, *simulque festum Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem unum à folio 44. usque 54. Lib. impress. Friburgi Helvetiorum 1593. in 4.

Item, de Precibus *cum festo Conceptionis* conjungendis ibidem. Item, Quòd Adæ peccatum originale in omnes transfusum est: nam ex eo immundi; & (ut Apostolus inquit) naturâ filij iræ, tum

tum semen peccati, diaboli, & mortis omnes efficiuntur, *excepta interim Beata & Immaculata Virgine MARIA Dei Genitrice*, quam hoc loco, ubi de peccato originali agitur, non comprehendimus; in Summa doctrinæ Christianæ in tractatu de lapsu hominis, & de peccato Adæ in omnes transfuso, folio 866. Antuerpiæ 1580. in 16. & Coloniæ 1573. in 12.

Item, in libro dicto: Excitamenta Christianæ pietatis, folio 488. *in festivitate Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Summarium cum Lectione ex Proverb. cap. 13. & alia ex Ecclesiast. cap. 24. & Evangelio: Liber generationis Jesu Christi, & Oratione: Famulis tuis &c. Lib. impress. Augustæ Taurinorum 1583. in 16.

Item, in Epistolas & Evangelia Dominicalia & festiva, &c. folio 120. *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* Epistolam & Evangelium cum Summario. Impress. Antuerpiæ 1613. in 8.

Item, Auctoritatum sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum, quæ in Summa doctrinæ Christianæ continentur, &c. folio 202. *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Coloniæ 1569. in 4.

PETRUS Cantero, Poëta Hispanus, scripsit Carmina *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Baëzæ 1618. in 4.

PETRUS Capullius, Italus Ordinis Minorum, in Commentarijs in 1. & 2. Sententiarum dist. 44. art. 1. puncto 3. Utrum B. Virgo Maria potuerit fieri melior? fol. 746. secunda propositio: *Quantùm ad gratiam justificationis, tantam habuit gratiam, quantam pura creatura rationalis*, quę facta est, sic recipere potuit. Unde D. Anselmus de Conceptu virginali sic inquit: Major sub Deo nequit intelligi, quàm fuit puritas Mariæ Virginis, &c. Lib. impress. Venetijs 1623. in fol.

PETRUS de Cardenas & Arbieto Hispanus, in Elogio ad Hippolytum de Olivares fatetur *Virginem MARIAM fuisse conceptam à peccato originali immunem*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

PETRUS de Castro y Quiñones, Archiepiscopus Hispalensis Hispanus, dedit plenam licentiam, ut Clerici Confraternitatis Sancti Petri ad Vincula facerent votum seu juramentum *pro tuendo titulo Immatulatæ Conceptionis*. Impress. Hispali 1616. in 4. & cum alijs Opusculis de Conceptione in 4. Item, restituit in antiquum splendorem *festum Immaculatæ Conceptionis* apud Hispalenses. Sic Antonius de Quintanadveñas ad diem 8. Decembris, folio 371.

Item, præcepit ut in omnibus fenestris & portis suę domus, & totius civitatis affigerentur hæc verba: *MARIAM non tetigit peccatum primi hominis*. Ita Balt. Guerrero in tract. de Concep. fol. 11.

Item, edidit juramentum *pro Immaculata Conceptione* sub hoc titulo: Relacion del solemne juramento que el Illust. D. Pedro de Castro y Quiñones Arzobispo de Sevilla y su insigne cabildo hizieron en ocho de Diciembre de 1617. in 4. Impress. Hispali eodem anno.

Item, scripsit Epistolam ad Philippum III. Hispaniarum Regem circa scandala ultimò excitata à parte opinionis adversæ *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*; & incipit: El presidente del consejo me ha escrito, &c. Extat manuscr. & data anno 1615. die 20. Augusti.

Item, hic magnanimus Antistes edi curavit, & typis mandari fecit *pro Immaculata Virginis Conceptione* omnia illa quæ continentur in tribus Opusculis, quorum primum incipit: Memorial sumario de los 24. informaciones que el Arçobispo de Sevilla mando hazer acerca de las contradiciones que los Religiosos de Santo Domingo han echo à los que defienden y siguen la opinion pia, *de que la Virgen nuestra Señora fue concebida sin pecado original*; & habet folia 13. Secundum sic: Memorial sumario de algunas relaciones que de varias Provincias, ciudades y lugares se han imbiado à la villa de Madrid en que refieren algunos escandalos que han pasado en defensa de las opiniones *de la Concepcion de nuestra Señora*; & habet folia 6. Tertium sic: Memorial de algunos escandalos muy notables en varias partes del mundo que han sucedio por predicar la opinion contraria *à la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora*; & habet folia 22. manusc. De quibus alibi mentionem fecimus.

PETRUS de Castro, Comes de Lemos & Andrada Hispanus, ita fuit devotus *mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quòd in manibus Archiepiscopi Compostellani fecerit votum de tuenda ejus immunitate à peccato originali. Ita P. Hieronymus de Florentia in sermone de ejus exequiis Matriti die 27. Octobris 1622. folio 23. à tergo.

PETRUS de Castro, Episcopus Conchensis, approbavit Breviarium *& officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut in eodem Breviario dicitur. Impress. Conchæ 1560. in 4.

PETRUS de Castro, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam cum aliis ad Paulum V. *pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis*; & extat apud Dazam folio 189. An fuerit hic alius à Petro Nuñez de Castro, non mihi constat.

PETRUS de S. Cæcilia, Ordinis Beatæ Mariæ Redemptionis Captivorum Provinciæ Conceptionis Hispanus, in Tractatu Evangelico de festivitate S. Raymundi Nonnati, cap. 9. §. 3. folio 55. inquit: Y con otras dos de los mismos colores dispuso este Señor honrrar à su siervo, y mi Padre San Ramon, vistiole antes con la blanca, quando per disposicion y revelacion divina tomo el habito de nuestra Religion, que por precepto de la Reyna de los Angeles puesto à nuestro primer Fundador y General Maestro San Pedro Nolasco, à dexer blanco todo, sin admitir cosa alguna de otro color *en memoria de su nunca maculada pureza, &c.* Lib. impress. Granatæ 1627. in 4.

PETRUS de Celada Silva Hispanus, Doctor Complutensis, Canonicus Magistralis Ecclesiæ SS. Justi & Pastoris, & in eâdem Complutensi Academiâ primarius Theologiæ Professor pro cathedrâ Scoti, in Assertionibus Theologicis, quibus è cathedrâ præfuit, sæpè defendit *Beatissimam Virginem non solum non contraxisse peccatum originale, sed neq; illius contrahendi debitum*; ut constat ex chartis expansis Compluti impressis anno 1631. 1632. & 1633. &c.

PETRUS Cellensis Abbas, deinde S. Remigij Rhemensis, atque Episcopus Carnotensis, *habet de festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ ac ejus præservatione à peccato originali* Epistolam unam latissimam, quæ in libro 6. suarum Epistolarum est in ordine 112.

Item, de eadem *Conceptione* Epistolam alteram quæ est in ordine 167.

Item, de eadem materia *Conceptionis V.* aliqua commemorat Epist. 93. Quæ omnia reperies in libro impress. Lutetiæ 1613. in 4. & tomo 12. Biblioth. Veterum Patrum p. 2.

Item, in lib. de Panibus, cap. 21. sic inquit: Filius est Sanctus Sanctorum, Mater est Sancta Sanctarum; Filius est altare de terra sancta, quia corpus *habet de Matre sine culpa*; in quo crematur holocaustomata, dum condemnantur peccata, &c.

Item, in lib. Levitici cap. 2. inquit: Virgo clibanus est: oportuit non vili stemmate fabricari, quatenus panis de cœlo descendens congruum inveniret locum: *ignem fumantem numquam admisit*, &c.

PETRUS de Cespedes, Poëta Hispanus, in Cantione de Beatissima Virgine MARIA quasi attribuens effectum Assumptionis carentiæ peccati originalis, inquit fol. 22.

Mas como de MARIA
Hasta el cuerpo es sagrado
Es puro y delicado
En alma y cuerpo al cielo la levanta.

Extat cum aliis impress. Matriti 1617. in 4.

PETRUS Charron, Doctor Parisiensis & Canonicus Condonensis, in libro Gallico: Discours Chrestiens de la divine creation, redemption, &c. discurs. 6. pag. 282. habet Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Parisiis 1612. in 8.

PETRUS Ciogius, Poëta Latinus, in lib. Sacrarum descriptionum, lib. 14. fol. 183. loquens de Virgine MARIA inquit: *Plena Deo ex ortu, plena ex Conceptibus ipsis*. Lib. impress. Romæ 1621. in 12.

PETRUS Cirvelus, Doctor Complutensis Hispanus, in Expositione libri Missalis, cap. 116. de officio Beatissimæ Virginis MARIÆ in Sabbato, folio 260. inquit: Restant ergo interpretanda nobis aliorum ordinum officia, quorum primum est intemeratæ Matris Christi Virginis MARIÆ, quod pro suorum varietate multiplex est, scilicet *Conceptionis*, Nativitatis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis & Apparitionis niveæ, &c. In hoc cap. vocat Virginem *Immaculatam, plenam gratia*; & alia habet quæ ejus immunitatem à peccato respicere videntur. Lib. impress. Compluti 1528. in folio.

PETRUS Cistercienſis, Religiosus Cœnobij vallis Senensis Paris. in Historia Albigensium & sacri belli in eos anno 1209. susceptí &c. testis oculatus, cap. 7. fol. 23. inquit: Contigit tempore illo quoddam miraculum fieri, quod in hoc loco dignum duximus interserendum. Disputaverant quadam die quidam Prædicatores nostri viri Religiosi adversus Hæreticos; unus autem de nostris Dominicus nomine vir totius sanctitatis, qui socius fuerat Episcopo Oxomensi, auctoritates quas in medium produxerat, redegit in scriptum, & eidem Hæretico tradidit scedulam illam, ut super objectis deliberaret. Nocte igitur illa erant Hæretici congregati in una domo sedentes ad ignem: ille autem cui vir Dei tradiderat scedulam, produxit eam in medium. Tunc dixerunt socij sui, ut in medium ignem illam projiceret: si scedula illa combureretur, vera esset fides, immo perfidia Hæreticorum; si verò incombusta maneret, fidem quam prædicabant nostri veram esse faterentur. Quid plura? in hoc consentiunt omnes: scedula in ignem projicitur. Sed cùm in medio igne aliquantulùm moram fecisset, incombusta pœnitus ab igne resilivit. Stupentibus qui aderant, unus cæteris durior ait illis: Projiciatur in ignem iterum, & tunc experiemur plenius veritatem. Projicitur iterum, iterum resilivit incombusta. Quod videns ille durus & tardus ad credendum, dixit iterum trina vice: Projiciatur, & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus. Projicitur tertiò: nec tunc quidem comburitur, sed integra ab igne resilit & illæsa, &c. Hucusque Petrus testis oculatus. Lib. impr. Trecis 1615. in 8. In hac schedula dicunt aliqui fuisse scriptam sententiam *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; de qua diximus supra verb. Dominicus de Guzman.

PETRUS Clemens, Presbyter Gallus, in libro: L'office de Saint Estienne du Mont, fol. 212. explicat de Beata Virgine illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et infra: *Sol occasum nesciens*, stella semper rutilans, semper clara. Et folio 253. die 8. Decemb. de *Conceptione* Beatæ Virginis MARIÆ versu & oratione. Impress. Parisijs 1649. in 8.

PETRUS de Colindres, Societatis Jesu Hispanus, scripsit *Triumphum de peccato originali*. Lib. impress. Astigii 1641. in 4.

PETRUS Comestor, Presbyter Trecensis Gallus, & Auctor Historiæ Ecclesiasticæ, scripsit pro puritate Virginis MARIÆ illa decantatissima ac millies repetita Carmina, quæ sic se habent:

Si fieri posset, quòd arenæ, pulvis & unda,
Undarum guttæ, gemmæq;, & lilia, flammæ,
Æthera, Cœlicolæ, nix, grando, sexus uterq;,
Ventorum pennæ, volucrum & pecudum genus omne,
Silvarum rami, frondes, avium quoq; penna,
Ros, germen, stellæ, pisces, angues, & arista,
Et lapides, montes, convalles, terra, dracones
Linguæ cuncta forent; minimè deprome re possent
Quæ sis vel quanta, ô Virgo Regina MARIA;
Quæ tua sit puritas, vox, littera, nec dabit ata.

Sic extant apud Joannem Vitalem in suo Defensorio Conceptionis, lib. 4. Ancil. 2. licèt in altero originali Alani legatur in ultimo versu *pietas*; sed hic scriptoris error fuit, ut de se patet; nam ibidem agitur de puritate Virginis, non de pietate: nec verba erat ad rem. Denique, quia in prædicto Alani originali alia verba extant mendosè transcripta.

Item, Antonius Chucarus Episcopus Azernensis in suo Elucidario, part. 4. fol. 64. col. 1. adducit post suprapositа, sequentia ex eodem Petro Comestore: *Candens sine fœtore lilium, speculum decorum sine originali macula, nardus nitens puritate, odorifera radix innocentiæ, rubus visionis Mosaicæ ardens, & incombusta platanus*, &c.

Item, scripsit Libellum *de Immaculata seu pura Virginis Conceptione*, quem citant prope infiniti Auctores. Joannes Antonius Velazquez adducit fragmentum prædicti libelli ad illa verba: Et ipse fundavit eam Altissimus, fol. 127. & 177. Sed istum libellum existimo esse Sermonem ejus insignem *pro Immaculata Virginis Conceptione* impress. Antuerp. apud Guilielmum Vorstermannum ad ann. 1536. in 8. parvo, quem nos dabimus prælo, Deo dante, hoc anno: quia dignus æternâ memoriâ est.

PETRUS

PETRUS à Conceptione, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Soplos en defensa *de la pura Concepcion de N. Señora la Virgen MARIA*, contra algunos Atomos que se han levantado y opuesto aquestos dias al Sol de la Verdad, &c. Impress. Vaylonæ 1661. in 8. edituſq; est divisim & conjunctim cum aliis Opusculis de eadem materia.

PETRUS Coppin, Doctor Parisiensis Gallus, in Continuatione Annalium Cæsaris Baronij secundùm Henricum Spondanum latissimè agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, præcipuè tom. 1. Vide indicem verb. Conceptio. Impress. Parisijs 1654. in folio.

PETRUS Cornejo de Pedrosa, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in disputatione de Sanctificatione Beatæ MARIÆ, inquirit dubia sequentia: Utrum beata Virgo fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero? Utrum Beata Virgo peccaverit de facto in Adam? An Beata Virgo fuerit sanctificata in proximis, vel intermediis parentibus? *Utrum Virgo potuerit sanctificari in primo instanti suæ Conceptionis*? Assertivè. Utrum in casu, quo Beata Virgo contraxerit originale in primo instanti suę Conceptionis, potuerit in eodem instanti justificari à Deo? Utrum in eodem casu possit Beata Virgo esse in originali solùm per instans, & immediatè post justificari? Utrum de facto contraxerit peccatum originale? cujus Conclusio est: *Quòd Virgo de facto non contraxit peccatum originale.* Utrum Beatissima Virgo in principio fuerit concepta ex semine virili? Item, Utrum Beata Virgo habuerit usum rationis ab instanti suæ animationis? Quæ omnia reperies in tractatu 3. de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ in 3. part. D. Thomæ, à fol. 222. usque 249. Lib. impress. in Carmelo Pinciano 1629. in folio.

Item, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* scripsit Librum unum, de quo agit Antonius de Leon in sua Biblioth. & citat Cassan. stat. 5. & 18. & 138. Non extat excusus.

PETRUS Correa, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: Conspiracion universal contra los siete vicios, &c. discursu 5. conclusione 3. §. 12. fol. 105. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit absq; macula peccati originalis*, usque ad folium 109. Item, discursu 6. conclus. 5. §. 18. folio 157. agit *de eadem immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in folio.

Item, in libro: Triumphos Ecclesiasticos, part. 2. serm. de Purificatione Virginis, fol. 130. *Quòd Deipara à primo instanti suæ Conceptionis fuit magna*, quia fecit illi magna qui potens est, &c. Lib. impress. Evoræ 1623. in 4.

Item, part. 1. de Triumphis Ecclesiasticis, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Discursum unum, qui est in ordine 8. à folio 151. usque 176. Lib. impress. Ulyssiponæ 1617. in 4.

PETRUS de la Coste Condomois, Ordinis Prædicatorum Doctor Theologiæ, & Prior Conventûs Agenen. Gallus, in libro: Douze Sermons sur le Cantique Virginal, dit Magnificat, &c. sermone 7. folio 65. à tergo: Quòd inter gratias quas fecit Virgini MARIÆ, fecit unam singularem, hoc est, *præservando à contagione & macula originali*, sicut demonstrat S. Cyprianus in serm. de Nativitate, dicens: Quòd præservavit Virginem ab incendio originali, &c. Prosequitur latè adducendo auctoritatem S. Augustini de Natura & Gratia, & alia quamplura; ut videre est in lib. impress. Parisiis 1581. in 8. & Rothomagi 1605.

Item, in libro: Quatre sermons sur la salutation Angelique, &c. ad illa verba: Ave gratiâ plena, fol. 52. sic explicat illud: Inimicitias ponam inter te & mulierem; & ipsa conteret caput tuum: Je mettray inimitié entre toy & la femme, entre ta semence & la semence d'icelle; elle te brisera & cassera la teste. Or si la Vierge MARIE à cassé & rompu la teste au diable, commét à elle contracté le peché originel? Car il fault dire l'un des deux, à sçavoir, que la Vierge a peché originellement, ou nõ. Si vous dites qu'elle a peché originellemẽt, s'ensuit bien qu'elle n'est preservée du peché; elle est esclave du diable, comment luy à elle cassé & rompu la teste? Si donc elle a cassé la teste à sathã, s'ensuit tres-bien qu'elle a esté sans peché: autrement la Saincte Vierge n'eût esté victorieuse sur sathan. Les Juifs, les Sarrasins & Mahumetains qui sont les Turcs, avoüent la Vierge MARIE estre conçeuë sans peché. Il y a un Rabin entre les Juifs, fort ancien nommé Rabi Salemon, lequel portat têmoignage de l'integrité d'icelle, demontre que nostre Seigneur deffendra la cause d'icelle au jugement contre ses calomniateurs qui la voudroient calomnier, qu'elle auroit esté cõçeuë en peché, &c. Et inde prosequitur latè demonstrando ejus Immaculatam Concept. usque ad fol. 61. & sic solùm transcribo aliquas ipsius notatiunculas marginales. In una inquit: *Tous les Saincts (hormis la Vierge MARIE) sont subjects au peché originel.* Et in altera: *Si la Vierge a brisé la teste au diable, s'ensuit bien qu'elle a esté conçeue sans peché.* Et in altera: *Les Juifs, les Sarrasins & autres infideles disent la Vierge avoir esté conçeue sans peché, &c.* Et in altera: *Les Turcs croient la Vierge MARIE estre conçeue sans peché.* Et denique in altera: *Si la Vierge MARIE eût esté conçeue en peché, s'eût esté un grand deshonneur à IESV Christ, car les adversaires eussent peu dire qu'elle estoit conçeue en peché: pourtant que son Fils (qui est vrai Dieu) ne l'avoit peu preserver d'icelle tache originel.* Alia plura vide ibi. Lib. impress. Parisiis 1583. in 8. Et ibidem cum aliis Opusculis an. 1600. etiam in 8.

Item, in Sermonibus super Salve Regina, ad illud: Vita, dulcedo, &c. fol. 28. sub hac notula marginali: *Virgo MARIA concepta sine peccato originali*, &c. plura etiam dicit de ejus præservatione. Lib. impress. cum aliis Opusculus ejusdem Auctoris ut supra.

PETRUS Cotterïau Senonensis, Doctor Parisiensis, pro prima Sorbona quæ est Minorum, die 5. Julij anno Domini 1658. defendit ac sustinuit *immunem fuisse Christum per naturam & MARIAM per gratiam à peccato originali*, à quo nullus alius immunis extitit. Impress. eodem anno in charta expansa.

PETRUS Cottonius Foresein, Societatis Jesu, à Confessionibus & Concionibus Regibus Christianissimis Henrico IV. & Ludovico XIII. in libro de Concionibus sive Meditationibus de præcipuis Filij Dei mysteriis, fol. 42. medit. 4. de Excellentiis gloriosæ Matris Dei: *Quòd sine ullo peccato concepta fuit, & in gratiâ anima ejus creata, & eodem instanti corpusculo in Annæ matris ejus visceribus formato & organizato infusa.* Item, *Quòd in ipso creationis, sanctificationis & infusionis instanti Deum & cognovit & amavit, &c.* Lib. impress. Coloniæ 1617. in 8.

Item, in libro: Institution catholique ou est declaré,& confirmé la verité de la Foy,&c. de la incomparable & tres-hereuse Vierge, fol. 65. cap. 7. *qu'elle à esté exempte de peché*; agit latè de ejus præservatione à peccato originali. Lib. imp. Parisiis 1610. in 4. magno.

Item, in libro: Sermons sur les principales, & plus difficiles matieres de la Foy, folio 52. de excellentiis Matris Dei, meditatione 4. *Quòd illa fuit creata in gratia, & eodem instanti infusa corpori organizato in utero S. Annæ, & statim Deum agnovit, &c.* Impress. Rothomagi 1626. in 8.

PETRUS Covaruvias, Hispanus Ordinis Prædicatorum, scripsit Sermones in duas partes distributos, in quibus plura sparsim adducit pro puritate Virginis MARIÆ, tamen in communi & universaliter; nam Dominica prima Adventûs sermone 8. fol. 29. dicit *V. MARIAM semper fuisse claram, & solem occasum nescientem, stellam semper rutilantem, semper claram.* Et alibi vocat *Speculum sine macula, &c.* Lib. impress. Parisiis, an. 1520. in 4.

PETRUS de Covos, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Concionem *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre est libro impress. Granatæ 1651. folio 233.

PETRUS Courtin Carmelitanus, Doctor Parisiensis Gallus, in libro: Sermons & exhortations Catholiques sur les Evangiles des Dimanches de l'année, & festes des Saincts, fol. 21. adducit Sermonem *pro die Conceptionis Dominæ nostræ*: Liber generationis. Impr. Parisiis 1597. in 8. ubi præclara pro præservatione Virginis à peccato originali.

PETRUS Crabbe Mechlinienſis, Ordinis Minorum, adducit decretum *de Conceptione gloriosa Virginis MARIÆ* à Concilio Basileensi editum in tomo 2. Conciliorum generalium, &c. folio 626. Impress. Coloniæ 1538. in folio.

PETRUS Cresci, Anconitanus Italus, *super Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis* Elegiam unam in libro de Virginibus, & Sanctis. Impress. Venetiis 1589. in 8.

PETRUS Crespecius, Ordinis Cœlestinorum Parisiensis, & Prior Suessionensis, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ac ejus festivitate in libro: Summa Theologiæ, fidei Apostolicæ, doctrinæ Ecclesiasticæ, nec non totius Juris Canonici, verb. MARIA, folio 582. sub titulo: *MARIÆ Immaculata Conceptio* adstruitur, latissimè probat præservationem ex dictis SS. Patrum, Conciliis, ac variis Doctoribus. Impress. Lugduni 1598. in folio.

Item, in libro dicto: Le triomphe de Marie Vierge & Mere de Dieu, folio: Dies primus *de electione & prædestinatione MARIÆ, ab æterno ut esset Mater Dei*; ubi latè & pulchrè de nostro instituto agit; & à folio 18. à tergo: Dies secundus *purissimæ & Immaculatæ Conceptionis MARIÆ absque macula originali*, latè usque ad folium 33. Lib. impres. Parisiis 1588. in 8.

PETRUS Damasceni, Auctor Antiquus, in libro dicto seu inscripto de Laudibus ac festis gloriosæ Virginis Matris MARIÆ, aliàs Mariale dictus, per Doctores eximios editus & compilatus, &c. & incipit Prologus: Quoniam de gestis, &c. & habet capita 142. Opus verò incipit: Si Deum ore prophetico; & cap. 6. cujus titulus est de Sanctificatione ipsius in utero matris, ex S. Ildephonso sic inquit: Denique si non in matris utero sanctificata fuisset, ejus Nativitas colenda non esset: nunc autem quia in veneratione habetur auctoritate totius Ecclesiæ, *constat eam ab ipso peccato originali immunem fuisse*, per quam non solùm Evæ matris soluta est maledictio; verùm etiam omnibus condonata benedictio. Nullis ergo quando nata est delictis subjacuit, *nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit, &c.* Alias auctoritates adducit ex Alcuino, Bernardo & Augustino. Lib. impress. characteribus antiquis in folio, absque anno & loco impressionis.

PETRUS Damascus de Coninck, Ordinis Sancti Augustini, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij 29. Aprilis, anno 1637. Thesi 5. partis secundæ, hæc inquit: *Eximitur Virgo Deipara*. Imp. ibidem in 4.

PETRUS Damianus Beatus, multa habet in suis Operibus (de quibus in Radiis Solis Veritatis) quorum præcipua sunt sequentia: Creaturæ dissidio voluntatum motus magnos concierunt contra Deum, *sola Virgo innoxia peccati requiem Deo dedit: fuit reclinatorium aureum summi Regis incorruptum*, in quo nullus nisi solus Deus consedit. Item, idem: Germinat ergo virga Jesse de tortuosa generis humani radice, & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens *omnem ignorat nodositatem* filiorum tenebras. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Tota pulchra, quia tota deificata; & macula non est in te, quia Spiritus Sanctus supervenit in te. Sola illa Mater, & Filia Creatoris nec descendit, nec cecidit.* Item, idem: *Quid ergo vitij in ejus mente vel corpore locum vendicare potuit?* Hæc adducit Martin. Philippus in suo Theatro, tom. 2. sæcul. 11. fol. 1208.

PETRUS Delgadillo & Ariola, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 289.

PETRUS Delgado, Ordinis Prædicatorum, scripsit *pro immunitate Virginis à peccato originali*. Ita Franc. Maria Pistoia in libro de MARIA Triumph. cor. 2. cap. 5. fol. 162.

PETRUS Diaz de Aguero, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Demonstracion clarissima en discurso sucinto y breve de la *Immaculada y purissima Concepcion de la Virgen santissima MARIA Madre de Dios* Reyna de los Angeles y Señora nuestra inferida y que se deduce de gravissimas auctoridades de Pontifices, de Cardenales, de Santos, de Padres antiguos, de Religiones, de Universidades, de Doctores assi Theologos, como Juristas, de Emperadores, de Reyes de acerrimos enemigos de N. Santa Fè Catolica, de Razones eficaces, de revelaciones y de milagros prodigiosos, vistos y sucedidos en diferentes tiempos y lugares que de justicia piden y se les deve el credito à este divino y soberano mysterio, &c. Impress. Matriti 1618. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PETRUS Diaz Mayorga, Doctor Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Relectio Scholastica, an hæc veritas: *Beata Virgo præservata fuit & immunis à peccato originali*, sit in statu proximo definitionis, & oporteat definiri? super distinctione 25. libri 3. Magist. Sent. meditata, disposita & lecta spatio viginti quatuor horarum, &c. Impress. Compluti 1653. in 4.

PETRUS Dignensis Episcopus, natione Gallus, cum alijs 12. Episcopis approbavit & subscripsit

scripsit decreto à Concilio Provinciali Avinionensi edito *pro festivitate Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. De quo vide Purpur. Mar. fol. 360.

PETRUS Dore sive Auratus, Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro cujus titulus est: L'image de vertu demonstrant la vie de nostre Dame, &c. *agit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, à folio 1. usque 28. ubi adducit per quatuor capita, quamplura Scripturæ loca, ex quibus deducit ejus immunitatem à peccato originali. Sed (ut brevitati consulam) solùm adducam inscriptiones Capitulorum: Premier chapitre de la beauté de l'image de vertu, qui est la Vierge MARIE peinte de toutes ses couleurs *par le Saint Esprit en sa Conception*. Second chapitre de la loüange donnée à nostre Dame vifve image de vertu par les filles d'honneur pour sa beauté supernaturelle *en sa Conception*. Chapitre troisiéme: Comment nostre Dame image de vertu est belle comme la lumiere, dont ses filles d'honneur s'esmerveillent. Lib. impress. Parisijs 1540. in 4. parvo & 1588. in 8. & 1549. in 8. atque 1582. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Et iterum ibidem absque anno impressionis. Inter alia verò hæc dicit ex Gallico in Latinum verso: Et illud Concilium festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis institui decrevit, affirmans *MARIAM à labe originali fuisse immunem*; ita ut omnibus, neque dictis neque prædicationibus sentire aliter, prohibuerit. Bacchalaurei gradus in nostra Facultate Parisiensi acquirere cupientes, hanc veritatem se defensuros fore jurare coguntur. Unà simul filiæ Sion, id est, animæ contemplatrices, fideles & Catholicæ in Ecclesijs & Christianorum congregationibus virtutum imaginem MARIAM videntes, laudibus simul ac honoribus accumulant, & illam solam esse beatissimam ulla sinecõtradictione affirmant: nos verò illius laudes prædicamus, & virtutes ad memoriam perpetuam scriptas mandamus, ut nostrum post mortem testimonium dent, *Conceptionem ejus gratia præveniente nullâ fuisse maculâ contaminatam, immò Dei benedictione, gratia & sanctificatione in tali plenitudine & abundantia gratificatam*, & ex ea præmium veræ redemptionis, ablutionis aquam, panem refectionis, morborum medicinam, clypeum defensionis, remunerationis fructum, JESUM nostrum benignum Redemptorem, &c.

PETRUS Dorlandus, Carthusianus Theutonicus, in Vita gloriosissimę matris Annę *de Conceptione ac* Nativitate divæ Virginis MARIÆ Cap. unum, & est in ordine 5. folio 559. Impress. cum vita Christi Landulphi Parisijs 1516. in 4. regali & Lugduni 1519. in fol. Venetijs 1568. in 4. & Italicè Ferrariæ 1586. in 4.

PETRUS Emotte, Doctor Parisiensis & Canonicus Theologalis Laudunensis Gallus, in libro: Sermons & exhortations Catholiques sur toutes les Epistres & Evangiles de chacun Dimanche de l'année, folio 146. *pro die Conceptionis Dominæ nostræ* Sermonem super Tota pulchra es amica mea & macula non est in te; ubi latè de ejus præservatione. Impress. Parisijs 1585. & 1589. in 8.

PETRUS de Escobar, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *circa immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*. Impress. Baëzæ cum alijs 1618. in 4.

PETRUS de Espinosa, Poëta Hispanus, in lib. Flores de Poëtas illùstres de España, ex varijs Scriptoribus vocat Virginem MARIAM *puram, candidam*, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1605. in 4.

PETRUS de Espinosa, Societatis JESU Hispanus, suæ integritatis præsidium habuit *in mysterio Immaculatæ Conceptionis*, & martyr obijt. Ita Joan. Nadasij in suis Annalibus num. 858. fol. 414.

PETRUS Eulart Ariensis, Societatis JESU Flander, in Concordantijs moralibus & historicis Bibliorum sacrorum, verb. MARIA: Quòd Virgo prænuntiata fuit in illo: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum*, & tu insidiaberis calcaneo ejus, Genes. 3. vers. 15. Lib. impress. Antuerpiæ, an. 1625. in 4.

Item, in libro: Exercitium Christianæ pietatis, fol. 20. in exercitio diei Dominicæ sic inquit. Secundò considera B. Virginem multa habere privilegia inexplicabilia. Illud præcipuè, quòd & Virgo sit & Mater Dei. *Secundò ab omni peccato immunis*, nec veniale quidem toto vitæ suæ tempore commisit, &c. Item, infra in Orationibus pro Congregatis, fol. 212. adducit Antiphon. illam: *Hæc est virga, in qua nec nodus originalis nec cortex actualis culpæ fuit*, cum Versu & Oratione Immaculatæ Conceptionis. Lib. impress. Lovanij 1620. in 16.

PETRUS Feray, Ordinis Minorum, in libro: L'aigle transcendant, qui comprend soubs ses aisles vingt-quatre Sermons pour les Advents, sur le premier chapitre de l'Apocalypse, super illa verba: Tota pulchra es amica mea, à fol. 664. usque 697. adducit Serm. *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Parisijs 1618. in 8.

PETRUS à Figueiro, Canonicus Regularis Sancti Augustini Hispanus, tom. 2. suorum Operum super cap. 9. Prophetæ Amos, fol. 286. ad illud: Et reædificabo aperturas murorum ejus, inquit: Nam ex Angelis plurimi integri & recti remanserunt, & ex hominibus semper post Adæ pœnitentiam aliqui pij & veri Dei cultores extiterunt. Non itaque omnino & prorsus cecidit, sed magna ex parte; quanquam ex hominibus, si originale peccatum spectes, quod in primis parentibus fuit actuale, omnes ad unum ceciderunt, excepto Christo, qui omnes erecturus erat; *qui etiam sacratissimam Virginem Matrem suam singulari privilegio ab ea labe præservavit*, &c. Lib. impress. Lugduni 1615. in folio.

PETRUS Foscarinus Venetus, in Mariali à se traducto R. P. Laurentij de Zamorâ ex lingua Hispanica, à fol. 248. agit *de solemnitate purissimæ & Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* usque fol. 332. Lib. impress. Venetijs 1637. in 4.

PETRUS Fusecchius Italus, in lib. super Salve Regina, cant. 4. loquendo de gloriosa Virgine MARIA, sic inquit: Questa mystica Saba laciole, parte lantane, cio è ogni peccato actuale, & *peccato originale* essendo daesto præservata. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi purisi. Concept. art. 2. fol. 109.

PETRUS de Fuxo Senior, Gallus Ordinis Minorum, ac S. R. E. Card. cùm anno 1557. esset Sedis Apostolicæ à latere Legatus, celebravit Avinione Concilium Provinciale, in quo edidit *decretum circa Conceptionis Virginis MARIÆ festivitatem*, &c. Vide Armament. in Reg. col. 54. Purpur. Marian. fol. 368. & Avinionense Concilium.

PETRUS

PETRUS Gabriel de Aragon, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit & prædicavit Sermonem *de purissima Conceptione Principissæ Angelorum* in certamine Poëtico Calatajubii, &c. Impress. cum aliis Cæsaraugustæ 1619. in 4. à fol. 23. usque 62.

PETRUS Galan, Ordinis Fratrum Minorum Hispanus, edidit Sermonem *de festivitate Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis.* Impress. Conchæ 1615. in 4. cum imagine purissimæ Conceptionis.

PETRUS Galatinus, Ordinis Minorum Italus, in suo libro de Arcanis Catholicæ veritatis, lib. 7. à cap. 5. usque ad 9. *Quòd opinio de Immaculata gloriosæ Virginis Conceptione* vetustissima sit, Caput unum. Item, *Quòd Mater Messiæ absque originali peccato concipienda esset*, Caput alterum. Item, Conclusio *de Immaculata Virginis Conceptione* septem Theologicis, ac simul naturalibus confirmatur rationibus, Caput alterum. Item, *Quòd intemerata Mater Messiæ absque libidine & concupiscentia gemita fuit*, Caput alterum. Item, *Quòd merito passionis Christi exempta fuerit Virgo gloriosa à peccato originali, & modo notabilissimo redempta*, Caput alterũ. Quæ omnia reperies ibi latè. Lib. impress. Ortonæ 1518. in fol. 1515. & Basileæ 1510.

PETRUS Galesinus, Protonotarius Apostolicus, in Martyrologio S. Romanæ Ecclesiæ in singulos anni dies accõmodato ad SS. D. Gregorium XIII. Pont. Opt. Max. ad diem octavam Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis.* Item, in Annotationibus ad prædictum diem hæc habet: De qua constitutio extat Sixti IV. Pont. Max. Concilij Tridentini & Pij V. Illam in suis quidam rerum Pontificarum Scriptor à Sixto Pont. institutam quidem opinatur; sed longè ante profectò celebrata apparet tum ex ijs, quæ S. Anselmus scripsit; tum ex eo, quòd Græci hoc ipso die jam multis ante sæculis eam celebrant, ut è tabulis, Græcaque constitutione animadvertimus. Lib. impress. Venetijs 1578. in 4.

PETRUS de Gammarra, Ordinis Minorum Hispanus, de quo dicitur in Historia Montis Cœlij Dominæ nostræ de la Salzeda loquendo de Oratorio *Immaculatæ Conceptionis*, libro 3. cap. 5. fol. 475. Aqui vivio el santo Fr. Pedro de Gammarra Guardian de esta sancta Casa, à quin hablo el sagrado Crucifixo, y à quien el cielo favorecio coronandole como à saldado suyo con guirnalda de flores. Estan al rededor versos latinos, y castellanos, volviendo por la honra *y limpieza de la Virgen* y algunos dichos de Santos, &c. De hoc etiam agit Antonius Daza lib. de Concep. cap. 6. folio 43.

PETRUS de la Gasca, Episcopus Siguntinus, approbavit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo est *Officium de Conceptione Virginis MARIÆ* cum octava. Impress. anno 1560. in 4.

PETRUS Georgius Odescalcus, Cremonensis Clericus Regularis, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur Franc. Maria de Pistoia in MARIA Triumphante coron. 2. cap. 5. fol. 557. num. 71.

PETRUS Giron, Dux Ossunæ, cùm esset Prorex Neapolitanus anno 1618. in ferijs *Beatissimæ Virgini MARIÆ sine originalis peccati labe conceptæ sacris* unà cum Universitate, Concilijs & Militia Neapolitana solemne juramentum præstitit pro tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Antonius Baliæghen in Kalendario Mariano die 8. Decembris, Marraccius in princip. Marianis.

PETRUS Giustinellus Brescianus, Societatis Jesu Italus, in libro de Triumpho castitatis contra vitium incontinentiæ part. 3. fol. 467. vocat *Virginem MARIAM puram creaturam, purissimam, Immaculatissimam, & quòd nullam habuit molestiam* vel suggestionem vel minimam, aut levissimam cogitationis peccati motionem, &c. Lib. impress. Mediolani 1610. in 16.

Item, in lib. Directorio brevè è facilè per confesarse fol. 225. in Oratione contra omnem tentationem maximè in hora mortis, sic inquit: *MARIA IESV per Immaculatam Conceptionem & purissimam virginitatem tuam, & per intercessionem castissimi Ioseph sponsi tui adjuva me.* Lib. impress. Mediolani 1645. in 24. Vide fol. 207. & 226.

PETRUS Glantavensis Episcopus Gallus, cum aliis clarissimis Episcopis subscripsit decreto facto in Concilio Provinciali *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, juxta sanctionem Concilij Basileensis, ut dicitur in libro Purpur. Marian. folio 399.

PETRUS à Gogni de Viguria Pampilonensis, & Rector Gollanus, in Vita Beatæ MARIÆ Virginis cap. 5. *de illibata MARIÆ Virginis Dominæ nostræ Conceptione.* Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 8. ubi plura invenies pro hoc mysterio à folio 66. usque 118.

PETRUS Gomez Duran, Eques Sancti Joannis Hispanus, in libro: Historia universal de la vida y perigrinacion del hijo de Dios en el mundo, &c. §. 2. fol. 12. inquit: *Fue concebida en Ierusalem la Virgen nuestra Señora*, y en ella asentò el eterno Padre la primera piedra del edificio de nuestra redempcion, *santificando su alma en el primer instante que fue criada y unida al cuerpo organizado en el vientre de Santa Anna su madre*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1610. in 4.

PETRUS Gonzalez de Apallaza, Poëta Hispanus, scripsit Glossam *pro illibato Conceptu Dei Matris MARIÆ*, & extat cum alijs apud Sanct. Zapata lib. de Concep. folio 128.

PETRUS Gonzalez de Azebedo, Episcopus Placentinus, in libro Elogiorum sanctissimæ MARIÆ Virginis pag. 1. *Sancta MARIA à macula peccati originalis fuit præservata in sua Conceptione, & ab omni contagione corporis & animæ & intellectûs liberata, ab Altissimo præcognita & sibi præparata*, &c. Item, in discursu prædicti libri ex Sanctis Patribus collegit diversa Elogia quæ immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali indicant, verbi gratiâ, quòd fuerit ab omni reprehensione aliena, *benedicta ante ortum, in ortu & post ortum*; cui collata fuit gratia ad vincendum ex omni parte peccatum; cui tota se infudit plenitudo gratiæ *columba impolluta, cui nullum obrepsit peccati contagium; tota pulchra & absq; macula*, &c. Vide alia plura in prædicto libro. Item, *de Conceptione Virginis MARIÆ* adducit amplam Litaniam ad finem ejusdem libri, folio 277. Item, in Notis ad ipsa Elogia latissimè tractat *de Immaculata Virginis Conceptione*, ac ipsius festivitatis initio tam in Ecclesia Latina, quàm Græca, à folio 227. usque 237. Impress. Salmanticæ 1621. in 8.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Archiepiscopus Toletanus & S. R. E. Cardinalis rituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, reformavit Breviarium Toletanum,

Toletanum, in quo folio 418. est *Officium Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Venetijs 1488. in 4.

Item, Templū maximum Urbis Granatensis, quod Rex Catholicus Ferdinandus, & Isabella Serenissima conjux ob victoriam de Mauris hostibus reportatam *purissimæ Conceptioni Dominæ nostræ erigendum voverat, in honorem ejusdem purissimæ Conceptionis* erexit dicavitque, &c. Ita Hippolyt. Marrac. in Purpur. Marian. folio 370. ex Salazario.

PETRUS Gonzalez de Mendoza Hispanus, & Episcopus Salmanticensis, in Synodalibus Constitutionibus illius Ecclesiæ inter festivitates observandas enumeravit *Conceptionem Dominæ nostræ ac Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Salmanticensis Ecclesia.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Granatensis & Cæsaraugustanus Hispanus, in libro del Monte Celio de nuestra Señora de la Salceda, libro 3. cap. 5. sub titulo: *Hermita de la limpissima Concepcion de nuestra Señora*, agit latè de hoc mysterio à fol. 475. usque 494. Lib. impress. Matriti 1613. in folio. Granatæ 1616. in folio.

Item, in serm. habito in Capitulo Generali nostrę Seraphicę Religionis celebrato Toleti an. 1606. & impress. per R. Fr. Alphonsum de Frias, fol. 15. agit *de mysterio Conceptionis sanctissimæ Virginis* defenso à Scoto. Impress. 1608. in 4.

Item, anno 1620. cùm esset Archiepiscopus Cæsaraugustanus, scripsit Epistolam, cujus subscriptio est: A la beatitud de Paulo V. por averle encargado el Rey Don Felipe III. informase à su santidad *à cerca de definir de fe el punto de la Concepcion*, y de los votos que han hecho en su favor. Incipit Epistola: Santissimo Padre, De dos Iglesias en que V. S. à sido servido ponerme Granada y Zaragoza he representado el comun afectoque los fieles, &c. Ex quibus verbis constat, quòd alias Epistolas scripsit pro hoc mysterio. Extat hæc manusc. in Archivo Matriten. tomo 4. in principio.

Item, cùm esset Archiepiscopus Cæsaraugustanus, scripsit Epistolam pastoralem commendativam devotionis *Immaculatæ Conceptionis MARIÆ Virginis*; præbens licentiam admittendi juramenta & vota, &c. Impress. in charta expansa Cæsaraugustæ 1619.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Societatis Jesu Hispanus, *pro titulo Immaculatæ Conceptionis tuendo* informationem brevem quidem & Hispanicè manuscripatm elaboravit.

PETRUS Gonzalez, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Certamen Poëticum & perorationem *pro festivitate Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 202.

PETRUS Gregorius Tolosanus Jurisconsultus, tomo 3. Commentariorum Artis mirabilis capite 26. numero 14. 15 & 16. à folio 252. latè agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide ibi, sicut etiam cap. 42. fol. 527. Lib. impr. Lugduni 1587. in 12. regali.

Item, *de celebratione festi Conceptionis*, atque de indulgentijs ejusdem festivitatis; nec non *quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali* Scholium in libro Partitionum Juris Canonici seu Pontificij, lib. 1. titulo 19. cap. 2. de Ferijs & festis diebus folio 126. Impress. in officina Plantiniana 1595. in 4. & Lugduni in tribus tom. 1593. in fol.

PETRUS Guerrero Hispanus, & Archiepiscopus Granatensis, inter festivitates observandas enumerat *festivitatem Conceptionis Dominæ nostræ, ac Virginis MARIÆ*. Vide verb. Granatensis Ecclesia.

PETRUS Gundisalvus Mansus, Episcopus Placentinus, approbavit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo extat Officium *in festo gloriosæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Hispali anno 1521. in 4.

PETRUS Hamerus, Societatis Jesu Germanus, in indice libri quadraginta Concionum Adventualium: *Quòd MARIA Sanctitate & gratia à primo instanti Conceptionis transcendit omnes Angelos*. Impress. Antuerpiæ 1648. in 4.

PETRUS de las Heras Llanos Hispanus, in Relatione: Al muy esclarecido y sereníssimo Señor D. Fernando de Austria Cardenal infante de España, &c. A. D. Antonio Hurtado de Mendoza, &c. quæ incipit: Tan incapaz del bien, agit *de purissima ac Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, &c. Impress. in 4. absque anno & loco impressionis.

PETRUS de Herrera, Doctor Hispanus, in libro: Descripcion de la Capilla de nuestra Señora del Sagrario de Toledo, &c. sparsim per totum librum agit *de Immaculatâ Virginis Dei Matris Conceptione* tam in enarratione folio 74. & 86. quàm in Sermonibus ac certamine. Lib. impress. Matriti 1617. in 4.

PETRUS Hernandez, Presbyter Hispanus, in Tractatu de festivitat. Sacratissimæ Virginis MARIÆ, &c. lib. 2. cap. 1. sub hoc titulo: *De la Santissima y limpissima Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA*, agit latè à folio 45. usque 64. Lib. impress. Matriti 1618. in 12.

PETRUS Hispanus, qui floruit circa ann. Domini 1453. scripsit Tractatum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Hippol. Marra. in Catal. & in Biblioth. fol. 253. Serran. lib. 2. cap. 28. num. 17. Leon class. 6. & 9. Cartag. lib. 1. Homilia 19. Guerrero fol. 2. refert verba.

PETRUS Hontoyus Namurcensis, Ordinis Minorum, edidit in Belgio Sermones *pro festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut asserit Hippol. Marrac. in Catal. ad ann. 1604. & in Biblioth. fol. 253. Wadding. de Auctore plura, folio 284.

PETRUS Hurtadus de Mendoza Valmasedanus, Societatis Jesu Hispanus, primarius Theologiæ Professor in suo Collegio Salmanticensi, in volumine 2. de Scholasticis ac Moralibus Disputationibus de tribus Virtutibus Theologicis disp. 137. de Scandalo, sect. 1. §. 37. folio 1498. *Quod præcautio Virginis à peccato originali fuit redemptio multò nobilior, quàm nostra*, quâ depulsum fuit peccatum originale jam contractum, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1631. in folio.

Item, in Disputationibus de Deo homine, sive de Incarnatione Filii Dei, disput. 13. sect. 5. in Appendice agit *de loco MARIÆ in prædestinatione & immunitate à peccato originali* latissimè à folio 143. Lib. impress. Antuerpiæ 1634. in folio.

Item, in manuscriptis Operibus agit de fundatione Conventûs Capuccinorum de Urbe à Summo Pontifice Urbano VIII. fabricato sub titulo *Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis*, ut refert Joan. Eusseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 431.

PETRUS de Jesu Maria de la Serna, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quondam Provincialis Provinciæ Con-

ceptionis Hispanus, multis in locis, scilicet in libro de Virginis Sanctissimæ mancipiis prolog. 2. & in lib. Fontis viventis aquæ, non semel; & tãdem ex professo in Commentariis in Apocalypsim cap. 12. agit de *Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Silvester de Saavedra in lib. de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 658. folio 350. de quo dicit fuisse primum, qui publicè propugnavit verum futurum Martyrem, qui pro tuenda Conceptione purissima sanguinem funderet.

Item, *de Conceptione Virg. MARIÆ* Poëma unum, atque *de eadem Immaculata Virginis Conceptione* Poëma alterum, id est, Ave Maria glossata pro ejus immunitate à peccato originali, à folio 322. Impress. Hispali 1624. in 4.

Item, in libro dicto: Sufficientia Concionatorum, quæ ex omnibus coaluit Theologiæ veritatibus, &c. Tract. 5. Conclusione 22. fol. 338. asserit *Quòd Virgo MARIA fuit excepta à regula generali, id est, præservata à peccato originali*, &c. Lib. impress. Lugduni 1637. in 8.

PETRUS Ignatius vanden Bichebaer, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanii die 24. & 25. Novemb. 1654. defendit *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec habuisse debitum illud contrahendi*, &c. Impress. ibidem in 4. Idem defendit die 20. Julii anno 1655.

PETRUS à S. Josepho, Ordinis Cistercienfis, libro 2. de Peccatis cap. 7. resolut. 4. dicit *Beatissimam Virginem Dei Genitricem à peccato originali fuisse præservatam*, quod fusè & acutè probat. Sic Joannes à S. M. in supplici libello, folio 322. Fortè hic est subsequès.

PETRUS à S. Joseph Aucensis, è Congregatione Fuliensi, in libro seu tractatu Theologico de Gratia divina tam actuali, quàm habituali, disput. 4. sect. 6. num. 48. folio 188. inquit: Hanc assertionem nonnulli suadere conantur ex Augustino libro 5. contra Julianum cap. 9. quo loco docet, ex eo quòd quis nullum habeat peccatum veniale, colligi eum caruisse originali. Unde sequitur nullum Sanctorum, *si Virginem excipias, omnino caruisse culpa veniali; quia nullus est præter illam, qui peccato originali infectus non fuerit*, &c. Lib. impress. Parisiis 1625. in 8.

Item, in libro: Idea Theologiæ moralis, lib. 2. cap. 7. folio 197. in resolutione 4. *Quòd Beatissima Virgo Dei Genitrix à peccato originali fuit præservata*, probat latè usque ad fol. 205. Impr. Parisiis 1645. & alibi sæpè in 12.

PETRUS de S. Joseph, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro Gloriarum Mariæ Sanctissimæ, &c, folio 1. *de purissima Conceptione Virginis Sanctissimæ* Sermonem unum usque ad folium 21. Item, *de eadem purissima Conceptione* Sermonem alterum, usque ad folium 40. Impress. Oscæ 1644. in 4. & Compluti 1651.

PETRUS Josset, Societatis Jesu Gallus, in lib. cujus titulus est: Annales Ecclesiastici Poëticis numeris alligati à Christo nato ad nos usque traducti, loquens de Beata Virgine fol. 5. inquit:

Illam Davidica geniti de stirpe parentes
Securi scelerum sine crimine originis edunt;
Insontem hanc æther primæva à labe redemit.

Impress. Pictavii 1638. in 4.

PETRUS Justinellus Brixianus, Societatis Jesu Italus, in libro cujus titulus est Italicè: Angelica guida alla devotione della gloriosa V. Maria *Quòd Beata Virgo MARIA fuit in Conceptione ornata omni gratia, & præservata semper ab omni macula peccati*, &c. folio 312. Item, *de festo Conceptionis* sæpissimè. Impress. Brixiæ 1642. in 12.

PETRUS de Larios, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in Sermone de Beatificatione S. Thomæ à Villa-Nova Archiepiscopi Valentini, ad finem profitetur *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, &c. Impress. Hispali 1629. in 4.

PETRUS de Leguizamo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, correxit & emendavit Legendarium sive Historiam Sanctorum anno 1578. editam à Magistro Millan, in qua est pulcherrima Historia *de Immaculatæ Virg. MARIÆ Conceptione festiva*, ut refert Joannes Tamayus de Salazar ad annum 817. folio 239. & 240. Vide verb. Millan Doctor. Dicitur tamen hic Auctor scripsisse Tractatum contra Immaculatam Virginis Conceptionem, ut colligo ex quodam manusc. quod est apud nos: sed cùm legendam non viderim, hic solùm pro notitia adducitur.

PETRUS Letten, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanii die 30. Junii anno 1654. Thesi 22. de Peccati subjecto, hæc defendit: *Beata Virgo concepta est sine peccato originali; verosimilius ab ejus debito fuit immunis.* Impress. ibidem in 4.

PETRUS Llerena Bracamontius Hispanus, in libro: Paraphrasis Poëtica Latina in Cant. Cant. Salomonis, Threnos Hieremiæ, & Canticum Magnificat, folio 20. habet aliqua Carmina, quæ tangunt illibatam B. Virginis Mariæ Conceptionem; & sic incipiunt:

Conceptus arcana tui furialibus ausis
Illibata, &c.

Impress. Matriti 1631. in 4.

PETRUS de Logroño Hispanus, in quodam libro Comœdiarum, fol. 133. & folio 143. affirmat *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali.* Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

PETRUS Lombardus, Magister Sententiarum, Patriâ Novariensis & Episcopus Parisiensis, scripsit *de immunitate Beatæ Virginis à peccato*, & de matrimonio ejusdem Beatæ Virginis cum Sancto Josepho. Ita Hip. Marrac. in Bibliotheca & in Antist. Marian. fol. 452. Vide Radios Solis Veritatis, ubi latè expenduntur authoritates ipsius.

PETRUS Lopez de Montoya, Doctor Hispanus, in libro: Concordiæ sacrarum editionum folio 219. ad illud Geneseos 3. Ipsa conteret caput tuum, disserit quo pacto *Sanctissima Virgo contrivit caput antiqui serpentis*, &c. Impress. Matriti 1596. in 4.

PETRUS de Lorca, Ordinis Cistercienfis Generalis Hispanus, Doctor Theologus & primarius Theologiæ Professor pro Cathedra Scoti, tomo 2. Commentariorum & Disputationum in primam 2. D. Thomæ quæst. 81. de Peccatis, articulo 3. folio 260. colum. 1. *Quòd Ecclesia Spiritu sancto edocta, & Concilium Tridentinum in decreto de peccato originali fecerunt exceptionem Virginis MARIÆ*, &c. Lib. impress. Compluti 1609. in folio.

Item, existimat & tenet pro certo, *quòd prius Deus voluit efficaciter MARIAM, quàm vellet præservare ab originali*, & quàm vellet conferre cætera dona, quæ contulit illi, &c. in 3. p. D. Thomæ quæst. 2. artic. 11. disp. 22. num. 25. fol. 171. Et ad finem ejusdem libri adducit Bullas Summorum Pontificum

cum Pii V. & Gregorii XIII. contra Michaëlem Baium, ubi continetur illa propositio num. 73. Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum Justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis, &c. Vide ibi fol. 869. Item, in hoc tomo fol. 260. citat se ad 3. part. quæst. 27. *ubi de Conceptione Virginis* MARIÆ se disputaturum ait; sed tertia ejus pars typis mandata solùm pervenit ad quæst. 25. Impress. Compluti 1616. in folio.

PETRUS Loverel antiquus, in libello: Corona Virginis, qui totus est de Beata Virgine Maria, & incipit: De beatissima paradisi Regina prælecta Patris privilegio singulari, &c. feria 4. quæ incipit: In cœlesti throno residesRegina fulgentissima, inquit: *Pulchra, quia nec maculam aut rugam habuisti*, nec carnis aut spiritûs aliquod inquinamentum; *sed tota tanquam abyssus purissima, tota splendida, tota candida, tota rutilans, tota mundissima, à cujus corde & corpore longè fuit omnis peccati macula.* Et de hoc passim in toto libro, qui extat in Biblioth. Cœlestinorum Parisiens. manusc. in 8. Ipse etiam Auctor edidit quoddam spirituale alphabetum pro Beata Virgine Maria. Et in prima litrera A. quæ incipit: *Ave sancta in utero matris*, habet plura de ejus puritate; & extat cum antecedenti manusc.

PETRUS Louvet Divionensis, Ordinis Prædicatorum, in lib. Thesaurus Apostolicus gratiarum & privilegiorum Confraternitatum Sanctissimi Rosarij Beatissimæ Virginis Mariæ, fol. 58. adducit Bullam Pij V. in qua est indulgentia *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Lib. impress. Duaci 1635. in 8.

PETRUS Loyex, Protonotarius Apostolicus & Pastor ad S. Willebrordum, in libro: Speculum aureum, sive de Pace libri duo, &c. adducit indicem concionatorium *pro festo Conceptionis Virginis Deiparæ.* Lib. impress. Antuerpiæ 1645. in fol.

Item, in Psalmum 118. Beati immaculati in via commentarijs moralibus, &c. adducit indicem concionatorium *pro Conceptione Virginis MARIÆ.* Vide ibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1643. in folio.

PETRUS le Loyer, Consiliarius Regis Gallus, in libro Gallicè: Meditations Theologiques, & recreations spirituelles sur le Cantique de la Vierge Marie, part. 1. cap. 3. fol. 41. agit latè *de Conceptione Virginis pura & de ejus præservatione à peccato originali præ cæteris filijs Adæ*, eò quòd in mente divina prælecta fuerit ante sæcula & prædestinata, &c. quod prosequitur & probat per totum caput fusè & pulchrè. Item, lib. 2. cap. 2. fol. 180. Quòd quamvis Virgo Maria vestita fuit corpore mortali; taliter fuit, quòd in suo corpore vivificato ab anima fuit aliter, quàm in alijs creaturis: quia ipsa fuit integra, *absque macula, pura, tota casta corpore & spiritu, & in ea numquam peccatum habuit habitationem, & fuit concepta in gratia*, &c. latè. Et eodem lib. 2. cap. 3. fol. 228. *Quòd spiritus Virginis numquam sensit aliquam contagionem peccati originalis sive ante, sive post Conceptionem*, &c. latissimè quasi per totum Librum incidenter; ut videre est in indice. Lib. impress. Parisijs 1614. in 4. regali & 1615.

PETRUS Luche Fajardus, Poëta Hispanus, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione* Hieroglyphicum, seu inscriptionem; ut videre est in libro impress. Hispali 1616. in 4. fol. 63.

PETRUS Lucidus à Valta Gallus, in Opusculo super Symbolum, art. 4. ad illud: Ex Maria Virgine, inquit:

MARIA est Virgo illa,
Serena, pulchra, tranquilla:
Quam in matrem elegisti,
Atque semper custodisti
Puram & Immaculatam
Omni labe, &c.

Et ad marginem habet: Approbamus *MARIAM Virginem Matrem IESV fuisse semper præservatam ab omni macula peccati.* Lib. impress. Parisijs 1625. in 4.

PETRUS Luiandus, Rector Collegij Veræ-Crucis Salmanticensis Hispanus, *de purissima Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ* Sermonem. Impress. Salmanticæ 1619. in 4.

PETRUS Lyñan, Poëta Hispanus, edidit Cantionem pulchram *pro Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in libro & historia Montis Cœlij seu Dominæ nostræ de la Salceda, lib. 3. cap. 5. fol. 476. Impress. Granatæ 1616. in fol.

PETRUS Machado, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, Rector Salmanticensis, in libro dicto: Annulus Christianus, sermone Dominicæ secundæ Adventûs, fol. 199. ad illud: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, dicit: Ex isto contextu nullo modo sequitur, quòd Joannes major seu sanctior fuerit sanctissima Virgine Maria; & probat ex eo, quòd dicit: Non surrexit; quod dici non potest nisi de eo, qui primò cecidit & postea surgit. Unde intelligenda sunt verba ista Salvatoris de illis solùm, qui in peccato originali concepti sunt: *Beata autem Virgo non surrexit, quia numquam in peccato originali fuit*, &c. Lib. impress. Moguntiæ 1608. in 8. regali & Burgis 1604. in fol.

Item, edidit *de puritate Deiparæ Virginis MARIÆ* Tractatum unum. Ita Marrac. in Biblioth. fol. 258.

PETRUS Machado Coronel, Hispanus Doctor ac Judex Hispalensis Diœcesis, fecit informationem juridicam circa rumores, & scandala exorta propter aliquos affirmantes *Dei Matrem MARIAM fuisse infectam maculâ originali*, quæ typis fuit mandata cum alijs 1615. in fol. Vide verb. Ludovicus Alvarez.

PETRUS Maldonatus, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: Consolatio justorum, part. 1. cap. 6. fol. 38. postquam vocaverat Virginem Mariam purissimam columbam, inquit: Sin duda, que quando pronuncio el dichoso: Fiat; sue tanto por el gozo de verse segura para siempre *y tan aprobada del cielo su limpieza*, quanto por verse Madre de Dios, &c. Impress. Ulyssiponæ 1609. in 4.

PETRUS Manrrique, Ordinis Minorum, scripsit pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Ant. Daza, cap. 6. fol. 52.

PETRUS Marchant, Ordinis Minorum Flander, in libro dicto: Faustus dies illustrans Sponsi Mariæ, Nutritij Jesu gratiosam sanctificationem in utero, &c. An præter duos *& Immaculatam in Conceptione Virginem* salva fide liceat plures in utero sanctificatos asserere? Quæstionem unâ. Item, Processus doctrinæ *de Immaculata Conceptione*, Caput unum; ubi de Constitutionibus Sixti IV. Pij V. & Gregorij XV. Impress. Gandavi 1631. in 8.

Item, in lib. de Sanctificatione S. Josephi contra Claudium Dausquium, folio 25. *de sanctificatione B. Virginis & ejus Immaculata Conceptione*; & fol. 65. *de Immaculata Conceptione B. Virginis* agit latè. Impress. Brugis 1630. in 16.

Item, tom. 3. Speculi totius hominis Christiani, sive Tribunalis Sacramentalis, tract. 6. titulo 1. quæst. 3. fol. 97. *Quòd Beata Virgo MARIA ab omni peccato tam originali, quàm actuali immunis fuit*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1650. in fol.

Item, in lib. cujus titulus est: Fundamenta duodecim Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci fundamentis duodecim Apostolorum civitatis S. Jerusalem, &c. titul. 12. §. 6. fol. 153. sub hoc titulo: *Ioannis Duns-Scoti ex Ordine Minorum Doctoris Subtilis pro Immaculata Conceptione concertatio publica & victoria*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1657. in fol.

PETRUS Marchesse, Clericus Regularis Messanensis Italus, *de Conceptione Sanctissimæ Virginis MARIÆ* Panegyricum unum, in libro dicto: Sacri Panegyrici, part. 2. pag. 7. Paneg. 57. Impress. Messanæ 1653. in 4.

PETRUS de S. Maria, Ordinis Carmelitarum Hispanus, *pro Immaculata Virginis Conceptione* Poëma fol. 44. Impress. Hispali 1616. in 4.

PETRUS Marius Baldinatus Eugubinus, in Oratione inscripta: Aurora, natalium Virginis Mariæ Encomium, ad finem affirmat *MARIAM nullam primitivæ labis amaritudinem contraxisse*, &c. Lib. impress. Perusiæ 1641. in 12.

PETRUS Mariz, Hispanus in Historia seu dialogis folio 229. & folio 303. agit *de Ecclesia Vlyssiponensi Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Conimbriæ 1498. in 4.

PETRUS Martyr de Angleria Mediolanensis, Protonotarius Apostolicus, in lib. 28. Epistolarum folio 124. Epistola 545. ad Ludovicum Furtatum de Mendoza loquens de Leone X. & Actis in Concilio Lateranensi, inquit: Proxima Sessione sancitum est (& meo judicio sanctissimè) ne veterata inter Franciscanos & Dominicanos Fratres *de Conceptu Virginis* dissensio ultra vagetur; & æternum est utrique impositum silentium: *piè id credere non esse impium, judicatum est*. Lib. impress. Compluti anno 1530. in folio.

Item, Epistolas duas integras *pro Immaculata Virginis Conceptione* & Actis Bernen. Ipsas vide ad litteram in Joanne Jetzer.

PETRUS Martyr, Balneoregiensis Ordinis Prædicatorum, in Opusculo de Columba cœlesti in quo Beatæ Mariæ Virginis præconia sub columbæ symbolo affabre affatimque promuntur, inter alia plura quæ puritatem Virginis Mariæ & ejus innocentiam indicant & declarant, libro 4. folio 27. inquit: En Virgo Maria vera promissionis terra, *prædestinatione alta*, securitate montana, charitate ferax, spe fertilis, misericordiâ ampla, agnitione redundans. Inter ejus naturæ facultates, intraque animam divinus amor ita virtutibus mellificabatur, *ut nullum in ea organum, nullaque pars quidem esset, quæ absolutissimarum actionum fons non videretur*, &c. Et folio 19. loquens de eadem Virgine inquit: *Prælecta jam fuit ad magna momenta decernenda ultro vocata. Plus in fortitudine adolevit, cùm universis viatoribus fortior extiterit, mortem, diabolum, peccatum vincens*, &c. Lib. impress. Maceratæ 1635. in 4. Si Maria fortior extitit peccato indefinitè; igitur & originali: non enim vinceret ex omni parte peccatum, si hoc contraxerit. Ex alijs hujus Auctoris verbis similes consequentiæ pro immunitate Virginis deduci possunt.

Item, in libro: Lucubrationum exegeticarum in Rosarium Beatæ Mariæ, &c. lib. 4. cap. 1. sect. 4. fol. 121. inquit:

Rosa decens, Rosa munda,
Rosa recens sine spina.

Et tomo 2. hebdomada 30. folio 99. inquit: Magis ergo Sol justitiæ Christus ex ventre virginali mundissimo sibi corpore accepto, non modò intemeratus remansit, sed potiùs impeccabilis evasit, *& eius Genitricem MARIAM sanctiorem & Immaculatiorem ipse fecit*, & optimam planè, &c. Lib. impress. Maceratæ 1634.

Item, in libro Italico: La quercia della Vergine, Academia saera sparsim vocat *Deiparam candidam columbam, rectam in justitia*, folio 36. & 56. Lib. impress. Tiburi 1647. in 8. Hoc tam dubio milite nostra Militia non egeti; sed adducitur, ut cognoscatur non omnes Patres Dominicanos sustinuisse opinionem contrariam.

PETRUS Massarius, Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, Neapolitanus Italus, *de Beata MARIA concepta sine labe* Epigramma in libro R. P. Lucæ à Monte forte de Septem columnis. Neapoli 1653. in folio.

PETRUS Mattyeu, Ordinis Carmelitarum natione Gallus, edidit Sermones *de festo Immaculatæ Conceptionis Virginis*. Parisijs 1620. de quo Hipp. Marrac. in Catal. Marian. & in Biblioth. fol. 261.

PETRUS Maturus, Societatis Jesu Presbyter, in Annotationibus ad Sanctum Antoninum Ordinis Prædicatorum & Archiepiscopum Florentinum, 3. parte titulo 14. §. 3. fol. 797. loquendo de Sancta Birgitta ait: Ipse Sanctus Antoninus dicit quòd hæc composuit libros Revelationum multos de diversis mysterijs sibi revelatis: ipsa revelationem (ut asserit) habuit *Virginem MARIAM conceptam sine originali peccato*. Et Beata Catharina de Senis, non (ut creditur) minoris sanctitatis, licèt non canonizata, habuit revelationem in contrarium; & cùm Spiritus Prophetarum non sit contrarius, quia unus & idem est, nec sibi contrarius; dicere oportet, quòd una earum habuit revelationem à Deo propheticam, altera verò somnium in phantasia secundùm affectum suum, &c. Ad hæc notat Maturus sequentia: *Porrò pro Conceptione Virginis gloriosæ standum est*, ut in omnibus alijs, decreto Concilij Tridentini sess. 5. quod in hæc verba habetur: Declarat tamen, &c. Extat Lib. impress. Lugduni 1587. in folio.

PETRUS Mauritius (aliàs Petrus Venerabilis) S. Bernardi coætaneus, in Prosa 2. de Matre Domini, inquit: Tu serpentem evicisti, cuius caput contrivisti, &c. Aurora solis prævia, *& dies nuptiis nescia*, &c. Vide Joan. Eusеb. Niremb. lib. Excep. cap. 26. folio 454.

PETRUS de Medina, Hispalensis Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, lib. 1. de Cruce cap. 32. agit *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Sylvester de Saavedra lib. de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 958.

Item, in libro de veritate, seu: Dialogus Veritatis cum homine, &c. dialogo 73. fol. 102. vocat *Virginem MARIAM plenam gratiâ omnibus modis, an-*

ratâ, sanctam, quàm natam, &c. Lib. impress. Conchæ 1592. in folio.

PETRUS Mercado, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Palabras de la Virgen N.S. sacadas del sacro Evangelio, Palabra 5. §. 1. inquit: No perdio Maria al niño Dios por su culpa, *que ni aun la original se atrevio à mancharla, &c.* Lib. impress. Matriti 1661. in 16.

Item, in libello dicto: Diario sagrado: Medios para tener buenas pasquas buenos dias y buenas noches, medio 3. in Orationibus iaculatoriis *Quòd MARIA fuit absque macula.* Lib. impress. Matriti.

PETRUS de Mexia, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Lector Jubilatus, Provincialis & Regius Concionator, accepit juramentum quod ipso suadente fecit Confraternitas Mancipiorum SS. Christi del Amparo Matriten. *Pro defensione Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide verb. Mancipiorum Confraternitas.

PETRUS Michaël Carbonellus Hispanus, Ferdinandi secundi Aragonum Regis Archivarius, typis mandavit Speculum morale totius sacræ Scripturæ Joannis Vitalis Ordinis Minorum & S. R. E. Cardinalis, ubi in Prologo affirmat, quòd prædictus Vitalis scripserat *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ Dei Matris* humillimæ Librum unum. Item, verb. Maria folio 13. à tergo colum. 3. cùm Vitalis dixisset verba illa: Totum enim genus humanum fuerat in parte diaboli: lana autem sumpta de ove, quæ erepta est de ore lupi, de facili vermibus scatet, ideo ovis fuit in utero sanctificata, & mundante gratiâ mundata, ut ejus vellere fieret Christo munda tunica, &c. ad hæc verba Vitalis apposuit Carbonellus hanc notam marginalem pro immunitate Virginis Mariæ: Meliùs certè ad propositum, *quòd hæc lana ab ore lupi fuit erepta antequam eam momordisset.* Hæc Carbonellus, cujus laudo religiosum affectum erga Virginis Conceptionem; sed verba Vitalis nihil habent contra immunitatem Virginis, ut suo loco dixi. Liber extat impress. 1513.

PETRUS Michaëlis, Societatis Jesu Theologus, in libro: Serta honoris & exultationis ad Catholicorum devotionem ornandam & exhilarandam; oratione 124. ad Deiparam sic inquit: Ad te Virginem quidem, eamque sanctissimam, *& absque omni peccati labe conceptam* & educatam, &c. Item, oratione 132. pro quolibet festo N. Virginis, sic dicit post plura: Atque in primis *quod eam* (quale beneficium nulli mortalium contigit) *à peccato originali præservatam, ut tota pulchra & sine macula Mater*, te segregatam à peccatoribus abs suspicione peccati omnis conciperet, &c. Impress. Coloniæ 1590. in 16.

PETRUS Migliodottius, Monachus Vallis-Umbrosæ Italus, in libro: Psaltero ò vero Cantioni sacræ in honore della Madre Vergine, &c. & sunt 150. Cantiones in honorem Dei Matris Mariæ, ubi varias, & particulares ejus excellentias ac laudes decantat Auctor, multa invenies de Virginis puritate ac innocentia, præcipuè Cantione 99. folio 302. ubi inquit:

Diva in ventre di tua Madre
Da ogni colpa foste esente, &c.

Et in alia Cantione 122. sub hoc titulo: Ove l'anima canta Mariæ felicè perche diede s'stessa à Dio nel principio de sua etade, *vivendo immaculada da ogni colpa*, ancor minima &c. Alia vide ibi. Lib. impress. 1651. in 12. regali.

PETRUS Milhard, Ordinis S. Benedicti & Prior Conventûs S. Dodæ, in tom. 2. dicto: L'appareil pour le triomphe du Paradis, colloquio 36. folio 308.: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta, transivitque eursum suæ sanctæ vitæ absque aliqua spina peccati originalis* vel actualis, cùm omnes progenitores post Adam usque ad S. Joachimum fuissent spinati à peccato originali, &c. Et prosequitur latè dicendo, quòd fuit ex manu Dei Patris fabricata, & incorruptibilis ab omni peccato. Lib. impress. Tolosæ 1624. in 4.

PETRUS de Mirabal, seu de Victoria, natione Hispanus & Episcopus Neapolitanus edidit pro defensione Ecclesiæ *& Immaculatæ Conceptionis* Apologiam insignem, ut refert amicus noster P. Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1617. & in Bibliotheca fol. 262. affirmatque ipsam vidisse manuse. & impress. Neapoli anno 1617. in 4. de qua etiam mentionem facit Franciscus Pistoia fol. 153. An autem sit distincta ab illa quam ego habeo, & incipit: *Por lo mucho que ha deseado V. Excelencia ver reducidos los Padres Dominicanos al comun sentir de los Doctores, &c.* pœnitus ignoro: hoc verò unum scio hanc fuisse scriptam Romæ, ubi latè agit de scandalis in hac materia in Christianitate exortis, & habere fol. 13. manusc. in folio, & esse subscriptam à Doctore Petro de Miraval y Ayllon.

Item, *in solemnissima festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis sanctissimæ Dominæ nostræ* à D.D. Petro Giron Duce de Ossuna & Vice-Rege Neapolitano celebrata in Domo professa Societatis Jesu prædictæ Civitatis Neapolitan. ann. 1617. Sermonem. Impress. Neapoli eodem ann. in 4.

PETRUS Mon, Ordinis Minorum Hispanus, in Thesibus habitis Cæsaraugustæ in Collegio Sancti Didaci publicè defendit *Beatam Virginem MARIAM fuisse præservatam in primo instanti suæ Conceptionis à peccato originali, exceptamq, ab illa regula generali Adami, & immunem etiam à debito illud contrahendi*, &c. Impress. Cæsaraugustæ anno 1660. in charta expansa.

PETRUS Monsalve Granatensis, Poëta Hispanus, *ad Immaculatam Conceptionem Virginis sanctissimæ Dominæ nostræ conceptæ absq, peccato originali* Cantiones sexaginta tres in honorem ejus purissimæ vitæ. Lib. impress. Hispali 1616. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PETRUS Montanus, Ordinis Minorum Guardianus Antuerpiensis, in libro: Septem Psalmorum (quos vulgo Pœnitentiales vocant) solida, erudita & pia elucidatio; ad verba illa: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, fol. 139. à tergo, sic inquit: Omnis enim non solùm in mundo, sed etiam in matre natus trahit & pœnam & meritum pœnæ, excepto uno, qui de Spiritu sancto conceptus est, *exceptaq, speciali præservatione, quæ Deo non impossibilis, quâ creditur Matrem dignatus*, ex Spiritu sancto natus, &c. Antuerpiæ 1569. in 12.

PETRUS Montius, Doctor antiquus Hispanus, in illo celebri libro de Unius Legis unitate & Sectarum falsitate, libro 1. à cap. 32. inclusivè habet Tractatum sive magnum Opusculum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus Prologus incipit: In altero Volumine nonnullas partes *de Conceptione Virginis Dominæ nostræ scripsimus*, &c. Et agit in eo de im-

munitate Virginis MARIÆ à prædicto cap. 32. usq; 89. inclusivè. Lib. impress. Mediolani anno 1522. in folio.

PETRUS du Mont, Doctor in utroque Jure, Episcopus de Presse, Legatus à latere & Nuntius Apostolicus in Regno Galliæ, dedit Bullam ut Provincialis Augustt. Franciæ, & Prior ac alij Religiosi possent audire confessiones fidelium, & eos ab omni absolvere censura *in sancto die Conceptionis gloriosæ Virginis*, &c. Dat. anno 1444. indictione 7. die 2. Junij, Pontificatûs nostri S. Patris Eugenij IV. ann. 14. Extat originalis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. prope Pontem novum; & eam adducit Anonymus Augustinianus in Recollectione privilegiorum ejusdem Confraternitatis fol. 11. Impress. Parisijs 1632. in 16.

PETRUS du Mont-martre, Ordinis Cluniacensis Doctor Theologus, expurgavit à mendis & summopere laboravit in impressione libri R. P. Jordani Quedelimburg Augustiniani communiter dicti Dan, in quo sunt tres Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ*, scilicet decimus, undecimus & duodecimus. Et in marginibus additis prædicto lib. tenet prædictus Doctor, *quòd Virgo MARIA non fuit concepta in peccato originali, nobilissimo modo redempta, præservata à Christo Domino*, &c. ut videre est in lib. impress. Parisijs 1521. in 4. Idem dicit in 4. sermone de Annuntiatione folio 101. à tergo in marg.

Item, edidit Libellum *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* dicatum serenissimæ illustrissimæque Elisabethæ Hispaniarum Reginæ bene meritæ. Lib. impress. absque anno & loco impressionis in 4. Extat inclusus etiam in libro de Agnoscendis hominibus. Lib. impr. Mediolani anno 1522. in fol. cujus traductor fuit G. Alora Cordubensis.

PETRUS Moraga vel Amoraga, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Primera parte de la 2. parte de la instruction del pecador, en que se explica la Oracion del Padre nuestro, &c. Discursu 10. ad illa verba: Dimitte nobis debita nostra, &c. folio 197. à tergo facit peccator hanc interrogationē: Y si la Virgen nuestra Señora dixera esta oracion quando estaba acà en el mundo, quando llegase à decir estas palabras: Perdonanos nuestras deudas que pidiria en ellas; *pues no huvo en ella rastro ni imaginacion de pecado actual, ni venial?* Et respondet Doctor: En tal caso entenderia esta peticion en persona de la Iglesia, en la qual siempre ay deudores de culpas; y en este sentido orò tambien su hijo unico Christo nuestro Señor que segun sabemos que no hizo pecado, ni se hallo engaño en su boca, &c. Lib. impres. Toleti 1616. in 4.

PETRUS Morales, Societatis Jesu Hispanus, de Sanctissimis Deiparæ parentibus, *& de Revelatione Conceptionis ejus* & nominis MARIÆ eisdem facta Tractatum unum in libro super Matthæum. Impress. Lugduni 1614. in folio.

PETRUS de Moya, Abbas Complutensis Regalis, in Constitutionibus Synodalibus de Alcala la Real titulo 4. de Ferijs, Constitutione 1. folio 41. ad diem 8. Decembris: *Festum Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ Virginis MARIÆ*. Impress. Granatæ 1626. in folio.

PETRUS Muranus Italus, Ordinis S. Augustini, scripsit Librum linguâ Italicâ de Adventu Filij Dei, &c. (quem postea ipsemet latinitati donavit, ac tandem P. de Calanges Champenois transtulit in linguam Gallicam) serm. 7. ad illa verba: Verbum caro factum est, &c. à folio 193. ponit plura *de Immaculata Conceptione* usque 238. Lib. impress. Parisiis 1613. in 8.

PETRUS de Natalibus, Episcopus Equilinus, in Catalogo Sanctorum impress. Lugduni 1542. in folio, cap. 42. fol. 5. hæc habet de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis: *Conceptio Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ* non quidem ex generali Ecclesiæ institutione, sed ex speciali quorundam devotione, in plerisque Ecclesiis celebratur. Hujus autem celebrationis festi principium fuit Beatus Anselmus Prior Monasterij Becen. postmodum Cantuariensis Archiepiscopus propter miraculum, quod eidem apparuit, quod tale fuit: Dum enim ipse dicti Monasterij Prior pro quibusdam urgentibus ad partes Britanniæ navigasset, dispositisque agendis repatriaret, contigit tempestate nimia exorta & intumescente procella navem periclitari; & dum cuncti in discrimine nimis positi, omnique spe humana deserti, divinum adjutorium & Beatæ Virginis flagitarent, potissimè autem Prior Anselmus, qui Beatæ Dei Genitrici fuerat singularis devotus, subitò conspiciunt quendam mirabili claritate fulgentem, pontificali habitu decoratum super undas maris versùs navem ambulantem venire; qui proximus navi Anselmum vocat, eumque alloquitur, ut si periculum maris evadere cupit, & in patriam salvus redire, eidem promittat coram Deo, *quòd festum Conceptionis Matris Christi annis singulis solemniter celebraret*, & celebrandum quibuscumque poterit suaderet. Et cùm ille de die festo & officio faciendo interrogasset, respondit, quòd sexto Idus Decembris festum illud celebrandum erat, *quo die Beata Virgo concepta fuerat*, & quòd idem officium, quo utitur Ecclesia in ejus Nativitate, in hoc festo dicendum erat, mutato solùm nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Et cùm Prior de nomine Nuntij interrogasset, respondit se esse Nicolaum Episcopum à Beata Dei Genitrice pro tali revelatione & eorum liberatione transmissum. Mox Anselmus jussa promisit, & voto interposito confirmavit, statimque sedata tempestate & flante vento prospero ad propria redierunt. Et sic ab eodem Anselmo prius in Monasterio suo, & deinde in Ecclesia Cantuariensi (cui præfuit) dictum celebrari cœpit. Deinde in pluribus Ecclesiis hujusmodi consuetudo inolevit, *ut festum Conceptionis Beatæ Virginis* sexto Idus Decembris in Kalendarijs adscribatur, & solemni officio recolatur: historia verò Conceptionis Beatæ MARIÆ in festo ejusdem Nativitatis scribetur.

In libro verò sic inscripto: Catalogus Sanctorum, & gestorum eorum ex diversis voluminibus collectus, editus à Reverendissimo in Christo Patre D. Petro de Natalibus de Venetijs Dei gratia Episcopo Equilino, multis novis additionibus decoratus, &c. ad finem libri sic habet: Catalogus Sanctorum nuperrimè per Venerabilem P. Fratrem Albertum Castellanum Ordinis Prædicatorum diligentissimè recognitus, & ab infinitis pœnè mendis & defectibus purgatus & emendatus cum additione multarum legendarum Sanctorum, quæ prioribus impressuris deerant, per Nicolaum de Flankfordia solertissimè impressus explicit Kal. Decembris, anno Domini 1516. in 4. Fol. 12. à tergo sic inquit: *De Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, Caput 42. *Conceptio Sanctæ Dei Genitricis*

matris MARIÆ, non quidem ex generali Ecclesiæ constitutione, sed speciali quorundam devotione in plerisque Ecclesiis celebratur. *Quamvis ergo Beata Virgo fuerit in utero matris etiam ab ipsa animæ infusione sanctificata*; fuit tamen in peccato originali concepta: quod tribus rationibus comprobatur. Primò, quia si fuisset sine peccato originali concepta; sequeretur quòd non fuisset filia Joachim, sed solùm Annæ; & sic quodammodo quantùm ad humanitatem esset æqualis Christo, quod est absurdum & erroneum. Consequentia probatur: quia non potest esse permixtio seminum viri & mulieris sine pruritu libidinis & delectationis; constat autem, quòd talis pruritus & delectatio habet annexum peccatum originale, ut probat Augustinus in libro de Peccato originali: & ideo Conceptio Christi fuit absque tali peccato, quia ibi non fuit permixtio alicujus seminis virilis, & per consequens nec pruritus libidinis. Secundò, quia si fuisset sine tali peccato concepta, sequeretur quòd non fuisset Christi sanguine per ejus Passionem redempta; quod est falsum, & pessimè dictum. Et probatur consequentia: quia Christi Passio fuit ordinata ad peccatum omne delendum, sive originale per baptismum, sive actuale per pœnitentiam; sed cùm in Beata Virgine nullum fuisset peccatum actuale abolendum, si sine peccato originali concepta fuisset, Christi Passio nihil delendum in ea reperisset, & sic per Christi Passionem non fuisset redempta. Tertiò, quia ex hoc sequeretur, quòd, si Beata Virgo ante Christum decessisset (quod fuit possibile) ipsa immediatè paradisum ingressa esset; sed hoc est falsum, ut patet Joan. 3. Nemo ascendit in cœlum (scilicet ante Christum) nisi qui descendit de cœlo, &c. Consequentia probatur: quòd sola originali culpa aditus Regni cœlorum præludebatur decedentibus sine peccato actuali. Verùm ad rationes quæ in contrarium à pluribus allegantur, sic respondetur, & primò: ubi dicitur quòd Christus non venit solvere legem, sed adimplere. Cùm igitur ipse in lege mandaverit: Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. credendum est ipsum etiam Matrem suam in hoc potissimùm honorasse. Respondetur, quòd honoravit eam in quantùm fuit conveniens; non tamen tantùm quòd ipse ex hoc exhonoraret seipsum. Nam dicere quòd Virgo Maria esset æqualis in gratiâ humanitati Christi, esset ignominia ipsi Christo. Secundò, cùm dicitur à talibus, quòd Augustinus dicit: Cùm de peccatis agitur, nullam volo de Beata Virgine fieri mentionem, intelligendum est de peccato actuali, etiam veniali, à quo omninò immunis fuit. Tertiò, cùm opponitur quòd Ecclesia Dei permittit fieri solemnitatem de ejus Conceptione, quod idem est ac si juberet, & etiam in Curia Romana fit tale festum per Papam & Cardinales; quòd licèt illud festum sortiatur nomen Conceptionis, est potiùs festum de ejus in utero sanctificatione; sed quia tempus sanctificationis est ignotum, sub nomine & vocabulo Conceptionis agitur festū de tali sanctificatione. Hujus autem celebrationis festi, &c. ut supra. Unde videtur, quòd Albertus Castellanus addidit omnia, quæ hìc habentur contra Immaculatam Virginis Conceptionem; nam Petrus de Natalibus nihil dixit. Et comprobatur: nam quamvis hic Auctor sit antiquus & communis, à nullo sui Ord. Scriptore citatur pro eorum sententia.

PETRUS Navarrus, Ordinus Minorum Hispanus, in libro titulato Hispanicè: Favores del Rey del cielo hechos à su esposa la Santa Joanna de la Cruz, latè lib. 3. cap. 14. fol. 675. *de Immaculata ac purissima Conceptione*, &c. Et lib. 4. fol. 715. agit *de purissima ac Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, ejus præservatione à peccato originali, & primogenitura redemptionis*, &c. Item, eodem libro 4. cap. 9. folio 834. *Quòd Virgo Beata in primo instanti suæ Conceptionis vidit divinam essentiam*; quod probat ex aliquibus Doctoribus. Matriti 1622. in 4.

Item, in Relatione Capituli Generalis Ordinis Minorum anno 1606. folio 29. facit mentionem *de Monasterio Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Toleti 1606. in 4.

PETRUS Nolascus, Fundator inclytus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede ac Sanctus, Hispanus, Revelationem accepit ac mandatum, ut habitus suorum filiorum esset totus albus absque mixtura alterius cujuscumq; coloris, ad designandam *V.B. nunquam maculatam puritatem*. Ita R.P. Fr. Petrus à S. Cæcilia in Tractatu de Sancto Raymundo Nonnato cap. 9. fol. 55. Vide supra ejus verba.

PETRUS Nomban, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis natione Anglus, Patriarcha Constantinopolitanus elaboravit *de Conceptione Virg. MARIÆ* egregium Tractatum. Ex Marrac. in Catal. Immacul. ad annum 1227. & in Bibliotheca folio 267. & in Antist. Marian. folio 443. Pistoia folio 163. numero 8. ubi affirmat etiam fundasse Sacellum *de Conceptione Virginis*.

PETRUS Nuñez de Castro, Ordinis Minorum Hispanus; in libro dicto: Discursus prædicabiles pro Dominicis Adventûs, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis sanctissimæ* Discursum unum, à fol. 131. usq; 134. Lib. impress. Vallisoleti 1643. in 4. Et in principio ipsius libri habet imaginem Immaculatæ Conceptionis cum his verbis: Tota pulchra es amica mea, &c.

Item, in libro dicto: Sanctoral Seraphico, *de excellentijs purissimæ ac Immaculatæ Conceptionis Virginis Dominæ nostræ* Discursus quatuor à folio 74. usque 144. Lib. impress. Rivisicci 1618. in folio.

PETRUS de Ojeda, Societatis Jesu Hispanus, Theologiæ Professor, scripsit Librum *pro Conceptione Virginis* sub hoc titulo: Informacion Ecclesiastica *en defensa de la limpia Conception de la Madre de Dios*. Impress. Conchæ 1616. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Aunque por textos, & Hispali 1616. cum alijs Tractatibus de eadem materia Conceptionis.

Item, scripsit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Hispali 1615. in 4. secundùm Leonem classe 7.

PETRUS Olivier Cabanes, Doctor Theologus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Gallus; in libro dicto: Les gages amoureux de N. Dame du Mont-Carmel cap. 3. fol. 35. agit *de Immaculata Virginis Matris Conceptione* figurata in nubecula parva Eliæ; & alibi in eodem libro de Indulgentijs concessis Confratribus Scapularij pro die Conceptionis. Impress. Tolosæ 1645. in 12.

PETRUS de Oña, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Hispanus, & Episcopus Gaëtanus, *de purissima & Immaculata Virginis Conceptione atque ejus præservatione à peccato originali* Discursus octo eruditos sanè à folio 342. usque ad 416. in 1. parte

Novissi-

Novissimorum hominis. Impr. Matriti 1603. in fol.
Item, *de præservatione Beatæ Virginis à peccato originali* Tractatum, quem extraxit ex ejus Operibus R. Pater Sylvester de Saavedra ejusdem Ordinis. Hispali 1615. in 4.

PETRUS de Oñate Toletanus, Societatis Jesu Hispanus, tomo 2. de Contractibus lucrativis, &c. tract. 8. disp. 25. de sacris Contractibus, sect. 4. num. 110. folio 47. inquit: Ad quintum dicimus, potiùs hoc pactum commodissimum esse ad explicandam *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem à peccato originali immunem*, quam pleno corde credimus ac confitemur. Quod duobus modis fieri potuit; primò intelligendo in hoc pacto cum cæteris filijs Adami fuisse comprehensam; *sed tempore, quo ex pacto contractura erat peccatum, fuisse servatam.* Et hic est communis & sufficiens modus: non enim pactum cogit creditorem, ut etiam postquam factum est, & jus jam quæsitum, non remittat debitum, si velit, ante diem solutionis. Secundus modus, cui adhæremus, & qui hodierna die est jam communis & receptus, est, *ut in ipso pacto fuerit exclusa: voluit enim ei Deus ut veræ Matri suæ justitiam originalem & gratiam in primo instanti suæ Conceptionis elargiri independenter à peccato Adæ*, vel ab aliqua quacumque conditione, sicut largitus est Angelis. Impress. Romæ 1647. in fol.

PETRUS Opmerus, Amstellodamus Batavus, in Opere Chronographico à mundi exordio usque ad annum 1611. libro 4. folio 168. inquit: Itaque ingressus ad eam solus in penetralibus Dei nuntius matutina quasi salutatione usus: Ave (ait) gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Digna sanè salutationis forma Virgine illa, *quam Spiritus Sanctus largo omnium virtutum imbre perfuderat; cui Pater cœlestis prior hoc nuntio suo semper aderat*, & cujus mentem Filius adimpleverat, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1611. in folio. Si semper adfuit Pater, ergo nunquam peccatum. Si hic faveat piæ opinioni, bene est; sin minùs, per me licet, abeat.

PETRUS de Ordeo-Monte, Episcopus Parisiensis, jussit Fratrem Joannem de Montesono retractare opinionem à se prolatam in relectione magistrali contra *Conceptionem Virginis MARIÆ*, ut refert Spondanus ad annum 1387. num. 7. Lib. impr. Lutetiæ 1640. Vide nostrum Hodium.

PETRUS Orozco, Ordinis Minorum & Episcopus Temniæ, accepit votum seu juramentum factum ab honorato Consilio Regali Mestæ & Cabañæ *de tuenda Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in libro de hac re impress. Matriti 1654. in 4. folio 9.

PETRUS de Otalora, Ordinis S. Augustini Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: En ostentacion del religioso afecto y verdadera devocion que *à la Immaculada Concepcion de la Reyna de los Angeles MARIA Señora nuestra*, tiene la noble Paroquia de S. Nicolas Obispo, y S. Pedro Martir de la real ciudad de Valencia. Impress. ibidem 1633. in 4.

PETRUS Ovethusio, Ordinis Præmonstratensis Canonicus, S. Theologiæ Doctor & Professor, in Thesibus Theologicis habitis Antuerpiæ die 12. Julii anno 1649. Thesi 10. hæc inquit: Omnes ex Adam viâ generationis ordinariæ procedentes (*si Deiparam exceperis*) peccato ejus inficiuntur & nascuntur filij iræ. Impress. ibidem in 4.

PETRUS Oultremanno Valencenensis, Societatis Jesu Belga, in libro dicto Amor in creaturas effusus, sive: Amor Dei erga homines liberalis, patiens, purus seu gratuitus, extensus, intensus, &c. *de Conceptione B. MARIÆ* in indice concionatorio. Insulis 1652. in fol. magno.

PETRUS Pachecus, Episcopus Giennensis & Saguntinus, Cardinalis S. R. E. volebat, ut in decreto Concilij adderetur *de Conceptione Beatæ MARIÆ, licèt piè credatur conceptam fuisse sine peccato*; & hoc major pars Concilij secuta est, contradicentibus quatuor Dominicanis. Postea Cardinalis Sanctæ Crucis, qui fuit Legatus, fecit ut hoc non ita poneretur, quia à Legatis non fuerat propositum Concilio, & quia sic contraria pars diceretur impia. Hæc verba ex originalibus Concilij Tridentini retulit Pater Jacobus Granados in Collegio Valentino teste P. Christophoro de Vega Palest. 3. cert 8. num. 295. folio 88. Item, de ipso dicitur: Fue muy devoto *de la Concepcion de la purissima Virgen*, y causa de que en el Concilio de Trento se determinase loque contiene el decreto. Y aviendo estado ausente un Prelado, que no llebava esa opinion, quando volvio dixo: In hoc decreto Concilium Pachequizavit. Ita Gilius Gonzalez in Theatro Ecclesiarum Hispaniæ, & Martin. Ximena in Annalibus Giennen. fol. 476.

PETRUS de Padilla, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro: Grandezas y excellencias de la Virgen nuestra Señora, Cant. 1. de Excellentiis Virginis agit etiam *de privilegiata & purissima Conceptione*, à fol. 1. usque 18. Lib. impr. Matriti 1587. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.
Item, in Monarchia Christi linguâ Hispanicâ traducta, lib. 4. cap. 4. fol. 149. vocat *Virginem MARIAM purissimam, &c.* Impress. Vallisoleti 1590.

PETRUS Palominus, Poëta Hispanus, edidit Glossam *pro Virginis MARIÆ puritate in Conceptione sua.* Impress. Baëzæ 1618. in 4.

PETRUS Pamo de Valderrama, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus: Defensa de la precisa necesidad que los hombres tienen de la interceſion de Maria, prueba deducida desta verdad *de la Su pura y limpia Concepcion*, predicada en su Convento à la festividad, que en el celebraron los *Cofrades de la Immaculada Conception*, &c. Impress. seorsim Matriti, anno 1622. in 4.

PETRUS Pantinus Toletanus, Decanus Braxdensis, in Concion. SS. Græcorum Patrum, in Encom. seu Homil. Sancti Germani Archiepiscopi Constantinopolitani, fol. 405. *de Miraculosa Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. Antuerpiæ 1609. in 8.

PETRUS Parzovius Polonus, in libro à se traducto linguâ Latinâ Magistri Basilij Legionensis Ordinis S. Augustini, de tenenda ac docenda SS. Augustini & Thomæ doctrina, fol. 134. & fol. 146. vocat *Conceptionem Immaculatam.* Lib. impress. Bracciani 1632. in 8.

PETRUS Paulus Bissarius Vicentinus, fuit Eques torquatus Commend. *Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est in libro cujus titulus Italicè: Le glorie de gli incogniti, ò vero homini illustri dell' Accademia de Signori incogniti di Venecia, fol. 380. Impress. ibi ann. 1647. in 4.

PETRUS Pazmanij, Societatis Jesu, Archiepiscopus Arigonensis, Hungariæ Primas, ac S. R. E. Card. edidit *pro Immaculatæ Virginis MARIÆ Conceptione*

ceptione insignem Concionem. Impress. Posonij 1636. in folio. Si vis ejus videre verba, lege Marr. in Purpur. Mar. litt. P. §. 21. fol. 373. De hoc etiam Alegambe, folio 392..

PETRUS Perea, Ordinis S. Augustini Hispanus, & Episcopus Arequipensis in Regno Peruano, edidit Lib. Littera seu rescriptum transmissum Philippo Hispaniarum Regi hujus nominis quarto, comprobando certitudinem, quam habet *quòd Virgo MARIA fuerit concepta sine peccato originali*, & quòd diffiniri non possit in Ecclesia opinio contraria cum motivis, & principiis Fidei, ac Theologiæ, ac considerationibus circa festivitatem; in quibus Episcopus suam fundat opinionem, ut facilius possit satisfacere objectionibus, quæ ab aliquibus parum affectis fieri possunt. Impress. in civitate Regum, anno 1629. in 4.

Item, scripsit Epistolam quandam seu Apologiam circa defensionem supradicti tractatus ad Franciscum Sanchez de Villanueva Concionatorem Regium, de certitudine scilicet quam habet *quòd Virgo MARIA fuerit concepta sine peccato originali*. Extat in eodem libro, fol. 237.

PETRUS Piedrola de Benavides, Poëta Hispanus, edidit Carmina seu Glossam *pro immunitate Virginis à peccato originali*. Impress. cum aliis Baëzæ anno 1618. in 4.

PETRUS Pilargius, aliis Philaretus seu de Candia, Cretensis seu Novariensis, Ordinis Minorum (postea Summus Pontifex & Alexander V. renuntiatus) dum esset in Minoribus edidit *de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Tractatum unum; quem manusc. habemus duplicatum, & sudat sub prælo hoc anno cum Opusculo S. Bernardini, Aureoli & aliorum Minoritarum scribentium pro Virginis Immaculata Conceptione.

Item, in 3. lib. Sententiarum dist. 3. scripsit quæstionem unam *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ incipit: Quæritur, Utrum caro ex qua formatum corpus Christi fideliter creditur, fuerit aliquando sordibus originalis criminis deturpata? &c. cujus præcipua propositio est hæc: Decentissimum extitit & consonum maximè rationi *Beatissimam Virginem fuisse ab omni originali macula specialissimè præservatam*, &c. Quæstionem autem terminat sic: Et ideo parvi ingenij virum reputo illum, qui propter rationes quibus utuntur Doctores tenet unam partem vel aliam, cùm hujusmodi rationes sint de levi solubiles. Sola igitur devotio, amantissimi Fratres, vos moveat *puritatem ab omni crimine Beatissimæ Virginis MARIÆ* totis viribus commendare, ad cujus honorem & laudem iste articulus motus extitit, qui ad præsens hic terminatur, Amen. Extat apud nos prædictus tractatus seu quæstio antiquis characteribus scripta in 4. & coincidit cum antecedente.

Item, loquens de hoc Auctore Antonius Chucarus Episcopus Azernensis, fol. 63. inquit: Et audivi à pluribus, quòd dum esset Papa *determinavit hanc quæstionem in civitate Pisarum, anno 1411.* Hæc Azernensis: sed de hac determinatione non constat, vel fortè non fuit promulgata morte intercedente; nam dicit Sixtus IV. qui regnavit ad annum 1480. Cùm nihil sit determinatum ab Ecclesia.

PETRUS Pocqueti, Ordinis Cælestinorum Gallus, in libro Sermonum de Sanctis habet Sermones decem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; quorum primus incipit: Quam plantavit ab initio & ante sæcula. Secundus: Cœleste posteris. Tertius: Non vidit ortum surgentis auroræ. Quartus: Nihil est quod æquè devotus. Quintus: Universæ terræ fundamentum. Sextus: Ab æterno prælecta parata est. Septimus: Egregium sibi solium præparavit. Octavus: Impudenter nimis gloriæ. Nonus: Verba iniquorum prævaluerunt super nos. Decimus: Defecerunt scrutantes scrutinio. Extant MS. in Conventu Patrum Cælestinorum in folio, ubi ipse fuerat ter Provincialis, qui professionem emisit 1369. & obiit ann. 1408. Sunt hi Sermones per nos impressi hoc anno in 4.

PETRUS Ponce de Leon, Episcopus Civitatensis, approbavit Breviarium suæ Ecclesiæ, in quo est officium *Immaculatæ Conceptionis*. Impress. 1555. in 4.

PETRUS Posnanienſis, Ordinis Minorum Polonus, in libro Decisionum totius Theologiæ speculativæ & moralis, libro 3. cap. 4. quæst. 5. Utrum *Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem, aut in primo instanti animationis?* fol. 248. habet Conclusiones sequentes. 1. Si Adam non peccasset, & Christus venisset, *Beata Virgo fuisset sanctior Adamo* quantùm ad dignitatem maternitatis; Adam verò quantùm ad ordinem habendi. Conclusio 2. *Beata Virgo potuit sanctificari in instanti animationis seu Conceptionis, accipiendo Conceptionem pro unione animæ ad corpus.* Conclusio 3. *Potuit Deus facere, ut B. Virgo tantùm per unum instans esset in peccato originali, & in tempore illius instantis immediatè poterat illi infundere gratiam, quâ mundaretur à tali peccato.* Conclusio 4. *Potuit Deus Beatam Virginem præservare, & etiam à debito contrahendi peccatum originale*, sed hoc non decuit. Conclusio 5. *Decuit & congruum fuit, Beatissimam Virginem sanctificari in instanti animationis.* Conclusio 6. *De facto Beatissima Virgo fuit in utero sanctificata.* Conclusio 7. Negare hanc veritatem, esset erroneum vel errori proximum. Conclusio 8. Multiplex potest esse ratio & causa, quare Virginis sanctificatio non habeatur in Scriptura. Conclusio 9. *Beatissima Virgo non ita fuit sanctificata sicut cæteri homines, sed sicut Angeli in instanti creationis.* Conclusio 10. *De facto Beata Virgo fuit sanctificata in instanti animationis, licèt contraxerit debitum contrahendi peccatum originale.* Conclusio 11. *Beatissima Virgo fuit redempta medio modo inter nos & Angelos.* Conclusio 12. Hæc veritas est antiquissima, licèt non ita apertè eam antiquis revelaverit Deus: convenienter tamen ejus revelatio ad hæc usque tempora dilata fuit. Impress. Venetiis 1629. in 4.

PETRUS Possinus, Societatis Jesu, edidit Librum sub hoc titulo: Vincentia victus, sive: Confutatio libri cui titulus est: Fratris Petri de Vincentia Ordinis Prædicatorum Opusculum *de Veritate Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. Extat impressus pulcherrimis characteribus absque anno & loco impressionis in 8. regali, & Montalvani 1650. in 8. Libri assumptum est confutare Opusculum editum Tolosæ anno 1649. mense Julio sub nomine Petri de Vincentia Dominicani, quod summâ diligentiâ & curâ Tolosana Facultas & Archiepiscopus sepelivit.

PETRUS Queval, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 12. Julij, ann. 1654. Thesi 13. de Peccato originali, hæc defendit: Quo nostræ omnium voluntates in ipso ut capite fuerunt constitutæ, *unius exceptâ voluntate Deiparæ.* Impress. ibidem in 4.

PETRUS de Quintanilla & Mendoza, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Hispanicè inscripto: Discursos Complutenses, &c. discursu 8. agit de Capella *Conceptionis purissimæ Beatæ Virginis MARIÆ* erectaà D. D. Francisco Ximenez de Cisneros in domibus Archiepiscopalibus Toletan. fol. 482. Item, *de Confraternitate purissimæ Concept.* ibidem erecta à prædicto Cardinali, & extat discurs. 9. lib. impress. Romæ 1654. in 4. & in vita ipsius Cardinalis cap. 14. folio 154. Item, in libro dicto Hispanicè: Architypos de virtudes y espejo de Prelados, el venerable P. y siervo de Dios Fr. Francisco Ximenez de Cisneros, &c. Quod licèt ibi non dicatur, fuit liber ab isto P. elaboratus. Capite ergo 15. folio 29. narrat quomodò servus Dei dedit Monialibus *Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* modum vivendi, Conventus & Regulam, & ipsas fecit subjectas Ordini Seraphico, folio 29. Item, cap. 12. Quomodò in Missali Muzarabe positum fuit *officium Conceptionis*, &c. fol. 93. Item, cap. 14. *de fundatione Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ*, &c. folio 154. Item, cap. 16. agit quomodò Philippus III. misit Fr. Franciscum de Sosa ad Romanam Curiam pro ultima definitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, folio 179. Item, cap. 22. de fundatione *Monasterij Immaculatæ Conceptionis* de Illescas, folio 209. Et in parte 2. hujus Operis, sive Archivo Complutensi, folio 33. agit de fundatione *Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis* Toletanæ, & etiam folio 67. de ipsius Confraternitatis confirmatione. Quæ omnia reperies in libro impress. Panormi 1653. in folio.

Item, in brevi Summario vitæ D. D. Francisci de Cisneros Italicè, de fundatione Ordinis atque Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis* Toletan. fol. 35. & 50. Lib. impress. Romæ 1654. in 8.

PETRUS de Quiros, Ordinis Minorum Hispanus, in Oratione panegyrica de Purificatione Immaculatæ Virginis MARIÆ §. 1 folio 4. loquens de puritate Christi Domini, & MARIÆ Virginis, inquit: *Que esos dos Cherubines estan superiores à toda ley, &c.* Impress. Hispali 1654. in 4.

PETRUS Rabbi, Ordinis S. Augustini Doctor Theologus, in libro dicto: La Rose d'or du paradis de la Vierge, &c. folio 154. *de Immaculata puritate paradisi Virginis, &c.* agit latè per totum §. de ejus præservatione ab originali peccato. Item, fol. 292. in Contemplatione mysteriorum Rosarij, de Virginis electione ab æterno & præfiguratione; *& quòd in sua Conceptione fuit præventa per Dei speciale privilegium absque aliqua immunditia peccati, &c.* Lib. impress. Parisiis 1613. in 12.

PETRUS Ravennatis, utriusque Juris Doctor, Eques auratus, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci Italus, in libro Sermonum, &c. sermone 10. Quòd Christus fuit Deus & homo, folio 44. inquit: Inducitur etiam auctoritas Isaiæ 19. qui prædixit fugam Christi in Ægyptum: Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Quæ verba sic exponit Syra: Assumendo sibi carnem humanam, quæ dicitur nubes, quæ Spiritus Sancti virtute formata fuit; sicut nubes sursum generatur, & levis dicitur: *quia non fuit gravata pondere peccati originalis*; & ingredietur Ægyptum fugiens persecutionem, &c. Lib. imp. Agrippinæ 1507. in 4. Caro igitur virtute Spiritus Sancti assumpta à Verbo in utero Virginis MARIÆ fuit levis, id est, non gravata pondere peccati originalis. Et non loquitur de illa sanctissima carne prout suppositа Verbo; quia cùm esset Deus, caro illa nullo modo poterat gravari aliquo peccato: sed loquitur de carne illa prout erat assumpta à Virgine; hæc enim secùndum omnes Patres fuit nubes levis, super quam Dominus ingressus fuit Ægyptum.

PETRUS Reschinger, Ordinis Minorum, in Clavi Theologiæ sive Repertorio R. P. & Irrefragabilis Alexandri de Ales per Nicolaum Reslher civem Basileensem fideli emendatione elaborato, verb. MARIA, inquit: MARIA est concepta in peccato originali 3. quæst. 9. m. 2. a 1. & 2. MARIA *non est concepta in peccato originali* 2. quæst. 95. m. 4. o 2. sect. 4. & 1. q. 21. m. 3. a 6. Item, MARIA non potuit sanctificari in Conceptione e m. 2. a 2. Item, MARIA fuit sanctificata à fomite e m. 2. a 5. Item, MARIA sanctificata fuit propter duo e m. 3. a 1. Item, MARIA fuit sanctificata super omnes in utero e m. 2. a 4. Item, MARIA in Conceptione fuit sanctificata totaliter e m. 3. a 2. §. 1. Lib. impress. Basileæ 1502. in 4.

PETRUS de Rheggio, Ordinis Minorum, in Conclusionibus de Militante & Triumphante Ecclesia in Comitijs Generalibus Romæ, fol. 21. de 4. fluvio Tygris loquens de Christo Filio Adæ, per rationem seminalem non propagato, ait: Et ideo peccatum originale non contraxit Filius Virginis MARIÆ, quæ vera fuit Mater Dei & hominis activa per naturalem potentiam, simul & Virgo *immunis ab omni peccato originali*, actuali quoque mortali & veniali, &c. Lib. impress. Romæ, ann. 1603. in 4.

PETRUS Rhemensis, Ordinis Prædicatorum, in Sermonibus de Sanctis, sermone 2. de Nativitate: Liber Generationis. Liber quandoque dicitur charta ipsa, &c. statim sic dicit: Dicitur B. Virgo liber. Primò dicitur liber, *quia pellis ab ove separata in Conceptione*, mundificata in sanctificatione, per disciplinam extensa, &c. quia plena gratiâ fuit, *tota sine væ & sine lamentatione, &c.* MS. in Bibliotheca S. Martini Lovanij.

PETRUS Ribadeneyra, Ordinis S. Augustini, in octavario Sanctæ Theresiæ, folio 14. inquit: Esta alabanza grande se dice de la Virgen MARIA que durmiendo contemplaba, y que no interrumpia en sueño la oracion, ni hazia pausa en el amor de su Dios, y que MARIA amaba mas à su Dios durmiendo, que los Santos todos en su maiores vigilias, y en sus mas despiertos, y atentos desvelos. Muchos dan esta prærogativa à MARIA desde *el primer instante de su primera sanctificacion, quando fue concebida, continuando siempre los meritos, &c.* Lib. impress. Matriti 1627. in 4.

Item, quando in Romana Curia tempore Pauli V. à Magistro sacri Palatii facta fuit confiscatio medallarum sive numismatum fisco adjudicatorum, editus fuit libellus ab Oratore Duce Alburquerquio pro inscriptione numismatum, scilicet: *Concepta sine peccato originali, &: Laudetur sanctissimum Sacramentum*, cujus Auctor creditur fuisse Petrus de Ribadeneyra. Ex Waddingo in Legatione, pag. 295. & Rivete in Apologia, fol. 46.

PETRUS de Ribadeneyra, Societatis Jesu Hisp. *de festivitate Conceptionis Beatæ Virginis* Tractatum unum. Item, *de Immaculata Conceptione Dominæ nostræ* florem seu legendam Italicè. Venetijs 1604. in

in folio, & Hiſpanicè Barchinone anno 1624. in fol.

PETRUS du Rieu, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 4. Julij anno 1644. Theſi 14. de originali hæc defendit: *Ab eo ejuſque debito Dei Matrem eximimus*. Impreſſ. ibidem in 4.

PETRUS Rodulphius à Toſignano, Ordinis Minorum Italus, *in feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Sermonem unum in libro dicto: Dictionarium concionatorium. Impreſſ. Coloniæ anno 1610. in 8.

Item, de eadem *Immaculata Virginis Conceptione* ſcripſit ſuper Magnificat, ut refert Daza in lib. de Conceptione cap. 6. folio 46. Item, in libro Sermonum folio 140. ſub hoc titulo: Predica dell' Incarnatione del Verbo æterno, è delle grandezze de la Beata Virgine annuntiata del Angelo Gabrielo; ferè tota prima pars ſermonis eſt de puritate, innocentia, immunitate, præſervatione & *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* libera à peccato originali. Vide ibi: Lib. impreſſ. Venetijs 1584. in 4.

Item, ſingulis Sabbatis Miſſam unam in honorem *Conceptionis B. Virginis* ad animæ ſuæ ſalutem celebrari ſtatuit & decrevit. Marrac. in Antiſ. Mar. fol. 454.

PETRUS Roeſtius, Societatis Jesu natione Belga, in Apologia pro Deiparæ Virginis MARIÆ Camera Lauretana, & Hiſtoria contra Mathiam Berneggerium, &c. in principio adducit imaginem Deiparæ cum dracone; & cap. 10. folio 83. inquit: Mente caſtiſſima & pudiciſſima, quæ in Canticis Canticorum ſaltem myſtico ſenſu, ſi non litterali, *ab omni pulchritudine deſcribitur & laudatur Deipara Virgo MARIA* ex ſententia ſanctorum Interpretum, &c. Lib. impreſſ. Auguſtæ Trevirorum 1625. in 4. Facit alluſionem ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Et ſi ab omni pulchritudine; igitur & à juſtitia originali eſt laudanda. Vellem ut explicatiùs ſuper hac re loqueretur, ſicut cæteri Jeſuitæ faciunt.

PETRUS Romanus, Monaſterij Peruſini Divi Petri Congregationis Caſſinenſis Prior, in lib. de Muſarum plauſu: *Quòd V. MARIA fuit venuſta & ſine labe* Anagramma & Epigramma. Peruſiæ 1643. in 4.

PETRUS Roſarius, Burgenſis Hiſpanus, in libro: Obſervationes quædam in nonaginta quinque Hymnos, qui in Breviario Romano continentur, &c. p. 2. de Orationibus per totum anni circulum, folio 34. *in feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Orationes*. Lib. impreſſ. Burgis 1624. in 8.

PETRUS Reyuda, Ordinis Carmelitarum, in Summa Indulgentiarum ejuſdem Religionis, ad diem 8. Decembris folio 31. de Indulgentiis pro vigilia & *die Conceptionis*, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1590. in 8.

PETRUS Ruiz Alcholadus Hiſpanus, in Tractatu de Recitatione officii divini, folio 271. ad diem 8. Decembris, de modo recitandi officium *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impreſſ. Toleti 1584. in 4.

PETRUS de Salas, Societatis Jesu Hiſpanus, in libro: Theſaurus Poëtarum in gratiam juventutis, folio 130. num. 179. verb. Conceptio Virginis Dominæ noſtræ, ſic inquit:

Sed tua te Genitrix intactam, & prorſus avitæ
Secretam maculæ gravidâ concepit in alvo,
Ne tuus exoriens pura de laſſus ab æthra
Parte ulla fœtus foret inſincerus ab alvo,
Nec priſcam traheret materno à ſanguine labem;
Cui Rex Cœlicolum veteri non pervia noxæ
Communem exemit labem, puramq; reliquit.

Impreſſ. Valliſoleti 1631. in 8.

PETRUS de Salazar, Ordinis Minorum Hiſp. In hiſtoria de Fundatione & progreſſu Provinciæ Caſtellæ Ordinis S. Franciſci, à folio 471. uſque 510. *de hiſtoria myſterij Conceptionis Dominæ noſtræ* atq; fundatione ſui Ordinis, necnon de Monaſteriis exiſtentibus in Provincia Caſtellæ ſub titulo Conceptionis Librum unum, qui eſt in ordine 8. Item, de fundatione Monaſterii *Immaculatæ Conceptionis* Toletan. uſque ad caput 8. Item, de fundatione Monaſterii *Conceptionis* de Torrijos cap. 10. Item, de fundatione Monaſterii *Conceptionis* de Maqueda cap. 11. Item, de fundatione Monaſterii de Scalona ſub titulo Incarnationis, ſub regula tamen & habitu *Conceptionis* cap. 12. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* Matritenſ. cap. 13. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Talavera cap. 14. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de la Puebla de Montalvan cap. 15. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Oropeſa cap. 16. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* Civitatis Regalis cap. 17. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Guadalaxara cap. 18. Item, de fundatione S. Urſulæ Complutenſis ſub regula & habitu *Conceptionis* cap. 19. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Tordelaguna cap. 20. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Paſtrana cap. 21. Item, de fundatione Monaſterij *Conceptionis* de Eſcariche cap. 22. Item, de fundatione Monaſterij Fontis de la Enzina ſub habitu & regula *Conceptionis* cap. 23. Item, de fundatione Monaſterij Matritenſis Jesu & MARIÆ ſub habitu & *regula Conceptionis*; quod alio nomine dicitur Hiſpanicè Monaſterio del Caballero de Gracia, cap. 24. Item, de Indulgentiis & gratiis conceſſis *Ordini ſanctiſſimæ Conceptionis Dominæ noſtræ*, &c. cap. 25. Quæ omnia reperies in prælegato libro. Impreſſ. Matriti 1612. in folio.

PETRUS de Salazar & Mendoza, Canonicus & Pœnitentiarius Toletan. Hiſp. in Chronica Card. D. D. Petri Gonzalez de Mendoza, de Confraternitate *Immaculatæ Conceptionis in Curia Regis Hiſpaniarum atq; Toletana*, cujus Fundatores fuerunt Hieronymus de Madrid & Franciſcus de Zalamea ad annum 1506. & quòd in eadem civitate Toletana extant aliæ Confraternitates Conceptionis in Parochiis S. Thomæ & S. Nicolai, &c. Impreſſ. Toleti 1625. in folio.

PETRUS Salmerius, in Poſtillis ſuper Epiſtolas & Evangelia, in Domin. 6. Adventûs, inquit: Virgo MARIA cûm lacteo colore *per originalis carentiam peccati*: roſeo rubore per culmen omnium virtutum: aureo fulgore per redundantiam gratiæ. Extat manuſc. in fol. magno Toloſæ in Conventu S. Auguſtini.

PETRUS Sanchez, Canonicus Toletanus, in lib. Arbol de Conſideracion y varia doctrina, planta-

do en el campo fertilissimo de los venerables mysterios de la semana santa, &c. in Dedicatoria ad Virginem MARIAM ait: *Quòd sit præservata à peccato originali*, licèt genita ex Joachimo & Anna via communi, &c. Lib. impress. Toleti 1584. in folio.

PETRUS Sanchez, Poëta Hispanus, edidit Glossam *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, & est in Sanct. Zapata folio 131. & alia Carmina, folio 153.

PETRUS Sanchez, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Regno Dei lib. 8. cap. 6. folio 350. *Quòd Virgo MARIA nata est absque peccato*, confregitque caput draconis originalis; ideoque dicitur de ea: Et macula non est in te, &c. Lib. impress. Matriti 1616. in 4.

PETRUS de Santiago, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in serm. de Translatione Sancti Jacobi, folio 31. agit de *mysterio ac festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ab ipso Apostolo instituta. Serm. impress. Matriti 1633. in 4.

PETRUS de la Serna, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro Statutorum & Constitutionum Mancipiorum Dominæ nostræ de Mercede, pro die Dominica adducit officium *Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* (ut ibidem dicitur) à se compositum, & extat à fol. 49. usq; 80. Lib. impr. Hispali 1615. in 8.

PETRUS Seuerable Harcurianus, magnus Archidiaconus Rothomagensis, die 25. Octobris 1508. fundavit quinque Missas; unam pro die Purificationis, alteram *pro die Immaculatæ Conceptionis*, &c. Extat in Registro Universitatis Parisiensis ad annum 1475.

PETRUS Sigler de Umbria, Ordinis Minorum Hispanus, tomo 1. sub titulo: De los atributos y mexoras de MARIA Sereniſſima Señora nuestra *en su Immaculada Concepcion*, &c. Lib. impress. Hispali 1632. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PETRUS de Simancas, Ordinis Sancti Augustini Hispanus: Locus litteralis *pro immunitate Beatæ Virginis MARIÆ à peccato originali*, & à debito illud contrahendi, Librum unum. Impr. Matriti 1640. in 8.

Item, idem scripsit ad Sanctissimum Patrem Innocentium X. circa diffinitionem de fide articuli *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ* Epistolam seu potiùs Tractatum. Matriti 1645. in folio. Incipit: Son tantas.

PETRUS Simonis vel Simonius Tiletanus, Episcopus Iprensis, natione Belga, in libro de Veritate, collecto à R. P. Joanne David Societatis Jesu, in tractatu *de Conceptione Virginis MARIÆ* activa scilicet, multa dicit pro ejus eximia puritate & munditia, verbi gratiâ, quòd in carne degens extra carnem se extulit, &c. Sed præcipuè ad nostrũ intentum loquitur tractatu de Assumptione, dicens: Cùm siquidem *nulla peccati nube depressa*, nullâ vitæ maculâ respersa, neque infecta fuit veneno lethali quod transfudit ad posteros sicut Eva; sed fuit tota pulchra in qua nulla macula. Vide à folio 549. usque 557. Lib. impress. Antuerpiæ 1609. in folio.

Item, scripsit etiam secundùm aliquos specialiter Tract. unum *de Conceptione Immaculatæ Virginis*. De quo Leon in Bibliotheca manusc. classe 6. folio 450. Marraccius in Bibliotheca & Antist. Marian.

PETRUS Skarge, Societatis Jesu, in lib. Vitæ Sanctorum Polonicè, ad diem 8. Decembris folio 45. adducit Legendam *de Immaculata Virginis Conceptione* latè. Lib. impress. Cracoviæ 1644. in folio.

Item, scripsit Conciones *de Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* mysterio, ut refert Marrac. in Catal. ad annum 1612. & in Biblioth. folio 275. Alegambe, fol. 398.

PETRUS Solorzano Hispanus, edidit Librum: Epitome Poëmatum, in quo agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, teste D. Antonio de Lupian in sua Epist. pro Immaculata Conceptione, fol. 12. Hanc manusc. habemus.

PETRUS Soave Polonus, Auctor probatus, in Historia Concilij Tridentini narrat latissimè quomodò fuit factum Decretum *de exemptione Virginis MARIÆ à peccato originali*; diligentiam ac laborem Fratrum Minorum in hac materia, objectionem Joannis de Udine Dominicani, ac responsionem Hieronymi Lombardelli Franciscani, &c. à folio 170. usque fol. 177. Lib. impress. Londini 1619. in folio Italicè & Latinè.

PETRUS à Stunica & Avellaneda Peñarandæ Comes, Monasterium pro Monialibus *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* à fundamentis construxit in prædicto oppido de Peñaranda. Gonzaga in Historia Seraphica & Provincia Conceptionis, Marraccius in Principibus Marianis.

PETRUS Suarez de Castilla, Presbyter Hispanus, edidit Dialogum inter Magistrum & Discipulum, en que se trata de la purissima Concepcion de N. Señora la Virgen MARIA *concebida sin mancha de pecado original*, con la declaracion de lo tocante al mysterio. Extat hoc Opusculum impress. Compluti 1616. in 4.

PETRUS Suarez de Escobar, Ordinis Sancti Augustini, in libro Hispanico dicto: Speculum divinum vitæ Christianæ: *Quòd Sanctissima Virgo MARIA non habuit maculam, rugam, nævum vel minimam umbram peccati originalis, sed ab ipso miro fuit præservata modo ac redempta*, &c. passim in prædicto libro, præcipuè fol. 45. & 66. & 88. & 143. & alibi. Alia brevitatis gratiâ omittimus. Lib. impress. anno 1588. in fol. magno.

PETRUS Sutor, Ordinis Carthusianorum, in libro de triplici Connubio divæ Annæ, cap. 4. fol. 31. & 32. inquit: Itaque de prima MARIA Genitrice id capiendum non est ..... quippe quæ sanctissima fœmina fuit, *& ab omni fœdæ corruptionis labe prorsus aliena*, &c. Nec demum Conceptus MARIÆ Virginis ideo miraculosus putandus est, quòd nulla alia proles secuta sit (ut adversarius falsò putat) cùm hoc nihil faciat; sed propterea miraculosus dicendus est, quòd cœlitus sit annuntiatus, quòd ex sterili quoque utero factus, *quòd demum sine sorde originali*, parentumque libidine divinitus effectus esse putetur, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Parisijs apud Joannem Parvum 1523. in 4.

PETRUS de Tapia, Consiliarius Regius Hispanus, in Reformatione Universitatis Complutensis, fol. 35. à tergo, num. 17. titulo 35. Quòd oppositores non accipiant puncta pro lectionibus in festivitatibus Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis,

nuntiationis, Ascensionis, Corporis Christi, Sancti Joannis Baptistæ, Sancti Ildephonsi, Sancti Francisci, Sancti Lucæ *ac Conceptionis Dominæ nostræ.* Impress. Compluti, anno 1615. in fol. Item, ibidem titulo 36. fol. 41. inter dies festivos ipsius Universitatis die 8. Decemb. ponitur *Conceptio Dominæ nostræ.*

PETRUS de Tapia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, Episcopus Seguntinus, Cordubensis, ac tandem Archiepiscopus Hispalensis, in tom. 1. Catenæ Moralis doctrinæ, de actionibus moralibus & earum principijs, in lib. 2. art. 8. num. 9. fol. 160. inquit: Dixi regulariter, quia in Adamo *& in Beatissima Virgine ab initio infusionis habuerunt gradum heroicum purgati animi.* Nam appetitus erat omnino immunis ab impetu passionum: & quia status innocentiæ exigebat gradum perfectum virtutum, & à fortiori dignitas & excellentia sanctissimæ Matris Dei. Hispali 1654.

Item, ad petitionem D. D. Ludovici Fernandez de Corduba Marchionis de Pliego concessit licentiam, ac facultatem impertivit, ut in civitate de Montilla eligeretur in patronam unicam ac tutelarem Deipara Virgo Maria absque originali peccato concepta, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*, &c. ut constat ex ejus litteris expeditis anno 1651. die 17. Februarij; & extant in Archivo Ultramontano Curiæ Romanæ.

PETRUS de Tardito Subaudus, Ordinis Prædicatorum, ex Sermonibus S. Vincentij, dist. 100. fol. 139. cujus principium est: Maria sex habet excellentias quæ continentur in Ave Maria, inquit: Prima ergo excellentia Virginis Mariæ dicitur clara puritas, *quia numquam habuit peccatum:* nullus autem priùs fuit qui non peccaverit, nisi ipsa quæ numquam peccavit; & ideo super omnes fuit clara in puritate. Quapropter Spiritus sanctus de ea philocaptus, sicut aliquis mundanus de muliere pulchra & sine macula, per os Salomonis fecit unam cantilenam de ea, scilicet Cantica Canticorum, in qua dicit cap. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, &c. Et latè dicit fuisse sine væ alicujus peccati. Lib. impress. Lugduni 1609. in 4.

PETRUS Tartaretus, Theologus Parisiensis Anglus, in 3. Sent. dist. 3. ponit talem Conclusionem resolutoriam: *Virgo gloriosa in Conceptione sua nullo modo fuit peccato obnoxia*; quam probat & defendit latissimè, à fol. 35. usque 44. Lib. impress. Venetijs 1607. in fol. & 1583. in folio.

PETRUS Terræ, Ordinis Minorum Hispanus, unà cum R. P. Fr. Dima recollegit in libro dicto: Supplementum privilegiorum Ordinis Minorum, indulgentias, concessiones, privilegia ac alia tam pro Religione Monialium, quàm pro *die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre est folio 93. & folio 105. ac alibi. Lib. impress. Barchinone 1523. in 4.

PETRUS de Tevar Aldana, Ordinis Minorum Hispanus, prima parte de Excellentijs Dei, Mariæ ac Sanctorum, de Excellentijs Sanctissimæ Mariæ *in sua Immaculata Conceptione* Tractatus duos, à folio 177. usque 272. Lib. impress. Barchinone 1633. in folio.

Item, in Sermonibus Quadragesimalibus, serm. 1. folio 2. Quòd Maria fuit terra benedicta, in qua *nullam habuerunt partem peccatum, aut dæmon.* Lib. impress. Matriti 1644. in 4.

PETRUS Thadæus Rosellius, natione Italus: Sertum florum & fructuum odoriferorum & suavium Coronæ *mysticæ Conceptionis Immaculatæ Matris Dei Virginis MARIÆ.* Anconæ 1619.

PETRUS Thomas Aybar, Poëta Hispanus, in Cantione de B. Virgine Maria Domina nostra, inquit:

Que aunque mirada en esferas de criatura
Entre la primer luz de concebida
Primero en ella amaneció la vida.

Extat cum alijs impress. Matriti in libro de Sacrario Toletano, fol. 56.

PETRUS Thomas, Ordinis Carmelitarum & Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Ita Hippolytus Marraccius ad annum 1306. &, in Bibliotheca fol. 278. & in Antist. Marian. ex Philip. Masier & Luca Waddingo fol. 448. Licèt Ægidius Gonçalez de Avila in suo Theatro Ecclesiastico de hoc Opere mentionem non faciat; de eo tamen scribunt multi, Scotus in Biblioth. Hispan. Taxander, Bustos serm. 4. Salazar, Leon: sed irrefragabile testimonium præbet Joannes Vitalis in suo Tractatu de Concept. lib. 4. Ancilla 7. dicens: Tertius testis est Petrus Thomas Patriarcha Hierosolymitanus Ordinis Carmeli in Tractatu de Laudibus Virginis, ubi probat multipliciter sacram Virginem fuisse sine originali conceptam, &c. Idem habet transumptum Alani.

PETRUS Thomas, Ordinis Minorum Hispanus & Lector Barchinonen. edidit Tractatum in tres Libros divisum *pro Immaculata Virginis Conceptione* circa annum Domini 1320. dicatum Joanni Aragoniæ Infanti, & Joanni XXII. Pontifici Maximo tunc regnanti. Ejus prologus incipit: Regalis celsitudinis inclytæ proli Domino Infanti Serenissimo Principis Domini Jacobi Regis Aragonum filio Frater Petrus Thomæ Lector Fratrum Minorum in Conventu Barchinonen. &c. Opus verò incipit: Ave gratiâ plena. Habemus duplex originale manuscriptum, unum in 4. & alterum in fol.

PETRUS Thomas Saracinus, Ordinis Carmelitarum Bononiensis Italus, in libro: Liliarium Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, sic in principio ait: Salve verbi sacra Parens, flos de spina spinâ carens, flos spineti nescia. Et fol. 17. pro die Lunæ in mysterio primo: Mariæ *Conceptio.* Ave Maria. Impress. Lucæ & Valencenis 1641. in 16.

Item, in Menologio Carmelitarum *de Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ* ac ejus celebratione & antiquitate in Ordine Carmelitano, Caput unum fol. 399. Lib. impress. Bononiæ 1627. in 4.

PETRUS à Toledo, Marchio Villæfranchæ, *Monasterium Conceptioni Deiparæ Virginis MARIÆ sacrum*, quod in Oppido Villæfranchæ erectum conspicitur, suis sumptibus ædificandum curavit. Gonzaga in Historia Seraphica Provinc. Sancti Jacobi, Marraccius in Principibus Marianis.

PETRUS de Torres, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in sermone de Beata Maria Virgine pro vinditijs in salutatione. Et fol. 6. à tergo plura & pulchra dicit *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Vide ibi. Impress. Cordubæ 1640. in 4.

PETRUS de Torres Ramilla, Doctor Hispanus, in Interrogatorio pro informationibus D.D.Fr. Francisci de Cisneros, Ordinis Minorum ac S.R.E. Cardinalis, num. 49. fol. 10. facit mentionem de Capella *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* erecta in domo Archiepiscopali Toletana, &c. Extat cum aliis Opusculis in Curia Romana.

PETRUS Travesionus, Ordinis Carmelitarum Italus, *de Conceptione Beatæ Virginis* Homiliam unam in tomo 2. suorum Operum. Leon in Biblioth. classe 6. Pist. fol. 155. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Catal. Auctorum qui scripserunt de B. Virgine.

PETRUS Trecensis, sive de Riga, Auctor antiquus in tractatu: Aurora super Lucam, inquit:

Tanto hanc complevit dives natura decore
Quòd mirata fuit nil superesse sibi.
Vnam nec maculam natura reliquit in ista;
Ad caput à planta transvolat iste decor, &c.

Sic Vitalis libro 4. cap. 5. artic. 5. Hujus Doctoris Opera manusc. vidi in Biblioth. S.E. Toletanæ; & in diversis Bibliothecis Galliæ, Italiæ, Belgij, & Germaniæ septemdecim originalia manusc. P. Fr. Joannes de Meppis vocat istum Petrum Cretensem.

PETRUS de Turonia, Ordinis Minorum in suo Dictionario sustinuit *V.M. fuisse conceptam sine originali peccato.* Ita Anton. Chucarus Episcop. Azernensis in Elucidario suo, part. 2. fol. 63. col. 3.

PETRUS de Valdeclausa, Sacræ Theologiæ Doctor, in libro: de Immunitate Auctorum Cyriacorum à censura, fol. 7. hæc habet: Non minùs luculentum est exemplum quod subijcio. Cyriacorum plerique (etiam post Sixtum IV. & Concilium Tridentinum) dixerunt, prorsus falsum & nullatenus probabile esse, Beatam Virginem fuisse conceptam sine peccato originali. Immo Bartholomæus Spina qui Romæ tantò post Sixtum IV. fuit Magister S. Palatij, in Opere de universali corruptione generis humani, parte 5. cap. 9. intrepidè dixit: Assertionem de B. Virgine concepta absque peccato originali esse inventore diabolo Sathan, & festum Conceptionis in ea assertione fundatum, esse detestandum: at hoc dicere, est hæreticum. Quod ut intelligatur, secernenda sunt duo in hac enuntiatione: Pium ac probabile est, B. Virginem esse conceptam absque peccato originali. Unum est, propositio de inesse, sive dictum illius propositionis contentum illis verbis: B. Virgo est concepta sine peccato originali. Alterum est, modus afficiens illud dictum, quod scilicet pium est & probabile, conceptionem illam peractam esse absque labe originali. Ex dicto illo & modo simul junctis exurgit propositio modalis, quâ asseritur, pium esse ac probabile Conceptionem Deiparæ passivam fuisse expertem peccati originalis. Dictum ergo propositum non est ex fide certum, ut Sixtus IV. & multi posteriores Pontifices declararùt; firmavitque Concilium Trident. At, quòd dictum illud sit pium & probabile, de fide est; quia Eccl. quæ est columna & firmamentum veritatis, docet fideles illud dictum esse expers erroris; & qui ita senserit, piè & probabiliter sentire, nec posse notari ullius temeritatis aut culpæ. Hoc Pontifices, firmante Concilio Oecumenico, tradiderunt loquentes ex cathedra, hoc est, obligantes unumquemque fidelium ita sentire, & abstinere omni censura & improbatione illius propositionis modalis enuntiantis pietatem ac probabilitatem assertionis prædictæ: *B. Virginis Conceptio passiva fuit absque peccato originali.* Habetur hæc doctrina Pontificia in corpore Juris, & rata habetur in Oecumenica Synodo Tridentina; atque adeò assertio illa est de fide; & qui dicit errasse Pontificem docentem neminem fidelium posse reprobare eam propositionem, habendus est hæreticus, quia abijcit vivam regulam fidei, quæ ex Scripturis & traditione affirmat talem propositionem esse erroris practici expertem; & omnes fideles obligari abstinere ejus reprehensione.

Ex his infertur, multos Cyriacorum fuisse aut etiam nunc esse hæreticos. Nam multi eorum (etiam post Sixtum IV.) inficiati sunt eam propositionem modalem: Pium est ac probabile B. Virginem esse conceptam absque peccato originali; quam tamen propositionem Pontifices ex cathedra loquentes, (id est obligationem omnibus fidelibus injicientes sentiendi, & nullatenus fugillandi sic sentientes) annuente Tridentino Concilio Oecumenico, tradiderunt. In quo docendi modo Pontifices non sunt obnoxij errori. Ubi ergo immunitas ab hæresi & errore circa fidem in Cyriacis illis, quos dixi obstrepere Ecclesiæ circa enuntiationem illam modalem? Nec se eximunt à tetra nota, quam inurimus, illi Cyriaci, qui insidiantes calcaneo Deiparæ, tametsi fatentur dici posse B. Virginem caruisse peccato originali, propter prædicta; tamen negant pium esse ac probabile, Conceptionem passivam Deiparæ esse Immaculatam; & quoties audiunt Conceptionem dici Immaculatam; efferuntur; nec patiuntur hoc vel in libris qui eduntur extare; vel in concionibus doceri. Qui ita se gerunt, non se eximunt à nota quam eis inurebant. Manifestè enim Cyriaci isti refragantur Pontificibus ex cathedra docentibus; atque adeò hæresis casses se induunt. Verum enim est, *Conceptionem fuisse Immaculatam & caruisse peccato originali.* Ridiculè autem, & prorsus ignoranter, admisso nitore Conceptionis à peccato, refugitur titulus Conceptionis Immaculatæ. Quis enim anguis latere potest in illa herba? aut quis ignis supponi potest illi cineri doloso? Nam Conceptionem fuisse absque macula nihil aliud est, quàm fuisse sine peccato originali. Si ergo unum dici & vulgari potest, quare non aliud? Cogor ineptire cum ineptientibus, urgens rem per se claram, & dignam in qua non hæreatur. Sed ferant me ineptientem, qui non nisi ineptientes insequor. Igitur si erraz in negotio fidei qui dicit non esse pium ac probabile Beatam Virginem esse sine originis peccato conceptam; quomodò non errat in negotio fidei, qui prohibet dici pium esse ac probabile Conceptionem illam fuisse Immaculatam? Nam duæ illæ propositiones sunt synonimæ, & eundem prorsus sensum sub duplici verborum cortice continent; ita ut si una approbetur, altera quoque sit approbanda; & posito quòd una reprobetur, utraque sit repudianda. In eadem navi versantur & circa fidem æquè naufragant, qui contra expressa Pontificum decreta toties iterata & firmata usu per centum saltem ac triginta annos recepto in universa Ecclesia negant mitorem Conceptionis Deiparæ piè ac probabiliter atque adeò prudenter assertum esse objectum idoneum religiosi cultus; qualem Pontifices vigere

re in Ecclesia agnoverunt jam à tanto tempore; & explicatissime docuerunt, festum quod Romana Ecclesia de Conceptione Virginis celebrat, esse de prima animatione (id enim sonat vox Conceptionis) & repulerunt asserentes hoc festum non esse nisi de sanctificatione subsecuta Conceptionem. Illi ergo Cyriaci, qui post eam sensis Ecclesiæ expressionem contrarium tradiderunt; nec de ea repulsa curarunt, sed pertinaciter institerunt suo sensui, & Ecclesiam in cultu religioso proposito irreligiosè egisse dixerunt, quomodò sunt ab errore immunes? Viderit verò F. Franciscus Combefis, qui Immaculatæ Conceptionis festum non semel allatravit, quomodò se pedicis, in quas se induit, extricet. In sua enim Monothelitarum historia, quam rodendo Baronio, quia Canum circa Honorium I. pexuerat, adornavit, cap. 3. §. 2. pag. 174. contendit indubitatos honores Conceptionis Deiparæ esse dumtaxat, quòd B. Virgo sit concepta ex conjugio sterili, & quòd hoc fuerit velut ante ambulum gaudij nostri ex Christi Nativitate de hac Virgine consecuturi; quod ipsum ait à Græcis celebrari in Conceptione S. Joannis Præcursoris, ac veluti Luciferi adventantis Solis justitiæ. Non plus habuisse Conceptionem Deiparæ à tempore sextæ Synodi, ac etiamnum nihil plus habere religiosè festivum, contendit Frater prædictus; & aliud colere, affirmat aliud non esse, quàm contentioni studere, ac sibi visa stabilire, præter publicam & universalem fidem. Rursùmque in Notis ad Orationem Gregorij Nicomediensis de Conceptione Deiparæ, ait festum hoc Deiparæ inductum esse exemplo similis festi de S. Joannis Conceptione; præsertim cùm accessit revelatio, quâ haud satis solidè jactabatur, Beatam Virginem Helcuinum Abbatem S. Anselmi successorem impulisse ad celebrandum hujusmodi festum à S. Bernardo improbatum, nec à Græcis, præ Latinis hac in parte sobriis, in alio sensu admissum, quàm quo celebrabant Conceptionem S. Joan. inquinatâ quidem peccato originali, sed tamen adventantium tot bonorum prænuntiam, & eorum antecursorem seu prodromum. Sic sentire de Concept. Deiparæ (ait idem Auctor in Præfatione Voluminis secundi inscripti Cancellario Franciæ) est eam Conceptionem solidè laudare, & ut ex Conceptione nulla veris Matris famulis offensio sit.

Pervelim ab hoc Fratre Cyriaco considerari, quàm hæc ejus assertio vacet fermento doctrinæ reprobæ, de quo proximè agebam. Et sunt sanè multa in ejus dictis compendio nunc relatis, quæ reprehensioni meritò pateant: ut quòd per fœdum anachronismum facit S. Anselmum Helcuini prædecessorem. Item, quòd ait S. Bernardum improbasse festum de Conceptione simile festo Nativitatis; in quo adversarius & sibi contrarius est, cùm ipsemet tale Conceptionis festum admittat; & Bernardum malè intellexit, ut alibi traditur. Ad hæc, quòd festum Conceptionis Deiparæ, in suo illo sensu distorto sumptum, ait inductum esse exemplo festi S. Joannis. Quasi verò non sit par sentire fideles erga Deiparam meliùs affectos esse, quàm ut dicantur solo exemplo festi S. Joannis, atque adeò non nisi post hoc inductum, egisse festivum diem Conceptionis Deiparæ. Tandem, quòd sobrios præ Latinis fuisse in hac parte Græcos, & sapientiores statuit. Hæc omnia reprehensionem merentur; sed ea dissimulemus in præsentia, in illud unum intenti quod idem Frater ait, nihil plus nunc habere cultum Conceptionis quàm ejus, non quidem sanctæ, sed tamen sanctitatem prænuntiantis memoriam. Et quòd detritæ sobrietatis & sapientiæ notat Ecclesiam Romanam, & ei adhærentes Latinos, admittentes Religiosum cultum Conceptionis piè ac probabiliter Immaculatæ; id verò est ipsi Ecclesiæ illudere. Ecclesia enim conceptis verbis declaravit suam mentem in hujus festi celebratione esse, colere Conceptionem piè ac probabiliter Immaculatam; mandatque eadem Ecclesia columna & firmamentum veritatis, ut omnes fideles de eo festo sic sentiant, & illud religiosè & absque errore ad eum modum coli sibi persuadeant. Sequuntur hunc Ecclesiæ sensum, præter paucos Cyriacos, fideles omnes. Quis ergo est Philistæus iste, exprobrans aciebus Dei viventis (capitibus, inquam, Ecclesiæ & Fidelibus ei inhærentibus) defectum sobrietatis ac sapientiæ in eo cultu? Illud verò quàm sobrium, quòd ait talem sensum esse studentium contentioni, & esse præter publicam & universalem fidem, & eam Deiparæ laudè non esse solidam, & veris Deiparæ famulis esse offensioni, scilicet paucis Cyriacis; (Nec enim omnibus inter eos, ut Catharino & Coyfeteo, aliisque, cum primùm perinfulas segreges facti, potuerunt sensa sua libere promere) Ut autè præter paucos illos, quibus timor malorũ, vel pervicacia propter honorem Ord. fauces obstringit, nulli sint alij veri Deiparæ famuli, convitium est infrunito ori congruentius, quàm Religioso. Nec minuit hanc noxam toties ab hoc Auctore jactatum decretum Pij V. quo festum de Conceptione voluit coli adhibito officio, quale adhibetur in Nativitate, mutato tantùm Nativitatis nomine, in nomen Conceptionis. Hoc enim edixit Pius, quia in revelatione facta Abbati Helcuino habebatur usurpandum esse in Conceptionis festo tale officium. Et in hoc ipso officio per Pium V. probato octavum Responsorium conceptis verbis tradit sanctam Deiparæ Conceptionem æquè ac Nativitatem. Sicut ergo certum est Deiparam in Nativitate sua fuisse sanctam & gratiâ sanctificante collucentem; ita certum esse debet Ecclesiam non errare, cùm celebrat Conceptionem tanquam piè & probabiliter sanctam. Et quidquid Pius V. è Cyriacis assumptus, secùndum suum privatum sensum existimarit, tamen prou Pontifex, & ratum habens officium prædictum quo Conceptio ipsa sancta dicitur in sensu in quo Nativitas dicitur sancta, voluit quod affirmabam. Talem fuisse & esse in hujus festi celebratione sensum Ecclesiæ, disertissimè tradiderunt posteriores Pontifices. Itaque viderit Frater Combefis, quàm absit ab hæresi, talia proferendo contra Romanam cortinam fidei magistram, & petram fidei ut Damascenus in Josaphati historia vocavit. Contra quam quisquis arietat, ipse confringitur, ut ait Augustinus. Neglectum ab isto silentium, ab eadem Romana Ecclesia Cyriacis indictum circa suam peculiarem de non sancta & maculata Conceptione assertionem, alij urgeant. Impress. in 8.

PETRUS de Valderrama, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, de festivitate *purissimæ Conceptionis V. MARIÆ* Sermones sexin lib. Exercitiorum Spiritualium, &c. Impress. Barchinone 1607. in 4.

Item

Item, extat alius sermo sub hoc titulo : Sermon primero *de la Concepcion de nuestra Señora*, predicado en la gran fiesta, que hizo el excellentissimo Señor Duque de Medina Sydonia, à la calificacion de los milagros de la devotissima imagen de la caridad de su ciudad de SanLucar de Barrameda, &c. Impress. seorsim Hispali 1609. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis; & incipit: Celebrase este dia.

Item, in sermone funerali pro venerabili P. F. Didaco de Avila, fol. 7. *Quòd Virgo MARIA ex speciali privilegio præservata sit à peccato originali.* Serm. impress. Hispali 1618. in 4.

PETRUS Varaona de Valdivieso, Ordinis Minorum Hispanus, sub hoc titulo: In Psalmum octuagesimum sextum litteralis, mystica & moralis interpretatio, nec non Beatæ Virgini *ejusque Immaculato Conceptui adaptata*, atque per dialogi modum digesta &c. scripsit Librum integrum impr. Salmanticæ 1596. in 4. Incipit: In Cantabrica Provincia.

Item, scripsit aliud Opusculum seu Tractatulum sub hoc titulo: Præfatus Psalmus octuagesimus sextus Beatissimæ Virgini, *ejusque Immaculato Conceptui adaptatur.* Impress. ibidem eodem anno; & incipit: Tempore jam invitante.

Item, in Tractatu Hispanico super Ave MARIA, *pro Conceptione Beatæ MARIÆ* adducit indicem concionatorium ad finem. Impress. ibidem.

Item, in Catalogo Operum ejus existente in Conventu Toletano S. Joannis Regum dicitur, quòd scripserit Tractatum *de Conceptu Virginali.*

PETRUS de Vargas Machuca, Poëta Hispanus, scripsit Cantiones *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*, ut extant apud Ferriol fol. 36. & 49.

Item, in Cantione de Translatione Sanctissimæ Virginis Toletanæ, inquit:

> ..... *La muerte vistis*
> *No como pena del primer pecado,*
> *Que como Dios murio, tambiem moristis.*

Extat in libro impress. Matriti 1617. in 4.

PETRUS Vazquez, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, in sermone de Nativitate Virginis, fol. 7. inquit: Por esta Hierusalem divina no pasarà el demonio, teniendo en ella dominio, como le havia tenido en los demas hijos de Adam, &c. Todos los hijos de Adam son camino pasagero del demonio, que el passando por ellos en los instantes *de sus Concepciones, deja estampada en sus almas la huella de la culpa original*; pero en llegando à MARIA: non transibit per eam, no deja rastro, ni señal aunque mas haga, &c. Serm. impress. Hispali 1625. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Vide ibi fol. 8. nam sæpè dicit ipsam fuisse præservatam, & absque culpa originali.

Item, in Sermone funerali de Sorore Theresia de Jesu Recollecta Augustiniana, fol. 20. *Quòd Beata Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis fuit perfectissimè unita Deo*, &c. Serm. impress. Matriti 1633.

Item, Sermone de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento die 11. Julij, fol. 6. inquit: Porque de la mesma suerte, *que la Virgen Santissima fue redimida de la culpa original, no en que cayo, sino en que caiera, si Dios no la preservara con su gracia*, assi este divino Sacramento nos redime de muchas culpas y pecados en que cayeramos, si el no nos preservara, &c. Impress. Hispali 1624. in 4.

PETRUS Veden Canonista (ita citatus in additionibus ad Panormitanum) super prim. secun. Decretalium, titulo de Ferijs, cap. 1. Conquæstus, tom. 3. fol. 143. & 144. agit *de Conceptione Virginis MARIÆ* ex Concilio Tridentino & Constitutionibus Sixti IV.

PETRUS de Vega, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in declaratione septem Psalmorum Pœnitentialium, part 1. Psalm. 4. versic. 6. discurs. 1. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, postquam per 4. primos discursus egisset de peccato originali, discurs. 5. fol. 251. sic inquit: Discurso 5. sobre el mesmo verso sexto, *del singular privilegio, que la Virgen Madre de Dios tubo de essenta del pecado original*; in quo latè tractat de præservatione à peccato & immunitate Deiparæ, à fol. 245. usque 256.

Item, in indice primæ partis pro sacris Concionibus adducit indicem pro festivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ.*

Item, in tabula secundæ partis pro festivitatibus Sanctorum, *pro Conceptione Dominæ nostræ* indicem concionatorium, ubi plura citat *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1606. in fol.

PETRUS de la Vega, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, in libro de Vita Dei Genitricis, semperque Virginis MARIÆ ex Evangelica narratione, atque Sanctorum Patrum scriptis contexta, cap. 2. sic ponit: De Progenie Beatissimæ Virginis MARIÆ, ut habetur Matthæi 1. ac de ejus Conceptione & ortu, & quomodò ab omni peccato fuit libera, *& ab originali præservata.* Quod tractat latè per decem §§. à fol. 5. usque 10.

Item, in Oratione sive gratiarum actione, inquit: MARIA Virgo suavis atque speciosa, *ex regia stirpe concepta, quæ immunis ab omni peccato & ab originali labe præservata*, ante sancta, quàm nata fuisti, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1534. in fol. Habet etiam in principio imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in Chronico Fratrum Hieronymitani Ordinis Latino, lib. 1. cap. 11. fol. 11. loquens de quibusdam Fratribus, inquit: Apparuit *illis ipsa* Virgo MARIA ex Cœnobio suo egredientibus, mandansque stabilitatem in Ordine, dixit incrementa Monasteriorum ac Religionis suæ etiam servitutis in brevi se visuros. Quod ejus meritis in præsentiarum cernimus esse completum. Nec tamen hoc de albo colore in honorem sanctissimæ Virginis ab intentione Divi Patris Hieronymi est alienum: cùm ipse candida veste uteretur in sacris, ut ostenditur hodie Romæ, &c. Lib. impress. Compluti 1639. in folio. Eadem ferè verba invenies in Chronicon Hispanico ejusdem Ordinis libro 1. cap. 11. ad finem. Impress. Compluti 1539. etiam in folio.

PETRUS de Velasco, Clericus Hispalensis, antiquus Curialis Sacelli Fundator, Dei Opt. Max. erga se munificentiæ, in honorem *Conceptionis Virginis MARIÆ*, haud immemor dicavit anno salutis humanæ 1541. Ita ad litteram extat in marmore pulcherrimo in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum de Urbe juxta portam, vel ad ingressum Naonæ.

PETRUS

PETRUS Venetus, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, ultimò ſubſcripſit Epiſtolæ miſſæ ſummo Pontifici ab octo Patribus ſuæ Religionis *pro Immaculata Virginis Conceptione*; quam adducit P. Joannes Euſeb. Nieremb. lib. Exception. cap. 24. folio 414. Vide verb. Ludovicus de Aliaga.

PETRUS Venetus, Ordinis S. Auguſtini Italus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Librum unum.

PETRUS de Verona, Martyr ac Sanctus Ordinis Prædicatorum, ſententiam *de Immaculata Virginis Conceptione tenuit*, ut videre eſt apud Joannem Euſeb. in libro Exception. cap. 23. folio 351.

PETRUS de Victoria, natione Hiſpanus & Doctor Theologus, ſcripſit duplicem Apologiam pro Immaculata Conceptione, quarum prima ſic habet pro titulo: Apologia *pro defenſione Eccleſiæ & Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis* contra Bandellum & Bandellizantes, &c. Incipit: Cùm Apoſtolica Sedes in officio approbato, &c. & eſt diviſa in tres partes cum appendicibus. In 1. explicat generales locutiones Sanctorum Patrum. In 2. ponuntur loca SS. PP. ficta vel falſificata à Bandello cum dilatato appendice contra Bandellizantes, quos enumerat in particulari. In 3. oſtenduntur locutiones SS. PP. in particulari de B. Virgine, ejus præſervationi contrarias non eſſe, cum appendice cujus titulus eſt: Propoſitiones à Sixto IV. in Extravagante: Grave nimis, damnatæ contra Libellos duos à Fratre Vincentio de Bandellis Ordinis Prædicatorum Generali compoſitos, & adhuc aliqua ex parte in his temporibus ab aliquibus allegatæ & ſæpius repetitæ. Extat hæc Apologia manuſc. apud R. P. atque litteratiſſimum Thomam de Leon Societatis Jesu Granatenſem, à quo notitiam accepi exorto jam Sole Veritatis.

PETRUS de Villagomez, Archiepiſcopus Limenſis Hiſpanus, anno 1654. die 5. Menſis Decembris publicavit edictum circa obſervationem feſtivitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ ſub præcepto ut vigilia jejunetur*, &c. Extat reſcriptum impreſſ. Limæ eodem anno in folio.

Item, cum toto Clero ſuo fecit votum *de tuenda Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus formula extat impreſſ. ibidem in charta expanſa. Vide votum.

PETRUS Villarius, Converſus Beatus Ordinis Ciſtercienſis, quodam tempore, tertia videlicet die poſt feſtum Sancti Nicolai à Regina Cœli, Domina Angelorum & Ciſtercienſis Ordinis Advocatrice ſpeciali revelationem habuit, ei dicente: Hodie eſt feſtum meum: unde magis te præ cæteris diebus hodie laudibus inſtare convenit, amplioribus præconijs vacare, & ſublimioribus meditationibus invigilare. Cui reſpondens vir Dei, ait: O dulcis Domina feſtum iſtud uſque nunc ignoravi; quod cùm ſcivero, devotus peragam, & quoad vixero, memoriter recolam. Requirente igitur eo à quodam Kalendarium ſciente, cujus illo die feſtum eſſet, reſpondit *quòd eſſet feſtum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Quo cognito, ſingulis annis idem feſtum tota alacritate devotionis celebrare ſtuduit, in quo & Dominus ei viſitatione ſpirituali inenarrabiles conſolationes, & revelationes oſtendit, &c. Vide alia in Bened. Gognon. ad annum 1292. Euſeb. cap. 33. fol. 396.

PETRUS Villarroel, Ordinis Minorum Stillitanus Provinciæ Neapolitanæ, in libro 6. Echinadum Naumachiæ, in quo agit quòd Beatæ Virg. precibus de innumera Turcarum claſſe inſignis reportatur victoria, folio 218. *Quòd Virgo MARIA in alvo matris à primævo crimine, & peccato Adæ nullis fuit infecta venenis, &c.* Lib. impreſſ. Neapoli 1614. in 8.

PETRUS Vincentius de Marçilla, Cæſarauguſtanus Ordinis S. Benedicti, in libro Decretorum ſacroſancti Concilij Tridentini, &c. libro 4. cap. 3. de Peccato actuali & originali, folio 590. *de Conceptione Virginis MARIÆ* ac ejus feſtivitate declarationem. Vide ibi. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1613. in 4.

PETRUS Vonfantius Italus, convertit Italicè Itinerarium Terræ ſanctæ Reverendi P. Fr. Antonij de Medina Hiſpani, in quo agit de Eccleſia, *ubi concepta ac nata fuit Beata Virgo MARIA*. Lib. impreſſ. Florentiæ 1590. in 4.

PETRUS de Vos Brugenſis, Ordinis Sancti Auguſtini, ediditManipulum ſacrum Concionum moralium, quarum quinque ſic ſunt prænotatæ: *In feſto Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impr. Antuerpiæ 1644. Ita Hippolytus Mar. in Catal. Marian.

PETRUS de Vriese, Ordinis Minorum Theologiæ Profeſſor Belga, in Concluſionibus Sacramentalibus ex Doctore Subtili Scoto publicè habitis die 11. Octobris 1661. in fine ſic poſuit: Ad majorem Dei, *Deiparæ Virginis Immaculatè conceptæ*, ac S. P. N. Franciſci gloriam. Fuerunt impreſſæ Lovanij eodem anno in 4.

Item, in Theſibus de Sacramentis, Sacrificijs & Sacramentalibus habitis Bruxellis die 13. Maij hæc defendit: *Virginis MARIÆ Immaculata Conceptio* Pontificum Decretis & Eccleſiæ auctoritate dudum roborata, indies magis fidelium devotione piè ſtabilitur. Fuerunt impreſſæ in 4.

PETRUS de Urteaga, Societatis Jesu Hiſpanus (in tota Bætica Concionator opinatiſſimus) in ſermone de pompa funerali Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici, in Salutatione agit de devotione ipſius *ad Immaculatam, ac privilegiatam Virginis MARIÆ Conceptionem*. Serm. impreſſ. Hiſpali 1621. in 4.

PETRUS Uſimbardius, Epiſcopus Aretinus Italus, in Conſtitutionibus ac Decretis Synodalibus præcepit, ut tam à Sæcularibus, quàm Regularibus obſervetur die 8. Decembris *Conceptio B. MARIÆ Virginis propter uſum Civitatis*. Ex libro impreſſ. Florentiæ 1598. in 4.

PETRUS Waddingus, Societatis Jesu Waterfordienſis Hybernus, in Tractatu de Incarnatione diſp. 10. dubio 8. num. 76. & 77. inquit: Quòd decreta exiſtentia ante Incarnationem *non inferunt peccatum originale in B. Virgine MARIA*; & quòd decretum, quod concepit Deus de producenda Virgine Maria, non habuit ſecum conjunctum decretum non dandi gratiam, ſed contrarium; nempe decretum dandi gratiam in primo inſtanti infuſionis animæ, &c. folio 440. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1636. in 4.

PETRUS de Waghenaer, S. Nicolai Furnenſis Canonicus & Prior, inter Miſcellanea Norbertina aſſerit S. P. Norbertum à cœlorum Regina in ſignum Immaculatæ ejus Conceptionis habitum candidum accepiſſe. Et pag. 140. vitæ S. Hermanni Joſeph, ſic ait: Veſte candidâ Sanctiſſimam Dei Matrem Mariam in ſignum *ſuæ Immaculatæ Conceptionis* donaſſe S. P. Norbertum, ut R. Ordinis

nostri Patres in Hispania ex antiqua asserunt traditione. Unde & apud eos *in prædictæ Immaculatæ Conceptionis honorem* erecta est Sodalitas; velut ex Bernardo à Leone in Chronico, & Oratione de S. Norberto in ejusdem Sancti Patris vita Flandrica asserit P. M. Chrysostomus vander Sterre Abbas Sancti Michaëlis Antuerpiensis. Hæc habet Christophorus Godelebus tomo 3. Metropolis Salisburgensis; & ex eo Hieronymus de Ormachea Guerrero in Cantica Canticorum: S. Norbertus cum SS. Religione sua ad duo mysteria suo tempore illustranda, divinâ natus providentiâ signatur, Eucharistiæ scilicet SS. Sacramentum & *Immaculatam B. M. Conceptionem.* Hoc denotat candidissimus ac niveus habitus ab ipsa B. Maria peculiari dono ipsi missus, quasi denotans animi niveam puritatem, quâ ad Eucharistiæ SS. Sacramentum accedere debeamus; *& niveum B. M in sua Conceptione candorem.* Qui etiam scribitur devotissimum *Officium de Beatæ MARIÆ purissima Conceptione* quasi quoddam aureum monile conflasse, in quo hæc verba tanquam radiantes stellæ signantur: *Ave Virgo, Spiritu Sancto præservante, quæ de tanto parentis primi peccato triumphasti innoxia.* Hæc sanctissima Religio in Capitulo Generali congregato anno 1305. sub Adamo Generali, piissima lege sanxit, ut omnes ipsius filii pro viribus hanc piam sententiam propugnarent & celebrarent. Ita ille.

PETRUS Wastelius Alostanus, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, tomo 2. Vindiciarum Joannis Nepotis Sylvani (communiter Hierosolymitani dicti) fol. 609. lib. 3. art. 4. §. 4. *de Virginis MARIÆ impeccantia contra pseudo-Orosium* latissimè agit. Vide ibi. Lib. impress. Bruxellis 1643. in folio.

PETRUS Wemmes, Ordinis Carmelitarum, in doctissimis Discursibus prædicabilibus extractis ex Operibus D. Pauli Aresij, discurs. 26. de B. Virgine Maria, folio 552. *Quòd fuit absq; peccato originali, & à primo instanti suæ Conceptionis superavit gratiâ omnes sanctos*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1648. in 4.

PETRUS Ximenez de Cabredo, Ordinis Minorum Hispanus, in Relatione Provinciæ Burgensis agit de venerabili Matre Anna Maria de la Concepcion Civitatis Calagurritan. fol. 13. Item, de fundatione Conventûs *purissimæ Conceptionis* Civitatis de Alpharo, folio 4. Item, de fundatione Monasterij *Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis* Recollectarum Monialium Villæ de Agreda ibidem. Quæ relatio extat in nostra Bibliotheca. Item, de Monasterio *purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ* de S. Gadea, folio 1. Item, de Monasterio *purissimæ Conceptionis* S. Ludovici Burgen. & Lucruni.

P. F. G. C. D. Hispanus quidam (sub istis litteris) in libro dicto: Ramillete de divinas flores para el desengaño de la vida humana, folio 225. pro Immaculata Virginis Conceptione, inquit:

Si ab eterno del Padre fue escogida
Y en su mente ab eterno fue formada
Ab eterno à de ser Immaculada
La que ha sido ab eterno gloria y vida:
Ab eterno del todo esclarecida
Ab eterno del daño preservada
La duda ya ab eterno esta acabada
Pues ha estado ab eterno à Dios unida.
Mas assi qual convino que negase
San Pedro à su Señor y no creiese
Zacarias al Angel que le hablase.
Que incredulo Thomas tanto estubiese
Convino que asta en esto alguien dudase
Porque mas su verdad resplandeciese.

Deinde adducit aliam Cantionem, quæ sic incipit:

Virgen pura azucena, lirio y valle
Candida y limpiamente concebida, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1629. in 12.

PHILIBERTUS Haresch, Ordinis S. Augustini Gallus, in Expositione Epistolæ ad Romanos cap. 3. fol. 68. explicans illud: Omnes enim peccaverunt, inquit: *Ab hac lege excepta est MARIA.* Et infra ad Roman. 5. folio 102. ad illud: Sed non sicut delictum, ita & donum, inquit: Et ex originali dicit: Non omnes spirituali morte mortui sunt; ex quo vitio illo non sunt infecti primus parens Adam *& Virgo MARIA.* Nam etsi primus parens Adam infectus fuerit, non tamen in eo vitium fuit originale, sed actuale; *& B. Virgo MARIA præservata est ab originali*, veniali & mortali, de ea dicente Salomone in spiritu prophetico: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Parisijs 1536. in 8.

PHILIPPUS Alberti de Nussia, Ordinis Carmelitarum natione Germanus, prolixam Epistolam auctoritate & ratione firmissimis instructam contra Wigandum *de purissima Conceptione Dei Genitricis semper Virginis MARIÆ.* Sic Hippolytus Marraccius in Bibliotheca & in Catalogo ad an. 1488. & citat Sixtum & Lucium classe 6. & 9. Pistoia folio 155. Ludovicus Jacob à S. Carolo affirmat asservari manusc. Coloniæ apud Carmelitas.

Item, in Expositione in Cantica Canticorum, quæ incipit: Osculetur me osculo oris sui. Circa procœmium hujus libri notandum est, &c. cap. 1. affirmat *Virginem MARIAM fuisse conceptam sine peccato originali*, &c. Extat manusc. in Conventu PP. Carmelitarum Coloniæ in folio.

PHILIPPUS Alegambe, Bruxellensis Societatis Jesu, in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, &c. refert Auctores qui ex sua Familia scripserunt *pro Immacul. Virginis Conceptione.* Lib. impress. Antuerpiæ 1643. in fol. Vide paginam 253.

PHILIPPUS Austriacus, Hispaniarum Rex hujus nominis II. dictus Prudens, adeò fuit devotus huic mysterio, ut in armatura, quâ in bello contra hostes utebatur, insculptam habuerit *imaginem Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ, &c.* Ita Gonzalus de Cast. in Memor. & Marraccius in Reg. Marian. folio 220.

Item, de Philippo II. inquit Antonius Vasconcelos Societatis Jesu, fol. 368. Illud ultimò addiderim, quòd Catholici Philippi Religionem, & in Beatissimam Cœlitum Reginam Regiam pietatem omnibus satis notam ultimò prodidit. Toti Hispaniæ intemeratam Deiparæ sanctimoniam tueri adeò semper cordi fuit, ut nulli unquam genti cura potior extiterit: quem à primis nascentis Ecclesiæ cunabulis quasi hæreditariè à Majoribus acceptum, & innumeris almæ V. beneficijs contestatum, pertinaciter semper animum retinuimus. Recens igitur levi de causa, ut plerumque etiam in maximis rebus usu solet evenire, ea in omnium animos (cœlitus existimo) mens & pietas pervasit, ut etiam pueri balbutientes & vix Christianæ fidei rudimentorum periti, & publicis sermonibus atque trivialibus cantilenis, & privatis conventibus *ab omnis originalis maculæ labe purissimum Deiparæ Conceptum immunem fuisse profiteantur.* Tantæ pietati non modò fa-

dò favit, sed Ducem etiam se ac Patronum Rex præstitit, missis ad summum Christi Vicarium Legatis, qui suis verbis enixè obtestarentur, ut tanquam indubitatum fidei dogma id Catholicis omnibus amplectendum declararet; quod jam ex parte missis à summo Pontifice litteris, quibus oppositum populo in Concionibus proponi, aut publicis in disputationibus defendi severissimè interdicitur, magna omnium lætitia & publico populorum plausu, factum gratulamur. Quæ pietatis desideria quantùm communis hostis everterе conatus sit, illud mihi satis indicat, quòd in Anglia ex pestilentiæ cathedra, originalis labe infectam fuisse Deiparam, hoc ipso tempore promulgarit. Adeò Catholici Regis animus vel in ijs, quæ indubitata adhuc apud plurimos non statuuntur, in pietatem & Sanctissimæ Virginis obsequium propendet. Et ne impietati Religio cedere videatur, sedulò à Pontifice impetrare nititur, ut nulli Catholico hac in re summæ Dei Parentis puritati, & absolutissimæ sanctimoniæ detrahere, integrum aut liberum sit. Lib. impress. Antuerpiæ 1621. in 4. regali.

PHILIPPUS de Austria III. Hispan. Rex, inter suos prædecessores, qui *purissimam Conceptionem Dominæ nostræ Virginis* MARIÆ maximo coluerunt affectu, palmam tulit, ac maximo fervore ac animi devotione veneratus est. Ita Philippus IV. ejus filius & Rex noster in Epistola ad Gregorium XV. Pontif. Maximum, data 10. Novembris, anno 1628. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta dissert. 10. adnot. 1. folio 374.

Item, præclarum ejus devotionis apud illustrissimam D. Joannam de Pernestan Ducissam de Valle-Hermosa extat testimonium, quod vidit & summa inspexit devotione R. P. Laurentius Aponte: à tergo enim *sanctissimæ imaginis Conceptionis* à piissimo Rege illi præstitæ manu ipsius hæc reperiuntur obsignata verba: Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. Subdidit Aponte inclytum Regem non contentum hęc regia manu scripsisse, insuper his subscribere voluisse Regio nomine sic adscripto: Philippus S. id est, ut Aponte interpretatur: Philippus Servus, vel (ut ego existimo) voluit dicere aliquid amplius, scilicet: Philippus Mancipium. Sic enim scribitur Hispanicè Philippo Esclavo, per solum S. ut sic denotaret piissimus Rex se mancipium esse Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Vide allegatum Patrem Laurentium Aponte, libro 6. ad Sapientiæ cap. 1. n. 4. digress. 2. Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta dissert. 2. adnot. 4. num. 1. fol. 381.

Item, *pro mysterio Conceptionis Virginis MARIÆ* hæc protulit piissimus Rex verba cedro & æternitate digna: Si necessariò omnino putarem me Romæ adesse, & ad pedes Sanctissimi Patris nostri provolvi, *ut pro Virginis originali justitia* extremam sententiam ferre, & causam istam per Spiritus Sancti assistentiam definire, ac determinare vellet, quàm primùm fieri posset, aliis quibuscumque rebus posthabitis & omnibus superatis difficultatibus Romam contenderem, & Sanctissimo Patri memet sisterem. Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra.

Item, scripsit Epistolam ad omnes Prælatos, Archiepiscopos, Capitula, Consistoria, Universitates, Religiones, Civitates, & ad omnia Castellæ & Legionis Regna in Curia congregata, expeditam Matriti die 17. Maij, anno 1617. in qua singularia hæc verba protulit: Tamdiu bene nostis, quanto ego ardore exoptem, ut Romanus Pontifex *mysterium purissimæ Conceptionis diffiniat*. Et post nonnulla subijcit: Et quamvis per litteras semel & iterum datas Sanctitatem suam certiorem reddiderim de vehementi desiderio, quo Regna mea illud diffinitum videre cupiant, erit tamen operæ pretium ad permovendum Pontificium animum, ut ipsi omni via atque ratione notum sit, esse hoc commune Hispaniæ gentis votum. Quamobrem à vobis obnixiùs peto, ut Sanctitati suæ, quid vos, quid subditi itidem vestri hac de re sentiant, planum faciatis, atque etiam obtestemini, nihil his Regnis gratius jucundiusque futurum, quàm audire *cœli Reginæ Immaculatam Conceptionem* ad fidei dogmata pertinere; ut videlicet generalis hæc populorum acclamatio Pontificem ad maturandum diffinitionis negotium urgeat.

Item, scripsit ad Academiam Salmanticensem aliam Epistolam datam 16. Julij, anno 1618. in qua approbat juramentum prædictæ Universitatis sequentibus piissimis verbis: Cum ijs meis litteris alias simul accipietis in approbationem & confirmationem instituti à vobis decreti, ut omnes qui in ea Universitate gradum cujuscumque Facultatis acceperint, priùs iure jurando præstito obtestentur se inposterum defensuros, docturos *& prædicaturos puram & illibatam fuisse Conceptionem Dominæ nostræ absq; ulla originalis peccati macula conceptæ*. Et verò jam, tam ob hanc tam apertam animi nostri significationem, quàm ob studiosum vestri omnium affectum omnino fore confido, ut negotium illud tanta à vobis solemnitate & firmitudine perficiatur, quantam & rei magnitudo exposcit, & tam sapiens & nobilis Schola pro sua dexteritate omnia novit opportunè disponere. Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra: item, Armam. cum observatione ibi facta à columna 306. usque 314.

Item, scripsit aliam ad Sanctitatem Pauli V. die 10. Octobris anni 1616. circa expeditionem *mysterij purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*. Item, ad eundem aliam die 13. Martij 1617. *pro eadem purissima Conceptione*. Item, die 24. Octobris ejusdem anni 1617. *pro eadem purissima Conceptione ac determinatione mysterij*. Item, eadem die 24. Octobris anni 1618. scripsit aliam circa *mysterium ejusdem purissimæ Conceptionis*. Item, die 4. Octobris anni 1616. alteram ad Cardinalem Hispalensem, ut ageret cum sua Sanctitate circa pertinentia *ad purissimam Conceptionem Dominæ nostræ*. Item, die 26. Octobris 1617. ad Cardinalem Burghesium circa *purissimam Conceptionem Virginis Dominæ nostræ*. Item, ad eundem Cardinalem alteram die 9. Octob. anni 1618. circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*. Item, die 24. Octo. 1617. scripsit ad omnes Cardinales pro negotio *purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*. Item, die 22. Octo. anni 1617. ad Cardinalem de Borgia circa resolutionem assumptam à Summo Pontifice *pro mysterio purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*. Item, ad Cardinalem Gallum alteram dat. die 9. Octo. anni 1618. circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ*. Item, ad Cardinalem de Trejo eodem die & an.

circa eandem declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis*. Item, eodem die ac anno ad Cardinalem de Aracæli Dominicanum descendentem è domo & sanguine S. Thomæ Aquinatis, ut foveret declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis coram Sanctissimo*. Item, ad Cardinalem de Borja eodem anno, die verò 24. Septembris circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis*. Item, die 27. Junij anni 1617. ad Ducem Alburquerque circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ sine macula peccati originalis conceptæ*. Item, die 4. Octobris an. 1616. ad Archiepiscopum Hispalen. circa prædictum *mysterium Conceptionis*. Item, eodem die & anno ad Decanum & Capitulum ejusdem Civitatis Hispalensis commendans opinionem ac devotionem *purissimæ Conceptionis*, ac illis reddens gratias.

Item, die 24. Septembris 1618. Duci de Osuna, ut faceret instantiam coram Papa circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis*.

Item, Comiti de Oñate die 17. Septembris anni 1618. circa declarationem *mysterij purissimæ Conceptionis*. Item, ad eundem aliam pro eadem *purissima Conceptione*.

Item, die 29. Junij 1617. ad Magistrum Patrem Placidum, reddens illi gratias pro diligentia adhibita circa declarationem mysterij *puræ Conceptionis*, in qua suam patefacit devotionem erga prædictum mysterium.

Item, die 7. Maij anni 1617. ad D. Henricum de Guzman hujus causæ Agentem in Curia, gratias ei reddens, atque commendans zelum ipsius *pro Immaculata Virginis Conceptione tuenda*.

Item, ad Archidiaconum Hispalensem die 4. Octobris anni 1616. pro zelo & devotione ipsius *ad purissimam Virginis Conceptionem*.

Item, ad Præbendarios Hispalenses Dominum Matthæum Vazquez, & Dominum Bernardum de Toro Agentes pro hac causa in Romana Curia die 24. Octobris anni 1617. circa Decretum emanatum à Sanctitate Pauli V. *pro Conceptione Dominæ nostræ*.

Item, ad D. Joannem Vivas Oratorem seu Embasciatorem Januensem die 24. Octobris anni 1618. ut instaret coram Sanctissimo *pro mysterio purissimæ Conceptionis*.

Item, ad Episcopum Carthaginensem die 10. Januarii 1619. ut instaret coram Sanctissimo *pro definitione mysterij Conceptionis*; siquidem Decretum non sedarat animos aliquorum, imo aliqua scandala exorta fuerant: pro cujus rei confirmatione remisit Rex sermones tres in diversis civitatibus prædicatos contra Decretum suæ Sanctitatis, &c.

Item, die 31. Augusti anni 1619. ad Juratos civitatis Cæsaraugustanæ circa votum emissum ab ipsa civitate in Capella Dominæ nostræ del Pilar, pro defensione *limpidissimæ & puræ Conceptionis Virginis Sanctissimæ Matris Dei*.

Item, ad Archiepiscopum D. Petrum Gonzalez de Mendoza die 31. Augusti 1619. circa prædictum mysterium *purissimæ Conceptionis absq; peccato originali* Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.

Item, ad Universitatem Salmanticensem die 12. Julii 1618. reddens illi gratias pro pietate & devotione ostensa in voto emittendo *circa purissimam Conceptionem Virginis MARIÆ*, quam Deus elegit & præservavit à peccato originali, &c. Ad eandem Universitatem die 27. Julij 1618. circa qualificationem opinionis, *quòd Dominæ nostra fuit libera à peccato originali*.

Ad Universitatem Baëzanam seu Biacensem die 14. Octobris 1619. circa *mysterium Conceptionis* & ejus diffinitionem.

Item, expedivit Decretum per Gregorium de Tovar Secretarium, ut Reverendissimus P. Franciscus de Sosa iret Romam pro negotio *puræ & Immaculatæ Conceptionis*.

Item, hortatu atque jussu prædicti Regis scripserunt ad Sanctam Sedem Apostolicam pro diffinitione *mysterij Immac. Conceptionis Virginis MARIÆ* Serenissima Franciæ Regina, Regnum Castellæ, Aragoniæ Regnum in Comitijs, Regnum Portugalliæ semel & iterum, D. D. Margarita de Austria, Archiepiscopus Hispalensis cum Episcopis Suffraganeis, Archiepiscopus Toletanus cum suis, Compostellanus, Granatensis, Vallisoletanus, Cõchensis, Uxomensis, Dux de Lerma. Universitates: Salmanticensis, Complutensis, Vallisoletana, Hispalensis, Compostellana, Granatensis, Seguntina, Ossunæ, & aliæ quàm plurimæ. Scripserunt etiam omnes Prælati & Superiores Religionum, nec non Patres Dominicani Regis & Principum Confessores, ut habetur in codice manuscripto, qui extat in Archivo Matritensi, à fol. 30. à quo hanc succinctam relationem extraximus, & eam posuimus in nostri Armament. Seraph. Reg. col. 314.

Item, ejus mandato edita est reformatio ultima Universitatis Complutensis primò per D. Didacum Fernandez de Alarcon, secundò per Petrum de Tapia Consiliarios Regis; in qua fol. 35. titulo 35. num. 17. præcipitur ut Oppositores non sumant puncta *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Et titulo 36. fol. 41. à tergo ad diem 8. Decembris numeratur *Conceptio Virginis MARIÆ inter festivitates Academiæ*, &c. Lib. impress. Compluti 1615. in fol. subscript. ab ipsomet Rege folio 128.

PHILIPPUS de Austria IV. Hispaniarum Rex atque Indiarum Monarcha, eodem anno quo inauguratus est Rex, ut columnas pietatis, quas gloriosi Reges sui antecessores *de Immaculata V. Concept. supposuerunt*, ut novus Alcides, plus ultra ad novum orbem sive ordinem transportaret, scripsit ad Gregorium XV. Pontif. Max. Epistolam datam Matriti 10. Novembris anni 1621. in qua sunt hæc verba: Horum Hispaniæ Regnorum Reges prædecessores mei magno colebant affectu *purissimã Conceptionem Dominæ N. Virginis MARIÆ* sed præcipuè Rex, Pater & Dominus meus magno fervore eandem veneratus est. Instillata etiã mihi à progenitoribus peculiaris hujus sacri mysterij & sanctæ festivitatis devotio, quam. V. S. propalandam duxi, humiliter deprecans, ut fœlici vestræ Sanctitatis Pontificatu id curare dignetur, ut exaltetur & extendatur in populo Christiano hæc pietas in Virginem, &c. Vide Armament. Seraph. in Reg. col. 314. & Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta disert. 10. adnot. 5.

Item, disposuit atque fecit, ut sua Serenissima conjux Elisabeha Hispaniarum Regina, atque Infans Cardinalis ejus frater verè germanus, atq; Serenissima Margarita Austriaca scriberent Sanctissimo Pontifici Gregorio XV. *pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est in Auctoribus supra citatis.

Item, anno sequenti prædictus Papa Gregorius XV. promulgavit Decretum in sacra Congregatione

tione supremæ Inquisitionis, ut abolito & obtruso vocabulo Sanctificationis, in Missa & officio divino *solum vox Conceptionis ab omnibus retineretur.* Scripsitque Rex Epistolam gratulatoriam ad eundem Summum Pontificem datam 14. Julii 1622. ut videre est in Auctoribus supra citatis.

Item, scripsit ad Ducem de Alburquerque tres alias Epistolas pro eodem *mysterio Immaculatæ Conceptionis*, quarum exemplaria extant apud Lucam Waddingum in Legat. de Concep. folio 434. & nos de ipsis mentionem fecimus in Reg. Armam. col. 319.

Item, anno 1635. in Regio Matritensi Discalceatarum Conventu festivitatem *Immaculatæ Conceptionis cum octava quotannis celebrandam lauta largitione dotavit.* Vide institutionem inclytam hujus memoriæ cum aliis circumstantiis, & quomodò auctoritate Apostolica fuit approbata, in Regest. Armament. nostri Seraph. à col. 319. & in Velazquez folio 383. num. 4.

Item, translato ad meliorem vitam Gregorio XV. apud Urbanum VIII. per suos Legatos novam adhibuit diligentiam atque preces, pro ultima diffinitione immunitatis Deiparæ; vel saltem, ut in Regnis sibi subjectis recitaretur *officium Immaculatæ Conceptionis* concessum Fratribus Minoribus, ut ipsimet Adversarii fatentur in Libello dato Eminentissimis Cardinalibus; & in alio rescripto, quod extat in Biblioth. D. D. Card. Barberini Italicè conscripto.

Item, quando emanavit Decretum Sanctissimæ Inquisitionis circa titulum *Immaculatæ Conceptionis*, nec legitimè nec juridicè publicatum; omnem adhibuit diligentiam, ut revocaretur, quod in Comitiis Generalibus sui Regni constanter & fervidè proposuit, fecitque decretum, in quo extant verba illa, quæ erunt sæculorum prodigium, videlicet: Et si causæ hujus dissensio mei ipsius Romam profecti, & sollicitatoris officio fungentis industriâ absolveretur; confestim summa alacritate iter ingrederer, meque fœlicissimum judicarem, si hac ratione tale Dominæ nostræ obsequium exhiberetur. Hactenus Rex Catholicus.

Item, pro hoc negotio misit ad Curiam Romanam R. P. Gundisalvum Castilla Societatis Jesu, qui finitâ controversiâ in sancta Congregatione Inquisitionis, feliciter obiit in Roman. Curia.

Item, scripsit D. D. Petro de Urbina Archiepiscopo Valentino & Legato extraordinario ad Curiam Romanam pro terminanda diffinitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis* litteras tenoris sequentis: Muy R. en Christo Padre Arzobispo de Valencia, del mi Consejo. A se visto vuestra carta de doce de Noviembre pasado en que os escusais de la jornada que os è encargado que hagais à Roma con titulo de Embaxador extraordinario, para adelantar *el sagrado mysterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Señora nuestra* quanto sea posible; y haviendo mandado considerar con la atencion que es justo las razones que poneis, que se reducen à dos; la obligacion y necesidad de vuestra assistencia al govierno dessa Iglesia y Dioceis, y vuestra edad y achaques. Aparecido que la primera no à lugar en esta causa, y estado presente. Y la segunda podeis esperar en la proteccion de la Virgen Santissima, à cuio servicio y gloria vais à tratar, que no os impedira, y de qualquier manera os sera muy meritorio sacrificaros à causa tan santa, tan de vuestra devocion y del habito que haveis professado. Y todo lo entendereis mas largamente por lo que se contiene en una consulta que se me à echo, de que he mandado se os imbie copia, y por la carta que con mi aprobacion os escribe el Cardenal de Toledo en su nombre, y de la junta *de la Immaculada Concepcion*, que se tiene por mi orden en su presencia, y casa. Y aunque espero de vuestra prudencia, y obligaciones, y maior bien de la Iglesia, y servicio de nuestra Señora y mio, que facilmente os reduciran las raçones que se juntan à executar jornada tan autoriçada y de tan santos fines, maiormente con lo que os declara cerca de lo que haveis de tratar en Roma, y motivos que he tenido de imbiaros, lo que considerado todo, è resuelto responderos es; que no obstantes las escusas, y causas dellas, os ruego, encargo, y mando expressamente, que sin ninguna replica, ni dificultad os resolvais à hacer esta jornada disponiendoos à ella quanto antes sea posible, y assi es mi determinada y resuelta voluntad, en que no os admitire escusa alguna. Y aunque se à juzgado que sera conveniente vinieseades antes à Madrid y os hallaseades en la junta paza ir enteramente informado por haverse reconocido en ella, quanto sea encaminado, y dispuesto en cinco juntas que se han tenido desde el año de seiscientos y diez y seis de los sujetos mas aprobados de sus tiempos, y gran copia de escritos de mano deste punto, toda via por escusaros maiores gastos, y ganar el tiempo que sea posible podreis escusar esta venida (si à vos no os parece otra cosa, que en esto me remito à vuestra eleccion) y la junta os encaminara tales noticias, que sobre las vuestras, y letras, y doctrina que os assisten basten cumplidamente al intento, y assi se ira continuando hasta conseguir el efecto que se desea; y podeis aseguraros, que estimo, y deseo de manera este santo negocio, que no me podreis hacer jamas tan agradable servicio como este. Ni yo puedo encargar à Prelado de mis Reynos, empleo en que declare mas mi confianca de su doctrina, devocion, y zelo del bien de la Iglesia, y beneficio de mi Monarchia, à mas del servicio grande que haceis à la Virgen Santissima, y à su precioso Hijo, de quien podreis esperar tan grande premio, como vos podeis tener muy bien entendido. De Madrid à doce de Diciembre de 1652. De la real mano de su Magestad lo que se figue: Ningun servicio me podeis hacer maior, pues el empleo es tal, que no dudara de ir yo en persona, aunque me hallara en mas edad que la vuestra. Yo el Rey. P. Coloma.

Item, præcepit Reverendissimo Patri Joanni de Palma tunc Commissario Generali Cismontano, ut Religio Seraphica scriberet pro tuendo titulo *Immaculatæ Conceptionis*, quidquid actum erat à principio exortæ controversiæ usque ad annum 1648. & prædictus Pater selegit quatuor Patres, quorum ego minimus fui; qui scripserunt Armamentarium Seraphicum apud doctos celebratissimum, Rex que noster ipsum vocabat & vocat Librum suum.

Item, approbavit votum Mestæ & Cabañæ Regalis circa defensionem *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, ut videre est in ejus voto fol. 15. Impress. 1654.

Item, misit Legatum ad SS. D. D. Alexandrum VII. Pontif. Max. Episcopum Placentinum pro obti-

nenda Bulla, quam postea obtinuit anno 1661. & incipit: Sollicitudo omnium, &c.

Item, post expeditionem Bullæ Alexandri VII. de qua supra, dedit sequens decretum: Decreto de su Magestad para su Confessor el Maestro Fr. Juan Martinez. He entendido, que el Maestro Lezana Provincial de la Orden de Santo Domingo en la Corona de Aragon, ha prohibido a los Religiosos de los Conventos della, el decir al principio de los Sermones: *Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Purissima Conception de nuestra Señora, &c.* aunque han acostumbrado hazerlo por lo passado, permitiendoselo solamente en los dias de la Concepcion, y predicando fuera de los Conventos de su Orden, añadiendo algunas razones, que todo podria ocasionar escandalo, si se llegasse à entender, y àreparar en el pueblo, como es tan verosimil, mayormente en ocasion de aver llegado el nuevo Breve de su Santidad, tan favorable sobre este misterio; para cuyo remedio he mandado se encargue a los Prelados y Superiores ordenen a sus subditos, que en los Sermones usen antes de començarlos, lo que se ha hecho costumbre universal de dezir, que sea *Alabado el Santissimo Sacramento, y la Virgen concebida sin pecado original, en el primer instante de su ser*, previniendoles, que si lo dexaren de hazer, se procedera contra ellos por los remedios proporcionados. Y porque espero que por vuestra mano se facilitarà mucho la execucion, os ordeno encargueis con aprieto al Provincial de Aragon, y tambien al de Castilla (que tengo noticia aver heho la misma prohibicion à sus subditos, y aunque no la aya hecho) hagan que se observe puntualmente por la parte que les toca; pues demas de que me sera muy grato, es tan conveniente para escusar los embarazos que resultarian de lo contrario. Madrid, y 10. de Abril de 1662. Vide Responsionem R.P. Joannis Everardi Nidhardi ad Memoriale P. Fratris Joannis Martinez de Prado; & librum: Exercito Austral; ubi datur ad litteram.

Item, instituit & de novo erexit Consilium speciale in Aula Regia ad determinanda omnia, quæ pertinent vel respiciunt hanc materiam *Immaculatæ Conceptionis Virginis*. Quod quidem Consilium constat tredecim viris tam Prælatis, Consiliarijs, quàm Religiosis gravioribus Regnorum ejus. Ipse tamen est quasi hujus Consilij præses, taliter quòd nihil eo inscio in hac determinetur materia.

Item, expedivit plures alias Epistolas ad Proregem Aragoniæ, & alios; quas brevitatis causâ non ponimus hîc.

PHILIPPUS de Ayala, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Librum de Immaculata Conceptione, sub hoc titulo: Caso mayor y punto de consciencia acerca como se à de predicar, tratar, y hablar en publico en estos nuestros tiempos *de la purissima Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora, &c.* Impress. Toleti 1616. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis; & habet §§. 20.

Item, ibidem Sermonem *de purissima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ, conceptæ absq; peccato originali, &c.* incipit: Muy aguda, extatque à fol. 57. usque 76.

PHILIPPUS de Bagnacaballo, Ordinis Minorum Italus, in 3. Sent. recognovit Quæstionem *de Immaculata Virginis Conceptione* Joannis Duns-Scoti. Impress. Venetiis in folio.

PHILIPPUS Barragius vel Vorragius, Ordinis Minorum Gallus, in lib. de Floribus sacræ Theologiæ, sic dicit: Christi Matrem & Virginem potuisse manere per tempus in peccato, & etiam per unum solum instans; non dubito. Et etiam potuit fieri, *quòd esset præservata*. Et quoniam hoc ultimum potuit & decuit, scilicet *ipsam nunquam fuisse in peccato*, hoc voluit & fecit Deus, cùm auctoritati Ecclesiæ & fidei non repugnet, & excellentiæ Virginis conveniat. Hoc tamen fuit ex speciali gratia & singulari privilegio, nulli alteri creaturæ per rationem seminalem propagatæ concesso. Et ponit distinctionem unam. Impress. Mediolani, anno 1508. in 4.

PHILIPPUS de Berlaymont, Societatis Jesu Belga, in lib. Paradisus puerorum, in quo primævæ honestatis totiusque pueritiæ rectè informatæ reperiuntur exempla, &c. part. 1. cap. 2. fol. 12. §. 6. de MARIA Deipara, agit latè de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ, & concludit sic: Quid enim sibi volunt anniversariæ *Conceptionis* feriæ apud Græcos ante annos mille celebrari cœptæ; in Romanæ Ecclesiæ multis partibus, annis abhinc quingentis? iamque est festæ hujus lucis religio apud ônes Christianos ducentorum annorum corroborata vetustate: idque ex revelatione divina, ut putatur, S. Birgittæ & alijs facta: quod admittit Bonaventura, nec reijcit Bernardus, ut constat ex ejus exemplis. Imò Sixtus IV. vocat *Conceptionem puram & Immaculatam*: immensos quoque Ecclesiæ thesauros aperit hoc piè credentibus, & colentibus. Alexander verò VI. Julius II. Leo X. Ordinem religiosum in honorem *Immaculatæ Conceptionis* institutum confirmarunt. Denique in Academia Parisiensi, Valentina, & nonnullis alijs nulli ad sacræ Theol. fastigium ascensus datur, qui priùs non juraverit nunquam se hanc assertionem oppugnaturum, &c. Et prosequitur probando rationibus immunitatem Virginis MARIÆ. Lib. impress. Duaci 1618. & Coloniæ 1619. in 8.

PHILIPPUS Bernal, Ordinis Præmonstratensis Hispanus, scripsit sententiam D. Thomæ in favorem *Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ*, discursib. 22. Burgis 1613. in 4. Est liber integrer.

PHILIPPUS Bernardus del Castillo, Poëta Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: *Centuria de la Limpia Concepcion de nuestra Señora* fundada en cinco lugares communes de la sagrada Scriptura. Lib. impress. Matriti 1619. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Circumfertur etiam cum libro Dominæ nostræ de los Remedios edito à Francisco del Castillo.

PHILIPPUS Beroaldus, Bononiensis, in Præne de Beata Virgine ex Francisci Petrarchæ Poëmate vernaculo in Latinum converso, inquit:

O sine labe nitens, pœnitus sinceraque Virgo
Atque tui Nati soboles Genitrixque decori,
Quæ das terrestri lucem vitæ atque supernæ.

Extat ad finem ejus Operum impress. Brixiæ 1497. in 4.

PHILIPPUS Bonæ spei, Abbas Ordinis Præmonstratensis, in diversis locis suorum Operum, præcipuè in Cantic. Canticorum sequentia habet ad litteram. Primò ergo ad illud: Trahe me; post te curremus in odorem unguetorum tuorum, inquit:

inquit: Quis autem vel invenitur paratior ad trahendum, vel agilior redditur ad currendum, quàm Virgo, *cujus caro à peccati est prorsus onere levigata*, tractaque lævigante Deo, trahenti mirabiliter adunata? Sic verò tracta Virgo, quod nulli alteri novit datum, jam currit, jam proficit, jam tendit festina ejus ad optatum docens, educens adolescentulas ad perfectum; licèt nulla quantumvis agilis parem veniat ad profectum; folio 113. Item, ad illud: Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c. Quæ est ista (inquiunt) cui virginalis fœcunditas, vel fœcunda virginitas est concessa, cunctis retro sæculis tam Angelis quàm hominibus inaccessa, quæ vivens in corpore mortis necessitatibus obvoluto, *vitam vitijs obnoxiam curæ peragravit impolluto?* folio 203. Et ad marginem habet: Virgo nunquam peccavit. Item, ad illud: Pessulum ostij mei aperui, &c. Incedit & extendit suave desiderium æstuantis, æstuantem provocat, spondet præsentiam provocantis; & cùm præsens jam putatur, inter venas teneriùs amplectentis avidas manus fugit, subtrahitur faucibus inhiantis. Fugit (inquam) *Virginem non offensa culpabili*; sed corruptibili carne pressam, & ab ejus oculis avertit faciem ..... neque rem auferens, sed magis differens spem reddit, indefessam fidem illius firmat lucem habitaturus inaccessam, folio 245. Et ad marginem habet: Beata V. sine peccato. Item, ad illud: Sub arbore malo suscitavite: De ligno igitur ad lignum electam Virginem transportavit, *cùm eductam à culpa ad maturis culmen gratiæ sublimavit, cùm à nævo liberam paterno & hereditariæ læsionis* ad fidem & amorem futuræ suæ transtulit passionis, fol. 279. Et ad marginem habet: Beata Virgo educta de peccato originis. Omnia hæc invenies in lib. impress. Duaci 1621. in folio. Hoc ultimo loco existimat Theophilus Raynaudus, quòd Philippus Abbas sustinuerit Virginem fuisse conceptam cum peccato originali; sed immeritò: nam educi à culpa, non est habere culpam; & liberari à nævo paternæ & hæreditariæ læsionis, non est habere paternam & hæreditariam læsionem.

Item, ad illud: Una est Matris suæ electa Genitrici suæ, aliqua dicit Philippus, quæ pro corroboratione *immunitatis Virginis MARIÆ in sua Conceptione* adducit P. Velazquez folio 68.

Item, ad illud: Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani, sic inquit: Ex his lignis asserunt sodales ferculum fabricari, ut rectè videatur opus commendari à materia; quia sanctitas Virginis ex Christi virtutibus est compacta, & ad nostros profectus in omnium mensam redacta est. Quam quia potens Salomon ex forti & imputribili materia sic compegit; *non sensit vermiculum, non admisit ullã cariem, sed abegit.* Vide Velazquez fol. 74.

Item, ad illa verba: Vadam ad montem myrrhæ, inquit: Vadam ad Virginem, quæ altitudinem montis myrrhæ mirabiliter jam usurpat, *cujus carnem integram nativa sanies non deturpat*, &c. Nativa sanies fuit, & est peccatum originale.

Item, cap. 16. in Cantica: Ipsa enim Virgo in Scripturis ab hoc virga (ut arbitror) appellatur, cum in eis figuratur sermone mystico, ut virgæ nomine intelligatur non solùm florida Virginis pulchritudo; *sed & ejus munda rectitudo, &c.* Virgo & virga fuit Maria à primo suæ Conceptionis instanti fœcunda & munda, pulchra & recta. Sicut ergo in nullo fuit læsa ipsius fœcunda & pulchra Virginitas, in nullo extitit coinquinata ejus munda & recta Conceptio. Item, ad illa verba: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, sic inquit: Probatissima est, *quæ omnibus vitijs aditum prorsus negat*, quæ versutias hostium obserato mentis ostio sic relegat, ut non solùm non permittat conceptam duci nequitiam ad effectum, sed profectu fortiore jam nec laxet januam in Conceptum, &c. Notanda hæc ultima verba pro præservatione Virginis à peccato. Lib. impress. Duaci 1611. Hæc omnia retuli, quamvis liber sit communis, quia hic Auctor in alijs locis videtur non solùm tribuere Virgini peccatum originale, sed etiam actuale. Vide Joannem Eusebium in libro Exception. in Appendice speciali à folio 474. & Velazquez folio 73.

PHILIPPUS Boskchierus Cæsarimontanus, Ordinis Minorum Flander, in libro: Legatus Apostolicus, sive, Conciones de Sancto Joanne Baptista, concion. 2. fol. 28. *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ fuit prænuntiata ab Angelo.* Impress. Coloniæ 1612.

Item, in Tabula Naufragij, in Concione de festo Annuntiationis Virginis Mariæ §. 3. folio 711. inquit: Omnes nascimur filij iræ, nascimur (inquam) omnes tales, vel nativitate ex utero, ut nos turba; vel nativitate in utero, ut parvuli Hieremias & Baptista; *sed MARIA neutra nativitate filia iræ, fuit absque originali concepta. Hæc Sorbonæ sententia, totius Ordinis Minorum, ac Iesuitarum quoque*, &c. Alia habet in hoc sermone pro immunitate Virginis Mariæ à peccato originali ex Petro Galatino. Tu ibi lege à folio 708. usque 722. Lib. impress. Coloniæ 1631. in fol. Et serm. de Purificatione folio 668. *Et Ecce MARIA aut purissimè concepta, aut nimirum mox à Conceptu purgata.* Et in festo Assumptionis fol. 848. asserit Quòd immunis fuit à quocumque peccato.

Item, tomo 1. super Magnificat, folio 1312. concione 1. parte 2. inquit: Ut nuncupari possit Sancta Sanctorum; adeò elegantem, ut pulchritudinem omnem cœlorum antecellat; *adeò mundam, ut numquam illic atomus, aut pulviculus ullus tenuissimus peccati cujuscumque inventus sit*, &c. Et ibidem, concione 4. fol. 1332. *Quòd fuit præservata à culpa originali, munda & Immaculata*, &c. latè & pulchrè probat. Lib. impress. 1621. in fol.

PHILIPPUS Brefa Hispanus, in Conclusionibus habitis sub præsidio D. Ludovici Crespi ac Borja, hæc habet: Superam ancillam, & sic nunquã dæmonis turpe sufferentem jugum, nec tetro culpæ irretitam laqueo; eburneum collum baccatis monilibus, pulchris redimiculis & torque aureo prona cervice insignitum, cœlestem Argon; & credemus stygijs absorptam verticibus, illidédam scopulis, labisque nexibus penetrabilem? Polarem Arcton; & putemus *salsugini communis maculæ immersam, involutam, naufragam?* Si gratiâ plenam, non communi majori plenitudine refertam & largioris Spiritûs imbre superfusam, &c. colûbino irradiatam obtutu, fomitis insultus dæmoniq; eliminantem, &c. Pusillj ductricem gregis, nec ideo per occulta machinamenta lupinis faucibus, &c. *Te (inquam) sanctissimam MARIAM hæreditariæ expertem noxæ invocat*, &c. Fuerunt prædictæ Conclusiones impressæ Valentiæ in charta expansa anno Domini 1646.

PHILIPPUS Cagliola, Ordinis Minorum Italus,

lus, scripsit defensionem *Immaculatæ Conceptionis*. Messanæ 1643. in 4.

PHILIPPUS de Cartagena Gallus, in libro dicto: La Couronne saincte, fol. 52. agit *de Immaculata Virginis Conceptione, & ejus à peccato originali præservatione*. Impress. Parisijs 1631.

PHILIPPUS Christophorus Germanus, & Archiepiscopus Trevirensis Romani Imperij Princeps, *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ* Epistolam unam, quam ad litteram adducit Hippolytus Marraccius (& incipit: Post debitam obedientiam) in Bibliotheca fol. 289. & in Catalogo Marian. ad annum 1623. & in Antist. Marian. fol. 459.

PHILIPPUS Clavus vel Clavi, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Hispanus, & Confessarius Regis Alphonsi V. ac Concionator, scripsit *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Tractatum unum in lib. dicto: Mariæ focos cap. 39. Ex Corbera, quem etiam citat Hippolytus Marraccius in Catal. Marian. ad annum 1597. Pistoia, folio 162. & in quodam manuscr. Saavedra in libro de sacra Deipara disp. 16. sect. 14. folio 350.

PHILIPPUS à S. Columbano, Laudensis Italus, Ordinis Minorum, pro Sodalibus Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ* ante Eucharistiam expositam Sermonem unum, qui est in ordine 39. fol. 269. in lib. dicto: Mensa mystica. Impress. Mediolani 1639. in 4.

PHILIPPUS de la Cruz, Monachus Sancti Basilij, edidit Opusculum sub hoc titulo: Dialogo entre Maestro y Discipulo en que se trata *de la purissima Concepcion de la Virgen Sanctissima Madre nuestra; se confiesa ser concebida sin mancha de pecado original*. Impress. Matriti 1633. in 8. Et concludit sic: El Discipulo al Maestro, Decima:

Con razon la opinion pia
Mi Maestro, que es Cruz trata:
Porque como en Cruz rescata
El credito de MARIA:
Cessè ya toda porfia
Que ya no abra que dezir
Que alegar, ni que arguir:
Que pues me da tanta luz
Iuro por aquesta Cruz
Que siempre labae de seguir.

Vide reliqua ibidem ad longum, & pulchrè.

PHILIPPUS Diez, Ordinis Minorum, in lib. Summa prædicantium *de MARIÆ Sacratissimæ Conceptione* capita seu distinctiones sex, in quibus ex Sanctorum Patrum dictis & similitudinibus probat ejus immunitatem à peccato originali, &c. Venetijs 1595. in 4. tom. 2. verb. Mariæ sacratissimæ Conceptio, folio 58.

Item, in Mariali Considerationes spirituales *de Immaculata Virginis Conceptione* à folio 1. usque ad fol. 57. Hispanicè Barchinone 1597 in 4.

PHILIPPUS Faber Faventinus, Ord. Min. Italus, in 3. Sent. *Virum B. V. concepta fuerit sine peccato originali?* Quæstionem in tria capita divisam, assertivè; & est disp. 10. in ordine. Lib. impress. Venetijs 1616. in folio.

PHILIPPUS Gamacheus, Doctor Sorbonicus, in Summa Theologiæ 3. part. quæst. 27. de Sanctificatione Deiparæ Virginis, inquirens: An Beata Virgo potuerit esse sine peccato originali? ponit hanc Conclusionem: Neutram quæstionis partem esse de fide; ac nihilominus tamen longè probabiliorem & Christianæ pietati magis consentaneam, quæ asserit *nullo unquam peccato aspersam fuisse; sed conceptam in statu gratiæ originalis*. Quam Conclusionem latè probat tom. 3. à fol. 186. usque 190. Item, de *festo Conceptionis B. MARIÆ Virginis* indicem concionatorium ibidem. Item, *Quòd Virgo MARIA nunquam ullum contraxit aut admisit peccatum*, ad 1. 2. tom. 2. quæst. 6. tract. de Voluntario. Lib. impress. Parisijs 1627. & 1634. in folio.

PHILIPPUS de Grassis, Presbyter Messanensis Sacræ Theologiæ Doctor, libro cui titulus est: B. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani expensus liber contra eos, qui disputant de perpetua virginitate Mariæ, *& de ejus parturitione; verùs contra eos, qui disputant de perpetua sanctitate S. MARIÆ & de ejus Immaculata Conceptione*; ipsum S. Doctorem, allato ejus integro textu, sic exhibet toto opere ratiocinantem: *MARIA Virgo concepta fuit sine peccato; ergo peperit sine dolore, illæsa Virginitate, & sine sordibus puerperij*. Ejus verò argumenta sic proponit excusa, ut D. Ildephonsum ipsissimis terminis, quibus nunc Scholasticorum doctissimi Recentiores hanc materiam excutiunt, videas syllogizantem, ut quidquid de hoc mysterio cum fundamento scriptum est hactenus, eum à principio videas docuisse; ut hunc eximium Doctorem nihil latuerit, nihil fugerit, nihil præterierit, quod ad hoc mysterium concutiendum ponderis habeat aliquid & efficacitatis; ut meritò credi debeat S. Doctor cathedrâ sapientiæ donatus à gloriosa Virgine, & casulâ gloriæ in testimonium verissimæ doctrinæ; ut unicus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus & Primas Hispaniarum, quemadmodum primus omnium librum edidit integrum non tam pro illibata Virginitate, quàm *pro Immaculata Conceptione*; sic unus meritò esse debeat instar omnium ad hoc mysterium de fide definiendum, indeque dici unicus Immaculatæ Virginis perpetuus Capellanus. Librum hunc penes me habeo manuscriptum.

Item, explanationem urget litteralem Psalmi 138. *Domine probasti me, &c.* pro hoc ipso mysterio; totusque est in hoc probando, manifestam esse antithesim inter cap. 3. Job: Pereat dies, &c. atque hunc Psalmum. Ex Patribus Græcis atque Latinis, Scholasticis & S. Scripturæ Interpretibus plus triginta sex, præsertim ex Angelico Doctore Jobum spiritu prophetico tot maledicta in peccatum originale confessisse, quòd conceptionem hominum omnium, & nativitatem reddat odio dignam & amarè flendam. Contra agi in hoc Psalmo, teste vel ipso Caietano, de admiranda Dei sapientia & providentia in formatione hominis in utero matris; & tamen dici: Nox illuminatio mea in deliciis meis: tenebræ non obscurabuntur à te, nox sicut dies illuminabitur. *Ipso diluculo in extremis matris*, in ipsa scilicet seminum mixtione illuc fœtum *à manu Domini deductum*, atque *à potente dextera tentum, & possessus renibus de utero matris ab ipso Domino susceptum*. Deum in hac formatione terribiliter magnificatum; mirabilia opera ista hæc: dignum embrionem, quem viderent oculi Domini: dignos dies, qui omnes in libro divinæ prædestinationis scriberentur: formatos omnes gratiâ, & neminem esse in eis, qui scriptus & formatus non fuisset. Quæ singula singulis à Jobo coacervatis opposita, Adamo & Evæ formatis ab ipso Deo cùm nequeant convenire; cùm in Christum non cadant; quandoquidem

quidem instantaneæ ejus Conceptioni repugnant illa: Imperfectum meum viderunt oculi tui; restat, ut David sedens in cathedra innocentiæ de filia sua MARIA non tam prophetaverit, quàm divinæ Theologiæ Magister datus à Domino, de cœlo docuerit prævenisse eam Dominum in benedictionibus dulcedinis: sicque sensus litteralis Propheticus hujus Psalmi, & fortasse ex litteralibus præcipuus sit: *MARIA Dei Mater concepta sine peccato originis.*

Item, annum Domini sexcentesimum quinquagesimum octavum supra millesimum in hoc exegit, ut secundùm ordinem recitandi Officium divinum generaliter in tota Hispania, vel de Sanctis, vel de Dominica, vel de Feria, in dies singulos scriberet Elegiam, atque ex occurrentis materiæ principiis, ut ita dicam, intrinsecis progrederetur ad laudes *Immaculatæ Conceptionis celebrandæ.* Nullum tunc diem, variis licèt distentus negotijs, prætermisit sine linea: carmina supra viginti septem millia composuit; & tamen Opus non absolvit, cui desiderari asserit supra sex millia.

Item, explanationem dicti Psalmi carmine etiam Elegiaco priùs scribere incœperat, & plus quam tria millia scripserat. Epigrammata sacra *& in Immacul. Conceptionis laudem* congesta habet longè plurima. Denique id habet in more, ut pœne nihil vel profanum loquatur, doceat vel scribat, præsertim publicè, ex quo (si liceat) argumentum non deducat *ad celebrandam tantæ Matris, & Dominæ Conceptionem.* Argumento illud sit (unde etiam obiter quantùm valeat in Arte Poëtica, quisque facilè dignoscat) quòd rogatus, ut Epigramma scriberet legendum in certamine, quod in Universitate Complutensi propositum fuit ad natalem diem Serenissimi Principis Hisp. Prosperi celebrandum, animi gratiâ, ac discipulis suis satisfacturus ante horam dictaverit, quod leges in libro sub hac inscriptione: Nacimiento del Principe de las Españas aclamado por la Universidad de Alcalà, in quo Serenissimum Principem hortatur, ut intendens ad Regnum PROSPER procedat, quòd ex pietate Austriaca in Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, *& Immaculatæ Virginis Conceptionem* exiverit VICTOR ad vincendos rebelles.

PHILIPPUS de Greve, Cancellarius Parisiensis, in Psalterium Davidicum, seu 330. Serm. tom. 1. in Psalm. 64. serm. 129. ad illa verba: Replebimur in bonis domûs tuæ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate, folio 250. inquit: Beatæ igitur uterus Virginis nobis est horreum frumenti & cellarium vini. Horreum frumenti: unde Cantic. 7. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Triticum est Christus, qui in magnum fructificavit acervum, vallatum liliis duplicis castitatis; quia fœcunditas illa non abstulit virginitatem. Ipsa est cellarium; unde ibidem: Umbilicus tuus sicut crater tornatilis *nunquam indigens poculis.* Crater tornatilis artificio Spiritus S. tornatus, non alicujus manu artificis. Unde Luc. 1. Spiritus Sanctus superveniet in te, &c. Et Cant. 7. Junctura femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Hæc junctura fuit fœcunda Virgo & Virginis fœcunditas. Unde quidam: *Ab æterno vas prævisum, vas insigne, vas prævisum manu sapientiæ, &c.* Similiter & Beata Virgo vas est universale, quidquid alii particulariter boni habent perfectè continens. Hæc Philippus. Lib. impress. Parisiis, anno 1523. in 4. Duplex castitas fuit in MARIA; alia debuit esse corporis, mentis altera. Igitur si illa inviolata & incorrupta, hæc fuit intacta & Immaculata; & sicut illa nullam sensit spurcitiem ab homine, hæc in nullo fuit tactu dæmonis læsa. Item, crater fuit MARIA tornatilis non alicujus manu artificis, sed solùm Spiritus Sancti; igitur non tornatus vel ab homine in carne, vel à dæmone in anima. Et si ab æterno vas prævisum & prævisum à manu Sapientiæ divinæ; ergo & à potètia prævisum & à scientia præservari potuit: prævisum à potentia antequam caderet, quia sustentatum. Denique, si omnia bona sparsa per singulos homines habuit MARIA; igitur & bona Adami & Evæ ante culpam, quorum primum ac præcipuum donum & bonum fuit justitia originalis.

Item, tomo 2. in Psalm. 28. serm. 184. ad illa verba: Et ipse fundavit eam Altissimus, folio 32. inquit: Tertium etiam dedicavit *& excellentissimè sanctificavit;* & sicut fit circuitus in dedicatione, ita gyravit ibi Spiritus Sanctus, *quasi torno celeri & ineffabili; quia fuit ab æterno vas prævisum,* vas insigne, vas incisum manu Sapientiæ, &c. Si, quando Deus fundavit mansionem seu Sion civitatem suam MARIAM, eam sanctificavit excellentissimè, & eam torno celeri Spiritus Sanctus per gyrum munivit & circuivit; non eam maculavit Sathan, nec potuit eam invadere hostis antiquus. Sic generaliter loquuntur isti Doctores antiqui in materia de Conceptione B. Virginis.

PHILIPPUS de Guimeran, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum & Episcopus Xaquensis, in libro cujus titulus est: Breve historia de la Orden de nuestra Señora de la Merced, redempcion de captivos Christianos, y de algunos Santos y personas illustres della, part. 1. cap. 2. fol. 10. inquit: *Assi nuestra santissima Madre MARIA fue el abysmo y Occeano de todas las gracias, quantas en una pura creatura pudieron caber;* porque como dice el P. Geronimo: Quanto à los demas Santos ha dado Dios de sus prerogativas y gracias por partes, y como à pedazos, esto todo no con mano escasa y detenida se dio à MARIA en junto y muy à colmo, &c. Item, in eodem libro Historiæ sui Ordinis, cap. 8. affirmat Religionem illam portare ex instituto vestes omnino albas in reverentiam & honorem puritatis Virginis MARIÆ, id est, *suæ Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est apud Sylvest. de Saavedra, libro de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 653. fol. 349. Item, in Constitutionibus editis suo tempore pro tota sua Religione, præcepit ut semper Fratres tuerentur sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre est in prælegato Auctore, num. 698. Item, fol. 180. in Litania encomiastica ad Deiparam Virginem ex sacra Scriptura & Sanctis Auctoribus excerpta, primùm decantata in templo maximo urbis Valentiæ, quando sacra effigies Virginis dictæ del Puig crebris miraculis terra & mari, pace & bello clara, cum celeberrima pompa est Valentiam importata, in oppugnatione Argellæ mensis Julii die 17. qui fuit Dominicus, anno Domini 1588. sic ait: *Terra à maledictione Adæ libera. Lilium inter spinas.* Sol oriens, nunquam occidens. Luna semper plena. Sanctuarium semper sanctum. Tota pulchra, *quæ à peccato Adæ sola es præservata*, ora pro nobis, &c. Et infra: *Per Immaculatam Conceptionem*

tuam protege nos Domina. Valentiæ 1591. in 4.

PHILIPPUS ab Harveng seu Harvengius, Ordinis Præmonstratensis Belga, *de Conceptione B.V.* Epistolam unam. Ita Marrac. in Biblioth. fol. 294. Credo esse eundem cum Philippo Bonæ-Spei superiùs posito.

PHILIPPUS Labbe Biturícus, Societatis Jesu, in lib. Nova Bibliotheca manuscriptorum librorum, tom. 2. fol. 395. adducit Bullam Leonis X. *de Conceptione Virginis MARIÆ* pro confirmatione Monialium Annuntiatarum in Gallia; & in ea Bulla quæ incipit: Ad ea quæ circa decorem, sic inquit: Et successivè per nos accepto, quòd etiam in Hispaniæ partibus, Domino concedente, alia mulierum Religio, quæ Moniales sive Sorores *Conceptionis sive de Conceptione B. MARIÆ* nuncupátur &c. ubi latè de hac Religione. Item, folio 284. de apparitione Angeli facta Elsino Abbati *circa Conceptionem Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Parisiis 1657. in folio magno.

Item, in versione Gallica Romani Martyrolog. ad diem 8. Decemb. pag. 369. *La Conception de la Saincte Vierge & Mere de Dieu.* Lutetiæ 1643. in 4.

PHILIPPUS Jacobus de Renax, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis habitis Lovanii die 23. Novembr. 1638. sustinuit *Virginem MARIAM solam fuisse exemptam à peccato originali, & illius debito, &c.* Impress. ibidem in 4.

PHILIPPUS Kersbelle vel Resbellius, Ordinis Carmelitarum Gandensis, scripsit *pro purissima Conceptione B. Virginis* Tractatum pulchrum contra Vincentium de Castro-Novo circa annum 1475. Ex Lucio & Leone classe 6. & Mecrologio Patrum Carmelitarum impress. 1659. in charta expansa.

PHILIPPUS Kerspon, Ordinis Carmelitarum, scripsit contra Vincentium de Castro-Novo sive Bandellum *pro Immaculata Virginis Conceptione* Tractatum. Ita Joan. à S. M. in supp. libello fol. 330. Sed nescio an hic sit diversus à præcedenti.

PHILIPPUS Lyntermans, Ordinis Minorum Belga, Provinciæ Germaniæ Inferioris Diffinitor & Bruxellensis Guardianus, fecit Concionem sub tali titulo: *De Immaculata Conceptione B. MARIÆ* Concio habita in Sacello Hispanorum apud PP. Dominicanos, anno 1659. nonâ Decembris: Fundamenta ejus in montibus sanctis, &c. Sicut hìc Regius Propheta, &c.

Item, aliam sub hoc titulo: Collatio in Processione quam fecerunt Fratres nostri pro tuenda & promovenda *Immaculata Conceptione* in Sacello Regali Fratrum Prædicatorum in præsentia omnium Fratrum: Cum jucunditate, &c.

Item, aliam: Concio secunda *de Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis* in Sacello Hispanorum apud Dominicanos anno 1660. 13. Decembris: Non pro te, sed pro omnibus, &c. Sunt manuscr. penes Auctorem.

Item, extraxit Relationem actorum in illa octava sub hoc titulo: Relation des devotions & solemnitez, qui se sont faites en la Chapelle Royale du Rosaire de l'Eglise des Peres Dominicains à Bruxelles, pour le sujet *de l'Immaculée Conception de la Vierge* au jour de sa feste, & autres suivantes en cette année. Impress. Bruxellis 1659. in 4.

PHILIPPUS de Mena, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem contra peccatum originale *pro immunitate MARIÆ Virginis.* Impress. Granatæ 1651. folio 305.

PHILIPPUS de Meneses, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro dicto: Lux animæ Christianæ contra cœcitatem & ignorantiam, &c. in explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 148. ad illud: Dominus tecum, sic Hispanicè inquit: Quatro maneras se hallan de estar Dios en una casa, &c. La tercera es por un modo particular, que es moviendo aquella alma à algun gran hecho, ò disponiendola para recibir alguna otra gracia, ò don mas particular; y desta manera no está en todos los que estan en gracia, sino en solo aquellos aquien el escoge para algun gran hecho, ò negocio sanctificandolos para aquello como à los que el sanctificò en el vientre; y muy particularmente estubò assi en nuestra Señora, pues la escogio para la cosa mas alta, que pudo ser, y *assi estubo en ella desde que la crio, &c.* Lib. impr. Compluti 1567. in 4. Sed si Deus fuit in Virgine Maria per gratiam ex quo ipsam creavit, sive à primo instanti creationis; igitur à puncto vel instanti suæ Conceptionis.

PHILIPPUS Moncæus Parisiensis, Societatis Jesu Gallus, in Disputationibus Theologicis disp. 7. part. 4. cap. 3. ubi inquirit: An quicumque ab Adamo (quem certum est ante peccasse, quàm vacaret procreationi liberorum naturali via & modo generationis) oriundi sunt, re ipsa contrahant originale peccatum? folio 516. dicit: *Quòd Beata Virgo MARIA nullo unquam sive instanti, sive tempore infecta fuerit labe originali*; quam præter Scotum in 3. dist. 18. quæst. 7. §. Hoc viso, & plures alii circa dist. 3. ejusdem libri, tenent nunc ferè omnes recentiores, ac etiam tenuerunt quicumque ferè ab annis ducentis de hac re scripserunt, &c. Tenet tamen infra, quòd habuerit debitum contrahendi peccatum originale, & illi incurrendo obnoxia & subjecta fuerit; ac latissimè pro immunitate Virginis Mariæ scripsit, à folio 515. usque 528. Lib. impress. Parisijs 1622. in 4. regali.

PHILIPPUS de Monte Calerio, Ordinis Minorum, in Sermonibus Dominicalibus Evangelio 5. part. 1. folio 15. vocat *Virginem MARIAM Matrem Immaculatam*, Matrem incorruptam, Matrem intactam, &c. Et ibidem fol. 16. asserit: *Quid Virgo MARIA nullum habuit peccatum.* Lib. impress. Lugduni 1541 in 8. regali.

PHILIPPUS de Mori, Ordinis Minorum Belga, in Theologia Scoti defendit Duaci sub R. P. Paulo de Becourt *Virginem MARIAM non fuisse conceptam in peccato originali, imo nec debitum habuisse illud contrahendi.* Impress. Duaci 1641. in 4.

PHILIPPUS Orense Valdes, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem contra peccatum originale *pro Virginis MARIÆ præservatione.* Impress. cum alijs Granatæ 1651. fol. 277.

PHILIPPUS de Outreman, Societatis Jesu Gallus, in libro cujus titulus est: Le vray Pedagogue Chrestien nouvellement mis dans la pureté de la langue Françoise, &c. tomo 1. part. 2. cap. 24. sect. 4. §. 14. fol. 471. de gestis Imperatoris Ferdinandi III. & columna erecta pro voto *Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ*, latè. Lib. impress. Parisijs 1661. in 4.

PHILIPPUS de Pergamo, Ordinis S. Benedicti Abbas, in lib. Cato moralizatus, aliàs: Speculum Virginis quoad utriusque hominis reformationem, in 4. part. Metricali, fol. 196. in sexto cœli signo scilicet Virgine, vocat Mariam Deiparam

mundissimam & Virginem totius munditiei. Lib. impr. Lugduni 1657. in 4.

PHILIPPUS Picinellus Mediolanensis, Canonicus Regularis Lateranensis, in libro: Mundo symbolico diversis impressis sacris & profanis illustrato, &c. *Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem illustrat,* & explicat his titulis seu symbolis: Egreditur, non ingreditur. A putredine tuta. Augent decora decorem. Caliginis expers. Candor illæsus citra umbram. Concepta ferens con el sofflo l' auyenta. Deorsum nunquam eminet. Procul à proximis. Nigra, sed pulchra. Extra nubes. Fœtenti è cespite purum haud inficiet altera. Hinc procul umbræ. Humilis, & absque nodo. Illæsa servetur. Innoxia floret. In puro tantùm. Intacta triumphet *macula carens. Mergitur nunquam meus ab origine candor.* Mihi candor ab alto. Nescia mergi. Nescia occasûs. Non ideo maculor. Nunquam dissona. Nunquam maledictum. Numquam mergitur. Nunquam victus. Procul à tinea. Procul hinc. *Rubiginis expers.* Semper dicata triumphis, *sine labe, sine macula.* Stat & conterit. Tempestatis expers. Tenebræ non comprehendunt. Stella non eclypsata ..... Tenebræ procul. Tuto conterit. Umbræ nescia undique. Quæ omnia sparsim extant in prædicto lib. ut videre est in indice. Impress. Mediolani 1653. in folio.

PHILIPPUS Quintanilla, Ordinis S. Norberti Generalis, Hispanus, in Epistola ad Philippum Hispaniarum Regem, inquit: Ad nullam Religionem ita pertinet tueri articulum *de pura Conceptione,* sicut ad istam Prænonstratensem: quoniam à quingentis annis ejus Fundator Sanctus Norbertus Parens noster eam consecravit *Immaculatæ Conceptioni supernæ Reginæ,* &c. Vide alia ibi, & in Eusebio cap. 7. fol. 56.

PHILIPPUS Roche Kensalensis, Ordinis Minorum Hybernus, excudit pulchram Militiam *pro Immaculata Virginis Conceptione* in charta expansa anno 1633. & extat in nostris libris de Imaginibus tom. 5.

PHILIPPUS de Rhotingo, Ordinis Minorum Italus, edi curavit Sermones Dominicales R. P. Fr. Antonij de Bittonto Ordinis Minorum, qui Sermone de Ascensione folio 33. semel & iterum affirmat *Virginem Dei Matrem MARIAM fuisse præservatam à peccato originali;* ut videre est in libro antiquo impress. 1496. in 4.

PHILIPPUS Rovenius, Archiepiscopus Philippensis, in Libello quem inscripsit: Aureum Thuribulum, cap. 9. ubi tradit alium modum legendi Rosarium cum quadam relatione vitæ S. Virginis MARIÆ, fol. 176. Primadecas. *Pater noster.* 1. *Ave MARIA,* quæ ab æterno in Matrem Jesu præordinata es, *gratiâ plena,* &c. *Sancta MARIA,* &c. 2. *Ave MARIA,* quæ multis figuris in veteri Testamento præfigurata es, *gratiâ plena,* &c. *Sancta MARIA,* &c. 3. *Ave MARIA,* quæ per Prophetas prænuntiata es, *gratiâ plena, Dominus tecum,* &c. *Sancta MARIA,* &c. 4. *Ave MARIA, quæ mirabiliter in Conceptione à peccatis conservata es, gratiâ plena,* &c. Impress. Antuerpiæ apud Joannem Cnobbaert, anno 1636. Est secunda editio ab Auctore aucta & emendata.

PHILIPPUS de Salazar, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Cruce, folio 7. sic loquentem introducit Sanctam Helenam: Como me tengo por redimida yo, sino veo la misma redempcion? ya te entiendo diablo, has procurado sepultar la espada, que te quitò la Vida; mas Isaac abrir hizo los pozos, no permitiendo, que no se bebiese el agua. Ea pues quitese lo caruinado, paraque se manifieste la vida. Parezca la espada, que cortò al verdadero Goliat la Cabeza. Rompase la tierra, para que resplandezca la salud. Odiablo lo que hiciste en esconder este madero santo, fue quedar otra vez vencido; *vencicte MARIA Madre del que triunfò en la Cruz,* y quedas oy vencido paraque una muger te coja en tus mesmos lazos, &c. Serm. impress. Valentiæ 1633. in 4. Hanc MARIÆ victoriam intelligo de illa pugna signata in illis verbis: Inimicitias ponam inter te & mulierem; quæ de peccato originali communiter intelliguntur. Deinde Christus Dominus in ligno Crucis primò ac præcipuè triumphavit de peccato originali; igitur loquitur de victoria Matris per ordinem ad illam primam culpam.

PHILIPPUS Salernus Siculus, Ordinis Minorum natione Italus, *de Conceptione Immaculatæ Deiparæ Virginis* Opusculum unum. Messanæ 1645. Vide Marraccium in Bibliotheca, & in Catalogo, & Waddingum fol. 294. Pistoiam fol. 159.

PHILIPPUS Sega, Episcopus Placentiæ, præcepit ut *dies Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* in sua Diœcesi ritè servetur, in Actis Synodalibus à se conditis folio 36. Et ut in foro Episcopali observetur *dies Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis,* ibidem fol. 355. Lib. impress. Placentiæ 1589. in 4. regali.

PHILIPPUS Stancarius, in Epistola ad Hieronymum Cavellum inter Epistolas S. Laurentij Justiniani, agit *de Conceptione Virginis & ejus puritate.* Euseb. Epistola 17. fol. 311.

PHILOCALUS Caputus, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Neapolitanus, in Sermonibus Panegyricis, sermone de SS. Joachimo & Anna asserit: *Quòd V. MARIA non contraxit maculam peccati originalis,* fol. 183. & alibi. Lib. impress. Neapoli 1642. in 4.

PHILOTHEUS Patriarcha Constantinopolitanus, natione Græcus, in Menæis sive Rituali die 16. Julij Ode 8. Canonis 1. sic pro Conceptione V. MARIÆ: *Tota pulchra es, ô Virgo! planè tota pulchra, tota nil nisi nitor* & species lucis; tota item Phosphorus, seu diem ac Deum offerens stella. Vide Simonem Wanereg. in libro dicto: Pietas Mariana Græcorum, & Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 7. adnot. 1. fol. 342.

Item, in Diataxi sacri ministerij vocat Virginem MARIAM per omnia & omnibus modis *superbenedictam* & glorioſam, &c. Sed quomodò diceretur per omnia & omnibus modis benedicta, si maledictionem incurrisset filiorum Adam? ut optimè notat R. P. Joannes Eusebius Nieremberg. lib. Exception. cap. 27. fol. 518.

PHOCIUS Constantinopolitanus Patriarcha natione Græcus, in lib. Normocanon, id est, Canonum conciliationes, ad diem 9. Decembris: *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ, utpote quòd in eo peragatur Conceptio castissimæ Matris Dei nostri,* titulo 7. cap. 1. folio 8. Lib. impress. Lutetiæ 1620. in folio. Item, in Homilia de Virginis MARIÆ Nativitate, inquit: Cùm divinæ gratiæ opus doceam, quid gratiam cogis servire naturæ, cujus illa sem-

per dominari comparata est, &c. Hanc auctoritatem pro Virginis Conceptione adducit Euseb. Nieremb. folio 245. & fol. 257. & citat Grand. tract. 1. disp. 3. sect. 1. §. 2.

Item, in Epistola de septem Synodis Oecumenicis ad Michaëlem Bulgariæ Principem vocat Virginem *Immaculatam & Immaculatissimam.* De his epithetis loquitur latè Eusebius Nieremb. lib. Excepr. cap. 8. fol. 69.

PICARDUS N. Lector, ac Doctor Theologus, in Magistr. Sententiarum dist. 3. lib. 3. tenet & defendit, *Virginem MARIAM Angelorum Reginam fuisse præservatam à peccato originali.* Ita Daniel Agricola in sua Corona Doctorum pro Conceptione, folio 175.

PIETARDLEUS Roselius de Iesi, Doctor Italus, edidit Librum sub hoc titulo: Girlanda de fiori è fruti odoriferi è suavi alla corona mystica *della Concettione dell' Immaculata Madre di Dio Vergine MARIA*, nelle presenti necessità de Sancta Chiesia Catholica Romana, &c. Impress. Anconæ 1609. in 8.

PIUS Archiepiscopus primus Hispalensis ac Sanctus, instituit festivitatem, & consecravit primum Templum Hispalense *Conceptioni Virginis MARIÆ.* Ita Antonius de Quintanadveñas in libro de Ecclesia Hispalensi, fol. 370.

PIUS Papa hujus nominis IV. (Joannes Angelus de Medices antea vocatus) patriâ Mediolanensis, *pro Ordine Conceptionis Beatissimæ Virginis* Bullas plures, de quibus vide Nodum Indissolubilem. Item, confirmavit egregium illud decretum Concilij Tridentini *à communi regula peccati originalis excipiens Virginem MARIAM.* Vide Velazquez fol. 347. Hippol. Marrac. in Pont. Marian. folio 197.

PIUS Papa V. Ordinis Prædicatorum, inter alias propositiones Michaëlis de Baio Doctoris Lovaniensis damnavit illam, quæ extracta ex ipsa Bulla, sic se habet: *Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis, &c.* Quas quidem sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento, hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias aures offensiones immittentes, respectivè ac quocumque super his verbo scriptoque emissa præsentium auctoritatè damnamus, circumscribimus & abolemus, deque eisdem & similibus posthac quoquo pacto loquendi, scribendi & disputandi, facultatem quibuscumque interdicimus, &c. Constitutio hæc Pontificis incipit: Ex omnibus afflictionibus, &c. Data ann. 1567. Kalendis Octobris, sui Pontificatûs anno 2. Extat transumptum illius in nostro Bullario, & in tomo 3. R. P. Joannis Martinez de Ripalda de Ente supernaturali ad finem.

Item, cùm multa officia reformaverit in Missali Romano, *officium tamen Conceptionis Virginis MARIÆ* non solùm reformavit, sed & recitari jussit per totam universalem Ecclesiam. De hoc vide latè Marraccium in Pontif. Marian. folio 198.

Item, vivæ vocis oraculo concessit, ut Fratres Minores recitarent *officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod incipit: Sicut. lilium, cum speciali Missa. Marraccius & alij.

Item, *de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, & quomodò loquendum sit de mysterio, Bullam unam expeditam die 30. Novemb. anno 1570. sui Pontificatûs 5. Extant diversæ impressiones Latinæ, & nos habemus illam traductam linguâ Hispanicâ per Thomam Garciam Dantisco, in folio expanso.

PLACIDUS Antonius de Haro Sotomayor, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Oratione panegyrica de S. Ildephonso §. 3. folio 13. inquit: Muchas significaciones dan diversos interpretes de la vision obscura; pero la que mas haze ami intento, y se ajusta à la letra de el texto es la de los que juzgan por este mar à MARIA, que en semejanza de espejo sin lo amargo de las olas, es christal, *sin lo impuro de sus verdes ovas vidrio, y à la semejanza de espejo le asiste Dios, &c.* Impress. Vallisoleti 1652. in 4.

PLACIDUS de Baillon, Ordinis Minorum Flander, Theses de Sacramentis in genere dedicavit *Immaculatæ Conceptioni Beatæ Virginis* MARIÆ. Fuerunt defensæ Tornaci 1644. mense Decembri, & impress. in charta expansa.

PLACIDUS Myrtus Frangipane, Clericus Regularis Italus, *de Immaculata Virginis Conceptione* Sermones linguâ Hispanicâ. Impress. Cæsaraugustæ 1635. in 4. & Matriti 1636. in 4.

Item, in libro Italicè traducto à Ioanne Alphonso Puzinello impress. Venetijs ann. 1636. extant omnes Sermones *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ*; sed nota, quòd illa verba in originali Hispano magnis characteribus scripta: Que publica y declara *los de su limpia Concepcion*, desint in traductione Italica; an verò hoc venerit ex incuria scriptoris, vel alterius malitia, ignoro.

PLACIDUS Nigidus Siculus Italus, in Explicatione Cantici Canticorum, cap. 4. folio 155. ad illud: Tota pulchra es amica mea, &c. inquit: Præclara pulchritudo tanto teste præclarior; & macula non est in ea, quæ sit aut esse possit, tanto Sole jam inde ab initio prospiciente. An est originale peccatum macula? sane est, & quidem turpissima. *Quod igitur incurrisse illam dicemus Virginem sine nota tanti testimonij*, &c. Lib. impress. Romæ 1616. in 4. Vide etiam illud: Sub arbore malo suscitavi te, folio 240.

Item, in libro cujus titulus est: Hortus deliciarum Beatæ MARIÆ Virginis, ad quem Christi fideles confugientes, flores devotionis erga Deiparam colligunt, &c. quamplura Opuscula erudita, satisque pia, nec non Sermones habet de Beata Virgine: *ejus immunitatem, à peccato originali præservationem, ac Immaculatam Conceptionem* miris extollit laudibus, celebrat præconijs, ac diversis exornat conceptibus. Vide ibi sparsim totum librum. Impress. Panormi 1638. in fol.

PLACIDUS Padiglia à Neapoli, Congregationis Cœlestinorum, in discurs. 7. super Psalm. Miserere, seu: David pœnitens, *Quòd Christus & MARIA, ille per naturam, ista per gratiam fuerunt exempti à lege communi, & non comprehensi caligine peccati originalis*, &c. Lib. impress. Neapoli 1624. in 4. & Romæ 1610.

Item, in lib. de Vultu seu pulcherrima Icone B. MARIÆ Virginis: *Quòd Virgo fuit absque umbra vel obscuritate peccati in sua creatione & in unione animæ ad corpus, nec Deus permisit ipsam contrahere*

re culpam originalem, cum qua omnis homo nascitur maculatus, &c. Item, *Quòd Beata Virgo MARIA fuit libera à peccato originali*, sect. 7. fol. 126. Item, *Quòd fuit libera ab omni macula peccati originalis in sua Concept.* sect. 8. fol. 155. Romæ 1624. in 4.

PLACIDUS Reynosa, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, in libro dicto: El Maestro Christiano, in tabulis pro Concionatoribus adducit indicem *pro Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Vallisoleti 1618. in 4.

PLACIDUS Samperius Messanensis, Societatis Jesu Italus, in Iconologia gloriosæ Virginis Matris Dei Protectricis civitatis Messanæ, de Congregatione Mercatorum *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* erecta anno 1609. lib. 2. fol. 214. Item, *de imagine Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* dicta de Sancto Bartholomæo, atque de ejus Confraternitate, lib. 4. cap. 10. fol. 486. per totum. Item, de fundatione Ecclesiæ sub titulo *Immaculatæ Conceptionis* à Petro Reynano ædificatæ, ibidem fol. 488. Item, *de imagine Immaculatæ Conceptionis* ac de ipsius Confraternitate existente in Oratorio Conventus S. Francisci, lib. 4. cap. 22. per totum, fol. 530. Item, de imagine antiqua Sanctæ Mariæ della Porta, seu *de Immaculata Conceptione*, atque ipsius Confraternitate, ibidem cap. 11. per totum. Lib. impress. Messanæ 1644. in fol.

PLACIDUS à Tosantos, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, sui Ordinis Generalis, & postea Elecitanus Episcopus, missus fuit à Catholico Hispaniarum Rege Philipo III. ad Sanctissimum Pontificem Paulum V. ut cum ipso ageret de diffinitione piæ opinionis mysterij *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, *&c.* Vide Antonium de Yepes, tomo 7. Annalium ad annum 1009. folio 104. Joan. Antonium Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta, differ. 9. adnot. 1. folio 362. & Wadding. in Legat.

POMPEIUS Aragonius Romanus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, edidit vivæ vocis oraculum à Paulo V. Pontif. Maximo acceptum concedens Fratribus Minoribus, ut singulis Sabbatis recitent *Officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod incipit: Sicut lilium, &c. Habeo copiam extractam ex Curia Romana. Ipsum adduximus in Armament. col. 174. Vide Purpur. Marian. fol. 384.

PONCIUS Vaicionensis Episcopus, natione Gallus, in Concilio Provinciali Avinionensi subscripsit Decreto ibidem promulgato *circa Conceptionem Immaculatæ Virginis Deiparæ*; ut videre est in Purpur. Marian. folio 369.

PORCHETUS de Salvaticis Januensis, Ordinis Carthusiensium, in libro contra perfidiam Judaicam, cap. 17. part. 1. folio 44. ad finem, inquit: Porrò quòd non solùm originaliter, sed etiam actualiter omnes homines fuerunt peccatores, non tantùm ex prædictis habetur; sed etiam ex eo, quod per Salomonem dictum est in Ecclesiast. 7. D. Quoniam homo non est justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Idem quoque Salom. dicit 2. Paral. 6. E. Non est homo qui non peccat, vel non peccet. Sanè intelligendū est, quòd *ex hoc Beata Virgo excluditur, quæ plena Spiritus Sancti gratiâ fuit semper à Deo ab omni peccato reservata*, *&c.* Lib. impress. Parisiis 1520. in folio. Nota illud ab omni, semper, & reservata.

POTTIER Presbyter Gallus, in libro: La Vierge Triumphante, divisé en trois parties, &c. part. 2. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali* à fol. 98. usque 164. latè. Lib. impress. Montibus 1641. in 4.

PRADUS de la Canal, Licentiatus Hispanus, ad devotionē venerabilis Matris Ludovicæ à Carrion, maximis characteribus in charta expansa illud: *MARIA sanctissima concebida sin pecado original*, scripsit. Fuit hoc impress. Nagaræ, anno 1616.

PRÆDICATORUM Ordo, in Cap. Generali Valentiæ celebrato ann. 1647. §. Confirmationes, n. 3. sic habet: Confirmamus Ordinationem sextam Capituli Generalissimi Romæ anno 1644. Verùm ulteriùs considerantes aliquas quæstiones singulares ob materiæ dignitatem, obscuritatem, & periculum promptiùs errandi in illis (quales inter alias sunt quæstiones *de Conceptione Beatæ Virginis*, & de præscientia futurorum, prædestinatione electorum, efficacia divinæ motionis, & universaliter de auxiliis divinæ gratiæ) indigere maturiori examine; ordinamus & omnino præcipimus in virtute Spiritus S. & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, nec non sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, hac una pro trina canonica monitione præmissa, & privationis omnium graduum ipso facto incurrenda, ne aliquis aliquid imprimere audeat spectans ad quæstiones prædictas, nisi priùs Romam ad Reverendissimum P. Generalem, vel Vicarium Generalem, seu qualitercumque vices Generalis ibi tenentem, mittat vel totum librum, si in eo per totum agitur de aliqua vel aliquibus illis quæstionibus; vel si totus liber non est de illis materiis, quaterniones illos, in quibus specialiter de eisdem quęstionibus tractat; prohibentes ne omnino vel minimum quid spectans ad quæstiones illas edat, quod ut supra, priùs non miserit Romam, & ibi non fuerit approbatum.

Item, R.P. Joannes de Marinis Magister Generalis totius Ordinis, per litteras suas expeditas anno 1663. die 14. Aprilis præcepit, ut in Regnis Hispaniarum dicerent Patres Dominicani inter concionandum Elogium illud commune & usitatum: *Benedictum atq; laudatum sit sanctissimum Altaris Sacramentum*, *& sacratissima Virgo MARIA concepta sine peccato originali in primo suæ Conceptionis instanti.* Ad cujus conformitatem R.P. Joannes Martinez de Prado Prior Provincialis Provinciæ Hispaniæ expedivit suas litteras ex Rupe Franciæ 1. Junii ejusdem anni, quarum clausula sic se habet: Præcipio sub stricta obedientia omnibus Religiosis hujus nostræ Provinciæ tam Prælatis quàm subditis, ut tam in nostris Conventibus, quàm extra illos dicant usitatum in istis Regnis Elogium *purissimæ Conceptionis nostræ Dominæ conceptæ sine peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis.* Et ut in omnibus nostris Conventibus, quamprimùm hæ litteræ fuerint receptæ, celebretur festum illius sanctissimi mysterii maxima solemnitate quâ fieri potest, concionando in dicta forma. Habemus duplex originale Hispanicum in folio, & Latinum in 4.

PRÆSES le Barre Gallus, in libro: Des Saincts Oeuvres utiles à tous fidels, &c. lib. 2. folio 13. *de Privilegio B. Virginis, cum quo fuit reservata aliqua particula in Adam & Eva ante peccatum, ut pura, nitida, & munda conciperetur, &c.* latè. Parisiis 1619. in 8.

PROCLUS Cyzenus Sanctus Græcus, in Homilia habita in Concilio Ephesino (quæ extat in ejus principio) postquam vocavit carnem Virginis impollutam, ait Ita ex utero Virgineo prodiisse purissimum illud Numen nihil quidem pollutum, *quem citra ullam sui labem formaverat. Ex hac quoq; nullâ maculâ contractâ processit*, id est, Verbum divinum. Igitur si formavit Deus uterum Virgineum citra omnem sui labem; nulla neque in utero, neque in Virgine fuit macula. Vide de hoc Auctore Eusseb. Nieremberg. lib. Excep. cap. 8. fol. 60. Turrianum in Epistola de Peccato originali, Salazar sæculo 5. Leon classe 9. Martinum Philippum in Theatro Excellentiarum Deiparæ tomo 2. sæculo 5. fol. 1206.

PROCOPIUS Gazæus vel Sophista, Doctor Christianus, in cap. 3. Geneseos opponens Evæ MARIAM dixit: *Gaudium & lætitiam toti mortalium generi annuntiavit*, humanique generis maledictionem, in quam devenerat, fugavit, &c. Quam auctoritatem sic explicat Eusebius Nieremberg. libro Exception. cap. 13. folio 174. Hæc annuntiatio intelligenda potiùs est in Conceptione Virginis in Annæ vulva, non in Conceptione Christi, & in utero Virginis: nam in ista tunc attulit gaudium; in illa tamen annuntians fugavit in se generis maledictionem per sanctitatem suam originariam.

Item, in Expositione Isaiæ Prophetæ, ad illa verba: Ecce Virgo concipiet, fol. 117. inquit: Natus est ergo ille Emmanuel in Sancta Virgine: cui cùm illa, quomodò futurum istud esset (quia virum non cognosceret) postulasset; in eam Spiritum Sanctum esse illapsurum virtuteque Altissimi obumbraturum, respondit Angelus. Nequaquam enim legi Deuteronomicæ, quæ mulierem admisso semine masculum enixam septem dies immundam haberi volebat, obnoxia fuit; sed nullo seminis auxilio facta Emmanuelis Mater, *pura intemerataque mansit*. Quoniam enim primus ille Adamus non nuptiali coitu procreatus fuerat, sed terrâ efformatus; & hic ultimus, qui ejus corruptionem renovat, in Virginis utero corpus sumit efformatum, ut ejus similitudinem habeat, quod peccato per carnem natum est, &c. Item, ad illud: Ecce Dominus ascendet super nubem levem, inquit: Enim verò nubis nomine corpus ipsum, in quo nobiscum versatus est, ideo forsitan significavit, quòd terrenis motibus liberatus corporeisque perturbationibus, qui nec peccatum ullum admisit, neque in ore fraudis quidquam habuisset, superior semper fuerit. Sunt tamen *qui per levem nubem sacrosanctam Virginem*, à qua in Ægyptum ulnis est delatus, intelligi arbitrentur, &c. Levem autem ideo dicit, ut depositio peccatorum onere agiliores nos fieri intelligas, sicut & sessione ipsa vel requiem vel certè potentiam significari. Neque enim in Legis observatione; sed in ea quæ per baptismum est perfectione, quâ etiam regnat in terris Christus, requiescit, &c. Lib. imp. Græco-Latin. Parisiis 1580. in fol. magno. Hujus auctoritatis verba parum dicunt pro Immaculata Conceptione: sed illa adduxi, ut cognoscatur, quòd nihil aliud habet pro hac materia: est tamen antiquus, & ideò non clarior.

PROSPER Spinula Italus, Episcopus & Comes, inter festivitates, in quibus jus non redditur, enumerat *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis*. Ita invenies in Actis Synodal. Lunensis Ecclesiæ, fol. 70.

PROSPERUS Martinengus Brixianus, Monachus Cassinensis Italus, in sua Theotocodia sive Parthenodia, de Palmæ nomine triumphali MARIÆ Virgini attributo propter ejus invictam fortitudinem, per quam cunctas vicit adversitates *& contrivit caput serpentis* antiqui, Theotocolidum unum, à fol. 96. usque 104. Et ibidem ad principium adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis cum attributo, folio 9. Item, de Lucis nomine Sanctæ Virgini attributo, inquit:

Porrò quis clarè vocamen convenire Virgini
Lucis almæ denegasset, quæ nihil caliginis
Sensit unquam creata in alvo Matris, alvo ve edita?

Item, de Lilii nomine Reginę Virginum attributo:

Namque floris candor hujus intelligi corporis
Corporisq; puritati congruit planissimè.
Nullaque ei peccati adhæsit insidens labecula:
Nam velut flos iste candet intus, atq; extrinsecus
Insimul; sic flore semper intimæ innocentiæ
Extimæq; integritatis Virgo sancta floruit, &c.

Vide ibi alia latè, folio 126.

Item, de Columbæ nomine S. Virgini attributo:

Ceu solet mollis rosa hirtis emicare sentibus
Atq; de tellure puella pullulare candidus
Lilij flos, prorsus expers terræ pulliginis:
Sicq; tali erecta honore, erecta tali origine
Nil venem sensit unquam, nil amarulentiæ,
Nil odij: sed tota crevit melle dulci dulcior, &c.

Impress. Romæ 1583. in 4. & 1589. cum commento in 4. regali.

PROSPERUS Urbanus Urbinas, Ordinis Minorum Italus, in Summa resolutionum Summæ Alexandri de Hales, part. 3. quæst. 8. folio 217. de Sanctitate Conceptionis Christi, inquit: At Beata Virgo, in parentibus ante suam Conceptionem per naturam fuit, in quibus minimè sanctificari potuit; ideo ante ejus Conceptionem nullus sanæ mentis sanctificatam fuisse dicere audebit. Nec etiam in ipsa Conceptione sanctificari potuit, cùm ad coitum sequatur, ad quem quantumvis sanctum natura movet secundùm inordinationem fomitis. Nec post Conceptionem ante animæ infusionem, cùm corpus humanum nonnisi ex unione ad animam possibilitatem habeat ad gloriam, & per consequens ad gratiam, quæ ad sanctificationem ordinatur. *Nullus tamen ambigere debet, Beatam Virginem post animæ infusionem ante ipsius Nativitatem in utero matris sanctificatam fuisse.* Et quidquid nonnulli fuerint arbitrati, Beata Virgo in sua prima sanctificatione à fomite omnino sanctificata fuit, ut quæ caro Beatæ Virginis, nedum in ordine ad suam beatam animam, verùm etiam in ordine ad Verbum divinum ex ea generandum sanctissima foret; jure secundò sanctificata est, ut puta in Conceptu Salvatoris, in qua non à culpa, sive à peccato aliquo sanctificata fuit; sed à vitiorum sordibus: & taliter, quòd ab ea ablata fuit omnis peccandi potestas, & liberata fuit à reatu privationis divinæ visionis pro eo quod attinebat ad personam; sed non pro eo quod attinebat ad naturam, &c. Impress. Urbini 1603. in 4.

PROTHO Prunensis Presbyter, libro 1. de magna Sapientiæ domo, scripsit *de immunitate Virginis MARIÆ*. Sic Salazar sæculo 12. & Serran. lib. 2. cap. 25. num. 19. Leon classe 9.

PRUDENTIUS Poëta antiquus, in Hymno 3. Cathemerinon, sic inquit:

Hec

Hec erat aspidis, atque hominis
Digladiabile dissidium,
Quòd modo cernua fœmineis
Vipera proteritur pedibus;
Edere namq; Deum merita
Omnia Virgo venena domat.

Vide Euseb. Nieremb. lib. Dissert. epist. 15. folio 278. & in Sacro-syl. §. 7.

P. R. Augustinianus Gallus, in libro dicto Gallicè: Instructions pour ceux de l'Archiconfrairie de la Ceincture de S. Augustin, &c. folio 73. die 8. Decembris: *Festo Conceptionis Beatissimæ Virginis* Indulgentia plenaria, duratque totâ octavâ. Impress. Parisiis 1619. in 16.

PSALTERIA diversa habent festivitatem Immaculatæ Conceptionis, quorum vidi sequetia:

Psalterium antiquum in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Conceptio MARIÆ.* In Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini num. 331. in 8.

Psalterium antiquum in charta pecorea, ut ex laminis & figuris colligitur, Patrum Benedictinorum, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ.* In Biblioth. D.D.. Cardinalis Barberini num. 351. in 12.

Psalterium antiquum in charta pecorea manuf. pulcherrimè, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ Virginis* aureis characteribus. Extat in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini.

Psalterium antiquum manusc. in charta pecorea, ad diem 8. Decembris rubeis characteribus: *Conceptio S. MARIÆ Virginis.* In Biblioth. D. D. Card. Barberini num. 334. in 4.

Psalterium Cardinalis Bessarionis, deliciæ Urbani VIII. maximo, optimoque Pontifici benefactori donatum à Fratre Felice Francischino de Cassa Ordinis Minorum Conventualium, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio Virginis MARIÆ* duplex. In Biblioth. D. D. Cardin. Barber. num. 323. in charta pecorea.

PTOLOMÆUS Veltronius, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, in indice materiarum ad Constitutiones ejusdem Ordinis ponit: Quòd *festum Conceptionis* debet observari in judiciis, &c. ut videre est in lib. impress. Romæ 1588.

PUGET de la Serre, Gallus vel Belga, in libro: Les sainctes affections de Joseph, & les amours sacrées de la Vierge, folio 8. *Quòd prærogativa supernaturalis B. Virginis fuit, esse concepta absq; peccato.* Impress. Antuerpiæ 1631. in 8.

Q

QUIDAM Antiquus Auctor ad Legendarium, hoc est Sanctorum vitas, commune ac celebratissimum (vocatum à proprio suo Compilatore Jacobo de Voragine Archiepiscopo Januensi Ordinis Prædicatorum, Historia Lombardica, de qua invenimus in diversis Europæ Bibliothecis triginta originalia manuscripta) addidit aliquas legendas, quarum illa num. 188. est de Conceptione Sanctæ MARIÆ Virginis, in qua ad principium de institutione hujus festivitatis, sic incipit: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus & Pastor Anglorum, Coëpiscopis suis cunctisque Orthodoxis salutem & perpetuam in Domino benedictionem. *Conceptio venerandæ Dei Genitricis & perpetuæ Virginis MARIÆ*, dilectissimi Fratres, quemadmodum per multorum signorum experimenta in Anglia & Francia cæterisque conclymatibus celebranda sit olim declarata, me narrante, audiat dilectio vestra. Tempore namque illo, quo divinæ placuit pietati Anglorum gentem de malis suis corrigere, suæque servitutis officijs arctiùs astringere, glorioßissimo Normannorum Duci Guilielmo eandem Patriam debellando subegit, & Regi eorum, Eraldo nomine, impio & tyranno Clericj; persecutori, & honoris Ecclesiastici subversori reddidit in bello pro meritis talionem. Quo cæso Guilielmus factus Dei virtute & industria sua Anglorum Rex, totius Ecclesiasticæ dignitatis honores in meliùs reformavit. Cujus piæ intentionis operibus invidens ille bonorum omnium inimicus diabolus, tum familiarium fraudibus, tum extraneorum incursibus multoties conatus est ejus obsistere successibus; sed Domino protegente ad nihilum deductus est malignus. Audientes autem Daci Angliam subjectam esse Normannis, graviter indignati se suo quasi hæreditario jure privari, arma præparant, classem aptant, ut eos adeuntes à data sibi divinitus Patria expellant. Hoc comperto Guilielmus Rex prudentissimus Helsinum quendam Religiosum Abbatem Ramesiensis Cœnobij ad Daciam dirigit, ut inquirat veritatem hujus rei. At ille vir admodum sagacis ingenij strenuè negotium Regis exequitur. Quo fideliter peracto ad Angliam reverti cupiens, mare ingreditur: & jam maximam partem maris prospero cursu transierat; cùm subitò densis surgentibus undiq; ventis, horrida tempestas cœlum commovit & undas. Fatigatis igitur nautis, nec ultra valentibus obniti, fractis remis, funibus ruptis, cadentibus velis, spes salutis amittitur, & nihil nisi submersionis indicium miserabiliter expectatur. Cùmque de salute corporum desperati, animarum curam solummodò Creatori suo magnis clamoribus commendarent, & Beatissimam Dei Genitricem Mariam miserorum scilicet refugium & desperatorum spem devotè invocarent; subitò quendam venerandæ habitudinis virum Pontificali infula decoratu, quasi inter undas navi proximum viderunt. Qui advocans ad se Helsinum Abbatem, his verbis cœpit compellare eum: Vis (inquit) periculum evadere? vis in Patriam sanus ire? Cùmque ille cum fletu in toto corde desiderare id solùm se & expetere responderet; tunc ille: Scias (inquit) me ad te à Domina nostra Dei Genitrice Maria, ad quã dulciter reclamasti, directum; & si dictis meis obtemperare volueris, sanus cum comitibus imminens evades periculum maris. Spondet ille illico se ei in omnibus obtemperaturum, si hoc evaderet periculum. Promitte (inquit) mihi & Deo, quòd diem Conceptionis & creationis Matris Christi celebrabis & celebrandũ prædicabis. At ille, ut vir prudentissimus: Et quis (inquit) mihi dies hoc festo erit celebrandus? Sexto (ait) Idus Decembris hoc festum tenebis. Et quo (inquit Abbas) officio utemur in Ecclesiastico obsequio? Omne (inquit) officium, quod dicitur in Nativitate ejus, dicetur in Conceptione, excepto quòd nomen Nativitatis mutabitur in nomen Conceptionis. His dictis ille disparuit, & citiùs dictu sedata tempestate, Abbas cum suis incolumis concito flatu applicuit Anglicis litoribus; & quæ viderat & audierat, quibus potuit, notificavit. Statuit autem idem festum in Ramesiensi Cœnobio solemniter celebrari, & ipse quoad vixit devo-

devotis obsequijs solemniter celebravit. Et nos ergo, Fratres charissimi, si portum salutis volumus apprehendere, Dei Genitricis creationem & Cōceptionem dignis officijs celebremus, ut ab ejus Filio digna mercede remuneremur. Qui cum Patre & Spiritu S. vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Rursum hæc solemnitas alio modo alibi declaratur: Temporibus namque Caroli Regis Francorum Clericus quidam Ordine Levita Regis Hungariæ germanus, Beatam Dei Genitricem MARIAM toto corde diligere, ejusque Horas cantare solitus, Parentum suorum consilio nubere voles, cum quadam adolescentula pulchra valde, accepta à Presbytero nuptiali benedictione die quadā, Missā etiam jam celebratā, recordatus quia ejusdem Beatæ MARIÆ Virginis Horas die illa juxta morem suum non cantaverat, omnes ab Ecclesia exire coëgit, sponsam domum mittens, & ipse juxta Altare solus remansit. Cùmque solus Dominicæ Matris Horas decantando, hanc Antiphonam, scilicet: Pulchra es & decora, cantaret: subitò apparuit ei Domina nostra & perpetua Dei Genitrix Virgo MARIA cum duobus Angelis dextram ejus & lævam tenentibus, dicens ei: Siego sum pulchra & decora, quid est quòd me dimittis & aliam sponsam accipis? Nunquid non ego sum pulchrior illâ? nunquid non ego sum optimè formosa? nunquid non ego sum valde decora? ubi vidisti tā pulchram? Cui ille: Domina mea (inquit) claritudo tua omnem pulchritudinem mundi excellit; tu es super Thronos & Choros Angelorum elevata: tu es super cœlos cœlorum exaltata. Quid ergo vis ut faciam? At illa: Si sponsam (inquit) carnalem cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti Regno habebis. Et si Conceptionis meæ festa annuatim 6. Idus Decemb. solemniter celebraveris, & colenda prædicaveris, mecum in Regno Unigeniti mei laureatus eris. His itaque dictis, Domina nostra ab oculis se videntis disparuit. Clericus domum redire nolens, absque Parentum suorum consilio illico Abbatiam quandā ingressus Monachi habitu decoratur. Ubi post exiguum tempus meritis Beatæ MARIÆ semper Virginis (quæ diligentes se semper remunerat, decorat & beatificat) Aquileiæ Episcopus Patriarcha factus, festum ejusdem Conceptionis die præfato quamdiu vixit annuatim cum proprijs etiā octavis diligenter celebravit, & celebrandū prædicavit. Iterum hæc festivitas aliter alibi declaratur: in Pago Gallico Canonicus quidam Ordine Sacerdos, solitus cantare Beatæ MARIÆ Virginis Horas nocturnales, à Villa quadam (ubi cum uxore cujusdam adulteratus fuerat) rediens, ad oppidum ubi morabatur tendere curans, fluvium Sequanę transmeare cupiens, solus navim ingressus, Dominicæ Matris Matutinas navigando canere cœpit. Cùmque Invitatorium: Ave MARIA gratiâ plena Dominus tecum, diceret & jam in medio fluminis esset: ecce dæmonum turba unà cum ejus navicula eum præcipitaverunt, & ejus animam (sicut promeruerat) rapuerunt ad tormenta. Die autem tertio, ad locum quò dæmones eam tormentis afficiebant, venit Beata Virgo MARIA cum Sanctorum turba dicens eis: Ut quid mei familiaris animam injustè afficitis? Nos (inquiunt) eam debemus habere, quoniam capta est in nostro opere. Si illius (inquit) Virgo esse debet, cujus opera faciebat, ergo nostra esse debet; quoniam Matutinas nostras dum vos eum peremistis, decantabat. Unde magis rei facti estis, quia erga me iniquè egistis. His itaque dictis, dæmonibus huc & illuc fugiētibus, sanctissima Virgo animam reduxit ad corpus, & per brachium hominem ab utroque funere resuscitatum arripiens, aquam à dextris & sinistris quasi murum stare jubens de profundo fluvij ad portum incolumem adduxit. At ipse gavisus pedibus ejus prostratus, ait ei: Charissima Domina mea & Virgo gratissima, quid tibi retribuam pro tantis beneficijs quæ mihi feci sti? Precor (inquit Dei Genitrix) ne ampliùs in adulterij peccata cadas; Conceptionis meæ festa sexto Idus Decembris solemniter celebres & celebranda denunties. Mox, ut ipsa locuta est, cœlos eo vidente ascendit. At ipse eremiticam vitam ducens, quod sibi acciderat, cunctis audire cupientibus enarravit, & quamdiu vixit eadem festa celebravit & celebranda prædicavit. Et nos ergo, Fratres charissimi, hoc idem nostra auctoritate Episcopali corroboramus, & præcipimus, ut nullus vestrùm ita sit rebus temporalibus aut proprijs delictis occupatus, quin Beatæ MARIÆ Virginis venerandam Conceptionem annuatim celebret, & ejus Horas per unumquemque diem, excepto die Dominico vel die novem Lectionum, decantet. Unde etiam notandum est, quòd si aliquis propter peccatorum suorum desperationem Dei officium facere noluerit, dupliciter coram Deo reus erit. Uno modo quia peccatum fecit, altero quia pro peccato suo Deo servire noluit. Hinc ad Petrum Dominus ait: Si te peccatorem consideras, oportet ut à te Deum tuum non repellas. Deum à se repellit, qui propter peccata bonum opus facere renuit. Sed nos peccatores esse recognoscimus; oportet ut Dei Genitricem apud Filium suum exoratricem & auxiliatricem habeamus: si enim adversùm nos summus Judex pro nostris facinoribus iratus fuerit, ipsa nobis potest facere Filium placatum, quæ eum genuit. Nullus erit tantus peccator in hoc sæculo, si ipsa Filium suum exoraverit pro eo, quin recipiat veniam in futuro; quidquid enim à pio Filio suo petierit, totum veraciter obtinebit. Quid de Theophilo dicemus? Theophilus vice-Dominus cujusdam Episcopi Ciliciorum extitit: hic postquam accusatus apud Dominum fuit, & à proprio officio expulsus, paupertate contritus cujusdam Judæi consilio, qui cum diabolo per artem magicam usu loquebatur, christianitatem suam abnegans eidem diabolo semetipsum servum commendavit. Unde valde post exiguum tempus pœnitens, in quadam Beatæ MARIÆ Virginis Basilica per quadraginta dies ante ejus imaginem plorans vigilavit. Cui præ nimio labore & lassitudine precum dormienti apparuit Beata Virgo MARIA, & corripiens eum reddidit ei chirographum quod diabolo præfati Judæi dederat, quod ipsa Dei Genitrix ab ipso vi abstulerat. Tunc Theophilus evigilans super pectus suum chirographū positum invenit, & mox crastina die hoc Epis. cunctisque civibus enarravit; & statim idem Episcopus data sibi pœnitentia salutari & absolutione facta, duxit illum ante altare ad communicandum. Dum autem corpus Christi de manu Episcopi acciperet, descendit super illum Spiritus sanctus in specie solis & refulsit facies ejus ut sol. Deniq; in præfata Basilica tribus diebus totidemque noctibus agens Deo &

Beatæ

B. Mariæ grates, insistens precibus & consilijs ut dies Concept. B. Mariæ (ut prædictum est) solemniter celebretur, spiritum Deo reddidit. Ecce qualiter B. Maria Theophilum desperatum ad veniam reduxit, & præfatum Presbyterum triduanum mortuum etiã à dæmonibus eripuit & ad vitam revocavit. Quantò ergo magis, Fratres charissimi, beatos faciet illos qui eam assiduè invocabunt, si eos qui solo momento eam interpellaverunt, miserens iuvit. Sanctionenses namque & Romani ejus Matutinas cum novem Lectionibus die Sabbatorũ bono more decantantes gratiam ejus adquirunt. Nulli ergo sit pigrum, nulli onerosum celebrare ejus festa. Sciendum, quòd sicut in sancta Ecclesia colitur Nativitas ejus, sic debet et coli Cõceptio ejus. Sicut enim ad salvandum genus humanum olim fuit necessaria Nativitas, sic fuit Conceptio ipsius. Nisi conciperetur, minimè nasceretur. Jussu Dei concipitur & nascitur. Quæ nisi nasceretur, mundi Redemptor ex ea non nasceretur; imo si divina generatio perspiciatur; specialis Conceptionis ejus forma major esse approbatur quã Nativitatis. Sic Conceptio B. Virginis major esse concluditur, quàm Nativitas: magis enim est sanctissimum corpus Virginis cum beatissima sui anima, quam de nihilo creavit Deus, concipi & conjungi, quàm per Nativitatem in esse continuari; sicut res major Adam à Deo creari, quàm filios Adæ de matre naturaliter nasci. Cujus ergo Nativitas sancta est, ejus Conceptio non immeritò sancta erit. Quisquis igitur Præsul, Abbas & Prælatus es, recole diligenter eius solemnia, & cunctos jube eam colere: quòd si eam toto corde amaveris, numquam à gradu tuo depositus eris. In memetipso probavi quod aio. Erubescant omnino insensati, qui tantum diem tantaque sacramenta ac mysteria tenebris ignorantiæ excœcati respuunt celebrare, eò quòd viri & mulieris copulatio in Conceptione Virginis extitit. Si ejus Conceptionem idcirco quòd carnalis extitit stultis non placeat hodie celebrare; tamen diẽ illam & noctem, quamvis sit multis incognita, & tempus & horam, spiritualis Conceptionis ejus scilicet, hodie celebrare delectet, quã ipse animarũ Creator animã suæ Matris dignam sanctissimo corpori Virginali ejus Angelis ministrantibus copulavit; quam etiam diem primam nostræ reparationis & & salutis dispositor nostræ salvationis inter cæteras dies fecit, prælegit & sanctificavit. Nam quòd sunt duæ conceptiones hominis, omnibus notum est peritis: una spiritualis, alia carnalis. Una quidem, quã carnalis copulatio viri & mulieris agitur; alia, quã spiritualis anima nova & pura Deo operante corpori divinitus datur & adunatur. Si non placet illis celebrare solemnia Conceptionis carnalis Dominicæ Matris, placeat eis colere animæ ejus spiritualem creationem & corporis animæque copulationem. O quanta est dies illa, quã nostræ reparatricis anima digna creatur & consecratur, & sanctissimo corpori unitur! *Non est verus amator Virginis, qui despicit colere diem eius Conceptionis.* Erubescant iterum insani qui hanc diem colere nolũt, idcirco quoniam aliorum Sanctorum Conceptiones minimè colere consuevit Ecclesia. Maxima quippe rusticitas est eam aliis Sanctis in hoc comparare, in qua Deus carnem assumpsit, quam etiam super omnes Sanctos & Archangelos in cœlo sublimavit. Quamvis enim cæteris Sanctis dies Conceptionis eorum non sit concessum ut celebrentur; illi tamen à Spiritu sancto concessum est, quę major & excellentior cunctis est. Pulchrè & dignè hanc dominationem super cæteros Sanctos illa debet habere, per quam omnes Sancti sanctificantur & beatificantur. Dicitur enim Christus Sanctus Sanctorũ, & dicitur hæc Sancta Sanctorum: & sicut sine more summus rerũ dispositor super omnes Sanctos & Sãctas illam dignitatẽ ei tribuit, ut Verbum caro factum V. conciperet & V. pareret, & post partum Virg. permaneret, sic ipse præ omnibus absque more hanc dignitatem illi justè contulit, ut Conceptionis & Nativitatis ejus solemnia sacrosancta in sancta celebrentur Ecclesia. Quid longius? Conceptionem Dominicæ Matris colere, est Christi generationem commemorare: nam V. Mariæ Conceptio, Christi generationis est linea. Quapropter Evangelium, Lib. Generat. hac die sicut in Nativitate D. ante Matutinas Laudes bono more decãtamus, & ad Missã legimus. *Meritò igitur colitur & Filij generatio, & Matris Conceptio: quoniam Conceptio & Nativitas Matris generatio est Filij.* Celebremus ergo dignis officijs alacriter utrãq; Cõceptionem, spiritalem scilicet & humanam, ut ipsius meritis & precibus à sæcularibus curis & à cunctis vitijs mereamur eripi & ad gaudia paradisi perduci, præstante Jesu Filio ejus, qui cum Patre & Spiritu S. & Matre sua Maria vivit & regnat Deus per infinita sæcula sæcul.

Item, ex Sermone S. Anselmi de eadem festivitate Conceptionis apponit sequentia verba: Principium, quo salus mundi processit, mihi considerare volenti occurrit hodierna solemnitas, quæ de Conceptione Beatiss. Matris Dei Mariæ multis in locis recolitur. Nec magni ponderis est omne, quod dignitati aut honori ejus humana laude defertur, si meritis illius & insignibus comparatur. Tantorum namque bonorum consummatio, quæ per ipsam Beat. Domini Matrem toti creaturæ provenerunt, videtur admonere omnem mẽtem humanam pietatis affectu exordium suum considerare, quàm sublime, quàm divinum, quàm ineffabile fuerit. Nec mirum; fundamentum siquidem & quasi quoddam sacrarium civitatis & habitaculũ summi boni in ea ponebatur, & mansio lucis æternæ & incorporalis (quam corporaliter inhabitaret ille incorporeus & incircumscriptus & creans simul & vivificans omnia spiritus) parabatur. *Beata igitur Virgo MARIA* vera Mater Dei futura, sicut eum qui supra omnia est incomprehensibilis, verum erat hominem & ineffabili modo de sui substantia Virgo paritura, ac per hoc in Deitatem illius transitura; ita non absurdè credi potest, promordia Conceptionis ejus tantæ dignitatis sublimitate præsignata, ut humanarum cõceptio mentium ea plenè penetrare non valeret. *Et ideo ejusdem Conceptionis dies festivis laudibus à cunctis fidelibus meritò celebratur:* de ipsa quippe multis sæculis ante ortum ejus Isaiam Spiritu sancto afflatum dixisse constat: Egredietur *virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Hæc itaque virga quæ talem ex se protulit florem; nullo dissentiente, Virgo Maria fuit; & flos qui de radice ejus ascendit, benedictus Filius ejus, super quo & in quo omnis plenitudo divinitatis essentialiter requievit. Hæc igitur Virgo tanti Filij dignissima Parens, cùm in alvo suæ parentis naturali lege conciperetur,

quis non concedat Dei Sapientiam à fine usque ad finem pertingentem, cuncta implentem, cuncta regentem, novo quodam & ineffabili gaudio cœlum & terram, & omnia quæ in ejs sunt profundissima ac ineffabili jubilatione pro sua reintegratione quam per illam sibi eventuram divinâ & occultâ inspiratione prævidebat, perlustrasse? Sed cùm ipsa Conceptio fundamentum fuerit habitaculi summi boni, si peccati alicujus ex primæ prævaricationis origine maculam traxit; quid dicemus? Utiq; divina voce dicitur ad Hieremiam: Priusquam te formarẽ in utero, novi te; & antequam exires de ventre, sanctificavi te, & Prophetam in gentibus dedi te. De Joanne quoq; Angelus qui eum nasciturum prænuntiabat, asseruit quòd Spiritu S. replebitur adhuc in utero matris suæ. Si igitur Hieremias, qui in gẽtibus erat Propheta futurus, in vulva est sanctificatus; & Joannes Dominum in spiritu & virtute Eliæ præcessurus, Spiritu S. est ex utero matris repletus; quis dicere audeat totius sæculi propitiatorium & unici Filii Dei omnipotentis verum & dulcissimum reclinatorium mox in suæ Conceptionis exordio Spiritûs S. gratiæ illustratione destitutum, testante sacra Scriptura: Ubi Spiritus Domini, ibi libertas à servitute? *Igitur omnis peccati liberrima fuit*, quæ omnium peccatorum propitiatorium & aula, in qua & ex qua personaliter homo fieret, Spiritus Sancti præsentia & operatione construebatur.

Item, ex Decreto Concilij Basileensis adducit integram Sessionem sic: Sacrosancta Generalis Synodus Basilegnsis in Spiritu Sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, Ad perpetuam rei memoriâm. Elucidantibus gratiæ divinæ mysteria mercedem gloriosam repromisit æterna Dei Patris Sapientia, dum ait: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Quod etiam de gloriosa Virgine, quæ ipsam priùs Sapientiam Dei Filium æternum in utero protulit ac mundo peperit, Sacrosancta legit Ecclesia. Nam quidquid de dignitate & sublimitate Virginis Matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudẽ & honorem Filij sui pertinere: & qui honorificant gratiam & sanctitatem Matris, honorificant & elucidant gloriosum nomen Filij ejus, qui ipsam sanctificavit & replevit gratiâ. Unde si in cæteris rebus elucidatio veritatis, quę à Domino Deo est, præclara merita parturijit, in ea re specialiter fructus uberrimos inferre spectanda est, quæ sanctificationem & dedicationem Templi illius concernit, in quo ante sæcula antequam terra fieret, & ab æterno sibi mansionem ordinavit prima & æterna Veritas. Idque maximè congruit, ut parum habeatur in quæstionibus concernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hactenus verò difficilis quæstio in diversis mũdi partibus, & coram hac sancta Synodo super Conceptione ipsius gloriosæ Virginis MARIÆ Matris Dei & exordio sanctificationis ejus facta est, quibusdam dicentibus ipsam Virginem & ejus animam per aliquod tempus aut instans temporis subjacuisse actualiter originali peccato, aliis autẽ è converso dicentibus à principio creationis suæ Deum ipsam diligendo gratiam eidem contulisse, per quam à macula originali illam Beatissimam personam liberans & præservans, sublimiori sanctificationis genere redemit, cùm fundaret eam ipse Altissimus, & ipsam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset Mater ejus in terris. Nos igitur verò diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ jam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrinę coram hac sancta Synodo allegatę sunt, aliisque plurimis super hac re visis & matura consideratione pensatis; *illam doctrinam differentem gloriosam Virginem Dei Genitricem præveniente & cooperante Divini Numinis gratiâ singulari nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immunẽ semper fuisse ab omni originali & actuali ruga, sanctam, & Immaculatam, tanquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, Fidei Catholicæ, rectæ rationi & sacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam diffinimus*; & declaramus nulli de cætero licitum esse in contrarium prædicare seu dicere. Renovantes præterea institutionem de celebranda ejus Conceptione, quæ tam per Romanam, quàm alias Ecclesias 6. Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebrata est; statuimus & ordinamus eandem celebritatem præfata die in omnibus Ecclesiis, Monasteriis & Conventibus Christianæ Religionis, sub nomine Conceptionis festivis laudibus celebrandam esse. Cunctisque fidelibus verè pœnitentibus ac confessis eadem die Missarum solemniis centum, primis autem & secundis Vesperis & Matutinis totidem; Sermoni verò verbi de ea festivitate interessentibus centum quinquaginta dies concessione perpetuis temporibus duratura de injunctis sibi pœnitentiis hæc sancta Synodus elargitur. Datum in sessione nostra publica in maiori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata 15. Kalend. Octob. an. à Nativitate Domini 1439.

Item, denique sub hoc titulo: Sequuntur miracula de Conceptione Beatissimę Virginis MARIÆ, refert sequentia, sic dicens: Ad informationem deniq; hujus veritatis de Conceptione Beatissimæ Virginis Genitricis Dei, inveniuntur plura scripta miracula in libro, qui dicitur Defensorium Virginis, appenso catenis in pluribus Librariis, fuitq; compositus circa annum Domini 1390. ubi sic scribitur: Quidam Baccalarius formatus de Ordine Carmelitarum in quadam disputatione facta Parisius in Scholis uni de Ordine Prædicatorum retulit, quòd tempore Cancellariatûs Magistri Joannis de Tolete, cùm in Provincia Bohemiæ in Civitate Cracovienſi *quidam Frater Prædicatorum in ambone prædicasset populo Virginem gloriosam in peccato originali conceptam, subitò corruit, & portatus ad locum habitationis suæ paulò post obiit.* Hæc asserebat referentibus viris honorabilibus Magistris in Theologia, scilicet Henrico de Hassia & Magistro Henrico de Huta, & Magistro Joanne de Bolonia Doctore in Medicina, & Baccalario in Theologia, qui hæc se vidisse & interfuisse dicebant. Ex his conclusit dictus Baccalarius, quòd credebat istam opinionem de originali in Virgine post tanta miracula esse sufficientem in fide. Item, V. Doct. Giroldus de Piscariis Ordinis Minorũ hujus pię conclusionis adversarius existens, cùm semel in sermone de Concept. contra sacram Virginem diutiùs prædicasset, finito sermone Missam suam devotissimè celebrans elevatione corporis Christi facta, eadem Virgine sibi præsentia apparente, correptus fuit; & speciebus panis ab altari sublatis, inquit Virgo: Qua fronte corpus de me sumptum sumere vis, Frater inique, quam hodie tam verbis quàm factis voluntariè

tariè maculasti? Ipso autem magnis gemitibus petente veniam, Eucharistia sibi reddita fuit: Missam finivit, & immediatè ascendens pulpitum, *quod in primo Sermone contra Virginem dixerat, revocavit*; & miraculum referens ad longum fecit Sermonem, sicut ego ipse habui à pluribus fide dignis. Item, in civitate Idoni cùm quidam Frater Ordinis Prædicatorum Viennensis nationis *de materia Conceptionis* coram Magistro Odonij Campanensi Ordinis Beatæ MARIÆ respondere deberet, magno populo congregato, in Ecclesia Cathedrali Monachorum dictæ civitatis; & cùm positionem suam dictus Frater dicere vellet, à Deo mirabiliter tactus, quasi mutus & amens factus est: deportatus autem per Fratres suos ad locum Religionis eorum, octava die eadem amentia continuata mortuus est, sicut habui ab illis qui præsentialiter affuerunt. Item, in villa Brinæ Lemovicensis Diœcesis quidam Lector de Ordine Prædicatorum *istum articulum Concept. ita odiosum habebat, ut nunquam sermonem faceret, quin Virginem conceptam in originali peccato diceret*, & fundaret in suo Conventu. Quadam die solenni, in qua Sermonem de dicta materia fecit, ipso inter Fratres suos magno populo præsente ad divinũ officium existente, quidam lupus à silvis veniens usque ad Conventum istum, secretè accedens dimissis parvis & magnis usque ad Chorum ascendit, & dictum Fratrem per guttur arripiens interfecit, sicut Parisijs & in ipsa terra clara fama & publica attestatur. Hæc in dicto libro, qui Defensorium Virginis dicitur, plenius continentur. Illud autè inter alia miracula meritò mirandum venit, quòd quidam Alexander de Hales Doctor in Theologia famosissimus sibi accidisse refert in lib. ab eodem compositio, qui dicitur Mariale continens sex libros partiales, in quibus diversa capitula sunt, cujus primum capitulum intitulatur de Genealogia Beatæ Virginis, & incipit: Sancta, & sublaudabilis Virgo Dei Genitrix MARIA ab æterno prævisa. Inter alia autem lib. 3. hujus voluminis cap. ult. quod intitulatur de Conceptione Beatæ V. incipit: Fiat lux. Post responsionem ad quamdam injectionem dicentem Virginem conceptam fore copula maritali, dicitur sic: Nonne possibile est, ut talis actio ad inspirationem Spiritus sancti perpetrata, & speciali præcepto cõpleta absque omni peccato exerceatur? sequitur post pauca: Ego ipse qui hoc scribo, dum publicè legerem in Theologia, vehementer erravi, asserendo quòd dies Conceptionis B. MARIÆ celebrandus non esset: unde & quolibet anno illa die legere decreveram, sicut & in profestis diebus consueveram; & protestor solemnissimè, quòd repentino morbo vexatus fui Oxoniæ singulis ann. illa die, ita quòd nullo modo illa die susceptum magisterij officium exequi valerem: sive casus ageret, sive divina voluntas, quisque considerare potest. Sed & viri prudentes qui me tunc temporis in scholis audierunt, me secretò corripuerunt, eò quòd impugnare velle videbar diem festum celebrantes Conceptionis B. Virginis. *Ego verò doceo, assero & credo illos bene vidisse, & potiùs in hoc commendandos fore, qui piè & devotè sæpe dictum festũ celebrare satagunt in honorem perpetuæ Virginis MARIÆ.* Hæc ille. Offert se præterea illud commemorandum, quòd cùm super hac materia de sancta Conceptione Beatissimæ Virginis fierent publicæ disputationes coram Sancta Synodo Basileensi, quamplures ex Patribus interessentibus retulerunt singularia beneficia miraculosè à Deo recepisse ob devotionem quam habebant ad celebritatem de hac sancta Conceptione B. V. Inter quos autem reverendus in Christ. P. & D. Bernardus Episc. Montis-Albani die sabbati 21. Apr. ann. 1436. quando 1. allegatio facta fuit publicè de hac materia, retulit qualiter eo equitante super pontem fluvij, qui est inter civitatem Ebredunens. & oppidum S. Crispini, ipse pons erat ruptus in medio eo loco super flumen ubi erat majus periculum, habens unum magnum foramen; & eo inadvertente, equus quem equitabat transiens ex illa parte ubi pons ruptus erat, posuit duos pedes anteriores super dictum foramen vacuum. Cumque rueret in præceps ad aquam, iamque caput equi esset quasi infra pontem, concussus pavore magno invocavit B. V. in auxilium suum, *vovens celebrare annuatim festũ de sua S. Conceptione*; & nesciebat referre qualiter exivit: scilicet statim absq; læsione aliqua sui vidit se positum in securo ab altera parte foraminis. Unde ex tunc majori spiritũs cum devotione continuavit celebrationem dictę festivitatis. Item, Magister Joannes Roreti Canonicus Aniciensis in Sermone ab eo facto de hac celebritate coram sancta Synodo Basileensi anno Domini 1435. inter alia miracula retulit de Domino Helia de Lestrangiis Episcopo dictæ Ecclesiæ Anicensis proximè defuncto, quòd cùm dictus Reverendus Pater in Universitate Tolosana in die celebritatis Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis contra hanc sanctam Conceptionem prædicare decrevisset, & priusquã ascenderet ambonẽ, solito more funderet orationem ante altare ad Virginem MARIAM; *& eo ibi existente, omnes orationes & puncta, quæ contra Concept. V. conceperat, subitò de sua memoria evanuerunt oppositis & contrarijs in eadem fixè permanentibus: coactusque est ad confusionem vitandam oppositum sui propositi prædicare.* Quem casum ut sibi contingeret, ad exaltationem V. quamdiu vixit, privatim & publicè frequentiùs enarravit. Item, aliud assertum est quòd Barchinone in Monasterio Beatæ MARIÆ de Mercede consuetudo est, præterquam in diebus Paschæ & paucis maximis festivitatibus, omni die tribui Fratribus panes recentes coctos eadem die summo manè. Quadam autem vice, cũ in die hujus festivitatis de sancta Conceptione Virginis pistor præparasset massam, velletq; ex ea panes formare, discooperiens reperit eam quasi esset coagulatus sanguis respersa nigredine, aut lutum ad modum cœni. Divulgatâq; postea notitiâ miraculi hujus, *publicè ordinatum est per civitatem suo municipiali statuto, quòd ea die Concep. non incendantur furni*; & ita in civitate observatur continuè usq; in hodiernum diẽ. Præter hoc autem, tempore Joann. Regis Aragonię bonæ memoriæ, qui circa annum Domini M. CC CC. regnavit in regno Aragoniæ, habita primò coram ipso solemni & publica per plures dies disputatione inter defensores Virgineæ innocentiæ & assertores maculæ originalis, Regis ordinatione statuta est solemnis Confraternitas *devotorum hujusmodi festivitatem de Conceptione Beatissimæ Virginis celebrantium, quorum primus Confrater fuit ipse Rex Aragoniæ*; & ordinatum fuit, quòd annuatim ea die fieret solemnis processio ad laudem & gloriam hujus festivitatis. Demum de anno Domini M.CCCC.IX. cùm ipso die Beatæ MARIÆ Virginis in Ecclesia Gerundiensi prædicasset *de præservatione ab originali macula* Frater Joannes de Ro-

ta Ordinis Minorum sacræ Theologiæ Professor: obque hujusmodi Sermonem Inquisitor quidam hæreticæ pravitatis de Ordine Prædicatorum detulisset eum in judicium fidei, existente in prædicta civitate Barchinone-si successore immediatè dicti Joannis Martino Rege Aragoniæ, habita fuit inter prædictos de mandato ac in præsentia Regis solemnis ac publica disputatio. Quâ finitâ prætatus Rex in signum victoriæ posuit super caput prædicti Joannis sertum viride vernantium foliorum; sicque insignitus unà cum tubicinis fuit honorificè associatus per dictam civitatem aliasque civitates & oppida circumjacentia, *præconé Regis clamante, quòd nemini de cætero in omnibus regnis suis & dominijs liceret asserere vel dogmatizare contra hanc doctrinam de sancta, & pura Conceptione B. Virginis*: continueque imminente hujusmodi festivitate fuit postea observatum, ac ut communiter observatur de die in diem. Item, Basileæ die lunæ 6. mensis Octobris ann. à Nativit. Domini M. CCCC. XXXVIII. in manibus Judicis fidei deputati per sanctam Synodum fuit testificatum etiam cum juramento, quòd 9. die mensis Septembris ann. Domini M. CCCC. XXVIII. in civitate Minorissæ quidam Franciscus Mileti Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ dictæ civitatis Vicensis Diœcesis, cùm in extremis ageret, & jam quasi mortuus appareret, sic postquam fuerat in agonia & extasi, magno cum suspirio clamavit hæc in verba: O Virgo Maria! Ita igitur est, quòd propter hoc ego eram damnatus: tu scis, quòd ego à me ipso non habui. Statimque vocans ad se Priorem Prædicatorum & Confessorem Monialium Sanctæ Claræ, dixit publicè coram prædictis, & alijs adstantibus, quòd comburerent certas Conclusiones & unum Tractatum de Conceptione Virginis in peccato originali, quem ipse audierat cum esset studens. Nisi fuisset alias devotus Virgini Mariæ & ipsa eidem subvenisset, ob hoc erat condemnatus in divino judicio; *ideoque ipse firmiter credebat eam fuisse conceptam absque originali peccato.* Fuerunt præterea coram dicta sancta Synodo Basileensi à multis Patribus omni exceptione majoribus quamplura alia de hac sancta Conceptione narrata miracula, etiam in Sermonibus publicis factis de hac solemnitate: sed non tam curæ attendere fuit ad illa, nec redigere in scriptis. Illud autè fiducialiter licèt asserere; quòd cũ de an. D. 1439. vigeret gravissima pestis in civitate Basileensi ubi dicta S. Synodus celebrabatur, eo ipso quo fuit facta de hac materia Synodalis diffinitio per sacrum Concilium, declarando in sua solemni ac publica sessione *doctrinam istam differentem gloriosam Dei Genitricem MARIAM nunquam actualiter fuisse infectam originali peccato, sed immunem semper fuisse ab originali & actuali culpa, sanctamque & Immaculatam*, tanquam piam & consonam Fidei Catholicæ, rectæ rationi & sacræ Scripturæ ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam; nulli de cætero fore licitũ in contrarium prædicare sive docere; immediatè Patres qui erant in Concilio ac tota civitas experimento palpabili, cœlesti quasi miraculo, senserunt auxilium divinæ misericordiæ. Equidem remissa est ac cessavit statim, quæ plurimos ante vexabat, acerbissima pestis. Præterea, cùm de hac Synodali diffinitione quamplurimæ Bullæ expeditę fuerant & ad diversas mundi partes destinatæ, per litt. fide dignas significatum est in Generali Congregatione, quòd in principali Conventu Ordinis Cluniacensium, tempore quo inibi præsentata fuit una ex dictis Bullis, tam de Religiosis, quàm aliis personis dicti Conventus infirmabantur de dicta peste quasi 30. personę. Et statim cùm dictam Bullam receperunt, processionaliter magna cum devotione agentes gratias Domino pro ipsa declaratione ad laudem perpetuam Virginis gloriosæ, qui infirmi tunc erant convaluerunt, cessavitque admodum indicto Conventu pro illo anno pestilentiæ morbus. Multa etiam alia meritò digna admiratione ad gloriam Virginis, quæ prædictam veritatem confirmant, similiter de hac dicta fuêre: sed intentionis fuit non omnia, sed ex multis dicere pauca. Et sic omnibus constat, quàm singularissimè Deus Filius Virginis Beatissimam Genitricem suam magnificare dignatus est frequentatis miraculis, quæ *de veritate sanctæ Conceptionis* suæ sunt testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis Amen. Hęc ergo Legẽda sic dispositа nullo mutato verbo extat in quadam impressione antiqua, in cujus fine dicitur: Expliciunt quorundam Sanctorum Legendæ adjunctæ post Longobardicam Historiam. Impress. Argentinæ anno 1483. & est Legenda 188. Secundò, eodem anno 1483. Coloniæ & est in ordine Legenda 229. Tertio, sic extat in Vitis Sanctorum impress. Lovanij anno 1485. fol. 251. Quartò, fuerunt istæ Legendæ Lombardicæ excusæ Basileæ per Nicolaum Kesler, an. 1586. die 25. Junij sub eadem dispositione posita. Quintò, fuit hæc eadem Legenda Conceptionis impres. Hagenau; cujus ultima verba sic se habent: Passionale sive Legendæ Sanctorum compilatæ per Reverendum Dominum Jacobum Januen. Episcopum Ord. Fratrum Prædicatorum cum aliquot Sanctorum Legendis adjunctis, impensis circumspecti viri Joannis Rynman de Oringau Archibibliopolæ in officina industrij Henrici Gran Imperialis oppidi Hagenau civis accuratè impressæ anno gratiæ 1501. ultima die Februarij. Sextò, à præcedentibus distincta extat in Conventu Fratrum Recollectorum Ruremundæ; sed decrat ultimum folium: & sic non potui scire quo anno fuerit impressa. Septimo, extat etiam manuscripta apud Patres Carthusienses Lovanij, & alibi. Sed cùm ista Legenda de Conceptione fuerit ablata à P. F. Claudio de Rota Ordinis Prædicatorum, & in aliis modernioribus expuncta reperiatur; hìc illam transcribere decrevi, ut ejus memoria non pereat.

QUIDAM Scriptor antiquus (Ordinis Minorum ut creditur) scripsit vitam B. Virginis Mariæ; & prologum incipit sic: Vitam Virginis gloriosæ Matris Jesu Christi Mariæ cum ejusdem omnipotentis Jesu Christi opitulatione secundùm seriem Sancti Evangelij cupientes ad similitudinem vitæ B. P. Francisci, nec non & vitæ S. Helenæ breviter ordinare, &c. Caput 1. est de Genealogia Virginis. 2. de Religiositate parentum. 3. de Exprobratione Joachim. 4. de Annuntiatione Virginis Mariæ. 5. *de Conceptione Virginis.* 6. de Nativitate Virg. 7. de Oblatione ejus in Templum 8. de de Educatione ejus in eodem. 9. de Voto castitatis ejus, & Pontificis consultatione. 10. de Sãcto Joseph & ejus genealogia. 11. de Desponsatione Virginis Mariæ cælitus ostensa. 12. de Sanctificatione gloriosæ Virginis, &c. Liber extat manuscriptus

apud

apud Canonicos Regulares S. Crucis Coloniæ, in fol. num. 35. & continet plures Sanctorum vitas. Volui tamen transcribere capita ista, ut cognoscatur, quomodò antiqui usurpabant hanc vocem Sanctificatio aliquando pro Conceptione activa, & aliquando pro passiva. Caput de Conceptione incipit sic: Igitur juxta angelicũ præceptum uterque in loco, in quo erant promoventes, ascenderunt Jerusalem, &c. Caput verò de Incarnatione, quod ipse vocat de Sanctificatione Virginis, incipit sic: MARIA quidem ut oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est, ab omni vitæ carnalis desiderio mente desistens, &c. Opus verò incipit: Sancta & super laudabilis & semper Virgo Dei Genitrix MARIA æterno consilio Dei prædestinata, &c.

QUIDAM Auctor antiquus, scripsit Sermonem de Nativitate Virginis MARIÆ, cujus principium est: Liber generationis JESU Christi Filij David, Filij Abraham, Matthæi 1. Sicut enim Christus fuit liber in Matris Virginis utero Spiritus sancti umbraculo exaratus, &c. Et circa principiũ sic dicit: Secundum fuit supernaturalis gratia, quia sicut Christus fuit virtute Spiritus sancti supernaturaliter genitus, Lucę 1. sic Mater ejus fuit virtute Spiritus sancti generata, cùm ejus mater sterilis vi generandi careret; licèt aliter. *Tertium fuit ab omni labe peccati totalis præservatio, quia in sua Nativitate fuit ab omni labe peccati totaliter præservata, quia nunquam aliquod peccatum originale contraxit.* Secus enim fuit de aliis Sanctis, qui peccatum originale contraxerunt, sed post modicam horam purgati fuerunt: ista autem non indiguit purgatione, quia nullius habuit maculationem, &c. Extat liber manuscriptus in Monast. S. Crucis Coloniæ, in 4. cum aliis, litt. D. num. 24.

QUIDAM Anonymus antiquus, sub titulo: Viola Sanctorum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Virginis MARIÆ, sicut concepta est in utero Annæ matris suæ.* Et ad diem 8. Septembris: Unde Anna uxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen ejus MARIAM: hæc (ut novisti) *erit ab infantia Domino consecrata, adhuc in utero matris suæ Spiritu sancto plena, &c.* Extat absque anno & loco impress. in S. MARIA de Nazareth Patrum tertij Ordinis, Provinciæ S. Ivonis, Parisiis prope Templum.

QUIDAM Auctor antiquus, elaboravit Sermonem de B. Virgine in communi, qui incipit sic: Oriętur stella ex Jacob, Num. 24. Cùm secundùm doctrinam B. Hieronymi, &c. MARIA habet quatuor expositiones Matri Domini convenientes; & prima est, quia MARIA interpretatur stella maris. Secundò, interpretatur summa maris. Tertiò, interpretatur mare amarum. Quartò, interpretatur illuminans. Nunc igitur istas interpretationes ad propositum nostrum applicando, ista quatuor mysteria habuit Mater Domini in quadruplici novi Testamenti solemnitate: quia primò fuit stella maris in solemnitate suæ Nativitatis, quia sicut quælibet stella, cùm de natura sua sit opaca, ut Luna (secundùm B. Dionysij documentum) tamen ut fuit creata, fuit à sole illuminata: *ita Mater Domini nostri IESV Christi licèt* ex modo suæ generationis fuerit nata opaca obscuritate peccati originalis; tamen ut mox fuit in utero nata, fuit à Sole justitiæ per sanctificationem illuminata, ut per ipsam intelligatur ad litteram ista Prophetia in them. Num. 24. Orietur stella, &c. Quia sicut stella nascitur sine macula; ita hæc Virgo nata est sine macula originalis peccati, vel plaga. Secunda interpretatio, &c. Extat Sermo iste manusc. cum aliis in Monasterio S. Crucis Coloniæ, in 4. lit. D. num. 24. Ex quibus verbis potest cognosci modus loquendi antiquorum: & fortè istum adduxerunt Adversarij pro sua opinione; sed immeritò, ut ex ipsis verbis patet.

QUIDAM antiquus Scriptor, elaboravit Sermonem incipientem: Egredietur Virga de radice Jesse, sicut loquitur Isaias Propheta. Pro quo notandum, quòd secundùm statuta Ecclesiæ quinque festa principalia in anno de Virgine gloriosa sunt servanda: & circa hoc festum quod hodie S. Ecclesia colit, dicitur seu nuncupatur *Conceptio, &c.* Et totus Sermo est de Conceptione Virginis passiva. Habetur cum aliis in Monasterio Sanctæ Crucis Coloniæ antiquis characteribus, in fol. qui aliquando, Deo dante, lucem videbit.

QUIDAM Scriptor antiquus, in Serm. de Nativitate qui incipit: Domum tuam Domine decet sanctitudo, &c. Scire debet Charitas vestra, quòd Dominus noster Deus, &c. sic inquit: Primò ergo patet sanctitas Beatæ MARIÆ, quæ domus est Dei per Scripturam: quia scilicet ipsa Virgo gloriosa *in utero matris suæ fuit sanctificata* secundùm illud Psalmi: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, *sic hodie sine peccato originali est nata:* & absque peccato actuali in mundo est conversata, B. Bernardo attestante, &c. Extat in Monasterio Canonicorum Regularium S. Crucis Colon. num. 2. in 4. In qua Militia hic sit numerandus, judicet Lector.

QUIDAM antiquus, scripsit Librum sub hoc titulo: Incipiunt exceptiones de sententijs quorundam Patrum Catholicorum & Gentilium, eo ordine quo in præsenti pagina sunt annotatæ; & primò de laudibus vel excellentijs B. Virginis. Opus verò incipit sic: Totis medullis præcordiorum MARIAM veneremur, quia sic est voluntas ejus, &c. Et parum post principium inquit: *Sæpe contingit, quòd aurum fulgens reperiatur in luto, & ex pungente spinâ pulchra rubens oriatur & rosa: MARIA enim operante divinâ providentiâ ex radice vitiata sine vitio prodyit virga.* Extat manusc. in 4. apud PP. Carthusienses Ruremundæ litt. C. num 93.

QUIDAM antiquus, edidit Opus de diversis materijs prædicabilibus; & incipit: Quasi stella matutina in medio nebulæ, &c. Et in indice inter alia quamplura de Beata Virgine, inquit: *MARIA Virgo munda fuit ab originali peccato.* Extat Opus manusc. apud Patres Carthusienses Ruremundæ in 4. num. 28.

QUIDAM antiquus, in suo Sermonario manuscripto incipiente: Erunt signa in sole & luna Lucæ 21. Quia primus Adventus Domini nostri Jesu Christi, &c. in Sermonibus super Missus est, & de Visitatione Virginis, plura adducit *pro ejus omnimoda puritate à peccato, &c.* Extat in Conventu PP. Augustinianorum Coloniæ in 4. litt. F. num. 118.

QUIDAM antiquus, scripsit Librum sub hoc titulo: Incipit Avearium Beatissimæ Virginis MARIÆ, alio nomine: Paradisus ejusdem. Et nota, quòd Avearium dicitur, quia quodlibet Capitulum cum Ave MARIA incipit. Paradisus etiam appellatur, quia revera hic liber plenus est diversis odoriferis Scripturarum rosis atque lilijs in laudem &

gloriam Beatissimæ Virginis MARIÆ conscriptus, cujus nomen super omnia aromata. Et primum capitulum est *de sacra Conceptione gloriosæ Virginis MARIÆ*. Extat apud Patres Carthusienses Ruremundæ in charta pellicea antiquis characteribus scriptus.

QUIDAM Antiquus (ut credo Ordinis Carthusiensis) scripsit themata per totum annum de Sanctis ac de Tempore, & habet *pro Conceptione V. MARIÆ* Serm. ad illud: Tota pulchra es amica mea &c. Et illud: Multæ filiæ, &c. Extat apud PP. Carthusienses Ruremundæ num. 50. in 8. manusc.

QUIDAM Antiquus, recollegit miracula Beatæ Virginis in libello, cujus exordium est: Ad omnipotentis Dei laudem. Cùm sæpe recitentur Sanctorum miracula, quæ per eos egit divina potentia; multò magis S. Dei Genitricis MARIÆ, &c. Et miraculo 19. agit de revelatione facta Helsino Abbati *circa festivitatem Conceptionis*. Extat MS. Opusculum hoc apud Canonicos Regulares S. Crucis Coloniæ num. 32. in 4. & etiam in Conventu Ordinis Prædicatorum Parisijs manusc. in fol.

QUIDAM antiquus Scriptor, elaboravit Sermonem *de Conceptione Beatæ MARIÆ*, super illa verba: Fons parvus crescit in fluvium magnum, Esther 11. Istud verbum satis convenienter convenit *festo Conceptionis*: sapiens enim opera sua facit ordinata & proportionata, &c. In quo Auctor solùm adducit verba universalia, scilicet quòd MARIA fuit hortus conclusus quoad puritatem animæ & corporis, & quòd habuit puritatem Angelorum; quia cæteris per partes, secundùm Hieronymum: & excepta S. Virgine MARIA, secundùm Augustinum, &c. Extat Sermo manusc. in Monasterio PP. Canonicorum S. Crucis Coloniæ in fol. cum alijs de eadem festivitate.

QUIDAM Doctor antiquus, fecit Tractatum sub hoc titulo: Tractatus brevis & perutilis, in quo se exercens luce clariùs intelliget modum redemptionis humani lapsus: idcirco etiam disputatio sanctæ Trinitatis super redemptione humani generis rectè dignoscitur intitulatus; & incipit: Propter iniquitatem corripuisti hominem. Post aliqua inquit: Angelus festinus implevit mandatum, & ad Virginem ingressus clamavit dicens: Ave gratiâ plena Dominus tecum. Ultra jam non diabolus adversùm te; ubi enim priùs vulneravit bellator, ibi priùs medicus antidotum posuit. Per mulierem decuit; quia falsa per mulierem emanant: sed jam meliora, quia ave gratiâ plena. *Non verearis culpatam condemnationem, quoniam illius Mater, qui condemnavit matrē, efficieris.* Ave gratiâ plena, vidua mundo, sed Mater & Genitrix Christi. Ave animatum templum Dei, &c. Extat cum aliis apud PP. Benedictinos Coloniæ impress. in 4. classe 2.

QUIDAM antiquus Doctor, fecit Speculum humanæ salvationis cum figuris; & incipit: Qui ad justitiam erudiunt multos, &c. Et in undecima figura, quæ est de fonte signato & horto concluso, sic inquit:

Filia autem Asliagis Regis figuravit MARIAM,
Quæ protulit mundo vitam veram & piam.
Benedicta sis tu, ô summi Regis filia!
Flos candens super cuncta lilia.
Benedicta sit tuæ Conceptionis annuntiatio,
Per quam habuit exordium nostræ captivitatis liberatio.
Benedictus sit Deus Pater, qui nobis te destinavit.
Benedictus sit Dei Filius, qui te in Matrem adoptavit.
Benedictus sit Spiritus S. qui te in utero sanctificavit.
Benedictus sit uterq; parens, qui te mundo generavit.
De hac benedictissima filia etiam Salomon præcinebat,
Quòd in utero matris suæ sanctificari debebat:
Nam hortum conclusum in Canticis nominabat,
Et fonti signato & sigillato eam comparabat,
Quia cùm mater in utero conclusam adhuc servabat,
Spiritus Sanctus ei sanctificationem infundebat,
Et sigillo Sanctæ Trinitatis sic eam signabat,
Quoniam eam nunquam aliquid coinquinatum intrabat, &c.

Extat apud Canonicos Regulares S. Crucis Coloniæ in folio.

QUIDAM antiquus, ad margines Sermonis de Nativitate Virginis MARIÆ qui incipit: Judæis nova lux oriri visa est, Jacobi de Lausana Ordinis Prædicatorum, scripsit illud: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Deinde inter alia Carmina apposuit ista:

Salve stella maris David de semine Regis,
Rosa carens spinis, Virgo decora nimis.
Te nec prima Adæ, nec cætera crimina fuscant
Tota manens pulchra, &c.

Extant in libro supradicto existente in Biblioth. Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniæ in fol. litt. E. num. 10.

QUIDAM Antiquus Scriptor, elaboravit duos Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ*, & primus incipit: Liber generationis Jesu Christi, &c. Beatus Matthæus Evangelista, dilectissimi, non immeritò inter cætera cœlestium secretorum animalia facie hominis, &c. Et dicitur ibi esse B. Albini.

Item, est alius Sermo de eadem *Conceptione Virginis*, seu de Nativitate, qui incipit: Liber generationis, &c. Secundùm hanc enim Christus Filius hominis est, quod etiam seipsum sæpissimè appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus est esse pro nobis. Extant cum aliis in quodam manuscr. existente in Monast. Canonicorum Regul. S. Crucis Coloniæ num. 1 in 4.

QUIDAM Scriptor antiquus, elaboravit Tractatulum de laudibus Virginis, incipientem: Sancta & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam, &c. Et cap. 3. sub hoc titulo: Quomodò excellit innocentes & conjugatos, inquit: Transcendit enim sua innocentia parvulorum, *quia ante sanctificata quàm nata, &c.* Extat in Monastario Tungerloënsi in 4.

QUIDAM Antiquus Doctor, scripsit Legendarium per circulum anni, & adducit Legendam *de Immaculata Conceptione*. Scriptus fuit liber an. 1455. per Fratrem Joannem de Susterem in festo Lanceę & Coronæ Domini. Extat in Monaster. S. Crucis Ruremundæ in charta pellicea in folio, fol. 18. à tergo.

QUIDAM Antiquus, composuit Sermonem Magistralem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, cujus principium est: Sapientia ædificavit sibi domum, Proverb. 10. Utrum hæc domus salutis, Beatissima videlicet Virgo MARIA, à Dei Sapientia ædificata fuerit in domo contagionis sordibus originalis criminis deturpata? pro isto breviter, &c. Extat sermo iste manusc. in Monast. S. Martini Majoris Coloniæ in 4. cum aliis, num. 12.

QUIDAM Antiquus, scripsit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, in cujus subscriptione

tione solùm habetur *Sermo de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* coram Domino Papa, &c. & nihil ampliùs. Sermo verò incipit: Ave MARIA gratiâ plena, Lucæ 1. O flendum præconium! ô lugendum oraculum! ô plangendum præsagium Angeli exclamantis væ, væ, væ habitantibus in terra! Apocal. 8. Vę primum habitantibus in terra in primo suo ingressu, &c. Cujus autem sit Sermo iste, mihi penitus incognitum est: constat autem ex charactere & modo loquendi, fuisse editum à trecentis vel quadringentis annis. Invenimus illum Coloniæ apud PP. Cruciferos in 4. & aliquando cum aliis videbit lucem in monumentis antiquis de Immaculata Conceptione.

QUIDAM Doctor Antiquus, edidit Coronam parvam, quæ incipit: Ave MARIA, gaude MARIA, gaude beata & intemerata, & in æternum benedicta, &c. constatque septuaginta septem lapidibus; & ad marginem dicit: Concepta pulcherrima magnificentia margarita de rore concipit in concha marina, significans B. MARIAM, quę speciali Dei gratiâ *concepta est de sterili matre* sanctificata. Abestion reconciliationis. Abestion semel accensa non potest extingui: sic S. MARIA igne Spiritûs S. dum sanctificaretur inflammata, ardere & lucere nunquam cessavit. Extat manusc. in sex chartis in Monasterio Benedictinorum S. Pantaleonis Coloniæ in 4. M. 3. 18.

QUIDAM Antiquus Scriptor, edidit Sermonem de Conceptione Virginis gloriosæ cujus principium est: Conceptionis Beatæ Virginis festum, ut dicit Anselmus, pro tempore fuit abolitum propter quosdam prudentiæ propriæ innitentes sapere nescientes ad sobrietatem: nunc autem propter devotionem simplicium ac sobriè ad honorem Virginis gloriosæ sentientium festum istud solemniter à Domino Papa & Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ multisque aliis Ecclesiis, & præcipuè à Fratribus Minoribus tamquam devotis Ecclesiæ filiis celebratur. Unde ob reverentiam Beatæ Virginis hic primò ostendam, quòd Beata Virgo potuit sine peccato concipi originali: secundò, quòd hoc nullius privilegio præjudicat: *tertiò, quòd de facto sine originali peccato fuit concepta, ne per peccatum originale hæc gloriosa festivitas posset inficiari, &c.* Extat antiquis characteribus manuscriptus in Monasterio Canonicorum Regularium Cruciferorum Coloniæ in fol.

QUIDAM Scriptor, elaboravit Sermonem *de Conceptione Virginis*, cujus initium est: Creator omnium, & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, &c. Eccl. 24. Hic duo sunt notanda; primum, singularem Virginis MARIÆ dignitatem, &c. Et licèt nihil expressum habeat pro præservatione, habet tamen multa verba indicantia ejus omnimodam puritatem. Extat Sermo iste cum aliis manusc. in Monasterio S. Crucis Coloniæ in fol.

QUIDAM Antiquus, scripsit Sermonem Magistralem *pro Immaculata Virginis Conceptione*, cujus exordium est: Soror nostra parvula est, & ubera non habet, Cant. 7. Dilectissimi Patres hodie, sicut nostis, diem illum toti mundo meritò venerabilem colimus, quo futura Dei Genitrix materno utero concepta tanquam Aurora Solem, sui benedictissimi Filii, veri scilicet Solis, &c. Extat manuscriptus in Monasterio PP. Benedictinorum S. Martini Coloniæ in 4. num. 12.

QUIDAM Antiquus, in libro cujus titulus est: Speculum exemplorum omnibus Christicolis salubriter inspiciendum, ut exemplis discant disciplinam, &c. distinc. 8. ex Vitis Sanctorum exempl. 67. sic dicit: Temporibus Caroli Regis Francorum Clericus quidam Ordine Levita Hungariæ Regis germanus, Dei Genitricem toto corde diligens, eius Horas solitus cantare, parentum consilio nubere volens cum quadam puella valde pulchra contraxit. Accepta autem à Presbytero nuptiali benedictione die quodam, & Missa celebrata, recordatus quòd B. MARIÆ Virginis Horas juxta morem suum non cantaverat illa die, omnes ab Ecclesia exire coëgit, sponsamq; domum mittens ipse solus juxta altare remansit. Cumque solus Dominicæ Matris Horas decantaret & Antiphonam: Pulchra es & decora filia Hierusalē, diceret; subitò apparuit ei Domina & perpetua Dei Genitrix Virgo MARIA cum duobus Angelis dexteram & lævam ejus terentibus, dicens: Si ergo pulchra sum & decora; quid est quòd me dimittis & sponsam aliam accipis? nonne ego pulchrior sum illa? nonne ego optima & formosa? vidistine tam pulchram? Cui ille: Domina mea, claritas tua omnem mundi pulchritudinem excellit. Tu es super choros Angelorum elevata, tu es super cœlos cœlorū exaltata; quid ergo vis ut ipse faciā? At illa: Si sponsam carnalē, cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti regno habebis. *Et si Conceptionis meæ festum annuatim sexto Idus Decembris solemniter celebraveris & celebrandum prædicaveris, mecum in regno Unigeniti mei laureatus eris.* His itaque dictis Domina nostra ab oculis ejus disparuit; Clericus verò domum redire renuens, absq; parentum consilio illico ad Abbatiam quandam extra patriam profectus, Monachali habitu decoratur, & post exiguum temporis meritis B. MARIÆ Virginis, quæ diligentes se semper decorat & beatificat, vitam beatam finivit in hoc exilio, & æternam accepit in sæculo futuro: sed priùs tamen Aquileiæ Patriarcha factus, *festum Conceptionis eiusdem die prædicto quamdiu vixit proprijs octavis celebravit, & celebrandum prædicavit.* Lib. impress. Argentinæ, anno 1495. in fol.

QUIDAM Antiquus Scriptor, scripsit Sermonem de Nativitate Virginis MARIÆ, cujus principium est: Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonę species in ornamentum domus suę, scribitur Eccles. 26. Sicut dicit Fulbertus Carnotensis Episcopus in Sermone de Nativitate Beatissimæ Virginis Dei Genitricis, &c. parum post principium, inquit: Quia Beata Virgo descendit de Adam per concupiscentiam carnalem sicut aliæ mulieres, *& peccatum originale contraxit in causa, licèt non in effectu*: unde notatur, dicens: De radice Jesse; Jesse enim interpretatur incendium, hoc est, de flamma concupiscentiæ radicata in omni genere humano. Christus verò non contraxit nec in causa, nec in effectu: quia conceptus non fuit de virili semine, sed mystico spiramine, cùm dicitur: Flos egressus est de radice Jesse, &c. Et prosequitur latè. Extat Serm. manusc. cum aliis de B. Virgine in Monasterio Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniæ, litt. D. num. 24. in 4.

QUIDAM Scriptor, typis mandari curavit Opusculum sub hoc titulo: Index Epistolarum & Evangeliorum, quę ex veteri & novo Testamento excerpta, in templis Dominicis & alijs festivis diebus leguntur juxta consuetudinem Ecclesiæ

siæ Parisiensis & Romanæ, &c. & adducit Epistolam *pro die Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis.* Extat impress. in 16. Parisijs absque anno impressionis.

QUIDAM Scriptor antiquus, edidit Sermonem de Conceptione Virginis, sub hoc themate: Apertum est templum Domini in cœlo, &c. Secundùm quod dicit Seneca in libro de Beneficijs, per continuationem beneficiorum ingrati & inimici efficiuntur grati & amici, &c. Hic inter alia dicit: Unde sciendum, quòd triplex sanctificatio reperitur. 1. superfluentiæ, quæ fit in instanti Conceptionis; & hæc convenit soli Christo Sancto Sanctorum, quando in instanti suæ Conceptionis fuit animæ infusio & sanctificationis confirmatio; quia simul viator & comprehensor. 2. abundantiæ, quando non in instanti Conceptionis, *sed in instanti animæ rationalis infusionis, quæ tantùm convenit Virgini*, &c. Unde Anselmus de Conceptu Virginali: Nec decebat, ut Maria jaceret sub macula peccati originalis, imo potiùs ut Christi Conceptio fieret de Matre purissima; ea quoque puritate Virgo niteret, quâ major sub Deo nequit intelligi. 3. participationis, & hæc fit longè post animæ rationalis infusionem, ut sanctificatio Joannis Baptistæ quæ fuit in sexto mense, &c. Item, ibidem est alius Sermo de Conceptione B. Mariæ, qui incipit: Egredietur virga de radice Jesse, Isaias Propheta. Pro quo notandum, quòd secundùm statuta Ecclesiæ quinquæ festa principalia in anno de Virgine gloriosa sunt servanda, &c. Et primò loco agit latè *de festo Conceptionis.* Extat Sermo iste antiquis characteribus manusc. in Monasterio Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniæ, num. 3. in 4. & postea eundem sermonem inveni etiam manusc. in fol. & licèt sit totus de Conceptione Virginis, volui transcribere solùm suprapositа verba, ut ex ipsis cognoscatur modus loquendi antiquorum.

QUIDAM Latinus, scripsit Defensorium Revelationum Sanctæ Birgittæ pro Concilio Basileensi ad annum 1435. & articulo ultimo, folio 484. sic dicit super cap. 49. libri 6. circa finem: In capite 49. libri 6. & cap. 9. libri 1. *dicitur de sanctificatione Beatæ MARIÆ cum articulo Conceptionis ejus sine peccato originali*: Ita declaratur non contradicere, accipiendo quòd loquitur *de Conceptione munda à peccato originali* per respectum ad concubitum parentum, ut actio personalis, *ex qua ut sic nulla videtur transmitti culpa*, cùm sancti & justi essent, & ex obedientia convenirent. Dicit enim S. Thomas in Quæstionibus de malo quæst. 4. art. 1. in solutione unius argumenti: Quòd iustus accedendo ad uxorem, secundùm id quod proprium est sibi, sic non transmittit peccatum originale; sed secundùm id quod habetur ab Adam. Hæc ille. Et hunc modum videtur innuere articulus iste, cùm ex persona Beatæ Virginis dicitur lib. 6. cap. 49. Per similem modum, id est, per obedientiam scilicet parentum meorum fuit, quando ego concepta fui. *Et ideo veritas est, quòd concepta fui sine peccato originali, & non in peccato mortali.* Quia sicut Filius meus & ego nunquam peccavimus; ita nullum conjugium fuit, quod honestius esset, quàm illud de quo ego processi. Hæc ibi. Ecce totum refert ad personas parentum, ex qua parte ut tales essent sancti & justi, & ex Dei mandato convenientes, nullâ improbâ voluntate media, *Conceptio ejus munda fuit.* Et huic non repugnat sanctificari, sicut patet intelligenti & Doctorum maximorum scrutanti sententias, quia unus concordat cum alio. Ille verò, qui diceret *Virginem gloriosam non conceptam in peccato originali*, facilius solveret dicens: quod sicut dicimus Christum sanctificatum esse, secundùm illud Joannis 10. Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum; cum hoc dicimus eum conceptum esse absque omni peccato: ita nec in Virgine gloriosa illa repugnant. Super isto articulo fusiùs scribit Joannes Cardinalis articulo suo 87. folio 119. Item Heymericus de Campo art. suo 50. folio 226. aliique Doctores, &c. Extat manuscrip. in Monasterio Watzstensi Ordinis S. Salvatoris cum Defensorio Turrecrematæ, Heymerici, Galfridi ac aliorum, in folio.

QUIDAM Manuscriptus antiquus, super Ave Maris Stella, ad illud: Sumes illud Ave, ait: *Quod MARIA fuit concepta sine væ peccati originalis, &c.* Extat in 4. in Conventu de Nazareth Parisiensi prope Templum.

QUIDAM super Ave Maria, cujus Opus incipit: Ave Maria, &c. Verbum bonum & suave personemus illud, quo nuntiata est nostra redemptio ab æterno, &c. explicando verbum Ave, millies repetit *Virginem MARIAM fuisse immunem ab originali.* Ait enim: Secundò considerandum est, *quòd immunis fuit non solum à triplici væ miseriæ originalis*, sed à væ miseriæ nascentium, &c. Et infra: O quàm immunis ab isto væ nascentium fuit sanctissima natura Mariæ, *quæ non solùm & ab originali culpa*, &c. Et infra: Tertiò etiam considerandum est, *quòd MARIA etiam immunis fuit non solum à triplici væ miseriæ originalis*, sed etiam à triplici væ pœnæ. Extat manusc. cum Mariali Alberti Magni in Biblioth. S. Victoris extra muros Parisiens. num. 256. in fol. & charact. antiquis in charta pellicea.

QUIDAM in Sermonibus antiquis existentibus in Bibliotheca S. Metropolitanæ Ecclesiæ Cameracensis, in sermone de Nativitate B. Virginis, sic inquit: Orietur stella ex Jacob & consurget virga de Israël, &c. Sed quia plurimæ stellæ tendunt ad occasum, *& Beata Virgo erat sine occasu & lapsu & labe*; ideo non solùm stella, sed maris stella quæ occasum nescit, dicitur, &c.

QUIDAM Latinus antiquus existens in Bibliotheca Alnensi Ordinis Cisterciensis manus. in 4. sub hoc titulo: Speculum Mariæ, in quo speculari possunt amatores Virginis, qualis & quanta sit ipsa Virgo Beata. Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Audi dulcissima Virgo Maria, audi mira, audi filia, &c. prope initium sic inquit: Considerandum, quòd est triplex væ, *à quo immunissima fuit illa cui dictum est: Ave. Est enim væ culpæ actualis, væ miseriæ originalis, væ pœnæ gehennalis, &c.* Et passim agit de exemptione in tota explicatione. Est distinctum ab alio Speculo supra posito.

QUIDAM Antiquus Doctor Parisiensis, habet Sermonem Magistralem *pro festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cujus initium est: Non videtur sanæ mentis is, qui cùm miranda videt, &c. Extat in Archivo Universitatis Facultatis Parisiensis seorsim manus. characteribus antiquis; & fuit factus coram tota Universitate apud Patres Augustinianos, ut constat ex Catalogo, folio 20.

QUIDAM

QUIDAM Antiquus, habet Sermonem *de Conceptione Virginis*, & extat in Biblioth. Conventûs S. Franciſci Pampilonen. in 4.

QUIDAM in Serm. de Purificatione, qui incipit: Poſtquam impleti ſunt dies Purificationis MARIÆ ſecundùm legem Moyſi. Ad celebrationem hujus feſti tres perſonas legimus concurriſſe, &c. ſic inquit: Triplex namque eſt ejus immunditia, quæ locum non habuit in MARIA: *ſcilicet immunditia contracta à parentibus*; immunditia acquiſita ex pravis actibus, & immûditia indita ex legibus ceremonialibus. Prima immûditia eſt culpę originalis; de qua dicitur in Job: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? & capite 15. Quis eſt homo, ut immaculatus appareat natus de muliere? Propter hoc dicebat David: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Extat in S. Victore volumine 942. in 8.

QUIDAM Manuſcript. exiſtens in Biblioth. S. Laurentij Leodij, habet hiſtoriam Bernenſium *pro Immaculata Beatæ Virginis MARIÆ Conceptione*; & in principio Operis habet hæc ad Joannem Scotum Doctorem Subtilem:

Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis,
Hic tulit, hic hæreſi plurima dira dedit:
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundit,
Doctor Subtilis dicitur, atque dedit, &c.

Opus verò incipit: Magnificis nobilibuſque Senatoribus & Patriciis, Magiſtratuique inclytæ civitatis Bernenſis. Si Chriſto Jeſu Salvatori ſumus crediturí, Senatores clariſſimi, &c. Et in corpore Operis noſtram apertè tuetur ſententiam. Extat in folio & charta num. 32.

QUIDAM in Kalendario de Sanctis per totum an. tom. 2. fol. 213. agit *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, & adducit legendam antiquam, ſcilicet: Tempore illo, quo divinæ placuit pietati, &c. Extat in Biblioth. S. Victoris manuſc. num. 875. in folio.

QUIDAM Poëta, fecit Carmina pro Immaculata Virginis Conceptione, quæ incipiunt:

Fallentur nimium qui te contagia diri, &c.

Vide Bernardin. de Buſtis Serm. 9.

QUIDAM Antiquus, edidit duos Sermones *de Conceptione Virginis*, quorum prior habet pro themate: Sanctificavi domum iſtam, &c ubi inter alia dicit de tabernaculo MARIA: *Et iſtud ſanctificatum fuit ſtatim quo concepta fuit, &c.* Alius verò incipit: Vox juſtorum lætificat. Extant in Biblioth. S. Victoris num. 709. in 4.

QUIDAM in libro dicto: Hebdomas Mariana ſeu officium acroſticum in honorem miraculoſi nominis MARIÆ, &c. fol. 7. ſic dicit:

MARIA cœli Regina
Arca fœderis divina
Roſa recens ſine ſpina
Juſtitiæ diſciplina
Ad adjuvandum me feſtina.

Et infra folio 13.

Mater Dei puriſſima
Ab omni vę mundiſſima, &c.

Impreſſ. Audomari 1624. in 12.

Item, in eodem libro ſic ait: *MARIA Virgo inclyta ab Adæ noxa exempta, Regina ſine macula*, in ſæculorum ſæcula à cunctis benedicta. Impreſſ. ibidem eodem anno.

QUIDAM, in lib. Manuale Sodalitatis B. MARIÆ Virginis accomodatum Scholaſticis omnibus, qui litteris vacant in Gymnaſiis Societatis JESU collectum olim à Sodalitate Leodienſi; nunc primùm multò plus dimidia parte auctum à Muſſipontana, &c. parte 4. folio 82. *de Conceptione Beatæ Virginis conſiderationes*; ubi dicitur *eam fuiſſe puriſſimam, nullius labis affinem, &c.* Lib. impr. Lugduni 1633. in 16.

QUIDAM A. G. A. C. Poëta Italus, in Cantione ad Beatiſſimam V. MARIAM, ſic inquit fol. 130.

Ma ſtella ô tu, che produceſti il Sole
Mai non tramonti tu, &c.

Extat cum aliis Poëtis in libr. Sacri applauſi &c. Mutinæ 1629. in 8.

QUIDAM Antiquus, in feſto Acathiſtico vocat Dei Genitricem *ſanctiſſimam, prorsùſque Immaculatam*. Vide Joannem Euſeb. lib. Exception. cap. 13. folio 242.

QUIDAM, de Indulgentiis conceſſis à Paulo Papa V. fœlic. memoriæ Archiconfraternitati *Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Summarium. Romæ 1639. in charta expanſa.

QUIDAM, pro Archiconfraternitate *Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Inſtructionem. Senis 1636. in charta expanſa.

QUIDAM, edidit *Coronam Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Avinione 1602. & Neapoli 1636. in charta expanſa.

QUIDAM alter, *Modum recitandi Stellarium ſeu Coronulam Immaculatæ Conceptionis*. Mondovii 1639. in charta expanſa.

QUIDAM alter, Inſtructionem *pro recitando Stellario Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Romæ 1604. in charta expanſa.

QUIDAM, agit de Indulgentiis & gratiis ſtationum, quæ ſunt pro omni die in Eccleſiis Urbis conceſſæ *Archiconfraternitati Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ* exiſtenti in Capella Annuntiationis nuper extructa in S. Franciſco Vincę Venetiarum. Impreſſ. Venetiis 1585. in 8.

QUIDAM Antiquus, edidit Summam Theologiæ, & in 1. tom. in elencho verb. MARIA, inquit: *MARIÆ Conceptio præſervata*, tomo 2. fol. 192. In quodam manuſc. in Convent. S. Joannis Regum, littera X. num. 85. ſed ibi non eſt tom. 2.

QUIDAM Auctor, in quadam Tabella manuſ. in charta pellicea, inquit: *Sine peccato concepta, pro peccatoribus intercede, &c.* Extat in Urbe in Archiconfraternitate S. Laurentii in Damaſo.

QUIDAM Auctor antiquus, extat in Conventu S. Franciſci Toloſæ cum his Auctoribus, Jacobo Tixu, Petrõ Viél, Clemente Marchant, Joanne Paſchalio Robin; & tomo 3. fol. 1036. habet Tractatum *de Conceptione* cum ſcholiis, ubi latè agit de præſervatione Virginis. Impreſſ. Pariſiis 1580. cum aliis in tribus tomis, & adducit varios Auctores, ſcribentes pro hac materia.

QUIDAM Antiquus, in celebri libro de Poteſtate Sacerdotis, lectione 32. inquit: Pura ſiquidem humanitas in MARIA *non modò pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ, &c.* Singularis in ortu, & in totius vitæ proceſſu. Lib. impreſſ. Rutlingen. 1488. in folio.

QUIDAM Antiquus manuſc. in Biblioth. Parcenſi, in Serm. de Annuntiat. incipiente: Ave gratiâ plena. Oſtendit Angelus in verbo propoſito, &c. prope initium ſic dicit: Propter quod nota, quòd triplex eſt væ, à quo ipſa *Virgo immunis fuit, ſcilicet originalis maculæ*, actualis culpæ, &c.

QUIDAM Antiquus manusc. existens in Biblioth. Canonicorum Regularium Parcensium, sub titulo: Quasi aurora consurgens, Cantic. 6. Ut ea quæ dicturus sum, captu faciliora sint, minusque cõfusionis & tædii, &c. ait: Secundò Virginem ipsam, *cujus Conceptione mater dignè gaudet Ecclesia, &c.*

QUIDAM Auctor Italus, sub his litteris: D.H.M.P.CLER.REG. hæc habet:

Ab universo condito, ter millesimo, nongentesimo quadragesimo octavo
Primò post olympiadem centesimam nonagesimã
Victrix olympiaca,
6. mundi ætate, ætatis aureæ restitutrix,
6. Idus Decembris
Vera Dei Mater, & ignis sacri Numen,
6. feria & summo mane,
Quandò plasmatur Adam, conceptus Homo Deus;
Deiparæ Auroræ Lux Primigenia,
Immaculata concipitur.
Semper & à sextis condita Virgo fuit.
Anno in lucem prodit Sabbatico; *intacta vomere, soluta onere Originario.*
Mense טבת tebeth
Decimo, optimo, opimo, geniali,
Ab universali eluvie libera fuêre montis alti juga:
Incrudescente hyeme, odoratior flos vernus erũpit:
Arcifero lacessente Solem,
Sagittaria scelerum surgit:
Lunâ nonâ curvatâ in arcum, & trino vultu spectante illum
Innocentis Victimæ Domicilium, ac Trini luminis
Sponsa, Filia, Mater
Apparuit.
Die veneris sacrorum Dea emicat Amorum,
Stellaque Solis socia.
Aurea diei hora viventium albavit Matrem, quæ
Morientium obscuram reddidit.
Trigesimus Augusti Augustulę Imperiũ auspicatur,
Ac duodecimus impii Herodis, pietatis exordia.
Propè Nazareth Nazaræa Virginis Conceptio,
Florisque Nazareni vivi radix candida:
Supra montes Zabulon jacta sanctitatis fundamẽta:
Ex Galilæa Gentium & Judæorum omnium salus derivatur.
Joachim & Anna
Sub Dio & in Horto flentibus, expiatum primi
Horti scelus.
Prænuntius Gabriel
Indicturus Filii, Matris quoque indicit Conceptum.
Insolito miraculo
Fœcundat senes & steriles, puellam fœcundaturus
& Virginem.
Igitur
Innocentiæ restitutæ Immaculatum jubar,
Justitiæ Originalis Harmonicum Melos;
Virtutum universarum consonum Compendium;
Pontificum, Regum, Principum, Prophetarum, Sacerdotum Regia progenies;
Sæculorum suspirantium desiderium.
Unigenita Unigeniti Genitrix futura,
Inter incendia Charitatis
Animatur
MARIA
Ab alvo ingenua, non libertina:
Ab Ævo Sidus.
A prima linea ad ultimam, absq; macula & momo;
Nunquam serva, quæ à primo momento coronata Imperatrix, commune debitum non contraxit:
Nusquam Alexi pharmacum infectum labe:
Puncto eo quo vixit, vidit, voluit, amavit.
Hausit cum matris sanguine divinos ignes
Non priùs maculata, quàm sancta; quia simul animata & sancta.
Ab initio gratiâ plena, priusquam superplena Dei:
Caligines non novit, quas oriens dissipavit.
Non umbravit turbo, quę draconis caput contrivit:
Adamantina fuit, quæ caruit fomite.
Imperturbata Mariæ, crystallini maris malitia:
Percalcatæ Lunæ non metuit impetus.
Ultrà halitus, ultrà nubes, ultrà flatus olympi jugum,
Extrà teli jactum, supra fulminis ictum, extra fulminis cursum
Mariæ Conceptus.
Prodromus vitæ Virgineæ Deus, incassum culpa naturam provocat.
Præmunita radiis deridet turbinum aggressus.
Circumvallata liliis sordes antiquas eliminat.
Semper intacta, quæ à principio protecta:
Plagari non contigit, quæ vix vivens dimicavit.
Inter spineta illæsus Rosæ Risus:
Gratiâ Naturæ favente anima corpusculum fovet.
Serpentis dolus non obfuit, quæ partùs dolores non sensit.
Ejus nec illecta sibilo, nec veneno lactata.
Quæ circumdedit virum, subviri tyrannide nõ fuit,
Communi nec fœdata labe, nec oppressa labore.
Pomeridianos ardores non timuit, matutinis nubibus obumbrata:
Quæ fructum vitæ protulit, fructum mali non decerpsit;
Nec prægustavit toxica, cui beatum propinavit nectar Charis.
Negavitne Matri Filius, quod concessit Adę & Evę,
Et concessisset posteris?
Solis orbita nullâ sui parte obliqua.
A principio canduit æterni Candoris parens.
Tota Lactea Numinis Via.
Semper Phosphorus, nusquam Hesperus.
Deliquium non patitur Sidus Phœbo proximum.
Nusquam purus Amnis è Fonte turbido:
Ne Naturę vitiũ obreperet, obstitit suis telis Numẽ.
Impress. Panormi 1652. in charta expansa.

QUIDAM in libro: Exercitium Vitæ & Passionis Christi ad modum Rosarij, quinquaginta articulis & totidem oratiunculis distinctum, &c. fol. 76. inquit: Domine Jesu Christe adoro te, Benedico te & gratias ago tibi; quia nobilissimam Virginem tibi in Matrem prælegisti, *quam præfiguratam & de sanctis parentibus sine peccato conceptã* ac natam gratiis, virtutibus bonisque omnibus implevisti, &c. Lib. impress. Antuerpiæ absque ann. in 24.

QUIDAM Leodiensis, sub hoc titulo: Sacrarium Augustissimæ Deiparæ V. Mariæ, patriæ Leodiensis, &c. folio 20. agendo de Confraternitatibus civitatis Leodiensis, sic inquit: Septimò Juvenum litteratorum & Philosophorum Latina, *titulo Immaculatæ Conceptionis.* Leodij 1618. in 4.

QUIDAM Antiquus Latinus, in lib. Sermonum serm. de Nativitate Virginis, qui incipit: Egredietur Virga de radice Jesse, &c. Nota, quòd invenimus B. Virginem egressam, progressam, supergressam & ingressam. Primò, *quoad sanctificationem*, &c. De primo hìc: Egredietur Virga de radice. Tria hìc ostendit Propheta ad laudem B. Virginis,

nis, videlicet nascentis puritatem, ibi: Egredietur Virga. Glossa: *Cui nullus frutex adhæsit: virga enim sine curvitate scilicet peccati cujuslibet nascitur, & rectè sic B. Virgo immunis fuit ab omni peccato, nec in radice contraxit originale.* Lib. manusc. in Biblioth. Patrum Societatis Jesu Bruxellis, in 8.

QUIDAM Latinus, in libro antiquo (videtur contra Judæos) concludit sic: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, D. J. D. T. & tu Domina mea semper mecum: benedicta tu in mulieribus, & benedicta Anna mater tua, *quæ sine peccato te concepit, &c.* Impress. Salmanticæ 1524. in folio.

QUIDAM Antiquus Latinus, in pulchra historia de Anna sanctissima cap. 7. inquit: Cognovit itaque Joachim Annam uxorem suam, quæ Deo miserante *fructum concepit fœlicissimum.* Igitur cùm impleti essent dies Annæ ut pareret, &c. Lib. imp. Daventriæ, anno 1494. in 4.

QUIDAM existens in Biblioth. Villarienſi, qui incipit à festo S. Andreæ, sic: Passionem S. Andreæ, &c. adducit Legendam S. Anselmi de Helsino, & alia tria miracula de Germano Regis Hungariæ, & Canonico Gallo, &c. *pro Conceptione*, ac Evangelium *pro festivitate Conceptionis.* Est manusc. in charta in fol.

QUIDAM antiquus manuscriptus, cujus principium est: Utrum finis per se & præcipuus Theologiæ, &c. in 3. Sententiarum, quæst. 1. *Quæritur, Utrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato?* latè nostram tuetur sententiam. Extat in Biblioth. Augustinianor. Tolosæ in Gallia.

QUIDAM manuscriptus, existens in Conventu S. Francisci Lovanij pluteo 121. cum aliis Opusculis habet Sermonem *de Immaculata V. Conceptione*, & incipit: Benedixisti Domum tuam, &c. Extat in 4. cum Opusculis impressis.

QUIDAM manuscriptus, etiam in Conventu FF. Minorum Lovanij pluteo 121. habet Serm. *de Immaculata Conceptione*, & incipit: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, &c. Extat in 4. cum aliis Opusculis etiam manuscriptis.

QUIDAM Antiquus Latinus, in Historia seu Legenda, per Joannem de Westphalia 1485. in fol. sub hoc titulo: Sermo Anselmi *de Conceptione intactæ Virginis MARIÆ, Quòd sit ab originali crimine præservata*; & probatur per decretum Concilij Basileensis, & per multa & miranda miracula. Incipit: Principium quo salus, &c. Postea adducit decretum Concilij Basileensis. Sequuntur miracula de Conceptione Virginis. Ad informationem denique hujus veritatis de Conceptione Beatissimæ Virginis Genitricis Dei, inveniuntur plura scripta miracula in libro qui dicitur: Defensorium Virginis, appenso catenis in pluribus Librariis, fuitq; compositus circa annum Domini 1390. ubi sic scribitur, &c. Extat fol. 249.

QUIDAM Latinus, existens in Bibliotheca D. D. Jacobi Thuani Parisiis manuscrip. in charta pellicea antiquissimis characteribus, in fol. num. 78. habet Sermonem *de Conceptione Sanctæ MARIÆ* imperfectum, qui incipit: Castissimum Mariæ Virginis, &c. ubi agit de præservatione Virginis ab originali peccato.

QUIDAM Latinus, existens Cameraci in Bibliotheca S. Sepulchri Benedictinorum manusc. antiquissimis characteribus, sub titulo: Incipit prologus miraculorum Dei Genitricis Mariæ, folio 3. adducit apparitionem factam Helsino pro *Conceptionis Beatissimæ Virginis festivitate* celebranda; & incipit: Tempore, quo Normanni Angliam invaserunt, &c.

QUIDAM Latinus, in 4. manusc. qui incipit: Rabbi, ubi habitas? Joannis 1. Sicut habetur ex præsenti Evangelio, Fratres charissimi, &c. adducit duos Sermones *de Conceptione B. Virginis*, quorum primus incipit: Anselmus Cantuariensis Episcopus & Pastor, &c. in quo referuntur tria miracula, Helsini, & Canonici Galli, ac Fratris Regis Hungariæ. Secundus Sermo incipit: Honoretur à nobis dies dilectus solemnitatis, &c. In sancto Sepulchro Cameraci.

QUIDAM Latinus, in libello cujus titulus est: Rationes ob quas illustrissimus Dominus Archiepiscopus Mechlin. Belgij Primas, &c. à promulgatione Bullæ proscribitur, Cornelij Jansenij Episcopi Iprensis &c. fol. 8. agit de voto emisso ab Universitate Salmanticensi *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis tuendæ.* Lib. impress. & ex Gallico in Latinum translatus à quodam P. Dominicano 1649. in 4.

QUIDAM Latinus, in libro cujus titulus: Onus Ecclesiæ nostris temporibus deplorandum, &c. cap. 18. fol. 96. *Quòd Virgo MARIA fuit immunis à à peccato originali: aliàs non esset maior Ioanne Baptista, &c.* Lib. ter impress. anno 1531. & 1535. & tandem anno 1620. in 4.

QUIDAM sub hoc titulo: Sententiæ ex variis authenticis Patribus collectæ, & aliquot Sermones partim de Tempore partim de Sanctis, sic incipit: Non æstimes magnum, quod caducum est, &c. Et in tractatu de B. Virgine incipiente: Quòd B. Virgo comparatur cœlo. B. Virgo Maria comparatur cœlo; cœlum enim dicitur casa Eloys, &c. sic inquit: Quæ est ista &c. Omnes igitur secundùm Apostolum filij iræ nascimur in incolatu hujus militiæ, quia in tenebris progredimur; *sed B. Virgo quia sanctificata ab utero creditur*, rectè quasi aurora progreditur, &c. Et inferiùs sub metaphora Lunæ: Pulchra ut Luna. Luna triplicem statum habere dignoscitur; quantum est in defectu, quantum semiplena, quantum . . . id est tota plena, & tunc pulchrior. Ideo B. Virgo quasi in defectu fuit in Conceptione, quia cum peccato originali concepta fuit; semiplena cum sanctificaretur in utero, & in Nativitate & in conversatione, &c. Item, ibidem sunt duo Sermones de Purificatione; & in primo sub themate: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, &c. In verbis istis tria notantur, &c. sic inquit circa initium: Prima est à contagio. Secunda ab immunditia corporali. Tertia à macula totius corruptionis. *Primâ purgata fuit MARIA in infusione animæ in corpore.* Augustinus: Qui animam infudit, similiter & sanctificationem dedit vel infudit. Et alibi: Cùm de peccatis agitur, de Maria nolo fieri mentionem. Sed ampliùs purgata fuit in Conceptione Filij Dei. Secunda purgatione purgari voluit, licèt non indigeret, in hodierna solemnitate, &c. De hac dicit Socus: Auser rubiginem, id est, omnem corruptionem de argento, id est, de B. Virgine, & egredietur vas purissimum. Extat manusc. in Monasterio Dunensi Brugis, classe 6. num. 92. in 8. characteribus antiquis & minutissimis.

QUIDAM Latinus, existens in Biblioth. Canonicorum Regularium Tungris manuscr. in folio;

scripsit Opusculum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* ex S. Anselmo, & Defensorio Virginis; in quo recollegit multa miracula de hac materia *Conceptionis*, adducitque Decretum Concilii Basileensis, & Epistolam S. Anselmi ac Sermonem. Extat cum aliquibus Operibus S. Augustini ac aliis variis, litt. B. num. 4. Facit etiam mentionem, imo narrat totam historiam Alexandri Halensis, dicendo quòd Mariale incipit: Sancta & superlaudabilis semper Dei Genitrix Virgo MARIA ab æterno prævisa. Et adducit verba capitis ultimi libri tertii, quod incipit: Fiat lux, dicitq; sic: Nonne possibile esset, ut talis actio per inspirationem Spiritus Sancti perpetrata & speciali præcepto completa absque omni peccato exerceatur? Et post pauca: Ego ipse qui hoc scribo, &c. & adducit totum miraculum.

QUIDAM, in lib. Sent. quorum 3. est: Deus, qui dives est in misericordia; propter nimiam charitatem suam, &c. dist. 3. sic inquit: Secundò quæritur Utrum anima B. Virginis sanctificata fuerit ante originalis peccati contractionem? & quòd sic, videtur. Anselmus, &c. Et post aliquas rationes, quartâ in ordine dicit: Si est invenire extrema, convenit ponere medium; sed convenit ponere homines originale peccatum in anima & in carne, sicut filii Adam habent communiter; convenit invenire carentem in anima & in carne, sicut & in Christo: ergo convenit reperire medium, scilicet habentem in carne & non in anima, vel in anima & non in carne; sed habere in anima & non in carne est impossibile, quia originale ortum habet à carne; anima enim non traducitur, sed caro. Restat igitur, quòd aliqua persona fuerit, quæ haberet originale solùm in carne, & non in anima: *hæc autem fuit illa quæ maximè accedit ad Christum propinquitate, & hæc est Virgo MARIA*, &c. Manusc. apud Aug. Burdegalæ.

QUIDAM Manusc. existens in Biblioth. Fratrum Minorum Atrebaten. in lib. Modus insignis benedicendi omnibus partibus corporis purissimi B. MARIÆ Virginis, inquit fol. 1. *Tota pulchra es MARIA & macula non est in te, & labis omnis expers*, &c.

QUIDAM, in Opusculo cujus titulus est: Speciales figuræ & multùm notabiles ex compendio Bibliæ cum magna diligentia enucleatæ, in omnibus quasi sermonibus ad laudem Beatæ MARIÆ servientibus, sub hoc titulo: *MARIÆ Conceptio* & Nativitas signum fuit reparationis humanæ; fuitque vas reparativum, sicut ipsa Eva fuit destructionis; & incipit: Vas admirabile, opus excelsi, ad finem inquit: Quod intelligens humanum genus suggessit artifici, dicens Proverbiorum 25. Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum; id est, *sanctificatum vas Virgineum ab originali peccato*. Item, infra figurâ 3. sub hoc titulo: MARIÆ Annuntiationis ornamenta, &c. inquit: Si quis enim attendat *hujus Virginis peccati immunitatem*, omnia sua peccata brutalia detestabitur & mactabit, &c. Item, figurâ 4. sub hoc titulo: *MARIA privilegiata erat præ cæteris, quia ab originali peccato immunis*; incipit: Liberasti me Domine secundùm multitudinem misericordiæ tuæ; Ecclesiastici 21. Nota, quòd signum magnæ libertatis & nobilitatis alicujus civitatis est, quòd omnibus solventibus tributum *illa non solvit*, & est tunc multùm per hoc privilegiata spiritualiter. Omnis creatura humana fuit peccato subdita, & per consequens peccato tributaria, *excepta B. Virgine MARIA, quæ ex prævilegio Regis cœlestis fuit ante sanctificata*, quàm nata; & sic gratiâ repleta, quia à tributo cujuscumque libera extitit. Item, figurâ 5. sub titulo: MARIA fenestra erat Arcæ lucida, *non peccati aquâ penetrata*, inquit: Genesis 6. ubi legitur, Quòd in Arca Noë, ubi familiam suam salvavit, erat fenestra crystallina, per quam aquæ diluvij non intraverunt, sed sola lux, quâ omnes in Arca viderunt, &c. Impress. Antuerpiæ 1487. cum alijs Opusculis de B. Virgine in 4. Videtur esse Rampegoli Opus.

QUIDAM Latinus Antiquus, in Expositione Psalmorum, quæ incipit: Dedit David confessionem sancto & excello, & de omni corde suo laudavit Deum, &c. super Psalm. Beati immaculati in via, colum. 2. sic dicit: Vicissim quoque testatur Scriptura neminem posse immaculatum vocari, juxta illud Proverb. 20. Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et alibi dicitur: Nemo mundus à sorde, nec infans cujus est unius diei vita super terram. Pensandum itaque, quod aliquis dicitur immaculatus varijs modis. Primò, qui numquam peccato subjacuit, nec originali, nec mortali, nec veniali; & ita Christus homo censetur immaculatus. Secundò, qui nec mortali, nec veniali peccato fuscatus est; *& ita B. V. Immaculata est, tamen de originali quantùm ad eam nihil dico*, &c. Extat manusc. in Bibliotheca FF. Minorum Lovanij cum Dialogis B. Gregorij & alijs Opusculis in fol.

QUIDAM, in Speculo exemplorum antiquo, dist. 8. exempl. 68. refert miraculum de Clerico temporibus Caroli Regis Francorum, qui cùm esset Levita & Hungariæ Regis Germanus voluit ducere uxorem; sed cùm recitasset Horas Canonicas, apparuit ei Virgo MARIA cum duobus Angelis dexteram & lævam ejus tenentibus, dicens: Si ergo pulchra sum & decora; quid est quòd me dimittis & sponsam aliam accipis? Nonne ego pulchrior sum illâ? Nonne ego optima, & formosa? vidistine tam pulchram? Cui ille: Domina mea (inquit) claritas tua omnem mundi pulchritudinem excellit. Tu es super choros Angelorum elevata; tu es super cœlos cœlorum exaltata. Quid ergo vis ut ipse faciam? At illa: Si sponsam carnalem, cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti regno habebis. *Et si Conceptionis meæ festum annuatim sexto Idus Decembris solemniter celebraveris & celebrandum prædicaveris*, mecum in regno Unigeniti mei laureatus eris. His itaque dictis, Domina nostra ab oculis ejus disparuit. Clericus verò domum redire renuens, absque parentum consilio illico ad Abbatiam quandam extra Patriam profectus Monachali habitu decoratur, & post exiguum temporis meritis B. MARIÆ Virginis, quæ diligentes se semper decorat & beatificat, vitam beatam finivit in hoc exilio, & æternam accepit in sæculo futuro. Sed priùs tamen Aquileiæ Patriarcha factus, *festum Conceptionis ejusdem* die prædicto quamdiu vixit proprijs octavis celebravit & celebrandum cunctis prædicavit, &c. Lib. impress. Hagenau, anno 1507. in fol. parvo.

QUIDAM Latinus, in libro dicto: Thesaurus intercessionis Sanctorum per singulos anni & natalium dies, folio 256. ad diem 8. Decembris adducit

adducit festum Conceptionis Virginis MARIÆ, & folio 309. pro die Dominica *Officium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis* singulare; nam ad Matutinum incipit sic: Venite exultemus Dominæ nostræ, & *Conceptioni ejus Immaculatæ* gloriam afferamus, &c. Hymni & alia sunt etiam particularia. Oratio verò est: Sancta MARIA Mater Jesu & mundi Domina, quæ nullum ad te confugientem despicis, *te in Conceptione tua Immaculata* venerantem noli despicere; sed oculis tuis misericordibus in me conversis, à cujusvis peccati etiam levioris labe me tuæ summæ puritatis cultorem præserva; auxiliante Filio tuo, qui cum Patre & Spiritu sancto, &c. Lib. impr. Parisijs 1628. in 4.

QUIDAM, in lib. Animæ dicto, & impresso Lovanij in domo Joannis de Westphalia absque anno impressionis, cap. 10. Tractatu 5. de Excellentia Matris Dei super omnes creaturas, fol. 72. affirmat V. habuisse plenitudinē gratiæ, quanta potuit esse in humana creatura. Ait enim: *Et illud dicitur esse perfectum, cui nullum potest fieri additamentum, quantùm ad genus suum, &c. Ergo concludere plane licet, quòd ipsa fuit vas gratiarum omnium in nullo pœnitus diminutum, sed in genere creaturæ summè perfectum. Unde Hieronymus bene dicit: Gratiâ plena, quia cæteris Sanctis per partes datur gratia, in MARIAM verò se tota infudit plenitudo gratiarum. Rei autem, quæ non habetur ex parte, sed secundum suam plenitudinem, non est aliquid addere posse, &c. Item, Anselmus dicit: Et est præter hoc per se notum, quòd quodcumque modicum inconveniens Deo est impossibile; sed maximum inconveniens esset, quòd Deus non posset Matrem, quam ab æterno elegit & prælegit, summè perfectam efficere, &c.* Et habet alia quamplura hujusmodi.

QUIDAM Latinus Poëta & egregius, in Commendationem meritorum B. MARIÆ in Rythmo seu Carmine 3. incipiente Virga Jesse, &c. inquit:

Virgo salve, per quam valvæ
Cœli patent miseris;
Quam non flexit, nec allexit
Fraus serpentis veteris.
Pulchra tota sine nota
Cujuscumque maculæ,
Fac nos mundos & jucundos
Te laudare sedulè.

Extat manusc. in Biblioth. D. D. Petri Seguier Cancellarij Franciæ in charta pellicea pulchro charactere in fol. parvo.

QUIDAM Auctor, in libro dicto: Sacræ Litaniæ variæ cum brevi piaque quotidiana exercitatione, fol. 140. inter alia dixit: *Speculum sine macula, &c. Per Immaculatam Conceptionem tuam,* libera nos mediatrix nostra. Impr. Samieli 1619. in 12.

QUIDAM Auctor, fecit Librum sub titulo: Fasti Mariani cum Divorum Elogijs in singulos anni dies distributis, & die 8. Decembris meminit *festi Conceptionis V. MARIÆ.* Antuerpiæ 1646.

QUIDAM Poëta Latinus, ita de Conceptione Virginis MARIÆ cecinit:

Dicet Iessæam primævo crimine prolem,
Communique ream nascentûm lege teneri,
Qui puter obscurum Solem; cui Cynthia surgat
Decolor, & puro vitiatum lumen Eoo;
Qui nivibus candorem adimat, gemmisq; nitorem,
Et cum nocte diem bello confundat eodem.
Pupula par cœlo, Solymis prælata puellis
Conceperis meliore satu, dum labis avitæ
Nescia, calcatis ad vitæ limina noxis
Pergis ovans, stygioſque premis sic cura dracones.

Ita P. Joannes Baptista Cancellotus in Annal. Marian. in Apparatu, fol. 89.

QUIDAM Auctor, in gestis Clementis VII. sic inquit: In toto fere Regno Franciæ & præsertim in lingua Gallica (an Langue doca) quamplurimi contra ipsos insurrexerunt; multos ex ipsis captivando, oblationes & eleëmosynas eis denegando, Prædicationes verbi Dei, propositiones, & confessionum auditiones eis inhibendo. Dicta etiam Universitas Parisiensis eos à se totaliter segregavit. Quoad actus Scholasticos nullibi faciendos, aut honores & gradus recipiendos, nedum non admisit; sed etiam impedivit. In quibus omnibus fautores pauciſſimos, persecutores plurimos habuerunt, fueruntque passi damna plurima & infinita, nedum in personis, sed etiam in bonis. Ac ut de injuriis, opprobriis contumeliis, irrisionibus & detractionibus taceamus, pro tunc facti fuerunt tanquam opprobrium hominum & abjectio plebis. Duravitque tempestas hujusmodi per plures annos, nec fuit qui eos adjuvaret; & hoc maximè, quia qui eos persequebantur, se B. V. existimabant sacrificare; cui dictum Ordinem & ejus supposita multimodè injuriari, & detrahere asserebant in eo, quòd quasi omnes ipsam asserunt & opinantur *in peccato originali concepta fuisse*; quod utiq; fore erroneum & damnatum tales astruebant. Vide Petrum de Valde clausa.

QUIDAM Germanus Auctor, Juris consultus in universitate Liptzensi (quem ex non aspernendis conjecturis judico fuisse Sebastianum Brant Consiliarium Regium (cujus cura & studio Jus Canonicum fuit in multis correctum) addictissimum mysterio Immaculatæ Conceptionis, contra quem propter hanc causam multis opprobrijs surrexit P. F. Wigandus Wirt Ordin. Prædicatorum, ut latè videbimus in Sole veritatis) scripsit primò quandam brevem Relectionem sub isto titulo: Disputatio brevissima *de Immaculata Conceptione Virginis gloriosæ* in florentissimo studio Liptzensi die Martis post festum S. Luciæ Virginis in scholis Juristarum publicè facta, & pronuntiata an. Domini 1489. & Disput. incipit: Cùm ista altercatio, scilicet: An Beata & gloriosa Virgo sit concepta in peccato originali? ante longa tempora inter Fratres Prædicatores & Minores exorta, his diebus in hoc florentissimo studio Liptzensi sit reassumpta, &c.

Item, post prædictam Disputationem edidit alium Tractatum sub hoc titulo: In his chartis determinatio, quæ *de Immaculata Conceptione Beatæ ac gloriosæ Virginis Dei Genitricis* in scholis Juristarum hujus floretissimi studij Liptzensis his diebus brevissimè facta extitit, corroboratur; ac nonnulla dicta per quendam ejusdem determinationis Æmulum tanquam frivola & temeraria, ac Juri ac veritati contraria ex indubitato utrjusque Juris fundamento eliduntur & reprobantur. Et incipit: Facta in scholis Juristarum hujus florentissimi studij Liptzensis quadam in transcursu lectionis disputatione brevissima *de Immaculata Conceptione Virginis gloriosæ*, ut Dominis scholaribus daretur occasio plenius de eo puncto contemplandi, &c. Supervenit quidam dictæ disputationis Æmulus, qui hanc piam, sanctam & devotam, &c.

Item, contra istum Tractatum surrexit quidam

Ordinis Prædicatorum Pater, ita ut sit coactus edere aliud tertium Opusculum sub hoc titulo: Triplicatio contra quandam cavillosam & inutilem scripturam D. Doctoris Georgij de Frickenhausen Ordinis Prædicatorum S. Theologiæ Professoris, in qua quòd solutiones per eum datæ ad rationes pro ea *pia & devota opinione sanctæ ac Immaculatæ Conceptionis Virginis* supra adductas, sint injuriosæ, debiles & erroneæ, ad oculum ostenditur ac demonstratur. Et incipit: Triplicando contra & adversùs quandam injuriosam ac penitus inutilem scripturam per eximium D. Doctorem Georgium de Frickenhausen, &c.

Item, extat cum supra relatis Opusculis aliud sub hoc titulo: Clypeus contra jacula adversùs *sacram ac Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem volitantia* per modum trium Sermonum cum quadam quæstione Theologica impressa in Liptziensi civitate anno 1490. & incipit: Sermo 1. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ista sunt verba Canticorum 4. originaliter scripta & ad laudem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, &c. Et sunt tres Sermones latissimi de novem vetulis contradicentibus mysterio.

Item, habet quæstionem de Immaculata Conceptione cum sua determinatione sub hoc titulo: Utrum *Virgo Davidica in mente divina ab æterno præordinata habens esse in Deo secundum rationem idealem, peccato originali fuerit obnoxia, quando erat concepta secundum communem legem, cursumque naturalem?* & arguitur in cipitq; Ad quæstionem pro parte affirmativa quòd sic, &c. Omnia ista recollegit R.P. Theodorus Moretus Societatis Jesu Uratislaviæ in Regno Poloniæ, & manusc. misit R.P. Joanni Bollando ejusdem Societatis, è cujus manibus ego accepi, & spero quòd cum alijs monumentis lucem videbunt.

QUIDAM Anonymus Anglus, in Speculo Beatæ Virginis Anglicè folio 84. *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Missam: Gaudeamus. Sequentiam: Dies ista. Omnia Anglicè absque anno impressionis. Est in Bibliotheca Fratrum Minorum Anglorum Duaci.

QUIDAM Anonymus antiquus Anglus, in libro: Liber qui vocatur festivalis, folio 59. *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* historiam latè. Impress. Londini characteribus antiquus absque anno in 4.

QUIDAM Anonymus Anglus, in lib. antiquo Anglico idiomate characteribus antiquis impresso sine principio & fine, super Psalmum: Domine ne in furore tuo, &c. latè agit *de mysterio Conceptionis & ejus præservatione à peccato originali*. Extat in Bibliotheca FF. Minorum Anglorum Duacen. in 4.

QUIDAM Anonymus Anglus, in Legenda aurea Anglicè scripta, folio 45. à tergo *de Conceptione Virginis MARIÆ* Legendam. Impress. Londini 1527. in folio.

QUIDAM antiquus Anglus devotissimus, fecit quædam Carmina de Assumptione Virginis Mariæ, quæ sic incipiunt:

Sceptrum cœli Rex vertens inclytum,
Puræ mentis corpus & spiritum
Cœlo fixit, jubens quòd subditum ei
Semper sit omne conditum.
Non permittit censura Numinis,
Quòd carente sit labe criminis
Vermis hospes in carne Virginis, &c.

Hic Auctor vixit ante annum 1470. ut dicitur in libro existente apud Patres Carthusienses Ruremundæ litt. M. num 29. in 4. cum Jacobo Carthusien. Mihi autem videtur expressus pro Beatissimæ ac Sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ immunitate ab omni peccato.

QUIDAM Anonymus Alexandrinus Sacerdos Italus, in libro de sanctissimo Crucifixo, unico animæ, &c. in lib. 3. sub tit. Corona ad vesperam, fol. 255. inquit: Primum privilegium fuit, *quòd MARIA fuit concepta opere Dei miraculosè, quia nata de patre & matre sterilibus absque lapsu peccati originalis.* Ave Maria. Privilegium 2. fuit, quòd habuit accelleratum usum rationis ab utero matris cum potestate merendi. Ave Maria. Privilegium 3. fuit plenitudo gratiarum, scientiæ, & aliarum omnium cum continua contemplatione Dei actuali, etiam dum dormiret. Privilegium 4. est, quòd nunquam passa fuit sensuum rebellionem adversùs rationem. Privilegium 5. fuit impeccabilitas per gratiam. Hæc & plura alia extant in lib. impress. Romæ 1652. in 24.

QUIDAM Archiepiscopus Armenus, in Monast. S. Albani Anglorum Protomartyris anno 1228. retulit quomodò in Ecclesia Armenorum celebratur *festum Conceptionis* Christi Domini, Mariæ ac S. Joannis Baptistæ. Ita Matthæus West Monasterienſis in Chron. seu Floribus Historiarum pag. 124. num. 30.

QUIDAM de Aramburu, utriusque Juris Doctor Hispanus ac Poëta, edidit Epigramma *circa immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*, ut refert Didacus Cano Hispanus in suo libro de Concept. fol. 75.

QUIDAM Augustinianus Gallus, scripsit Librum, cui titulus est: Bref recueil de l'antiquité & des Indulgences données à la Confrairie *de l'Immaculée Conception de Nostre Dame*, erigée & fondée au grand Convent des Augustins de Paris; ubi adducit Bullam Eugenij IV. Papæ pro confirmatione hujus Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis, ac Indulgentias ab ipso concessas anno 1442. Pontificatûs sui anno 2. in qua Bulla fit mentio magnę populi devotionis & concursûs ad Capellam *Immaculatæ Conceptionis*, &c. Et postea, Quomodò Sixtus IV. ampliavit hanc devotionem, & concessit indulgentias, sicuti pro die & octava Corporis Christi Urbanus IV. sic pro festo & octava Conceptionis. Et quòd Bulla Eugenij præcesserit Bullam Sixti viginti quatuor annos. Adducit etiam quoddam Breve Petri de Monte Doctoris in utroque Jure, Episcopi Bressensis Legati à latere & Nuntij Apostolici in Gallia, datum die 2. Junij, anno 1444. ubi datur potestas R. P. Provinciali Provinciæ Franciæ, & R. P. Priori ejusdem Conventûs Parisien. ut cum alijs Religiosis à se deputatis possint à primis Vesperis *Immaculatæ Conceptionis* usque ad secundas diei ejusdem audire omnium fidelium confessiones, & eos à quibuscumque casibus absolvere, &c. Et post pauca, Quomodò *Capella Immaculatæ Conceptionis* an. 1440. à Fratre Roberto de la Porta fundata, fuit amplificata magnificentissimè ab Illustrissimo Petro Episcopo Macon. Abbate S. Eberti Aurelianensis ejusdem quondam Ordinis. Adducit etiam litteras Regis Christianissimi Caroli VIII. pro ampliatione ejusdem Confraternitatis ad omnes civitates Galliæ scriptas, datas die penultima

tima Septembris, anno 1486. & de infinito numero Confratrum tunc temporis existentium tam Parisijs, quàm in Civitatibus Sens, Chartres, Meaux, Sentis, Soisons, Auxerre, Noyon, Laon, & in Vicaria Pontosæ, &c. Ac tandem quasdam litteras R. P. Anselmi à Montesiacone Prioris Generalis ejusdem Ordinis pro eadem Confraternitate, per quas facit Confratres participes omnium suffragiorum, orationum, &c. sui Ordinis. Datæ fuerunt litteræ die 1. Julij 1490. Ac denique narrat devotionem Reginæ Mariæ Mediceæ & aliarum Principissarum Regni Galliæ erga eandem Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis, enumeratque aliqua miracula, &c. Lib. impress. Parisijs 1632. in 16. Adhuc multa alia extant in isto libello parvo, quæ scitu digna sunt.

QUIDAM Augustinianus Hispanus, edidit *pro Immaculata Virginis Conceptione* Tractatulum probando piam sententiam ex doctrina S. Augustini, & incipit sic: Sabiendoque vinieron a sus manos de V. Mag. unas conclusiones ò tratado, en que se prueba con muchos testimonios es sentencia de S. Agustin mi Padre, que contraxo la Virgen culpa original, &c. Extat in fol. absque anno & loco impressionis in N. Bibliotheca.

QUIDAM Augustinianus, quem citat Abbas Panormitanus, titulo de Ferijs, cap. Conquæstus, fol. mihi 143. colum 4. num. 3. tenuit *Conceptionem Virginis MARIÆ fuisse extra peccatum originale*, &c. Vide ibi rationem adductam pro confirmatione suæ conclusionis.

QUIDAM Augustinianus, in lib. Serm. manuscrip. fol. 274. Serm. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, & incipit: Hoy nos ha amanecido el dia, &c. Extat in Bibliotheca Collegij D. Mariæ de Aragon Matriti.

QUIDAM Augustinianus, in Opere: Carta de esclavitud, voto, y letania de la SS. Virgen de Copacavana, semel & iterum repetit *Virginem MARIAM fuisse absque originali peccato conceptam.* Impress. in charta expansa Matriti 1653.

QUIDAM Augustinianus, in Assertionibus Theologicis habitis in Capitulo Provinciali celebrato anno 1635. die 28. Aprilis in civitate Granatensi, in principio cum S. Augustino *depinxit imaginem Immaculatæ Conceptionis.* Fuerunt impress. Cordubæ 1635. in 4.

QUIDAM Augustinianus Italus, adducit *Bullas de Conceptione Virginis MARIÆ, seu Constitutiones à Sixto IV. editas in favorem hujus mysterij*, fol. 84. & 85. in lib. Privileg. Ordinis Eremitarum absque anno & loco impressionis.

QUIDAM Barchinonensis, Ordinis Prædicatorum, in die S. Thomæ Aquinatis 7. Martij anno 1616. sustinuit Conclusiones, quarum undecima fuit: Omnes contraxerunt peccatum originale, *B. Virgine MARIA dempta.* Ita extat in Memoriali summario, &c. fol. 4. à tergo.

QUIDAM Auctor Belga, Ordinis Minorum, fecit Opusculum sub hoc titulo: Judicium naturale Theologi naturalis Belgici *de impossibili Conceptu B. Virginis* in originali, & incipit: Dignare me, &c. & deinde ponit tale Chronicon:

SanCta MarIa neC poterat ConCIpI
In peCCato orIgInaLI.

Habemus illud manusc. apud nos.

QUIDAM Belga, in Libello dicto: Hortulus Animæ, habet devotam Orat. legendam ante Divam Virginem: Salve S. Dei Parens Maria, Regina cœli & paradisi porta, Domina mundi, pura existis Virgo, *concepta es sine peccato*, concepisti Jesum sine macula. Lib. impress. Antuerpiæ, an. 1613. & 1620.

QUIDAM Belga, A. S. C. in libro dicto: La gloire de Marie, fol. 14. in tertia plenitudine gratiæ: *Quòd Virgo MARIA singulari prærogativa & privilegio divino non contraxit peccatum originale*, nec mortale, nec veniale; & agit latè de eius pulchritudine & puritate. Lib. impress. Duaci 1650. in 8.

QUIDAM Belga, in lib. cui titulus: Bouquet Sacré, composez des graces & privileges accordez à la Confrairie du Tres-Auguste Nom de Jesus, & de la Vierge Mariæ Canoniquement erigée dans l'Eglise S. Sauveur à Lille, folio 120. in Litaniis extractis ex sacra Scriptura vocat Virginem *speculum sine macula.* Et folio 121. inquit: *Per vestram Conceptionem salutarem.* Item, in alia pulchra Litania, folio 129. *S. MARIA sanctificata super omne Sanctos & Sanctas. Per Sanctum diem vestræ Conceptionis.* O Domina succurre nobis. Lib. impress. Insulis 1645. in 12.

QUIDAM Belga, in libello: Exercice Angelique pour aymer tousiours de plus en plus la glorieuse Mere de Dieu la Vierge Sacrée Marie, fol. 5. de modo recitandi Coronam, Litanias & *Officium Immaculatæ Conceptionis* cum duodecim Salve, & duodecim Ave in honorem ipsius. Impress. Insulis an. 1651. in 24.

QUIDAM van Werchter, Poëta Belga, scripsit libellum metricè de laudibus Virginis Mariæ, ubi inter alia quæ pro ejus omnimoda puritate faciunt, scripsit Hymnum pulcherrimum sub hoc titulo: *Gloriosa Virginis Matris victoria ad illud: Et ipsa conteret.* Extat manuscriptus in Conventu Fratrum Minorum Ercliniæ in confinibus Germaniæ, in 4. An autem fuerit typis mandatus, mihi incognitum est.

QUIDAM Belga Benedictinus: *Officium purissimæ & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, &c.* Et fol. 93. in Litaniis: *Per salutarem Conceptionem tuam.* Lib. impress. Duaci 1632. in 24.

QUIDAM Belga, in libro: Piarum & Christian. institutionũ libri tres in usum Sodalitatis B. Virginis Mariæ, &c. fol. 260. agit *de festivitate Conceptionis.* Lib. impress. Duaci 1582.

QUIDAM Belga, in libro: Methodus Confessionis, hoc est, Ars sive ratio & brevis quædam via confitendi, &c. parte 1. folio 10. sic inquit: Omnes enim ex progenie Adam (*præter Christum & MARIAM Matrem ejus*) in peccato originali concepti sunt, id est, in carentia iustitiæ originalis, quam conservatam oportuerat, &c. Impress. Antuerpiæ 1656. in 16.

QUIDAM Belga, in libro: Psalterium B. V. à S. Bonaventura editum, cum orationibus ad Virginem Deiparam, prope finem in Litaniis: *Per salutarem Conceptionem*, Libera nos Domina. Impr. Athi 1629. in 24.

QUIDAM Belga, in libro: Formulaire de prieres journaliers, &c. fol. 82. & 102. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali.* Et folio 111. adducit *Officium Immaculatæ Conceptionis* idiomate Walonico, & est singulare. Impress. Montibus 1654. in 24.

QUI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUIDAM Antiquus, in lib. Lumen animæ dicto, verb. MARIA adducit illam auctoritatem Augustini de Natura & Gratia : *Excepta Virgine MARIA, &c.* Lib. impress. Augustæ anno 1477. in fol. por Antonium Sorg.

QUIDAM Belga, in libro dicto: Hortulus animæ, adducit *festivitatem Conceptionis* Flandrice. Antuerpiæ. 1568. in 8.

QUIDAM Belga, in libro: Exercice Angelique pour aymer tousjours de plus en plus la glorieuse Mere de Dieu la sacrée Vierge MARIÆ, avec *l'Office de son Immaculée Conception, &c.* fol. 47. adducit officium Immaculatæ Conceptionis compositum ab Alphonso Rodriguez, & traductum Gallicè ab Auctore. Impress. Tornaci anno 1657. in 24.

QUIDAM Ordinis Minorum Belga, scripsit Observationes in duos Libellos suppliçes nomine Patrum Prædicatorum Congregationi S. Romanæ Ecclesiæ & universalis Inquisitionis exhibitos contra titulum *Immaculatæ Conceptionis magnæ Matri Dei* tribuendum. Incipiunt: Concertationes hucusque scholasticæ laudabiles, &c. Extat manuscrip. in 4. in Archivo Conventus Gandavensis.

QUIDAM Borgia, in suis manuscriptis scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Ita Andreas Urzano de Peruzzinis in Analysi Conceptionis, art. 2. inter Theologos, fol. 106.

QUIDAM, ut credo Benedictinus, in libro de Divitiis & paupertate Filij Dei, habet Sermonem *in festo Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ.* Extat apud S. Petrum in civitate Gandavensi in 4. fol. 57. manuscrip.

QUIDAM Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini, Monasterij S. Isidori Legionensis, in libro dicto: Vida, y generacion, excellencias, y milagros de la Señora Santa Ana, y de la Virgen nuestra Señora en su tierna edad, &c. cap. 2. inquit: Y de alli se fueron luego para su casa à la ciudad de Nazareth donde estaban muy alegres, y con muy cierta esperança de lo que Dios les avia prometido, *y assi engendraron luego à nuestra Señora la Virgen MARIA libre y preservada de toda macula, y pecado original, por mysterio y privilegio singularissimo,* &c. Lib. impress. Salmanticæ 1622. in 4.

QUIDAM Baccalaureus Ordinis Carmelitarum, scripsit Sermonem *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, quem prædicavit coram Papa & Cardinalibus; & incipit: Ave MARIA gratiâ plena. In exordio nostri sermonis ad eam mentis oculos, &c. Sic dicitur in indice manusc. Bibliothecarum omnium Belgij existente in Biblioth. S. Martini Lovanij.

QUIDAM Canonista antiquus, qui tempore Raimundi Lullij mordicus contrariam sectabatur opinionem, his verbis ipsam retractavit: O Virgo gloriosa, benedictaque spes, auxiliumque omnium deficientium existis! O amabilis Regina cœlestisque, quæ toti mundo luces, velut medium in natura humana existens inter principium & finem, per quam & in qua perfectio, nobilitas totius creaturæ perfectione ac nobilitate consistunt! O illuminatrix omnium aberrantium! O altitudo Imperatricis mirabilis, quantas tibi laudes, honores ac virtutes per Conceptum, & totum esse tuum concedere tenetur quælibet creatura; cùm tu sola mediatrix fuisti lineaque justitiæ originalis in mundo; per quam continuatæ persistunt virtus, perfectio, ac nobilitas universi! O Mater Dei MARIA gloriosa, adoro te, diligo te, ac honoro Conceptum sacratissimum tuum in virtute, nobilitateque: *quoniam firmiter credo te fuisse conceptam sine originali peccato.* Porrigendo tibi devotissimas & humiles gratias, qui (me indignum servitorem tuum!) ab opinione, quâ de tuo sacratissimo Conceptu fueram nubilatus, tuis misericordia & gratia instauratus existo, &c. O supra cœlestis Regina, quæ ad tam altum finem concepta es! O porta paradisi, in cujus scrinio clavis David se involvit! Quomodò operuisti viscera mea in tam dulci fletu, quia sic amorosis singultibus perlamentor? quanta est gratia & dilectio, quam mihi Virgo gloriosa ostendis! Quantusque est amor, quem in tuis honoribus enarrandis sentio in refrigerio cordis mei! Quid tibi offeram Regina amoris? Quid pro beneficiis receptis tuæ altitudini complacebo? Ecce corpus, ecce animam amando: ad divulgandum honores nobilitatis tuæ exponere volo vitam meam, peregrinando mundum, ad narranda gentibus magnalia tuæ Conceptionis, &c. Ita in lib. de Concept. Virginis Raymundi Lullij, vel veriùs Raymundi Centelles, ad finem. Impress. Valentiæ 1581. in 4.

QUIDAM, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Gallus, in libro dicto: Les merveilles du Saint Scapulaire, &c. folio 38. de Sanctis de quibus fit commemoratio, die 8. Decemb. *Conceptio Dominæ nostræ cum octava.* Item, folio 51. *pro die Suæ gloriosæ Conceptionis* Antiphona: Conceptio. Oratio: Famulis tuis, &c. Item, agit de Indulgentijs plenarijs folio 66. pro vigilia *Conceptionis*, & pro octava die de Indulgentia plenaria.

Item, folio 95. in Litaniis: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*; libera nos Virgo MARIA. Lib. impress. Lugduni 1626. in 4.

QUIDAM, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Baccalareus Parisiensis & antiquus, sustinuit Theses, in quibus præcipuè defendit: *Quòd si Virgo MARIA contraxisset peccatum originale, non pervenisset ad illum gradum gratiæ & gloriæ, ad quem assumpta fuit.* De eo mentionem facit P. Frater Girandus Renerius Dominicanus in suo libro de Conceptione, fol. 55.

QUIDAM Prior de Monte Carthusianus, in lib. Sermonum, fol. 59. adducit Serm. de Nativitate B. MARIÆ V. sub hoc titulo: Sermo de Nativitate B. MARIÆ Virginis, qualiter ipsa instar paradisi *ab initio Suæ Conceptionis* omni ornatu virtutum & gratiarum à Domino plantata est, &c. Et ferè totus Sermo est de purissima & Immaculata Conceptione. Extat in Valle-Rubra prope Bruxellas capsa 1. in 4. manusc.

QUIDAM Carthusiensis Pater antiquus, scripsit Librum satis magnum, cujus prologus incipit: Quoniam servis Dei & præcipuè solitariis convenit, ut contra sæva tentationum jacula orationis clypeo diligenti studio se protegant & defendant &c. ideo quidam solitarius Neophitus sensu pauper & modicus, & devotionum minùs fervidus præsens Orationale laboriosè collegit, &c. In hoc ergo Opere adducit varias orationes metricas & solutas; & distinct. 2. part. 1. est tota de B. Virgine, fol. 206. & in titulo de gaudiis quæ in regno cœlesti

cœlesti jucundissimè possidet Beatissima Virgo, inter alia, inquit: Gaude MARIA Regina cœli, quia sancta & individua Trinitas, in qua summa origo est omnium rerum & perfectissima pulchritudo & beatissima delectatio, id est, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, te constituens totius humanæ salutis originem, *te formans ex utero formam omnium virtutum, in te omnis gratiæ plenitudinem infundens*, ita mirificavit voluntatem tuam, &c. In hac clausula videtur expressus.

Item, infra in Salutationem Angelicam, ait:

Ave, MARIA Domina de humilitate.
Ave, Felix fœmina nitens puritate.
Ave, scandens columba cœlestis gloriæ
MARIA, culpabili carens corruptela.
MARIA, laudabili affluis medelâ.
MARIA, mirabili nos serva tutela.
Gratia præveniens te sanctificavit.
Gratia proficiens te magnificavit.

Si culpabili caruit corruptela, & fuit gratiâ præveniente sanctificata, igitur concepta sine peccato.

Item, super Ave MARIA adducit illud commune:

Ave rosa sine spinis
Tu, quam Pater in divinis
Majestate sublimavit,
Et ab omni væ purgavit.

QUIDAM Carthusianus, Domûs S. Albani prope Brenen. edidit Librum sub hoc titulo: Incipit liber qui vocatur Corona MARIÆ gemmata atque collecta ex septuaginta septem pretiosissimis gemmis, &c. Et in principio sub hoc titulo: Margarita gemma maritima parva & candida est significans sacram Virginis MARIÆ Conceptionem; in quo Capitulo quamplures revelationes Sanctis factæ breviter tanguntur, &c. Et postquam egit latè de ista prima gemma, ponit secundam sic: Memoria sanctificationis sanctissimæ Virginis MARIÆ circa interpretationem gemmæ præsentis, quæ secunda in Corona Beatæ MARIÆ est posita, &c. In quibus duabus gemmis agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Extat liber apud Patres Carthusianos in Monasterio S. Barbaræ Coloniæ litt. O. num. 29. in folio magno.

QUIDAM Auctor Carthusianus, ad Opus Dionysij Carthusiani de Laudibus gloriosæ Virginis MARIÆ, quod incipit: Quæ est ista, quæ progreditur, &c. Deus Majestatis immensæ, &c. caput 8. adducit de Immaculata Virg. Conceptione; & ad marginem habet hanc notulam: Quod tempore Dionysij vertebatur in dubium, *iam Ecclesia Catholica recipit & credit certum, videlicet gloriosam Dei Matrem originali peccato maculatam, diabolo subditam, peccati servam, iræ filiam nunquam extitisse*. Nempe quæ per Filium suum ab illo, sicut à corruptione virginitatis, dolore partûs, resolutione corporis, & aliis scripturæ pœnis dignè, ut par erat, præservata est. Extat manuscript. Ruremundæ apud PP. Carthusianos litt. C. num. 9. in 4.

QUIDAM Carthusiensis Auctor antiquus, in suo Sermonario cui titulus est: Incipiunt Sermones pro Capitulo Monachorum Carthus. secundùm ordinationem Statutorum de quolibet festo, sermone secundo in Annuntiatione Beatæ Virginis MARIÆ, qui incipit: Ave gratiâ plena, &c. Charissimi Fratres &c. dicit: Primò igitur Beata Virgo habuit maximam pulchritudinem non solùm animæ, *quia fuit absque væ & macula omnis peccati tam originalis quàm actualis, venialis & mortalis*, juxta Cant. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te; sed etiam corporis. Extat manuscript. in Bibliotheca Carthus. Ruremundæ num. 25.

QUIDAM Anonymus Carthusiensis, Domûs Scalæ Dei, in libro: Enchiridion Passionis Christi, &c. artic. 1. Feriæ 6. folio 83. *votat Virginem MARIAM illibatam*, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1556. in 4.

QUIDAM Ordinis Cœlestinorum, in libro Orationum existente in Biblioth. D. D. Jacobi Augustini Thuani, num. 264. circa finem, cap. 1. de implorando suffragia Sanctorum, §. de B. Virgine, sic inquit: Videlicet *quòd fuit à peccato immunissima*, quia secundùm Sanctos numquam peccatum commisit; sed in utero plenè sanctificata extitit; sic *quòd nulla macula in ea umquam fuit, sed tota pulchra, pura & munda, &c.* Et ad finem dicit: Non est minima prærogativa, sed excellit cæteras omnes, *quòd fuit præservata à peccato originali*. Consequenter teci scribi Quæstionem pulcherrimam, ubi ostenditur quomodò eadem Dei Genitrix fuit præservata, redempta, & sanctificata, &c. lib. 4. charta pellicea & charact. antiquis. Quæstio autem quæ sequitur, incipit sic: *Utrum Virgo gloriosa contraxerit peccatum originale in sui Conceptione?* Quantùm ad hoc pono duas conclusiones. Prima, quòd Deus potuit Matrem Virginem præservare, &c. Est quæstio brevis, & defendit partem affirmativam.

QUIDAM Cœlestinus Gallus, in libro Sermonum de Tempore & de Sanctis à Paschate usque ad Eucharistiam, in sermone 6. de Acensione, qui incipit: Protoplastorum lapsu statutum est hominibus semel mori, sic inquit: Propter quod, licèt *fuerit ab omni peccato originali* & actuali, veniali & mortali præservata *Dei Genitrix Immaculata*; quia tamen erat pura, &c. Extat manusc. in Bibliotheca Patrum Cœlestinorum Parisiens. in 4. ubi dicitur stylus Bardum Cœlestinum, vel Pocquetum redolere.

QUIDAM Cœlestinus Gallus, *de Conceptione B. MARIÆ Virginis* Sermonem sub themate: Ave gratiâ plena. In hac salutatione Angelica tria sunt *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis consideranda*; ubi agit *de ejus à peccato originali & actuali præservatione, & omni væ*, &c. Item, de eadem solemnitate, sub themate: Quæretur peccatum illius, & non invenietur, &c. ubi satis doctè agit etiam de mysterio & præservatione, &c. Item, de eadem solemnitate Collation. 3. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4. Item, de eadem solemnitate Collation. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Verba sunt Dei ad Beatam Virginem, Cant. 4. Item, de eadem solemnitate: Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Verba ista ad litteram, &c. Et ad finem habet: De eâdem solemnitate nota Sermones Thesauri novi. Hic liber est manusc. in Regali Conventu Patrum Cœlestinorum in 4. characteribus antiquis.

QUIDAM Anonymus de Cepeda, Poëta Hispan. edidit Cantionem *pro Conceptione Immaculata Virginis Dei Matris MARIÆ*, & est apud Alph. Ferial folio 27.

QUIDAM Cisterciensis Scriptor, edidit Libellum sub hoc titulo: Vox clamantis, suspirantis & amantis animæ, sive: Hymnus laboriosæ humanæ gentis Advocatę, veræ cæli terræque Dominæ, & burneæ ac animatæ Dei Aulæ, ter Opt. Max. Virgini Matri MARIÆ 72. annis inter mortales conversanti sa-

cer, ejusque devotis clientibus loco strenæ oblatus, &c. Et ad annum 29. inquit:

Adæ contagio
Ex ligno vetito
Te nihil læsit,
Sed à principio
Candor ut lilio
Tibi inhæsit, &c.

Extat impress. Coloniæ 1662. in 12.

QUIDAM Anonymus de Chincoa, Poëta Hispanus edidit Cantionem *de Immaculata Concept. Virginis*, ut est apud Ferriol folio 31.

QUIDAM Anonymus de Claros, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Conceptione Virginis MARIÆ absque originali labe*. Et est apud Didacum Cano de Conceptione folio 97.

QUIDAM Anonymus Concionator, temerariè atque audacter typis mandavit hanc propositionem, scilicet: *Quòd, si Virgo MARIA habuisset peccatum originale, Filius ejus fuisset in proximo periculo illud contrahendi, &c.* Edidit autem eam, ut refert Luisius Turrianus, in selectis dispt. p. 1. disp. 14. dubio 7. folio 84. colum. 1. in principio.

QUIDAM Anonymus devotus, quæst. 1. art. 2. refert accepisse se, viro cuidam apparuisse B. Virginem eique dixisse, *Quod in tota vita sua non reprehenderat eam conscientia sua.* Hoc pro Immaculata Virginis Conceptione adducit Guilielmus Vorilong. in 3. Sent. dist. 3. codice 2.

QUIDAM Dominicanus Hispanus (ut dicitur in 2. informatione, quæ incipit: Memorial sumario, &c. num. 5.) publicè fassus est in civitate Hispalensi *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali macula.* Hujus rei extat apud nos testimonium.

QUIDAM Dominicanus Hispanus, in Memoriali manusc. pro sua Religione agit de libris impressis ab Ambrosio Catharino *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Extat in Colleg. Imperiali Matritens. Societatis Jesu, in fol.

QUIDAM Dominicanus Hispalensis, qui edidit Manuale Fratrum Prædicatorum, post approbationem doctrinæ S. Thomæ, sic concludit: Quia Ordo Prædicatorum solitus est Sanctorum doctrinæ adhærere, sustinuit hucusque opinionem, &c. quòd Beata Virgo fuit concepta in originali: sed jam de hoc non est curandum, cùm sit materia nullius utilitatis & valde scandalosa, præsertim cùm tota ferè Ecclesia (cujus usus & auctoritas secundùm B. Thomam prævalet dicto Hieronymi, & cujuscumque alterius Doctoris) *jam asserat quòd fuit præservata.* Nec mirum, quia tempore Augustini tanta quæstio erat de Assumptione Beatissimæ Virginis. Unde dicit: homo non fingat mendaciter apertum, quod voluit Deus manere occultum. Et tamen jam universaliter tenet Ecclesia, quòd sit Assumpta in corpore & anima; & oppositum nullus auderet iam opinari, &c. Vidimus Manuale pro Armamentario N. impress. Hispali, ann. 1551. Cujus etiam extat copia impressa Hispali, an. 1615. in 4.

QUIDAM Dominicanus, existens in Monast. Viconiensi habet Serm. in quorum fine ait: Explicit tabula ista. Themata quę sequuntur, sunt de festis Sanctorum totius anni, quorum festa in Kalendario Ordinis Fratrum Prædicatorum continentur. Et incipit à festo S. Andreæ: Sub umbra illius quem desideravi sedi, & fructus ejus dulcis. Et fol. 4. *In Conceptione B. Virginis.* Ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut inhabitem ibi; & quando aliquis magnus Dominus, &c. Et habet Serm. tres de Concept. 1. Elegi & sanctificavi locum istum. 2. Erit vas sanctificatum in honorem. 3. Benedicta gloria Domini de loco suo.

QUIDAM Dominicanus Germanus, Basileæ prædicavit in præsentia duorum millium Clericorum & sex millium sæcularium, *Beatam Virginem MARIAM sine originali peccato fuisse conceptam, & errare illos, qui eam dicunt fuisse maculatam*; ut retulit Nicolaus Vincentius de Basilea, & ex eo Bernardinus de Bustis sermone 9.

QUIDAM Ordinis Prædicatorum (ut videtur constare ex ipsomet libro, & exemplis appositis ad finem) sub hoc titulo: Incipiunt Sermones compositi super particulis Antiphonæ: Salve Regina, magno ingenio & diligentia ad honorem Virginis Matris Mariæ, ac utilitatem omnium Christi fidelium eos legentium ac audientium ordinati à docto sacrarum Litterarum, necnon Virgini Matri devoto viro, cujus nomen olim in libro vitæ invenietur, &c. in titulo de Pulchritudine Mariæ, qui incipit: Secundò principaliter restat videre, &c. pro pulchritudine animæ Mariæ adducit illud: *Tota pulchra es amica mea, mente scilicet & corpore; & macula non est in te, quæ te repellat vel impedire valeat*, quin de te Domino gratum offeras holocaustum, &c. Et ad illud: Surge amica mea. Ac si diceret: Surge ab illa ruina generis humani, de qua dictum est homini: Terra es & in terram ibis. Surge formosa mea, *in qua non est macula*, ad Regni consortium, &c. Impress. per Theodoricum Martini in oppido Alosten. Comitatûs Flandriæ, anno 1487. in 4.

QUIDAM Dominicanus, in Serm. de Rosario, qui incipit: Dic obsecro, quòd soror mea sis, &c. Sicut spina rosam genuit, ita Judæa Mariam Virginem Reginam. *Rosa sine spina Dei Genitrix es facta*, &c. Extat cum Sermonibus 13. Michaëlis de Hungaria in 16.

QUIDAM (ut videtur ex ipso prologo lib.) Dominicanus, in libro dicto: Modus fructuosè legendi Rosarium gloriosæ Virginis Mariæ, cujus initium est: Qui Christum vult laudare, & Mariam Virginem honorare; debet sursum cor levare, Rosarium hoc dicere & divulgare; in Prologo incipiente: Notum sit omnibus Christi fidelibus, quòd quicumque singulis septimanis legerint tria Rosaria pro Fraternitate Rosarij gloriolæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, participes sunt omnium bonorum, quæ fiunt in Ordine Fratrum Prædicatorum per universum mundum, &c. inquit: Cætera Ave Maria propter ipsius Matris Dei purissimam Virginitatem, *atque omnimodam innocentiam* sunt in ipso Rosario quasi Rosæ albæ, &c. Et infra in primo mysterio: *Quem Virgo carens vitio de Flamine concepisti*, dum Gabrieli nuntio humillimè consensisti, &c. Extat in libro dicto Directorium aureum contemplativorum. Impress. Antuerpiæ & priùs Coloniæ curâ Patrum Carthusiensium in 16. absque anno impressionis.

QUIDAM Anonymus Encomiastes, in Oratione de Depositione Zonæ Virg. vocat Mariam *prorsus Immaculatam, peccato & sorde sublimiorem.* Vide Joannem Eusеb. Nieremb. lib. Except. cap. 13. folio 227.

QUIDAM Anonymus de Figueroa, Poëta Hispanus,

nus, elaboravit Epigramma *pro Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione.* Ita Didacus Cano in libro de Conceptione, folio 71.

QUIDAM de Francia, Poëta Hispanus composuit Carmina *pro intemerata Dei Matris MARIÆ Conceptione.* Et extant apud Didacum Cano de Concep. folio 91.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, edidit Carmina *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ.* Extant impress. in lib. de Concep. Sanct. Zapata, folio 189.

QUIDAM Anonymus Franciscanus Italus, in lib. Sette affectuose salutationi à la gloriosissima Vergine Maria con le sette alegrezze che gode in cielo, dove se contiene un Memoriale della sua santa vita, &c. fol. 6. in salutatione ad Beatam Virginem pro feria secunda, inquit: *Salutovi humilimente santissima Vergine MARIA, che fosti fatta maravigliosamente, bella nel ventre di vostra Madre dal sumo Dio*, il quale vi adorno di tutte le perfettioni, è gratie; ò Virgine chiara, è resplendente Vergine purissima icelta frale miglia. &c. Lib. impress. Salo an. 1637. in 24. Vide etiam folium 59. & 61. ubi vocat Virginem puram & Immaculatam.

QUIDAM Anonymus Franciscanus Hispanus, qui typis mandavit Librum de Excellentijs fidei & brevem Tractatum de Mysterijs devotionis, Tractatum de Mysterijs Angelorum, atque etiam Historiam Equitis Fernan. Gonçalez; scripsit quoq; Librum sub titulo: Vergel de Virginidad, con el edificio espiritual de la Caridad, & cap. 57. sub hoc titulo: De las singulares dignidades de la Virgen sin par, y de las prerogativas, y privilegios de la Virginidad, inquit: El edificio de los mysterios de la Virgen sin par, tiene unas almenas muy riquissimas y sin par que como la persona reverendissima, y santissima de la Virgen singular, *no tuvo par, ni igual* en su edificio, de perfeccion y declaridad, assi sus almenas y dignidades son mas y mas preciosas, que todas las otras dignidades de los Sanctos, ni de los Angeles: porque la perfecion de la Virgen no solamente corrio à la par con los Angeles, mas aun quedaron muy traseros los Angles à los quales la Virgen llevo muy gran ventaja en tres cosas aventajadas. *La una en el cumplimiento de la gracia, la otra en la pureza,* y la tercera en la familiar conversacion con Dios, &c. Y esta cubierta del sol, porque todas sus cosas fueron tan sobradamente abastadas de rayos solares, que jamas ubo en ella, no digo *señal de tinieblas, ni obscuridades, ni poca claridad ò algunas* tibiezas, &c. Lib. impress. Burgis, anno 1539. in 4.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, in lib. Psalterij Bonaventuræ, in Litania folio 145. *vocat Virginem MARIAM electam, & præelectam, atque ab Spiritu sancto protectam.* Et in eodem libro vocatur passim *pura*, & perpetua lucis aurora, &c. Matriti 1613. in 16. Extant etiam hæc in alia impress. Matritensi in 12. fol. 197. num. 4.

QUIDAM Franciscanus Italus, scripsit Libellum sub hoc titulo: *A devoti fratelli, & sorelle della veneranda Compagnia de la carita, & Concettione della gloriosissima Beata Vergine MARIA,* ereta nella chiesa del Giardino delli Reverendi Fratri Minori Observanti di S. Francesco di Milano. Impr. Mediolani apud Pandolphum Malatesta anno 1595. in 8. parvo.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, in libro dicto: Thesoro del anima, in Tractatu de Concessionibus factis ob reverentiam Dominæ nostræ inquit: Leon X. concedio, *que los hombres, que truxeren la imagen de la Concepcion de nuestra Señora; las mugeres que truxeren escapulario con la dicha imagen, como las Monjas de la Conception de Toledo la suelen* traer, consigan las mismas gracias, è indulgencias, que consiguen ò pueden conseguir los que traen la cuerda de los Frayles Menores ò la Correa de los Frayles de San Agustin, &c. Item, infra: Sixto IV. que los que vienen à los officios divinos *en la fiesta de la Concepcion* y su octavario ganen los mismos perdones que en la fiesta del Corpus Christi y su octavario. Y porque nunca se dexen de ganar concedio Leon X. que en toda España en las Iglesias, que se celebrare el oficio aprobado por Sixto IV. que comienza: Sicut Lilium, se levante qualquiera entredicho en la dicha fiesta, y en todo su octavario, como en la fiesta de Corpus Christi, &c. Impress. Vallisoleti 1527. in 8. Ejus verba ad litteram adduxi, quia liber singularis est & rarò invenitur.

QUIDAM Franciscanus Italus, in libro: Divotioni à la sanctissima Vergine Maria N. Signora della Gratia, in S. Maria della Nova, fol. 164. de Septem festivitatibus B. Mariæ semper Virginis, inquit: *Ave cujus Conceptio solemni plena gaudio, cœlestia & terrestria novâ replet lætitiâ.* Lib. impress. Neap. 1646. in 16.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, & ut existimo fuit R. P. Antonius Daza, scripsit Memoriale ad Philippum III. Hispaniarum Regem de revelationibus factis Venerabili Mariæ de la Antigua, *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis*; & incipit: Porque V. Mag. vea las grandezas que Dios ha manifestado en este tiempo despues que se levantò la contradicion que algunas personas han hecho al mysterio de la *Immaculada Conception de nuestra Señora, &c.* Est apud nos manuscrip. in folio.

QUIDAM Italus (ut creditur Franciscanus) in Sermonibus habitis Mantuæ in Ecclesia Parochiali S. Silvestri, in festo *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Sermonem unum ad illud Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Extat in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini inter manuscriptos in 4. Et sermo fuit factus an. 1624.

QUIDAM Franciscanus Provinciæ S. Jacobi, in Compend. privilegiorum Fratrum Minorum antiquo, *de Privilegijs pro die Conceptionis V. MARIÆ*, fol. 41. Item, de Indulgentijs *pro festo Conceptionis Virginis MARIÆ*, fol. 89. Et verb. Interdictum, quomodò in Hispanijs suspenditur quodcumque Interdictum *in festo purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1532. in 4. Item, ad finem libri agit de Regula Monialium Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ à Beatrice de Silva disposita & ordinata.

QUIDAM Franciscanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Defensa de un juizio de la antigua Inquisicion de España, antes de el año de 1530. en que absoluiò, y diò por libre à uno que propuso, *que la opinion afirmativa de la culpa original, en la Virgen era escandalosa, mal sonante, y temeraria.* Relacion de el juizio de la Inquisicion, y de lo que à el se siguio. Supocion primera. Arnoldo Albertino, Inquisidor de Valencia, en la question

diez y siete de catholicis assertionibus de las impressiones de antes de el año de 1530. refiere el juizio, y sentencia dicha, y de ello allega Fray Egidio à Præsentatione, lib. 3. de Conceptione, quæst. 2. art. unic. §. 4. pag. 167. En la impression de Roma de 1572. se expurgò esta relacion, y juizio por el Maestro de el Sacro Palacio, &c. Est eruditum Opusculum, & extat manuscript. in Archivo S. Francisci Matritens. tom. 4.

QUIDAM Franciscanus, in Relatione electionis Reverendissimi P. F. Petri Manero in Vice-Commiss. Generalem Familiæ Cismontanæ, agit semel & iterum fol. 80. & 84. *de Purissima Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum Serm. R. P. Fr. Francisci de S. Anna Cæsaraugustæ 1649. in 4.

QUIDAM Franciscanus Italus, scripsit Lib. sub hoc titulo: Dell' indulgenze, è Stationi che sono ogni giorno in tutte l' chiese di Roma, concesse all' Archiconfraternità *dell' Immaculata Concettione della nostra Signora* existente nella Capella dell' Annuntiatione novamente fatta in S. Francesco de la Vigna di Venecia.

Item, ibidem est aliud Opusculum, sub hoc titulo: Li Venerandi Priori, & Deputati al governo dell' Archiconfraternità dell' *Immaculata Concettione della gloriosissima, è semper Virgine MARIA nostra Signora*, &c. Lib. impress. Venetiis 1585. in 8.

QUIDAM Franciscanus, in libro dicto Hispanicè: Breve Compendio de los Hijos de la Tercera Orden del' enitencia del Seraphin de la Iglesia San Francisco, &c. in principio laudat *purissimam Conceptionem Virginis MARIÆ* absque originali peccato conceptæ. Lib. impress. Hispali anno 1649. in 8.

QUIDAM Franciscanus Latinus, seu S. Bernardinus (ut existimat R.P. Joannes de la Haye, licèt ego credam, quòd fuerit antiquior) in lib. dicto: Sermones super Apocalypsim, id est: In Apocalypsim Sacratissimarum Christi, & totius militantis Ecclesiæ revelationum melliflua explanatio, &c. c. 11. fol. 79. inquit: Quantùm ad secundum nota, *quòd B. Virgo fuit non sexus defectibilitatis, fragilitatis, flexibilitatis; sed fuit mulier præordinata à Domino, sanctificata, id est, sancta facta, & præservata in ortu.* Sic extat in lib. antiquo impress. apud Stephanum Guinard. characteribus vetustissimis; sed Joannes de la Haye ex suo Authographo, c. 12. fol. 104. sic transcripsit ultima verba: Sanctificata, id est, sancta facta in ortu, Immaculata in Conceptu, glorificata in trâsitu. Unde dicitur, quòd mulieri datæ sunt duæ alæ, &c. Item, eodem cap. 11. fol. 76. col. 4. loquens de visa Arca Testamenti in templo, inquit: Vel potest accipi pro V. in quo quidem verbo tangitur claritas conversationis, novitas operationis, veritas prædicationis, sublimitas resurrectionis & ascensionis, virginitas puellaris & singularis ..... utilitas salutaris, *quia facit primum ortum pulcherrimum, secundum ortum celeberrimum, tertium fructum uberrimum.* Quis ergo dubitat, quòd primus Virginis ortus fuit, quando in utero concepta? & hic fuit pulcherrimus: secundus verò ortus ex utero, quando nata est, & hic fuit celeberrimus.

QUIDAM Franciscanus, in 3. Sententiarum dist. 3. sub hoc titulo: Tractatus brevis de Beata Virgine. Quæstio prima de Conceptione Virginis ejusque sanctificatione: *An Beata Virgo concepta fuerit in peccato originali?* latè tuetur præservationem; & quòd nec debitum incurrit contrahendi originale. Est MS. in Bibliotheca Fratrum Minorum Recollectorum Tornaci in 4.

QUIDAM Franciscanus, in Relatione festorum de Martyribus Japponen in civitate Segoviensi factorum, fol. 6. *de imagine purissimæ Conceptionis* in processione portata. Impress. Segoviæ 1628. in 8.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, in lib. Sermonum, *de Conceptione B. Virginis & ejus præservatione à peccato originali*, Sermonem unum. Extat manusc. in Biblioth. Matriten. S.P.N. Francisci absq; num.

QUIDAM Franciscanus Florentinus Latinus, in Opere completo seu edito, anno salutis 1517. in quo adducit Tractatum de Corona B. MARIÆ seu Meditationes; privilegio 8. inquit: Octavum intitulatur sanctitas, *id est, sine aliqua minima macula, vel originali peccato in utero concepta.* Unde prædictum est Cant 4. Tota pulchra es, & macula, scilicet peccati, non est in te. Ratio, quia non decebat Dei Matrē esse alicujus peccati contagione maculatam, &c. Extat lib. manusc. in Biblioth. omnium Sanctorum Florentiæ, in quo etiam sunt alij Tractatus de B. Virgine, scilicet: Corona duodecim stellarum, & de duodecim Contemplationibus in Corona Virginis juxta numerum duodecim gaudiorum, quæ B. MARIA habuit in hac mortali vita de suo Filio, &c. Et de nonnullis Coronæ Virginis; &c. Et ad calcem prædicti libri extant hæc verba: Acta sunt hæc per Fratrem Joannem de Costa Commissarium Ultramontanum.

QUIDAM Franciscanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Informatio, quâ evidenter ostenditur ex 17. Sanctis (quos tanquam expressè dicentes B. Virginem fuisse in peccato originali conceptam, citant Patres Dominicani) quatuordecim falsificatos esse 3 reliquos verò nihil probare, &c. Incipitque Tractatus sic: Doctores, quos Patres, &c. Est in Archivo Franciscan. Matrit. cum alijs Tractatibus de Conceptione. Hunc esse pro Immaculata B. Virginis MARIÆ Conceptione, informatio relata manifestè indicat, ut inspicienti patet.

QUIDAM Franciscanus, scripsit Opusculum sub hoc titulo: Insignia quadraginta octo testimonia Dominicanorum inter alios plures *pro Conceptione Immaculata B. Virginis, sive pro præservatione à peccato originali*, &c. Et incipit: S. Dominicus. Ibidemque quærit sequentia: Quid hactenus de Conceptione B. Virginis diffinitum sit, & quid restet diffiniendum? An expediat Ecclesiæ controversiam hanc hoc tempore diffiniri? Utrum ex eo, quòd Ecclesia celebrat festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis, colligatur, eam sine originali peccato fuisse conceptam? &c. Et tandem refelluntur ea, quæ ex Patribus afferuntur à Caietano in Opusculo de Conceptione. Item: Non quidquid Ecclesia tolerat, infertur esse probabile ipsius Ecclesiæ probabilitate, &c. Et adducit novem exempla seu opiniones, quæ fuerunt toleratæ ab Ecclesia, nec tamen ipsa illas recipiebat, ut ex illis probet *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*, &c. Hæc omnia extant eodem charactere conscripta in manusc. quod servatur in Archivo Matritensi in folio.

QUIDAM Franciscanus, scripsit Opusculum sub hoc titulo: Ex doctrina SS. Patrum ostenditur Patres Dominicanos injustè usurpare nomen defensorum excellentiæ seu prærogativæ Christi

Christi Domini, & auctoritatis doctrinæ SS. Patrum *in causa Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Incipit: Ex eo, quòd.

Item, edidit aliud Opusculum sub hac inscriptione: Examen & qualificatio cujusdam Summarij editi in favorem sanctificationis B. Virginis MARIÆ, quam celebrant Patres Prædicatorum Ordinis, &c. Et incipit: Quòd Beata Virgo, &c. Totum est *pro Immaculata Conceptione B. MARIÆ*, & in eo plura scitu digna deteguntur.

Item, aliud sic inscriptum: Ex S. Ildephonso probatur *Beatissimam Virginem MARIAM non habuisse peccatum originale*, &c. Et incipit: Quid senserit Sanctus. Hæc omnia extant eadem characteris forma in quodam manuscrip. asservato in Archivo Matriten. de mandato Reverendissimi Patris F. Petri Manero.

QUIDAM Franciscanus, in lib. sub hoc titulo: Conclusiones principaliores, decerptæ ex scripto Oxoniensi Doctoris Subtilis, collatæ cum sententiis S. Augustini magni Ecclesiæ luminis, fol. 248. Quæst. 1. *Vtrum B. Virgo fuerit concepta in originali peccato?* Conclusio est ut in Scoto. Lib. imp. Duaci 1640. in 16.

QUIDAM Gallus, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci, cujus nomen conflatur ex his litteris P. F. E. D. D. in libro: La sainćte Academie de perfection speculative & practique, divisée en trois diverses parties, &c. de Conventibus erectis sub titulo *Conceptionis*, fol. 587. & 596. & alibi sæpe. Lib. impress. Lugduni 1657. in fol. magno.

QUIDAM Anglus (ut credo Franciscanus Collegij Duacensis Anglorum) in lib. The Practise of the presence of God, collected and published for those that professe the third Order, fol. 459. adducit Antiphonam Immaculatæ Conceptionis: *Tota pulchra es MARIA & macula originalis non est in te*, cum Oratione: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Lib. impress. Duaci 1642. in 16.

QUIDAM Franciscanus Belga, scripsit Tractatum sub hoc titulo: Apologeticus Marianus *pro titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*; in quo latè probat titulum *Immaculata* esse Conceptioni tribuendum. Extat MS. in Archivo Conventûs Fratrum Minorum Gandavi in 4.

QUIDAM Ordinis Minorum manuscriptus, in Sermonibus dictis Cordatis, ut ibidem dicitur à quodam Fratre Minore scriptis, in Dominica 1. Adventus Serm. primus: Nunc proprior est nostra salus, quam cùm credidimus, &c. sermone decimo tertio super illud: Ave MARIA gratiâ plena, Lucæ 1. Dicit Isidorus, &c. assignat duodecim benefictiones MARIÆ. *Prima, quia sanctificata fuit in utero*, secunda quia salutata est ab Angelo, &c. Extat manusc. in Monasterio Canonic. Regularium S. Crucis Coloniæ litt. F. num. 9. & est ingens Tomus.

QUIDAM Franc. Tres-devote Confrairie soûs le nom *de la Conception Immaculée de la B. Mere de Dieu*, erigée en l'Eglise des Freres Mineurs Recolletz, de la Ville de Cambray, par l'Authorité de Monseigneur l'Illustrissime & Reverendissime Archevesque & Duc du dit Cambray, enrichie de tres-belles Indulgences par N. S. P. le Pape Alexandre VII. Impress. Cameraci 1663. in 12.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, fecit Libellum supplicem tenoris sequentis: A la Reyna Christianissima. Señora. Un humilde subdito de V. M. Christianissima por si y en nombre de todos los desseosos de la mayor gloria y honrra de la Serenissima Reyna de los Angeles, y de los hombres MARIA Señora nuestra; y del mayor servicio de V. M. y de sus augmentos espirituales y temporales: con toda la sumission y reverencia debida à su grandeça; propone à V. M. como à la mas devota *del sagrado mysterio de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora* tenga por bien, de que en este su poderoso Reyno de Francia se establezca, y funde debajo de su proteccion y amparo la illustrissima Orden de Religiosas de la Conception. Creo, y afirmo con toda certidumbre sera esta fundacion y estableçimiento muy del gusto de Dios, y de su Santissima Madre, de que no puede aver duda; como tanpoco la debe haver de que sera de mucho lustre para su Reyno, que aunque tan florido en lo temporal y espiritual, florecera mucho mas con esta nueva flor de esta sagrada Religion significada en los lises, ò açuçenas. Y es cosa, Señora, que causa admiracion, que en Reyno adonde se profesa tanto la devocion de nuestra Señora, pues los Reyes Christianissimos y todo su Reyno la tienen por su Patrona, y Tutelar, y siendo aqui en esta su gran ciudad y Corte de Paris, adonde por medio del Sutilissimo Escoto se excitò en toda la Christiandad la verdad de la Pureça de esta celestial Princesa, falte de ella y de todo el Reyno esta hermosissima Orden de la Concepcion. Reconocen à esta Universidad de Paris todas las del mundo por la primera, en que se defendio la verdad del mysterio de la Concepcion; como lo testifica la Ymagen de nuestra Señora, que està à la puerta de la Yglesia debajo de la Santa Capilla, laqual à la reverencia y adoracion, que prestò de rodillas le hiço el Santo Doctor antes de entrar à defender las conclusiones de su pureça y justicia original, diciendo aquellas palabras: *Dignare me laudare te Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos*, inclinò la Santa Ymagen (siendo de marmol) la cabeça, que asta el dia de oy tiene inclinada, en prueva y demonstracion clara, de que favorecera siempre à los que la sirvieren en reverencia *del sacrosanto mysterio de su purissima Concepcion*, como lo hiço con nuestro Sutil Escoto, pues salio con grande aplauso victorioso contra mas de trecientos Doctores Parisienses, que se havian juntado para impugnarle.

Tocale de justicia à V. M. el Patronato de esta sagrada Orden por muchos titulos, entre los quales el principal es; por su entrañable y afectuosissima devocion à este soberano mysterio de la Concepcion, de que tenemos infinitas experiencias. Por Hija del Catholico Rey de España nuestro Señor, en cuyo Reyno tan fervorosa se halla esta devocion, y tan dilatada esta Orden; y por heredera legitima de su espiritu y cordial afeccion à la Immaculada Concepcion; como lo dice nuestro Santissimo Padre Alexandro VII. en la Bulla, que à su instancia y peticion à embiado à toda la Christiandad, laqual à sido recebida en toda España con exceesivas demostraciones de fiestas y alegrias. Pertenecele à V. M. por ser Religion, que tubo su principio y origen con el amparo, y proteccion de los glorioso progenitores de V. M. y confirmada por la silla Apostoli-

ca à instancia suya; cuyo primer Convento, (seminario de Santidad,) esta en la ciudad de Toledo. Tocale à V. M. este glorioso titulo de Primera Fundatriz y Protectora de la Concepcion en Francia, por verdadera Hija de nuestro Serafico P. Francisco, calidad de que tanto aprecio, y estimacion hace V. M. cuya sagrada Religion ha solicitado siempre las glorias *de nuestra Señora desde el primer instante de su Concepcion sin culpa original*, tomandola por Patrona debajo de este sacrosanto mysterio. Cuyos hijos en la profession hacemos juramento, y voto solemne en defensa de este amabilissimo mysterio, y de no perdonar à ningun trabajo (ni aun à la vida si necessario fuere) que en orden à su mayor acclamacion pueda conducir. Que por aver trabajado tanto, y sin cesar dicha Religion por tan glorioſa empressa, la Yglesia le à encargado el govierno y direccion de esta sagrada Orden de Religiosas de la Concepcion.

Esta misma obligacion, que à fuer de Hija de N. S. P. S. Francisco le incumbe à V.M. de solicitar con todo esfuerzo *viribus & posse* todo lo que pueda ayudar à la mayor acclamacion *de la verdad de la purissima Concepcion de nuestra Señora*, se tenia V. M. en virtud de tantos Juramentos, y votos, como en los años pasados se hicieron en España por este mismo fin; de los quales muchos le tocaron à V. M. Y es sin genero de duda, que para conseguirlo, no se pudo imaginar mas proporcionando medio, que este de esta fundacion; pues el solo conducira mas que todos los demas seruicios juntos, que se puedan hacer en reuerencia *de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora*. Que por esta causa en las Bulas, que los summos Pontifices an expedido acerca de este punto, se pone por motivo y argumento de los principales de la credibilidad de este misterio, la ereccion de esta Venerable Orden en la Iglesia Catolica. Los intereses espirituales, que de obra tan heroica se le seguiran à V.M. son innumerables; pues delante de nuestro Señor tendra V.M. à su quenta todos los santos exercicios de oraciones, mortificaciones, &c. de todas las Religiosas de esta su Orden, que son, y fueren, que seran sin numero. Asegurara V. M. con este patrocinio y amparo, el de nuestra Señora. Y como todos debemos creer, que todas las gracias y dones naturales y sobrenaturales, conque nuestro Señor à dotado à V. M. le han sido comunicadas por ser tan afectuosamente devota del sagrado mysterio de la Concepcion: de la misma manera, y con mas fuerte razon puede V. M. y todos devemos esperar, continuara nuestro Señor sus favores, y con mas abundancia ofreciendole V. M. en honrra de su Santissima Madre un tan agradable servicio, en que se incluyen otros muchos. Creceran estas esperanças, como el valor de la obra, por la circunstancia del tiempo. Por el estado en que se halla oy la causa de nuestra Señora en su pureza sin mançilla. Pues es mas que cierto que para su ultima determinacion, y para la sentencia definitiva de la Iglesia, que esperamos acerca deste punto, conducira muchissimo el fervoroso afecto de V. M. manifestado por la ereccion de esta sagrada Religion en su Reyno. Y si los Santos suelen mostrarse con especialidad propicios, y favorables con sus devotos en tiempo, que se trata de su Canonizacion, manifestando su interceſsion con muchos prodigios y maravillas; que favores podra V. M. esperar para si y todo su Reyno de la Reyna de todos los santos, quando estando ya para definirse la causa y verdad de su pureça y justicia original, en reverencia de esta misma justicia la consagra V.M. tantas almas puras, como seran las Religiosas que para siempre jamas militaran debajo de la vandera y estandarte de la Concepcion, que V.M. como valerosa Capitana fue la primera, que enarbolo en este su Reyno?

Es tambien raçon (Poderosa Señora) y motivo efficacissimo para que V.M. espere de nuestro Señor la communicara los inestimables tesoros de sus dones y gracias, no como quiera, sino con exceso, liberalidad, y abundancia, el saber, que este es govierno ordinario de la divina providencia, en communicar sus misericordias à los que dan principio à semejantes obras; como podra V.M. ver claramente en los Fundadores, y Patrones de las Ordenes, Cõgregaciones, Cofradias, &c. en las quales siempre à sus principios se hallaron personas de singular virtud, y rara santidad; y de sus fundadores se leè haver sido muy favorecidos de Dios con extraordinarias misericordias. Debense añadir à todas estas medras, y augmentos espirituales todos los servicios, que en reverencia de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora le haran en este su Reyno de V. M. sus Vassallos, en los quales se excitara el amor y devocion à este sagrado mysterio. Que aunque en dicho Reyno tubo su principio la defensa de su verdad; al presente (por nuestros pecados) la vemos muy tibia, muerta, ò olvidada entre los fieles, y no abra remedio mas eficaz contra esta tibieça, ò olivdo, que el exemplo de V. M. que como piedra iman se llevarà tras si los coraçones de todos à la misma devocion. Raçon que si bien se pondera es de mucha fuerça. Los medios, que para la execucion de obra tan eminente se proponen à V.M. parecen facilissimos. Porque sin la intervencion de traer Religiosas de otros Reynos, en que forçosamente havian de intervenir immensas dificultades, y sin la fundacion de nuevo Convento, que edificandose en nombre de V. M. necessariamente se aurian de gastar en el excesivas cantidades de dinero. Solo con que V. M. Christianissima sea servida de recibir, y tomar debajo de su proteccion y amparo esta sagrada Orden y el glorioso titulo de su primera Fundatriz en su Reyno, y el de Patrona de su primer Convento, esta todo hecho. Porque ay communidad plena de Religiosas (y de Religiosas de mucha virtud y santidad) las quales (con la bendicion del Summo Pontifice) por la reverencia *de nuestra Señora, y de su Concepcion purissima* mudando su instituto y habito en el de esta santa Orden, haran profession en ella de verdaderas hijas de la Concepcion sin mançilla de la Reyna de los Angeles. Laqual haran dichas Religiosas con gran consuelo y alegria de sus almas, ademas de ser cosa tan conocidamente del gusto de Dios, por ser hecha en honrra, y servicio de su Santissima Madre; por serlo tambien de el de V.M. que estimaran en mas, que todos los intereses de este mundo. Ay exemplares de este medio (el qual encierra ensi otros muchos) pues con el se començò esta Orden en el

Pays

Pays bajo de Flandes, adonde se halla muy florida; y con el mismo se dio principio à dicha Religion, cuyas primeras Religiosas fueron de la Orden de nuestra Madre Santa Clara; y si en la execucion se hallaren dificultades, basta para vencerlas, el saber es causa de nuestra Señora la propuesta, aquien V. M. quiere, y estima con todas veras; y aquien ama con fineça todo se le hara facil. Y todo cedera en mayor gloria de nuestro Señor, honrra de su Santissima Madre, consuelo y satisfacion de V.M. y augmento de la devocion acerca del mysterio de la Concepcion en toda la Christiandad. Impress. Parisiis an. 1662. in folio, Gallicè & Hispanicè.

QUIDAM sub nomine Monast. Monialium S. Claræ in suburbio Parisien. dedit hoc Memoriale, in quo devotio erga hoc mysterium cognoscitur: Ofrecimiento à la Reyna Christianissima. Señora. El Convento y Religiosas Descalças de nuestra Madre Santa Clara del Varrio de S. German de Paris, unanimes y conformes en plena comunidad, todas juntas y cada una de porsi, postradas en espiritu à los reales pies de Vuestra Magestad Christianissima, con toda la reverencia, y sumission de nuestro coraçon debida à su grandeça: certificadas primero de la entrañable devocion que V. M. (Dios la guarde y alumbre con bien) tiene (afuer de verdadera hija y legitima heredera del espiritu de los Catholicos Reyes de Espaňa,) *al sagrado misterio de la Immaculada Concepcion de la Serenissima Reyna de los Angeles*: para materia en que se conserve, y entretenga su cordial afeccion, y por medio, en que empleandose lo ardiente de su amor en tan sagrado objeto, crezca y se augmente excediendose assi mismo; y causando los mesmos efectos en todos los vasallos de su dilatado Reyno de Francia, sirva de exemplar à todas las naciones del mũdo: ofrecemos à V.M. el don de mas valor, y la ofrenda de mas estimacion y precio, que hemos podido hallar entre los tesoros de nuestra humildad y pobreça, que somos nosotras mesmas, y nuestras promptas voluntades rendidas siempre à la de V. M. las quales junto con nuestras pobres oraciones y santos exercicios, ansi de las que al presente vivimos, como de las que nos siguieren, ofrecemos à V.M. totalmente dispuestas para recebir el santo habito *de la illustrissima Orden de la Concepcion de nuestra Señora, y para hacer en ella* (haviendo primero alcançado la bendicion del Summo Pontifice) *solemne profession de hijas verdaderas y indignas esclavas deste soberano mysterio de la Concepcion*. Teniendonos por dichosissimas, de que nuestro Señor aya favorecido con tal exceso nuestra cortedad y amada pobreça, tomandola por primera piedra fundamental de tan alto y magnifico edificio, como es la ereccion de una tan illustre Religion en este su poderosissimo Reyno. Y ansi como nos reconocemos obligadas à este soberano Señor en haverse dignado de mirar con agrado los pequeños servicios, que de lo corto de nuestro caudal en reverencia de este sacrosanto mysterio le hemos presentado con mas frequencia desde el principio de los dichosos desposorios de V. M. siendo las primeras que con demonstraciones publicas han recurrido à nuestra Señora implorando su clemencia y patrocinio por medio *de su Concepcion purissima*: de la misma manera creèmos que este divino Señor ha de continuar sus misericordias en querer recebir con igual semblante este pequeño sacrificio, que de nuestras almas y cuerpos, y de todas nuestras acciones y exercicios interiores y exteriores, espirituales y temporales, le ofrecemos con todo el afecto y esfuerço de de nuestro coraçon para mayor honrra y aclamacion *del sacrosanto mysterio de la Immaculada Conception de su Santissima Madre*. Y para mayor firmeça de esta oferta, y para que con mas agrado llegue este gustoso, y voluntario sacrificio à las manos de esta celestial Princesa, lo ponemos en las de V.M. dedicandonos, y consagrandonos desde aora para siempre jamas por fidelissimas Capellanas de V. M. para en su nombre y debajo de su proteccion reverenciar, y servir con especialissimo culto el sagrado mysterio de la pureça y justicia original en el primer instante de su ser de la Emperatriz de todos los Angeles y de los hombres Teniendo por cierto que por este medio acompañado de la fervorissima devocion de V. M. llovera el cielo en abundancia largas bendiciones de dones, y gracias espirituales, y temporales sobre las Augustissimas personas de V. M. del Rey Christianissimo su amado esposo, de Monsegneur Dauphin su querido hijo, de la Reyna Madre, Madre, y protectora de todas las devociones, de Monsieur y Madama, de todos los Principes, y sobre todo su Reyno. Juzgamos (Poderosa Señora) y estamos totalmente persuadidas ser esta empresa muy del gusto de nuestro Señor, y expressa voluntad suya, y por consiguiente de nuestra Madre Santa Clara, por las diligencias bien extraordinarias, que de oraciones y santos exercicios se han hecho para conocerla antes de hacer este humilde presente à V. M. Y llegamos tambien à conocer, que como la divina providencia se sirvio de Religiosas de Santa Clara, y de la Proteccion de los Reyes Catolicos para la primera fundacion de dicha Orden de la Concepcion en Espaňa: para el mismo fin y primera institucion de esta misma Orden en Francia se quiere servir de esta santa comunidad, y del amparo de Vuestra Magestad.

Y parece efecto especial de la altissima providencia el haverse fundado este santo Convento sin Patron alguno guardandose este titulo y calidad para V. M. porque à sola su gran devocion podia pertenecer el glorioso titulo de *Primera Fundatriz y Protectora de la illustre Orden de la Purissima Concepcion de nuestra Señora*. Para renovar pues con mayor fervor, y repetir con nuevo fruto esta entrega y agradable sacrificio, alta que veamos puesta en execucion esta heroica obra de V. M. (por tantos titulos suya) y que gozemos el feliz y dichoso dia, en que recibamos el habito celestial de esta sagrada Religion de la Concepcion, ofrecemos en especial el santo exercicio de las Comuniones, y de tener patente el santissimo Sacramento todos los sabados por la intencion de V. M. Y de continuar para siempre esta devocion por el cumplimiento de sus piadosos desseos; y en señal de que por especialissimos titulos somos todas en esta santa Comunidad, de Vuestra Magestad, las mas obligadas subditas, y humildes esclavas Q. S. P. B. Impress. Parisiis, an. 1663. in folio.

QUIDAM Franciscanus, edidit hoc Opusculum: Protesta-

Protestacion que haze cierto devoto de la Sacratissima Virgen MARIA Señora nuestra, al fin de un libro trabajado à gloria de su Immaculada Concepcion; assi para consuelo de los que han defendido, y defienden la immunidad de su incontaminada pureza, en el primer instante de su ser, como para desengaño, o confusion de los que han sentido, ò sienten lo contrario. Soberana Señora de Cielos, y tierra; Emperatriz de lo criado, unica MARIA, escoxida Virgen para ser Madre de Dios, y Abogada de pecadores; Yo el mayor de todos, y vuestro sieruo, y esclavo, aviendo visto y leido, el que estos dias un Religioso, Maestro, y Cathedratico de una Universidad de las primeras de España, en el libro que hizo con titulo de Noticias, capitulo 2. §. 22. fol. 123. num. 103. se atrevio à poner por resolucion, ò conclusion formal lo que se contiene en estas palabras: *La opinion que despues de Sixto IV. es la mas comun y seguida de todo el Mundo, (es à saver el que la Virgen MARIA fue concebida sin mancha de peccado original) en los tiempos antiguos antes de Sixto IV. la tubieron y siguieron mui pocos.* Sin que para probar assumpto tan grande, y proposicion tan universal trayga otro fundamento, apoyo, ò razon, sino el decir que assi lo afirman algunos escritores modernos. Aviendo pues visto, y considerado que la contraria opinion, y controversia empezo por el año de 1150. ocasionada de la Epistola de S. Bernardo à los Canonigos de Leon, mal entendida de algunos, y que asta Sixto IV. pasaron trescientos y treinta años; por tanto deseoso de hazer à vuestra Celestial Magestad algun nuevo servicio desta vida, que por tantos titulos es vuestra, digo, y protesto al cielo, y à la tierra, y si necesario es tambien al infierno, que ofrezco en sacrificio mi vida (que es la cosa mas preciosa que tengo despues del alma, que esta es de solo su Dios y criador) y la consagro al cuchillo ò à las llamas, ò à otro qualquiera genero de muerte que eligiere el que demonstrare lo contrario à estos quatro articulos, que aqui se proponen, en testimonio de ser verdad vista, examinada, y averiguada. Primero: que en los trescientos y treinta años que pasaron desde S. Bernardo à Sixto IV. no ubo en el mundo escritor Ecclesiastico, Catholico, ni hereje, ni señalaran un Autor solo, de qualquiera estado que sea, Seglar, Clerigo, o Religioso (exceptos algunos del Orden de S. Domingo) que aya escrito libro, ò tratado entero, probando en el de que fuisteis manchada con la culpa original, ò defienda esta opinion, ò si quiera la califique por la mas probable. Segundo: que no me daran, ni se hallara Bulla, Breve, o rescripto Apostolico, gracia, Indulgencia, Breviario, Misal, officio Ecclesiastico, Iglesia, Capilla, Altar, o Cofradia instituidas, o concedidas por la sancta Iglesia Romana, ni otro Prelado Ecclesiastico, en que se aya usado desta voz, ò termino de *Sanctificacion*, que es el protestativo de la opinion contraria. Tercero: que mirados, y registrados con fidelidad y verdad todos los Escritores antiguos que hablaron expresa, o individualmente de vuestra Concepcion, y del pecado original, que contrahe el alma en la union al cuerpo, y echo valanze de todos con la legalidad que pide caso tan arduo; se halla, que de veinticinco partes las veintiquatro confesaron clara y distintamente, que fuisteis concebida sin la mancha original, y sola una parte que llevò la contraria, padece muchas excepciones. Quarto: que contados uno por uno, los que han llevado y defendido la opinion contraria en toda su latitud, assi hablando de proposito, como incidentemente; assi Catholicos, como herejes, de qualquiera estado y Religion que sean, se halla que han sido mas los Herejes que han impugnado perfidamente vuestra Immaculada pureza, que los Autores Catholicos que la han contradicho, movidos de algunas razones.

Estas son, Señora, las quarto verdades, que por honrra, y credito de vuestra Immaculada pureza en la opinion de los Escritores antiguos, para confusion, y verguença de la mentira, se ha resuelto à mantener à todo riesgo, y lanze de su vida, un soldado vuestro de los veteranos de Flandes; y à vos os pone por testigo, y juez en este duelo litterario piadoso y santo, de que no son temeridades, ni arrojos precipitados, sino verdades consideradas de espacio, premeditadas, examinadas, y averiguadas à todas luces. V. S. F. P. A. A. R. M. Impress. in charta expansa.

QUIDAM Franciscanus Hispanus, edidit quandam Tabulam cum hac inscriptione: Commemoratio *Conceptionis Immaculatæ Virginis* MARIÆ *sine peccato originali*, quæ quotidie in omnibus Conventibus Seraph. P. N. Francisci decantatur; & est illa Antiphona: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te*, &c. cum suo cantu.

QUIDAM Franciscanus, in lib. dicto: Corona mystica B. Virginis MARIÆ, plura habet pro incontaminata Deiparæ puritate: nam passim eam vocat Immaculatam, purissimam, illibatam. Et præcipuè cap. 5. ait: Virgo lætare, quia semper radias splendore gratiæ, *& nullis macularis sordibus culpæ*. Et infra, cap. 8. Tu Domina fuisti semper clara & serena, sincera, mundissima & amœna; tu enim es semper tota pulchra, tota formosa, tota Immaculata, & tota speciosa. *Maculâ nullâ fuscaris, nulla sorde macularis*, omni gratiâ lustraris, &c. Item, infra cap. 10. Pulchra, quia nec maculam nec rugam habuisti, neque carnis, neque spiritûs aliquod inquinatum; sed tota tanquam aurum obrizum purissima, tota splendida, tota cândida, tota rutilans, tota mundissima, à cujus corde & corpore longè fuit *omnis peccati macula*, &c. Et cap. 20. Tota es munda intus in mente, tota pulchra exteriùs in operatione, *tota carens maculâ*, tota Deo sociata, &c. Alia habet cap. 22. & 23. Et cap. 24. inquit: Tu per donum sapientiæ fuisti clara & splendida, *nullâ maculâ denigrata*, nulla sorde unquam polluta, nullo vitio contenebrata; sed per gratiam supernæ illuminationis fuisti velut quædam emanatio Dei omnipotentis clara & sincera, in qua nihil inquinatum incurrit, &c. Vide igitur Lector, an supra dicta possint stare cum peccato originali. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1492. in 8. Habetque ad singulas stellas imaginem Virginis MARIÆ, ad cujus pedes procumbit Frater genuflexus sandalijs & Fràciscano habitu indutus. Ex quibus judico Auctorem fuisse ex Seraphica Familia, non obstantibus quæ dixi in nostra Biblioth. tom. 2. fol. 360. Vide ibi.

QUIDAM Franciscanus (sive fuerit Daniel Agricola, sive alius) in libro dicto: Corona duodecim Stellarum B. Virginis MARIÆ, in 2. stella primæ Coronæ habet pro titulo, *Quod B. Virgo ab originali*

originali culpa singulariter Dei munere fuerit præservata, quod latè probat per totam Stellam. Item, vide 6. Stellam decimæ Coronæ & 12. Stellam ejusdem Coronæ & 3. Stellam undecimæ Coronæ. Lib. impress. in fol. parvo, absque anno & loco impressionis, & extat in nostra Biblioth. virginali, tom. 2. fol. 211.

QUIDAM Franciscanus, in lib. Latino dicto: Enchiridion seu Manuale Fratrum Minorum, &c. fol. 127. adducit *Regulam Monialium Conceptionis B. MARIÆ Virginis*. Item, fol. 131. ad Deiparam Virginem in honorem *ejus Immaculatæ Conceptionis* sequentia Carmina:

Occidit (heu) mulier rapido primæva sub hoste,
Tuq; ut eam superes, mitteris alma Parens.
Numquam ergo decuit aliqua te labe sub esse,
Hostemq; oppressum semper habere decet.

Item, pro eadem Immaculata Virginis Conceptione, adducit hæc Carmina:

Quam sibi quisque suo maculam contraxit ab ortu,
Non animam tetigit, Virgo MARIA, tuam.
Tu sola ex tota primorum stirpe parentum
Concepta es Genitrix Immaculata Dei.

Lib. impress. Hispali 1525. in 4. antiquis characteribus.

QUIDAM Franciscanus manuscriptus, qui extat cum tractatibus de Conceptione Ludovici à Turre de Verona, Francisci Mayronis, & Petri de Candia, fol. ultimo adducit 21. loca sacræ Scripturæ, *quæ de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali* loqui videntur. Item, infra inquit: Tota formosa, tota delectabilis, tota gloriosa *maculâ nullâ fuscari*, omni sanctitate ditaris, super Virgines pulchra in mente. Item, infra: Talis fuit puritas Beatissimæ Virginis, *quæ à peccato originali & actuali immunis fuit*, D. Thomas 1. Sent. quæst. 44. art. 3. in solutione 3. argum. Et idem in expositione Angelicæ Salutationis, ait: Ipsa enim purissima fuit quantùm ad culpam, quia *nec originale*, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit, &c. Quæ verba extant ubi supra antiquis characteribus, fol. ultimo in 4. & ex modo citationis existimo verba illa scripta fuisse ante Canonizationem S. Thomæ, id est, ante annum 1323.

QUIDAM Franciscanus, edidit Legationem *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad Sanct. Innocentium X. Incipit: Percrebuit S. Pater in his Regionibus Germano-Belgicis, &c. Extat in 4. in Archivo Gandensi.

QUIDAM Franciscanus, recollegit in unum omnes Constitutiones Summorum Pontificum, circa materiam *Conceptionis*, scilicet Sixti IV. Alexandri VI. Leonis X. Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. contra Michaëlem Baium. Extat in fol. in Archivo Conventus Gandensis.

QUIDAM Gallus, edidit Officium *purissimæ & Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei*; & est officium P. Alphonsi Rodriguez, cum Indulgentiis, &c. Impress. Nanoy 1627. in 24.

QUIDAM Gallus, in lib. cujus titulus: Pensées & practiques de pieté pour honorer les mysteres de Jesu Christ N.S. & de sa tres-saincte Mere, &c. à fol. 74. adducit quinque Meditationes *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Parisiis 1633. in 24.

QUIDAM Gallus, Tolosæ adversùs piam sententiam peroravit; & cùm finita concione ad Altare Virginis Mariæ sacrum celebrasset, imago Deiparæ è marmore constructa, quasi dedignata illum aspicere, ab eo vultum avertit; & in miraculi testimonium sic hucusque perseverat; prædictusque concionator cœcus permansit. *Sed cùm vovisset, se in posterum piam opinionem de Immaculata Virginis Conceptione acriter propugnaturum & contrariam abjuraturum, visum recuperavit.* Cartagen. lib. 1. Homil. 19. Pelbart. in Stellar. lib. 4. pag. 2. art. 3. Vega Palest. 3. certam. 16. fol. 121.

QUIDAM Gallus, (quem ita nomino, quia deerat primum folium) in lib. inscriptio: L'Histoire & Miracles de nostre Dame de Liesse, contenant 4. parties, &c. fol. 4. 5. & 134. *vocat Virginem MARIAM totam pulchram, absque macula, inviolatam, omnino puram, & incorruptam, &c.* Lib. impress. Parisiis 1606. in 12.

QUIDAM Gallus, Auctor Historiæ Caroli VI. Francorum Regis, narrat latissimè quæ contigerant in Regno Galliæ circa annum 1387. *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis.* Vide Henricum Spondan. ad eundem annum, tom. 2. num. 7.

QUIDAM Gallus, in Annalibus Francorum scriptis linguâ Gallicâ duobus Voluminibus in fol. quorum prima pars incipit: Pour les mobiles courags, *&c.* part. 2. 5. mundi ætate, cap. 76. fol. 69. à tergo, ad ann. creationis 3947. & Imperij Octaviani Augusti 27. sic inquit: *Où environ la Vierge MARIE fût conçeüe, & en sa Conception preservée de tout peché originel, &c.* Nota illud: ab omni peccato originali, quia antiqui existimabant plura esse peccata originalia, scilicet in Patre & Matre & in Prole; & hic Auctor affirmat, quòd ab omni fuit Maria præservata.

Item, infra, ætate 6. ad ann. 1361. capit. 108. fol. 222. sic inquit: Item, un Prescheur appellé Paul, affirmant en son Sermon dedans l'Eglise Traconin en Allemagne, que la Vierge Marie avoit esté conçeuë en peché originel, cheut & rebuscha devant l'Autel avant ce qu'il eût fait la moitié de son Sermon. Delà, fut porté en sa maison, & ne parla oncques puis, mais mourut incontinent, comme raconte Henry de Hassia. Et pource appert que non point sans cause est au 4. chap. des Chroniques touchant la Vierge Marie, disant ainsi: *Tu es tant belle, & en toy n'y à point de macule, ny tache du peché originel*, elle n'eût peu estre si bien sanctifiée qu'il n'y fût demeuré encore quelque traccon apparence de ladite souillure, en demonstrant que autre-fois auroit esté polluë de la coulpe, & peché originel, &c. Alia extant in prædicto libro, quæ dedimus in Sole Veritatis. Vide ibi verb. Joann. de Montesono.

QUIDAM Gallus, edidit Hymnum in honorem & gloriam Immaculatæ Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ, in quo hæc habet verba:

O tota pulchra MARIA
Præservata gratiâ,
Immunis ante sæcula
Originali macula!
O Virgo sine macula, &c.

Extat impress. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

QUIDAM Gallus Parisien. Monachus Cœnobij S. Dionysij, in Appendice addito ad Historiam Clementis VII. Antipapæ scriptam à quodam Historiographo Ordinis Prædicatorum, refert quid contigerit in toto Regno Galliæ Fratribus Prædicatori-

dicatoribus *circa opinionem de Conceptione Virginis MARIÆ*. Vide Henricum Spondan. ad annum 1387. tom. 2.

QUIDAM Gallus, *in honorem & gloriam Immaculatæ Conceptionis glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ* edidit Hymnum. Impreſſ. Avinione.

QUIDAM Gallus, in lib. La vie, Mort, Paſſion & Reſurrection de noſtre Sauveur JESU Chriſt, &c. La mort & Aſſumption de la Vierge, &c. *Quomodò Angelus annuntiavit Conceptionem Virginis* Joachimo; *& quòd, ſicut fuit præſervata à peccato originali & corruptione*, ſic etiam fuit liberata à corruptione corporis, &c. Lib. impreſſ. Troyes per Nicolaum Oudot 1660. in 8.

QUIDAM Gallus, in libro: Le treſpaſſement de N. Dame, adducit Orationem ad ſanctam Annam, in qua ſic dicit: Et benedicta S. Anna mater tua, *ex qua ſine macula & peccato proceſſiſti*, &c. Impreſſ. Troyes abſque ann. in 24.

QUIDAM Gallus, in libro dicto: La practique ſpirituelle de la devote & Religieuſe Princeſſe de Parme, &c. avec les Litanies de la ſacrée Vierge MARIE, fol. 125. Sabbato pro beatiſſima Virgine MARIA ſic inquit: Contemplare quid acciderit ante Nativitatem: prædeſtinata fuit à tota æternitate ut eſſet Mater Dei, à Prophetis prædicta, *à peccato præſervata*, &c. Impreſſ. Rothomagi 1588. in 24.

QUIDAM Gallus, ſcripſit Kalend. Ord. Ciſtercienſis, &7. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ* duplex majus rubeis litteris. Eſt manuſc. in Bibliotheca Regalis Conventûs Patrum Cœleſtinorum Pariſien. cum Operibus Joannis Gerſonis.

QUIDAM Gallus, adducit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Eſt manuſc. in Monaſterio S. Huberti Canonicorum Regularium Cameraci.

QUIDAM Gallus, in libro dicto: Conceptions admirables ſur toutes les feſtes de l'année, à folio 68. *Serm. pro die Conceptionis Virginis*, ſub themate: Obtenebrentur ſtellæ caligine ejus, expectet lucem, & non videat nec ortum ſurgentis auroræ; latè uſque ad folium 102. ubi pulchrè diſſerit de ejus Immaculata Conceptione, & à peccato originali præſervatione. Lib. impreſſ. Pariſijs an. 1617. in 8.

QUIDAM Gallus: La Philoſophie des Eſprits addita & aucta à R. P. Matthæo de Tleurt, lectione 16. fol. 406. Quòd Virgo MARIA ſemper fuit ſancta per ſingulare privilegium divinæ gratiæ, quod prævenit illam in omnibus rebus, *& taliter præſervavit illam à culpa originali, quòd ab inſtanti ſuæ Conceptionis* dixit illi Deus: Tota pulchra es amica mea &c. proſequitur latè. Impreſſ. Pictavij ann. 1612. in 8.

QUIDAM Gallus antiquus, ſuper illa verba: Inveniſti gratiam apud Deum, habet Serm. *de Immaculata Virginis Conceptione*. Extat in tomo magno manuſcript. in Monaſterio Sancti Sepulchri folio 48.

QUIDAM Gallus, in libro Sermonum ab Adventu ad feſtivitatem Regum, à folio 175. adducit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impreſſ. Cameraci 1612. in 8. regali.

QUIDAM Gallus, in libro Sermonum à folio 880. habet Sermones de quinque feſtivitatibus Gloriosæ Virginis MARIÆ; & primus eſt ſub hoc titulo: *In feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. Incipit: Les paroles recitées, &c. Item, infra Sermonem *in feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ* ex Evangelio ſecundùm Matthæum. Incipit: En ce point, &c. Non potui ſcire cujus Auctoris nomen, nec impreſſionis locum aut annum: erat tamen in 16.

QUIDAM Gallus, in libro cujus titulus eſt: Le ſecond volume des expoſitions des Epiſtres & Evangiles de toute l'année, ſermone *de Conceptione Virginis MARIÆ* fol. 164. poſt plura habet ad marginem: *Beata Virgo MARIA præſervata à peccato originali*, ut hîc patet tripliciter, &c. Et in corpore libri hoc probatur latè. Lib impreſſ. Pariſijs anno 1543. in fol. magno.

QUIDAM Gallus, in Legendario Sanctorum, part. 4. poſt Legendam S. Mariæ Magdalenæ adducit Legendam *Conceptionis* cum Hiſtoria Helſini Abbatis & naufragio. Extat Gallicè in Biblioth. S. Victoris Pariſien. num. 1881. in folio.

QUIDAM Gallus, in libro dicto: Homilies & familieres exhortations ſur les Evangiles, &c. fol. 390. in exhortatione *pro feſto Conceptionis Dominæ noſtræ* agit latè de ejus exceptione à macula peccati originalis. Lib. impreſſ. Rothomagi 1659. in 8.

QUIDAM Gallus, & (ut credo) Ordinis Cœleſt. in quodam lib. manuſc. fol. 1. ſub hoc titulo: Reprobatio opinionis illorum dicentium *Beatam Virginem eſſe conceptam in peccato originali*, incipit: Quia nondum opinio illorum qui dixerunt &c. Item, fol. 42. loquitur de copia Bullæ Concilij Baſileenſis ſuper cõfirmatione inſtitutionis *Conceptionis Beatæ M.* & indulgentiarum pro eandem celebrantibus, &c. Item, fol. 43. Sequuntur quatuor cõſiderationes quas ponit Magiſter Joan. Gerſon in ſermone de Beata MARIA Virg. cujus thema eſt: Tota pulchra es, &c. Principium: Non eſſe celebrandam *Conceptionem Virginis MARIÆ*, eò quòd Doctores antiqui videantur dicere quòd fuit cõcepta in peccato originali. Opus verò incipit ſic: Spiritus ſanctus revelavit aliquando Eccleſiæ, vel poſteris Doctoribus aliquas veritates, &c. Quæ omnia ſunt cum aliquibus fragmentis R. P. Petri Pocqueti, & aliorum in Bibliotheca Conventus Regalis PP. Cœleſtinorum Pariſien. in 4.

QUIDAM Gallus, fecit Tractatum ſub hoc titulo: *Paraphraſe ſur l'Office de la tres-pure & Immaculée Conception de la glorieuſe Vierge MARIE Mere de Dieu.* Impreſſ. Pariſiis apud Claudium le Beau, 1646. De hoc etiam agit R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo Carmelita amicus noſter in Bibliographia Pariſina.

QUIDAM Gallus ſive Belga, in libro dicto: Miracles advenuës à l'invocation de la glorieuſe Vierge MARIE Mere de Dieu à Tongre, Village du Pays d'Haynau, voiſine de la Ville d'Ath, & de Chievres; *vocat Virginem MARIAM Immaculatam* ex quadam Bulla Urbani VIII. Pont. Max. anno ſexto ſui Pontificatus. Lib. impreſſ. Athi 1637. in 12.

QUIDAM Gallus, in lib. de Reformatione Univerſitatis Pariſien. fol. 50. inter feſtivitates illius Academiæ refert *Conceptionem B. MARIÆ Virginis*. Lib. impreſſ. Pariſijs 1601. in 8.

QUIDAM Gallus, in Martyrologio Sanctorum ac Sanctarum Franciæ, impreſſ. cum Francorum Annalibus, ad finem partis 2. ad diem 8. Decembris,

Decembris, sic inquit: *Ce jour de la Conception de la Vierge MARIE, tres-Sainte Mere de Dieu.*

QUIDAM Gallus, sub hoc titulo: Par le Sieur de Hautesare de Salvaison, &c. Gallicè scripsit *de pietate Ecclesiarum Orientalium erga honorem Conceptionis ter sanctæ terque gloriosæ Virginis* protectricis Franciæ. Lib. impress. Parisijs 1645. in 4.

QUIDAM Gallus, in libro: Association du petit Chappelet de douze Ave MARIA, &c. fol. 48. *de Immaculata Conceptione ac præservatione Virginis à peccato.* Impress. à Nancy 1623. in 12.

QUIDAM Gallus, sub hoc titulo: Sermons doctes & admirables sur les Evangilles des Dimanches, & Festes de l'année, &c. sermone de Assumptione Dominæ nostræ, ad illud: Luna sub pedibus, &c. *Quòd Virgo MARIA nihil unquam habuit ex peccato Adæ, nec fuit particeps peccati, &c.* fol. 804. Parisiis in 8.

QUIDAM Gallus: Regles de la Sodalité de nostre Dame erigée au College de la Compagnie de Jesus à Arras, folio 35. *de festivitate & die Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ.* Lib. impress. Atrebati, anno 1614. in 16.

QUIDAM Gallicè scripsit Vitam Christi, & fol. 8. ait: *Quòd Beata V. MARIA fuit singulari gratiâ præservata, ne peccati originalis umbrâ tegeretur, &c.* Est manus. in Monasterio S. Sepulchri Cameraci in folio magno: agit etiam alt. manusc. de eadem materia, folio 19.

QUIDAM Gallus, edidit Gallicè: Regles des Congreganistes *de l'Immaculée Conception de nostre Dame.* A Pont à Mousson 1651. in 12.

QUIDAM Gallus, in lib. Les faveurs de la Vierge Marie avec le moyen de les obtenir, &c. adducit institutionem recitandi officium *Immaculatæ Conceptionis* P. Alphonsi Rodriguez, à folio 149. Lib. impress. Lugduni 1630.

QUIDAM Gallus, Concionator celeberrimus, in lib. Serm. sub titulo: Testament du Patriarche Jacob, ou les Propheties de maledictions & benedictions, &c. fol. 193. ad illa verba: Ruben primogenitus meus, &c. adducit *Sermonem de Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impress. Parisiis, anno 1623. in 8.

QUIDAM Gallus, in Explicatione Epistolarum & Evangelior. Dominical. & festivitatum B. Mariæ Virginis: *In festo Conceptionis Beatissimæ ac gloriosissimæ V. MARIÆ* Epistola & Lectio libri Sapientiæ, &c. & adducit latam expositionem Gallicè; & super Evangelium ejusdem diei: Liber generationis Jesu Christi. Est absque principio & fine in Bibliotheca FF. Minorum Recollectorum Montibus in folio characteribus antiquissimis impressus.

QUIDAM Gallus, sub hoc titulo: Les miracles de la Saincte Vierge envers les affligez, &c. in salutatione Angelica: *Ave concepta absque væ, & quòd corpus & anima formata à Deo nullo modo fuerunt maculata, &c.* Impress. Parisijs apud Joannem Promè absque anno in 24.

QUIDAM Colonienſis Germanus, in libro cujus titulus est (ut ex fine constat: Expliciunt historiæ plurimorum Sanct. noviter & laboriosè ex diversis libris in unum collectæ) Nota, quòd omnes historiæ hic additæ meritò dicuntur novæ; quia licèt quædã de istis etiam reperiantur apud plures; non tamen ita emendatæ & prolongatæ sicut in hoc libro; ut patet in Legendis Sanctorum Friderici Episcopi, Quirini, Gangulphi, Ossaldi, Rihani, Afræ, Juliani, Sephani Papæ, Alexandri & multorum aliorum. Et fol. 229. adducit Legendam *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ incipit: Anselmus Cantuarienſis Archiepiscopus, Pastor Anglorum Coëpiscopis suis, &c. Impress. an. 1483.

QUIDAM Granatensis Hispanus, in Opusculo prænominato: Relacion breve de las reliquias que se hallaron en la ciudad de Granada en una torre antiquissima yen las cavernas del monte Illipulitano apariso, de Ul cerca de la Cuidad, &c. in primo fol. adducit imaginem pulcherrimam Immaculatæ Conceptionis cum attributis, & hac inscriptione: *MARIA sin pecado original concebida.* Impress. Granatæ, anno 1627. in folio.

QUIDAM Granatensis, edidit certamen Poëticum, hoc titulo: Certamen Poëtico, y Justa litteraria à la devocion siempre feliz, al afecto generosamente abrasado de la muy illustre piedad de los Nobles de esta insigne Ciudad de Granada, en demostraciones de amor, en obsequio y symbolo de la gratitud à la Religion Seraphica protodefensora *de la Concepcion purissima de MARIA nuestra* dedica este litterario certamen, esta Apolinea palestra à el sutilissimo D. Escoto glorioso Principe de la opinion pijssima, &c. Impress. Granatæ 1650. in charta expansa, cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis.

QUIDAM Græcus, Auctor antiquus, in Oratione, Homilia vel Sermone sub hoc titulo: Ad Annuntiationem purissimæ Dei Genitricis, pro ejus puritate, seu immunitate à peccato habet Sequentias: Ave Adam cadentis revocatio. Ave lacrymarum Evæ redemptio. Ave miraculorum Christi proœmium. Ave dæmonum divulgatum vulnus. Ave invisibilium ferarum telum. Ave lux mystici diei. Ave fornacem deceptionis extinguens. Ave à barbara redimens cultura. ..... Ave correctio hominum. Ave deceptionis robur conculcans. Ave fios incorruptionis. Ave peccati auferens sordem. Ave Ecclesiæ immota turris. Ave Regni infracta mœnia. Extat lib. impress. cum alijs Opusculis Græco-latin. Venetijs in 4. Præter relata, vocat etiam Virginem Mariam in eadem Oratione pulchram & Immaculatam.

QUIDAM Guzman, Ordinis Minorum, in Tractatu super Ave Maria scripsit de *Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Daza cap. 6 folio 49. Sed quis fuerit hic Guzmannus, non cõstat. Waddin. mentionem facit de quodam Francisco Guzmanno vel Gotmanno ex Bibliot. Hispanica, qui scripsit de sacris Mysterijs Altaris. Hunc Auctorem ego habui, vidi & legi cum omni diligentia: sed nihil ibi inveni, quod directè vel indirectè pertineret ad Conceptionem Virginis.

QUIDAM Hispanus, composuit Librum cum his Capitibus. 1. Doctrinas de feè contenidas en la Escritura en primero lugar: Dispensatio sive Oeconomia. Cossas de feè pertenecientes à la Virgen. 2. Concepcion y Natividad de Christo *de una Virgen Immaculada* contienen las Escrituras. 3. Pureça de cuerpo y alma, y excellentissimo sanctificacion lequieren y testifican los Santos en la Virgen aun antes de encarnar el Verba. La proxima preparacion con augmento de santidad en la Virgen para concebir al Verbo no excluye la anterior pureça. El modo de las senten-

çias no siente ni se çita bien en esta parte. 4. Principio de la pureça y santificacion de la Virgen desde que punto, ô instante. 5. Pareçe congruente y deçente y aun necessario que se crea que la santificacion y pureça de la Madre de Dios fuesse desde el primero instante, para no ser indigna, ô menos digna. 6. Pureça de carne es el requisito mas concerniente para la idoneidad de Madre de Dios. 7. Fuerça de la doctrina que obliga à decir y sentir de las obras de Dios lo mas honrroso y puesto en raçon. *La pureça de la Concepcion de MARIA* es casso omitido en las Escrituras sagradas. 8. Que esta cometido à nuestra piedad y cortesia el formar concepto digno de las partes, y calidades de la Madre de Dios. Sentimiento de los Padres Santos, y cuidado en el decir todo lo glorioso y nunca lo defectuoso, ni vulgar de la Virgen. Buenas y honrosas palabras se han de decir de todos, quanto mas de Dios y sus Santos. 9. Recato y veneracion con que los Santos ablaron de la Virgen, particularmente S. Epiphanio. 9. Los Santos antiguos no pusieron en question ni disputa este mysterio. 10. Grandissimo exemplo de la veneracion de la Virgen en S. Augustin. Si es licito opinar en las cosas de Dios. Que se llame ciencia y saber en la Escritura. 11. Articulo principal en esta controversia. Si es mayor gloria de Dios y del Redemptor la Concepcion en pecado, ô sin el, de la Virgen. 12. Que pues rehusaban los Santos conceder que la Virgen murio corporalmente, en ninguna manera admitirian en ella la muerte del pecado. Las conveniẽcias que persuadieron la incorrupcion del cuerpo de la Virgen, persuaden con mas fuerza que no le tocò la corrupcion del pecado original. Esfuerzo de la opinion contraria, el major. 13. La opinion contraria apenas se puede defender sin condenar por error à la pia, y que esta va segura de tal peligro. Respuesta que satisface del todo à la mayor fuerza de los argumentos contrarios; porque esta decidido que no obste à la pia Escritura, ni cossa de Fe. Sentimiento de S. Augustin. Esfuerzase la defensa de la pia, y prueba se mas el sentimiento de S. Augustin, que seria menos digna madre la concevida en pecado, que la que sin el; se confirma con otra semejante raçon del Apostol. 14. Que S. Augustin no tubo la opinion affirmativa, antes sintio la contraria que es la pia. 15. Error de los Hereges de este tiempo que la Virgen no careció de pecado original, ni aun de actuales, y trâen dos lugares de S. Augustin en confirmacion de este error. 16. Declaracion de dichos dos lugares de S. Augustin, mostrando que antes favorecen à la pia opinion, y dan à entender que aunque, &c. 17. El Santo no tubo opinion en esta materia, tan poco tubo duda ni disputa, sino decente sentimiento. 18. Causa y declaracion del sentimiento de S. Bernardo, que no llegò à ser opinion. la pia opinion, la recta, la que vence, ô prevalece, y que fue siempre comunmente sentida de la Iglesia sin question. 18. Culpa de los que pusieron en question, y disputa lo que se conservava en pio sentimiento, y silencio modesto. La contraria no fue antiguamente opinion descubierta de ningun fiel, y menos de los Santos. El lugar de San Augustin, en el libro 2. contra Celsum se trahe mal, y se entiende peor. 20. Prosiguese la declaracion del caso de los Lugdunenses, y del sentimiento de San Bernardo. Error del zelo imprudente de los devotos, que lo bueno de la devocion general ha vencido, y corregido los daños de la imprudencia. Opinion de los Lugdunenses; contra ella mal defendida vence S. Bernardo. El que oy se tiene por mas fuerte argumento contra la pia, no fue de consideracion para San Bernardo. Modestia de los Santos en la defensa de sus opiniones. Razon de la contraria opinion de los santos mas modernos. 21. Que la opinion mas decente es possible, y assi mas probable, y que se debe seguir. 22. Indecencias de la opinion afirmativa. 23. Item, de la decencia, y possibilidad; y que cuyda Dios, y se mueve por el decir de los hombres, no solo el de sus amigos, sino por el de sus enemigos, digo por su gloria en la reputacion de los hombres. La voluntad de Dios precede à todo, nada la puede estorvar, buena, y libre, nada la precede, ni impide. 24. La Omnipotencia de Dios no puede ser injusta, ni indecente. La justicia, y decencia son argumento para persuadir al entẽdimiento humano las obras de Dios. Exemplos de esta razon. Primero, para provar la necessidad del Mediador para la salvacion. Segundo, repugna à la justicia del Justo que salve à los suios por sola Fe sin obediencia, ni penitencia. Tercero, verdad de la providencia, se prueva por la conveniencia. Quarto, la verdad de la Monarchia Ecclesiastica, se prueva de la conveniencia necessaria. 25. Concedido que es mas pia, y decente la negativa, no se puede dexar de preferir en razon de opinion si se concediesse que la affirmativa es indecente, no se podia defender. La humiliacion del entendimiento se pide para en las cosas de Fe, cuia razon no se alcança, ni para rendirse à opinion menos decente. En materia del todo omitida se hade sentir lo mas decente. Las partes del Redemp. cõprueva el Apostol con la decencia las partes de la Madre al modo de las del Hijo. 26. Un instante en pecado luçe in decencia. No detrahe à la gloria del Redemptor, antes glorifica su bondad, y omnipotencia, y libertad, no sugeta à leyes la limpia Concepcion. 27. Concedida à la Virgen la Assumpcion, que es lo mas, se ha de entender que se le concedieron las demas partes de la decencia de su Hijo, principalmente las que pertenecen à pureza, que es carencia de contaminacion. 28. Menor honra, y casi agravio se haze à la Reyna en los privilegios que se le conceden por consequencia de los concedidos à otros Santos. Que este privilegio se le concede con mucha diminucion, y menos que à medias. El remedio de imponer silencio es de buenos efectos, aunque paliativo. Porque en tiempo de San Augustin no se celebrava fiesta de la Natividad de nuestra Señora. Santificacion en el primero instante de la animacion, se llama limpia Concepcion. La Annunciacion de la V. de tradicion. En su animacion diria el Angel mas grãdezas que de Joan. 29. Confirmasse la pia opinion muy probablemente con lugares literales de la Escritura. Causas del silencio de la Escritura acerca de las grandezas de la Virgen. Loores de la Virgen confinan con los divinos, y exceden incomparablemente à todos los de Angeles, y hombres. No los limitan leyes, su derecho es privilegio general, y exempcion total de gravezas. 30. Primera fuente, y abismo de loores de MARIA, es ser Madre

dre de Jesus. Limpieza de peccado original es la menor gracia de privilegio, y la mas concerniente à la idoneidad de Madre de Dios. Llena de gracia se dize Maria diferentemente que otros Santos. Con la dignidad de Dios correspondiente idoneidad. Major gracia es la que santifica preservando, que la que santifica despues de incurrir en el pecado. 31. Segunda fuente de loores celestiales de Maria. En las cortes, y mas en la Celestial nada vale sino la gracia del Rey; no corre otra moneda: Gratiâ plena, que significa en la fuerca de la letra. Lugar Eccles. 18. 17. declarado: Gratiâ plena es, lo mismo que Filia gratiæ, concebida en gracia. Insigne lugar en favor de la pia opinion de S. German Arçobisco de Constantinopla, mal traducido en la version Latina. Maria Hija de Ana quiere decir la altissima hija de la gracia. Los nôbres de las personas, que entrevienen en la obra del Evangelio no tienen los nombres à caso, sino por consejo divino, y con grande misterio. 32. Dom. tecum. El Señor se juntò contigo como esposo desde el instâte de tu animacion, y nûca fuiste sponsa satanæ. Tres virginidades, y tres corrupciones de todas la corrupciones fuè libre la V. La virginidad, ô, incorrupcion del pecado es la mas estimada à cerca de Dios. Sobre todas tres virginidades se le han movido pleitos à Maria; ter Virgo, & semper Virgo. La corrupcion por el pecado original, es la mas propriamente dicha corrupcion, fuente de las demas, indigníssima para la Esposa y Madre de Dios. El demonio, ni aun permitido osaria corrumpere Matrem Dei. 33. Las palabras: Benedicta tu, &c. excluien toda maldicion, y mas la primera. En seis maneras se puede entender: Benedicta tu, &c. Significacion de la palabra, benedicere, en propriedad en toda la sagrada Escritura. Maledicere que significa? Maria fuè aventajada en todo genero de bendicion, y por lo menos no le tocò maldicion alguna; y si le hubiera tocado se avia de callar. La segunda Eva representa la primera en lo bueno, y contraponesele en lo malo. El gran don de la plenitud de toda gracia virtud en Maria presupone la pureza de todo peccado. 34. Los que no quieren decir que fue bendita la Concepcion de Maria, sienten el contrario vocablo, que ni aun es licito pronunciar. Interpretacion de la Formula, Benedicto, ô Benedicta sea, que ya que no impia, se llama escandalosa la contraria. Es lastima grande que se ha tenida por parte contraria à la gloria de esta Virgen la Religion mas propria suia, y de esposa. 35. Loor de la Virgen de boca de S. Isabel, y Loor de Dios por boca de la misma Virgen confirman la opinion pia. La palabra, *Santo*, que significa en propriedad. Entre las singularidades de Maria, la mas propriamente dicha assi es su pura Concepcion. 36. Lugar de la ad Hebræos: Non enim Angelos apprænhendit, sed semen Abrahæ, se puede traher en confirmacion. 37. Fuerça, y authoridad de los lugares de Escritura trahidos en sentido mystico y acomodaticio. Exemplos particulares de Escritura citados en favor de la limpia Concepcion de la V. 38. Que no ha sido decidida esta duda en favor de ninguna de las dos opiniones, antes dadas âbas por probables, cô prelacion de la pia. Que authoridad tiene el decreto de los Padres juntos en Basilea. Lo que se alega de los libros de Granada en favor de la pia es incompatible con los decretos de su Iglesia, y es de temer no sea engaño Ismaelitico. Incipit tractatus: No estoy arrepentido, &c. Extat Opus manusc. Matriti in Bibliotheca Illustriss. D. D. Gaspar is Ibañez de Segovia, in folio.

QUIDAM Hispanus, fecit Tractatulum sequentem: Et in capite eius Corona Stellarum duodecim, Apocalypsis c. 12. Duodecim novæ Stellæ, quibus Sanctissimus D. N. D. Alexander Papa VII. illustrat Coronam Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis Mariæ, exprimens in Bullâ, quæ incipit: Sollicitudo omnium Ecclesiarũ, duodecim differentias & prærogativas in favorem piæ sententiæ asserentis animam B. Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione à peccato originali præservatam fuisse; supra eas, quas illi adscribunt Summi Pontifices prædecessores sui.

Differentia. 1. In primis ponderandum est, in nullâ aliâ Constitutione Pontificiâ, tam Sixti IV. quàm Pauli V. aut Gregorij XV. Summum Pontificem loqui in terminis formalibus, scholasticis, energicis, & velut characterisiticis de Sententiâ piâ affirmante Conceptionem in gratiâ factam: Alexandrum verò VII. in sua Constitutione, quæ incipit: Sollicitudo omniũ Ecclesiarum, loqui in terminis proprijs de hac materiâ, & sublatâ omni ambiguitate, exprimere in clausulâ narrativâ quidquid tenet Sententia pia: *Sanè*, inquit, *vetus est Christi fidelium erga eius Beatissimam Matrem Virginem MARIAM pietas, sentientium eius animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratiâ & privilegio, intuitu meritorum IESV Christi eius Filij humani generis Redemptoris, à maculâ peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu eius Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium & celebrantium; crevitq; horum numerus, atque huiusmodi cultus post editas à fel. rec. Sixto PP. IV. prædecessore nostro in eius commendationem Apostolicas Constitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atq; observari mandavit. Aucta rursus & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab ijsdem Indulgentias, ita ut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academijs ad hanc sententiam, tam ferè omnes Catholici eam complectantur.* In quâ narrativâ clausulâ refert Pontifex, Christi fideles etiam ante Sixtum IV. sensisse, animam Sanctissimæ Virginis *in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratiâ & privilegio, intuitu meritorum IESV Christi eius Filij humani generis Redemptoris à maculâ peccati originalis præservatam immunem.* Idipsum declarat idem Pontifex in prædictâ Bullâ aliquanto inferiùs, videlicet *animam Beatæ MARIÆ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione Spiritûs Sancti gratiâ donatam, & à peccato originali præservatam fuisse.* Porrò nullam similem clausulam, immò ne vestigium quidem reperire est in Decretis prędecessorum eius. Ex quibus apparet, quanti momenti sint istæ clausulæ, quandoquidem complectâtur scholasticè & formaliter, quidquid de Immacul. V. Concep. sententia pia asserit.

Differentia 2. Ponderandum est secundò, in nullâ aliâ ex antecedentibus Bullis Sixti, Pauli & Gregorij, haberi attestationem Papæ, in quâ vel relativè affirmet statum sententiæ piæ: in Constitutione verò Alexandri VII. quæ incipit: Sollicitudo omnium Ecclesiarum, perquàm honorificè referri antiquitatem sententiæ piæ; quæ circumstantia valde notabilis est, eò quòd novitatis ab aliquibus insimuletur. Et verò, iam ante Sixtum

IV. ille ipse erat sensus fidelium, quem refert Alexander VII. Atque ille sensus & consensus magis magisque crevit & radicatus fuit *post editas à Sixto IV. in eius commendationem Apostolicas Constitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit.* Ac rursus auctus & propagatus fuit pius hic *sensus, post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem Indulgentias* in honorem Immaculatæ Conceptionis: accedentibus ad omnia supradicta celebriorum orbis Academiarum votis; ita ut *iam ferè omnes Catholici piam Sententiam complectantur.* Numquid ergo honori & maximæ gloriæ ducere debemus, quòd hoc ipsum ore Romani Pontificis pronuntiari audimus; quandoquidem ex oraculo Ecclesiæ habeamus, quòd *iam ferè omnes Catholici piam Sententiam complectantur?*

Differentia 3. Tertia Differentia est materia principalis Bullæ Alexandri VII. in quâ definitur & deciditur, laudabilem & legitimum esse cultum, quem pia sententia Mariæ Conceptioni exhibet. Continetur autem ista definitio in hac clausulâ: *Nos considerantes, quòd Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis MARIÆ Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale ac proprium super hoc officiũ olim ordinavit, iuxta piam, devotam & laudabilem institutionem; quæ à Sixto IV. Prædecessore nostro tunc emanavit; volentesq. laudabili huic pietati, & devotioni, & festo, ac cultui secundum illum exhibito in Ecclesiâ Romanâ post ipsius cultûs institutionem numquam immutato, Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo favere, nec non tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatissimam Virginem, præveniente scilicet Spiritûs Sancti gratiâ, à peccato originali præservatam &c.* Ubi Summus Pontifex Alexander VII. declarat, suam & totiûs Ecclesiæ Romanæ intentionem fuisse, & etiamnùm esse, ut ipsi Conceptioni B. Virginis Mariæ cultus exhibeatur, secundùm piam istam sententiam, ut præfertur. Cumque retulerit, & approbaverit piam sententiam colere & celebrare sanctitatem Conceptionis à primo instanti, & præservationem Virginis à peccato originali; hoc ipsum est definitio formalis, quâ determinatur obiectum cultûs, & festi Conceptionis: quam definitionem docti quique tam avidè exoptarunt; probè scientes, ex illâ definitione, quâ Pontifex declaravit obiectum cultûs Conceptionis, legitimè inferri Conceptionem fuisse sanctam à primo instanti, juxta doctrinam expressam Doctoris Angelici S. Thomæ tractantis de Nativitate Virginis. Accedit ad hæc, quòd Pontifex concomitanter declaret, illum ipsum fuisse sensum Summorum Pontificum Prædecessorum suorum; & consequenter falsas esse interpretationes & glossas, quas Adversarij hactenus adhibere voluerunt super Decreto Greg. XV. videlicet, quòd quamvis mandaverit celebrari sub nomine Conceptionis; hoc tamen non deberet intelligi de primo instanti physico, sed de primo, vel secundo indefinitè & indeterminatè. Quare, licèt non aliud beneficium, & favor in novâ Bullâ impenderetur, nisi quod in eâ tamquam falsa declaretur interpretatio, quam super Gregorij XV. Decreto comminiscebantur; esset nihilominus favor permagni momenti.

Differentia 4. Quartò animadvertendum est, suam Sanctitatem in novâ Bullâ affirmare, *Quòd Sancta Romana Ecclesia speciale ac proprium de Immaculata Conceptione officium olim ordinavit:* illud ipsum videlicet, quod Leonardus de Nogarolis composuit, quo etiamnum Ordo Seraphicus, aliæque Religiones utuntur. Quod officium magnis laudibus extollit Pontifex, & à Sixto IV. emanasse testatur. Atque intuitu dicti Officij, ut causæ moventis, declarat sua Sanctitas obiectum præfati cultûs; & hoc pacto specialissimè favet sententiæ piæ; propterea quòd in Oratione dicti Officij dicatur: *Ex morte Filij sui præviså eam ab omni labe præservasti.* Quæ verba totius sententiæ piæ fundamentum exprimunt. Quisquis autem novit, quibus modis hoc Officium suggillare & traducere voluerunt contrariæ opinionis assertores, in tantùm ut contenderent Religionem Seraphicam eo uti non posse; cognoscet profectò, operæ pretium fuisse, ut Officium istud de novo ac non vulgariter commendaretur, & in novâ istâ Bullâ approbaretur, præsertim cùm ex eo tam evidenter probetur Conceptio Immaculata.

Differentia 5. Non parvi æstimandus est favor singularis, quem in suâ Bullâ Pontifex concedit, nec in alijs Prædecessorum Bullis extat; quòd nimirum prohibeat, ne quis Constitutiones & Decreta Pontificia ita interpretur, ut suâ interpretatione frustretur cultum, quem sententia pia Conceptioni exhibet, & favorem, quem sua Sanctitas piæ sententiæ præstare intendit: prohibendo insuper, ne quis hanc eamdem sententiam piam & cultum in disputationem revocare quoquo modo, directè vel indirectè, aut sub quovis prætextu, aut alio quovis excogitabili modo audeat. Unde, quisquis sic interpretatus fuerit; aut in disputationem revocaverit, mortale peccatum incurrit; utpote in materiâ gravi, & prohibitâ sub gravibus censuris & pœnis, contraveniendo menti Pontificis. Et advertendum est, quòd nec occasione inquirendi sitne definibilis, necne pia sententia, liceat tractare, aut etiam loqui in contrarium, argumenta contrà eam afferendo, & insoluta relinquendo; propterea quòd quilibet actus externus seu loquendi, seu scribendi, seu quivis alius contra piam sententiam, sit prohibitus.

Differentia 6. Quòd Pontifex imponat multò maiores pœnas, quàm sui Prædecessores; & superaddat arbitrarias, reservando insuper absolutionem Censurarum Sedi Apostolicæ. Magni verò momenti est, quòd Pontifex unius Censuræ absolutionem reservet, non reservantibus alijs Pontificibus, Paulo V. & Gregorio XV. in ordine ad obiectum cultûs, & festi Conceptionis.

Differentia 7. Quòd in illâ clausulâ: *Ac libros, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundùm illam, in dubium revocatur &c.* prohibeat Pontifex omnes & singulos libros, post Pauli V. Decretum editos, aut in posterum edendos, quibus in dubium revocatur cultus Conceptionis, aut in quibus aliquid reperitur quomodocumque contrarium dicto cultui Conceptionis, & ejus obiecto; adeò ut necessaria non sit nova prohibitio. Ac per hoc cognosci potest, quantopere desideret favere isti sententiæ piæ, cùm propterea vetet quosvis libros prædicta in dubium revocantes.

Differentia 8. Et est consideratione dignissima. Sensum pium exprimit Pontifex in totâ Bullâ hoc

hoc vocabulo *Sententia*, & opponit huic termino *Opinio*, quandoquidem loquens de contrasentientibus, dicat: *Contrariæ illius opinionis assertores*; & mox de sentimento pio loquens, ait: *Præfatam Sententiam*; & illum stylum in totâ Bullâ servat. Quasi nos monere velit, piam sententiam jam in sublimiori statu existere, quàm oppositam opinionem: quandoquidem illa vox *sententia* sit generica ad assensum certum, & opinativum: ille autem terminus *opinio*, est coarctatus & limitatus ad assensum opinativum, qui est sæpenumerò falsus: & ex istâ Differentiâ intelligimus novum statum, quem per novam istam Constitutionem Apostolicam consecuta est sententia pia.

Differentia 9. Est una è magis substantialibus, & ponderatione dignissimis. Quòd videlicet Pontifex abstulerit ex hac Bullâ clausulam, quâ prævalere volebant contrarium sentientes. Nimirum, in Decreto Pauli V. sicut & Gregorij XV. ponitur ista clausula: *Per hoc autem sua Sanctitas non intendit contrariam opinionem reprobare, nec ei ullum præiudicium inferre, præterquàm quoad supra disposita, relinquens illam in eisdem statu & terminis, in quibus reperitur.* De quâ gloriantes contrariæ opinionis assertores, inferebant suam opinionem in eâdem suâ probabilitate permanere. Et quamvis illegitima esset illatio illa, quia non dicebat Pontifex se illam relinquere in terminis antiquis, sed in illis, *in quibus* pro præsenti *reperitur*; accedentibus in favorem piæ sententiæ ijs, quæ de novo disposuerat in suis Decretis; ex quo intelligere debebant, quòd in multis sibi præjudicaretur; nihilominùs, hæc clausula illis velut præsidio erat, eâque usi sunt: & hoc fuit illis unicum motivum offerendi annis præteritis Congregationi Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis Libellos, pro defensione ficti Decreti, de non tribuendo Conceptioni titulo *Immaculatæ*. Jam verò SS. D. N. Alexander Papa VII. istam clausulam non ponit, cum quâ non poterunt ampliùs dicere, quòd noluit ipsis præjudicare. Immò, fieri non poterat, quòd illam poneret: quia fuisset conjungere extrema incompossibilia, & res inter se maximè repugnantes. Sciatur ergo, quòd virtute novæ hujus Constitutionis Apostolicæ jam non remaneat contraria opinio in eodem statu, in quo antea erat, nec sua Sanctitas intendit, ut in eodem statu remaneat: aliàs hoc expressisset, sicuti expresserunt sui Prædecessores. Hæc sola differentia inter hanc & alias Constitutiones, sufficiebat ad extollendam plurimùm novam Bullam.

Differentia 10. Decimò, clausula: *Vetamus autem, Sixti IV. Constitutionibus inhærentes &c.* solùm vetat, ne damnemus contrariam opinionem hæreseos, aut peccati mortalis, aut impietatis; nec expressè prohibet, quin illam alijs Censuris afficere possimus.

Differentia 11. Quòd novum hoc Decretum cum clausulis admodùm favorabilibus in amplissimâ formâ emanavit, afficiens etiam Cardinales & Regulares cujusvis Ordinis & Instituti, *etiam Societatis IESV*, cujus specialiter mentio fieri debet, ut comprehendi censeatur. Item, quòd in clausulis derogatorijs sua Sanctitas addit clausulam: *Etiamsi pro sufficienti illorum derogatione &c. aut alia exquisita forma observanda foret.* Quæ clausula tam stricta est, ut nihil supra. Quare, virtute illius, non poterunt ullo modo Adversarij uti dispensatione Gregorij XV. ad loquendum de hoc puncto, nequidem intra Claustra.

Differentia 12. Quòd in omnibus alijs Decretis sua Sanctitas non mandavit Locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, ut ea publicent; uti mandavit suam Bullam publicari Alexander VII. & quidem sub pœnâ privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrendâ. Ex quibus cognosci potest, quòd hoc Breve contineat res diversas ab ijs, quæ ab alijs Summis Pontificibus stabilitæ sunt; aliàs non mandaret sua Sanctitas in virtute sanctę obedientię illud publicari, quandoquidem Prædecessorum Decreta satis nota sint in Ecclesio. Et litteræ suæ Sanctitatis ad Serenissimum Regem & Dominum nostrum (quem Deus conservet) gravibus & honorificis verbis exaratæ, id ipsum satis evidenter manifestant. Juxta exemplar Hispanicum impressum Valentiæ cum licentiâ Martini Archiepiscopi Valentini. Est etiam imp. Duaci Latinè 1663. in fol.

QUIDAM Hispalensis, ad Hispaniarum Regem scripsit *pro Immaculata Conceptione* & incipit: En la cuidad de Sevilla, Viernes 31. dias del mes de Julio de 1615. annos, &c. Extat impress. in fol.

QUIDAM Hispalensis, scripsit Memoriale ad Regem Hispaniarum *pro Immaculata Conceptione*, & incipit: Los Prebendados de la Iglesia de Sevilla. Extat impress. in fol.

QUIDAM Hisp. edidit Librum, sub hoc titulo: Relacion que cõtiene las sumas fiestas de octavarios, fuegos, mascaras, y torneos, que Sevilla ha hecho alegre con la nueva calidad que se le ha dado à la opinion piadosa, mandando solo se predique, y defienda *ser la Virgen nuestra Señora limpia de toda culpa en su origen, &c.* Et sunt tres relationes, seu copiæ diversæ. Impress. Hispali 1617. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Extant scriptæ soluta oratione; quod dico, quia est alia ratio metricè scripta eodem anno ab his diversa.

QUIDAM Hispanus, in lib. cujus titulus: Devocion à la sanctissima Virgen nuestra Señora, para alcançar su favor, y ayuda à la hora de la muerte, sacada del Seraphico Doctor san Buenaventura, fol. 159. adducit Officium Concept. *Officio de la Purissima, y Immaculada Concepcion de la Virgen santissima*, segun ella lo revelò à su gran siervo Alonso Rodriguez de la Compañia de Jesus. Impress. Matriti 1653. in 16.

QUIDAM Hispanus, scripsit Opusculum parvum sub hoc titulo: Copia del capitulo de una carta de un varon docto de Toledo, à un su amigo de Sevilla; *& est de Conceptione Virginis MARIÆ*, & de manuali reperto Toleti in Conventu Monacharum S. Dominici. Fuit impress. Hispali, ann. 1615. in 4. Vide supra verb. Quidam Dominicanus.

QUIDAM Hispanus & Poëta, scripsit metricè Libellum sub hoc titulo: Relacion verdadera de la fiesta, y regozijo que esta insigne ciudad de Sevilla hizo à *la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original*, y costosa mascara que la plateria de ella hizo, &c. Impress. Hispali 1617. in 4. Et habet Cantiones quatuor.

QUIDAM Hispanus, edidit Libellum sub hac inscriptione: Relacion del solemne juramento, que el illustrissimo Don Pedro de Castro y Quiñones,

siones, Arçobispo de Sevilla, hizieron en 8. de Diziembre de 1617. años, &c. Et est *cum imagine Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Hispali eodem anno 1617. in 4.

QUIDAM Hispanus, scripsit Libellum sub hoc titulo: *Officio de la purissima Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora*, muy acepto à la misma Virgen, traducido en Romance para el uso de los que no saben latin. Impress. 1647. in 16. apud Nicolaum Rodriguez.

QUIDAM Hispanus Salmanticensis, edidit Librum sub hoc titulo: Relacion de las fiestas que la Universidad de Salamanca celebrò desde 27. hasta 31. de Octubre de el año de 1618. al juramento del nuevo estatuto, hecho en dos de Mayo del dicho año, de que todos sus graduados defenderan *la pura y limpia Concepcion de la Virgen nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original, &c.* Impress. Salmanticæ 1618. in 4. In eo quamplura sunt Pöëmata pro Immaculata Conceptione.

QUIDAM Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Copia de una carta con aviso de la solemnidad, y fiestas que se hizieron en la insigne villa de Marchena, en el juramento que el excelentissimo Duque de Arcos, Señor della, y el Clerò, y Caballeros de la dicha Villa hizieron de defender *la purissima Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA sin pecado original*, escrita à un titulo de estos Reynos, &c. Extat impress. Marchenæ an. 1616. in 4.

QUIDAM Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Relacion de un milagro que ha obrado N. Señor *pro una imagen de la Immaculada Concepcion*, en confirmacion deste mysterio, aprobacion de los votos y juramentos que se han hecho. Sucedìo en la villa de Zuera del Reyno de Aragon en 17. de Março 1621. calificado, y authenticado por mandado del Illustrissimo, y Reverendissimo Señor Don Fray Pedro Gonzalez de Mendoza, Arçobispo de Zaragoza, &c. Extat impress. in fol. Cæsaraugustæ 1621. & incipit: A la Virgen purissima, y santissima llaman los Santos, &c.

QUIDAM Hispanus, scripsit Libellum sub hoc titulo: Para los que entran en la Congregacion de Estudiantes de la Universidad de Alcala, que à honor de la immaculada Madre de Dios nuestra Señora, està fundada con authoridad Apostolica en el Collegio de la Compañia de Jesus, &c. Et §. 2. inquit: Por lo qual no se obliga à nada pena de pecado, *sino solo quanto al voto de la Immaculada Concepcion.* Impress. in charta expansa.

QUIDAM Hispanus, in libro: Consuelo y oratorio Espiritual de obras devotas y contemplativas para exercitarse el buen Christiano, &c. tam in Kalendario, quàm fol. 75. & fol. 167. in Corona Virginis Mariæ, sic inquit: La primera excellencia de vuestra corona Imperial, Reyna y Madre de Dios, es, que descendisteis de sangre Real, *y fuisteis concebida sin pecado original, &c.* Antuerpiæ 1607. in 24.

QUIDAM Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Devocion de la Virgen santissima Maria Señora nuestra, *concebida sin pecado original*, para hazerse uno esclavo, pagandola tributo cada año, cada semana, cada dia, y cada hora, &c. Impress. in 16. absque anno & loco impressionis.

QUIDAM Hispanus (quem sic nomino, quia primum fol. & ultimum deërat) in lib. impress. ad diem octavam Decembris, fol. 253. inquit: *Este dia se celebra la fiesta de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, con la infrascrita indulgencia en Santa Maria Mayor, &c. Lib. impress. in 12.

QUIDAM Hispanus, in quodam manuscripto existente apud D. D. Gasparem Ibañez, inquit: Benedicta tu inter mulieres, *à maledictione libera in Conceptione.* Et infra adducit plura circa Conceptionem Virginis, ex quibus hæc pauca transcribo. Porque en tiempo de S. Augustin no se celebraba fiesta de la Natividad de N. Señora. *Santificacion en el primer instante se llama limpia Concepcion.* Dominus tecum. El Señor fue contigo como esposo desde *el istante de tu animacion, y nunca fuiste esposa de Satanas*, &c. Auctor iste coincidit in multis cum supra posito, cujus capitulorum indicem transcripsimus. Si autem fuerit idem, excludatur ut multiplicatus.

QUIDAM Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Defension del juramento pio, y del voto Religioso, que *de la purissima Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora* hazen los Reyes de Aragon, la Cesarea ciudad de Zaragoza, y la Santa Iglesia de el Pilar, y la antiquissima Universidad, Iglesia, y ciudad de Guesca, con otras muchas de las mas graves de España, &c. Incipit Opus: Un papel llegò à mis manos de quatro pliegos en folio, &c. Habemus illud manuscript.

QUIDAM Hispanus, edidit etiam Tractatum sub hoc titulo: Respuesta Apologetica à un papel, que sin firma, ò por mejor decir borrada, apareciò este mes de Junio de 1629. en la ciudad de Guesca, contra el juramento que dicha Ciudad con su Universidad, y Iglesia han hecho de tener, y defender la *doctrina de la Immaculada Concepcion de la Virgen Santissima.* Incipit Opus: Con muy grande dificultad. Et habemus etiam illud manuscript. in folio.

QUIDAM Hispanus, elaboravit Opusculum sub hoc titulo: Defensa de el juramento hecho en las Universidades, y Ciudades de España, en favor *de la Concepcion purissima de la Virgen MARIA nuestra Señora*, contra un Autor que lo reprueva por un escrito. Et Tractatus incipit: De la insigne, y Catholica ciudad de Zaragoça, salio un papel, &c. Hunc autem Libellum fuisse Gasparis Ram, non est ullo modo dubitandum. Extat apud nos manusc. in 4.

QUIDAM Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Memorial sumario de algunas relaciones, que de varias Provincias, Ciudades, y lugares, se han embiado à la villa de Madrid, en que refieren algunos escandalos que han passado en defensa de las opiniones *de la Concepcion de nuestra Señora.* Habetque num. 35. & est impress. in folio absque anno, & loco impressionis. Totus est pro Immaculata Conceptione.

QUIDAM Hispanus, cujus deëst primum fol. impressus & manuscriptus extat Hispanicè sub hoc titulo: Recopilacion de lo establecido, y declarado cerca *de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, y de su fiesta, Missa, horas, imagines, habito, Religion, privilegios, y gracias; & Latinè habet hunc titulum, fol. 1. Decretum Sacri Concilij Tridentini, Romanorumque Pontificum Constitutiones circa Immaculatam Conceptionem Dei Genitricis Mar æ; & continet sequentia: Decretum Concilij

Concilij Tridentini, sess. 5. celebrata die 17. Junij, anni 1546. Bullam Sixti IV. Grave nimis. Indulgentias concessas à Leone X. pro Missa Conceptionis. Bullam Sixti IV. Cùm præexcelsa. Indulgentias Eugenij IV. Approbationem officij Bernardini de Bustis. Secundam Grave nimis. Indulgentiam Sixti V. pro officio Concep. Indulgentiam pro deferentibus imaginem Concep. De Interdicto in die Concep. Bull. Pij V. circa disputantes de mysterio Concep. Extat impress. absque anno imp. in 4. & habet fol. 14. & imaginem Immaculatæ Conceptionis pulcherrimam, in Biblioth. Collegij Imperialis Societatis Jesu Matriti.

QUIDAM Hispanus, extraxit auctoritates quæ habentur in libro dicto: Apocalypsis nova venerabilis Amadæi Franciscani, quæ tractant *de Immaculata Concep. Virginis*. Et extant impressæ cum aliis Opusculis in 4. Et sunt S. Andreæ, S. Thomæ, S. Matthæi & S. Mathiæ, absque anno & loco impress. Item, apud nos extat in fol. alterum Memoriale de eodem assumpto, & incipit: Haviendo suplicado à V. Magestad de parte del Arzobispo, &c. Et etiam habet auctoritates plurimas Sanctorum. Habemus etiam alterum, quod incipit: Un Religioso, &c. Item, habemus alterum amplius, & incipit: El B. Fr. Amadeo, &c. Quæ omnia sunt ad probandam *Immaculatam Virginis Conceptionem*.

QUIDAM Auctor, in libro dicto: La institucion ò fundacion de Indulgencias del Orden de la Santissima Trinidad redempcion de cautibos, &c. die 7. Decembris: *En la Vigilia de la purissima Concepcion de nuestra Señora* Indulgencia plenaria. *Dia de la Concepcion de nuestra Señora* Indulgencia plenaria, y 185. mil y 978. años, y 285. dias de perdon. Pampilonæ 1611. in 8.

QUIDAM Hispanus antiquus, fecit Carmina sequentia, eum apposita imagine Immaculatæ Conceptionis: Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Immaculada Concepcion de la Virgen Maria nuestra Señora sin mancha de pecado original.

Todo el mundo en general
A vozes Reyna escogida
Diga, que soys concebida
Sin pecado original.
Hizoos vuestro Esposo caro
Libre de leyes, y fueros;
Y dio conque defenderos
Un previlegio de amparo:
Fue previlegio especial
El ser de Dios defendida,
Con que fuisteis concebida
Sin pecado original.
Si mandò Dios verdadero
Al Padre, y la madre onrar,
Lo que nos mandò guardar
El lo quiso obrar primero:
Y assi esta ley celestial
En vos la dexò cumplida,
Pues os hizo concebida
Sin pecado original.
El Señor con su poder
Tanto de gracia os llenò,
Que la culpa no hallò
En que pudiesse caer:
Y assi sin hazeros mal
La culpa, se fue corrida,
Porque os hallò concebida
Sin pecado original.
Toda vos resplandeceys
Con soberano arrebol.
Que vuestra casa en el Sol
Dize David que teneis:
De resplandor celestial
Os cercò el Rey de la vida,
Para hazeros concebida
Sin pecado original.

Seamos muy devotos de los glorioßissimos San Joachin, y Santa Ana, Padres de nuestra Señora, y del glorioßissimo San Joseph, Esposo suyo. Jesus, Maria, Joachin, Anna, Joseph. Impress. Hispali apud Alphonsum Rodriguez Gamarra in 4.

QUIDAM Hispanus, scripsit quoddam Memoriale: An Ecclesia Granatensis, & aliæ Hispaniarum possint recitare *Officium Immaculatæ Conceptionis* cum octava, sicut recitant Ecclesia Hispalensis, Malacitana, Canariensis; & Religiones, Carmelitana, Beatæ Mariæ de Mercede, & S P.N. Francisci? Impress. in folio absque loco & anno.

QUIDAM Hispanus, edidit Lib. sub hoc tit. Copia del estatuto, y ordenança fecha por el muy alto, y excelente Señor Rey Don Martin de Aragon, por refrenar los contrarios, que con color del Officio de la Santa Inquisicion, perseguian à los predicadores, *que predicaban la pureza de la santissima Concepcion de la Virgen nuestra Señora*. Extat in Bibliotheca Societatis Jesu Matriti num. 2. inter alia manuscript. in 4. Habemus eum linguâ Cathalonicâ, impress. in folio, & linguâ latinâ seorsim in folio.

QUIDAM Hispanus, scripsit quoddam Memoriale ad Hispaniarum Regem sub nomine Sanctissimæ Virginis Mariæ, exponens in illo, quomodò reduci possit tota Sacra Religio S. P. N. Dominici ad sequelam sententiæ *de præservatione Virginis MARIÆ à peccato originali*, & incipit: Señor, la Reyna del cielo dice: Que la honra de su Immaculada Concepcion, &c. Extat in Archivo S. Francisci Matriten. tomo 1. in princip.

QUIDAM Hispanus, de festivitate facta Hispali ob decretum Pauli V. Pont. Max. *circa mysterium Immaculatæ Conceptionis MARIÆ*, Relationem H. ispali 1617. in 4.

QUIDAM Hispanus Neotericus, asseruit *Beatam Virginem MARIAM in primo momento Conceptionis* vidisse divinam essentiam. Ita Luysius Turrianus in Selectis disp. Theologicis, part. 1. disp. 14. dub. 10. fol. 85. col. 2. ad finem.

QUIDAM Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Relacion de las fiestas que en la ciudad de Goa se celebraron en el Convento de San Francisco *à la purissima Concepcion de MARIA*, &c. Vide Francisc. Pistoia in Maria triumph. coron. 2. cap. 8. fol. 228. Hunc habemus nos Lusitanâ linguâ manuscrip. & incipit: *Louuado Seya, ò Sanctiß. Sacramento, & à Immaculada Concepçaum da sagrada V. MARIA N.S.*

QUIDAM Hispanus, *de purissima Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Sermonem unum, qui manuscrip. extat in Biblioth. S. Isidori de Urbe.

QUIDAM Hispanus, degens in Belgio, pro Processione facienda *in Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* adducit Hymnum: Ave maris stella, & O Gloriosa Domina-Antiphonam: Cõceptio tua. Vers. *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti*. Oration. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, fol. 429. in lib. dicto: Litaniæ omnium Sanctorum cum selectis aliquot Hymnis, & Orationibus, Serenissimorum Belgarum Principum manda-

to excusæ. Impress. Antuerpiæ, anno 1621. in 8.

QUIDAM Hispanus, edidit Memoriale ad Hispaniarum Regem Philippum III. *pro Immaculata Virginis Conceptione* circa scandala data à sustinentibus partem adversam; & incipit: *Porquanto la principal causa que à V. M. Catholica &c.* in Gallia §. 1. Italia §. 2. Germania §. 3. Helvetia §. 4. in Hispania §. 5. Istis nostris temporibus §. 6. etiam post publicationem Decreti Pauli V. §. ultimo. Extat apud nos manuscrip. in fol. & habet numeros 75.

QUIDAM Hispanus, in libro antiquo: Flos Sanctorum, de festo Nativitatis Virginis MARIÆ folio 152. inquit Hispanicè: E por ende quando alguno es mañero, por esto lo hace Dios: porque haga ay algun milagro, y que sepan los hombres, que loque dende naciere, que no es hecho dela luxuria; mas de gracia de Dios, &c. Y sepas que Ana tu muger parira una hija, y decirle han MARIA, *y ésta estara siempre sirviendo à Dios, como tu has prometido, è ante que salga del vientre de su Madre será llena de Spiritu sancto.* Lib. impress. Hispal. 1537. in folio.

QUIDAM in Relatione inundationis civitatis Hispalensis, quæ incipit: Desde Iunes 19. de Henero, &c. facit relationem Conventuum *Conceptionis*, S. Joannis & S. Michaëlis. Impress. in fol. absque anno & loco.

QUIDAM Hispanus, edi curavit diversa Poëmata sub hoc titulo: Villançicos que se cantaron en la sancta Iglesia de Sevilla en los Maitines y misa de la fiesta *de la Immaculada Concepcion de* N.S. este año de 1620. Impress. ibidem in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

QUIDAM Hispanus Poëta, in Tragi-Comœdia cujus titulus est: El pleito del demonio con la Virgen, in scena 3. agit latè *de Immaculata Virginis Conceptione, &c.* Lib. imp. Cæsaraugustæ an. 1654.

QUIDAM Hispanus Poëta, scripsit diversas ac plures Cantiones *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & extant in libro de Conceptione edito à R.P. Emmanuele de los Anjos vel Angeles, à folio 287. Et quòd istæ non sint prædicti P. Emmanuelis, sed alterius; patet, quia liber est scriptus linguâ Lusitanâ; Carmina autem Castellanâ, & nitidissimâ. Vide ibi. Impress. Ulyssiponæ 1638. in 4.

QUIDAM Hispanus Franciscanus, in discursu Apologetico: Ala informacion en derecho que se imprimio por la Santa Provincia de S. Gabriel de descalzos Estremadura &c. folio 22. de Conventu del Pedroso *sub titulo Immaculatæ Conceptionis*; & fol 27. de Conventu S. Simonis de Redondela, & de Immaculata Conceptione fol. 40. Impress. in 4. absque anno & loco impressionis.

QUIDAM Hispanus, Ordinis Sancti Augustini Poëta, in Poëmate ad Librum Hippolyti de Olivares: *Quòd Virgo fuit concepta in justitia originali.* Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

QUIDAM Hispanus, typis mandavit Tractatum Vincentij Justiniani Antistitis Ordinis Prædicatorum *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ.* Impress. Hoscæ in 16. absque anno impressionis; Hispali an. 1615. in 4.

QUIDAM Hispanus, edidit Opusculum, sub hoc titulo: Relacion del famoso torneo que los sederos y gorreros hizieron en la plaza de S. Francisco, Domingo 16. de Otubre por el nuevo decreto de su Sanctidad en favor *de la Concepcion de Virgen*, &c. Impress. Hispali in 4. Incipit: Una de las grandezas.

QUIDAM Hispanus antiquus, manuscriptus existens in Bibliotheca D. Garparis Ybañez, plura adducit de Conceptione, præcipuè fol. 33. officium illud: Erubescant insensati &c. & fol. 57. inter alia hoc Poëma:

Do hizo el Verbo eterno habitacion.
La casa celestial de su morada
Fue justo que esta fuese y con razon
De culpa y de pecado preservada;
Al tiempo de su limpia Concepcion
Que aviendo de tomar carne sagrada
Y nascer de ella mesma el soberano
La culpa original; la culpa en vano.

Item, in Missis votivis B. Virginis de Exilio primam adducit *de Conceptione Dominæ nostræ.* Extat liber in 4.

QUIDAM Hisp. scripsit Librum sub hoc titulo: Constituciones de la Cõgregacion, que en esta villa de Madrid, corte de la Magestad del Rey Don Felipe Tercero nuestro Señor se funda, y constituye en el Convento de nuestra Señora de la Merced de ella, por los prothomedicos y medicos de camara y de las familias de su Magestad el Rey nuestro Señor, Reyna nuestra Señora, y por los demas Doctores, y Licenciados professores de la facultad de medicina residentes en Corte. *Cuya fundacion y principio fue dia de nuestra Señora de la limpissima Concepcion* ocho de Diciembre del año de 1610. &c. Extat impress. Matriti 1611. in 4.

QUIDAM Hispanus Poëta, edidit Opusculum sub hoc titulo: Gozo de España por la nueva calidad que la Santidad de Paulo V. Pontifice M. ha dado ala sentencia pia *de la Concepcion limpissima*, y gracias que haze à su invicto Rey Philipo III. Impress. Hispali 1617. in 8.

QUIDAM Hispanus Poëta, edidit Glossam *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & extat apud Ferriol fol. 45. & altera fol. 71.

QUIDAM Hispanus Poëta, in Cantionibus de Præsentatione Virginis MARIÆ affirmat *ipsam fuisse innocentem, & absque ulla putrefactione culpæ*, &c. Extat apud Simonem Diaz à folio 114.

QUIDAM Hispanus Poëta Segovienſis, in Cantione de Nativitate Virginis MARIÆ scribit *ipsam fuisse immunem à peccato originali.* Est apud Simonem Diaz folio 103.

QUIDAM Hispanus Poëta, edidit hæc Carmina pulcherrima pro Immaculata Conceptione:

Que te pareze di Mingo
De nuestra hermosa Serrana
Limpia toda la semana
Y sucia solo en Domingo.

Extant manusc. cum aliis apud nos.

QUIDAM Hispanus Poëta: Conceptos nuevos y loa famosa *en alabanza de la limpia Concepcion de la Virgen MARIA* y S. Ana. Impress. anno 1639. in 4.

QUIDAM alter Hispanus, edidit Glossam *à la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA sin mancha de pecado.* Impress. 1639. in 4.

QUIDAM Hispanus Poëta, de Conceptione Virginis MARIÆ fecit Glossam:

De tu Concepcion MARIA
La preservada pureza
Sin pecado original
Difinida el mundo sea.

Extat impress. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

QUI-

QUIDAM Hiſpanus, edidit diverſa Carmina pro myſterio *Immaculatæ Conceptionis*. Impreſſ. Matriti 1653. in 4. cum juramento ſeu voto trium Cuſtodiarum à latere Regis noſtri Philippi IV.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, edidit Poëma pro myſterio Immaculatæ Conceptionis, quod incipit:

Por ſan, que vengo enojado,
Señora la de Ioſeph,
De que aya avido quien oſe,
Poner lengua en ſu merce.

Impreſſ. abſque anno & loco in charta expanſa.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, edidit in laudem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Gloſſam, ut videre eſt in libro Antonij Calderon fol. 79.

QUIDAM Hiſpanus, traduxit ex Latino ſermone in linguam Hiſpanicam Officium *puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ* P. Alphonſi Rodriguez Societatis Jesu, &c. Impr. Limæ 1638. in 8.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, edidit Cantionem ſub hoc titulo: *De la Concepcion Immaculada de la Madre de Dios*. Incipit: Que por tener à Maria, &c. Et fuit impreſſ. Hiſpali apud Alphonſum Rodriguez in 4. Contra quam ſcripſit aliam Pater Petrus Beltran Ordinis Sancti Dominici, quæ incipiebat eodem modo, ut dicitur in informatione 9. fol. 5. à tergo.

QUIDAM Hiſpanus, Procurator Philippinarum, adducit Relationem obtentæ Victoriæ ab Hiſp. *in die Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* ad annum 1621. fol. 35. Vide Joannem Tamaium tom. 1. in Chronologia ſive Præfatione ad Lectorem.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, fecit ſequentia Carmina, ſeu Gloſſam: Gloſa en alabança de nueſtra Señora la Virgen Maria:

Quien fue de gracia dechado
No tiene duda que fue
Aunque no ſea de ſe
Concebida ſin pecado.

Gracia y pecado ſe oponen
Tanto como vida y muerte,
Y eſtos dos ſi bien ſe advierte
Nunca juntos ſe componen:
Luego ſi en Maria ponen
Eſte renombre ſagrado,
Llena de gracia, y le à dado
El Angel en ſu embajada,
No ay duda fue preſervada,
Quien fue de gracia dechado.

Y ſi es que en la duda eſtan,
porque à todos comprehendio
La ſentencia que Dios dio,
Contra nueſtro Padre Adam:
Porque no repararan,
Enque muger noſe ve
Que para y virgen eſtè,
Y que aunque anadie le quadre:
Loque es ſer Virgen y Madre,
No tiene duda que fue.

Pero ſi ſean convencido.
Para llebar lo contrario
Con el juicio temerario:
De que aun no eſta definido,
Entenderlo nohan ſabido:
Porque deſto cauſa fue,
El imaginar bien que,
Mas ſu devocion ſe firma,
Y gane mas quien lo afirma,
Aunque no ſea de ſè.

Y con eſto en concluſion
Sacamos por conſequencia
Que ſinque aya diferencia
Fue pura ſu Concepcion,
Y que no ay en ſu opinion
Coſa que la aya manchado
Con loqual que da aſſentado
Que fue eſenta, limpia y pura
Aunque no aya otra criatura
Concebida ſin pecado.

QUIDAM Hiſpanus, ac Secretarius Academiæ ſeu Certaminis Limenſis, edidit varia Carmina pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Didacus Cano in Tract. de Conceptione, folio 102.

QUIDAM Hiſpanus, ac Poëta Limenſis, ſcripſit Cantionem *pro intemerata Virginis MARIÆ Conceptione*, quam invenies apud Didacum Canum de Conceptione, folio 83.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem Cantionem. Extat in libro R. P. Fr. Gaſparis à Villachoaga. Impreſſ. 1619. in 4.

QUIDAM Hiſpanus Poëta, gloſſavit pro immunitate Virginis Mariæ, ſic:

Es el ſer Madre de Dios
De la culpa tan ageno
Virgen, que ò el pecado es bueno
O no le tuviſteis vos.

Vide manuſcript. in Conventu PP. Capuccinorum de Regina Matriti.

QUIDAM Hiſpanus, in libro dicto: Fundamento y doctrina de algunos Presbyteros y Curas de animas, &c. in Explicatione ſalutationis Angelicæ, inquit: Otro ſi, que por quatro coſas, que del cielo le fueron otorgadas, le fue dicho: El Señor es contigo. La primera, *porque fue ſantificada*. La ſegunda, porque fue ſaludada del Angel. La tercera, porque vino ſobre ella el Spiritu ſanto. La quarta, porque el Hijo de Dios recibio carne en ella, &c. Item, in Explicatione Symboli, ad illa verba: Conceptus eſt de Spiritu ſancto, ait: Spiritus ſanctus obumbrabit tibi. Que quiere decir el Spiritus ſanto vendra ſobre ti, y la virtud del muy alto te cubrira? obumbrar quiere decir hazer ſombra *de feo contra todo calor, conviene à ſaber de pecados*. Lib. impreſſ. Hiſpali 1478. in 4. regali.

QUIDAM Hiſpanus Poëta (ut dicitur in libro: Relatio Panegyrica pro voto ac juramento Militaris Ordinis de Alcantara) edidit Cantiones varias *pro myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre eſt folio 83. 84. 85. & 86. Lib. impreſſ. Matriti 1653. in 4.

QUIDAM Hiſp. ſub tit. Litania & nomina myſterioſa *Reginæ Cœli & Altiſſimi Matris Immaculatæ & puriſſimæ MARIÆ*; quam humilis & devotus Sacerdos ex tranſſumpto typis mandavit ad implorandum auxilium & ſolatium pro Hiſpanis. Cæſar-auguſtæ 1653. in 24.

QUIDAM Hiſpanus, *de puriſſima Conceptione Virginis MARIÆ* Gloſſam ſcripſit Hiſpanicè. Matriti impreſſ. abſque anno impreſſionis.

QUIDAM Hiſpanus, recollegit Poëmata varia anonyma *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* decantata in Capella Regia. Impreſſ. 1652. in 4.

QUIDAM Hiſpanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma Hiſpanicum, in libro impreſſ. Salmanticæ 1618. in 4.

QUIDAM Hiſtoricus ſive Scriptor geſtorum Beati Joſeph. Sacerdotis, qui ſcripſit circa an-

num. 1280. cap. 51. vocat Virginem MARIAM *Rosam sine spina, Columbam sine felle.* Vide Joannem Euseb. in libro Exception. cap. 27. folio 508.

QUIDAM Incognitus, Germanus vel Polonus, recollegit in unum omnia Opuscula sequentia: Primò Tractatum *de Conceptione* Petri Aureoli. Secundò ejusdem Declarationem sententiæ S. Bernardi de eadem materia *Conceptionis.* Tertiò repetitionem factam à quodam Doctore Canonista in Universitate Liptziensi, anno Domini 1489. in die S. Luciæ, pro eadem Conceptione. Quartò Bullam Sixti IV. incipientem: Grave nimis; sed hæc extat cum alia introductione distincta ab illis, quæ communiter circumferuntur in Bullis existentibus in corpore Juris & alijs Bullarijs, de quibus latè egimus in Regesto Armamentarij Seraphici. Nam incipit sic: Sixtus Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Grave nimis gerimus & molestum, cùm sinistra nobis de quibusvis Ecclesiasticis personis referuntur; sed in eorum, qui ad Evangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicando commissis eò gravius provocamur, quò illi periculosiùs remanent incorrecti; cùm facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publicè prædicando diffusiùs & damnabiliùs imprimuntur errores. Sanè cùm Romana Eccl. &c. In reliquis autem coincidit cum secunda Grave nimis. Ex quibus constat, quòd in Germaniam fuerunt missæ aliæ litteræ sub diversa forma, quàm erant illæ ad partes Lombardiæ. Quod valdè notandum est, ut cognoscatur tunc scandala fuisse cõmunia per totum terrarum orbem. Quinto adducit quandam determinationem *de Immaculata Conceptione* factam in eadem Universitate. Sextò ibidem extat alius Tractatus contra quandam cavillosam & inutilem Scripturam P. Georgij de Frikenhausenn, Ordinis Prædicatorum. Septimò est alius Tractatus, sub hoc titulo: Clypeus contra jacula adversùs *sacram ac Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* volitantia per modum trium Sermonum, &c. Octavò est quædam Quæst. *de Immaculata Conceptione* cum sua determinatione, quæ incipit: Utrũ Virgo Davidica. Nonò est quædam disputatio brevissima *de Immaculata Conceptione*, & incipit: Utrum ista altercatio, &c. Decimò extat responsio P. Georgij de Frickenhausenn Ordin. Præd. ad Clypeum. Fuerunt impress. in 4. anno supradicto 1489. atque 1490. Quæ omnia accepi è Regno Poloniæ & civitate Uratislavien. à R. P. Theodoro Moreto Societatis Jesu, per manus R. P. Joannis Bollandi ejusdem Societatis.

QUIDAM incertus, Poëta Italus, in Cantione de Beata Virgine MARIA, sic inquit:

Vergine, ma fecunda hai tu produtto;
Madre, ma senza macchia hai partorito,
Salvo il virgineo fiore il sacro frutto.

Extat cum aliis Poëtis in libro: Il Tempio, &c. folio 247. Impress. Venetiis 1617. in 12. Illud absque macula, vel potest intelligi absolutè, vel in ordine ad partum, nam utrumque admittit sensum absque ulla violentia.

QUIDAM Italus, in libro de Statutis Ordinis Equitum S. Stephani, ad diem 8. Decembris: Quòd *in prædicta Religione debet observari dies Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ*; ut extat in tit. 8. cap. 27. fol. 196. Impress. Florentiæ 1620. in 4.

QUIDAM Italus, scripsit *pro Conceptione Beatissimæ Virginis* Cantionem ad Sanctam Annam, folio 285. Impress. Romæ 1648. in 12.

QUIDAM Italus Carmelitanus, in Relatione Rerum notabil. quæ occurrerunt in fundat. Monaster. extructorum à S. Theresia de Jesu, ab ipsamet scripta, Italicoq; idiomati donata per quendam Religiosum Ord. Carmelitarum Discalceatorũ, cap. 15. fol. 136. agit de fũdatione domũs Vallisoletan. *quod Monasterium vocatur Conceptio Dominæ nostræ de Carmelo.* Romæ 1622. in 8.

QUIDAM Italus, in libro Constitutionum Monialium Annuntiatarum Januensium, folio 49. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impress. Genuæ 1618. in 4.

QUIDAM Italus, in libro: Giglio de la Madona, adornato di tre corone d'oro, di perle è di smeraldi, &c. folio 22. & 36. *vocat Virginem MARIAM lilium inter spinas, per alluſionem ad ejus puritatem.* Lib. impress. Florentiæ 1642. in 16.

QUIDAM Italus, in Oratione devotissima ad gloriosam Virginem MARIAM vocat eandem Sanctissimam Dei Genitricem *Immaculatam, absque aliquo nævo vel macula peccati.* Opusc. impress. Spoleti in 24.

QUIDAM Italus Poëta, in Opusculo sub hoc titulo: Lode della Madona fatta sopra el Ave MARIA, inquit:

Celeste pianta
Da Dio fabricata,
Da Dio guardata
Sei tutta quanta
O Madre Sancta, &c,

Impress. Maceratæ 1622. in 24.

QUIDAM Italus, in libro: Ordeni con li quali deve esser governata la venerabile Archiconfraternità della Sanctissima Madona del Suffragio, &c. ordin. 3. folio 5. inquit: La Doncella vive Vergine, si dice esser l'oratione *la quale dovendosi appresentare à lla Santissima Vergine delle Vergini dovera esser pura, & netta, & senza macula, &c.* Lib. impress. Romæ 1625. in 4. regal. In dictis verbis clarè, meo judicio, ostenditur Virginem MARIAM fuisse puram, nitidam, & absque macula, sive Immaculatam.

QUIDAM Italus, in libro: Summario di indulgence, gratie, è doni, è privilegij concessi da multi Romani Pontifici à la sacra Religione di N. S. de la Mercè, inquit: *Nella Vigilia de la purissima Concettione, &c.* Et infra idem repetit. Impress. Panormi 1626. in 4.

QUIDAM Italus, sub hoc nomine: Confuso Academico ordito, in libro dicto: Il Tempio sacro dell'Imperatrice de cieli MARIA Vergine santissima, &c. recollegit Poëmata aliquorum Poëtarum *pro mysterio Conceptionis Virginis MARIÆ*; & extant folio 76. & 77. Impress. Venetiis 1613. in 12. regali.

QUIDAM Italus, in libro: Epistole, lectioni & Evangeli che se legono tutto l'anno, &c. fol. 339. in Evangelium *della Concettione de la Madona, &c.* Lib. impress. Venetiis 1560. in 8.

QUIDAM Italus Poëta, in Cantione ad Virginem MARIAM in translatione imaginis Rhegiensis, folio 25. sic inquit:

Sole nascente si; ma senza occaso
In cui delitto unqua non fu ne fia
Nè nel'orto, ne pria
Digno sempre di Dio splendente vaso, &c.

Extat in lib. Sacri applausi vulgari & Latini. Impress.

preſſ. Murinæ 1619. in 8. Vide etiam fol. 42. ubi vocat MARIAM priùs ſanctam, quàm natam.

QUIDAM Italus, *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, & de Sancta Anna matre ejus Poëmata. Lib. impreſſ. Romæ 1648. in 12.

QUIDAM Italus, edidit *de Conceptione Dominæ noſtræ* Sermonem unum Italicè, in Homiliario Quadrageſimali, & Sanctuario. Impreſſ. 1537. in folio.

QUIDAM Italus, in inſtructione pro Mancipiis Virginis MARIÆ, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, cap. 9. Lib. impreſſ. Neapoli 1625.

QUIDAM Italus, traduxit Sermonē *de Immaculata Conceptione* R. P. Michaëlis Perez. Venetiis, an. 1641. in 4.

QUIDAM Italus, in lib. de Imaginibus Beatæ Virginis MARIÆ & Apoſtolorum, *habet tres imagines Immaculatæ Conceptionis*. Lib. abſque loco & anno impreſſ. in 16.

QUIDAM P. Italus, traduxit relationem Claſſis navalis expeditæ à Catholico Rege Philippo II. anno 1588. die 29. Maij, in qua ex Cantabria ſub Joan. Martinez de Ricalde fuerunt naves *ſub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ* duæ: prima, dicta de Zumbelzu: altera, dicta Joannis de Cano. Et ex Provincia Hiſpalenſi ſub Generali Duce Petro de Valdes fuit altera navis *ſub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ*. Et ſub Duce D. Antonio de Mendoza fuerunt aliæ quinque naves *ſub titulo Conceptionis Beatæ Virginis*, quarum prima dicebatur Conceptionis de Carraffa; ſecunda, Conceptionis del Capitilo; tertia, Conceptionis de Franciſco Laſtero; quarta, Conceptionis abſolutè; quinta, Conceptionis de Somariba. Lib. impreſſ. Romæ 1588. in 4. & extat in Bibliotheca D.D. Cardinalis Barberini littera C. cum aliis diverſis relationibus.

QUIDAM Italus, in libro cujus titulus eſt: Libro terzo delle Rime ſpirituali, &c. ſparſim per totum librum vocat Virginem MARIAM *Immaculatam, puram*. Et folio 152. *Quòd fuit concepta abſque peccato originali*; & folio 179. Item, in Expoſitione ſalutationis Angelicæ diverſa habet Carmina *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato*. Vide ibi fol. 189. Item, in Abecedario ad Virginem MARIAM litterâ E. *ipſam liberam à peccato Evæ* ſcribit, folio 147. Lib. impreſſ. Venetiis 1552. in 12.

QUIDAM Italus, in libro: Inſtructiones & meditationes ſpirituales extractæ ex libro antiquo Congregationis *Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis* erectæ Neapoli in Collegio Societatis JESU, & ab aliquibus Auctoribus, &c. p. 1. fol. 45. medit. 56. *de Conceptione Matris Dei* Meditationem, *in qua dicitur fuiſſe præſervata à peccato originali*, & hoc eſſe conveniens honori Chriſti.

Item, pro die Conceptionis B.V. Commemor. *Conceptio tua*, &c. fol 171. Lib. impreſſ. Neapoli anno 1606. in 24.

QUIDAM Poëta Italus, fecit Carmina pro Immaculata Concep. quæ Italicè incipiunt:

Qual ravia, qual furor, mai vi concede;

Vide alia apud Bernad. de Buſtis ſerm. 9.

QUIDAM Italus, in quodam lib. impr. characteribus antiquis (cujus ſolùm unicum fol. remiſit mihi Reverendiſſimus P. Jacobus Bordonius Generalis Patrum Tertij Ordinis in Italia) ponit hæc verba: Papa Leone X. à petitione del ſuo Confeſſore, il quale è Fratre Minore de Obſervancia, hà conceſſo novamente, cioe del M. D. XIX. à cada una perſona confeſſa, è contrita de ſuoi peccati che dira la infraſcripta devotione à reverentia dil nome diGiesu, è della Madonna anni X. di vera indulgentia per ciacuna volta: Benedictum ſit nomen Domini noſtri JESU CHRISTI, & ſua paſſio benedicta, & Beatiſſima Virgo MARIA, & tota cœleſtis Curia, Amen JESUS. *Tota pulchra es MARIA Mater Dei, & macula originalis non eſt in te*, alleluia, &c. Extat impreſſ. in 8.

QUIDAM Italus Poëta, ad illa verba: Nondum erant abyſſi &c. inquit:

Vnica fui concetta infra i viventi
.... Non penſi alcun che nell' interno
Port' io di machia original il pondo:
Perche dal tortuoſo angue d' Averno
Me liberar col ſuo ſapere profundo
Poté, volſe, è lo fecce il Verbo eterno

Extat Poëma integrum apud Piſtoiam, corona 2. cap 2. fol. 130.

QUIDAM Italus Poëta, in quadam Cantione loquendo de Virgine, ſic dicit:

La Machia original qual ſpina offende
Ciascheun ....
Sola coſtei dal Ciel candido giglio
Eſce al aura vital ſenſa ombra alcuna.

Sic P. Piſtoia corona 2. cap 3. ad finem, folio 140.

QUIDAM Italus, ſcripſit Summarium ſub hoc titulo: Dellè indulgence conceſſe dalla felice memoria di Paolo Papa V. all' Archiconfraternità *dell' Immaculata Concettione della Beatiſſima Vergine MARIA*, &c. Impreſſ. in charta expanſa Romæ 1639.

QUIDAM Italus, ſcripſit Opuſculum ſub hoc titulo: A tutti li Fratelli, è Sorelle delle Compagnie che militano ſotto l' invocatione *dell' Immaculata Concettione della Sanctiſſima Vergine*, &c. Impreſſ. Senis 1636. in charta expanſa.

QUIDAM Italus, in lib. de Devotione ad SS. Virginem MARIAM, fol. 13. de modo recitandi Coronam parvam B. Virginis, 2. Poſtam ponit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ abſque originali peccato*. Lib. impreſſ. Senis 1623. in 24.

QUIDAM Italus antiquus, in lib. cujus titulus eſt: Scala ardente de ſanta, è glorioſa contemplatione, ſopra la vitta del noſtro Signore JESU CHRISTO, è della glorioſa Vergine MARIA ſopra, à la non ſola divotta, ma glorioſa memoria, è ſancta Corona, &c. grad. 1. ſub hoc titulo: Contemplattione ſopra il primo grado della noſtra glorioſa Scala contemplando per queſto la *Sanita, è Immaculata Concettione della glorioſa Vergine MARIA* Lib. impreſſ. Florentiæ, anno 1512. in 4. Lege totum caput: nam latiſſimum eſt.

QUIDAM Italus, in quadam charta expanſa ſic inquit: Recordativi de eſſer devoti *della Immaculata Concettione*, è Stellario della Beatiſſima Vergine, accio eſſa preghi il ſuo divino Figlio per voi nell' ultimo punto della voſtra morte, mentre hauveretti venerato in queſto mondo il primo punto della ſua vitta, &c. Extat impreſſ. Veletri cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

QUIDAM Italus, edidit Orationem de Conceptione Virginis MARIÆ; & eſt illa: *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Extat in lib. de Societate Sæcularium, impreſſ. Senis an. 1540. n fol.

QUIDAM Italus, edidit Stellarium majus *Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Romæ 1523. in charta expanſa.

QUIDAM Italus, elaboravit Memoriale contriti

peccatoris *ad magnam Matrem MARIAM conceptam absque peccato*. Est lib. parvus impressus in Civitate Lucensi 1653. in 24.

QUIDAM Italus, edidit lib. Indulgentiæ, Orationes & Directorium Congregationis Mercatorum & Officialium Anconitan. Collegij Societatis Jesu, erectæ sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, anno 1603. die 2. Februarij, &c. Impress. Anconæ anno 1624.

Item, ibidem est alius liber distinctus à præcedenti, sed cum illo typis mãdatus; & in Modo practico, punct. 2. sic inquit: Sanctissima V. Mater Dei Maria tibi congratulor, quia per gratiam singularem *fuisti præservata & concepta absque omni macula peccati originalis*. Impress. ubi supra.

QUIDAM Italus, in lib. intitulato: Tractatus brevis excellentiarum sanctiss. V. Mariæ, Caput unum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Liber est manuscript. & antiquus, eumq; habui à D. Carolo Morone ex Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini in 8.

QUIDAM Italus, adducit instructiones & imitationes spirituales extractas ex lib. antiquo *Congregationis Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis* erectæ Neapoli in Collegio Societatis Jesu, &c. Lib. impress. Neapoli 1606. in 16.

Item, in eodem lib. fol. 45. adducit meditationem *de Conceptione Virginis MARIÆ D. nostræ*.

Item, Part. secundã Exercitiorum Congregationis *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* erectæ in Civitate Neapolitana, &c. ubi continentur orationes, regulæ & indulgentiæ prædictæ Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis. Impress. ad instantiam Præfecti, & Fratrum prædictæ Congregationis 1606.

QUIDAM Italus, scripsit Librum de indulgentijs & gratijs concessis *Confraternitati Immaculatæ Conceptionis* constitutæ in Ecclesia S. Francisci de Brixia. Lib. impress. ibi 1580. in 8.

QUIDAM Italus Sacerdos & devotus, in libro intitulato: Devota opera de alcuni spirituali exercici, &c. scripsit super Antiphonam: *Tota pulchra es MARIA, & macula non est in te*, Considerationem devotam, à fol. 198. usque 210. ubi latè de ejus immunitate ac præservatione. Lib. impress. Januæ 1628. in 12.

QUIDAM Italus, scripsit Libellum sub hoc titulo: Libro dell' grandi gratie, & indulgenze che sono in Roma concesse in perpetuo à la Compannia, è scola di S. Girolamo posta nella Chiesa di S. Daçaro pietra santa di Milano, per esser unita, & aggregata alla venerabile *Archifraternità dell' Immaculata Concettione della Madona* in S. Lorenço, in Damaso, &c. Impress. Mediolani 1593. in 8. parvo. Et ad diem 8. Decemb. adducit omnes indulgentias Ecclesiarum Curiæ Romanæ in die Conceptionis.

QUIDAM Judæus, in Civitate de Crema in Lombardia disputans cum quibusdam Fratribus impugnantibus *Conceptionem Beatæ Virginis* eos confudit; probavitque, quòd, si verum sit Christum fuisse verum Messiam, Mater ejus fuerit *Immaculata ab omni peccato actuali & originali*. Vide Ber. Bust. serm. 9. fol. 38.

QUIDAM Latinus, in Litania ad Beatissimam Virginem Mariam de eius vita & mysterijs, pro Conceptione Virginis Mariæ habet sequentia: Maria ab æterno ordinata, inter omnes præelecta, Patribus cœlitus promissa, mysticis præfigurata miraculis, oraculis prænuntiata propheticis, *sine peccato concepta, & caput serpentis conterens*, &c. in lib. dicto: Fasciculus Sacrarum Litaniarum impress. Monachij 1621. in 8.

QUIDAM Latinus, scripsit iuramentum Illustrissimi D.D. Joannettini Boria tituli S. Petri in Monte aureo S. R. E. Presbyteri Cardin. & Archiepiscopi Panormitani, Illustris Capituli, & Reverendi Cleri Metropolitanæ Ecclesiæ Panormitanæ, nec non Illustrissimi Senatûs, ac totius populi Panormitani, *pro Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, &c. Impr. Panormi 1624. in 4.

QUIDAM Latinus, in tabula de Laudibus ac prærogativis Deiparæ, in principio plura adducit *pro Immaculata Virginis Conceptione, & eius præservatione à peccato originali*. Imp. absque anno, & loco impressionis in 4.

QUIDAM Latinus Auctor, Societatis Jesu Flander, sed degens inter Hæreticos, edidit contra Libellum cujusdam Hæretici: Ignem fatuum extinctum, &c. alterum sub titulo: Columna ignis, &c. pro sacratissima Virgine Maria, & quomodò censendum sit in bonitate, & loquendum de ea in veritate ex dictis Mahumeti, Saracenorum, Maurorum, Græcorum, Schismaticorum, Iudæorum, Lutheri & Novatorum, super illud: Honora Patrem tuum & Matrem tuam, &c. Et quia totus libellus eò tendit, ut demonstret *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali macula* (pro quo mysterio dictus Pater multùm sudavit, ac nobis misit ex Regno Poloniæ aliquas singulares notitias) & sparsa in multis Doctoribus, in libello isto breviter recolliguntur, illum hic ad litteram damus.

Cap. 1. Mahumet. Primo loco Mahumet nos docet cap. 1. Alcorani, Matrem Jesu Dei loco habendam non esse, nec adorationem soli Deo debitam illi deferendam: nihilominus reprehendit Judæos, quòd ex illis nonnulli *blasphement adversus MARIAM*; dat enim causas non leves ab universa Ecclesia Orientali acceptas, & suo judicio probatas, propter quas singularem eminentiæ honorem mereatur. Primam causam assignat: quia Maria *soli Deo semper supplex servivit, soli Deo devota fuit, & libera à tentatione diaboli, habuitque cor firmissimum* in lege Dei. Audiamus verba ipsa Alcorani ex cap. 5. excerpta, ubi multis parergis omissis, sic habet: *Mulier Ioachimi se gravidam sentiens: Tibi (inquit) Deus omnium Creator ventris mei conceptum voveo; & postulo illum tibi soli supplicem servire. Cùm autem filiam peperisset, eique nomen MARIAM posuisset, Deum advocans testem partûs sui sexûs, inquit: Natam meam, suamque prolem, tuo penitus obsequio devotas à tentationibus & insidijs diaboli protege. Quod matris Annæ votum Deus benignè suscipiens, natæ suæ incrementum optimum, corque firmissimum præbuit.* Sic ille alæ dextræ ductor in Bello, quod in Papistas promovemus. Secundam causam dat in Alcorano, quia cùm omnes homines nascantur *filij iræ*, cùm omnes nascantur *percussi ulcere pessimo* quasi Job, & non tantùm insidias passi in calcaneo, sed vulnerati à serpentis morsu; sola Maria & Filius ejus ab his ad primum passum vitæ nostræ insidiis & venenato contactu fuerunt immunes; sic enim docet: *Nullus de filijs Adam nascitur, quem non tangat Sathan (& ideo plorat vociferans*

vociferans) *præter* MARIAM *& Filium ejus.* Ideoque sic edocti ab hoc Viro Deiparam caruisse peccato *originali*, diceemus etiam cum eodem caruisse *actuali*, iuxta Regulam Augustini *l. 5. contra Iulianum*; ubi hæc tradit de Christo: *Nullum fecit peccatum major existens, quia non habuit originale peccatum puer existens.* Sic tamen, ut quo originis peccato Christus caruit *ex natura*, eo MARIA caruerit *ex gratia*, sicut paulo post (cap. ultimo) sum explicaturus. Meritò ergo exclamat Mahumet cap. 5. *O MARIA omnibus viris & mulieribus splendidior & mundior & lotior, soli Deo perseveranter studens!* Ideo cap. 32. appellat MARIAM *mulierum optimam, & miraculum*: sic enim inducit Deum de illa loquentem, & dantem (ni fallor) causam, cur in ea Christus sit incarnatus: *Omnium mulierum optimæ, & ab omnibus intactæ vulvæ nostram animam insufflavimus; & ipsam Filiumque suum manifestum miraculum Gentibus posuimus.* Dubitari tamen posset, an hoc loco agat de anima Filij, an de anima Matris: sæpe enim obscurus est, sæpe in asserendo inconstans. De præstantissima tamen anima & nobilissimis Dei donis divite, quâ MARIA *supergressa sit universas filias*, agitur in Alcorano c. 76. ubi sic loquitur: *MARIA se dirigendo nil malitiæ seu pravitatis operata est; unde illi animam insufflavimus nostra verba librumque confirmanti, & in bonitate perseveranti.* MARIA erat pretiosum scrinium librí verborum Dei: legerat enim de ea Mahumet illud Lucæ 2. *Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.* Nam Dei Genitrix inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multò beatior, quia ejusdem semper amandi custos manebat æterna. Unde assecuta est, ut Lex Adam, quæ est *pro omnibus*, non esset pro ista Esthera; ut nimirum *ne levi saltem contaminare vitam crimine posset*, non *ex natura*, sed *ex gratia* sui Assueri.

Cap. 2. Saraceni & Mauri. Petrus Bellonius postquam multis annis inter Saracenos vixisset, & omnes Mahumetanæ sectæ codices diligenter evolvisset, asserit Alcorani interpretes passim affirmare illud ipsum, quod ex citatis à me Alcorani documentis hauserant, nimirum: *Christum cum Matre dumtaxat à dæmonis tentatione immunes fuisse; Matrem autem ipsam etiam immunem fuisse à peccato originali*; id est, ab illo contagioso satanæ contactu; ab afflatu pestilentiali magistri *sedentis in Cathedra pestilentiæ*, quem qui audit, infícitur ad mortem. Ideo ad Matrem *speciosi formâ præ filijs hominum* dicit Pater: *Audi filia, & vide & obliviscere domum patris tui* Adæ, cujus voci non obedisti, non tuâ quidem naturâ, sed meâ electione, qui tibi dedi *cor firmissimum.* Huic communi sensui Saracenorum & Mahumetanorum consonum est, quod accidit anno 1322. quo Avinionem venit Maurus Regis Armeniæ filius ad Joannem XXII. Pontificem Romanum. Venerat autem eo animo, ut Christianam Religionem susciperet: sed cùm audivisset cujusdam Catholici concionem asserêtis Christi Matrem in peccato originali fuisse cõceptam, noluit obedire Fidei: *Quo enim pacto* (inquiebat) *illum Christianorum Deum, verum Deum esse credam, qui Matrem habuerit alicuius peccati in Deum maculâ contaminatam? Imò nec Maurorum nostrorum aliquis id de MARIA Matre Messiæ audiet dicentem, quin Concionatorem lapidibus sit ejecturus è cathedra.* Mater Dei, Mater nostra est, aut certè Avia nostra est, quæ nobis peperit Patrem futuri sæculi, quod nos sumus. *Fili honorem habebis Matri tuæ omnibus diebus*, inquiebat Tobias. Præivit nos in hujus honoris delatione etiam antiquissimus Origenes, qui Comment. in Matth. sic enuntiat: *Virgo, quæ in utero non ex desiderio partũ suscepit, persuasione serpentis decepta non est, neq; ejus venenosis afflatibus infecta.* Et Origenẽ quidem libenter cito, quia etiam hunc Catholici inter suos numerant inimicos, ut non nisi per inimicos eorum Colum. ignis exædificemus, ad illuminationem Gentium & non in scandalum. His adhuc aliquid addam ex sensu Saracenorum cap. 4.

Cap. 3. Græci Schismatici. Audiamus Græcos à Romana Ecclesia diuturno schismate separatos: cum his enim, quia se separarunt, sicut & Evangelici conati sunt, missâ solemni Legatione in Orientem ad Jeremiam Patriarcham sub annum 1576. unionem inire; & quamvis non tantùm ab unione rejecti simus per Jeremiam, sed etiam refutati, retinemus tamen animorum adversùs Catholicos societatem. Utinam etiam cum ipsis retineremus Episcopalis consecrationis successionem, sicut contæderati olim Hussitæ (iam non entia) retinuerunt Ordinem Presbyteratûs! difficulter enim ipsis persuademus, difficulter populo imponimus, posse à laico Magistratu accipi non tantùm Iurisdictionem in subditos, sed etiam divinam potestatem humanâ majorem absolvendi à peccatis, & conficiendi mysterium Corporis & Sanguinis Domini. Sed supprimendus est dolor; & dicendum nos ausos aliquid cum Luthero, quod antehac non est ausa ulla à Catholicis secessio.

Audiamus ergo eloquentissimos ex Græcis, & ab illis, non à Catholicis, accipiamus quid & quomodò sentiendum & loquendum de Virgine Deipara. Ubique in Bibliothecis extant tam MS. quàm typis excusi eorum libri, quibus quotidiani divini Officij ordo præscribitur. Ex his synopticè pauca selegi, adscriptis diebus, quibus recitantur. Primo loco sunt Liturgiæ Græcorum, in quibus appellant *Dei Matrem perfectionem irreprehensibilem & incontaminatam, puriorem & sanctiorem ipsis Cherubim & Seraphim.* Die 16. Iulij. *Tota pulchra es, ô Virgo; planè tota pulchra, tota nil nisi nitor & species lucis, diem ad Deum afferens: vulneratus sum à singulari te glorificandi amore.* Tota sine nævo. Dies sine nocte. Die 17. & 18. Martij. *Filius in te sola reperit causam, cur similem nobis naturam induceret; te enim reperit solam puritate super omnes fulgentem. De te sola publicè constat, quòd ab æterno munda extiteris; ut quæ possidebat justitiæ solem.* Causa Incarnationis Verbi. Die 12. Febr. *Ab æterno propter splendorem integritatis & pulchritudinem virginalem, ac demum propter gratiæ dona, quæ te ab omni nævo immunem fecerunt, manifestè sola fuisti digna sancti partûs honore.* Quia immunis à peccato, digna fuit Maternitate Dei. Die 12. Aug. *Equidem videbaris, O Virgo, esse filia Adami collapsi: at re ipsa tu eras Genitrix Dei Adamum restituens in integrum.* Nihil in illam filiam juris habuit Adam pater, quia naturæ indebitam. Die 9. Dec. *Nubem lucidam ac portam luminis & Paradisum te esse agnoscimus, ô pura Virgo & Mater, ex qua proseminatur flos mysticus Creator Christus.* A luce & Paradiso procul tenebræ & spinæ. Die 5. Maij & 4. Iunij. *Mors instar fluvij ruens, apud te, Virgo, perdidit vires; quo facto permoti vocamus te primitias immortalitatis, rationalem paradisum, & grandem orbis terrarum*

terrarũ thesaurum. Vita & immortalitas per MARIAM reducta in orbem. Die 1. Ianuar. *Architectus & Dominator omnium Deus, ex incorrupto utero carnem susceperurus, humani te generis Primatem creavit, ô Domina nulli unquam reprehensioni obnoxia! Salve Primas mundi & Domina, gaudens primogenitorum privilegijs cum Filio;* hic ex natura, illa ex gratia. Die 5. Ian. & 12. Maij. *Salve Throne formâ igneâ splendide, in quo residet IESVS rerum omnium Dominus. Christum sanctum sanctorum peperisti, ô sanctitatis Tabernaculum!* Die 4. Jan. 7. Martij. 9. Dec. 25. Iulij. *Tu palam designata es porta solis ex alto progressi. Salve solis inaccessi vehiculum. Salve mens divinorum ignium excubijs fulgens. Salve splendor scintillans ut fulgur. Salve splendor aureis rutilans radijs, cujus exoriens lumen occasum non habet. Salve Cælum novum, ex quo orietur salutis astrum; Radius, ex quo deinde sese ipse divinitatis splendor diffudit.* Die 25. Iulij. *Gloriosa Anna, tu genuisti Cælum in terra, quod Cælum paulò post enixum est artificem Cæli, qui te Cæli Matrem ad cælestia gloriosè traduxit.* Nihil terrestre sapit Dei Mater. Die 3. Jan. *Tu macularum omnium expers ligno vitæ similima, non alium nobis fructum germinasti, quàm Christum, qui omnibus ad vitam aperuit aditum.* Clarius Die 2. Jan. *Salve ô cadentis mundi creatrix, nulli unquam culpæ subjecta.* Si nulli, igitur nec actuali originali. Die 9. Dec. *Conceptio sanctæ Dei Aviæ Annæ. Celebrat hodie Ecclesia S. Annæ Conceptionem: etenim ipsa fœcundata est supernaturaliter per Verbum illâ prole, quæ Verbo fuit imprægnanda.* Ubi deerat Natura tanto operi, qui supra Naturam est, fecit potentiam in brachio suo. In eodem libro Officij Divini ante Menologium legitur elogiorum omnium compendium, quod sic incipit: *Quam olim prænominarunt Prophetarum Chori, Apostoli docuerunt Virginem post partum, quam Martyres confessi sunt propriè Deiparam, venite consonè inter nos & incessanter laudemus in Hymnis, & tamquam Dei Matrem magnificemus, & voce Gabrielis dicamus Virgini: Salve procuratrix gaudij. Salve solutio maledicti. Salve revocatio exulis Adami, & redemptio Evæ. Salve lætitia omnimodè & mundissimè ornata. Salve gloria Angelorum. Salve abyssus difficulter his nostris oculis aspectabilis. Salve universorum receptaculum admirabile, & reclinatorium, & palatium, & roriferum vellus. Salve lucida nubes rebens divinum imbrem, & illuminans animas te beatificantium. Salve virga Aaron & ardens rubus. Salve urna aurea portans manna. Salve Deo chara tabula conscripta, & porta concluſa. Salve nova salvifica mundi arca; & cælestis scala, per quam descendit Deus, & deificantur mortales. Natura supra Naturam. Salve omni modo laudatissima Virgo: interminabilis Dei-hominis Sponsa, MARIA Deipara; expers labis; omnimodè Immaculata; incorrupta; omnimodè sancta. Salve sacra mensa ferens divinum panem, & nutriens te piè confitentes, & convenienter te adorantes tamquam Dei Matrem. Salve Regina mortalium; Domina Angelorum; Late-chorale Monochordium; Plenitudo gratiarum; Spes desperantium; Sanitas infirmorum, Salve cadentium erectio; Securitas mortalium; Concordia Ecclesiarum; Principatuum gloria; Nobilitas Regum; Fortitudo exercituum; Corona Sacerdotum; Gloria Monachorum. Salve inconsumptibilis luminis lampas lucida; Ductrix errantium; Cæcorum baculus; Afflictorum gaudium; Liberatrix injustorum. Salve absconditorum Dei mysteriorum abyssus. Salve Puella. Salve Nympha. Salve Porta concluſa, & Fons perenniter scaturiens. Salve Sponsa. Salve omnium gaudium & opitulatio. Salve Angelorum exaltatio & dejectio dæmonum. Salve incarnati Dei omnium Creatoris puerpera; Thymiamatorium aureum, & pons deducens peregrinantes ex terra ad Cælum. Salve Fortitudo. Salve Nutrimentum; Stola; Merces; Gloria; Præses; Deo tincta purpura; Verna; Virga; Vellus; Divisio; Lucis nebula. Te beatificamus. Te glorificamus. Te canimus honoratiorem Cherubinis; & æquo judicio te sine corruptione Dei Verbum parientem dicimus glorioſiorem Seraphinis. Te essentialiter & re ipsâ veram Dei Matrem magnificamus.* Hæc, plurimis omissis, ex libro Officij divini Ecclesiæ Schismaticæ Græcorum. Nunc aliquid ex Hebræis.

Cap. 4. Judæi. Rabbi Haccados ad illud Zachariæ 4. *Educet lapidem primarium,* sic dicit: *Hæc petra primaria est Mater Regis Messiæ.* Consentit Rabbi Jonathas Uzielis filius; exponens enim illud: *Educet petram primariam,* subjungit: *Ex ipsa procedet Messias, cujus nomen est æternum.* Igitur hi duo Rabbini (quorum primus inter Hebræos sanctus habetur) judicarant Zachariam loqui de Deipara. Locus autem Zachariæ est iste: *Educet lapidem primarium; & exæquabit gratiam gratiæ ejus* (genuisti eum qui te fecit.) *Manus Zorobabel fundaverunt manum istam.* Non sic tamen primarius lapis est MARIA, quin primum Ecclesiæ Fundamentum sit Christus, deinde *lapis primarius.* Idem Rabbi Haccados in libro, quem inscribit: *Revelator Arcanorum,* interpretans Isaiæ c. 8. *Accessi ad Prophetissam & concepit & peperit filium,* affirmat se ex Dei revelatione didicisse, post multas suas in inveniendâ interpretatione perplexitates, *hanc Prophetissam esse Matrem Regis Messiæ: dictam autem Prophetissam; quia scit omnia à primordio usque ad finem, quod nemo unquam Prophetarum cognoscere potuit: ipsa est enim omnium Prophetarum Domina & Magistra.* Galatinus accuratus rerum Judaicarum eruderator & scrutator affirmat l. 7. de Arcan. c. 2. fuisse Judæorum antiquissimum sive dogma traditione acceptum, sive proverbium: *Messiæ & Matris Messiæ gratiâ mundum esse conditum.* Ex quo factum sit, ut primi ex Hebræis Christiani dixerint: *Nisi ex amore MARIÆ & IESV filij ejus mundum minimè condidisset Deus.* Si enim Rex est Christus, verus Salomon, numquid thronum Matri suæ sibi proximum statuet? Numquid palatia Regum gratiâ ædificantur? Rabbi Samuel Marrochianus (*ut refertur in Biblioth. PP. t. 4. editionis 3. Paris.*) dicit Saracenos sic de MARIA loqui: *O MARIA Deus te elegit & præelegit super omnes mulieres omnium sæculorum; & paravit te quasi novum medium inter homines terrenos & Angelos Dei in Paradiso deliciarum.* Illud: *Novum medium* inter homines & Angelos, consonat cum illo Græcorum: *Natura supra Naturam.* Sint humanâ conditione infra Angelos quidem, sed omni homine digniores etiam quoad Naturam. His conformia narrat Franciscus Venetus: (*Harmon. mundi. l. 5. c. 6.*) *Inter reconditissima Hebræorum arcana illud celeberrimum haberi, unam apud Deum esse primam omnium creaturarum, quæ reliquarum omnium perfectiones contineat, quam illi appellant Mitatron, hanc autem esse Matrem Messiæ.* Mitatron autem juxta Hebræorum interpretationem est Princeps facierum, quia illius præstantissimæ creaturæ officium sit assistere ante faciem Dei, & jus habeat adducendi cæteros ad Dei faciem & conspectum; & in hanc rem nomen Mitatron & MARIÆ cabalisticè computatum, eundem numerum 999. conficit. Non videbit faciem Dei à quâ

Mitatron

Mitatron avertitur, ut sentit Oecolampadius Cap. 6. citandus.

Cap. V. Lutherus. Martinus Lutherus in Magnificat sic effatur: *Eo ipso, quòd MARIA Dei Mater facta est, tam præclara & ingentia bona ei data sunt, ut superent captum cujuscumque.* Agit de bonis gratiæ, quæ ei data sunt ob Maternitatem, non quasi Maternitas sola sit illud donum ineffabile, sed præter hanc quòd inconceptibilibus donis ornata sit, ne dedeceret tantum Filium in ea nasci. Uno verbo: Maternitatem vult radicem esse omnium gratiarum ineffabilium MARIÆ; sic enim pergit: *Hinc ei omnis honor & beatitudo provenit, ut in universo humano genere unica persona sit superior cunctis, cui nemo sit par.* Unde ille honor? unde tanta beatitudo gratiarum, quibus est plena? cur superior cunctis? cur supergreditur universas filias in divitijs? Respondet: *quia tum cæleste Patre Filium habet communem.* Maternitas radix est. Addit Deiparam *supra omnes homines, δις διὰ παντῶν exaltatam*; id est, bis supra omnes homines, quam loquendi rationem Græcè accipimus (teste Grodecio in Cyrill. in præf.) pro immenso excessu supra cæteros hominum. Ea propter in eodem commentario dicit *MARIAM immensis affectam honoribus, nec inde cristas erexisse.* Dicit eam *in medijs excellentissimis & exuberantissimis bonis fluctuantem*, quasi in plenitudine maris omnium gratiarum. *Vno* (inquit) *verbo omnis honor concluditur, si Parentis Dei insigniatur nomenclaturâ, quandoquidem nemo majora de illa prædicare possit, etiamsi tot linguas habeat, quot flores herbulasque terra, cælum stellas, ac mare continea arenas.* Eleganter & verè. Denique addit ex gratijs Maternitati convenientibus gratiam unam explicatiùs propositam; sed unam omnium maximam, immunitatem à peccato, eamque proponit velut naturaliter debitam Maternitati; sic enim ait: *Pulchrè Dei gratiæ, non suo merito refert acceptum: quamquam enim peccati expers fuerit; id tamen gratiæ adeò fuit eximium, ut nullo pacto hujus digna fuerit: quæ enim creatura digna foret, ut Dei Mater esset?* Ponderà illud: *peccati expers*, & confer cum omnibus, qui clamant: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.* Sed, inquies, si MARIA *peccati expers*, si est non tantum τὸ πᾶν, sed Δὶς Διὰ παντῶν; si non est tantùm omnia, sed bis super omnia; si illi tanta dona gratiæ, ut sint incomprehensibilia, teste Luthero; quid restat, nisi ut Deam dicamus? Plurimùm certè distat à divinitate, & ampliùs quàm cælum à terrâ. Sic enim docet Lutherus loco citato: *Nomenclatura, quâ MARIA Regina Cæli salutatur, tametsi à vero non abhorreat, attamen ex hoc Idolum non est.* Quid ergo deest? hoc, quod mox cap. sequ. dicam ex Jurista Liptziensi: quòd Deus omnia sua dona infinito excessu majora habeat, & quòd ea habeat *ex natura*; Deipara verò quantumvis habeat magna, habeat tamen *ex mera gratia* Creatoris; ut vere dixerit: *Fecit mihi magna, qui potens est; & respexit humilitatem ancillæ suæ.* Sed hoc observa: *à vero non abhorrere, MARIAM esse Reginam Cæli*, ne detrectes eam hoc nomine compellare. Primas enim mundi est, ut dixi ex Græcis.

Cap. VI. Novatores. Magistrum suum bene induit, & optimè explicuit Oecolampadius: *In MARIAM* (inquit) *congesta sunt, quæ alicubi disseminata sunt; in ea refulgent, quæ alicubi nitescunt.* Et hęc uterque acceperunt ex sermone de Assumptione B. V. ad Paulam (qui inter Opera Hieronymi habetur) *Quidquid cæteris Sanctis per partes præstatur, id totum totâ gratiæ plenitudine infusum est in MARIAM vel in eadem specie, vel modo sublimiore.* Sic Hieronymus; sed pergit Auctor: *Quæ supra omnes; quæ Regina est omnium, quam Deus præ omnibus honoravit, cui similis non reperitur alia, quid non assecuta est quod eminentissimam probet? Numquam de me audietur, quasi averser illam; ergò quam minùs bene affici, reprobæ mentis certum existimem indicium. Quam venerantur Angeli, quæ humani generis est ADVOCATA, quæ REGINA MISERICORDIÆ appellatur.* Hæc ille sermone de laudando Deo in MARIA.

Itaque in Pandora nostra, in Advocata & Regina nostra Deum honoramus; quod ipsum nos docuit citatus Hieronymus: *Quidquid laudis & honoris tribuitur Matri Christi, id omne cedit in laudem & gloriam Christi, à quo omne illius bonum donum processit. Omne Matris privilegium non naturæ est, sed gratiæ. Ipsa plus est quàm Virgo, quàm Homo, non naturâ, sed meritis Filij.* Nam Imperator, inquit Jurista Liptziensis (in l. de Immac. Concept. B. V. impresso Liptziæ A. 1489.) immunis est & caput omnium *de jure & ex natura dignitatis suæ; Imperatrix verò ex privilegio & gratia Imperatoris.*

Ponderandum etiam illud Oecolampadij pronuntiatum: *Reprobatæ mentis indicium ergà MARIAM minùs bene affici.* Quare? quia Regina Cœli est; quia Advocata est; quia est Princeps, ut Hebræi dicunt, Factetum. Consentit Bulingerus etiam ipse hostis Papistarum *in serm. B. V. Si MARIA* (inquit) *benedicta est inter mulieres, & beata ab omnibus prædicanda nationibus; infelices sunt Iudæi, qui ipsam nunquam convitijs lacessere desinunt. Infelices sunt Pseudo-Christiani, qui Iudæis nihilo meliores, suâ laude ipsam spoliant. Excellentissima sunt in MARIA omnia, & hoc splendidiora, quò proficiscebantur ex fide sinceriore & flagrantiore Dei dilectione.* Habebat ergo etiam in se ipsa causam suarum gratiarum MARIA, fidem & dilectionem Dei.

Audiamus etiam Luthero familiarissimum litterarum & animorum communione Erasmum. In Pæane appellat MARIAM *felicem plantulam de radice Iesse sublimatam.* Tum ad majora accedens præconia: *Illa* (inquit) *est unicum Cœli decus; certissimum terræ præsidium; præpotens nostra Domina; augusta Cæli Terræque Regina; hujus nostri pelagi Stella, terræ nostræ Luna; spes unica nostrarum calamitatum; quæ inter cælites una tantum vel meritis, vel gratiâ, vel authoritate pollet, ut sola Iudicis iram possit restringere.* Non quasi præsidium & spes nostra non sit Christus; sed quia gratiosa Mediatrix est ad Mediatorem & Judicem. Postquam apparuit Deus Homo, cœlum non exuit; sed induit benignitatem & humanitatem; & auditum est illud Salomonicum: *Pete Mater mea* (3. Reg. 2. 20.) Sed pergit Erasmus ad immunitatem ab originali: *Tu felix plantula de radice Iesse, nihil tamen inde generalium sordium trahens: Tu sacratissimum pacifici Regis Templum, tam magnificum, ut in eo Rex Olympi præsideret; tam sacrum, ut nullâ unquam peccati labe fuerit profanatum.* Itaque Erasmo sic nata est Dei Mater ex Jesse, ex David, ex Abraham, ex Adamo, quasi generatio ista ad illam radicem minimè pertineret; nullam enim *characteristicam* (ut ita loquar) *notam* ex ista genealogia, sordes ullas peccati assumebat. Prorsus Jesus & MARIA erant generatio altera, quàm illa Adamitica.

Neque hæc dico ego, sed Medicus noster, non

minùs impatiens omnis Idololatriæ, quàm ego Bombastus, qui se Theophrastum Paracelsum nominat. Hic Author (*l. 2. Sagacis Phil.*) *Christus* (inquit:) *natus est ex Virgine, quæ non erat ex Adamo, sed ex Abrahamo. Non ex carne Adami, sed ex carne promissionis, ex qua nihil inquinati nasci potest; ac talis est Mater nostra nova Eva.* Existimo Medicum præstantissimum docere illa, quæ naturæ sunt, fuisse has duas humanas personas, Christum & Matrem, *Naturam supra Naturam*, promissam, non debitam. Ideo enim docet eorum Nativitatem non fuisse subjectam regimini stellarum; nec (sicut ex Erasmo tradidi) humorem ullum vitiatum traxisse ex avis & abavis. Sic ergo differit libro Azoth, & libro sagacis Philosophiæ c. 1. *MARIA est Mulier, quæ sub pedibus habet Lunam: conculcat enim omne peccatum. Et quamvis cæterorum hominum proles nativitate suâ subjectæ forent regimini stellarum; sola tamen Christi linea, MARIA & Mater ejus nullum cum astris habet negotium.* In hunc sensum differit Bombastus. Omitto plura, ut me contineam intra synopsin, quia hæc sufficiunt, ut caveamus Idololatriam, & tamen Matri demus honores, in quibus Deus adoratur; nec ignominiosè loquamur de Matre, cum blasphemia in Filium. Audiamus Benedictum Carphorium Juris C. Consiliarium supremi Judicij appellationum Dresdę. Is vir, in libro: *Iurisprudentia Forensis* (p. 4. constit. 1. def. 5. quam evulgavit an 1644.) hæc scribit: *Neutiquam connivendum est blasphemantibus B. Virginem, alioquè sanctos; cùm & hæc blasphemia in ipsum Deum, si non immediatè, attamen per consequentiam redundat.* Et addit eam causam fuisse, quòd Imperator & Proceres Imperij (in Recessu Imperiali Colonienſi A. 1512. & Augustano A. 1530.) blasphemias in Deum, Beatam Virginem Genitricem, & Sanctos universos, uno ferè contextu verborum conjunxerint. Et harum Constitutionum Imperialium vi, A. 1631. quempiam (quem nominat) quia blasphemiam eructaverat in Deiparæ virginitatem, ad 4. aut 5. annos jussum esse exulare, graviore pœnâ mulctandum, nisi ebrietas excusasset malitiam. Sed antequam moveam manum ab hac synoptica Columna (plura suo tempore luminaria appensurus) occurrit interrogans: An hæc elogia, hos sensus de Dei Genitrice admittere possimus, quorum sacræ litteræ non meminerunt? Respondeo & finio voluisse me his paucis lineis docere, quid de Virgine Matre sentiant inimici Catholicorum, Græci, Turcæ, Judæi, Europæi. Quod autem plerique docent, & sapientiores, & omnis ætas, teste Cicerone (*de Nat. Deorum*) id veritatis indicium est. Falsitates sponte deficiunt & evanescunt. Ne tamen quempiam perplexum dimittam aut dubium, hanc Jgnis Columnam postremò illustret id, quod inter Opera Augustini lego, sermone de Assumptione Deiparæ: ibi enim similis solvitur objectio adversùs realem illius resurrectionem in hunc modum: *Vbi sacra Scriptura nihil commemorat de B. Virgine MARIA, ibi quærendum est ratione, quid conveniat veritati, fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas.* Et cùm quæsisset, quid conveniat Deiparæ? Respondet: *Laborandum est, ut videamus, si hoc conveniat tantæ sanctitati, tantæ prærogativæ Aulæ Dei; & rationabile est, ut ab opprobrio humanæ conditionis* (putrefactionis corporeæ) *à quo IESVS excipitur, MARIA excipiatur. Nec dubitamus in MARIÆ integritate plus potuisse gratiam, quàm naturam: Divinitatis enim sunt opera, quæ dicimus, & ideò sunt possibilia, quia sunt ab omnipotentia. Christus autem Dei virtus est & Dei sapientia, cujus omnia quæ Patris sunt, sua sunt & velle: velle autem omnia, quæ sunt justa & digna.* Et ut finiam in honore Patri & Matri debito, à quo tanquam à solido fundamento hanc Ignis Columnam inchoavi, *supponendum est* (inquit) *eum, qui posuerat legem: Honora Patrem tuum & Matrem tuam, quique venerat non solvere legem, sed adimplere*, sicut quæsierat semper honorem cælestis Patris, ita & quæsivisse honorem terrestris Matris, etiam ad Angelorum malorum invidiam, bonorum gaudium & admirationem. Nam, ut ait Lutherus citatus: *Obstupuerunt Angeli, quòd ipsis præteritis Rex eorum ad Virginem divertisset.* Atque ita verè potest Dei Mater promittere pro honoribus sibi ab homine delatis Filij sui remunerationem, & dicere illud sapientiale:

qVI eLVCIDant Me, haVrIent saLVteM à ChrIsto Deo. Impress. in 4.

QUIDAM Latinus, in Memoriali, cujus titulus est: Catena dictorum & gestorum à Dominica Incarnatione usque ad annum 1632. &c. fol. 43. inquirit: *An opinio negans MARIAM hæreditariam Adami labem contraxisse, posset in aliquo sensu beatificata, aut canonizata appellari?* &c. Impress. in folio absque anno impressionis.

QUIDAM Latinus, in lib. Imago primi sæculi Societatis Jesu, agit quomodò P. Jacobus Laynez defenderit *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, lib. 1. oratione 5. folio 130. Item, de Sacello Mechlinienſi dicato *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ*, lib. 6. cap. 3. sect. 1. folio 779. Impress. Antuerpiæ 1640. in fol.

QUIDAM Latinus, scripsit Opusculum sub hoc titulo: Propositiones partim à Cardinalibus, Magistris Generalibus, & Sacri Palatij Magistris Ordinis Prædicatorum partim ab alijs ejusdem Ordinis assertæ, ex quibus quædam in terminis, aliæ in sensu & re ipsa, vel evidenti collectione proferuntur: omnes tamen passim leguntur, & in libris in ipsorum habentur. Et prosequitur referendo Propositiones ex Vincentio Bandello Magistro Generali Ordinis Prædicatorum in libris, *quos scripsit de Immaculata Conceptione*, &c. & adducit quindecim Propositiones; sed in ipsis poterant notari non solùm quindecim, sed quinquaginta, & ampliùs. Deinde prosequitur Anonymus adnotans Propositiones ex Patre Bartholomæo de Spina Magistro Sacri Palatij Ordinis Prædicatorum in libro de Universali corruptione generis humani edito Venetijs, an. 1535. &c. & notat quatuordecim Propositiones, signans in pagina partem, & capitulum. Hunc etiam auctorem legi ego Frater Petrus de Alva, & invenio quòd fidelissimè sint adnotatę. Deinde prosequitur Anonymus Propositiones ex Cardinali Caietano, &c. & enumerat triginta duas, & aliquas prætermissas, quæ ad nostrum institutum non pertinent. Prosequitur Anonymus propositiones ex lib. Cardinalis Turrecrematæ *de Immaculata Conceptione*, &c. & enumerat octo. Deinde eodem stylo & ordine refert Propositiones Nicolai Eimerici, Gabrielis Barrisetæ, Abrahami Bzovij, & Nicolaij Jansenij, & Franciſci Hyacinthi Lochecij, Didaci Alvarez, Franciſci Silvij. Sed istæ nec sunt in libris, nec de materia Conceptionis, &c. Extat hoc MS. in folio in Archivo Sancti Franciſci Matriten. dispositum à

Reve-

Reverendissimo P.Fr. Petro Manero Ordinis Minorum Generali Ministro.

QUIDAM Latinus, edidit Chronologicon breve, sub hoc titulo: Epitome Constitutionum de celebranda *B. MARIÆ Virginis Conceptione* in Metropolitana Ecclesia Cæsaraugustana, &c. Extat MS. in folio.

QUIDAM Latinus, in Opusculo sub titulo: Legenda seu Vita Beatissimæ Annæ matris gloriosissimæ Dei Genitricis semperque Virginis MARIÆ, à diversis in unum collecta; quod incipit: Quoniam Deiferam, &c. circa principium, sic inquit: In quo B. Cyrillus Doctor solemnis, dudum inhabitator Montis Carmeli etiam comparuit, qui contra eundem Nestorium libellum quemdam quindecim capitibus distinctum composuit, in quo pluribus oculatis rationibus *probavit Beatissimam, Virginem MARIAM Dei Filium genuisse, & maledictioni Evæ numquam subjacuisse.* Unde in eodem Concilio Nestorius tanquam hæreticus reprobatus est, condemnatus fuit, & diffinitum inter cætera extitit: *Temerarium esse dicere, in Beata Virgine MARIA aliquam unquam maculam fuisse.* Impress. Antuerpiæ anno 1480. in 4.

QUIDAM Latinus Italus, edidit Librum sub hoc titulo: *Constitutiones Congregationis Immaculatæ Conceptionis*, & S. Ivonis pauperum advocati apud Clericos Regulares Sancti Pauli ad Columnam Romæ. Imp. Neapoli 1620. in 4. cū imagine Immaculatæ Conceptionis in principio; & cap. 1. fol. 4. agit de Immaculata Conceptione Virginis.

QUIDAM Latinus, in lib. Sodalitas Monacensis, sive Fasti Mariani cū Divorū elogijs in singulos anni dies distributis, folio 599. ad diem octavam Decembris, *de Immaculata Conceptione Legendam.* Lib. impress. Lugduni 1642. Extat etiam Romæ 4. editio, anno 1643. in 12.

QUIDAM Latinus, in lib. Manuale Sodalitatis Beatæ MARIÆ Virginis, sive: Exercitium spirituale Christianæ pietatis ex varijs spiritualibus libris, &c. fol. 8. & fol. 45. in Litania Virginis, ac folio 58. de festivitatibus Beatæ MARIÆ, *de ejus salutari ac sancta Conceptione* mentionem facit. Vide ibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1600. in 16. regali.

QUIDAM Latinus, in decreto quod incipit: Elucidantibus, 15. Kalend. Octobris, an. 1409. ait: *Quòd opinio de Beata Virgine MARIA sine originali peccato concepta*, approbata est; & quòd festum Conceptionis ejusdem, sicut ante Ecclesia ordinaverat, annuatim celebretur. Idem statuitur in libro dicto: Thesaurus Pontificalis, seu Manuale personarum Ecclesiasticarum, in Tractatu de Sacris Concilijs tam Generalibus, quàm Provincialibus, fol. 6. à tergo. Lib. impress. Parisijs in Vico Mathurinorum in 8.

QUIDAM Latinus modernus, edidit Opusculū sub hoc titulo: *De Immaculata Virginis Conceptione* exercitatio super illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Incipit Opus: De intelligentia prædicti thematis, &c. Impress. absque anno & loco impressionis in folio.

QUIDAM Latinus Antuerp. in lib. inscripto: Studium Seraphicū sacri Ordinis Franciscani, impr. Antuerp. 1643. in 4. lamina 4. de Joanne Duns Scoto, in qua est imago Concept. depicta ponit hæc verba: *Hanc non maculavit origo.* Item, de Scoto dicit sic. *Subtilis assertor Immaculatæ Conceptionis.* Item in libro, in quo ser bens Scotus ponitur, sunt exarata hæc verba: Quæst. 1. *Utrum B. Virgo concepta fuerit in peccato originali?* Et infra sunt hæc Carmina:

Scote quid adspectas venientia lumina cœlo?
Illinc expecto, quid mea penna dabit.
Cœlica divini si expectas missa Parentis,
Divinum sapiet, quod tua penna dabit.

QUIDAM Latinus, aliqua habet circa Concionatores, vel Cōcionantes ad populum *de Conceptione V. MARIÆ absq; peccato originali conceptæ.* Lib. impress. Bononiæ 1613. in 4.

QUIDAM Latinus, in devotissimis Salutationibus & Deprecationibus ad dulcissimum Jesum, ejusque purissimam Genitricem Virginem MARIAM, sic inquit: Tu Jesu dulcissime fons pulchræ dilectionis, *sanctificans MARIAM in puncto conceptionis. Ave gloriosa Virgo Dei domus præparata, quæ nunquā fuisti in tenebris, sed semper candidata.* Extat impress. in charta expansa absq; anno & loco impressionis.

QUIDAM Latinus (ut credo Carmelita) edidit Speculum Rosarii MARIÆ Virginis, & in prima quinquagena, sic inquit: *Cujus dono ex sterilibus prius parentibus concepta es sine originalis peccati maculâ*; multis gaudentibus sanctissima nata, &c. Extat impress. 1480. in 4.

QUIDAM Latinus, in cap. de Peccato primi Parentis, libri dicti: Methodus confessionis, ait: *Quòd omnes ex progenie Adam, præter Christum & MARIAM Matrem ejus, in peccato originali concepti sunt*, id est, in carentia justitiæ originalis, &c. Impress. Venetijs 1573. in 12.

QUIDAM Latinus manusc. de Vestibus Romanorum Pontificum, & Cardinalium in omnibus Festivitatibus totius anni, &c. *de Concept. Beatæ MARIÆ Virginis*, & quare in ipsa Cardinales non mutent vestes violaceas, nisi in suis titulis & Diaconijs dumtaxat. Extat in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini, in folio magno.

QUIDAM Latinus, in libro cujus titulus est: Litaniæ ex Scripturæ locis depromptæ, quæ in alma Domo Lauretana singulis diebus Sabbati, Vigiliarum, & festorum Beatissimæ Virginis musicè cantari solent, &c. in prima Litania sic inquit: *A cunctis periculis per salutarem Conceptionem tuam, libera nos gloriosa Virgo.* Eadem repetit verba in Litania de Visitatione Beatæ MARIÆ; & sic in reliquis sex Litaniis. Sæpissimè etiam vocat *Virginem MARIAM Immaculatam, impollutam, inviolatam, purissimam*, &c. Lib. impress. Lugduni 1594. in 12.

QUIDAM Latinus Poëta, scripsit de sacratissima Virgine MARIA, sic:

Veteris haud signat culpæ vestigia
Ab humani generis parente mortalibus
Altè impressa, quam exaras
Concipitur sine labe Virgo, &c.

Extat transumpt. manusc. in nostra Biblioth.

QUIDAM Latinus, in libro: Lectiones quorundam Sanctorum &c. in Pæane de B. Virgine ex Francisci Petrarchę Poëmate vernaculo in Latinū converso, fol. 94. inquit: *O sine labe nitens penitus sinceraque Virgo.* Lib. impress. Burgis 1500. in 4.

QUIDAM Latinus antiquus, in sermone de Annuntiatione, inquit: *Quòd MARIA fuit hortus signatus per primam sanctificationem*, &c. Et in sermone de Purificatione: *Quod fuit ante sancta, quàm nata.* Et extat in Biblioth. Scorialis 4. V. H. 33. in 16. ad finem.

QUIDAM Latinus, in Sermone 1. de Annuntiatione,

tiatione, dicit *Virginem MARIAM fuisse ab omni væ liberam, scilicet peccati, &c.* Vide ibi alia. Extat in Biblioth. Scorialis manusc. pluteo IV. littera D. num. 1. in 4.

QUIDAM Latinus, in sermone de Purificatione loquens de Beata Virgine MARIA sub figura Auroræ, inquit: *In hac ergo Aurora nullum nubilum fuit, id est nulla corruptio, vel infectio propter peccatum, quia semper Virgo lux fuit, &c.* Extat manusc. in Biblioth. Scorialis plut. VI. E. 25. in 8.

QUIDAM Latinus antiquus, in sermone de Assumptione Virginis MARIÆ, inquit: Rumpere invidiâ serpens inveterate, & indignatio tua scindat te medium; quia ecce mulier, cujus insidiatus es calcaneo, contrivit caput tuum; & honoris tui privilegium, quod per superbiam perdidisti, virtute humilitatis traxit ad se. Ambulavit perfecta in viis suis, & ecce posita est in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum, unde projecit te Dominus, quia inventa est iniquitas in te, &c. Obumbravit ei virtus Altissimi, *ut nullius vitii humani nube serenitas ejus posset perturbari*, atque ita singularis thronus Dei præ cunctis participibus effecta est, &c. Extat Sermo iste impressus cum Operibus Zachariæ Christopolitani 1535. in fol. ad finem.

QUIDAM Latinus, in sermone de Nativitate Virginis MARIÆ, folio 77. inquit: Ipsa enim, ne deficere posset à debito ordine finis ad quē ordinabatur *à Deo, fuit sancta, antequam nata, &c.* Extat in Biblioth. Scorialis manusc. plut. V. litt. E. num. 11. in 4.

QUIDAM Latinus, in libro de Gaudiis Beatæ Virginis MARIÆ, cap. 1. postquam egerat de peccato originali, inquit: Sic igitur sedentibus in tenebris & in umbra mortis, *quasi Aurora consurgens è tenebris, quasi stella matutina in medio nebulæ, orta est Virgo MARIA, &c.* In Biblioth. Scorialis manusc. pluteo IV. B. 4. in 4.

QUIDAM Latinus antiquus Auctor, in Oratione, cujus titulus est: Istæ sunt prærogativæ gloriosæ Virginis MARIÆ, secundùm auctoritates Sanctorum Doctorum fideliter in unum collectæ pro augmentatione devotionis fidelium, & ipsius gloriosæ Virginis reverentia & honore, & laude dulcissimi Filij ejus, &c. inquit: Chrysostomus in quodam sermone: *MARIA prius erat sancta, quàm nata*, ejusque superabundante sanctitate & merito salus ipsa supervenit toti mundo. Augustinus in libro de Natura & Gratia: Cæteris quidem Sanctis per partes data est gratia, *MARIÆ autem se totam infudit plenitudo gratiæ, &c.* Extat hæc Oratio seu deprecatio impress. cum Postilla Nicolai Lirani in Psalmos, ultimo folio in libro edito Lugduni 1509. in 4.

QUIDAM Latinus, in libro sub hoc titulo: Officium parvum Beatæ Virginis MARIÆ, & *Officium Immaculatæ Conceptionis*, Officium Sanctissimi nominis JESU, &c. circa medium habet Officium Conceptionis, sub hoc titulo: *Officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut habetur in Horis quibusdam antiquis, ex libro Sacrarum Litaniarum desumptum, &c. & incipit: ℣. Eia mea labia nunc annuntiate ℟. Laudes & præconia Virginis Beatæ. Impress. Cracoviæ 1648. in 16.

QUIDAM Latinus, in Officio Brevissimo Beatæ Virginis MARIÆ, Hymno ad Nonam, folio 9. sic inquit:

Tu es templum impollutum,
Cujus mundo cor exutum
Nulla unquam sæculari
Labe quivit inquinari, &c.

Lib impress. Neapoli 1615. in 16.

QUIDAM Latinus, in libro: Encomia Sanctissimæ Eucharistiæ, & Beatissimæ Virginis MARIÆ ex sacra Scriptura deprompta, & ordine Alphabetico dispositâ, folio 12. littera I. vocat Virginem *Imaginem integram & illæsam Christi, immunem ab omni peccato, &c.* Imp. Hispali 1621. in 8. Vide alia ibi: nam plura adducit, quæ brevitatis causâ omitto.

QUIDAM Latinus Romanus, in libro sub titulo: Index Bullarum, Brevium & Constitutionum Apostolicarum, Decretorum etiam quorumcumq; tam per S. R. E. Cardinalium, quàm Prælatorum Romanæ Curiæ Congregationes editorum, folio 44. verb. *Conceptio Beatæ Virginis MARIÆ*, refert Bullas editas, licèt non omnes, pro hoc mysterio. Lib. impress. Romæ 1627. in 12. regali.

QUIDAM Latinus (& ex Ordine Prædicatorum si conjecturis probabilibus standum sit) in libro: Sacrarium sive Sanctuarium devotissimarum orationum, de novo compilatum ex diversis libris authenticis, &c. folio 103. in Litania devotissima Virginis MARIÆ, inquit: *Sancta MARIA super omnes Sanctos & Sanctas Dei sanctificata, miserere nobis.* Item, de Gaudiis B. V. contra dolores in Christi JESU Filij sui morte habitos, &c. inquit: *Gaude Dei Genitrix & Immaculata. Gaude quæ ab Angelo gaudium suscepisti, &c.* Primum respicit Incarnationem, seu conceptionem Verbi. Hoc secundum gaudium, quod mysterium respicere potest, nisi Conceptione passivam MARIÆ? & si in ipsa Immaculata; igitur. Item, in Explicatione salutationis Angelicæ, folio 313. inquit:

Ave nostra Domina de humilitate.
Ave fœlix fœmina nitens puritate.
Ave scandens culmina gloriæ beatæ.
MARIA culpabili carens corruptela,
MARIA laudabili affluens medela.
MARIA mirabili nos servans tutela,
Gratia perficiens te sanctificavit,
Te magnificavit,
Gratia perficiens te glorificavit,
Plena Dei Numine summa creatura,
Plena Verbi lumine illustras obscura,
Plena sacro Flamine paris Virgo pura.

Item, sparsim in multis orationibus vocat Virginem MARIAM *intemeratam, purissimam.* Vide lib. impress. per Antonium de Giunta Florentinum 1513. in 8.

QUIDAM Latinus: Constitutiones Religionis Militiæ Christianæ, sub titulo *Conceptionis Beatæ MARIÆ semper Virginis Immaculatæ, pietate, benignitate*, ac mandato SS. Domini nostri Urbani VIII. Pont. Max. erectæ. Lib. impress. Romæ 1625. in 4.

QUIDAM Latinus modernus, edidit Opusculum sub hoc titulo: *De Immaculata Virginis Conceptione* exercitatio super id: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Incipit Opus: De intelligentia prædicti thematis, &c. Impress. absque anno & loco impress. in fol.

QUIDAM Latinus, in Tractatu de Spiritu sancto, fol. 441. de Instrumentis, de secundo beneficio ait: Deus enim & Dominus noster JESUS Christus, cujus purissima caro ex mare & fœmina consuta non fuerat, *sed de purissimo MARIÆ semper Virginis sanguine, &c.* Libri hujus fragment. extat in Biblioth. D. D. Ducis Medinæ de las Torres, in 4.

QUI-

QUIDAM Latinus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Clypeus contra jacula adversùs *Sacram ac Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* volitantia, per modum trium Sermonum cum quadam quæstione Theologica ac disputatione juridica in scholis Juristarum almæ Universitatis Liptzjensis facta sub anno Dominicæ Incarnationis 1489. Extat impressa in 4. Contra hunc scripsit P. Fr. Georgius de Frinckenhausenn Ordinis Prædicatorum. Sed nec ex tractatu, neque ex responsione potest colligi aliud, quàm quòd Auctor fuerit Religiosus; sed non cujus Religionis. Tractatus autem incipit sic: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ista sunt verba Canticorum 4. originaliter scripta, & ad laudem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ thematizaliter assumpta, & ora tacentia relaxando doctrinaliter sunt proposita. Quare processus istorum trium Sermonum breviter est adnotandus.

QUIDAM Latinus, in lib. In Concil. Tridentinum, hoc est Canones, & Decreta Sacrosancti Oecumenici & Generalis Concilij Tridentini &c. in quo etiam libro continentur Orationes & Conciones habitæ in ipso Concilio, folio 19. ponit *Decretum ab ipso Concilio editum circa exemptionem Virginis à peccato originali.* Et col. 39. canone 23. Quòd nullus in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare possit, *nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia.* &c. Lib. impress. Lovanij 1565. in fol.

QUIDAM Latinus Italus, in libro: Regula Tertij Ordinis S. Francisci cum ceremonijs ad indu endum Fratres &c. ad diem 8. Decembris, de indulgentiis pro die *Conceptionis B. MARIÆ.* Lib. imp. Venetiis. 1586. in 8.

QUIDAM Brizuela F. A. 1625. fecit Laberinthum ex illis verbis: *MARIA concebida sin pecado original*, circumdatumque illis: Alabado sea el Santissimo Sacramento, &c. Habemus manus. cum alijs ejusdem materiæ tam Latinè quàm Hispanicè.

QUIDAM L. V. Athenienſis Græcus, in libro inscripto: Doctrina Christiana, Græco vulgari idiomate aliàs extracta, nunc verò Latinis litteris mandata, &c. in Explicatione salutationis Angelicæ, fol. 213. interroganti Discipulo: Quid sibi vult gratiâ plena? Respondet Magister sic: Deipara est gratiâ plena, quia quantùm ad primum, *illa nullâ unquam peccati sorde fuit polluta, nec originalis, vel mortalis, vel venialis*, &c. Vide alia ibidem. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1633. in 8.

QUIDAM Lusitanus, in serm. de Augustiss. Eucharistiæ Sacramento, qui incipit: A solemnidade do presente acto, &c. ad finè profitetur *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Extat Serm. impress. in 4. sed cùm desit primum folium, nescio cuius sit, vel ubi impressus.

QUIDAM Ord. Minimorum S. Francisci de Paula Italus, edidit Panegyricũ sub hoc titulo: Sopratre insegne del glorioso S. Francisco de Paula, cioè humilita, penitenza è carita, composto da un Padre Religioso suo devoto, est ampato ad *instanza della Congregatione della Concettione eretta in Napoli nel Collegio della Compagnia di Giesu.* &c. Impress. ibi. 1615. in 4.

QUIDAM Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, in 3. part S. T. fol. 34. *Quòd B. Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali*, &c. Lib. manuscrip. in Conventu ejusdem Religionis Bruxellis in 4.

QUIDAM Ord. Min. S. Francisci de Paula, in 3. Partem D. Thomæ art. 4. fol. 34. *de Immaculata V. MARIÆ Conceptione* agit in principio. Lib. manus. in Biblioth. ejusdem Religionis Bruxellis. in 4. & hic est diversus à præcedenti.

QUIDAM Minorita Mechlinienſis, typis mandari curavit Sermonem pium ac eruditum Petri Comestoris olim Presbyteri Trecensis *de Immaculata Virginis Matris MARIÆ Conceptione*, & posuit margines. Antuerpiæ 1536. in 8. parvo.

QUIDAM de Morales, Poëta Hispanus, edidit Cantionem *de MARIA Immaculatè concepta*, & extat apud Didacum Cano de Concep. folio 94.

QUIDAM, in lib. Acta Navarrica, adducit Decretum Concilij Basileensis, quo præcipitur Ludovico Cardinali Arelatensi, ut recolligat omnia, quę erant scripta *circa præservationem vel sanctificationem Virginis MARIÆ in sua Conceptione*, & ad Synodum adferat pro conclusione controversiæ, &c. Ex Henrico Spondan. ad annum 1435. num. 12. Lib. impress. Lutetiæ 1641. in folio.

QUIDAM Notarius Villæ-Spinosę in Regno Valentiæ, scripsit Carmina Hispanicè *de mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & extant cum alijs impress. anno 1486. in libro Ferrandi Diaz.

QUIDAM De Pedraza Hispanus Poëta, scripsit Epigramma Carmine heroico *de Immaculata Conceptione Dei Matris MARIÆ.* Extat cum alijs apud Canum, de Concep. folio 73.

QUIDAM Perantiquus, qui floruit ad annum 900. in libro: Altercationis Synagogæ & Ecclesiæ, &c. c. 7. inquit Et tu ô MARIA Mater Matrum, Virgo Virginum, Stella Stellarum, Sacrarium facta es Spiritus sancti. Christum ergo Factorem creaturarum nova, munda, unica unicum genuisti &c. *peregrina & aliena totius corporalis vel spiritualis maculæ*, &c. Vide Euseb. Nieremb. libro Exception. cap. 13. folio. 221. Extat dialogus altercationis Ecclesiæ & Synagogæ apud D. Augustinum tom. 6. folio 18. in quo prædicta verba non extant. Vide supra verb. Gisilertus. & lib. impress. Coloniæ 1537. in folio, fol. 42.

QUIDAM Philalethus Eusebianus, Doctor antiquissimus Rapsodis, in devotis miraculis, passionibusque Apostolorum, in vita S. Andreæ folio 14. *vocat Virginem MARIAM Immaculatam terram*, &c. Vide quæ diximus verb. Andreas, & verb. Bartholomæus. Lib impress. Coloniæ. 1531. in 4.

QUIDAM Pictor, sub Imagine Immaculatæ Conceptionis hæc scripsit Carmina:

Si nec Adæ labem fers Virgo habitura Tonantem,
Quæ impuro attingat corde, animoque Deum.

Extat in nostris libris de Imaginibus Beatæ Virginis.

QUIDAM Pictor, edidit Imaginem sub hoc titulo: Imago Beatissimæ Virginis, quam in suo sacello summa veneratione colit *Archiconfraternitas Immaculatæ Conceptionis*, &c. Fuit exarata Romæ 1635. in folio.

QUIDAM, in lib. Postillæ maiores in Epistol. & Evangelia, *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* ex Evangelio secundùm Matthæum Postillam. Basileæ. 1507. in 4. & Venetijs 1582. & 1584. in 4.

QUIDAM, Ordinis Prædicatorum Hispanus, fecit Cantionem, sub hoc titulo: Llave del Romance

mudo *ala Virgen MARIA concebida sin mancha de pecado original*, & incipit:

Va de Victor almas pias
Ya que la Iglesia Romana
Por tal Pastor Alexandro
La Concepcion os aclara.

Fuit impress. absque loco, anno 1663. in charta expansa.

QUIDAM Ordinis Prædicatorum doctus atque eruditus, liberatus fuit è magno suæ salutis periculo, quia devotus *erat mysterio Conceptionis Virginis Dei Matris MARIÆ*. Ita S. Theresa à Jesu in sua vita cap. 5. folio 60. Lib. impress. Salmanticæ 1578. in 4.

QUIDAM Ordinis Prædicatorum, in vita Beati Alberti Magni Doctoris ex Ordine Prædicatorum cap. 23. folio 194 inquit: *MARIA autem in conclavi sine væ fit conclave Verbi, & thalamus sponsi æterni &c.* & citat Albertum in Postillis. Lib. impress. Antuerpiæ 1621. in 12.

QUIDAM Auctor Ordinis Prædicatorum, in vita Clementis viventis ad annum 1387. Avinione, narravit & flevit intimè iacturam sui Ordinis in Regno Galliæ *propter opinionem Conceptionis Virginis MARIÆ*, licèt causam in gratiam sui Ordinis dissimulaverit; ut refert Henric. Spondanus tomo 5. num. 7. prædicti anni.

QUIDAM Ord. Prædicatorum, scripsit Lib. sub hoc titulo: Defensorium impiæ falsitatis à quibusdam Pseudo-fratribus Ordinis Prædicatorum excogitatum, *principaliter contra mundissimam semper benedictæ Virginis MARIÆ Conceptionem*, cum insertione Actorum in Berna, sub annis Christi millesimo quingentesimo septimo, octavo & nono usque ad ultimum Maij, quâ die quatuor ex eisdem falsitatis Architectis igne deleti sunt. Lib. impress. Bernæ 1509. in 4.

QUIDAM Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Historia y Milagros de nuestra Señora de la Peña de Francia nuevamente añadida, in Litanijs folio 32. inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Domina*. Lib. impress. Salmanticæ 1614. in 8. & alibi sæpe: sed impress. Salmanticens. 1567. in 4. non adducit hanc Litaniam.

QUIDAM Ordinis Prædicatorum Hispanus ex Regno Aragoniæ, adiuravit dæmoniacum, ut exponeret sibi dubium alta mente repostum, scilicet; *An Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali?* Dæmoniacus respondit, clamans voce magna: Væ, væ, væ, qui festum Conceptionis non celebrant, sed potiùs malum de Virgine dicunt. Ita Godtschalcus Holem Ordinis S. Augustini, serm. de Conceptione ad finem; Franciscus Martini & alij plurimi antiqui & moderni.

QUIDAM Priscus, in Tractatu contra Judæos, quem ex Bibliotheca Bavarica Stevartius Leodiensis in lucem edidit, loquens de Concilijs, titul. de 3. Synodo, *vocat Dei Genitricem omnifariam sanctam*, &c. Vide Euseb. Nieremb. libro Dissertat. Epistola 15. folio. 257.

QUIDAM Rengifus, Societatis Jesu Hispanus, in Litteris annuis Provinciæ Toletanæ refert exemplum de quodam nobili liberato à vehementissima tentatione carnis *ob devotionem ad mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide de hoc latè Joannem de Alloza libro 2. cap. 1. num. 14.

QUIDAM Societatis Jesu, Latinè reddidit Librum D. Guilielmi Baldesani, dictum: Stimulus virtutum adolescentiæ, &c. *in quo de maxima puritate Virginis MARIÆ, ac eius gratia super omnes creaturas* multa invenies libro 2. cap. 23. & libro 3. cap. 12. Impress. Antuerpiæ 1603. in 12. regali.

QUIDAM Societatis Jesu Hispanus, edidit Cantiones de Conceptione Virginis Mariæ, ut decantarentur à parvulis; & incipiunt:

Tecum est sola limpieza.
Benedicta seas Señora.

Impress. Cæsaraug. anno 1603. in charta expansa.

QUIDAM Societatis Jesu, in libro dicto: Thesaurus precum ac variarum instructionum, atque exercitationum spiritualium, libro 6. folio 418. inquit: *Gloria sit tibi Domina mea Virgo MARIA, Mater Dei, quæ ab illo Angelo, quo Christus tibi nuntiatus fuit, ab eodem & tu patri & matri tuæ nuntiata fuisti, & eorum coniugio honestissimo concepta & genita exististi.* Item folio 446. in Litania Deiparæ Virginis ex Scriptura deprompta, quæ in alma Domo Auretana omnibus diebus Sabbati, Vigiliarum, & festorum ejusdem Beatæ Virginis decantari solet, vocat ipsam *Speculum sine macula. Lilium inter spinas.* Ac inferiùs: *Per salutarem Conceptionem tuam libera nos gloriosa Virgo.* Item, infra libro 10. de instituenda iuventute, folio 865. adducit Bullam Gregorij XIII. in qua Sodalibus verè pœnitentibus & confessis, *qui Nativitatis & Ascensionis Domini nostri IESV Christi, ac Annuntiationis, Assumptionis, & Conceptionis, nec non Nativitatis Beatæ MARIÆ Virginis &c. plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequantur*, &c. Item, infra folio 885. inter festivitates Virginis enumerat *festum Conceptionis Beatæ Virginis*. Item, infra folio 890. præcipitur Congregatis, ut confiteantur peccata, & sacram sumant Eucharistiam in diebus Natalis, Circumcisionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, *ac die Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis* sacræ, itemque eiusdem Natalis, &c. Lib. impress. Coloniæ 1623. in 12. regali.

QUIDAM Belga Societatis Jesu, fecit sequens Elogium: V. P. F. Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilis Ordinis Minorum Elogium.

Hic penè antè subtilis fuit, quàm homo esset.
Occultavit patriam suam dum nascitur, ut subtiliter nasci posset.
Tria Regna de eo sic disputant, ut nullibi ferè natus sit, dum ubique nascitur.
Cessate lites: ibi Scoto patria est, unde illi subtilitas venit.
Subtilitatem infans ab ea petijt, quæ subtilis esse debuit, ut Deipara esset.
Accepit eâ lege, *ut subtilitatem conceptæ Matris defenderet.*
Inde illi subtilitas tanta, ut ipsum etiam nomen subtile sit.
Nec alius esse debuit alumnus Virginis, & futurus patronus.
Philosophiam sic excoluit, ut eius inventor esse posset, nisi natam invenisset.
Ita Aristotelis discipulus, ut doceri ab eo Aristoteles vellet, si viveret.
In Theologia æquavit S. Thomam, dum superare non potuit;
Et ne unicus Theologiæ Princeps esset, eam in duo regna divisit.
Mysteria fidei Christianæ ita scivit, ut penè non crederet.

Extinxisset scientia fidem, nisi cœca simul & oculata esse posset.
Naturam Dei ita descripsit, quasi aspexisset.
Arcana sapientiæ divinæ, quasi penetrasset;
Delicias alterius vitæ, quasi expertus esset:
Atque hæc omnia tam subtiliter, ut crederes usum radijs Solis, nisi Scotus esset.
Sed nihil melius probavit acumen Scoti, quàm subtilitas Conceptæ Virginis.
Agitabatur à filijs origo Matris, quam Scotus impuram nolebat, ne Deum inficeret.
Ducenta Adversariorum argumenta ita repetijt, ut dubitatum sit, an Deus suggereret:
Ita dissolvit, ut nemo dubitarit, quin Deus cum homine responderet.
Adduxit rationes tam sacras, ut in eius verba Sorbona iuraverit.
Decretum est ne quis admitteretur ad lauream, nisi hac in parte Scotista esset.
Adictum est votum celebrandæ Conceptionis, ut quotannis cum Virgine Scotus triumpharet.
Non arrogavit sibi eam victoriam, quam miraculum pepererat.
Cùm ad pugnam pergit, oravit Virginem in Imagine: & Imago respondit;
Inclinavit caput Imago saxea, ut opem annueret.
Adhuc perseverat inclinatio, ne quis de antiqua victoria dubitet, quæ quotidie nova est.
Attollere hæc omnia Scotum poterant, nisi Minorita esset.
Coloniam destinatus, ut ibi sapientiæ Coloniam institueret.
Perrexit in salutatis Parisijs, ut obedientia cœca esset,
Ibat pedes vir triumpho dignus, satis oneratus Scoto, nisi Subtilis esset.
Progressa obviam Colonia, eò maiorem venerata est, quò aspexit Minorem.
Redintegrata Conceptionis pugna renovavit victoriam.
Vicit discipulos Coloniæ, qui Parisijs magistros vicerat.
Non incruenta tamen victoria, dum post pugnam interijt.
Martyr Conceptę Virginis appellandus, seu merita vitæ, seu mortis calumnias spectes.
Tu ne fabulis credas, miracula consule,
Et mirare ingenium Scoti, dum mortem occultavit, qui natales celaverat.
Tam acutè interijt, ut adhuc de mortis genere dubitetur.
Scilicet subtiliter mori voluit, quia subtiliter natus erat.
Ipse etiam mortis annus incertus est, ut sit ætas tota subtilis.
Illud certum, paucis annis tam multa scripsisse, ut ijs legendis vix alter sufficiat.
Pugnat voluminibus cum Thomâ, scripturus plura, si scripsisset minùs subtiliter.
Uterque Doctor, ille Angelicus, hic Subtilis.
Sed hic Subtilis esse non posset, nisi Angelicus esset.
Impress. in charta expansa, anno 1662.

QUIDAM Societatis Jesu Italus, edidit Librum sub hoc titulo: Lettanie della vitta, è passione dinostro Signor Jesu Christo, aggiuntovi li Lettanie della Beatissima Vergine Maria, cavate dalla Scrittura, & disposite sicondo l'ordine della sua santissima vita, à instanza della Congregatione della Immacolata Concettione della Beatissima Vergine Maria che sta nell' Colleggio della Compagnia di Giesu di Napoli, & f. 19. *ponit de Conceptione Virginis MARIÆ epitheta talia: sine peccato concepta, conterens caput serpentis*, &c. Impress. Neapoli 1585. in 12.

QUIDAM Societatis Jesu Gallus, in libro: Les Saints devoirs de l'ame devote, &c. fol. 147. *Officium particulare pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Parisijs 1651. in 24.

QUIDAM Societatis Jesu Hispanus, loquens de processionibus factis in honorem Conceptionis, refert hæc tria miracula: Algunos prodigios han sucedido en dichas processiones, como fue, que yendo en una dellas multitud de niños cantando las coplas de la Concepcion, un mudo que acertò à verlos, pidio interiormente à la Virgen, que le diesse habla para poder acompañar à aquellos niños, *y cantar con ellos Su purissima Concepcion*; y al instante se hallò sano, y bueno de aquel impedimento, y fue con ellos en la processiòn cantando las Coplas de la purissima Concepcion de la Virgen, y alabando lleno de alegria à su misericordiosa benefactora. El segundo caso, fue de un tullido, que viendo passar una de estas processiones, hizo la mesma suplica a la Virgen, pediendole salud para poder acompañar à los que iban en tan devoto exercicio aclamando su original limpieza; y luego al punto se hallò bueno, y sano, conque tambien los acompañò cantando las dichas coplas. El tercero fue mas prodigioso: En una Cuidad de Castilla la Vieja, subio cierto Predicador al pulpito, y empeçando su sermon, dixo: Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la limpieza de la Virgen Maria: hallose alli una muger con un niño recien nacido, el qual estava tomando el pecho; y dexandolo puso los ojos en en el Predicador, y alçando la voz, le dixo en voz clara, que la oyeron todos los presentes: *Concebida sin pecado original, Padre.* Conque el Predicador quedò confuso, y todos admirados de tal prodigio. Ita P. Joannes Alloza in suo Cœlo stellato, lib 1. stell. 40. fol. 13.

QUIDAM Societatis Jesu (ut existimo) in libro, cujus titulus est: Tabulæ vel Syllabæ, in quibus doctrinæ & propositiones Historicę, Philosophiæ, Medicę, Theologicæ, circa prærogativas Deiparæ, aut earũ confirmationes proponuntur solum recitativè, aut inquisitivè, &c. part. 3. de Infantia & Adolescentia Virginis plura inculcat, scilicet *MARIAM ab instanti primæ suæ sanctificationis, sive animationis, vel Conceptionis habuisse perfectum usum rationis, scientiam infusam, Deum clarè vidisse in transitu, non potuisse peccare, habuisse appetitum sensitivum instructum ad omne opus bonum*; & alia, quæ ibi possunt videri. Item, part. 6. agit de hoc mysterio, sub titulo: *De pertinentibus ad Immaculatam Conceptionem, & debito originariæ culpæ*; ubi per 12. §§. agit latè de pertinentibus ad declarationem hujus mysterij. Lib. impress. in 4.

QUIDAM Societatis Jesu Colonienſis, in lib. Piarum exercitationum libri tres in usum Sodalitatis Beatæ Mariæ Virginis, &c. in Regulis, seu Ordinationibus Confraternitatis Beatissimæ Virginis Mariæ Collegij Colonienſis Societatis Jesu, *de festo Conceptionis MARIÆ.* Item, in Litanijs Deiparæ Virginis ex sacra Scriptura depromptis, inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam libera nos Virgo gloriosa.* Impress. Duaci 1563. in 16.

QUI-

QUIDAM Societatis Jesu, in libro: Devocion de la SS. Virgen nuestra Señora para alcançar su favor, y ayuda, &c. fol. 162. *habet Officium de Conceptione Virginis MARIÆ* Hispanicè. Impress. Matriti anno 1630. 1653. & 1659. in 12.

QUIDAM Societatis Jesu, in Assertionibus Theologicis de Incarnationis mysterio habitis in Templo Societatis Jesu Romæ, anno 1561. Conclusione 54. posuit hæc verba: *Beatissimam Virginem Dei Matrem etsi sensit D. Augustinus & D. Thomas, atque alij viri gravissimi fuisse aliorum hominū more in originali peccato conceptam; dubitandum nobis non videtur, quin omnis prorsus culpæ expers fuerit.* Id quod (ut alia nunc omittamus) non obscurè nobis Ecclesia solemni ejus Conceptionis celebratione videtur indicare. Extant impressæ anno supradicto in 4. in Collegio Romano Pluteo A. V. numero 110.

QUIDAM Societatis Jesu Gallus, sub titulo: Tableaux des personnages signalez de la Compagnie de Jesus, fol. 364. de P. Alphonsi Rodriguez devotione erga *Immaculatam Conceptionem*. Et fol. 385. de P. Joannis Berkmans eadem devotione. Lib. impress. Lugduni 1627. in 8.

QUIDAM Societatis Jesu Gallus, traduxit Gallicè, & auxit Librum cui titulus est: Le Manuel de la Congregation de la Vierge Marie erigé es Maisons & Colleges de la Compagnie de Jesus; in quo cap. 2. parte 4. fol 116. habet *de Conceptione Immaculata Sanctissimæ Virginis* Considerationem unam; in qua adstruit ejus à peccato originali præservationem. Lib. impress. Lugduni 1614. in 16.

QUIDAM Societatis Jesu Flander, in libro cujus titulus est: Mariæ Virginis Deiparæ, Matris misericordiæ excellentia, potentia & misericordia, &c. plenitudine 3. fol. 10. *Quod Virgo MARIA non contraxit peccatum originale.* Lib. impress. Cortraci 1640. in 24.

QUIDAM Societatis Jesu, in libro: Leges & statuta Congregationis B. Virginis, &c. fol 101. mense Decembri, de indulgentijs pro die *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, & ejus vigilia. Impres. Ipris 1629. in 24.

QUIDAM Societatis Jesu Gallus, in libro dicto: Les devoirs de l'ame devote, folio 104. adducit *Officium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impress. Parisijs 1660. in 16.

QUIDAM Societatis Jesu, cognomento Coton Gallus, in libro: L'office de la Vierge Marie, pour tous les temps de l'annee, &c. L'office de la Conception &c. folio 623. *Officium purissimæ & Immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ*. Ad Matutinum: Eia mea labia nunc annuntiate &c. Et est officium parvum commune, cum Hymnis & Oratione particulari, ac alia: Deus, qui per Immaculatam &c. Item, folio 633. in Litania: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Mediatrix nostra. Impress. Parisiis 1659. in 12.

QUIDAM Societatis Jesu, edidit Librum sub hoc titulo: Abregé des faveurs illustres de la Mere de Dieu & des actions heroiques & charitables de ses grandes & devots serviteurs, congreges aux Colleges & Maisons de la Compagnie de Jesus, avec les vigiles de la dite Congregation &c. Et adducit nominatim 388. Congregationes in Domibus Societatis Jesu per totum terrarum orbem, quæ omnes uno ore fatentur & defendunt *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut in prædicto libello dicitur fol. 275. & 284. & 293. Liber fuit impressus Insulis anno 1656. in 12. magno.

QUIDAM Theologus, scripsit Libellum sub hoc titulo: Carta deuna Religiosa, que consulta à un Theologo en la materia de la Concepcion purissima de la Reyna de los Angeles SS. Maria Madre de Dios *Concebida sin pecado original*. Religiosæ Epistola incipit: Con rezelo de callar, &c. Theologi verò responsio, sic: Recibo su carta, &c. Lib. impress. Matriti 1660. in 8.

QUIDAM I.VV.A.B. in Rosario sive Psalterio Beatæ Mariæ, fol. 74. depicta imagine Adæ & Evæ extra Paradisum laborantium, sub titulo: Privilegia quædam incomparabilis Virginis ante Nativitatem; Ave Maria 1. inquit: Hanc singularem Virginem promittit misericors Deus, *statim post humani generis lapsum denuntians inimicitias fore inter mulierem & serpentem, sed ipsam tandem contriturum caput serpentis.* Item, Ave Maria 7. Egregiè & apertè describitur hæc singularis Dei Sponsa in Canticis, Liliū inter spinas, *Tota pulchra, in qua macula non est.* Et Ave Maria 10. fol. 77. Hæc una cum animæ infusione, ne unquam peccati rea, Dei inimica, iræ filia & dæmonis serva existat, *ab originali labe singulari privilegio à multis piè putatur præservata*, & Spiritus Sancti gratia repleta. Item, folio 40. Ave Maria 4. inquit. Transactis ab initio mundi annis 4000. Archangelus Gabriël missus à Deo ad Immaculatissimam Virginem, eam salutat dicens: *Ave gratiâ plena*, &c. Impress. Antuerpiæ 1604. in 12. & 1614. in 12. regali, & 1606. Et nota, quòd in primo mysterio gaudioso salutationis Angelicæ depingatur Virgo Maria premens & calcans pede sinistro caput serpentis.

QUIDAM in lib. Trophæa Regni Aragonū, lib. 3. adducit Decretum, seu Pragmaticam editam à Joanne primo Aragoniæ Rege *circa festivitatem Conceptionis Virginis MARIÆ, ne quis publicè vel privatim aliquid contra eius immunitatem à peccato originali vel prædicaret vel diceret.* Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 10. annotat. 1. fol. 375.

QUIDAM Teuthonicus Auctor antiquus (&, ut existimo, ex Ordine Prædicatorum, quia Opus suum intitulatum: Horologium æternæ Sapientiæ, dicavit seu misit Fratri Hugoni Magistro Ordinis Prædicatorum) in prædicto Opere; & Capitulo, cuius inscriptio est: Commendatio singularis Beatæ Virginis; & de dolore eius inæstimabili, quem habuit in passione Filij; sequentia protulit verba: Verè à planta pedis usque ad verticem non est in te quidquam amaritudinis vel austeritatis, sed totum quod in te est purissima dulcedo, incomparabilem habens suavitatem, omnium aromatum & unguentorum superans fragrantiam & pretiositatem. *Tota formosa es & suavis, nihil habens duricie vel austeritatis, facie benigna, vultu serena, verbis mellita, suavis & decora, bonitate fœcundâ, gratiâ plena; in te nanque omnes gratiæ viæ, & veritatis*, &c. Lib. impres. Coloniæ 1496. in 4. Licèt ergo hæc verba à longè tangant mysterium Conceptionis seu immunitatis Virginis per clausulas universales, hîc transcribere volui, ut saltem constet militem istum nihil egisse vel dixisse contra nos, sed potiùs fuisse pro nobis.

QUIDAM Trinitarius, in libro cujus titulus est: La instruction ò fundacion y summario de indulgencias

gencias dela S.S. Trinidad, ad diem 8. Decembris: *In vigilia purissimæ Conceptionis &* in ipso die indulgentia plenaria, &c. Lib. impress. Matriti 1576. in 8.

QUIDAM Valentinus, edidit Cantionem sub hoc titulo: Cancion à la *purissima Concepcion de santissima Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra.* Impress. Hispali 1616. in 4.

QUIDAM de Vergara, Doctor Medicinę Hispanus, edidit Cantiones *pro Immaculatæ V. Conceptione*, ut habet Simon Diaz, fol. 94.

QUIDAM de Ximenez, Hisp. Poëta, composuit Cantionem *de mysterio Immaculatæ Concept.* quam adducit Sanct. Zapata, in lib. de Concept. fol. 108.

QUINTILIUS Vannicellus de Lugnano Italus, in libro inscripto: Templum mysticum MARIÆ Virginis, &c. Contemplationem habet circa Altare privilegiatum secundùm usum Sanctæ Ecclesiæ his temporibus, in quæ videtur loqui *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. Romæ 1619. in 4.

Item, in libro dicto: Monilia Beatissimæ Virginis MARIÆ, cap. 3. fol. 76. inquit: La prima delle quali è *la Concettione di essa Immaculata Vergine*, nel cui giorno hoggi santta chiessa particularissia allegrezza che ellia habbia recebuta si gran gratia da S. D. M. *sopra tutte le altre creature di esser stata per singularissimo privilegio liberata del pecado originale*, &c. Impress. Romæ 1616.

R.

RABANUS Maurus, Abbas Fuldensis & Archiepiscopus Moguntinus, Ordinis Sancti Benedicti, in libro de Laudibus Sanctæ Crucis, tomo 1. in Declaratione figuræ 12. folio 305. inquit: Hoc autem dicebat de templo corporis sui, quia Dominus noster JESUS CHRISTUS de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit: templum corporeum inde sumpsit, *non iniquitatem*, quæ de templo pellenda est. Ipsam autem carnem, quam traxit de Adam (MARIA enim de Adam, & Domini caro de MARIA) Judæi crucifixerunt, & ille resuscitaturus erat ipsam carnem triduo &c. Nota modum loquendi: Christus de Adam carnem sumpsit, non peccatum: de Adam autem traxit carnem mediante MARIA; igitur nec ipsa caro in MARIA traxit peccatum: aliàs enim frustraneum esset illa parenthesis: Dominus sumpsit carnem de MARIA, MARIA de Adam. Mediante MARIA corpus accepit Christus; sed corpus, non peccatum traxit. Igitur hæc causalis necessariò infertur, quia MARIA non de Adam peccatum traxit. Deinde, si à templo pellenda est iniquitas, quia caro seu humanitas assumpta fuit templum Divinitatis; quomodò MARIA templum utriusque, humanitatis ac divinitatis, poterat admittere iniquitatem?

Item, scripsit Martyrologium, quod extat tomo 6. & ad diem octavam Decembris non adducit festivitatem Conceptionis, quia tunc non celebrabatur in Ecclesia; sed habet hęc. 6. Idus Dec. In Civitate Verona natalis S. Leonis Martyris, quando aquæ fluminis Athenis usque ad superiores fenestras tecti Ecclesiæ illius excreverunt, neque in eam intrare potuerunt, &c. Hæc Rabanus: & quòd miraculum in die *Conceptionis* patratum aptiùs explicare poterat illius diei sacrum mysterium, quàm hoc? Excreverunt aquæ peccati originalis usque ad superiores fenestras Sanctorum: sed obstante divinâ omnipotentiâ, Ecclesiam seu Templum Marianum intrare non potuerunt.

Item, tomo 2. lib. 1. Enarrationum in Genesim cap. 18. fol 22. de Beatissima Virgine intelligit & explicat illud: *Inimicitias ponam inter te & mulierem ipsa conteret caput tuum.* Quod pro hoc mysterio signum protestativum est.

Item, tomo 3. folio 321. explicans Canticum MARIÆ Matris Domini, ad illud *t* Magnificat anima mea Dominum, inquit: Tanto me Dominus tamque inaudito munere sublimavit, quòd non ullo linguæ officio explicari, sed ipso vix intimo pectoris affectu valeat comprehendi; & ideo totas animi vires in agendis gratiarum laudibus offero: totum in implenda magnitudine ejus, cui non est finis, quidquid vivo, sentio, discerno, gratulanter impendo: quia & ejusdem JESU, id est salutaris, spiritus meus æterna divinitate lætatur, *cujus mea caro temporali Conceptione lætatur.* Cui simile est illud Psalmistæ, &c. Cujus humilitas respicitur, *verè beata ab omnibus cognominanda gratulatur*; sicut è contrario cujus superbia despecta condemnatur, Evę, id est, vę sive calamitatis nomine mulctata tabescit. Decebat enim, ut sicut per superbiam primæ nostræ parentis mors in mundum intravit; ita per humilitatem MARIÆ vitæ introitus panderetur &c. Hæc Rabanus. Et relictis illis verbis: Quòd Virgo fuit inaudito munere sublimata, quia intelligi possunt de Conceptione activa meliùs, quàm de passiva; noto illud: Cujus mea caro temporali Conceptione lætatur. Cujus est hæc temporalis Conceptio? an Christi? an MARIÆ? Ego dicerem, quòd utramque connotet, & respiciat: nam hic inducitur, quòd JESUS æterna divinitate lætetur, & quòd MARIA temporali Conceptione lætetur. Utriusque est lætitia; ergo & utriusque est Conceptio. Dices, sic est; sed in MARIA est activa, & in Christo passiva; & lætitia illa provenit ex eo, quòd JESUS temporali generatione sumpsit carnem Virginis. Optimè; sed perpende verba sequentia: Condemnatur Evæ, id est, væ sive calamitatis; quæ absque dubio de calamitate peccati originalis loquuntur. Ideo ergo lætatur MARIA in Salutari suo, quia ab illo væ tristitiæ & calamitatis liberavit animam eius. Et infra inquit: Fecit mihi magna, quia in me carnem assumpsit, *& à peccatis mundavit &c.*

Item, tomo 5. fol. 596. sermone de Natali Sanctæ MARIÆ, ait: Ave inquit Angelus ad eam, gratiâ plena, Dominus tecum. *Tecum Dominus in corde*, tecum in utero, tecum in auxilio. Gratulare Beata Virgo, Christus Rex è cœlo suo in utero tuo, & ideo benedicta eris tu inter mulieres &c. Interrogo, quomodò fuit Dominus in corde MARIÆ? per gratiam. Et quomodò fuit Dominus cum MARIA in utero? per Incarnationem. Optimè responsum; sed quando fuit Dominus cum MARIA in ventre & in auxilio? Vel hæc verba redundant tamquam superfluè dicta à Rabano, quod non est dicendum; vel aliquam excellentiam exprimunt in MARIA. Jam dixerat, quòd Dominus in corde MARIÆ per gratiam in utero, per assumptionem humanitatis; restat, ut illud in ventre & in auxilio intelligatur & explicetur de Conceptione Virginea, quando in ventre matris suæ Annæ

auxilio speciali est præventa & præservata à peccati originalis labe.

Item, Sermone 1. de Assumptione, fol. 596. littera H. inquit: Filium genuit, Virgo est, *Mater Immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta*, Mater unigeniti Domini, &c. Hujus itaque unigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo Maria, digna digni, *Immaculata sancti, una unius, unica unici*, &c. Ista ex se patent: nam si Immaculata, ergo absque macula.

Item, Sermone 2. de Assumptione, pagina 734. loquens de Nativitate Christi, inquit: Quia quasi sol oriens, nitidus ab omni pollutionis sorde, processit *ex utero Virginis Matris*. Fœlix certè & omni laude dignissima, quæ de cœlo suscepit prolem, & mundo genuit Salvatorem, &c. Nota breviter illud: Processit ex utero Virginis Matris; processit Christus ex utero Matris, nitidus & absque pollutionis sorde. Hæc est integra & perfecta oratio, &c. Extant hæc Rabani Opera impress. Coloniæ Agrippinæ 1626. in folio magno.

RADULPHUS de Rivio, Decanus Angrensis, in Gestis Pontificum Leodiensium, cap. 3. ad annum 1350. hæc habet: Eodem quoque tempore Monachus quidam Paulus, cùm Cracoviæ in sacra ad populum Concione ausus fuisset dicere *Deiparam Virginem conceptam fuisse in peccato originali*, subitò expiravit; quæ res alijs multis eadem in materia disputantibus gravem incussit metum. Lib. impress. Leodij, anno 1616. in 4.

Item, de hoc Auct. ait Scultingius in Biblioth. Ecclesiastica, tom. 2. fol. 45. Radulphus Rivius, qui obiit, anno D. 1403. tertio Nonas Novembris, in Kalendario suo generali sic loquitur: *Hodie ubique Conceptio Virginis gloriosæ*, &c.

RAMONIUS Vivat, Poëta Valentinus, scripsit Carmina *pro immunitate Virginis à peccato originali*, ut videre est apud Ferrand. Diaz in Certamine edito, anno 1586.

RAPHAEL Aversa à Sancto Severino, Clericus Regularis Minor, Præpositus Generalis, ad 1. 2. quæst. 81. sect. 4. hoc titulo: *Vtrum in omnes homines traducatur originale peccatum?* eximit Beatam Virginem à peccato originali. Impr. Romæ 1635. in 4. regali.

Item, *de Conceptione prorsus sancta, atque intaminata Virginis MARIÆ Tractatum unum*. Ex Marraccio.

RAPHAEL Bonellus, Archiepiscopus Ragusinus Italus, in 1. parte Sermonum, sermone de Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, fol. 164. *Quòd Deipara non est nata sicut nos omnes obligati ad legem peccati, sed immunis & exempta à tali lege*, &c. Et infra: *Quòd in anima non fuit V. MARIA maculata à peccato primi Parentis*, &c. Et folio 172. Nos autem bene scimus, quòd ipsa incedebat vestibus albis, *quia erat tota innocens, nec fuit in ipsa aliquando macula nilla peccati, vel originalis*, vel mortalis, vel venialis, &c. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

Item, cùm esset Presbyter Barolitanus, scripsit Meditationes in Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & in Symbolum Apostolorum. Et ad illa verba: Ave Maria, inquit: *Ave sine væ, sine culpa nata, sine peccato vivens*, &c. & ad illud: Benedicta tu, inquit: Benedicta tu in mulieribus, *quia tu sola inter ipsas sine originali macula in mundo apparuisti*, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Romæ 1582. in 8.

RAPHAEL del la Columbe, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Dupplicato Anuuento di prediche, *nella sollennita della Concettione della Immaculata, e Beatissima Vergine*, folio 358. adducit Sermonem, in quo plura de ejus puritate & munditia, usque fol. 370. Lib. impress. Florentiæ 1627. in 4. & 1619.

RAPHAEL de la Fonte, Ordinis Minorum Italus, in libro: Ritrato dell' indulgenze, gratiæ, stationi, è celesti tesori concessi de la santita de Sixto V. alle Confraternita del Cordone del Seraphico Padre San Francisco, &c. fol. 158. agit de Indulgentijs *in die Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Florentiæ, 1598. in 12. regali.

RAPHAEL Geraldus, Tarraconensis Doctor Hispanus, quæsivit & typis mandavit *Librum de Conceptione Virginis MARIÆ* editum ab Illuminato Doctore Raymundo Lullio, ut ipse affirmat in Dedicatoria his verbis: Cùm his superioribus, Christianissime Comes, *Virginisque Immaculatæ* cultor eximie, Vericentius Guell. vir quidem non minùs doctus quàm virtuosus occurreret, me certiorem reddens se unà cum nonnullis bonarum artium Professoribus per omnes ferè Urbis Biblioth. quæsisse libellum hunc *de Conceptu Virginali* ab Illuminato Doctore Raymundo Lullio arte mirifica contextum, in quo quidem rationibus necessarijs argumentationibusque veris, *Virginem gloriosam, omnipotentisque Dei Matrem purissimam sine aliqua originalis peccati labe conceptam esse*, non minùs bellè, quàm nitidissimè claret; ipsumque nullatenus adinveniisse testaretur: & cùm hæc omnia ipse, & alia plura de valore libri in laudem approbationemque integritatis summi Christi Genitricis audierim, illico ipsum etsi labore non parvo habere conatus sum. Habui tandem, perlegi, &c. Impress. Valentiæ 1518. in 4. Sed si conjecturis, immò rationibus fortissimis standum sit, liber iste non fuit Raymundi Lullij Maioricensis dicti; sed alterius cuiusdam Raymundi Centillis Aragonen. ut suis locis notatum manet. Vide ibi.

R. Maufredus, Presbyter sæcularis & Rector S. Crucis Papien. in libro Conceptuum Theologicorum super Hymnũ Virginis Matris Dei: Ave maris stella, traducto Gallicè à Fratre N. de la Rue Ordinis Minorum Constantiensi, folio 17. *Quòd talis fuit B. Virgo, ut numquam maculata fuerit aliquâ culpâ* &c. Et folio 15. *de ejus miraculosa Conceptione, & quomodò fuerit impetrata orationibus*. Lib. impress. Parisijs 1614. in 8.

R. P. P. D. L. M. D. D. sub his litteris, scripsit Librum Gallicè: La connoissance & l' amour de la sacrée Vierge, & tom. 2. cap. 11. fol. 50. Quòd corpus Virginis fuit extractum ex massa nostrorum primorum parentum; *ubi de ejus exemptione à peccato*. Item, folio 56. cap. 12. *Quòd Conceptio Virginis sacratæ est tota pulchra & Immaculata*, latè. Lib. impress. Parisijs 1655. in 4.

RAPHAEL Peragallus Italus, edidit Sermones R. P. Michaëlis de Carchano Mediolanensis Ordinis Minorum, de Commendatione virtutum & reprobatione vitiorum, in quibus serm. 69. in Sabbato seu solemnitate Annuntiationis tuetur *immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*, ut videre est in lib. impress. Mediolani an. 1495. in 4.

RAPHAEL Rastellius, Clericus Regularis Italus, agit in lib. de Censuris in genere, & specie &c. folio 194. de Excommunicatione contra affirmantes, peccare tenentes *Beatissimam Dei Matrem esse conceptam sine vel cum peccato originali* &c. Lib. impress. Romæ 1610.

RAPHAEL Riacius Savonensis Ligur, & S. R. E. Cardinalis, cùm esset summi Pontificis Camerarius

rarius, transtulit imaginem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ex Ecclesia destructa prope plateam Campi Flore ad Ecclesiam S. Laurentij in Damaso, ubi nunc magna veneratione colitur. Ita Hippolytus Marraccius in Purpur. Marian. fol. 386. & ego hoc ipsum legi in monumentis prædictæ Archiconfraternitatis Romæ, & in constitutionibus ejusdem Confraternitatis.

RAPHAEL Zavenzonius, Poëta antiquus, Carmina ad Beatissimam Virginem sic incipit:

Sit benedicta dies, quâ te, Regina Polorum,
Anna parit nobis, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, quâ tu Virguncula Christum
Concipis è cælo, sit benedicta dies.

Extant cum Opusculis aliorũ Poëtarum in lib. impress. Venetijs 1501. in 4. Sed fortè dices, quòd hic loquatur Poëta de die Nativitatis, non autem de die Conceptionis, ut videntur sonare verba Sed absit talis intelligentia: alias non fuisset benedicta dies, quâ fuit sanctificata in utero: nec dies illi, qui fluxerunt à puncto sanctificationis, sed sola illa & singularis dies Nativitatis; quod vel cogitare est absurdum. Supposito igitur quòd auctoritas ista non possit intelligi de sola die Nativitatis ex utero; restat ut intelligatur de die Nativitatis in utero. Præterea aliud est Annam parere filiam sibi, aliud parere nobis. Nobis Anna peperit MARIAM quãdo in nostra natura humana lucem vidit animationis in utero: sibi verò Anna peperit MARIAM, quando persona illius naturæ lucem vidit materiale. Cùm ergo dicat Poëta: Beata dies, in qua Anna peperit nobis filiam, secundùm hanc interpretationẽ loqui videtur de Conceptione, non de Nativitate tantũ. Revoca in memoriam illud Isaiæ 66. ver. 7. Antequam parturivit, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum.

RAUL de Montfiquet Gallus, in Expositione salutationis Angelicæ Gallico idiomate facta: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta & præservata à primâ maledictione, nempe peccato originali; & ita nec habuit peccatum originale* nec actuale. Est manusc. in Bibliotheca D. D. Cancellarij Parisien. antiquis characteribus & in charta pellicea in 4.

RAYMUNDUS Carronus, Ordinis Minorum Hybernus & Theologus, sustinuit ac defendit *Virginem MARIAM fuisse præservatam à peccato originali.* Vide Hondeghen in suo libro de Conceptione.

RAYMUNDUS Centillis vel Centelles, Aragonensis & Canonicus Hispanus, scripsit Librum *de Conceptione Virginis MARIÆ* secundùm aliquos Auctores, & judico esse librum illum, qui sub nomine Raymundi Lullij prodijt Valentiæ an. 1618. in 4. cura & studio Raphaëlis Geraldi Tarraconensis, sub hoc tit: Liber de Cõceptu Virginali, in quo ipsam Dei Matrem purissimam sine aliqua originalis peccati labe esse conceptam rationibus necessarijs patet, &c. quia præterquam quòd liber iste non possit esse Raymundi Lullij, ut ibi latè dicam, in prima pagina extant hæc Carmina:

En ego Centillis sentum pro Virgine præsto,
Contra hostes præsto bella parare suos.

Extat lib. impress. ut supra cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Liber iste pro Immaculata Conceptione inter sæcularem Canonicum & Jacobitam id est Dominicanum (sic enim vocant in Gallia Patres Ordinis Prædicatorum) extat etiã in Bibliotheca Regia Scorial. 11. lit. G. num. 6. inter manuscriptos, sub nomine cujusdam Raymundi Astruch de Cortyelles Avinione, mense ante dictum annum 1305. Hic siquidem Raymundus tunc erat Can. Vic. & ibi in bono dies suos finivit extremos, cujus anima requiescat in pace. Hæc verba extant in illo manuscripto. Et Opus incipit: *Determinatio, quòd Virgo MARIA in peccato originali non sit concepta.* JESU Christe glorioſe, in quo universi creati nobilitas &c. Liber est idem cum illo adscripto Raymundo Lullio, de quo statim: sed quomodò iste fuerit compositus anno 1305. mihi non constat; ego verò credo librum scriptum esse anno 1395. nam circa illum annum Rex Aragoniæ fecit decretum pro Immaculata Virginis Conceptione.

RAYMUNDUS Lullius, Eremita tertij Ord. S. P. N. Francisci ac Martyr, dict. Illuminatus Hispanus, in libro de Laudibus Beatissimæ Virginis MARIÆ, qui etiam Ars intentionum appellatur, & extat cum libellis de Natali pueri parvuli, de Clerico & de Phantastico, à Jacobo Fabro Stapulensi typis mãdatis, cap 11. de Gratia Virginis MARIÆ, folio 21. à tergo inquit: Tu Domina es gratiâ plena, & via recreationis, Filia Dei altissimi. *Vtique tu magis gratiosa à Deo creari nõ potuisti:* nã sic eũ te excellentissimâ & nobilissimã filiam creare oportuit, ut posses ejus esse Mater &c. Tu ergo pretiosissima creata es adeò nobilis, & adeò excellentissima filia, sicut à Deo creari potuisti; & sicut velle habuit fieri Pater tuus. Quare Paternitas ejus & tua filiatio ad invicem correspondent bonitate, magnitudine, nobilitate, virtute, &c. Hæc verba non possunt stare cum originali peccato.

Item, cap. 12. de sanctitate Virginis MARIÆ inquit: Naturaliter aurum in igne purificatur; cùm aurum positum fuerit in fornace, multiplicat illud ignis, & expurgat ab omni eo, quod non est de essentia & natura auri; ita quòd aurum purum & mundũ efficiatur in se ipso; & sic melioratur, & in sua puritate cognoscitur. Simili modo & multò meliùs id etiam habet esse de Beata Virg. Dei Genitrice, *quæ mundior & purior est sanctitate*, quàm aurum sua puritate: mundatur enim & purificatur ipsa amore glorioſi Filij sui, qui adeò vehementer amat eam in bonitate, magnitudine, perseverantia & reliquis, ut eã faciat existere *totam sanctam, puram, claram & mundam; ita ut in ea non sit nisi sanctitas, puritas, amabilitas, & bonitas;* duo tamen etiam ista esse oportet, ut ejus amabilitas maxima amabilitati maximę Filij sui quà amati correspondeat. Nix pura est albedine, quoniam tota est albajita Beatissima Virgo Mater pura est sanctitate & bonitate, quoniam tota sancta, & tota bona. Chrystallus tota pura est claritatẽ, *quoniam nulla umbra, nulla fuscitas est in ea:* sic multò meliùs *Beatissima Virgo MARIA magnitudine clara splendet, clara sine corruptione & sine macula* suæ magnitudinis & bonitatis. Sol purus est in luciditate sua, quoniam totus est lucidus per naturam; sic & multò meliùs Beatissima Virgo MARIA tota fulgida resplendet sanctitate, puritate & perseverantia, &c. Vide alia quæ sequuntur: nam omnia excludunt à Virgine MARIA umbram peccati.

Item, cap. 23. fol. 41. inquit: In figura quidem hujus Operis immensi habuit ipsa Virgo Dei Genitrix sufficientiam, cùm recepit Filium Dei, ita ut omnium fuerit plenissimè contenta, adeò ut ipsa nec in se, nec in re alia habuerit bonitatis, magnitudinis & potestatis defectum, &c. Lib. impress. Parisijs, anno

1499. in folio; sed editus à Raymundo, ut ibidem dicitur, anno 1311.

Item, Librũ sub hoc titulo: *Liber de Conceptu Virginali, in quo, ipsam Dei Matrem purissimam sine aliqua originalis peccati labe esse conceptam*, rationibus necessarijs patet, &c. Habet in principio imaginem Immaculatæ Conceptionis cum omnibus attributis, ut cõmuniter depingi solet, cum hac inscriptione: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Atq; etiam illa: Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Hunc librum, ut ex præfatione constat, typis mandavit & edi curavit Valentiæ anno 1518. in 4. Raphaël Geraldus Tarraconensis, & D. D. Olivæ Comiti Seraphino Centillis dicavit. Prodijt sub hoc titulo: Ad laudem & honorem intemeratæ Virginis MARIÆ, liber de ejus Conceptu ab õni labe originali immuni, ab egregio viro Magistro Raymundo Lull. Doctore Illuminato compilatus (qui pro fide Cathol. lapidum ictibus occubuit apud Tunicem Civitatem Agarenorum) fidelissimè, &c. Extat lib. impress. Hispali impensis Religiosi viri Fratris Martini Almodovar Militiæ de Calatrava, operâ verò & ingenio Magistri Pauli de Colonia & sociorum ejus Alemannorum 11. die Martij anno ab Incarnatione Domini 1491. in 4. Sed quia aliqua sunt in hoc libro, ex quibus non absque maximo fundamento dubitari potest, an prædictus liber fuerit Raymundi Lullij, vel alterius; visum fuit hæc ex ejus Prologo ad litteram transcribere. Præliminaris titulus sic se habet: JESU Christe glorioſe, in quo universi creati nobilitas ac perfectio persistunt unitæ; ut laudibus & honore Matris tuæ Conceptus valeat à tuis fidelibus venerari (quæ quidem pro tui sacratissima Incarnatione prædordinata extitit antequam Adam creasses) placeat tibi benigne Salvator illuminare indignum famulum tuum, ut te amando & diligendo disputationem incipiat sæcularis & Iacobita. De Prologo. Contigit, quòd sedens in Choro Fratrum Prædicatorum Avinione septima mensis Decembris sæcularis quidam, & pauper Canonicus, dum Vesperas *Conceptionis Virginis MARIÆ* Fratres solemniter celebrarent, locutus est cuidam Jacobitæ scientifico sermones amicabiliter consequentes: Venerande Frater, cùm omnes simus concordes Fratres in Christo, omnesque recepimus æquale pretium redemptionis generis humani ab utero Virginis Matris MARIÆ divinitus incarnatum (quæ quidem Virgo omnibus peccatoribus advocatam se exhibet, refugiumque omnium sperantium in eandem quæ impetrans gratias, benedictiones innumeras, ut præsentare nos possit concorditer coram Domino IESU Christo, & sumat nos exutos à culpis nostris, defectibus & miserijs) & cùm sic se habeat istud; quare ergo non conamur, ut simus concordes ad honores, laudes, reverentiasque multimodas ipsi Virgini exhibendas? Nam non videtur, ut concorditer respondeamus de beneficijs quæ quotidie ab ipsa Virgine recipimus, in exhibendas receptantes laudes contrarias veritati; & propter inveteratam diversitatem, quæ *de suo sanctissimo Conceptu* inter Christi fideles ambigitur. Alij ipsam in peccato originali fore conceptam, minimè consentientes seu concedentes. Alij verò affirmantes contrarium in falsitatem persistere est necesse. Dum Iacobita ipsius sæcularis percepisset serm. sæcularem alloquitur his verbis: Loquela tua & dispositio faciei te fore oriundum ostendit ac subiectum Regis Aragonum, qui anno præsenti in civitate Valentiæ quarta decima Martij inconsultè ductus super hujus quæstionis materia nimis præsumptuosè videtur aberrasse, ex eo quia sine ratione edidit & compulit omnes sibi subjectos cujuscumque conditionis fuerint, tenere & firmiter confiteri *Virginem MARIAM sine; peccato originali fuisse conceptam*, certificans te, illud fore quãplurimum contrà fas Ecclesiæ Sacrosanctæ. Sæcularis verò audiens suum Regem sic enormiter blasphematum, commotus contra Iacobitam, &c. Hucusque ex Prologo libri. Ex quibus & alijs in prædicto Tractatu relatis constat, quòd Auctor fuit quidam sæcularis & pauper Canonicus Aragonensis, & quòd potissima occasio compaginandi illum, fuit quoddam decretum Regis Aragonum editum Valentiæ die 14. Martij. Decretum Regis Aragonum & Valentiæ expeditum, nullum aliud invenio, nisi editum à Ioanne primo Aragonum Rege pro Immaculata Conceptione Virginis, expeditum Valentiæ, non die 14. Martij ut hic dicitur; sed secunda Februarij, anno à Nativitate Domini 1394. ut suo loco dixi. Quomodò igitur Opus hoc seu Liber potest esse Raymundi Lullij, qui floruit ad annum 1308. tempore Scoti? Etsi nostris Annalib. credendum erit, mortuus seu martyrizatus fuit anno 1315. etenim ab hoc anno mortis suæ, usque ad promulgationem Decreti fluxerunt anni 79. Igitur liber iste non potuit esse Raymundi Lullij, sed alterius recentioris. Dices, quòd hoc decretum, cujus in hoc libro fit mentio, est fortè aliud expeditum ab aliquo Aragonum Rege antiquiore Ioanne primo factum die 14. Martij, nam illud Ioannis constat fuisse expeditum die secunda Februarij. Hoc quidem potuit esse, & cederet in magnam gloriam mysterij Conceptionis: sed contra est, quòd talis decreti nullum inveniatur vestigium seu notitia, & Conceptionis controversia vixdum erat exorta, nec quidem inter Scholasticos: fuit enim illius antesignanus Ioannes Duns Scotus, qui ad annum 1308. vixit. Quomodò igitur emanare poterat tale decretum in Regno Aragonum? Adde, quòd in catalogo librorum, seu operum Raymundi Lullij edito à D. Proaza & iterum à P. Luca Waddingo, vel illo quem nos habemus extractum è Bibliotheca Regia S. Laurentij Scorialis longè pleniorem, de hoc tractatu seu libro Conceptionis nulla fiat mentio. Atq; sic existimo, quòd istud sit Opus cujusdam Raymundi Centillis Aragonensis, ut suo loco dixi. Vide ibi, & verb. Raphaël Geraldus.

Item, in 3. lib. Sent. dist. 3. (cujus principium est: Deus, qui es summus in omnibus bonis, ad tuam laudem & honorem incipit disputatio Raymundi & Eremitæ super aliquibus dubijs quæstionibus Sententiarum Magistri Petri Lombardi. Opus verò incipit: Raymundus Parisius studens, statumque mundi hujus perversum considerans, multum docuit, potissimè quòd per artem generalem quam sibi Dominus Deus pro sæculi hujus tenebris illustrandis contulerat, &c. 3.) in quæst. *Vtrum Beata Virgo contraxerit originale?* sic ait inter alia: Concluditur ergo, *quòd B. Virgo non contraxit peccatum originale, imò sanctificata fuit in ipso semine, de quo fuit à suis parentibus genita. &c.* Extat manusc. in Bibliotheca S. Ildephonsi Compluti in 4. & impress. Parisijs à Thoma Atrebatensi anno 1607. in 4. compilatus verò, ut ibidem dicitur, an. 1290. die 9. mensis Iulij.

RAYMUN-

RAYMUNDUS Paschalius, Ordinis Prædicatorum, in præclarissimis Commentarijs in Epistolam Beati Pauli Apostoli ad Romanos, cap. 1. folio 94. ad illa verba: Per quem accepimus gratiam & Apostolatum, inquit: Et hæc est D. Thomæ sententia in 3. part. & hinc colligere licet, quòd cùm Virgo MARIA adscita & electa, immo prælecta fuerit ad tantum munus, quale est esse Filij Dei naturalis veram & propriam Matrem, consequens est & rationi consentaneum, omnia gratiarum genera (quarum ipsa capax esse poterat) fuisse ei collata, non tamen æquando eam suo unigenito Filio Christo, cui non ad mensuram data est gratia. Et ex hoc quoque (tametsi Scriptura taceat) valde credibile est, *MARIAM Dei Matrē ab omni labe peccati semper immunem. Talis enim sanctitatis gradus & puritatis & Filium & Matrem maximè decebat*, licèt dispari modo illum gratiæ gradum ambo consecuti fuerint: alter scilicet per naturam, altera verò per gratiam tantum donum habet &c. Item, cap. 3. folio 243. ad illud: Non est qui faciat bonum, &c. inter alia sic ait: Quomodò facere poterant bona opera, cùm sint inutiles? nam si facerent bona opera, iam non essent inutiles: & ideo optimè Paulus colligit non esse qui faciat bonum præter unum, nimirum IESUM Christum, qui ut bonus est per essentiam, sic solus faciet opera bona & perfecta. *Sub IESV Christo MARIÆ Filio Matrem intelligere non ineptè possumus, tametsi, non æqua lance. Illa quidem ex privilegio, hic autem ex iure suo &c.* Item, cap. 5. folio 331. ad illa verba: Et ita in omnes homines mors pertransijt, inquit: Præservare aliquem à macula originali, non est destruere illius naturam; sed illam illustrem ac nobilem efficere. Unde stante totâ naturâ humanâ infectâ & maculatâ, fieri potest, quòd reperiatur in aliquo individuo Immaculata, non secundùm debitum, sed per gratiam & privilegium. Non enim est de essentia naturæ humanæ (etiamsi per generationem naturalem communicetur & propagetur) quòd habeat illam maculam: & tamen (stante lege, quæ primo homini collata fuit) natura omnis, quæ per mixtionem seminis propagatur & cōmunicatur, obnoxia est illi maculæ: & hoc firma fide tenere debemus; non autem, quòd natura humana in quovis individuo sit actu maculata. Neque hoc voluit nobis innuere Apostolus hîc, quando dixit: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, licèt mundi nomine intellexerit universum genus humanum. Neque, quando addidit. In quo, nempe peccato, omnes peccaverunt; nam, ut non minùs doctè, quàm eleganter doctissimus Melchior à Castro (de divinis ac humanis litteris bene meritus) adnotavit, & ante eum subtilissimus Caietanus; sub ista regula generali (quæ neminem eximit) expresè absque fidei præiudicio *eximere possumus Deiparam Virginem per singulare privilegium*. Quod enim Apostolus in hoc canone tam universo innuere voluit, fuit ostendere nobis, ex peccato primi parentis omnes (nemine dempto) qui tamen carnali propagatione essent geniti, astrictos esse necessitati contrahendi peccatum originale, non tamen de facto contraxisse, & hoc habere. Alioqui si Paulus, quando dixit: In quo omnes peccaverunt, intellexit, quòd de facto & actu omnes contraxerunt, hæreticum esset eximere Deiparam Virginem MARIAM, & Concilium Tridentinum non potuisset eam ab illa generali regula eximere &c. Vide quæ sequuntur; nam omnia sunt pro immunitate Virginis.

Item, folio 333. inquit: *De Beatissimæ Virginis morte alia ratio habenda est, nam licèt credi possit* (& pium est sic credere) *conceptam esse absque peccato*; tamen eam à morte eximendam esse, Deo optimo maximo non est bene visum, qui proprium & unicum, simulque primogenitum Filium suum IESUM super benedictum à mortis nexibus non exemit, &c. Item, infra: Paulus clamat: Omnes peccaverunt. Dura vox! omnes: à qua, nisi Eccl. permitteret aliquē eximi forsan Apostolus reclamaret: nunc autem ea dissimulante & tacitè approbante, nulli devoto Deiparæ Virginis durum ac grave esse videri debet, *si pro Regina cœli & mundi Domina dicamus non fore positam hanc tam gravem legem; sed pro omnibus alijs tam viris, quàm fœminis*. Unde, sicut dicere hanc Virginem liberam esse ab hac lege, non modica pietas est; ita ab ea alium vel aliam velle eximere, magna temeritas, ne dicam impietas esset, &c. Lib. impress. Barchinone 1624. & 1637. in folio. Omnia hujus Auctoris verba vera & doctissima sunt. Illud solùm corrige: Ea dissimulante & tacitè approbante: quia Ecclesia Conceptionem Virginis MARIÆ, & immunitatem ejus à peccato originali non solùm dissimulat & tacitè approbat; sed expresse approbat, confitetur, celebrat, & decreto præcipit, ut de ipsa recitetur officium, & quòd publicè non possit dici vel affirmari contrarium.

RAYMUNDUS de Peña-fort, Ordinis Prædicatorum ac Sanctus Hispanus, qui vixit ad annum 1230. ex suggestu *purissimam Conceptionem Virginis MARIÆ prædicavit*, præsertim in Ecclesia Hispalensi. Ita Ioannes Eusеb. in Excep. cap. 23. folio 351.

RAYMUNDUS Rostagni, Ordinis Carmelitarum Gallus, in Thesibus Sorbonicis habitis anno 1661. Conclusione ultima, inquit: *Beatissima Virgo speciali privilegio Dei non fuit solùm exempta à peccato originali, sed etiam à debito incurrendi illud*: hoc enim requirebat excellentia dignitasve Matris illius. Impr. in charta expansa.

RAYMUNDUS, Scalæ-Dei Abbas Cisterciensis, speciali indulto concessit Fratribus de Sacramenia in Hispania, ut possent celebrare solemniter *festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, sicuti in eius Annuntiatione, cum duodecim Lectionibus. Extat decretum ad litteram apud Angelum Manrique tomo. 1. Annal. ad annum 1141. numero 13. folio 414. Lib impress. Lugduni 1642. in folio. Hic Angelus Manrique in tomo primo Annalium Cistercienſium ad annum 1141. folio 414. cap. 8. loquens, quomodò pater Bertrandus Scalæ-Dei Abbas primus fuerit, qui Monachos Cistercienses duxerat in Hispaniam, adducit decretum, quo Raymundus Scalæ-Dei Abbas Sacramenienſibus Fratribus indulsit, ut de beato Ildephonso, & *Conceptione Immaculatæ Virginis festa quotannis celebrarent* &c. Decretum autem tale est: Venerabili & in Christo sibi charissimo Coabbati suo de Sacramenia, totique Conventui eiusdem loci, Frater Raymundus dictus Abbas Scalæ-Dei salutem, & post præsentis vitę stadium ad vocationis æternæ bravium feliciter pervenire. Quia humani generis hostis diabolus illos præcipuè insidijs sedulè persequitur, qui divinis obsequijs mancipati, Christo per Religionis arma fortissima pro viribus militare

conantur, & glorioſis triumphare virtutibus. Igitur ne propter eius verſutias nos in via Domini oporteat retardari, ſupplicationi veſtræ humili & devotioni ſpeciali, quam de Sancto Ildephonſo de cordibus veſtris geritis, piè inclinati, vobis auctoritate Ordinis & paterna, tenore præſentium concedimus, ut cum duodecim Lectionibus, & Reſpóſorijs eius feſtum anno quolibet ſolemniter celebretis. *De Conceptione autem Beatæ MARIÆ conſimile feſtum celebrate*, ſicuti in ſua Annuntiatione; ut tandem ejus meritis & interceſſione hìc à malis protegi, & in futuro mereamini in æterna tabernacula feliciter introduci: noſque (ſi placet) iniſtis & alijs veſtris orationibus, velitis recòmendatos habere. Datum Scalæ-Dei ſub ſigillo noſtro die ſabbati ante feſtum B. Gregorij Papæ anno Domini 1330.

RAYMUNDUS de Tayllaſon, Rector Univerſitatis Toloſanę cum tota Academia in Conventu S. Auguſtini, die 9. Auguſti anni 1649. Opuſculum Petri de Vincentia *contra Conceptionem Beatæ Virginis* editum Toloſæ, & evulgatum eodem anno improbavit ac damnavit tanquam temerarium, ſcandaloſum, & toti Eccleſiæ Catholicæ maximè injurioſum &c. Extat hoc decretum ad litteram in libro Petri Poſſini Societatis Iesu à folio 1.

RAYNERUS Piſanus vel de Piſa, Ordinis Prædicatorum Italus, in Pantheologia, id eſt, totius Summâ, parte 2. ſuper Pater noſter, ad illa verba: Et dimitte nobis debita noſtra, fol. 109. col. 2. inquit: Secunda eſt propter ſtatûs incertitudinem; quia nemo quantumcumque ſanctus & juſtus, eſt certus, utrum ſit dignus odio vel amore, ut dicitur Eccleſ. 9. Require ſupra cognit. gratiæ. Tertia eſt propter mortalium varietatem. Unde Eccleſ. 7. Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum & non pecet. Quaſi diceret: Non eſt aliquis juſtus in terra, cui iſta duo conveniant ſimul, ſcilicet bonum facere & non peccare: non peccare enim reperitur in parvulis; ſed non facere bonum: Omnes enim peccaverunt & egent gloriâ Dei, ut dicitur ad Romanos 3. *in ſolo autem Chriſto & Beata Virgine illa duo ſimul inveniri potuerunt.* Unde Auguſtinus: Si omnes Sancti, quotquot à primo juſto uſque ad ultimum, ſimul eſſent; nihil aliud dicerent, quàm: Dimitte nobis debita noſtra, *excepta B. Virgine*, de qua, cùm de peccatis loquimur, nullam prorſus volo mentionem vel quæſtionem habere, &c. Hucuſque Raynerus. Ex quibus conſtat, quæ & qualis fuerit mens & ſententia illius. Et nota, quòd quamvis hæc ultima verba ſint Auguſtini, quoad ſubſtantiam; non tamen quoad modum ſeu compoſitionem verborum, quibus excipit Virginem non ſolùm à quæſtione, ſed etiam à mentione peccati.

Item, tomo 2. de Senſualitate cap. 6. folio 627. inquit: Si enim quis quærat, quanto tempore motus illiciti ſenſualitatis ad rationem, & carnis ad ſpiritum in nobis maneant? Reſpondeo & dico, quòd in vita iſta ſenſualitas à prædicta corruptione & rebellione liberari non poteſt, niſi per divinum miraculum, *ut fuit in Beata Virgine, quæ fuit miraculoſè à fomite liberata.* Quòd autem nullus à prædicta infectione & corruptione naturaliter valeat liberari, tripliciter probo, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1585. in 4. & Lugduni 1655. in fol. 3. tom. cap. 5. folio 507. & Lugduni 1619. in folio. Hunc citant Adverſarij pro ſua ſententia, & cũ ſufficienti fundamento.

REDERUS de S. Michaële, Canonicus & Doctor Hiſpanus, ſcripſit Sermonem ſub hoc titulo: *De la Immaculada Conception de la ſantiſſima Virgen nueſtra Señora*, predicado en la ſanta Igleſia Cathedral de Ciudad-Rodrigo, en la primera fieſta, que en ella ſe celebrò deſpues del voto de eſta feſtividad, año 1626. Impreſſ. Salmanticæ 1627. in 4.

REGINALDUS Cavanao, Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro: Les merveilles du ſacré Roſaire, &c. fol. 355. loquendo de indulgentijs à Gregorio XIII. conceſſis pro feſtivitatibus B. Virginis, primam annumerat *Conceptionem.* Rothomagi 1613. in 24.

REGINALDUS Polus Anglus ac S. R. E. Cardinalis, dũ in Oecumenica Synodo Tridentina eſſet Sedis Apoſtolicæ Legatus ac Præſes, die 17. Julij anni 1546. edi curavit Decretum de peccato originali, *ac de exemptione Immaculatæ Virginis MARIÆ ab eo.* Vide Marrac. in Purpur. Marian. fol. 394.

REGNA ſeu Provincię mundi, quæ ſub Chriſti Domini ac fidei Catholicę militant vexillo, affirmant, tenent ac defendunt Virginem Dei Matrem MARIAM Angelorum & hominum Reginam *præſervatam fuiſſe à culpa, atque conceptam abſque peccato originali.* De hoc vide Ioannem Antonium Velazquez lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta diſſert. 3. adnot. 7. & 8. atque Auctores ibi citatos. Et in primis in Hiſp. Regna Caſtellę, Legionis, Toleti, Hiſpalis, Cordubæ, Granatæ, Murciæ & Algarbiæ in Curia Matritenſi die 21. Novembris, anno Chriſti 1621. coram Philipo IV. Rege Catholico & Regum maximo, ac Sereniſſimis Caſtellæ Infantibus per Procuratores ſuos ad hoc munus obeundum ſpecialiter deſignatos, ſeſe *ad MARIÆ ab originali peccato immunitatem* perpetuò colendam, & ſolemni ritu quotannis celebrandam emiſſo iuramento obſtrinxerunt.

Chriſtianitas tota, ſeu univerſus populus Chriſtianus probabiliſſimam, piiſſimam, & ſanctam opinionem *de immunitate Virginis Dei Matris MARIÆ, ipſiusque à peccati originalis nævo vel macula præſervatione amplectitur, tuetur ac tenet, ac eius Immaculatam, puriſſimamque Conceptionem* recipit, defendit, atque celebrat, exceptâ ſolùm Patrum Prædicatorum familiâ; ſed non tota, nec potiore parte ut ſuo loco dicemus. Videndus P. Granados in tractatu de Concep. diſp. 3. queſt. 29. Vazquez 3. quæſt. 27. art. 2. diſp. 117. Benedic. Iuſtinianus in Epiſt. 1. S. Ioannis cap. 1. num. 54. Petrus Burus in Pæane de illibata Conceptione, Ludovicus Bloſius in dict. Patrum cap. 5. Ioan. Ant. Velazquez lib. 3. de MARIA Immacul. concepta diſſert. 3. adnot. 7. & 8. à folio 426. uſque 434. &c. Auctores ab ipſo citati, col. 428. Caietan. in opuſcul. de Concep.

Alavæ Provincia in Hiſpania, edidit etiam Decretum pro hoc *myſterio Immaculatæ Conceptionis*, & votum emiſit; ac etiam Provincia Biſcaiæ & Guipuzcoæ.

Algarbienſe Regnum cum alijs Hiſpaniæ Regnis per Procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter deſignatos coram invictiſſimo Philippo IV. & ſereniſſimis Infantibus Caſtellæ in Curia Matritenſi die 21. Novembris anno 1621. ſub iure iurando ac iuramento præſtito ſeſe *ad Virginis Dei Matris MARIÆ à peccato originali immunitatem* tuendam, & eius ſolemnitatem quotannis celebrandam dicavit. Vide verb. Caſtellanum Regnum, & Ioan. Ant. Velazquez

Velazquez lib. 7. de MARIA Immaculatè concep. fol. 435. ut notatum est supra.

America quarta orbis mundique pars, sive India Occidentalis *ita mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ac eius præservationem à peccato originali* à sua prima ad Christi fidem conversione constanti ac fidelissimo animo amplexata est, ut nullus hucusque inventus fuerit, qui contra hanc piam veritatem scripserit, docuerit vel concionatus fuerit. Ego, qui ibidem ab infantia litteris operam dedi, ac per spatium triginta duorum annorum in eisdem partibus commoratus fui, eorum quæ vidi & audivi testimonium perhibeo. Aliquid refert Vincentius Antist in vita B. Ludovici Beltrandi cap. 7. & ego in nostris Assertionibus Victorianis habitis anno 1648.

Aragoniæ Regnum, in nostra Provincia Hispanica publico statuto atque lege inviolabili statuit anno 1391. *ut festum Conceptionis illibatæ* solemniter celebretur, sub Ioanne 1. Aragoniæ Rege. Vide Pinedam in libro de hac re edito, Ioannem Anton. Velazquez libro 4. de MARIA Immacul. concep. dissert. 10. adn. 2. & 3. & libro 7. dissert. 3. adnot. 9. folio 436.

Belgium seu Flandria, ab anno 1195. jam celebravit festum Immaculatæ Conceptionis, ut constat ex diplomatibus Balduini Comitis. Vide Aubertum Myræum in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. 158. Eusebium Nieremberg. folio 70. Ac tandem anno 1659. votum solemne ac juramentum emisit de defendendo mysterio Conceptionis. Vide P. Laurentium Haas in Legatione.

Bohemiæ Regnum sub invictissimo Imperatore etiam votum emisit.

Castellæ Regnũ in Hispan. in Comitijs Generalib. habitis in Regia Curia Matritensi die 21. Nov. an. Christi 1621. coram Philippo IV. Rege Cathol. & Regũ maximo, ac Serenissimis Castellæ Infantibus per Procuratores suos ad hoc munus obeundum specialiter designatos *sese ad MARIÆ ab originali peccato immunitatem* perpetuò colendam, & solemni ritu quotannis celebrandam, huiusmo ii emisso juramento lætè & alacriter obstrinxit. Ioannes Antonius Velazquez. lib. 7. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 3. adn. 9. num. 4. folio. 435. Item, ad annum 1644. etiam in Comitijs Generalibus à Rege Catholico Philippo IV. cum alijs Regnis sibi subiectis enixè exoravit, ut à Christi Vicario huius *mysterij Immaculatæ Conceptionis* diffinitionem impetrari curaret. Velazquez ubi supra, & etiam Armamentarium Seraphicum.

Cataloniæ Principatus in juribus suis excusis anno 1588. adducit Sanctionem, seu Constitutionem, vel Pragmaticam Ioannis primi Regis Aragoniæ prohibentis, ne quis in concionibus sive in disputationibus publicis, vel privatis *contra immunitatem Virginis à peccato originali aliquid loqueretur &c.* Vide Ioann. Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 10. adn. 1. folio. 315. Idem Cataloniæ Principatus seu Provincia Hispanica in Comitijs Generalibus habitis anno 1451. sub Ioanne II. Navarræ Rege & Fratris sui Alphonsi IV. locum tenente legem tulit, atque publico & inviolabili statuto sancivit, *ut illibata Virginis MARIÆ Conceptio publicè ac solemniter celebretur.* Vide Ioannem Antonium Velazquez dissert. 10. adnot. 2. & 3. & lib. 5. folio 436.

Cordubẽse Regnum in Hispania, cum alijs votum emisit die 21. Novembris anni 1621. coram nostro Catholico Rege Philippo IV. *circa defensionem, & cultum festivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* per Procuratores suos ad hoc specialiter deputatos. Vide verb. Castellanum Regnum & Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 3. adnot. 9. n. 4. folio 435.

Europa prima totius mundi seu præcipua orbis terrarum pars, *ita pro Beatæ Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione pugnat*, ut aliquid in ipsa contra hanc piam opinionem sive scribere, sive concionari, sive docere, perinde sit ac oleum & operam perdere, & fastidium auditoribus afferre. Ita Vincentius Iustinianus Antist Ordinis sancti Dominici in Addition. ad Historiam B. Ludovici Beltran. cap. 5. §. 14. Ferriolus Locrius lib. 6. cap. 1. Velazquez lib. 7. dissert. 3. adnot. 7. per totam.

Gallia Christianissima, *mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei MARIÆ* tenet, tuetur ac defendit. Ita Vincentius Iustinianus Antist in Addition. ad Vitam Beati Ludovici Beltran. cap. 5. §. 14. Ferriolus Locrius lib. 1. cap. 6. Petrus Burus in Pæane de Concep. Velazquez lib. 5. dissert. 3. adn. 7. Eadem Gallia seu Franciæ Regnum Christianissimum ad annum 1389. multum laboravit, ut extirparet ex suis civitatibus ac civibus opinionem docentem *Virginem MARIAM fuisse conceptam in peccato originali*, &c. Quomodò autem & qualiter id fecerit, vide infra Thomam Wasinghanum, & Ant. Velazquez, fol. 359. & Petrũ de Valde Clausa, Solem Veritatis & Nodum.

Germania, piam *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ* sententiam uno ore tenet, ac defendit. Ferriolus Locrius in MARIA Augusta lib. 1. cap. 6. Petrus Burus in Pæane de Concep. Germania tota cultum mysterij, *ac festivitatis Immaculatæ Conceptionis* à multis habet annis. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 3. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 4. adn. 5. fol. 304. Germania una & unica fuit ex Europæ Provincijs, quæ prior celebravit *festum Conceptionis Virginis MARIÆ* ex institutione & doctrina Sancti Norberti Ordinis Præmonstratensis Fundatoris. Vide Euseb. Nieremb. de perpetuo object. Concep. cap. 7. fol. 54. ubi plura adducit.

Granatense Regnum in Hispania, votum emisit per suos Procuratores die 21. Novembris an. 1621. coram magno Philippo IV. Hispaniarum Rege tuendi ac defendendi *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 3. adnot. 9. numero 4. folio 435. Et anno 1595. fuerunt repertę in Monte sancto Granaten. laminæ illæ in quibus plura extant *de Immaculata Virginis Conceptione*. Vide Joannem Calderon in Prolog. Flavij Lucij Dextri.

Hispania cõmunis tota est *in M. V. immunitate à peccato originali* colenda, tuenda, & usque ad sanguinis effusionẽ defendenda, cujus veritatis diffinitionem summis precibus atque obsecrationibus à summo Christi Vicario obtinere nititur: ac multi ipsius Hispaniæ filij *pro defendendo titulo Immaculatæ Conceptionis* ingenio, calamo, ac viribus totis laborant. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. de Immaculata Virginis Conceptione per totum, præcipuè lib. 4. & 5. & Auctores ibi citatos, Vincentium Antist, Ferriolum Locrium, Rodericum Caro, Ojedam,

Ojedam,& Antonium Basconcelos in Anaceph. ad Philippum II. dicentem: Quid universas Civitates? quid denique oninem Hispaniam commemorem, quę Templis, Aris, Pervigilijs, Pompis, Concionibus, Libris, Carminibus, Elogijs, Titulis, Stemmatibus ubique celebrat, ubique plaudit?

Hispaniæ Regnum, in celeberrima Curia Matritensi, & Comitijs ibidem habitis die 21. Novembris anno ab orbe redempto 1621. coram pijssimo ac Catholico Philippo IV. per Procuratores suos solemne emisit votũ de perpetuò colenda, ac solemni ritu celebranda *festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide verb. Castellæ Regnum, & Joannem Ant. Velazquez, lib. 5. de Maria Immaculatè concepta differt. 3. adnot. 9.

Hungaria fuit una ex prioribus Provincijs seu Regnis, quæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ mysterium celebrarunt*. Vide Eusseb. Nieremb. in libro de Exception. cap. 7. folio 466.

Italia sive Ausonia, unanimiter fatetur, quòd Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum habitaculum Filij Dei effici mereretur, ita Spiritus S. præparaverit, *ut ab ipsis peccatũ umbram, ac peccati fibras quantum vis levissimas radicitus removere voluerit; ac proinde peccatum originale, quod est actualium peccatorum radix, primitus amoverit, quin ullum unquam in anima aut corpore MARIÆ vestigium inventri potuerit*. Petrus Burus in Pæane de Conceptione.

Legionense Regnum in Hispania, cum alijs Regnis subjectis inclyto Regi Philippo IV. coram ipso ac Serenissimis Infantibus die 21. Novembris anno à Christi Nativitate 1621. juramento se se obstrinxit *Beatæ Virginis exemptionem à peccato originali defendendi, & festivitatem ejus quotannis celebrandi*. Vide verb. Castellæ Regnum, & Ioannem Antonium Velazq. differt 5. folio 435.

Lusitaniæ Regnum constitutum in nostra Hispania, *Virginis MARIÆ incontaminatum Conceptum* semper & ubique veneratum est, semelque & iterum hujus mysterij definitionem à Sede Apostolica rogavit. Vide totum Librum P. Sebastiani Novaes Lusitani de Conceptione Virginis Mariæ sub titulo: Lilium inter spinas, & Ioan. Ant. Velazq. lib 5. differt. 3. adnot. 9. folio 436. quæ in Regno Lusitano acta sunt pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Ecclesia Braccarensis, quæ prima & principalis illius Regni est, non ultima pro devotione *Immaculatæ Conceptionis* extitit: coluit enim semper incontaminatũ Dei Genitricis Conceptum, ac tandem anno 1648. ritu sanè pontificio, ac pompa regia, hujus mysterij, præmisso jure jurando, suscepit propugnationem. Conimbricenses coacta Synodo à Venerabili Ioanne Mendez de Tovora suo Præsule, ac Comite Arganilensi dignissimo, votum vovit de tuenda *Immaculata Dei Parentis Conceptione* anno 1639. Immo antiqua adeò est hujus Conimbricensis Ecclesiæ *in Magnæ Matris Conceptionem* propensio, ut ad annum Christi 1320. R. D. Raymundus tertius supra vigesimum hujus sedis Episcopus Virgineæ Conceptionis solemnem diem peragi statuerit, indulgentias liberaliter elargitus his, qui divinis rebus illic interessent. Illustrissimus etiam Antistes D. Georgius ab Almeyda suppeditavit sumptus, ut singulis Saturni diebus de hoc mysterio Sacrum fieret, quibus testandis retinentur in gazophilacio litteræ publicæ. Ebor ens. Civitas antiquũ recognovit Breviarium sub Archiepiscopo, ac Regio Cardinali Henrico, in quo plena *de Immaculata Virginis Conceptione* agebatur mentio. Omnes denique Lusitaniæ Cathedrales præeunte Metropolitana Ulyssiponensi subscripsêre diplomati de eligenda pro Regni Præside *Sanctissima Conceptione Virginis, illiusque propugnanda libertate à noxa originali*, anno 1646. Ita Sebastianus de Novaes in Lilio inter spinas, sive de Conceptu incontaminato Dei Genitricis, folio 254. Anno à Virgineo partu 1646. septimo Kalendas Aprilis decretum factum est in prædicto Regno Lusitano *pro Immaculata Virginis Conceptione*, cujus aliquas clausulas principales hic annotare libet. Ijs igitur in Comitijs (uti par erat) diligenter inspectis, placuit *magnam Matrem sub Immaculatæ Conceptionis* prærogativa in totius Regni Patronam ac Præsidem iuxta recens Urbani VIII. decretum designare, &c. Atque ipse meam adstrinxit fidem....operam vehementer daturum, ut hanc omnium sententiam ipse summus Pontifex ratam firmamque velit &c. Qui omnium nomine quinquaginta ex auro solidos annuatim persolvendos polliceor Villavitiosæ Basilicæ Conceptionis, &c. Ac Regni Proceribus interposito jure jurando promittimus, nos veletiam lucis jactura (si res iubeat) *propugnaturos, Matrem Virginem absque nævo conceptam humanæ originis*. Memores interim, quòd ipsa Romana Ecclesia omnium Mater, quam ad amussim sequi maxima nobis religio est, peculiari ritu solemnem diem agat *Immaculatæ Conceptionis*. Salva verò hujus juris iurandi fide, si eadem Romana Ecclesia secus aliquando iudicaverit &c. ac Regnum hostibus glorioso devictis in dies augeat ad Christi Servatoris gloriam, ad fidei augmentum, ad Gentium conversionem, ad Hæreticorum resipiscentiam. Quòd si mortalium aliquis huic solemni voto ac iuri iurando ire obvjam audacter tentaverit; si civis, alienigenam facimus, ac nullâ morâ interpositâ à finibus nostri Imperij illum volumus amandari. Quòd si (tam durum Deus avertat malum) Rex ipse fuerit, diræ omnipotentis Dei simul ac nostræ subiaceat imprecationi, & nostrorum series interrumpat. Concipimus deinde spem firmissimam &c. ut à Regno miserè detrudatur is, qui fidem hanc, quam modò sponte damus, olim impudenter fregerit. Ne verò hujusce electionis nostræ, voti, ac iurisiurandi in Comitijs editi aliquando intereat memoria, tria Acta publica fieri decernimus, quorum unum quamprimum Romam deferatur, ut ei sanctissimus D. Pontifex velit subscribere; alia Pontificię subscriptioni, atque huic nostro adiuncta decreto, Villavitiosæ in Chartophilacio Basilicæ Conceptionis & in tabulario hujus nostræ Taboræ ponatur. Datum Ulyssiponæ 7. Kal. Aprilis. Balthasar Rodericus Cohelos scripsi anno Domini 1646. Petrus Vyora & Silva scribi curavi. Ita Novaes ubi supra, fol. 252. Prosequitur Relat. La devocion al mysterio de la Concepcion y el Iuramento, que en Portugal se hico por todos los tres estados juntos en cortes en el año de 1644. dio motivo al Padre Fr. Alexandro de Jesus, Lector Jubilado y consultor de la suprema hijo de la Provincia de Portugal. Avia Predicado este Padre el prestito de San Buenaventura en la Universidad de Coymbra en 14. de Marco el año antecedente; hacese la fiesta en el dicho Colegio en la translacion en raçon de que en el dia como son vocaciones no puedan assistir las facultades, y aun los Religiosos, que como es solamente

mente Colegio de los Reales, por la preëminencia y se sustentan de las limosnas Reales, cierrase de los 15. de Mayo en adelante hasta 20. de Setiembre. Este Padre delante del Lector, que era entonces Manuel del Saldaña y mas Cathedraticos y concurso, con grande celo y spiritu empezò à exprobrar, porque no avia de hacer aquella Academia en sus Doctorados, &c. El juramento que hacian las de mas. Fue de tanto afecto, que luego los estudiantes empezaron à aplaudir la repuesta alli, y despues los Colegios Reales; entre los quales fue el de San Pedro el primero, y determinaron que ellos no podian por si solos hacer nada sin consentimiento del Rey como protector; pero que firmasen todos y se pidiese esto por suplica. En este punto estando las cosas ansi, empecaron à negociar en contrario los Padres Dominicos, que tenian las dos Cathedras de Prima de propriedad, la de Theologia Scolastica F. Diego Artur Hibernes, despues de aver leido la de Salamanca, ô Alur, y Fr. Jorge Pinero la de Scriptura. Hicieron alegaciones, &c. y tanto abraron, que volvieron assi el Colegio de San Pedro, y se fue resfriando por las dependencias que tenia de aquellos dos Cathedraticos, de suerte que se fueron escusando diciendo, que ô avian de firmar primero ô no por la precedencia que pleitean tener con los de San Pablo, que llaman el Colegio Real. Tomaron los de San Pablo la pelota, y se declararon entonces mas apasionados y devotos que todos, y protestaron que firmasen los Señores de San Pedro adonde quisiesen, que ellos en servicio de la Señora serian los ultimos y cedian de todo. No bastò esto, antes se levantaron mayores contrarios, de suerte que los Padres Dominicanos traxeron alli mucha gente, principalmente Fr. Leon de Santo Thomas Cathedratico reconducido y jubilado de prima, y este hizo una oracion en el claustro contra. Pusose en votos, prevalecieron los Dominicanos, y ansi consultaron contra. Sucedio en este dia, que decretaron esta consulta tan grande tempestad que llenos de miedo, y atribuendo esto à mysterio el Cathedratico Josepe Mendes Salus, y Vicente Pereyra de Sylva saliendose ambos hicieron el voto en su casa publicamente. Fue esta consulta à Lisboa, y como alla tenia el dicho Padre F. Alexandro à su hermano F. Fernando del Spiritu Santo, Guardian de San Francisco de Lisboa, que hoy es Provincial de la dicha Provincia, negocio de suerte, que se dio la consulta por mala, y se mandò, que volviesen à segundo claustro. En este interim murio como repentinamente el P. Fr. Iorge Pinero viniendo aprissa dandosele esta nueva para hacer alegaciones. Fuese dilatando esto, y sucedie cedieron los Estados. Convocaron à Cortes, hubo intelligencia para que algunos Procuradores seglares lo propusiesen, que se tomase *la Virgen soberana en su Concepcion per tutelar.* Sin ninguna replica se consiguio felizmentue acrecentando penas de desnaturaleza, a quel que tubiese la opinion contraria, y que en todas las Academias, Camaras ô Parlamentos se hiciese lo mismo. Juraron todos los Estados solemnemente de defender, &c. hasta dar la vida, en quanto su Santidad no mandase el contrario. Jurò el Rey, el Principe, en manos de Don Francis. de Castro Inquisidor mayor, el Inquisidor en las de Manuel de Luna Capellan mayor Obispo de Elicas, y los otros brazos. Despacharonse ordenes à las Camaras que lo ejecutaron con grandes fuegos, viuas y aplausos. Lo mismo se mandò à la Academia de Coimbra, no solo que lo jurasen los Doctorados, &c. pero aun aquellos que estaban leiendo à muchos años, ô que perdiesen las Cathedras. Repugnolo el Artur Dominicano, y al fin perdio la Cathedra, y se dio à Fr. Richardo de S. Victor Augustiniano, que hoy la tiene. La Academia de Evora, Lisboa, Braga y las mas, que goviernan los Padres Jesuitas voluntariossisimamente lo hicieron. Hizose en nuestro Convento de Lisboa un octavario de fiestas, en que predicaron los Obispos y Provinciales de las Religiones, procession solemnissima de figuras, Certamen Poëtico, fuegos, &c. Las Religiones que ajudaron mucho à este negocio fue la Compañia, Augustinos, y Carmelitas, &c.

Majoricensis Provincia seu Regnum, *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* patronam & advocatã habet, & sub ejus Patrocinio conquiescere signatè gloriatur. Unde in ipsomet Regni limine, quo à porta Urbs intrantes excipit, illustris est *MARIÆ Immaculatè conceptæ imago seu statua*, cum hac inscriptione: Sub umbra & protectione Conceptionis Dominæ nostræ, &c. Vide de hac re Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 3. fol. 436.

Murcianum Regnum in Hispania, in Comitijs Generalibus habitis coram magno ac pijssimo Philippo IV. Hispaniarum Rege die vigesima prima Novembris anni 1621. publico voto protestatum est *Virginis MARIÆ Immaculatum ac purissimũ Conceptum ab omni serpentis veneno alienum.* Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 9. num. 4. fol. 435. nec non in hac Militia nostra verb. Castellanum Regnum.

Sardiniæ Regnum, fecit votum *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Extat cum Sermone Episcopi Ambrosij Machin.

Toletanum Regnum in Hispania, in Comitijs Generalibus in Curia Matritensi Congregatis die 21. Novembris, anno à nostra salute 1621. coram magnanimo Philippo IV. Catholico Hispaniarũ Rege, nec non Serenissimis Castellæ Infantibus per Procuratores suos, voto emisso sese *ad Deiparæ ab originali nævo immunitatem* quotannis colendam ac ejus festivitatem solemniter celebrandam obligavit. Vide verb. Castellanum Regnum, & Joannem Antonium Velazquez.

Valentiæ Regnum, seu Provincia Hispanica, ex lege & statuto singulari, ad annum 1440. *Immaculatam Virginis Conceptionem ac ejus præservationem à peccato originali tuetur ac defendit.* Ita Esculanus in Historia Valentina, tom. 1. lib. 5. cap. 20. Joan. Ant. Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 9. fol. 436.

RELIGIONES sacræ, quæ sub orthodoxo sinu, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vexillo militant, omnes in communi seu generaliter loquendo, piam *de Immaculata, Sanctissima, intemerataque Virginis Dei Matris MARIÆ Conceptione, & à peccato originali præservatione* unanimi ore, corde & calamo opinionem ac sententiam, ut veram & certã tenent, amplectuntur & docent. Vide Armamentarium Seraphicum in Regest. à col. 470. Pinedam ad privilegium Regis Arag. cap. 8. Perlinum in Apolog. fol. 306. Ægidium quæst 6. articulo 4.

Velazquez, lib. 4. dissert 9. Sebast. Novaes. In particulari autem seu sigillatim Religiones, quæ aliquid speciale pro gloria mysterij *Immaculatæ Conceptionis* egerunt, sunt sequentes:

Augustiniana Religio, sive Eremit. S. Patris nostri Aug. ab annis plusquâ 300. (duobus Auctoribus exceptis, *qui Virginitatem impugnaverunt*) immo à pluribus annis in omnibus Universitatibus Italiæ, Galliæ, Hispaniæ & Lusitaniæ, summo conatu & industria semper sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione* tenuit & comprobavit. Vide, quæ circa hoc scripsit doctissimus Pater Ægidius à Præsentatione, lib. 3. de Immaculata Virginis Conceptione, quæst. 6. art. 4. §. 3. num. 18. pag. 325. Armament. in Reg. col. 539. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immacul. concepta, dissert. 9. adnot. 1. num. 8. fol. 363. Pistoia, fol. 190. Item, Romæ in Ecclesia S. Mariæ del Populo, juxta quam est Cœnobium istius Religionis, tam ad vesperam, quam *in ipso die Conceptionis Virginis MARIÆ* sunt stationes & indulgentiæ plenariæ, ut videre est in libro Fratris Thomæ Saraceni, fol. 209. Item, Patres Augustiniani, & qui ipsorum portant corrigiam, fruuntur indulgentijs & privilegijs concessis *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* Sanctæ Mariæ de Urbe, Rotundæ, Aracæli, Angelorum, del Populo & de Pace. Ita Frater Hieronymus Nolanus in lib. suo impress. Neapoli 1586. fol. 66.

Barnabitarum Religio, etiam mysterium *Immaculatæ Conceptionis* tuetur ac defendit.

Basiliana Religio, sive Sancti Basilij Magni insignis Familia, in Constitutionibus Congregationis Hispaniæ, cap. 4. edidit hanc Constitut. Quòd Provincia Sardiniæ dicatur & vocetur Provincia *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Armament. in Regest. col. 471. Hippol. Marrac. in Fundator. Marian. cap. 2. fol. 17.

Benedictina Religio tota fuit & est pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione. Ex hac Helsinus Abbas vel Helpinus, cui primò facta fuit de hoc sacro mysterio divina revelatio, primitus in suo Becensi Cœnobio *immunitatem Virginis MARIÆ* devotis obsequijs celebravit, ac celebrandam ubique prædicavit. Vide Armament. Seraph. in Regest. atque omnes Doctores, qui de Conceptione Virginis Mariæ scripserunt. Item, in Italia initium habuit *festum Conceptionis* à quodam Diacono Hungariæ Regis fratre, ac postea Aquileiensi Patriarcha, tempore Caroli Francorum Regis, qui Diaconus etiam fuit hujus Sacræ Religionis filius. Vide Salazar, cap. 35. fol. 309. nostrumque Armament. in Reg. col. 472. Item, primus qui de hoc mysterio in nostra Europa scripsit copiosè & eruditè, *ac prædictam festivitatem Conceptionis* commendavit Ecclesijs ac Episcopis Angliæ, fuit Sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, hujus insignis Familiæ proles. Vide Bivarium in Patribus Vendicatis, Arnoldum de Vion in Ligno vitæ, Armament. in Regest. & hic verb. Anselmus. Item, Sancta Gertrudis, S. Hildegardis, necnon S. Mechthildis, quibus facta fuit *de Immaculata Concept. Virginis MARIÆ* revelatio, fuerunt professione Benedictinæ. Vide Armament. Seraph. in Reg. à pag. 592. Joan. Ant. Velazquez lib. 4. dissert. 8. Item, Reverendissimus Pater Placidus à Tosanctos hujus Religionis Generalis, & postea Episcopus, fuit à Philippo III. Hispaniarum Rege missus ad Sanctissimum Dominum Nostrum Paulum V. pro solicitanda ultima diffinitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quando editum fuit decretum illud celebre, quod emanavit anno 1617. die 31. Augusti de quo in Paulo V. Vide Antonium de Yepes tom. 7. Annalium ad annum 1009. fol. 114. Velazquez latè, fol. 362. Wadding. fol. 12. & alios Scriptores. Item, omnia hujus Religionis Breviaria & Missalia antiqua habent Officium & Missam particularem *de Immaculata Virginis Conceptione*, de quo in nostro Armam. Seraph. Item, hæc sacra Religio multos habet Scriptores ac Milites strenuos, *pro Immaculata V. M. tuenda Conceptione à peccato originali*; de quibus in hoc lib. Item, Summus Pont. Leo X. PP. Benedictinis per speciale indultum, incipiens: Sanè Religionis sinceritas, facultatem fecit, *ut in solemnitate festi Conceptionis*, perque totam octavam Interdictum suspenderetur. Christophorus de Vega in Theologia Mariana, Palest. 3. cert. 9. num. 310. fol. 93. Moniales Benedictinæ Monasterij S. Petri de las Dueñas Toletan. omnes ad annum 1494. sumpserunt habitum, ac regulam Monialium *Immaculatæ Conceptionis*. Petrus de Salazar, lib. 4. Provinciæ Castellæ, cap. 477. Vide Pistoiam, fol. 191.

Capuccinorum S. P. N. Francisci observantissima Religio, quid fecerit pro hoc mysterio, vide per totum hunc librum.

Carmelitana Religio, ad annum 1606. in Capitulo Generali in Gallia celebrato, sanxivit statutum *pro celebranda Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione*. Vide col. 340. Velazquez fol. 364. Pistoiam, fol. 187. Lezanam in suo Tract. de Conceptione, cap. 22. Ojedam, cap. 15. fol. 63. ac novissimè R. P. Franciscum Bonæ-Spei, tom. 5. suæ Theologiæ, disputat. 12. de Peccato originali, fol. 220. Item, à sua primæva origine etiam ante Christi Nativitatem prædicavit *immunitatem Virginis MARIÆ*. Ita P. Laurentius Aponte, Casanate, & 4. tom. Cursûs Salmanticensis, Leon & alij, ac præcipuè, quòd dicant de Prophetia Eliæ, & Joannis Jerosolymitani explicatione circa nubeculam parvam quasi vestigium hominis egredientem de mari, &c. de qua multa invenies in libris de Concept. Item, quamplurimæ sunt concessæ Indulgentiæ huic sacro Ordini *pro die Immac. Concept.* & infra octavas, ut habetur in Historia Carmelitar. fol. 204. & in libro Informationis spiritualis pro devotis SS. Virgini de Monte Carmelo, impress. Bononiæ 1635. in 4. pag. 4. informat. 7. fol. 201. & 209. Item, Capitulum Generale Francofordiæ celebratum anno 1393. edidit decretum hujusmodi *pro festo Conceptionis Beatæ MARIÆ*: Pro sex annis in prandio Prælato, qui facit Sermonem & pro illo qui celebrat Missam, & pro potu famulorum Dominorum Cardinalium dando quinque florenos in anno, florenos triginta, &c. Ita Daniel à Virgine Maria Carmelita, in Vinea Carmeli cap. 24. fol. 218. Item, in die Conceptionis Virginis Mariæ hæc Religio gaudet omnibus Indulgentijs concessis pro *ipso die Conceptionis* Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, Rotundæ, Angelorum, Aracæli, Populi & Pacis, ut videre est in Summario Indulgentiarum prædicti Ordinis, impress. Neapoli apud Jacobum Carlinum, an. 1597. fol. 136. Item, Franciscus de Roma Neapolitanus anno 1584. scripsit Tractatum de Indulgentijs & Privilegijs sacræ Religionis Montis Carmeli; & alte-

rum

rum huic simile impressum fuit anno 1585. & utrumque in prima pagina habet depictum Virginis MARIÆ, seu Immaculatæ Conceptionis mysterium, ut communiter depingi solet, id est, imaginem cum attributis, & hoc Carmine:

Dum fluet unda maris, curretque per æthera Phœbus,
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.

Ex quibus verbis videtur Conceptio Virginis MARIÆ esse patrona & protectrix huius devotissimæ Religionis. Item, in Constitutionibus manusc. existentibus in Conventu S. MARIÆ de Monte Carmelo Discalceatorum Parisien. in 8. apud R.P. Ludovicum à sancta Theresia; & in Constitutionibus impr. in 8. Romæ, anno 1635. apud Ludovicum Grignani folio 45. cap. 10. num. 2. sic dicitur: Habeat hunc sibi propositum ad imitandum Doctorem, cui erit toto animo addictus; ita ut ipsius S. Thomæ doctrinam tam in Philosophicis, quàm Theol. omnibus sequatur, *excepta opinione de sanctificatione V.* & quę in Summa docuit, præferat ijs quæ alibi tradidit. In Constitutionibus verò impressis Romæ apud Franciscum Corbellum anno 1631. cap. 15. folio 120. num. 3. sic dicitur: Prælectores cæterique Fratres universi opiniones male fundatas & novitatę præ se ferentes deponant, & S. Thomę doctrinam tam in Philosop. quàm in Theologicis omnibus sequantur, & quæ in Summa docuit præferant ijs quæ alibi tradidit. Erat Nicolaus Richardij Magister sacri Palatij, & sic fuit ablata illa clausula exceptiva, *excepta*, &c. Item, Joannes Bachon Carmelitanus in 4. dist. 2. quæst. 4. art. 3. pro gloria & monumento æterno istius Religionis sic ait: Publicâ & diuturnâ consuetudine celebratum est hoc festum in Curia Romana, etiam cum venerabili Congregatione DD. Cardinalium, cum solemni Missa & Sermone singulis annis in Domo Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Carmelo: & hæc duraverunt tempore multorum Romanorum Pontificum, usque ad præsens tempus &c. Ioannes autem Bachon floruit ad annum 1340. ante Sixtum IV. per quatuor & quadraginta annos: ex quibus patet, quàm antiqua sit in hac Religione celebratio festi Conceptionis. Item, Beata Theresia hujus Religionis Restauratrix & Reformatrix huic mysterio addictissima extitit. Etenim Vallisoleti ædificavit Monasterium sub invocatione *Conceptionis Beatæ Virginis*; aliud Pastranæ sub eadem invocatione. Vide Hippolytum Marracium in Fundatoribus Marian. cap. 37. Lezanam, cap. 22. folio 99. ubi de devotione prædictæ S. Theresiæ ad Conceptionis mysterium agit; ex quo aliqua diximus in Regesto nostri Armament. Seraph. fol. 540.

Cælestinorum Ordo, multis abhinc sæculis celebravit diem *& festum Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Solerius in Opusculo de Veneratione & invocatione Sanctorum. Armamentar. in Regest. col. 473. Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 1. folio 363. Item, eadem sacra Religio precibus ac persuasionibus cujusdam piissimi viri Nicolai ejusdem Religionis alumni instituit, ut octava dies prædictæ *festivitatis Conceptionis* perpetuò celebraretur; atque pium institutum ingenti miraculo cuiusdam rosæ, quæ coram Virgine Dei Genitrice per integrum annum, virente & miro redolente odore visa est, confirmatum fuit. Vide Auctores suprà citatos, & Nicolaum N. Religionis Cælestinorum. Item, in Breviario Religionis, cujus titulus est: Juxta morem & usum Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cælestinorum, &c. folio 298. habetur *officium Conceptionis Beatæ MARIÆ* duplex maius, sicut in Nativitate &c. Extat impress. Venetijs 1590. Item, in eodem Breviario ad finem folio 504. dicitur, quòd Innocentius Papa VIII. concessit omnibus dicentibus infrascriptam Orationem ad honorem Beatæ Virginis, plenariam Indulgentiam. Oratio autem talis est:

Ave Virgo gratiosa,
Stella sole clarior.
Mater Dei gloriosa,
Favo mellis dulcior:
Rubicunda plus quàm rosa,
Lilio candidior.
Omnis virtus te decorat,
Omnis sanctus te honorat
In cælis sublimior, Amen.

Quæ epitheta sic universaliter dicta videntur indicare immunitatem Beatæ Virginis Dei Matris. Eadem sacra Religio Monachorum Cælestinorum pro Immaculata Virginis Conceptione habet sequentia in suo Ceremoniali: Pero se nel' Sabbatho loro occorese festa di duodeci lettioni, ò altra festa maggiore nel' vespere si deve fare della Dominica dal capitolo in poi, eccetto *la solennità della Concettione*, Purificatione, & Annuntiatione de MARIA Vergine, è della traslatione del nostro Patre san Pietro, è del di d'S. Benedeto &c. cap. 32. folio. 64. Item, sub titulo: In che modo hanno di procedere Monaci nell ottave de i Santi che ocorreno, cap. 34. Queste ottave sonno tre, cioe quella di san Lorenzo, & quella di san Benedetto nostro Padre, *è della Concettione della Madona*: bene chi in quella de san Benedetto è della Concettione s'ha di dirè l'ufficio de i morti anchora inchiesta, il che à nulla altra ottava occorre &c. folio 66. Item, cap. 42. de Benedictionibus ad Matutinum in nocte *Conceptionis Dominæ nostræ*, ponit Benedictionem 1. *Virginis Immaculata Conceptio*, nostra sit in cælum evectio. 2. *Hac in Deiparæ Conceptione*, cælesti repleamur benedictione. 3. Rosa rubens & candēs ferens lilium, sit nobis semper auxilium. 4. Hortus conclusus & fons signatus, nobis omnes condonet reatus. 5. *Tota pulchra & Virgo sine macula*, pro nobis intercedat in sæcula. 6. Benedicat nos Filius Dei Patris, celebrantes solemnia suæ Matris. 7. *Quæ nunquam ullum admisit flagitium*, Deum nobis reddat propitium. 8. Virgo cæleste lilium, pro nobis intercedat ad Filium. 9. *Virgo sine labe concepta*, nos doceat Evangeliorum præcepta. 10. *Quam sine crimine peperit Anna*, perducat nos ad cælicum Manna. 11. *Illibata Virgo puerpera*, gratiâ repleat nostra pectora. 12. Sancta MARIA Mater orphanorum, libera nos à manibus iniquorum. Hæc omnia reperies in prædicto Ceremoniali Italicè impress. à Fratre Iacobo de Fezze Abbate Generali prædictæ Congregationis Bononiæ 1649. in 8.

Clericorum Regularium Minorum Religio, semper summo animi consensu *pro pia opinione Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ* ubique pugnavit. Ita

Hieron. Ormachea tom. 1. in Cant. Cant. in Prolegom. 3. part. folio. 159. Item, huius Religionis alumnus F. Hurtadus de la Fuente egregiam operā navavit Romæ in promovenda hac pia sententia, assistens & consilio & calamo Procuratoribus huius mysterij pro Rege Catholico apud summum Pontificem. Ita Ormachea cum Auctoribus supra relatis. Velazquez addit etiam pro eximio encomio hujus Religionis habere Laurentium Aponte propugnatorem hujus mysterij.

Camaldulensis Religio, semper amplexata est *sententiam piam de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert P. Ægidius de Præsentatione, lib. 3. de Præservatione Virginis, part. 6. art. 4. §. 3. num. 16.

Carthusiensis Religio, *festum Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* defendit, & ipsum celebravit sub eodem titulo Conceptionis, non Sanctificationis, ante annum 1450. ut refert Dionysius Carthusianus in 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. Vide Armament. in Regest. col. 474. Velazquez folio 363. De Breviariis antiquis hujus Religionis latissimè agimus in Radijs Solis Veritatis.

Cisterciensis Religio, sive Sancti Bernardi, ex speciali à Dei Genitrice Maria facta revelatione cuidam venerabili viro Petro Villariensi ejusdem Religionis filio, *festum Immaculatæ Conceptionis* singulari celebrat devotione. Modum vide apud Ioannem de Agneis lib. 3. tomo 2. de Viris illustribus Cisterciensis Ordinis, Armament. in Reg. col. 473. & 591. Velazquez folio 363. Item, in Kalendario seu Menologio Cisterciensium *festivitas Conceptionis Virginis MARIÆ* ut propria illius sacrę Religionis ponitur & notatur. Vide Chrysostomum Henriquez in eodem Menologio ad diem octavam Decembris. Item, Religio Sanctimonialium fundata à V. Beatrice de Sylva in Regno Hispaniarum ac civitate Toletana sub titulo *Immaculatæ Conceptionis*, initium suum ac felicissimum ortum habuit sub hujus sacræ Religionis Regula, regimine, ac instituto. Vide Bivarium in libro de hac re edito, Armamentarium, Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concep. fol. 365.

Clarissarum, seu Religio Monialium fundata à sancta Clara, recitat *officium Immaculatæ Conceptionis* ipso die festivitatis & omnibus Sabbatis, sicut nostra Minorum in omnibus & per omnia. Habebat Breviarium speciale de officio Conceptionis cum octava approbatum à Julio II. & alijs tribus summis Pontificibus, ut ibidem dicitur. Quid amplius, cùm totus Ordo in communi & particulari sit pro Immaculata Conceptione?

Cluniacensis sacra Religio, hanc piam, veram & certam opinionem *de præservatione Virginis à peccato originali amplexata semper est*, teste Ægidio de Præsent. lib. 3. de Præservatione Virginis, quæst. 6. articulo 4. §. 3. num. 16.

Conceptionis, seu Religio Monialium sub titulo *Imm. Conceptionis*, fundata est à Venerabili fœmina D. Beatrice de Silva in honorē hujus mysterij.

Cruciferorum Religio, ab antiquo celebrat *mysterium Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, ut constat ex ipsius Missalibus & Breviarijs existentibus in Hūy primaria eorum Domo. Et Coloniæ vidi duo Breviaria antiquissima impressa cum Officio Conceptionis.

Dominicana Religio, seu Ordo Sancti Patris nostri Dominici, ut plurimum, maior saltē pars atque præcipua, *Immaculatam Virginis Dei Matris Conceptionem* tuetur atque defendit, ut expressè affirmat Armamentarium nostrum Seraphicum, & evidenter probatur à col. 477. usque 539. & latissimè iterum probo in Sole & Radijs ejus per totum. Ioannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta differt. 9. adnot. 2. à num. 10. folio 365. Sebastianus Novaes folio 290. Itē, P. Magister Ioannes de Fenario Generalis Ordinis affirmat, antiquiores Magistros quantò magis docti, & quantò magis sancti essent, tantò magis piam sententiam ultro amplexatos. Ita Velazquez libro 5. differt. ultima, folio. 454. Item, Sanctus P. Dominicus hujus insignis Religionis Fundator hanc sustinuit opinionem *de immunitate Conceptionis*, dicendo: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & numquam maledicta formatus: ita decuit in secundo Adam fieri, id est in Christo, cujus terra, id est Mater, numquam fuit maledicta. Quòd autem verba ista sint Sancti Dominici, patet ex Sole & hac Militia, verb. Dominicus de Guzman. Item, Angelicus Doctor Sanctus Thomas de Aquino, quem ista Sacra Religio in omnibus, & per omnia sequitur & defendit, in tribus vel quatuor suæ doctrinæ locis *immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali tenet ac docet*, licèt in alijs contrarium videatur sentire. Vide hic verb. Thomas, & Armamentarium. Item, Patres Prædicatores in suo Manuali impresso Hispali, anno 1524. pro opinione pia hæc aiunt: Quia Ordo Prædicatorum solitus est semper Sanctorum doctrinæ adhærere, sustinuit hucusque opinionem, quòd Beata Virgo fuit concepta in originali; sed jam de hoc non est curandum, cùm sit materia nullius utilitatis & valde scandalosa, præsertim cùm tota ferè Ecclesia (cujus usus & auctoritas secundùm Beatum Thomam 2.2. quæst. 10. art. 12. prævalet dictis Hieronymi & cujuscumque Doctoris) jam asserat, *quòd sit præservata*. Vide de hoc statuto Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de Maria Immaculatè concepta, fol. 368. & fol. 426. & fol. 491. & fol. 271. & fol. 242. Item, ad annum 1602. sub Generali Reverendissimo P. Hieronymo Xaviere pro toto Ordine Dominicano ordinatum fuit sequens statutum: Strictè prohibemus, ne quis audeat in publico prædicare vel docere, *quòd Beata Virgo fuit concepta in originali*, propter scandalum fidelium. Vide Antonium Velazquez, fol. 368. & Joannem Serranum. Item, R. P. F. Justinus Micchoviensis Ordinis Prædicatorum, tom. 1. in Litanias Lauretanas, discur. 136. fol. 302. sic inquit: Extat Decretum S. Congregationis Cardinalium, actis Capituli Generalis Ordinis Prædicatorum Romæ celebrati anno Domini 1629. insertum, in quo disertis verbis *Conceptio Beatæ Virginis dicitur Sanctissima*. Quare nemo Catholicorum id negavit, negareve unquam potuit. Idē Ordo à suo ferè principio & primo suæ fundationis anno celebravit *festum Conceptionis Virginis MARIÆ sub titulo expressō Conceptionis*, non verò Sanctificationis, quousque anno 1487. Vincentius Bandellus de Castro novo Tordon cœpit è tenebris in lucem edere vocem Sanctificationis; & an. 1505. cùm jam esset Generalis Ord. composuit & edidit officium sub titulo Sanctificationis, quod invenies ad litteram in nostro Armament. Item, per Galliam celebravit *festum Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut constat ex libro Raymundi Lullij, seu potiùs Raymundi de Centillis. Item, ex voto civitatis

civitatis Senensis observavit & celebravit *festum Immaculatæ Conceptionis*; de quo latè Ambrosius Catharinus in Tractatu de hac re edito. Item, in eadem civitate Senensi votum emisit unà cum ipsa civitate *de tuenda Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Ambrosius Catharinus in Præfatione ad Capit. Generale Ordinis prædicti, Christophorus de Vega palest. 3. cert. 20. folio 136. Item, omnes Conventus Germaniæ, id est, qui intra Alpes degunt, *celebrant Conceptionis Virginis MARIÆ festum*, ut referunt idem Catharinus & Eusebius Nieremb. capite 23. folio 25. Exception. Item, habet sub sua protectione Congregationem Sanctissimi Nominis Dei & Montis Pauperum in S. Severo Maiore Civitatis Neapolitanæ, fundatã à R. P. Fr. Paulino Bernardino de Luca ejusdem Religionis. Et hujus Congregationis seu Confraternitatis institutum, & consuetudo est recitare *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, prout habetur in libro ejusdem Congregationis impresso in 12. absque anno & loco impressionis, à fol. 45. usque 134. Missalia, Breviaria ac Martyrologia antiqua hujus sacræ Religionis adducunt *festivitatem sub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ* usque ad tempora Hieronymi Xaviere, ut videre est in Missali impresso Hispali 1530. Breviario Parisijs 1550. Martyrologio & Kalendario Salmanticæ 1582. ut refert Vega palest. 3. cert 7. num. 279. folio 81. Item, celebravit *Festum Immaculatæ Conceptionis* in civitate Segoviensi anno 1613. feria 6. die 13. Septembris. Ita refert Simon Diaz discur. 2. folio 9. & Hieronymus de Ayala, folio 16. In Gallia celebravit *Festum Immaculatæ Conceptionis*, & depositâ opinione affirmativâ secuta est sententiam magis piam de immunitate Virginis à peccato originali, de quo latè Henricus Spondanus tomo 2. ad annum 1387. num. 7. Item, edidit decretum in Capitulo Generali Valentiæ celebrato an. 1647. §. Confirmationes, num. 3. tenoris sequentis: Confirmamus ordinationem sextam Capituli Generalissimi Romæ anno 1644. Verùm ulteriùs considerantes aliquas quæstiones singulares, ob materiæ dignitatem, obscuritatem, & periculum promptiùs errandi in illis, quales inter alias sunt quæstiones *de Conceptione Beatæ Virginis*, & de præscientia futurorum, prædestinatione electorum, efficacia divinæ motionis, & universaliter de auxilijs divinæ gratiæ, indigere maturiori examine, ordinamus & omnino præcipimus in virtute Spiritûs Sancti & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, hac una pro trina canonica monitione præmissa, & privationis omnium graduum ipso facto incurrenda, ne aliquis aliquid imprimere audeat spectans ad quæstiones prædictas, nisi priùs Romam ad Reverendissimum Patrem Generalem, vel Vicarium Generalem, seu qualitercumque vices Generalis ibi tenentem mittat vel totum librum, si in eo per totum agatur de aliqua vel aliquibus illis quæstionibus; vel si totus liber non est de illis materijs, quaternos illos, in quibus specialiter de eisdem quæstionibus tractat; prohibentes, ne omnino vel minimum quid spectans ad quæstiones illas edat, quod (ut supra) priùs non miserit Romam, & ibi non fuerit approbatum.

Franciscana Religio Sancti Patris nostri Francisci, seu Minorum Seraphicus Ordo, à trecentis sexaginta & ampliùs annis, omni conatu, industria, devotione, ac Christiana pietate, laborat, contendit, ac docet tanquam hujus mysterij, vexillifera & antesignana, *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem, ac ejus præservationem à peccato originali in primo suæ animationis instanti* tuetur: ita, ut defensio præservationis, scilicet à peccato originali, ac Immaculatæ Conceptionis Virginis, vocata sit vulgò opinio Fratrum Minorum. Vide Ioannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 2. folio 365. Sebastianum Novaes folio 302. Abbat. Panorm. in cap. Conquæstus de Ferijs, Abulen. in Paradox. 1. cap. 21. Armament. col. 546. Ormachea tomo 1. Proleg. 3. fol. 154. num. 180. Item, Ioannes Duns Scotus, quem nostra Seraphica Familia sequitur ac defendit, *piam Sententiam de Immaculata Virginis Conceptione* si non primus invenit, primus renovavit, ac in pluribus Academiis redemptione præservativam docuit, præcipuè in Oxomensi, Parisiensi & Colonensi, in Disputationibus pro hoc mysterio: ita ut nullus alius vel ante ipsum, vel post ipsum tantam auctoritatem, nomen ac honorem propter hanc doctrinam comparaverit. Lege Ferdinandum de Salazar in suo Defensorio cap. 42. sæculo 14. Ioannem Antonium Velazquez ubi supra; Armament. col. 545. Item, Seraphicus P. N. Franciscus hujus Religionis Minorum Fundator ac Patriarcha docuit in suis Opusculis *Virginis MARIÆ* præservationem à peccato, dicens: Ave Domina Sancta, Regina Sanctissima Dei Genitrix MARIA, quæ es perpetua Virgo *electa à sanctissimo Patre è cælo*, quam consecravit cum sanctissimo Filio & dilecto, ac Spiritu sancto Paracleto, in quo est & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum, 1. tomo Opuscul. fol. 105. Et quòd in istis verbis intendat Seraphicus Pater præservationem Virginis à peccato originali, probat Wadding. quem lege ibi. Item, alma Religio Sanctimonialium fundata in civitate Toletanâ in Regno Hispaniarum à pia D. Beatrice de Silva *sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, est sub cura, regimine, obedientia ac patrocinio Fratrum Minorum, ex concessione Julij Papæ II. & aliorum Summorum Pontif. Vide Armament. col. 549. Velazquez ubi supra. Item, in magna illa controversia tempore Sixti IV. Pontificis Maximi, Generalis hujus Religionis R. P. F. Franciscus de Brixia, Sampson cognominatus, *pro opinione de Immaculata Virginis Conceptione* totis viribus laboravit, piam sententiã rationibus corroborando, argumentaque contraria dissolvendo. Vide Velazquez ubi supra, & verb. Frãciscus de Brixia, Armam. col. 546. Idem Sixtus IV. qui tot Bullis, miris favoribus, & gratiis *Immaculatam Conceptionem Deiparæ Virginis fovit*, & toti terrarum orbi venerandam & colendam proposuit, hujus Franciscanę Familiæ alumnus extitit. Vide Velazquez, fol. 266. & Sixtũ IV. & omnes scriptores. Itẽ, pro definitione hujus mysterij à Catholico Hispaniarum Rege Philippo III. ad Romanum Pontificem fuerunt duo Legati diversis temporibus ex Seraphica Familia missi, alter Illustrissimus P. Franciscus de Sosa, quondam nostri Ordinis Generalis Minister & Oxomensis Episcopus; alter fuit Reverendiss. Pater F. Antonius de Trexo, ex Generalatûs muniere ad Pontific. Carthaginensium evectus, cum R. P. Luc. Waddingo etiam ejusdem instituti & nostri Ordinis Chronographo;

graphio ; quæ verò & quanta laboraverint *pro immunitate Virginis MARIÆ tuenda*, ex decretis Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. constat. Lege Armament. colum. 553. Wadding. in libro de hac re confecto, sect. 4. Velazquez, fol. 366. Hujus Sacræ Religionis Filius Bernardinus de Bustis composuit illud *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione officium*, quod à Sixto IV. Pontifice Maximo speciali diplomate fuit approbatum. Vide Bernar. de Bustis & Armament. col. 547. Item, tota Seraphica Religio ex præscripto Ordinis in honorem *Immaculatæ Conceptionis eiusdem sanctissimæ Virginis* decantat solemniter singulis diebus post Horas Vespertinas & Completorium, Antiphonas & Orationem de Immaculata Conceptione, ac in Sabbatis recitat officium Immaculatæ Conceptionis cum Missa. Vide Armam. & Velaz. fol. 336. & 556. Cismontana Familia cum omnibus Provincijs ad ipsam spectantibus in Congregatione Generali Segoviæ celebrata anno 1621. fecit votum tenendi, docendi & defendendi *Deiparæ immunitatem à peccato originali*. Extat votum in Armament. Regest. col. 554. & 556. Velazquez, folio 367. In Comitijs Generalibus Toletanis in Cœnobio S. Ioannis Regum habitis an. 1645. tota Religio Minorum *in singularem elegit patronam Beatam Virginem Dei Genitricem MARIAM, quatenus in ipsa Conceptione ab originali culpa fuit immunis ac libera*. Vide Armament. col. 556. Velazquez, fol. 166. Ex hac Religione ortum habuit ad ann. 1616. illud pro hac materia Conceptionis summũ Virginis MARIÆ elogium, scilicet: *Quòd non solum fuerit libera à peccato originali de facto, sed etiam à debito proximo illud contrahendi*, quæ sententia nunc ferè cõmunis est, & recepta in omnibus scholis. Vide Joan. Antonium Velazquez libro 3. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 3. num. 7. folio 292. & fol. 290. num. 2. Salazarium cap. 10. num. 7. & Granados, qui rem latè narrant.

Hieronymiana Religio, seu Ordo Sancti Hieronymi communiter dictus, semper fuit affectus *piæ sententiæ de Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Hieronymus de Ormachea in Cantica Canticorum, Prolegomen. 3. fol. 154. num. 178 Armament. in Reg. col. 541. Velazquez fol. 364. Missale ejusdem Ord. habet Missã *in Conceptione B. V. MARIÆ*, fol. 159. Incipit Introitus: Sanctificavit hodie tabernaculum suum Altissimus. Impress. Cæsaraugustæ ann. 1548. Ordenado segun el rito y ceremonias de nuestro Padre S. Jeronimo: *de la Concepcion de nuestra Señora* se haga doble mayor, titulo 2. §. 9. Impress. Salmanticæ 1582. in 4. Item, Pius V. an. 1567. concessit omnibus Monasterijs hujus Ordinis, quòd tempore cujuscumque tam generalis, quàm specialis Interdicti, Officium divinum & Missa tam per Religiosos, quàm Religiosas alta voce & januis apertis *in die Conceptionis Beatæ Virginis*, publicè dici, celebrari, & cantari possit. Ita Frater Garcia à Toledo in Compendio privilegiorum hujus Ordinis excuso Matriti anno 1503. Armament. in Reg. col. 742. Pistoia folio 189. Item, Pius IV. favores *in honorem Conceptionis* à prædecessoribus concessos Hieronymianę Familiæ auxit & ampliavit. Ita Christophorus de Vega in Theologia Mariana Palest. 3. cert. 9. numero 310.

Matris Dei Religio, seu Clericorum Congregatio tota est dedita huic mysterio *Immaculatæ Conceptionis*; cujus unicus testis sit R. P. Hippolytus Marracius amicus noster, qui tot pro ipso edidit libros; imo passus est adversa, quæ constantissimè sustinuit & sustinebit.

Mercedis Religio, sive Ordo B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, fundata fuit ex revelatione divina in memoriam *Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*; ideoque vestes laneas & albas semper & ubique portat. De quo vide Armament. in Reg. col. 541. Joannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 9. adnot. 1. num. 11. fol. 364. Item, Provincia Aragoniæ, quæ est primaria hujus sacræ Religionis, habet pro sigillo *imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita P. Torres fol. 522. Armament. in Reg. col. 542. Velazquez, ut supra. Item, ad finem Orationis mentalis singulis diebus piè recitat Commemorationem *de Immaculata V. Conceptione*, dicendo Antiphonam: Conceptio tua, &c. & Orationem: Deus, qui Immaculatam V. MARIAM, ut digna Filij tui Mater existeret, ab omni *labe peccati* in Conceptione sua præservasti, &c. Item, in Constitutionibus Ordinis, habetur dist. 1. cap. 10. quòd Fratres istius Religionis portent vestes laneas & omnino albas *propter cultum & memoriam Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*. Vide Auctores supra relatos. Item, in Diurnali hujus Religionis ponitur *festum Immaculatæ Conceptionis* cum officio singulari, quod integrum alibi damus. Extat impress. 1511. in 12. folio 74. Item, in Missali antiquo hujus Religionis folio 138. habetur *Missa in festo Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui *Immaculatam Virginem MARIAM, ut digna Filij tui Mater existeret, ab omni labe peccati in Conceptione sua præservasti*, &c. Alia ut in officio Nogarolis. Item, in Sequentia pro Annuntiatione Virginis MARIÆ vocatur Deipara *Rosa sine spina*. Et in Sequentia de Assumptione: Ab æterno vas prævisum, vas insigne, vas excisum manu sapientiæ. Salve Verbi sacra Parens, flos de spina *spinâ carens*, flos spineti gloria. Itẽ, in alia Sequentia ad Virginem MARIAM: Ave Virgo singularis, quæ per rubum designaris non passum incendia, &c.

Minimorum Religio, seu Sancti Francisci de Paula, ab exordio fundationis solemni ritu celebravit *festum Immaculatæ Conceptionis*. Ita P. Torres, folio 533. Armament. in Reg. col. 540. Velazquez, fol. 365. Item, in Capitulo Generali multis abhinc annis Valentiæ celebrato publicè defensa fuit *Beatissimæ Virginis immunitas non solum à peccato originali, sed etiam à debito proximo illud contrahendi*. Sic P. Breton in sermone quodam de Conceptione, apud eundem Torres. Vide Auctores supra citatos. Item, in civitate Valentiæ ad an. 1541. die 23. Maij fecit hanc Constitutionem: *Si festum Conceptionis Virginis* cadat in unam quatuor Dominicarum Adventûs, propter Rubricarum varietates & Provinciarum consuetudines, ad evitanda quædam, quæ evenire possent, visum fuit Patribus, quòd Fratres semper conformare se debeant cum Provincijs & Patrijs in quibus demorantur, sicut habetur defestis Annuntiationis, &c. folio 63. à tergo. Lib. impress. Venetijs 1596. in 4.

Præmonstratensis Religio, seu sancti Norberti, instituta ac fundata fuit, præcipiente Beatissima Virgine MARIA, *in honorem purissimæ Conceptionis*: & sub hac tutela Calixtus Papa II. confirmavit Religionem, atque ei albas vestes assignavit absque

absque alterius coloris mixtura. Ita Bernardus de Leon in præfatione ad Lectorem tom. 1. Opuscul. Philippus Bernal. Tract. de Concept. discurs. 3. fol. 36. Armament. col. 475. Velazquez fol. 363. Item, à prima sui institutione *festum Beatæ MARIÆ Virginis sub titulo puræ & mundæ Conceptionis celebravit*; ut constat ex ipsius Missalibus, Breviarijs, ac Ritualibus. Vide Auctores supra citatos, & nostrum Chorum Castrorum. Item, hujus Religionis privilegia à Ludovico XI. & Carolo VIII. Francorum Regibus *sub titulo purissimæ Conceptionis* fuerunt approbata. Vide Auctores supra citatos, Ludovicum XI. ac supra Carolum VIII. Item, hæc Religio habet plures Ecclesias ac Monasteria sub titulo *purissimæ Conceptionis*; ut est Basilica in Episcopatu Oxomensi, &c. Vide Armament. in Reg. col. 476. Item, Generalis Minister istius sacræ Religionis (dictus Adamus) cum toto suo Capitulo litteras expedivit, ut in Conventu Osteroicensi in Bavaria *festum purissimæ Conceptionis celebraretur*. Ita Christophorus Godolevus tomo 3. de Metropoli Salisburgensi, Paulus de Zamora in approbatione lib. Philippi Bernal. Armament. col. 477. Item, ex Constitutione hujus sacræ Religionis habetur, quòd Fratres debeant jejunare in Vigilia Assumptionis, Nativitatis, *Conceptionis*, Purificationis Beatissimæ Virginis MARIÆ. Sic extat in Statutis dist. 1. cap. 10. Lib. impress. Parisijs anno 1632. Et in Statutis vetustissimis editis anno 1322. sic legitur: *De Conceptione ejusdem Virginis* per omnes Ecclesias nostri Ordinis fiat Duplex festum, & in Officio tam diurno quàm nocturno fiat per omnia sicut de ejusdem Nativitate, mutatis nominibus. Ita Adrianus Moerbetius in Introductione de Conceptione, fol. 131. tomo 2. Et infra, inquit: Perseverat apud Præmonstratenses traditio, quòd ipsa Dei Genitrix MARIA S.P.N. Norberto apparens, hujus mysterij cultum & venerationem solicitè commendarit, immò vestem ei candidam attulerit, quâ ipse & sub eo militaturi Fratres uterentur, *in testimonium originalis Beatæ MARIÆ innocentiæ, ut & vita, verbo & habitu ejus Conceptionem sine macula fuisse profiterentur*, &c. Moerbetius tom. 2. fol. 132. Wadding. orat. 10. Augustinus Wikmans ad diem 8. Decemb. Vide etiam D. Virginem Candidam R. P. Gerardi van Herdegon, impress. Bruxellis 1650.

Servitarum sive Servorum Beatæ Virginis MARIÆ sacra Religio, piam opinionem seu veram & certam sententiam *de MARIA Immaculatè concepta* semper & ubique amplexata est, ut refert Ægidius de Præsent. lib. 3. de Præservatione Virginis, quæst. 6. art. 4. §. 3. numero 10. Item, inter Indulgentias concessas Fratribus istius Religionis numerantur istæ festivitates, scilicet *Conceptionis*, Nativitatis, Purificationis, Annùtiationis, Visitationis ac Assumptionis, in quibus habent indulgentiam plenariam, & remissionem ab omnibus peccatis. Ita Franciscus Felix de Canales, super Psalmum 115. in principio. Item, visitantibus Ecclesias prædicti Ordinis in festivitatibus Dominæ nostræ, videlicet Assumptionis, Nativitatis, *Conceptionis*, Visitationis, Præsentationis, Purificationis & Annuntiationis, à primis Vesperis usque ad occasum solis, concessit Sixtus IV. indulgentiam plenariam, Honorius VIII. fortè IV. quadraginta annos, Nicolaus V. octoginta, & octuaginta quadragenas. Leo X. septem an. & duodecim quadragenas. Bonifacius VIII. quadraginta an. Innocentius IV. mille annos. Innocentius VIII. tres ann. & centum quadragenas; Gregorius IX. octingentos annos & octuaginta quadragenas Indulgentiarũ. Ita Franciscus Felix de Canales, in libro dicto: Israël liberata, & explicatio litteralis Psalm. 115. in principio. Item, qualem & quantam devotionem hæc sacra Beatæ MARIÆ Virginis Religio habeat ad ipsius *Immaculatam Conceptionem*, ex parte secunda Annalium ipsius desumenda est: Cessuriâ enim ertiâ, libro 1. cap. 12. num. 6. ad annum Christi 1444. & 1445. hæc habent: Cũque eisdem illis diebus Decretum Basileensis Concilij *de festo Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* solemni ritu quotannis celebrando, passim & ubique plausibili Reipublicæ Christianæ consensione divulgaretur, brevique ab omnibus pia religione coleretur, Ordo Servorũ ut præ cæteris hujusmodi honores Sospitatrici & Patronæ suæ Deiparæ Matri promptiori animo exhiberet, annuas quasdam pro eo die Rogationes per Urbes publicè instituit, quarum adhuc consuetudo nonnullis in locis viget, utpote Senis & Perusij, ubi ex Senatùs consensu & Eugenij indulto publicę preces & antiqua vota servantur, &c. Prædicti Patres Servitæ recitant *Officium de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* duplex secundæ classis, cum octavas; & in primo die dicunt omnia ut in Breviario Romano; pro alijs autem diebus infra octavam habent officium proprium, ut videre est in prædictorũ officio proprio imp. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1629. Ibi etiam dicitur quòd sit approbatum à Sede Apostolica. Item, extat Breviarium huius, vel veriùs Congregat. Cassinensis, in officio Beatæ MARIÆ Virginis (quod in prædicta Religione seu Congregatione recitatur, & fuit impressum Venetijs anno 1601. folio 143.) sequentes habens Commemorationes de Conceptione Virginis MARIÆ: Salutatio ad Virginem MARIAM de septem ejus festis præcipuis:

Ave cujus Conceptio
Solemni plena gaudio
Cœlestia, terrestria
Novâ replet lætitiâ.
Ave cujus Nativitas
Nostra fuit solemnitas,
Ut lucifer lux oriens
Verum solem præveniens.
Ave clemens Virgo pia,
Virgo dulcis ô MARIA!
Cujus est Præsentatio
Nostra Deo dicatio.
Ave pia humilitas,
Sine viro fœcunditas,
Cujus Annuntiatio
Nostra fuit redemptio.
Ave præclara Domina,
Inter omnes humillima,
Cujus est Visitatio
Nostra humiliatio.
Ave vera Virginitas,
Immaculata castitas,
Cujus Purificatio
Nostra fuit purgatio.
Ave præclara omnibus
Angelicis virtutibus,
Cujus sint Assumptio
Nostra glorificatio.

Oratio: Deus qui nos *Conceptionis*, Nativitatis, Præsentationis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis & Assumptionis Beatæ MARIÆ semper Vir-

Virginis gaudia recolendo lætificas; concede nobis sic ejus laudibus dignè insistere, & eam venerari & amare in terris, ut eam in omni necessitate & angustia, præcipuè in hora mortis assistentem & auxiliatricem sentiamus, & tecum post mortem per ipsam & cum ipsa gaudere mereamur in cœlis. Amen. Deinde in Litanijs Lauretanis ponuntur deprecationes, sicut in Litanijs magnis Ecclesiæ: Salve consolatrix vivorum & mortuorum, ora pro nobis; ut propitius sit nobis Deus, intercede pro nobis Virgo gloriosa. *Per salutarem Conceptionem tuam*, libera nos Virgo gloriosa. Per jucundam Nativitatem tuam, libera &c. Et in eodem officio in Appendice, seu Thesauro cœlesti stationum Urbis fol. 197. de Indulgentijs quotidianis dicitur, quòd Innocentius Papa VIII. concessit omnibus Patribus prædictæ Congregationis omnes & singulas Indulgentias Ecclesiarum omnium Urbis tam intra, quàm extra & propè: ac per consequens fruuntur Indulgentijs concessis *pro festivitate Conceptionis* prædictæ Urbis, de quibus aliàs, &c.

Societas Jesu, Religio à Sancto Ignatio de Loyola Hispano fundata, inter alias causas præcipuè divino Numine fuit erecta atque fundata in Ecclesia Dei his novissimis temporibus, ut docendo, exhortando, scribendo, prædicando ac in privatis colloquijs consulendo, omnibus modis atque rationibus tueretur *immunitatem Virginis Dei Matris MARIÆ à peccato originali, necnon ejus præservationem.* Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 3. fol. 368. Imaginem 1. sæculi lib. 1. capite 5. Eusebium Nieremberg. in vita P. Alphonsi Roderici §. 13. pag. 650. Joannem Burghesium, lib. de Patrocinio Virginis, cap. 10. Armament. in Regest. fol. 543. Item, ejus Fundator ac Patriarcha Sanctus P. Ignatius cum decem Societatis suæ viris primis, in Academia Parisiensi jurejurando, ac voto se adstrinxit propugnationi, ac defensioni *immunitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Velazquez ubi supra, Novaes fol. 338. & verb. Ignatius. Item, quinta Congregatio Generalis hujus Religionis speciali decreto seu constitutione sanxivit, ut *de Conceptione Beatæ MARIÆ* sequantur Patres sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est. Hanc constitutionem alibi damus integram. Vide Velazquez, fol. 369. & Armament. in Reg. col. 543. & Auctores ibi citatos. Item, hujus sacræ Religionis inter alias Christiani orbis singulare, atque laude & observatione dignissimum est, quòd nemo hucusque inventus sit in ea, *qui contra piam opinionem de Immaculata Conceptione Virginis* senserit, docuerit, prædicaverit, vel minimum locutus sit verbum, sine ullius unquam dissensu, sed potiùs unanimi consensu. Nullus est, nec fuit Societatis filius, Scriptor, Theologus, Scholasticus, Moralis, vel mysticus sacræ Scripturæ Interpres, Concionator, Magister spiritualis in privatis colloquijs, Historicus, vel quocumque modo linguâ docens vel calamo scribens, qui opinionem piam de Maria Immaculatè concepta pro viribus non sustinuerit & defenderit. Sic notavimus in Regest. Armament. col. 543. Vide Velazquez, fol. 372. Novaes, fol. 328. Item, in Compendio privilegiorum sic habetur: Nostri, qui dicunt Missam *Conceptionis Beatæ Virginis*, vel audiunt illam, ac intendunt orare pro Leone X. qui id concessit, & pro universali Ecclesia, Indulgentiam plenariam consequuntur. Extant hæc verba in lib. impress. Romæ 1586. titulo de Indulgentijs §. 14. fol. 49. Item, in Concilio Tridentino Patres ejusdem Societatis Didacus Laynez & Alphonsus Salmeron multùm laborarunt, ut ab illo generali decreto: Omnes in Adam peccaverunt, *Virginis Dei Matris MARIÆ Immaculatus Conceptus eximeretur*. Velazquez, fol. 369. Item, in primis Disputationibus Theologicis, quas publicè sacra hæc Societatis Religio in Collegio Romano, ipsomet Sancto Ignatio præsente, fovente, ac favente habuit, principalis assertio extitit, *MARIAM Dei Matrem ab originaria labe fuisse immunem.* Ita liber intitulatus: Imago primi sæculi Societatis Jesu; Velazquez, lib. 4. de Maria Immacul. concepta, fol. 369. Decretum Congregationis Generalis quintæ Societatis Jesu, num. 41. Sequantur nostri Doctores in Scholastica Theologia doctrinam Sancti Thomæ, neque deinceps ad Cathedras Theologicas promoveantur, nisi qui S. Thomæ bene affecti fuerint. Qui verò ejusdem Auctoris parum studiosi, vel etiam ab eo alieni sunt, à docendi munere repellantur. *De Conceptione autem Beatæ MARIÆ* ac solemnitate votorum, sequantur sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est. Extat fol. 384. Lib. impress. Romæ 1616. in 8.

Tertius Ordo de Pœnitentia Sancti Patris nostri Francisci publicè fecit Granatæ votum, seu juramentum tuendi & defensandi *mysterium Conceptionis*, sub hac forma: Yo N. juro quanto es licito, y se me concede por la Sede Apostolica de defender, amparar y enseñar en publico, y en secreto, *que la Virgen MARIA nuestra señora prevenida de la gracia del Spiritu santo fue concebida libre de la mancha de la culpa original.* Lo qual juro, y prometo asi Dios me ayude, y estos santos Evangelios. Et qual dicho juramento queremos, que hagan todos los que huvieren de profesar nuestra Regla y lo firmen de sus nombres &c. Fecho en Granada hoy Martes 28. de Iunio de 1650. Extat impress. Granatæ 1651. in 4. folio 183. Hic adiungo prætermissam superius Tabulam Capituli generalis Romæ celebrati die 1. Maij anno Domini 1605. folio 43. *de Statu celeberrimæ sententiæ de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione* Caput unum. Lib. impress. Romæ 1626.

Trinitatis Sanctissimæ Religio ab exordio suæ fundationis celebravit *festum Conceptionis Beatæ Virginis sub titulo Immaculatæ, & præservationis* cum octava. Dequo latè Reynosus in lib. inscripto: Probatio Conceptionis; impress. Toleti anno 1616. à fol. 2. atque nos in Regesto Armament. col. 540. Item, in hac Religione fundata fuit Confraternitas Mancipiorum sive Congregationis de Ave Maria per venerabilem atque devotum P. Fratrem Simonem de Rojas inclytæ Reginæ Hispaniarum Elisabethæ Confessarium; quæ Congregatio addictissima fuit *mysterio Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est in ipsius Statutis const. 26. folio 31. sic dicentibus Hispanicè. Que traigan todos los Congregantes Rosarios blancos ensartados en cordones azules; pues con estos dos colores, se representa *la pureza virginal, y purissima Concepcion de nuestra señora.* Devocion que en estos tiempos à puesto Dios en los corazones de todos los fieles, paraque se enciendan en devocion dela dulcissima Maria

Reyna

Reyna de los Angeles, Madre de Dios y Señora nueſtra &c. Ex lib. impreſſ. Salmanticæ 1626. Item, eadem ſacra Religio ter in die *Commemorationem Immaculatæ Virginis Conceptionis* agit, poſt Matutinum & Completorium cum Antiphona : Conceptio tua ; & poſt Meridiem cum alia : Gaude Dei Genitrix. Vide Armament. col. 541. Item, Robertus Gaguinus hujus præclaræ Religionis Generalis Miniſter, fuit qui contra Vincentium Bandellum de Caſtro-Novo *pro Immaculata Virginis Conceptione* verſu & proſa pugnavit. Vide verb. Robertus Gaguinus. Item, eſt etiam obſervanda antiqua hujus ſacræ Religionis conſuetudo ſolvendi jejunium *in die Conceptionis*, quamvis in Adventu celebretur, ut ſolvunt fideles in die Nativitatis Domini cùm celebratur feria ſexta : quod in ſignum ſolemnitatis, & à multo tempore celeberrimæ, argumentum eſt, ut dicimus in Reg. noſtri Armament. Seraph. col. 541.

REMIGIUS Florentinus, Poëta, Theologus & Hiſtoricus Italus, in Cantione ad Beatam Virginem Cælorum Imperatricem, ſic cecinit:

Vergine pura cui l' eterna è ſantta
Prima cagion da cui depende il tutto
Hebbe del eſſer mio principio è forma;
Onde l' arbore nazque, el ſeme, el fruto
Contrario à quel della damnata pianta,
Che conduſe à morir la humana torma,

in libro dicto: Il tiempio d'll' Imperatrice de ieli &c. à folio 30. Impreſſ. Venetijs 1613. in 12.

REMIGIUS Florentinus, Ordinis Prædicatorum Italus, *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* Conc. ſeu Lectionem, in lib. à ſe converſo Italicè de lectione Evangeliorum & Epiſtolarum per totum annum. Impreſſ. Venetijs 1623. in. 4.

REMIGIUS Rufus Candidus Gallus, edi curavit Decachordum Chriſtianum Marci Viguerij Ordinis Minorum ac S. R. E. Cardinalis, in quo chord. 3. cap. 7. fol. 80. *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* myſterium tuetur. Lib. impreſſ. Pariſijs 1517. in 8.

RENATUS Benedictus Angevin, Doctor Pariſien. in libro: La vie de Jesus Christ, &c. in tabula feſtorum totius anni, *feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ* commemorat. Item, folio 5. cap. 2. *Quòd B. Virgo ex ſpeciali privilegio è ventre materno fuit præſervata à peccato originali*, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1582. in folio.

RENATUS à Caſtaneo, recognovit Opera S. Anſelmi Cantuarienſis ſuper Epiſtolas Pauli, in quibus eſt celebris illa ſententia *præſervans Virginem à peccato originali*. Vide Epiſt. 3. ad Corinthios, cap. 5. impreſſionis anni 1534. in fol.

RENHARDUS Lutz Chriſtopolitanus, in Homilijs ſupra Evangelia totius anni, Homiliâ in feſto Aſſumptionis divæ Virginis ac Genitricis Jesu, inquit: Fuiſſe autem divam Virginem corpore defunctam credere fas eſt, quandoquidem omnibus hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, dicente Apoſtolo: *etſi de prærogativa, & immunitate à peccato originali* varia diſputentur. Doctus Auguſtinum exactiùs conſulet. Et ad marginem habet: De Geneſi ad litteram, & Irenæum libro 10. cap. 18. libro 3. cap. 21. Extant hæc folio 365. col. 2. Lib. impreſſ. Baſileæ 1557. in folio.

Item, Homiliâ in feſto Annuntiationis, fol. 218. de Beatæ Virginis puritate, ſic inquit: *Ergo MARIA templum Domini eſt inviolatum.* Item, infra: Gratiâ plena dicitur, inquit Ambroſius, *quæ ſola gratiam, quam nulla alia meruerat conſecuta eſt, ut gratiæ repleretur Auctore.* Perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet: Maria ecce per te mutabitur natura protoplaſtorum, culpa delebitur, maledictio in benedictionem convertetur. Et parum infra: Benedicta tu; quia Eva univerſalis mali initium ex ſeipſa & afflatu maligni, & proinde maledicta fuit; *ſic tu MARIA ex Dei dono totius boni gratiæ initium eris.* Mater generis humani pretium intulit mundo; tu verò ſalutem afferes illi, & proinde es benedicta.

Item, in Methodo Religionis Chriſtianæ, ætate 3. fol. 502. inquit: Verè gratiâ plena, quando *tota ſimul ſe infudit in eam plenitudo gratiæ*, quâ etiam totius gratiæ Auctorem paritura erat, &c.

REVARDUS Magiſter & Decanus Lovanienſis, approbavit Sermonem Magiſtri Hiſtoriarum Petri Comeſtoris *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre eſt in ipſo libro impreſſ. Antuerpiæ 1536. in 8. parvo.

RICHARDUS Anglus, qui claruit ad annum Incarnationis 1240. edidit Tractatum ſeu Librum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Marraccius in ſuo Catalogo manuſcrip. pag. 2. & in Bibliotheca folio 326. Ex anno videtur hic eſſe diverſus à Richardo de Mediavilla etiam Anglo, de quo Pitſeus, Leon & alij.

RICHARDUS Gibbonus, Societatis Jesu Anglus, in Catalogo de præcipuis Beatiſſimæ Deiparæ feſtis, 1. elenchum adducit *in feſto Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ.* Extat impreſſ. cum Opere ſeu Mariali Richardi à Sancto Laurentio ad finem, Duaci an. 1625. in 4. ibiq; refert 22. Doctores.

RICHARDUS à Sancto Laurentio, Ordinis Ciſtercienſis, in libro ſuo celebri de Laudibus V. lib. 1. pag. 3. inquit: Maria eſt mare propter gratiarum plenitudinem. Unde dicta eſt gratiâ plena: in mari enim nec fundus nec menſura eſt; *nec MARIA accepit gratiam ad menſuram aliorum*, &c. Si ſoli accepiſſet gratiam ſanctificationis, hæc menſura in alijs fuit, ſcilicet Joanne & Ieremia. Sola igitur præſervationis gratia non habet menſuram in alijs, quia hanc gratiam nullus accepit niſi Maria.

Item, libro 5. ad illud: Tota pulchra es amica mea, &c. Tota enim pulchra eſt anima, cui nihil ineſt ſpiritualis turpitudinis, id eſt vitij & peccati. Talis verè fuit glorioſa Virgo, quæ nec primam ſimilem habuit, nec habitura eſt in utroque. Propterea primum dicitur de ea Sapientiæ 7. Sincera eſt, & ideo nihil inquinatũ in illam incurrit. De ſecundo dicitur de ipſa Eccleſiaſt. 24. In me omnis gratia viæ & veritatis. Et benè dicit: Omnis gratia; *nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum*, &c. Si nulla in Maria ſpiritualis turpitudo neque peccatum; igitur neque originale : & ſi habuit omnem gratiam viæ; ergo & juſtitiam originalem, quæ fuit gratia viæ, ſcilicet viatoris Adami & Evæ.

Item, lib. 10. explicans quomodò Maria ſit locus ſanctificationis noſtræ, inquit : Qui ipſam ad hoc mundam fecit & ſanctificavit Chriſtus, ut poſſet mundare & ſanctificare nos, &c.

Item, lib. 1. de Laudibus Virginis adducit auctoritatem illam Sancti Fulgentij: Salutationem cœleſtem illi exhibuit. Cùm dixit: Gratiâ plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam reſtitutam. Et infra: Quomodò enim, cùm tota gratiæ plenitudo deſcendiſſet in eam, vacuum aliquid reliquiſſet in ea?

sic etenim usquequaque impleta est gratiâ, *ut nihil in ea culpa obtineret*, nihil in ea culpæ relictum esset, &c. Si nihil culpa obtinuit in MARIA, igitur nec originale peccatum. Si usquequaque impleta est gratiâ, ergo à primò instanti suæ Conceptionis.

Item, libro 4. explicans illud Job 28. Non confertur lapidi Sardonycho pretiosissimo, inquit: Per quem potest significari Adam in statu innocentiæ, *qui etiam quando totus fuit innocens, non potest comparari MARIÆ comparatione adæquationis*, &c. Item, libro 12. inquit: Beatæ Virgini nulla defuit virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec scientia Prophetarum, nec zelus Apostolorum, *nec innocentia* aut humilitas Virginum, &c. Eva in paradiso fuit virgo & habuit innocentiam originalem; igitur MARIA hanc habuit. Item, explicans quomodò V. MARIA sit diadema, libro 3. inquit: Dicitur diadema, quasi duo demens, scilicet principium & finem, id est, *originale peccatum* (quod est principium omnis mali, & pœnam æternam, ad quam tendit omne peccatum mortale. Item, lib. 1. cap. 3. Sal in vase novo, Sapientia Dei in utero Virginali, quasi in corpore non subdito peccato. Item, libro 2. Credamus *quòd Immaculata, & sine peccato vitam duxit in mundo, præservata à Sapientia Dei*, quæ non intrat in malevolam animam, neque habitat in corpore subdito peccatis: ipsam enim velut pupillam oculi *semper ab omni nocivo Deus Trinitas conservavit*. Unde dicit de ea: Nocte & die servo eam, indignitas non est mihi. Item, libro 5. Damascus interpretatur sanguinè bibens, hoc est diabolus, qui semper sitit bibere sanguinem peccatorum. Contra ejus insidias opponitur nasus, id est, discretio Beatæ Virginis, quæ ipsius præsentit malitiam, & à longè prævidet quasi de speculo. Unde & turri comparatur, à qua de longè inimicorum videntur incursus, &c. MARIA igitur in sua Conceptione à longè prævidit, non de propè experta est incursus inimici. Item, libro 4. inquit ex Bernardo: Hæc est Civitas sancta, quæ prærogativâ meritorum omnem transcendit creaturam, ad evacuandam omnem potestatē inimici, quæ sola in omni generationis linea dicere potest post Filium: *Princeps hujus mundi in me non habet quidquam* Joann. 14. & Joel. 3. Erit Jerusalem sancta & alieni non transibunt per eam, &c. Per illam universalem: Omnem transcendit creaturam, nulla excipitur; igitur nec per illam: Omnem potestatem inimici evacuavit, etiam originalis; & si Princeps hujus mundi, vel diabolus, vel peccatum in MARIA non habuerunt quidquam; ergo nec aliquid. Item, lib. 8. loquens de Virgine MARIA: Hæc est petra super quam non est inventum vestigium colubri, &c. vel diaboli, vel serpentis paradisi, *vel peccati originalis*. Itē, libro 5. Ad hujus puritatis excellentiam, nullam alicujus Sancti pertingere scimus sanctitatem, nisi solius MARIÆ, quæ tantò divinitati erat vicinior, quantò Spiritus sancti muneribus ornatior, qui membra ejus veluti in quadam virginitate custodiebat, *ut nulli omnino subjaceret corruptioni*, &c. Nota hæc ultima verba, quæ non loquuntur de corruptione corporali, sed spirituali. Item, libro 12. Multò enim beatior fuit MARIA quàm Adam, & quidquid per Adam amisimus, nobis per MARIAM restitutum est cum multo fœnore gratiarum. Et libro 1. Congruè appellatur Christus fructus, quia sicut fructus bonus arborem, vel terram de qua nascitur commendabilem reddit, sic & Christus Virginem gloriosam, de qua tota benedicta totus est natus benedictus. Unde & ei dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quia fructus facit cognosci qualis sit terra, vel arbor unde oritur. Item, libro 2. Idcirco MARIÆ constituere debemus diem solemnem in condensis (sicut docet Psalmus 117.) ei dicentes: Hæc est dies, quam fecit Dominus; *& voluit custodire ad honorem Matris suæ diem Conceptionis*. Et libro 7. ad illa verba Job 38. vers. 12. inquit: Diluculum dicitur ortus MARIÆ, quia fuit diluculum diei gratiæ; quia usque ad ipsam duravit nox, quam prima mater in mundum introduxit. Item, lib. 1. inquit: Per hoc quod MARIÆ dictum est: Ave, id est, *sine omni væ, notatur immunitas ab omni peccato*. Unde ei dicitur Canticor. 4. *Tota pulchra es amica mea, ab originali peccato sanctificata in utero*, &c. Auctor iste (ut colligitur ex diversis eius libri locis) generationem ipsam parentum vocat conceptionem prolis, & concupiscentiam generationum peccatum originale geniti, in quo quamplures antiqui Scriptores conveniunt. Et eodem lib. 1. cap. 3. inquit: Bene gratiâ plena, quia quamlibet gratiam totam habens, & nihil de suo contrario. Hic liber est ter impress. bis absque Auctoris nomine, & ultimò, anno 1625. in 4.

RICHARDUS Linze, Societatis JESU Theologiæ Professor Salmanticæ, Præside P. Magistro Bernardino Rodriguez Ordinis Sancti Augustini, deinde Episcopo Guadicensi, die 13. Februarij 1639. defendit *Deiparam fuisse immunem à peccato originali*. Impress. Salmanticæ, eodem anno.

RICHARDUS de Mediavilla, Ordinis Minorum Anglus, in Tractatu seu libro super Ave MARIA, sic canit:

Ave gaudens in prosperis,
Lux distincta præ cæteris
A rebus obscuris;
A væ cordis & operis,
Originalis vulneris
In rigore juris.
Væ quod est ignominiæ,
Vel labes innocentiæ,
Te non maculavit.
Tecum primum principium,
Ne contraheres vitium,
Iustè dispensavit.
A te, Mater & filia
Regis qui potest omnia,
Peccatum fecerno.
Hæc est summa decentia,
Derogant contraria
Honori Materno.

Ita Joannes Vitalis Hispanus in suis Quæstionibus sive Defensorio, lib. 4. Ancil. 5. & extant in alio originali Alani.

Item, scripsit cùm jam esset senex *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum, ut referunt plutes, Wadding. de Scriptoribus Ordinis Minorum, fol. 306. Daza de Concep. cap. 6. fol. 47. Marracceius ad annum 1300. & in Biblioth. fol. 328. Quę autem fuerit ejus mens in 3. Sententiarum, dicam alibi.

RICHARDUS Mediolanensis, Ordinis Minorum, citatur *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis*

Virginis MARIÆ à R. P. Petro de Ojeda in Informat. cap. 15. fol. 62. à tergo.

RICHARDUS Pampilotanus, Eremita Saxo, in lib. Enarrationum super Job, fol. 92. ad illud verbum: Peccavi, sic inquit: Dic igitur, dic, & apud temetipsum dic: Peccavi. Et bene dico, peccavi, quia ut ait Salomon: Non est homo super terram, qui vivat & non peccet. Et Joannes Evangelista: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Refellitur ergo opinio quorumdam errantium, qui sustinere nituntur hominem in hac mortali vita posse vivere & non peccare. Sed hanc prærogativam numquam habuit creatura, *Beata Virgine excepta*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1536. in fol.

RICHARDUS de Pisis, Ordinis Minorum, ut colligitur ex principio, in libro dicto: Fasciculus morum, part. 3. cap. 18. plura adducit in commendationem *puritatis Virginis MARIÆ*. Extat manusc. in Biblioth. Universitatis Complutensis in 4. & incipit: Frater prædilecte.

RICHARDUS Radulphus Syrac, Ardinachanus vel Armachanus, Primas Hyberniæ, scripsit Sermonem *de Conceptione Virginis gloriosæ*, qui incipit: Ave MARIA, quem prædicavit coram venerabili cœtu Cardinalium in ipso die Conceptionis Virginis gloriosæ in Conventu Carmelitarum Avinionensium. Ita Joannes Paleonydorus in libro de Antiquitate & Sanctimonia Eremitarum Montis Carmeli, lib. 1. cap. 1. fol. 2. ad finem. Impress. Venetijs 1570. in 4. Et prædictus Paleonydorus citat & adducit aliqua verba ipsius sermonis pro immunitate Virginis, quæ ego adduco verb. Joannes Paleonydorus. De hoc sermone etiam refert verba Simon Cohelo in Compendio Chronicæ Ordinis Carmelitarum, lib. 1. cap. 14. Vide Cartagen. tom. 4. col. 419. Item, edidit Sermonem, qui incipit: Sapientia ædificavit sibi domum, &c. *pro eadem Virginis Immaculata Conceptione*. De quo mentionem facit Joannes de Turrecremata in Tractatu de Conceptione, part. 3. cap. 2. fol. 163. Casanæus in Paradiso Carmelitarum Præamb. 35. num. 5. Leon & Joannes Vitalis Ancil. 4.

Item, lib. 8. de Quæstionibus Armenorum, cap. 15. fol. 64. col. 3. ad illa verba D. Petri: Tradebat autem se iudicanti iniustè, inquit: Si enim quisque dixerit hæc dicta de adultis, non de parvulis; è contra poterit affirmari: quoniam pro tempore discretionis non potest intelligi, quia Jeremias & Joannes Baptista sanctificati erant ante eorum nativitatem, ut legimus, nec postea commiserant aliqua peccata ex ignorantia, quæ redemptionem per mortem Christi exigebant. *Et de Domina nostra tenendum est, quòd numquam peccatum commisit*, quod redemptionem per Passionem Filij exigeret; quoniam non decuisset, ut Mater summæ justitiæ tam turpiter deliquisset. Item, inferiùs: Non dubium, quin multi cujuscumque ætatis in ipsis gradibus ætatum sint mortui, antequam peccaverunt mortaliter. Falsum est ergo de adultis pro tempore discretionis, quòd Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum, &c. Sed huic sensui obviat illud, quod præcedit, pro causa: Omnes enim nos erravimus: unusquisque in viam suam declinavit. Et Psal. Dominus prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum: Omnes declinaverunt simul, inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non est usq; ad unum. Quòd aut nullus, aut unus solus excipitur (igitur omnes præter illum unum, scilicet Christum, declinaverunt & facti sunt inutiles) intelligendum est ab origine, quoniam non dubium, quin postmodum multi fuerunt utiles. Constat igitur, quòd omnes ab origine habent peccatum. Propter quod dicuntur errare & declinare, & esse inutiles. Propter quod Proverb. 20. dicitur: Quis potest dicere: Mundum cor meum & purus sum à peccato? volens innuere, nullum potuisse verè dicere. Si tamen peccatum nullum contrahatur in ortu, non dubium quin multi antequam peccarent, dicere possent utrumque, & quòd mundum est cor meum, & quòd purus sum à peccato; quoniam de immunditia a culpa videtur hoc dictum, &c. Lib. impress. & correct. per Joannem Sudoris Parisiis in folio.

Item, de hoc Auctore hæc ait Joannes Vitalis supra allegatus illius temporis Scriptor in suo Defensorio, libro 4. cap. 7. Quintus testis Dominus Richardus Syrac Armachanus Hyberniæ, qui primò adversarius existens 3. dist. 3. Archiepiscopus factus id retractavit publicè in Sermone, qui incipit: Sapientia ædificavit sibi domum, ostendens *in Conceptione Virginis nullam fuisse culpæ originalis ruinam*; quia nullus sapiens architectus in domo dilecta fundamentum jacit ruinosum, &c. Hæc Vitalis.

RICHARDUS Smithæus, Episc. Calcedonensis, in lib. Florum Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum lib. septem, &c. in Guilielmo primo Rege, fol. 242. sect. 4. de miraculis factis in Anglia sub Guilielmo I. inquit: Sub Guilielmo I. circa annum Domini 1070. contigit illud miraculum: Helsino Abbati naviganti in Daniam, & tempestate periclitanti visum apparuit, quo admonitus est ut curaret celebrari *Conceptionem B. Virginis*; quod cùm esset pollicitus, tempestas sedata est. Quod festum postea S. Anselmus Cantuariensis primùm celebravit, & celebrandum in sua Ecclesia constituit, ut refert Vincentius Barralis in Chronologio Sanctorum Lirmensium ex antiquis membranis Monasterii S. Pontii Nicensis, &c. Et ad marginem citat Harpesfeld, sect. 14. cap. 9. Lib. impress. Parisiis 1654. in folio magno.

RICHARDUS Stanihurtius Hibernus, in lib. Hebdomada Mariana ex Orthodoxis Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Patribus collecta. Meditationes piæ de Beatissima Virgine MARIA, &c. feria secunda, in memoriam *Conceptionis Sanctissimæ Virginis*, &c. à fol. 21. usque 27. Meditationem. Lib. impr. Antuerpiæ 1609. in 12. regali.

RICHARDUS Victorinus, seu à S. Victore, Canonicus Regularis Scotus, *de Conceptione Beatæ Virginis* Librum seu Sermonem unum, quem aliqui adscribunt Petro Trecensi seu Comestori: & sub illius nomine fuit impress. Antuerpiæ anno 1536. in 8. sed R. P. Franciscus Martini Carmelita illum adscribit Richardo Victorino ex quo quamplures adducit auctoritates.

RICOLDUS Florentinus, Ordinis Prædicatorum, in libro: Improbatio Alcorani, qui incipit: Quot sunt dies servi tui, &c. cap. 9. vocat Virginem MARIAM *purissimam*. Lib. impress. Hispali apud Stanislaum Polonum, anno 1520. in 4.

RITUALIA sunt varia, quæ reperiuntur cum festivitate Conceptionis. Græcorum (ut ipsi vocant) Theotocia, Antologium, Euchologium & Lucer-

narium passim vocant Virginem MARIAM omnino puram, à cunctis sordibus *Immaculatam ac Immaculatissimam super omnes*, omnem ignorantê maculam, ab omnibus nævis *intactam*, sine noxa, & in medio spinarum purissimum lilium, omnibus modis innocentem & Immaculatam, &c. Quæ epitheta cum originali macula stare non possunt. Vide Joannem Eusebium in Sacro-syll. §. 9.

Diurnale Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, habet *Officium Conceptionis Virginis MARIÆ* folio 353. Lib. impress. 1507. in 4.

Item, in libro dicto: Octavarium Romanum, cujus titulus est: In quo ponuntur Lectiones secundi & tertii Nocturni singulis diebus recitandæ infra octavas festorum, præsertim Patronorum locorum, & titularium Ecclesiarum, quæ juxta Rubricas Breviarii Romani celebrari debent, à Sacra Rituum Congregatione ad usum totius orbis Ecclesiarum approbatæ, additis in hac secunda editione tum Responsoriis, tum Lectionibus, quæ in prima ex eodem Breviario hinc inde quærebatur, &c. die 8. Decemb. Infra octavam *Conceptionis Beatæ MARIÆ, &c.* & adducit Lectiones pro tota octava, incipiendo à die secunda. Lib. impress. Neapoli 1628. in 8.

Item, Antheologium Græcorum novum ad Horas Canonicas nocturnas, die Sancti Demetrij Martyris 26. Octobris, sic habet: *Sine noxa* in medio spinarum reperiris velut purissimum lilium convallium ô Dei Mater, &c. Vide Joan. Eusseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 242.

Item, Catechismus Romanus ex decreto Sacrosancti Concilij Tridentini, jussu Pij V. Pontificis Maximi editus, in explicatione Symboli de 3. art. cap. 4. §. 9. Quòd Christus secundus Adam & MARIA altera Eva rectè dicitur, fol. 46. inquit: Solet interdum Apostolus Christum JESUM novissimum Adam appellare, eumque primo Adam conferre. Nam, ut in primo omnes homines moriuntur; ita in secundo omnes homines ad vitam revocâtur: atque, ut Adam quod ad naturalem conditionem pertinet, humani generis parens fuit; ita Christus gratiæ & gloriæ Auctor est. Ad eum modum nobis etiam licet Virginem Matrem cum Eva ita conferre, ut priori Evæ secunda Eva quæ est MARIA respondeat; quemadmodum secundum Adam, hoc est Christum, primo Adam respondere ostendimus. Eva enim, quia serpenti fidem habuit, maledictam & mortem in humanum genus invexit; & MARIA postquam Angelo credidit, Dei bonitate effectum est, ut benedictio & vita ad homines perveniret. Propter Evam nascimur filij iræ: à MARIA JESUM Christum accepimus, per quem filij gratiæ regeneramur. Evæ dictum est: In dolore paries filios; MARIA *hac lege soluta est*, &c. Lib. impress. Venetijs 1621. in 8. Catechismus proportionaliter loquitur de Christo Domino respectu Adami, sicut & de MARIA respectu Evæ. Sed propriùs vice versâ: eadem enim consideranda sunt in MARIA, quæ sunt in Christo Domino, excepto quòd sit Deus, quòd caput & redemptor, & similia, quæ consequuntur unionem & quæ cum puro homine stare non possunt: alia verò gratuita personalia, quæ in Christo fuerunt per naturam, pietas & scientia, non deberent denegari MARIÆ. Item, si MARIA soluta est ab illa lege communi: In dolore paries; cur etiam non esset soluta à maledictione communi peccati originalis?

Item, Cæremoniale Monachorum Congregationis Cælestinorum, in nocte Conceptionis Dominæ nostræ habet *pro Conceptione* duodecim Benedictiones pulcherrimas, quas invenies in Armamentario nostro desumptas ex libro impress. Bononiæ 1549. in 8. & supra verb. Cœlestinorum Religio.

Item, Cæremoniale divini officij secundùm Ordinem Beatæ Virginis MARIÆ de Monte Carmeli, fol. 518. in tabula Missalis habet hanc rubricam: *In festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* duplex majus. Non dicitur Antiphona: Veni Sancte Spiritus. Introitus: Gaudeamus. Psalm. Eructavit. Vers. Gloria Patri. Gaudeamus. Gloria in excelsis. Graduale: Benedicta. Versic. Virgo Dei. Alleluya, alleluya, Conceptio. Credo. Offertor. Fœlix. Commemorat. Regina. Et libro 2. rubrica 49. fol. 404. in Missa de *Conceptione* dicitur Introitus: Salve sancta Parens. In Oratione dicitur: In Commemoratione Conceptionis, loco: In Conceptione. Allel. Virga Jesse. Si post Septuagesimam Tractus dicendus fuerit, dicitur: Virgo MARIA. Si duo versus Alleluia dici debeant; secundus erit: Per te Dei Genitrix. De Missa votiva temporis Paschalis in secreta Cõmemoratione loco: Solemni, dicitur.... In Præfatione: Et te in commemoratione *Conceptionis* dicitur. In post Com. dimittitur: Celebritatis annuæ. Et hæc eadem Missa sic signata cum alleluia, dicitur tempore Paschali. Item, rubrica 20. quòd tempore Adventûs non dicitur Te Deum, nisi in die *Conceptionis Beatæ Virginis*, vel in quo tale festum celebratur. Lib. impress. 1616. in 4.

Item, Diurnale secundùm morem almi Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum: *In festo Immaculatæ Conceptionis Virg. MARIÆ* in primis Vesperis Antiphona: Sicut lilium. Extat folio 74. à tergo. Impress. Vallisoleti 1540. in 12.

Item, Diurnale Rom. denuò recognitum, &c. fol. 145. Concep. B. M. duplex majus. Ant. Sicut lilium, &c. Oratio: Deus, qui *per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Ad Matutinum Invitatorium: Immaculatam Conceptionem. Hymnus: O gloriosa Domina, &c. Antiphona: Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te. Ad Laudes: Quàm pulchra es. Ad Vesperas: Quàm pulchri sunt, &c. Lib. impress. Parisijs anno 1538.

Item, Enchiridion præclaræ Ecclesiæ Sarum, devotissimis precationibus ac venustissimis imaginibus, & ijs quidem non paucis refertum, ad octavam diem Decembris adducit festum *Conceptionis Beatæ MARIÆ*, passimque vocat Virginem MARIAM puram, incontaminatam, &c.

Item, folio 69. in Oratione ad Virginem, dicit: Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis pestem, quam plantavit primus Parens hominum, &c. Et infra folio 208. à tergo: Ave rosa sine spinis tu, quam Pater in divinis majestate sublimavit, & ab omni væ purgavit, &c. Lib. impress. Parisijs anno *1616.* in *16.*

Item, Euchologium, sive Rituale Græcorum, editum à R. P. Jacobo Goar Ordinis Prædicatorum, multa habet pro omnimoda Virginis MARIÆ puritate, ex quibus breviter sequentia transcribo. In ordinatione Episcopi dicitur de Verbo æterno: Hominem abjectissimum & totum in peccatum lapsũ assumpsit ex puris & Virgineis sanguinibus *solius Immaculatæ & mundissimæ Virginis*, &c. Si ergo

dum

dum agit de originali peccato & lapsu hominis, vocat Virginem puram & Immacul. atq; mundissimam; quòd de prima puritate, sive per ordinem ad illam Adami macula loquatur, plusquam verisimile est. Item, passim in eodem lib. commendatur puritas ipsius, vocando ipsam sanctissimam, intemeratam omnibus modis, undequaque sanctam, super omnes benedictam & superbenedictam, *Immaculatam omnibus modis, inculpatam omninò, illibatam omnibus modis, Immaculatissimam totam & omnibus modis puram*, protosanctam. Ac denique Ode 3. inquit: Non est præter te innocens quisquam, Immaculata Dei Genitrix, &c. Quoad omnia hæc epitheta ad Conceptionem Virginis MARIÆ applicata lege Eusebium libro de perpet. object. Conceptionis c. 4. & capite 32. latè.

Item, Enchiridion seu Manuale Fratrum Minorũ à quodam Provinciali Sancti Jacobi editum & à Fratribus Provinciæ Aragoniæ typis mãdatum, fol. 127. Quomodò festum *Conceptionis Virginis MARIÆ* debeat celebrari tam in Vesperis, quàm in octava. Hispali 1635. in 4.

Item, extat Litania purissimæ *ac Immaculatæ Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIÆ* extracta ex sacra Scriptura, & Sanctorum Patrum dictis ac auctoritatibus, &c. ut habetur in libro impress. Neapoli 1641. in 12.

Item, Manuale Sacramentorum secundùm usum almæ Ecclesiæ Toletanæ, &c. ad diem 8. Decembris, *de Conceptione sanctæ MARIÆ Virginis* cap. 6. Lib. impress. Granatæ 1654. in 4. regali.

Item, Manuale seu Officiarium Sacerdotum secundùm usum Parisien. ad diem 8. Decemb. Quòd *in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ* ab omni opere manuali & feriali est abstinendum. Lib. impress. Parisijs absque anno.

Item, Manuale Sodalitatis Beatæ Virginis, de *Conceptione Beatæ Virginis* Considerationes. Item, in Litania de Conceptione Beatæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ sequentia habentur, quæ ejus Conceptionem ab omni labe originali immunem & alienam ostendere videntur: Sine peccato concepta: *Serpentis caput conterens*: Lucerna inextincta: Speculum sine macula: Lilium inter spinas: Terra sacerdotalis immunis: Per Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos gloriosa Virgo. Item, de eadem Immaculata Virginis Conceptione alia sparsim ibidem habentur, quæ nos brevitatis gratiâ omittimus: consule ipsum Librum impress. Antuerpiæ, anno salutis 1600. in 12. Item, folio 1. Indulgentia Gregorij XIII. pro die Conceptionis: Omnipotentis Dei. Nonis Decembris anno 13.

Item, Menæologus Græcus 25. Martij Homiliâ de Annuntiatione inquit: Primò quidem providẽtia singulari perfecit, ut sacra Virgo *ab ipso vitæ suæ principio tam omnino existeret pura, quàm esse puram decebat* illam, quæ tanto bono, id est Christo, digna existeret, &c. Vide alia apud Joannem Eusebium lib. Exception. cap. 13. fol. 201. Item, Menologium Græcorum ad diem 9. Decẽbris: Commemoratio Sanctæ Annæ Matris Deiparæ Virginis, &c. Extat tom. 2. antiquæ lectionis Henrici Canisij folio 930. Lib. impress. Ingolstadij 1602. in 4.

Item, Ordo generalis divini officij recitandi juxta ritum Breviarij Romani in perpetuum, auctore Carolo Guyet Turonensi, ad diem octavam Decembris, Quòd *Conceptio Beatæ MARIÆ* celebretur duplex majus. Impress. Flexiæ 1622. in 8.

Item, Promptuarium Ecclesiasticarum precationum in gratiam Laicorum compactum, *de Conceptione Virginis MARIÆ* officium. Parisijs 1581. in 12.

Item, Rituale Romanum, sive Familiare Clericorum, ad diem octavam Decembris adducit festum *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, *in festo Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ* ad Tertiam Resp. breve cum cantu.

Item, in Tractatu de Coloribus Paramentorum, Quòd in festo *Conceptionis* Beatæ Virginis sint paramenta sicut in alijs ejus festivitatibus. Lib. absque anno impressionis in Bibliotheca Collegij Romani sub titulo: Directorium divinorum officiorum.

Item, in Rituali Sacramentorũ ad usum Mediolanensis Ecclesiæ à Sancto Carolo restituto, *in festo Conceptionis* Hymnum. Lib. impress. Mediolani 1613. in 4.

Item, in Rituali Romano Urbani VIII. Pontificis Maximi jussu edito Illyrica lingua die 8. Decembris: *Lacetye Beatæ MARIE* die 6. de vostr. Lib. impress. Romæ 1640. in 4.

Item, Rituale Græcorum, in quo continentur ritus & ordines divinæ Liturgiæ, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, funerum, Orationum juxta usum Orientalis Ecclesiæ, de Ordine sacri Ministri folio 9. vocat Virginem MARIAM Deiparam *illibatam*. Et in Orationibus Lucernarij, fol. 38. Sanctissimę & illibatę, super omnes benedictæ, & fol. 49. & 42. & in officio Laudum folio 53. & in Missa sancti Joannis Chrysostomi folio 65. & 66. & 74. & folio 85. & in Missa Sancti Patris Basilij folio 170. Item, in officio Bigamos folio 408. Item, in officio minori aquæ benedictæ folio 442. & 443. & 445. & 446. Item, in officio Exequiarum folio 529. inquit: Qui priùs Evam ex Adami costa primam omnium matrem formavit, in illibato tuo utero carne circumdatur, per quam mortis, *o pura*, dissolvit potestatem. Item, infra fol. 530. vocat Virginem MARIAM vas illibatum, templum intemeratum, arcam sanctissimam, Virgineum sanctitatis locum. Item, in officio funerum Sacerdotis fol. 572. & fol. 576. Solam puram & illibatam & puram Dominam. Item, in officio agentis animam fol. 739. Item, in terræ motûs periculo fol. 786. & 788. & in officio Dedicationis templi fol. 839. & 842. & in Canone supplici ad Deiparam, sive confessione peccatoris folio 874.

Item, in officio magni & Angelici habitûs vocatur Virgo MARIA pura, quæ peperit benedictionem fol. 504. Item, *tota pura & sola pura*. Et in Officio Exequiarum sola *pura, & illibata* Virgo fol. 548. & 556. & in officio pro infirmis fol. 725. & in Exorcismo magni Basilij folio 725. & in Canone ad elementem Dominum fol. 772. & 773. & in pestilentialis morbi periculo folio 793. & in officio communis supplicationis fol. 856. & 858. ac in Canone supplici ad Deiparam sive confessione peccatoris fol. 872. & 874. & alibi passim.

Item, vocat Virginem MARIAM Immaculatam in officio aquæ benedictæ, fol. 450. & in officio magni Angelici habitus fol. 501. & in officio Exequiarum: Non est præter te *innocens* quisquam, *Immaculata* Dei Genitrix fol. 529. & fol. 531. Omni creatura superior facta es, o Immaculata. Et in varijs lectionibus fol. 668. & in pestilentis morbi periculo

folio 793. & in Canone supplici ad Deiparam sive confessione peccatoris fol. 782. Item, vocat Virginem Sanctissimam intemeratam, & super omnes benedictam in Missa Sancti Joannis Chrysostomi folio 63. & folio 83. & in varijs Lectionibus folio 394. Item, vocat Virginem MARIAM *purissimam* in varijs lectionibus folio 309. & in officio funerum Sacerdotis fol. 572. & pro pueris vitâ functis & alibi sæpissimè. Item, vocat Deiparam Virg. MARIAM *solam benedictam, & sanctam* in officio Sacerdotis turpi somno polluti. Quæ omnia reperies in libro ex Græco in Latinum converso à R. P. Jacobo Goar Perusino Ordinis Prædicatorum. Impr. Lutetiæ Parisiorum 1647. in folio regali.

ROBERTUS, absque alio cognomine, in sermone primo de Annuntiatione (habet enim tres de hoc mysterio) ad illud: Ave, sic inquit: Secundo modo in Virgine per Ave excellentia naturæ monstratur: quia ab alio triplici væ immunis fuit, scilicet concupiscentiæ, culpæ & pœnæ; de quo Apocalypsis 18. Aquila clamabat: Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Fuit ergo Beata Virgo sine primo væ ærumnæ, *concupiscentiæ, peccati originalis, quia sine ea concepta est*; Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Aut in ea omnino fuit extincta per Spiritus sancti sanctificationem. Unde Psalm. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, id est, B. Virginem, in qua novem mensibus habitavit &c. Est Sermo impress. in infantia typographiæ absque loco & an. cum alijs Opusculis & Sermonibus ejusdem Auctoris, & Gersonis apud Cruciferos Namurci, in fol.

ROBERTUS Aquensis, Archiepiscopus Gallus, in Concilio Provinciali Avinionensi subscripsit decreto circa festum *Conceptionis Virginis MARIÆ* edito, ut dicitur in Purp. Mariana, fol. 369.

ROBERTUS Bellarminus, Societatis Jesu S. R. E. Cardinalis Politianus, in tomo 4. suarum disputationum lib 4. de Amissione gratiæ & statu peccati, cap. 15. 16. 17. *Quòd Beata Virgo MARIA fuerit sine peccato originali concepta*, Capita tria à col. 290. usque 305. Lib. impress. Coloniæ 1619. in folio.

Item, circa Decretum Concilij Tridentini *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ* declarationes & observationes. Lib. impress. Lugduni 1634. in 4. regali.

Item, approbavit atque laudavit Officium pro infraoctav. *Conceptionis B. Virginis MARIÆ* à R. P. Bartholomæo Gavanto Clerico Regulari elaboratum, ex testimonio D. D. Francisci Mariæ Cardinalis à Monte, ut dicitur in Octavario Romano. Impress. Neapoli 1628. in 8.

Item, in lib. de Doctrina Christiana composito ex mãdato Clementis VIII. Pont. Max. reviso & approbato à sacra Congregatione, super Ave Maria ait, Quòd Beata Virgo Maria fuit plena gratiâ, quia ipsa quantùm ad primum effectum nunquam habuit maculam ullam peccati, *nec originalis*, nec actualis, nec mortalis, nec venialis. Impress. Romæ 1627. in 12. Vide Velazquez fol. 347.

Item, eximijs verbis approbavit votum emissum à R. P. Joanne Berkmans *de tuenda immunitate V. MARIÆ à peccato originali*. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 3. fol. 370.

Item, in libro Concionum Lovanienſium, concione 42. de Nativitate Mariæ Virginis, inquit: Etenim hâc sententiâ edocemur Virginem nostrã longè aliter natam esse, quàm cæteri Adæ filij nasci soleant. Non etenim tenebris circumdata peccatorum, sed gratiæ splendore illustris, quasi aurora valde rutilans orbi terrarum illuxit; *nec originalis culpæ maculis fœdata*, sed pulchra ut luna, &c. Alia invenies in eodem sermone de puritate & immunitate Virginis Mariæ à peccato, ut est illud: Pulchra est Maria ut luna: nec id solùm; sed pulchrior quàm luna: luna siquidem nunquam certis maculis caret; Maria verò tota pulchra est & macula non est in ea.

Item, Concione 2. super Missus est, fol. 437. inquit: Quid enim majus ac difficilius, quàm per viam vitæ hujus, viam luto & sordibus plenam, ubi aliqui usque ad verticem ingrediuntur, fœminam unam (id est Virginem Mariam) iter facere, & pedes suos non solùm à sordibus & luto, sed etiam à minutissimo pulvere mundos conservare potuisse? Quis igitur hoc nobis persuadet? Primùm sponsus ejus Spiritus veritatis, cùm de ea in Cantic. amoris quasi gloriatur, ac dicit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et rursum apertiùs: Tota pulchra es amica mea, *& macula non est in te*, &c. Alia vide à folio 426. usque 466. Lib. impress. Cameraci 1617. in 4.

Item, edidit Opusculum seu Sententiam pronuntiatam *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* ultimo die Augusti anno 1617. coram Paulo V. & Congregatione Illustrissimorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis, &c. Quod manuscrip. habeo apud me ex Auctographo ejusdem Cardinalis.

ROBERTUS Fosanus Namurcensis, in libro: Conciones catechisticæ universam Catechismi doctrinam cum insigni moralitate ad captum populi Christiani cõplectentes, Concione 25. in Salutationem Angelicam, fol. 243. inter alia sic ait: Ave, inquit, id est gaude. Prima gaude de tota massa corrupta propaginis humanæ. Prima gaude de exulibus ejectis & lugentibus. *Prima à væ eximeris*, prima à væ maledictionis liberaris, prima à væ damnationis, &c. Vide alia quamplura ibi usq; ad folium 255. Lib. impress. Leodij 1618. in 4.

ROBERTUS Francinettus Italus, in libro de Corona Virginis Mariæ, fol. 50. de Modo recitandi Coronam ac de Privilegijs ei concessis, ait, Quòd fuit ab æterno prædestinata super omnes creaturas, præfigurata à Patriarchis, prophetata à Prophetis, concepta à Joachimo & Anna senibus & sterilibus, *primò sancta quàm nata*, &c. Impress. Romæ 1607. in 16.

ROBERTUS Gaguinus, Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Gallus, *de Conceptione beatissimæ Virginis MARIÆ* contra Vincentium de Castro-Novo Librum carmine conscriptum. Parisijs 1497. in 4. & 1617. in 8. & in lib. R. P. F. Marci Antonij Alos in Appendice. Lib. impress. Valentiæ 1657. in fol.

Item, scripsit alium Tractatum seu Orationem ad Fratres sui Ordinis *de Conceptione Virginis MARIÆ* soluta oratione, ut ibidem dicitur.

Item, in Annalib. de Francorum Regum gestis, lib. 9. fol. 185. in Carolo VI. affert de retractatione Joannis de Montesono circa *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis* præcipua ac singularia. Impress. Parisijs 1614. in 8. & lingua Gallica 1525. in fol. & Parisijs 1528. in 4. Cujus verba sunt: Per hanc

hanc tempestatem Joannes Montesonus Ordinis D. Dominici Theologus, magni nominis Doctor, ad populum de Divæ *MARIÆ Virginis puritate* concionatus, eam originali contaminatione reliquæ humanæ propaginis instar fuisse infectam disseruit, quem alter ejusdem Ordinis Theologus imitatus, cùm Rothomagi de re ipsâ sermonem haberet: Ego (inquit) nisi palam ostendero Christi Matrem paternæ originis labem dum conciperetur contraxisse, Huetus appellari non erubesco (est enim id apud Francos nomen ridiculum). Eam ob rem diu in consuetudine fuit, ut ejus Ordinis Fratres Hueti à pueris passim vocarentur. Discussa in præsentia Pontificis Innocentii VII. veritate, procurante maximè Parisiensi schola, Montesonus Parisium redire, & quæ de Virgine temerè prædicaverat, retractare compellitur, &c.

Item, ad calcem suorum Operum, carmine Asclepiadæo ad Divam Virginem sic inquit:

Virgo labe carens æthere purior
Expurga vitium .....

Impress. ut supra.

Item, in Carmine secundo de S. Joachimo Patre Virginis MARIÆ, inquit:

Si quis enim vitij nonnunquam & criminis expers,
Hunc nullo credas despuisse malo.
Non potuit vitio lædi tam vivida radix,
Flos unde & fructus fert super astra comas.

Extat cum aliis ad finem vitæ Christi Landulphi Carthusiani, folio 563. in 4.

Item, edidit alium *de puritate Conceptionis B.* Virginis Tractatum, qui incipit: Nemo Christianæ Religionis instituta secutus, &c. Et etiam officium *de Conceptione Virg.* & incipit. Antiph. Incipe sancta cohors, &c. Item, misit ad Arnoldum Bostium Carmelitanum alium Tractatum, editum anno 1488. contra Vincentium Bandellum oratione ligata, qui incipit: Vicisti me tandem Bosti. Item, edidit alium Tractatum versu, dicatum Academiæ Parisiensi, & incipit: Scio difficillimum esse de pietate scribenti, &c. Tractatus verò sic: Est mihi mens, &c. In multis coincidit cum antecedenti.

ROBERTUS Gobin, in lib. Sermonum incipiente: Cum non exiguo, sed laborioso, &c. scripto anno 1420. habet Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ* sub themate: Quæretur peccatum illius & non invenietur Psal. 14. Originaliter habentur hæc verba, &c. ubi de Immaculata Conceptione latè. Lib. manuscr. in Collegio Navarræ Parisijs in folio.

ROBERTUS Groseteste, Linconiensis Episcopus in Anglia, qui floruit ad annum 1242. scripsit pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, ut his verbis refert Joannes Vitalis in suo Defensorio, lib. 4. ancill. 7. in principio, dicens: In secunda decade alios decem habuit Doctores solemnes; quorum primus erat Dominus Robertus Linconiensis, qui in tractatu quem fecit de laudibus Virginis Matris Dei, affirmat fuisse *sine originali conceptam.* Hæc Vitalis loco citato. Sed hunc Adversarii pro se citant, de quo alibi. Extat etiam in transumpto Alani & in alijs plurimis.

ROBERTUS Guollin, Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro cujus titulus est: Enigmes sacrez composez en l'honneur de la Vierge MARIE, par le grand Eveſque d'Avila Tostat; nouvellement expliquez avec une facile methode appliquable aux festes solemnelles de la mesme Vierge, ænigmate 2. à folio 22. usque 46. agit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, cujus aliquæ auctoritates hic notantur. Dicit enim: S'il est vrai, que la Vierge sacrée est le seul surgeon de l'espece raisonable, qui se trouve affranchi de la servitude du diable, & libre de la malediction originelle, &c. Je dit donc, que cête Vierge choisie pour la Mere du Sauveur de nos ames *est demeurée pure & nette par une grace speciale entre les enfans d'Adam, &c.* Donc je concluray que Tostat à bien dit, que la Vierge est vas pur, & non pur, selon les diverses opinions. Toutesfois puis que la chose est indecise, & que l'on celebre la Conception pour ne sçavoir en quel temps elle at été sanctifiée, selon le même S. Thomas (si tant est qu'elle ait été) je suivray l'opinion plus commune, qui professe *la Conception Immaculée de la Vierge, & dit autant plus volontiers que le même Saint Thomas l'approuve en terme exprés*, sur le premier des Sentences, quand il dit, que la pureté se peut connoistre par son contraire: Et ideò potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati sit inquinatum; & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quę à peccato originali & actuali immunis fuit, &c. Lib. impress. Parisijs 1619. in 8. Deinde discurrendo per varias Scripturæ sacræ figuras probat & declarat puræ, Immaculatæ ac Sanctæ Conceptionis mysterium, quæ si transcribenda essent, nimiùm materia excresceret.

ROBERTUS de Hanyvel, Rothomagensis Gallus, Poëmate ad Sanctissimam Dei Genitricem, fol. 19. Quòd Virgo MARIA fuit absque noxa & primorum parentum vitio. Item, *de Conceptione Sancta* & Nativitate Dei Genitricis MARIÆ Poëma alterum ibidem, fol. 20. Item, *de eadem Conceptione* & Nativitate Poëma alterum, folio 22. in suo libro Hymnorum impress. Rothomagi 1636. in 12. & 1639. in 12.

ROBERTUS Hardebius, Ordinis Carmelitarum Anglus, qui scripsit ad annum 1450. edidit Conciones de *mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1450. & in Bibliotheca folio 335. ex Pitseo.

ROBERTUS Hauport Germanus, in libro dicto: Theatre de MARIE, tomo 2. Le triumphe du Ciel, in brevi discursu vitæ Sanctissimæ Matris Dei à folio 137. latissimè agit *de Immaculata Conceptione*, & à peccato originali præservatione cum locis Scripturæ & Sanctorum Patrum, aliorumque auctoritatibus; ut videre est in libro impress. Duaci apud Balthasarem Bellerum 1604. in 16.

ROBERTUS Holkot, Ordinis Prædicatorum Germanus, in librum Sapientiæ Salomonis cap. 14. lectione 160. folio 239. à tergo inquit: Circa illam particulam: Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas suas; notandum, quòd Christus dici potest moraliter loquendo modicum lignum propter humilitatem, lignum propter fructus fertilitatem; de cujus modicitate scribitur ad Hebræos 2. Eum, qui modicum minùs ab Angelis minoratus est, vidimus JESUM, de cujus ligni fertilitate dicitur in Psalmo: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secùs decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Istud lignum plantatum fuit in terra, in benedicta Incarnatione, hoc est in Virgine gloriosa, de qua dicitur in Psal.

in Psalmo: Benedixisti Domine terram tuam. Ista terra est bona, quæ bene culta reddit fructum trigesimum, sexagesimum, vel centesimum; sed ista est multò melior, & magis benedicta, quæ sine labore vel cultura producit optimum fructum, & infinitæ bonitatis. Talis fuit V. benedicta, quæ sine naturæ subsidio genuit Christum mundo. Et ideo bene dicitur: Benedixisti Domine terram tuam; nã specialiter, singulariter & appropriatè fuit benedicta: & sicut lignum plantatum in terra solidat terram ex omni parte, & per radices suas colligat & constringit ne defluat; ita Christus plantatus in Virgine benedicta Matre sua eam solidavit virtutibus, & gratijs sic adstrinxit, quòd nunquam defluere potuit per peccatum mortale vel veniale. Fuit enim sanctificata in utero, ita quòd mundata à peccato originali, & in ea fomes ligatus sic, quòd nunquam eam ad peccandum impulit. Et hæc fuit prima sanctificatio in utero matris suæ; & ista sanctificatio fuit vera ejus Conceptio. Nam quòd cito Virgo Beata habuit esse in utero, tam cito fuit sancta; non enim potuit esse sancta antequam esset vera: ergo Conceptio Beatæ Virginis attenditur & sumitur penes instans infusionis animæ in corpus sufficienter & debito modo organizatum, necnon ab omni qualitate inordinata, quam contraxerat ratione propagationis seminalis, purgatum & emundatum. Et sic patet, quòd isto modo capiendo nomen Conceptionis, strictè & propriè *Beata Virgo non fuit concepta in peccato originali.* Alio modo capitur multùm impropriè & largè pro infusione seminis in matricem, ex quo semine corpus debuit formari in utero matris suæ: & juxta hoc multùm impropriè dicunt quidam ipsam fuisse conceptam in peccato originali; quod non est aliud, nisi quòd anima B. Virginis fuisset corpori suo ex illo semine formato unita absque purificatione & emundatione illius corporis à qualitate morbida contracta ratione propagationis seminalis. Tunc certè, quàm cito Beata Virgo esse habuisset, tam cito habuisset peccatum originale, quia fuisset sibi imputatum sicut Beato Joanni Baptistæ & Hieremiæ, qui tamen fuerunt sanctificati in utero matris. Sic ergo patet &c. Sed sanctificatio secunda fuit in Conceptione Filij sui benedicti, quando fomes ablatus fuit secundùm essentiam, & gratiam superadditam, quæ flexibilitatem liberi arbitrij determinavit ad bonum: sicque ex tunc nullo modo potuit in malum flecti; unde tunc confirmata fuit sicut in via potuit. In prima namque sanctificatione ligatus fuit fomes, & gratia sibi collata fuit inclinans efficaciter liberum arbitrium in bonum; tamen non fuit tanta, quòd flexibilitatem liberi arbitrij in malum auferebat, sicut nec gratia collata primo homini in statu innocentiæ; *sed per providentiam divinam fuit continuè præservata & conservata, ut esset immunis à peccato*, quamvis ante Conceptionem Filij Dei peccare potuisset, nisi fuisset præservata: sed in secunda sanctificatione sic sanctificata fuit, quòd deinceps peccare non potuit, &c. Impress. Parisijs 1483. 1511. & 1515. & aliàs sæpe.

Item, in declaratione seu determinatione Oxomensi, quæ incipit: Utrum doctrina venerabilis Anselmi debeat rationabiliter reprobari? probat quòd non, quia nulla doctrina communiter approbata à Schola Catholica debet rationabiliter reprobari. Et arguens in oppositum eius, quod Anselmus dixit libro 2. Cur Deus homo, cap. 16. Quòd Beata Virgo in originali peccato fuit concepta, respondet Holkot sic ad litteram: Anselmus in hoc libro 2. Cur Deus homo, loquitur arguitivè. Patet: quia oppositum dicit in lib. de Conceptu Virginali per totum. Vel potest dici, quòd loquatur Anselmus conditionaliter, quia ex communi concursu ita accidisset, *nisi ab originali præservata fuisset*, &c. Hæc Holkot; de quo Joannes Vitalis in Defensorio Conceptionis, lib. 4. Ancil. 7.

ROBERTUS de Lizio sive Caraciolus, Ordinis Minorum Episcopus Aquinas Italus, *de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis* habet Sermonem insignem per modum Tractatûs, cujus hic est titulus: Serm. 24. de Conceptione Beatæ Virginis, de qua variæ sunt opiniones Doctorum, licèt festum ab Ecclesia celebretur. Venetijs 1480. in 4. Latinè & Antuerpiæ 1490. in 4.

Item, Italicè *de Conceptione Immaculata Virginis gloriosæ.* Venetijs 1555. in 4.

Item, in lib. de Timore divinorũ judiciorum agit de judicio Dei contra primos parentes mandato Dei inobedientes, ubi plura de peccato originali.

Item, in Sermonibus à prima Dominica Adventûs, &c. sermone de Sancto Josepho, qui extat ad finem Tractatûs, fol. 73. col. 3. ad medium, inquit: Ambrosius dicit, quòd Virgo Mater Dei fuit sanctior alijs, ac plena Spiritu sancto, & erat Virgo non solùm corpore, sed etiam mente; *neque in ea fuit umquam macula alicuius peccati*, &c. Lib. impress. Venetijs 1475. in 4.

ROBERTUS de la Porta, Doctor Parisiensis, Ordinis S. Augustini Prior Generalis Gallus, dotavit, auxit atque exornavit *Capellam Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in Conventu magno Sancti Augustini Parisien. huicq; mysterio devotissimus asseritur in libro Recollectionis privilegior. Confraternitatis ejusdem Capellæ, fol. 17. Impress. Parisijs 1632. in 16.

ROBERTUS Pulli, S. R. E. Cardinalis & Cancellarius Parisien. scripsit super Sententias, & lib. 2. cap. 31. sub titulo: Uno sorduit peccato hominum tota multitudo, inquit: Sed vix primus cum conjuge deliquit; unde extra paradisum rea proles tenetur universa. Omnes ergo simul & semel peccaverunt; quoniam ille solus, in quo adhuc causaliter omnes seminaliterque coarctabantur, peccavit, de cujus peccato semel admisso pariter omnes reatum contraherent. Unde secundùm illum locum Joan. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, &c. Item, in 3. Sent. cap. 5. de Filij Conceptione & Incarnatione, inquit: Quid est concipere? semen de viro susceptum retinere. Non sic ergo; sed aliter Virgo concepit, utique non de viro, sed de Spiritu sancto. Quomodò tamen de eo? Sicut ex coitu viri utrumque semen elicitur, sed turpiter, quia ardenter: ita per Spiritum sanctum *ex MARIA Virgine portio illa, quæ in hominem formanda erat, personaliter separata est* procul dubio venerabiliter, quia absque libidine: parum dico, quia & absque *originali omni labe.* Nimirum ita illum decebat, qui de hoc gerebat, &c. Iste antiquus Auctor fuit, ut videre est in manusc. existente apud S. Victorem Parisijs fol. cùm vixerit ad annum 1146. & tamen nihil habet nisi relata: ergo non omnes antiqui sustinuerunt opinionem contrariam. Eius Opera novissimè fuerunt impress. Parisijs, anno 1655. in fol.

ROBER-

ROBERTUS de Russia sive Rutenus vel Rupertus, Ordinis Minorum, qui floruit ad annum 1290. in lib. 3. Sententiarum dist. 3. agit *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, ut refert Antonius Daza, lib. de Concep. cap. 6. fol. 48. & iterum 49. à tergo. Salazarius, cap. 32. sect. 12. Waddingus de eo facit mentionem, fol. 309. Leon, class. 9.

ROBERTUS Stephanus Gallus, scripsit Tractatum seu Librum *de puritate Conceptionis Beatæ MARIÆ*. Sic ex Draudio Antonius de Leon; sed existimo, quòd iste sit Typographus, non Auctor, qui typis mandavit Tractatum de Conceptione Virginis Jodoci Clithovæi.

ROBERTUS Turnerius Devonius, Orator & Philosophus Ingolstadiensis, in suis Orationibus, oratione 5. de divæ Virginis Assumptione, folio 50. sic dicit: Fuit speculum, *quod nullum delictum tamquam macula aspersit: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; neque enim* (si rem subductis rationibus diligenter consideremus) *possumus cogitare D. Virginem ullâ vitij liturâ aspersam, nisi plurimùm de Dei & prudentia & providentia decerpamus* &c. Et prosequitur latè probando ejus puritatem & præservationem.

Item, in Oratione de Nativitate B. Virginis, in ordine 13. folio 136. Fuit flamma Spiritus sancti, *quòd MARIAM æterna divinæ mentis præscriptio prius conceperit integram à labe*, quàm conceptu humano facta homo uteri materni angustijs contineretur, &c. Impress. Antuerpiæ 1597. in 8.

ROCHUS Pyrrhus, Doctor natione Siculus, in tomo 3. Siciliæ sacræ, refert quòd in Corleomina Civitate erectum fuit Monasterium Benedictinarum, sub titulo *B. MARIÆ de Conceptione*, auctoritate D.D. Joannis de Torres Episcopi Siracusani. Extat folio 247. Lib. impress. 1638. in folio.

ROCHUS de Soberal, Religiosus Ordinis Christi, in Lusitania, in lib. Historia de insigne apparecimiento de N. Señora da Luz, & suas obras maravillosas, &c. lib. 2. cap. 9. folio 85. loquens de quodam miraculo à sacratissima Virgine patrato, inquit: Nestas emendas que à divina Señora fezzem nos dos erros & defeitos da natureza pareze que sta como pagando à Deos en suas creaturas ò cuidado que ò mesmo señhor pos em à facer à ella como dez nos Cantares *sen ruga, nen tacha alcuna*, &c. Et infra cap. 12. folio 93. affirmat, quòd ipsa contrivit caput serpentis. Lib. impress. Ulyssiponæ 1610. in 4.

RODERICUS de Acuña, Episcopus ac Dominus Braccarensis, edi fecit Breviarium illius Ecclesiæ, quod fol. 611. hæc habet: *In Festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* solemne. Incipit: Gaude Mater Ecclesia. Impress. Braccaræ 1634.

RODERICUS de Alcaraz, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris*, & extat apud Ferriol fol. 69.

RODERICUS Alphonsus de Espinosa, Doctor Hispanus, habet Sermonem sub hoc titulo: En la fiesta que el cabildo seglar de Cordova hace por especial voto *de la purissima Concepcion de nuestra Señora* cada año. Impress. Cordubæ 1620. in 4. cum cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Grandes.

RODERICUS Alvarez, Ordinis Fratrum Minorum Hispanus & Poëta, in quodam Carmine ad Librum Hippolyti de Olivares agit *de Conceptione Virginis*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4. Alia habet pro hoc mysterio, quæ vidi cùm essem iuvenis.

RODERICUS de Arriaga Lucronensis, Societatis Jesu Hispanus, in Disputationibus Theologicis in 3. part. D. Thomæ, tom. 6. disp. 16. de Ordine incarnationis respectu aliorum hominum, ubi *de Immaculata Virginis Conceptione* aliqua tractantur sect. 3. agit de ejus immunitate ab originali, & sect. 4. de liberatione à proximo debito. Lege à folio 172. usque 185. Lib. impress. Lugduni 1654. in folio.

RODERICUS Borgia Lenzolius Hispanus (Alexander Papa Sextus dictus) multa edidit *pro Conceptione Virginis MARIÆ*, dum esset in Sacra Petri sede. Vide verb. Alexander Papa Sextus.

RODERICUS Borgia, Dominus loci de Castelanao Hispanus, maris tempestatem voto emisso *de celebranda Beatæ Virginis Conceptione* miraculosè evasit. Ex Armamentario Seraphico. Item, instituit de bonis suis, quolibet anno processionem faciendam per RR. DD. Canonicos, & Clerum Sedis Valentinæ die Sabbati post *Festum Conceptionis Virginis MARIÆ*, si impeditus non fuerit; aliàs die Veneris ante dictum diem Sabbati, in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ: pro qua quidem Processione anno quolibet fundatâ, promisit se daturũ Canonicis & Capitulo Valent. 240. solidos, &c. Armament. Seraph. in Reg. colum. 564. & 670. Marraccius in Princip. Marianis.

RODERICUS Caro Hispanus, in libro cui titulus est: Sanctuario de nuestra Señora de Consolacion y antiguedad dela Villa de Utrera, dirigido *ala Immaculada y purissima Concepcion de la Virgen Santissima nuestra Señora* &c. in Dedicatoria, inquit: Aurora que se lebanta, estrella de mar, hermosa como la luna, escogida como el Sol, *sin nube de pecado original.* &c. Item, adducit Cantionem in qua multa *de præservatione Virginis à peccato originali* &c. Vide ibi. Et infra in 2. parte sive relatione, & antiquitate Villæ Utreræ §. 4. folio 7. agit *de Monasterio Conceptionis Virginis MARIÆ* &c. Imp. Ossunæ 1622. in 8.

Item, *de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione* Hieroglyphicum, quod extat in libro impress. Hispali 1616. in 4. fol. 64.

Item, in Comment. Flavij Dextri *de Conceptionis Sacratissimæ Virginis MARIÆ* festivitate, & receptione, ad illud: A Jacobi prædicatione, &c. adducit Scholium quod incipit: *Ergo illibatæ Concept. arcanum* &c. Et infra adducit auctoritates Pauli Orosij, & Episcopi Helecæ, quas Commentarijs licèt brevissimis illustrat, à folio 113, ad annum Christi 301. Lib. impress. Hispali 1627. in 4.

RODERICUS Carvajal & Robles, Poëta Hispanus, in Carmine ad Librum Hippolyti de Olivares agit *de incontaminata Deiparæ Conceptione*. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

RODERICUS Cuntia, Archiepiscopus Braccarensis Hispanus, loquendo de Domino Joanne Cardolaco VI. Archiepiscopo Braccarensi, inquit: Fuit devotissimus Virg. Sanctissimæ; & in hac Ecclesiâ (scilicet Braccarensi) dotavit festivitatem *suæ purissimæ Conceptionis*, in 1. parte Historiæ Ecclesiasticæ Archiepiscoporum & Sanctorum Braccaren. cap. 45. folio 191. Lib. impress. Braccæ 1635. in folio.

RODERICUS Fernandez de Rivera, Poëta

Hispanus, scripsit Hispanicè Lib. Squadron humilde levantado ala devocion *de la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora*, continentè centum Cantiones seu Decimas, & incipiunt: Ya que mi profana musa. Item, pro eadem Immaculata Conceptione Cantiones alias, quarum primæ litteræ reddunt illud: *MARIA concebida sin pecado original*, en las primeras letras dellas; & incipiunt: MARIA mar à cuia mansa orilla, &c. Item, fecit alia duo Poëmata *pro eadem Immaculata Conceptione*. Item, *pro eadem Immaculata Conceptione* Poëmata duo, folio 37. Item, *pro eadem Conceptione* aliud Poëma, folio 41. Item, Cantionem alteram *pro eadem Virginis Conceptione*, fol. 49. Item, aliud Poëma Latinum *pro eadem Virginis Conceptione Immaculata*, folio 68. Quæ omnia extant in lib impress. Hispali 1616. in 4.

RODERICUS de Figueroa Sanz, Canonicus Magistralis Vallisoletanus, in obsequiis funeralibus D. D. Joannis de Zuniga Marchionis del Villar, &c. inquit: La universal clemencia de Christo Señor nuestro para con los hombres, y con los Angeles, que de unos y otros la hace redemptor, probable Theologia, dando passo à la redempcion preservante, que la piedad comun venera *en el primer instante de la Immaculada Concepcion de la Madre de Dios*, &c. Serm. impress. Vallisoleti 1626. in 4.

RODERICUS Manrrique Hispanus, an. 1614. edidit Matriti Discursus *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ita ad litteram Hippolytus Marracceius in Catalogo Mariano, & in Biblioth. fol. 339. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 228.

RODERICUS Manrrique, Societatis JESU Hispanus, edidit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, &c. declamatum in collatione S. Vincentii Hispalen. & impress. ibi 1615. in 4. Incipit: La Verdad eterna.

RODERICUS Mendez, Poëta Hispanus, edidit Hieroglyphicum *de illibata Virginis MARIÆ Conceptione*. Apud Alphonsum Ferriol de Concep. fol. 46.

RODERICUS Mendoza Roxas & Sandoval, Dux Infantatûs, primus in Hispania Marchio, & Prorex Siciliæ (ut dixit de ipso quidam) congenitam accepit, & cum lacte nutricis suxit *Immaculatæ Conceptionis MARIÆ fidem*, cujus acerrimus defensor & propugnator extitit, &c. Ita in elog. Panormi impress. anno 1651. in charta expansa. Item, fecit votum seu juramentum cum tota sua domo circa *mysterium purissimæ ac Immaculatæ Conceptionis*, ut dicitur in rescripto impress. Panormi 1652. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, editus fuit libellus Hispanicus cum hac inscriptione: Letras que se cantan en la Capilla Real de Palermo, en la fiesta y octava que celebra en ella *à la limpia Concepcion de nuestra Señora* el Excelentissimo Señor Duque del Infantado, &c. Impress. Panormi 1652. in 4.

RODERICUS Ponze de Leon, Dux de Arcos, singulare fecit votum seu juramentum *pro tuenda Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* anno 1653. Impress. in folio cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

RODERICUS Ponze de Leon, Dux Marchenæ, anno 1616. votum seu juramentum fecit pro *mysterio Immaculatæ Conceptionis*, ut dicitur in voto nepotis sui, pag. 2.

RODERICUS de Portillo, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Sermonum de Christo & eius Sanctissima Matre, &c. libro 2. de Domina Angelorum, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis Dominæ nostræ* Sermones seu Tractatus octo, à folio 1. usque 134. ubi latissimè de hoc mysterio. Lib. imp. Tauri 1630. in fol. & in principio habet imaginem Conceptionis.

Item, in Sermone funerali D. Joannæ de Cordova in principio habet imaginem *Immaculatæ Conceptionis*. Serm. seorsim impress. Matriti 1624. in 4.

RODERICUS de Salazar, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, edidit Cantionem sub hoc titulo: En alabanza de la Reyna de los Angeles MARIA santissima, pura y limpia *sin pecado original*. Impress. cum tractatu R. P. Joannis Redondo Hispali, anno 1616. in 4.

RODERICUS de Solis, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Arte dada del mismo Dios à Abrahan para servirle perfectamente, &c. part. 2. ad illa verba: Qui redimit de interitu vitam tuam, consideratione 6. folio 274. *Quòd Virgo MARIA fuit immunis ab omni peccato tam actuali, quàm originali*. Lib. impress. Compluti 1594. in 4.

RODERICUS VanEnden, Doctor Hispanus, sermone de pompa funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 7. inquit: Tenia (dicen las relaciones que à estas Islas han venido) su Magestad gran devocion *con la purissima Concepcion de la Virgen santissima Señora nuestra*, cuio oficio rezaba todos los dias. Pidio perdon à la Reyna del cielo sino puso la diligencia posible paraque su Santidad difiniese *su Concepcion purissima*; aquien lleno de divino Spiritu con abundancia de lagrimas hizo voto si le alcanzaba de su precioso Hijo la vida de procurar con la posible diligencia, y todo el gasto de su Real hacienda necesaria, *paraque su limpia Concepcion se definiese*, &c. Impress. 1622. in 4.

RODERICUS Zamoranus, Magister ac Cosmographus Hispanus, in Chronologia & Repertorio temporum, libro 3. in Catalogo seu Kalendario festorum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ* dies festivus, fol. 146. à tergo. Lib. impress. Hispali 1621. in 4.

RODULPHUS Agricola Frixius, Poëta antiquus, in Carmine ad laudem S. Annæ Aviæ Christi, sic cecinit:

Anna parens, summæ Genitrix venerandaParentis,
Quæ pandis populis prima salutis iter,
Filia, quâ majus nihil est melius ve creatum
Germine mortali, filia, Virgo, parens.
Visceribus porta est hæc Anna tuis, & ovanti
Gaudia magna Patri, gaudia ferque tibi.
Grande ratas precibus naturæ vertere leges,
Verterunt: sterilis sit modò læta Parens.
Et magnum feciſſe Deo non irrita vota,
Vincit at illorum spemque precemque Deus.
Quid tantam prolem, quando hæc est omnia supra
Major, & humanis nobiliorque bonis?
Sed tamen accipiunt, & cum contingere votis
Cætera non sperent, hoc neque posse putent.
Nascitur ergo, sacrisque salutat fletibus orbem,
Quæ mundi lachrymas tollere prima venit, &c.

Extat hæc Oratio seu votum curâ Theodorici de Pelingen impress. cum Opere Laurentij Cuperis Antuerpiæ 1591. in 16. Etsi expressè non profiteatur Auctor Immaculatam Virginis Conceptionem; verba tamen si præmeditentur, redolent puritatem; nam si in Conceptione Virginis pandebat Anna prima salutis iter; sigitur & ipsa Virgo prima

ma primævæ salutis, scilicet justitiæ originalis, in suo Conceptu pandebat iter. Et si fuit major, & meliùs concepta omnibus creaturis, respice Adam & Evam, inspice Angelos in gratia creatos. Deinde, si in matre Anna vertitur lex, ut ex sterili fiat fœcunda, vertatur & in filia, illa: Omnes in Adam peccaverunt.

RODULPHUS Ardens, Doctor Pictavensis, in Sermonibus de festivitatibus Sanctorum, sermone de Annuntiatione, folio 46. ad illa verba: Gratiâ plena, inquit: Vocatur igitur excellenter, & quasi appropriata nuncupatione gratiâ plena; quoniam nihil virtutis, nihil meriti, nihil honoris est, quod in ea non abundet; & gratiæ, quæ singulis sigillatim distribuuntur, Mariæ universaliter conferuntur, &c. Igitur gratia seu justitia originalis, quæ fuit in Adam, fuit etiam in Virgine Maria. Item, infra ad illud: Quod nascetur ex te sanctum, inquit: Non enim per hoc relativum quod, sola caro, sed persona significatur: neutrum tamen positum est ad majorem rei expressionem: si enim dixisset: ille sanctus homo, vel ille sanctus vir; parum dixisse videretur, sed ait: illud sanctũ, ac si apertè diceretur: ille, in quo nihil nisi sanctitas, nihil nisi bonitas est, &c. Nota illud: non solùm caro, sed & persona sancta absolutè; igitur sicut nec in persona fuit originale, ita neque in carne, prout assumpta de Virgine.

Item, Sermone de Assumptione, folio 94. inquit: Hinc est, quòd Beata & venerabilis Virgo Maria, cujus hodie Assumptionem celebramus, quia præ cunctis (qui ab initio usque ad finem fuerunt vel futuri sunt) Dominum in munditia, humilitate, mansuetudine, simplicitate, sanctitate, cæterisque virtutibus magis studuit imitari, Dominique fieri hæreditas omnibus modis desideravit, &c. Ab initio fuerunt Adam & Eva absque peccato originali, ac per consequẽs V. Maria. Item, infra: Ineffabilem igitur fragrantiam sanctissimæ Virginis & Dei Matris Fratres charissimi admiremur, admirando delectemur, delectando æmulemur, æmulando de longè pro viribus nostris imitemur, omnem maculam, omnem turpitudinem fugientes. Lib. impress. Antuerpiæ 1570. in 8. Igitur Virgo Maria omnem ausugit maculam; vel meliùs, ab ipsa omnis ausugit macula tam originalis, quàm actualis.

RODULPHUS Ceulemans, Ordinis Præmonstratensis Canonicus, in Theologiâ habitâ Antuerpiæ die 12. Julij anno 1649. Thesi 10. hæc defendit: Omnes ex Adamo viâ generationis ordinariâ procedentes (*si Deiparam exceperis*) peccato ejus inficiuntur, & nascuntur filij iræ. Impress. ibidem in 4.

RODULPHUS Chisius, Ordinis Prædicatorum, scripsit Sermonem de Conceptione Virginis Dei Matris Mariæ, in quo inter alia inquit: Primò ostenditur, quòd Deus Pater *præservavit eam* per suam potentiam. Secundò, quòd Deus Filius *præservavit eam* per suam sapientiã. Tertiò, quòd Spiritus sanctus præservavit eam per suam bonitatem, &c. Secundò dico, quòd *Virgo MARIA est sine peccato concepta*, quod est per sacram Scripturam præfiguratum. Tertiò dico, quòd exemplis est confirmatum, &c. Ita Andreas de Peruzzinis in Analysi purissimæ Conceptionis folio 62. Existimo tamen hunc esse eumdem cum sequenti.

RODULPHUS Clutius, Ordinis Prædicatorum Flander, revisit, emendavit ac notis illustravit Sermones Dormi securè vulgò nuncupatos, quorum Auctor fuit Joannes Werda Ordinis Minorum; & sermone 5. folio 38. usque 49. adducit Sermonem *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, in quo latissimè rationibus, exemplis, auctoritatibus atque miraculis Virginem Mariam fuisse à peccato originali præservatam probat. Lib. impress. Coloniæ Agrippinæ 1612. in 8.

RODULPHUS Langius, Canonicus Monasterienſis Germanus, in libro dicto: Rosarium Virginis Beatissimæ gloriosissimæque Dei Matris Mariæ, qui incipit: Virginis optimæ maximæ, &c. cecinit:

Concepta Virgo libera criminis
Ave MARIA.

Et infra: Ave Maria *ante mundi constitutionem præelecta.* Extat manusc. Fontibus in Brabantia apud Minores, & apud nos cum alio Opusculo impress.

RODULPHUS Monaldus, Abbas Perusinus Italus, edidit Carmen de Beatissima Dei Genitrice Maria sub hoc titulo: Magnæ puellæ infantulorum minimæ, Virgini Deiparæ castissimæ, integerrimæ, Immaculatæ, Patronæ, Dominæ, Reginæ Protheus iste versiculus, qui potest in mille formas verti, facer & dicatus esto, &c. Pro nostro assumpto verba ista sufficerent; nam vocat Mariam integram & Immaculatam; sed do etiam carmen, & est hujusmodi:

Quot mare dat guttas, præbet tot pocula gratis.

Extat in libello exculo Perusiæ 1647. in 12. ad finem.

Item, in Idillio de Natali Virginis Mariæ, ita cecinit:

L' amorosa columba
Candida si, che alle sue membra intatte
Cede la neve, el alabastro è latte.

Lib. impress. Perusiæ 1646. in 12.

RODULPHUS N. in Conventu Avinionensi coram venerabili cœtu S. R. E. Cardinalium habuit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ* teste Cartagena tomo 4. col. 419. Sed existimo, hunc fuisse Rodulphum, sive Richardum Armachanum Primatem Hiberniæ.

RODULPHUS de Rivo, Tungrensis Decanus, in Kalendario Ecclesiastico, ad diem 8. Decembris inquit: *Hodieubiq; Conceptio Virginis gloriosæ*, &c. 9. lect. non tenetur in Dominica. Extat cum quibusdam Historiis Sanctorum Joannis Helssels à Lovanio. Impress. Lovanii, anno 1568. in 8.

ROMANUS Parisiensis ac antiquus Poëta, lib. 6. de sacra Virgine, inter alia, hæc cecinit:

Auctor honestatis libram suspendit eorum,
Ne sex in fœtum fœda parentis eat,
Ne radix ramum vitiet, ne plantula robur,
Ne vitium damnet fontis inepta lues, &c.

Et postea pergit: *Fabricata omni nota fœditatis semotâ.* Ita Cardinalis Vitalis in suo Defensorio, libro 4. cap. 5. ancil. 5. & in altero originali Alani. Si fabricata ergo fuit domus Mariana ab omni fœditate semota; & absque originali peccato.

Item, idem de eadem Virginis creatione, inquit:

Principio natura Dei sic fabricat ædem,
Ne fœx, ne vitium, ne nota fœdet eam, &c.

Item, Auctor iste edidit Epithalamium Virginis, in quo per Ave Angelicum probat *Deiparæ immunitatem à peccato originali*, ut insinuat idem Joannes Vitalis ubi supra.

ROMANUS à S. Philippo, Ordinis Carmelitarum

rum, in Theologia habita Lovanii die 5. Maii anno 1659. Thesi 18. &c. *Ordinis decreto ab anno 1306. Carmelitæ defendimus, defendit D. Thomas, licèt Opera ejus ubiq; corrupta supponantur, imo ipsam ab originalis contrahendi debito fuisse Angelis remotiorem putamus.* Impress. ibidem in 4.

ROMANUS Widman, Ordinis S. Benedicti professus in Scheirin, fuit Religiosorum Congregationis Beatæ Virginis *Conceptæ* pro tempore Præfectus. Ita in libro dicto: Dissertatio Theologica. Impress. Ingolstadii 1623. in 4.

ROMUALDUS Salernitanus Archiepiscopus, in sermone de Virginis Annuntiatione *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali loquitur.* Floruit ad annum 1156. Ex Serrano, lib. 2. cap. 25. num. 19. Leon classe 9.

ROSA Betrian & Beamonte, fœmina Hispana, scripsit Cantionem seu Carmina *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impress. cum alijs à Sanct. Zapata libro de Concep. folio 178.

ROTHOMAGENSIS Civitas, instituit festum *Immaculatæ Concept.* circa annum Christi 1074. propter apparitionem factam Helsino Abbati in periculo maris constituto: quod fuit celebratum tunc & deinceps speciali solemnitate in hac Civitate, ubi Fratres & Poëtæ decantarunt omnibus linguis Vejusdem *Conceptionis laudes*; ut dicitur in Compendio Historiæ descriptionis principaliorum Civitatum Galliæ; & in libello de Confraternitate *Immaculatæ Conceptionis* instituta Nivellæ apud Minores. Impress. Namurci 1641.

RUALDEVIUS N. Auctor antiquus, super illud: Ave gratiâ plena, inquit: Nunquam legimus in Scriptura sacra aliquem Angelum dixisse alicui creaturæ humanæ: Ave, aut hanc Gabriëlis salutationem; & hoc in signum, *quòd ipsa fuit prima creatura libera à væ &c.* Deinde agit, quomodò fuerit immunis à peccato originali. Ita in Summa dicta: Destructorium vitiorum, parte 4. cap. 28. Lib. impress. Nuremberg. anno 1490. in fol.

RUARDUS Tappar ab Inclusa, Lovanienſis Decanus, in libro de Explicatione Articulorum venerandæ Facultatis Sacræ Theologiæ generalis studij Lovanienſis circa dogmata Ecclesiastica &c. art. 2. de Peccato originali folio 50. inquit: Et supervacaneum est hic disputatione, an peccatum originale virtualiter sit in semine, vel in parente sive sancto sive impio. Nam quia in Adam omnes peccavimus, & per hoc in nobis facti sumus peccatores; nihil refert, quales sint parentes immediati: immo si sanctificati, fomite penitus extincto (*sicut erat in MARIA*) *sine libidine generarent*, proles peccatum originis contraherent, quia ex Adæ nascerentur propagine, &c. Lib. impress. Lovanij 1565. in folio.

RUBUS Hanonius, in Historia harmonica, seu: Quatuor Evangelistæ in unum, adducit indicem concionatorium *pro festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Duaci 1575. in 8 reg.

RUFFINUS Aquileiensis Presbyter, in Commentario super 75. Psalmos Davidis, Psalmo 71. fol. 168. ad illa verba: Descendit sicut pluvia in vellus, inquit: Rectè ergo MARIA velleri comparatur, de cujus fructu salutaria populis vestimenta texuntur. *Vellus planè MARIA est; siquidem de molli sinu ejus Agnus egressus est, qui & ipse Matris laniciem*, id est, carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum: omne enim peccati vulnus Christi lanâ suffunditur, Christi sanguine fovetur, & ut sanitatem recipiat Christi indumento vestitur, &c. Lib. imp. Lugduni 1570. in fol.

RUFFINUS Sacciotus de Racuta, Ordinis Minorum Italus, in libro Coronæ virginis MARIÆ lectione 4. fol. 56. *Quòd Virgo MARIA non cecidit in peccatum originale, sed ab ipso fuit præservata*, latè. Et lectione 22. ad illa verba: Sancta MARIA, *Quomodò Conceptio Virginis Matris fuit sancta*, agit latè à fol. 419. usque 444. Lib. imp. Neapoli 1590. & 1640. in 4.

RUPERTUS Linconiensis, Ord. Minorum, in 3. Sent. dist. 3. scripsit *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Ita Urzan. fol. 103. ex Bustis; Leon classe 9. ex Salazario, sæculo 14. Joannes Euseb. lib. Excep. folio 519. Pistoia fol. 159. Sed si iste fuit Episcopus, communiter citatus Linconiensis Anglus, non fuit ex Ordine Min. ut alibi ostendo.

RUPERTUS de Russia vel Rubertus, Ordinis Minorum, scripsit *pro Conceptione V. MARIÆ*, ut testatur Franc. Maria Pistoia Coron. 2. fol. 159. n. 73.

RUPERTUS Tuitiensis, Abbas Monasterij S. Heriberti Ordinis Sancti Benedicti, tomo 1. de Trinitate, & Operibus suis in Isaiam, libro 2. cap. 19. folio 498. explicans illud: Generationem ejus quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium, inquit: Nam utraque mirabilis & utraque ineffabilis est; nam ineffabile est, quòd divina in generatione Pater in Psalmo: Eructavit (inquit) cor meum verbum bonum. Ineffabile itidem est, quod de carnis generatione rectè hic dictum intelligitur, quia abscissus est de terra viventium. De terra (inquam) non morientium sive mortuorum morte peccati (quia omnes in Adam mortui sunt) *sed de terra viventium, id est, de terra Virginea per sanctum vivificata Spiritum abscissus est.* Abscissus (inquam) sub auditur sine manibus, quemadmodum Daniel &c. Hæc quasi expressa videtur auctoritas: nam si Christus genitus & natus est à carne Virginea, quæ non fuit mortua morte peccati, quâ omnes in Adam mortui sunt; ergo MARIA à morte originalis peccati fuit exempta.

Item, libro 1. de Operibus Spiritus Sancti cap. 12. *Meliore quidem terra, quàm ea ex qua conditus fuerat Adam, animata & immaculata.*

Item, lib. 1. de Operibus Spiritus sancti cap. 13. ad finem folio 601. inquit: Igitur nihil erat, propter quod creaturam suam, id est naturam fœmineam, abhorreret Dei Filius, præsertim quam illi præparasset, *quamque ab omni corruptione immunem servarat* hic sanctus Dei Spiritus, &c. Igitur ex sententia Ruperti ante Incarnationem Verbi præparata fuerat Virgo MARIA, & immunis servata ab omni corruptione. Quæ autem, vel qualis poterat esse in Virgine corruptio illa, à qua præservata fuit, nisi peccatum? & cùm dicat: ab omni corruptione, indicat, quòd non solùm ab actuali, sed etiam à labe originalis peccati.

Item, lib. 6. in Cantic. Cantic. Idem discalceatione calceamentorum Spiritus servilitatis esse argumentum; idcirco ancillæ, nempe Evæ, calcaneum à serpente admorsum, quia discalceata erat; tu verò filia Principis probè calceata caput serpentis contrivisti. Et paulopost: Sæculis inauditis inaudita Virginitas atque fœcunditas! tanquam ô dilecta singularis, *libera es ab omni jugo peccati.* Ita Mart. Philip. in Theat. Excell. tom. 2. sæculo 12. fol. 1208. De operibus Ruperti sæpè impressis agimus in Sole Veritatis & Radijs.

RUT-

RUTGERUS Dole, Canonicus Germanus, circa annum 1407. fuit *Immaculatæ Conceptionis Assertor.* Ita Joannes Ludovicus Schonleben lib. 4. de Concept. fol. 25.

RUTGERUS Sicamber de Vernai, Ordinis Clericorum Regularium Sancti Augustini Teutonicus, scripsit *pro purissima Conceptione Dei Genitricis* contra quemdam eam impugnantem Epistolas plures, ut refert Hippolytus Marraccius in Catalogo ad ann. 1496. & in Biblioth. folio 349. & Pistoia fol. 153.

Item, in Hymno de S. Anna Virginis matre, sic cecinit:

Illa profudit generi misello
Labe sordenti genitricis Evæ
Nobilem prolem, radians jubauque
Edidit orbi.

Extat in lib. de Laudibus S. Annæ edito à R.P. Joan. Trithemio anno 1506. in 4.

RUTILIUS Benzonius Romanus, & Episcopus, in libro de Expositione Psalmi 86. ad verba illa: Benedicta tu: Ex supradictis Angeli verbis colligi, Deiparam non solùm super omnes mulieres, sed etiam super omnes Angelos, cæterosque Beatos benedictam fuisse, *& ab originali peccato præservatam*, cap. 25. latè. Impress. Recaneti 1612. in folio.

Item, de Anno sancto Jubilei, libro 2. cap. 6. asserit *Beatam Virginem absque originali macula conceptam.* Impress. Venetijs 1599. in folio.

Item, in Canticum Magnificat lib. 1. cap. 23. folio 100. de Virg. gratia, inquit: Fecit mihi magna qui potens est, per hanc enim divinam gratiam singulare beneficium *divinæ præservationis à labe peccati originalis in ipsa mea Conceptione recepi*, quod soli Christo per naturam, & soli mihi inter homines cunctos per gratiam concessum. Per hanc omnem pulchritudinem ejusdem gratiæ, quæ à pura creatura recipi potest, accepi &c. Vide alia ibi. Et libro 2. cap. 22. dubio 7. fol. 246. §. Lutherus, de eadem Virginis Conceptione agitatè.

Item, in libro de Fuga tempore pestis & belli, &c. lib 1. disp. 2. quæst. 2. fol. 70. *Quòd MARIA à nullo Illustrium Virorum superatur.* Lib. impress. Venetijs 1595. in 4.

S

SABBAS Sanctus, natione Græcus, qui fuit Auctor vel Collector Menæorum Græcorum & (ut dicitur) floruit ante, vel ad annum Christi Domini 450. in Rituali suo Hierosolymitano adduxit *pro Conceptione Virginis MARIÆ* Canonem Ecclesiasticum in festo S. Annæ concipientis Dei Genitricem; & sunt Odæ novem ex S. Andrea Cretensi. Item, officium *Conceptionis Virginis MARIÆ.* Item, die 25. Martii in Homilia de Annuntiatione, loquens de Dominicæ Incarnationis encomiis, sic inquit: Quoniam verò decretum hoc suum tum ab ipso Sathana, tum à cœlorum quoque virtutibus ignorari voluerat, primò quidem providentia singulari perfecit, ut sacra Virgo *ab ipso vitæ suæ principio tam omninò existeret pura, quàm esse puram decebat* illam, quæ tanto bono, id est Christo, digna existeret. Item, die 5. Maij Ode 3. de Sancta Irene Martyre, sic ad Virginem MARIAM: Mors instar fluminis ruens apud te perdidit vires; quo sanè facto permoti, primitias te immortalitatis vocamus. Item, die 4. Jun. de Sancto Metrophane Archiepisc. Constantinopolitano: Collaudemus radicem immortalitatis, paradisum ratione pollentem, atque totius orbis terrarum grandem thesaurum: in hac enim Virgine negotium mundi salvandi confectum est, simulque *singulis hominibus originalis peccati venia parta.* Hæc verba aliquid faciunt pro V. puritate. Item, die 31. Martij Ode octava de S. Apacio Martyre: Nimirum omnia tua, ô Genitrix Dei! conditionem humanam excedunt. Item, ibidem Ode 3. In te quippe mores innovantur, ac leges naturæ. Item, die 2. Julij Ode nona: Tuam inexplicabilem gloriam, tuas item collatas tibi gratiæ dotes omni comparatione majores, modulamur, &c. Itè, die 20. Junij de S. Methodio: Te novæ legis arcâ vocamus unàque novæ legis tabulam ab ipso Numine sculptam, cui suum Deus Verbum inscripsit. Item, die 4. Januarij Ode 3. de S. Theoctisto: Tu palam designata es porta Solis ex alto progressi, tu Thronus Regis excelsus, tu Scala sublimis & ad cœlos usque porrecta, per quam Christus *ô nævis omnibus libera* Virgo! descendit. Item, die 25. Martij Ode 3. & 4. sic Angelum introducit loquentem MARIÆ: Ego ex Angelis Deo adstantibus unus adlegatus sum huc ad indicandam tibi voluntatem divinam. Quid me pertimescis, *ô nulli unquam nævo subjecta?* Item, die 4. Januarij Ode 4. de Sancto Theoctisto: Ad te dies nocteque, ô præ omnibus inculpata! clamabo, &c. Item, die 20 Februarij Ode 3. de S. Charalampo: Tu omnium sanctissima peperisti Sanctum Sanctorum, planè pura sanctitatis domus. Item, die 4. Januarij Ode 6. de S. Theoctisto: Qui sola voluntate cœlum extendit, hic alterum te cœlum in terra produxit, ô Genitrix intaminata, &c. & prosequitur latè. Item, die 3. Januarij Ode 3. de Sancto Gerdio: *Nemo ut tu, Domina, inculpatus est æquè, nec præter te intaminatus quispiam, ô nævo nulli subjecta!* Item, die 19. Januarij Ode 9. de S. Machario: Tu, quæ creaturarum omnium Opificem procreasti, quidquid creatum est, supergressa es divinitate gloriæ tuæ, sanctitate & gratia. Item, die 18. Januarij Ode 6. de Sancto Cyrillo: De te enim sola publicè constat, *quòd ab æterno munda exiteris*, ut quæ possidebas justitiæ Solem. Item, die 3. Jan. Ode 3. de S. Malachia: In te, quæ *nulli unquam culpæ affinis fuisti*, ipsem omnem meam, &c. Item, die 1. Januarii, in precibus Matutinis: *O Domina nulli unquam reprehensioni obnoxia!* Item, die 29. Januarii Ode 6. Ex te sola, tanquam purissimo lilio in medio spinarum invento, uterum incolens tuum, sponsus ille tuus processit. Item, die 1. Januarii Ode 9. *Tu quæ ab omni es nævo intacta.* Item, die 12. vel 10. Februarii, Ode 1. vel 5. Nam ab æterno propter splendorem integritatis & pulchritudinem virginalem, ac demum propter charismata seu gratiæ dona, *quæ te ab omni nævo immunem fecerunt, manifestè* sola fuisti digna tanti partûs honore. Item, die 3. Januarii Ode 9. de S. Syndetica. In te primi parentis substitit lapsus, ultra pergendi facultate sublata. Item, die 2. Januarii, Ode 5. sic ad Virginem MARIAM loquitur: Salve ô cadentis mundi erectrix, *nulli unquam culpæ subjecta.* Item, die 3. Januarij Ode 9. de S. Malachia, dum Deiparam cum arbore vitæ sic comparat: Maturas vitæ fruges ex te carpo, nil damni à ligno scientiæ passus. *Tu enim ô macularum omnium expers!* ligno vitæ simillima, non aliam nobis fructum germinasti, quàm Christum,

qui omnibus ad vitam aditum, &c. Item, in Vesperis Annuntiationis Dei Matris, MARIAM sic affatur: Nunc demandatur Gabriëli Archangelo, qui te brevi conveniet, seu unicam pulchritudinis incorruptæ columbam, & planè recreationem generis nostri. Item: Ipsa ô Virgo in omni genere sanctitatis perfecta! Item, ad diem 25. Julij de obdormitione S. Annæ: O Joachime afflatu divino decore, tu quoque Anna divinitus clara. Vos gemini estis lychnum à quibus orta est lampas, *circa quam nullum umbræ vestigium cernimus.* Item, ad diem 2. Januarij Ode 5. inquit: Architectus & dominator omnium Deus, ut ex incorrupto utero tuo carnem susciperet, humani te generis primatem creavit, *ô domina nulli unquam reprehensioni obnoxia!* Item, die 23. Januarij Ode 4. de S. Clemente: O eminentissima castitate MARIA, quæ facta es puritatis ipsius sedes, utpote ad inhabitandum peridonea Deo, &c. Si in primo sui esse vel animationis instanti fuit maculata peccato, quomodò tunc idonea sedes puritatis Dei. Vide Simonem Wagnereckium libro dicto: Pietas Mariana Græcorum, & Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 4. & 5. à folio 332. usque 342. & nostrum Radium Solis Veritatis, signo 1. Radio 3.

SALAZARIUS de Mendoza, Canonicus S. Ecclesiæ Toletanæ, in lib. del Glorioso Doctor S. Ildephonso Arzobispo de Toledo, in Apendice fol. 247. inquit: Pedro de Calzolayo en la historia Monastica que escrivio en lengua Italiana, alega este Auctor à otro muy antiguo que llama Raymundo, y una Chronica de la Abbadia de Florencia, dice que nuestro Santo instituio la fiesta de la *Santissima Concepcion*, y lo mesmo dixo el Abad Tritemio. Item, cap. 7. § 3. sub hoc titulo: San Ilefonso tubo por opinion, *que la Santissima Virgen fue concebida sin pecado original*, quod latè probat à folio 48. usque 50. Vide ibi. Lib. impress. Toleti 1618. in 4. regali.

SALVATOR Bartholucius, Ordinis Minorum Italus, Quæstionem *de Conceptione Virginis MARIÆ* à Joanne Duns Scoto editam recognovit & illustravit; ut patet ex lib. impress. Venetiis 1580. in 8.

SALVATOR Cadana, Ordinis Minorum Taurinensis Italus, habet de *Immaculata Conceptione semper Virginis MARIÆ* Sermonem. Venetiis 1642. in 4. Vide etiam impressionem Messanensem, à fol. 1. usque 27. an. 1649. in 8.

Item, idem pro die *Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ* dubium sextum. Impress. Venetiis 1643. & ibidem 1647. in 4. Incipit: Che la Madre di Dio.

Item, de Regina Curiæ pro *Conceptione MARIÆ Virginis* Sermonem alterum, in libro de Adventu. Impress. Taurini 1641. in 4. Incipit: Advocata pia.

SALVATOR de Leon Murcianus, Societatis Jesu Hispanus, in Ecclesiasticum Jesu filij Sirach cap. 1. versiculo 9. folio 38. num. 65. Quòd *Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis habuit cumulatissimam gratiam.* Item, cap. 11. versiculo 16. ad illa verba: Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt, facit digressionem *de Immaculata V. Conceptione*, latè à folio 673. usque 677. Lib. impress. Antuerpiæ 1640. in folio.

SALVATOR Vitalis, Ordinis Minorum Sardus, in Theatro triumphali Mediolanensis Civitatis, ad annum 1. Virginis MARIÆ, fol. 176. inquit: MARIA Virgo filia Joachim & Annæ, sextæ ætatis aurora, à sexto die creationis figurata, ab æterno prædestinata & electa, in matris utero sanctificata (non quidem sanctificativa, ut Joan. & alij, sed præservativa sanctificatione) per gratiam prævenientem *à communi labe & culpa mirificè præservata, libera, immunis, exempta*, &c. Lib. impress. Mediolani 1644. in folio.

SAMUEL Buirette, Ordinis Minorum Belga, in libro: Practique celeste, & anniversaire sur tous les mysteres & solennitez que la Saincte Eglise propose en tout l'année, &c. Tractatu 2. consideratione 10. fol. 378. de gratiis, quas cœlum posuit in anima MARIÆ *à suæ Conceptione*, ad hoc ut esset propria Mater Filij Dei: *Pro die Conceptionis Immaculatæ* est positus in hoc loco ut serviat ejus festivitati, & c. agit latè de ejus præservatione à peccato originali. Et cõsideratione 11. de specialibus favoribus, quos receperunt Joachim & Anna in Conceptione eorum filiæ MARIÆ, folio 382. Lib. impress. Duaci 1650. in 8. magno.

SAMUEL Cassanensis vel de Cassinis, Ordinis Minorum, scripsit Sermones varios, in quibus tuetur mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Daniel Meyer Agricola, in Corona folio 178. Daza in tractatu de Concept. cap. 6.

SAMUEL Loyarts, Lovaniensis Doctor, & Pastor Brabantus, scripsit *de festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Sermonum unum latissimum à folio 604. usque 621. in libro Concionum seu Enodationum Evangeliorum, ad illa verba: Nondum erant abyssi, &c. Coloniæ 1621. in 4. Item, in Sermone de Nativitate Beatæ Virginis, inquit: Talem enim decebat eam esse, quæ in Matrem Dei foret eligenda, ut non solùm *ab omni labe peccati tam originalis, quàm actualis esset immunis & libera*, sed etiam omnium virtutum genere decora & fulgida; cujus rei testem habemus ipsum Angelum, qui Lucæ 1. his titulis salutavit Beatam Virginem: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c. tomo altero Conc. folio 770. Item, in libro Enodationes Evangeliorum Dominicis & festis diebus, &c. fol. 771. in festo *Conceptionis B. MARIÆ*: Ab æterno ordinata sum, &c. Sermonem, in quo Virginis MARIÆ præservationem tuetur latè & eruditè. Impress. Lovanij 1620. in 8.

SAMUEL Rabbinus, natione Hebræus, in aureo tractatu in formam Epistolę conscripto ad Isaacum Rabbinum Synagogæ, in subiulmeta de adventu Messiæ, &c. cap. 27. folio 18. inquit: De MARIA dicitur sic in Alcorano: De familia Aamar dixit Angelus Gabriel ad MARIAM: O MARIA Deus te elegit, & docuit gratiam, *& prælegit super omnes mulieres omnium sæculorum*, & posuit te quasi novum medium dividens inter homines terrenos & Angelos Dei in paradiso deliciarum. Lib. impress. cum tractatu seu lib. dicto: Zelus Christi contra Judæos, Saracenos & infideles, edito à Petro de la Caballeria Hispano, & ab Alphonso Vivaldo etiam Hispano recognito & emendato, ac scholiis illustrato. Impr. Venetiis anno 1592. in 4. Nota tamen, quòd Tractatus sive Epistola Samuelis fuit scripta circa annum 1000. à Nativitate Christi Domini; sed inventa anno 1339. & per Joannem Schallum Artium Doctorem Mantuæ impressa anno 1475. Fuit autem ex Arabico sermone in Latinum conversa per Alphonsum Bonum hominem Hipanum.

SANC-

SANCTIUS de Avila, Episcopus Hispanus, in libro sic intitulato: De la veneracion que se deve à los Santos cuerpos de los Santos y à sus reliquias, y de la singular conque se à de adorar el cuerpo de Jesu Christo nuestro Señor en el santissimo Sacramento, lib. 4. cap. 4. folio 396. Quòd sanctissima Virgo Maria inter omnes gratias principales *habuit effectus justitiæ originalis, &c.* Lib. impress. Matriti 1610. in folio.

Item, in sermone de S. Raymundo Ordinis Prædicatorum in salutatione vocat Virginem Mariam *purissimam.* Impress. Baëzæ 1602. in 4.

SANCTIUS Mathias Zapata Hispanus, scripsit Carmina ad Patrem, in quibus ait:

Stemmate ab æterno tibi nunc nova nomina dante
Conceptus sacræ Virginis almus erit, &c.

Vide alia in libro Sanct. Zapatæ folio 5.

SANCTIUS à Porta, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in suo Mariali, sive in Sermonibus festivitatum annualium Beatissimæ Virginis Mariæ, in sermone de Incarnatione facto coram Sum. Pontifice, propter quem factus est ab eodem Magister Sacri Palatij, à folio 139. ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Væ hominibus tripliciter accidit ex Scriptura. Primò ex malo quod provenit: Væ mihi super contritione mea, plaga pessima, Jerem. 10. Secundò ex bono quod deficit: Væ nobis, quoniam vastati sumus, Jerem. 4. Tertiò ex socio si absens sit. Væ soli, quia si cadit non habet sublevantem, Eccles. 4. Audite cœli (inquit Angelus) & auribus percipe terra, obstupesce & lauda universitas creaturæ: sed tu magis, ô homo! Hæc privilegiatissima Domina, cui pertuli verbum lectum, dicens: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, habet mali carentiam; ideò dixi sibi; Ave, *id est sine væ.* Habet boni affluentiam; ideò subjunxi: Gratiâ plena. Habet consocij præsentiam; ideo adjunxi: Dominus tecum, &c. Infra: Et bene ergo præmisit Angelus: Ave dico; & principaliter quoad istam partem, quòd considero circa hoc sacratissimum vocabulum Ave, suam generalem expositionem, in qua sola Virgo privilegiatur: exponitur enim id est sine væ: væ enim in omnes transit, juxta illud: Væ mihi nascenti, væ nato & væ morienti. Væ, quòd sine væ non vivit filius Evæ; & specialiter triplex juxta dictum allegatum Apocalyp 8. Væ, væ, væ habitantibus super terram. Primum væ pronitatis ad malum inclinantis. Secundum væ pravitatis culpæ obligantis. Tertium væ gravitatis pœnæ tribulantis. De primo væ scribitur Isaiæ 5. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Quod vinculum plaustri peccatum trahitur, cùm de lege communi ex vitio parentis protoplasti bonum difficiliter, & malum faciliter operatur quilibet: spiritus enim & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua Genes. 8. Hæc est lex ab Adam, Domine Deus 2. Reg. 7. Hæc est lex membrorum indissolubili atramento conscripta, quam neque Baptismus abluerat, nec tempus destruit, nec sanctitas voluntatum abradit. ..... in quadam Epistola, de qua lege Apostol. ad Roman. 7. Video aliam legè in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Ecce primum væ de communi regula pronitatis ad malum inclinantis: *sed ab isto væ sacratissima Virgo MARIA excipitur:* nam Mariam quoque Spiritus sanctus in eam præveniens à peccato prorsus purgavit, & à fomite peccati eam liberavit vel fomitem ipsum penitus evacuando (ut quibusdam placet) vel sic extenuâdo & debilitando, ut postmodum ei occasio peccandi nullatenus extiterit. In forma verba sunt Magist. lib. 3. dist. 3. Secundùm væ est pravitatis culpæ obliquitatis, de quo Threnor. 4. Væ nobis quia peccavimus; *sed ab isto væ sacratissima V. MARIA excipitur:* nam de Sancta Virgine Maria propter honorem Domini, cùm de peccatis agitur, nullam prorsus habere volo quæstionem. Et infra: Ad propositum dico tria: Primùm, quòd per Evam in nocêtia perditur, sed per Virginem reducitur. Primò Eva fuit nomen in statu naturæ lapsæ, *virgo in statu innocentiæ* Genes. 3. & 2. Sed quis hoc reduxit nomen, quis hanc reduxit rem, nisi Virgo? virago syncopatum remanet Virgo, Mater in Historijs. Secundùm dico, quòd per Evam triplex væ, triplex dolor acquiritur. In hoc tertio Eva est triplex interjectio dolentis à e v e *à quibus Virgo excipitur:* patet superius, &c. Item, infra part. 2. Ave Virgo (inquit Angelus) quia væ sublato, sub cujus maledictionis dispêdio totum mansit genus humanum, maledictionem mutans in benedictionem, & elementa hujus nominis quod est Eva contrario ordine disponens ad istius castigationis vocabulum, quod est Ave, nomen Evæ transferes in Ave, & veteris testamenti tenebras in Evangelij veram lucem. Ave sine væ, diceris; nam væ sine te datur: Eva conversa nosceris, si à primo ponatur, per Evam, væ miseris tunc per Ave mutatur. Væ Evæ dissipatur, & dolor primi vulneris per te Virgo sanatur. Venerabilis D. Joannes Belethin sermone hodierno super totum Ave Maria, &c. Impress. Valentiæ 1512 in folio.

Item, in eodẽ Mariali, cujus titulus est: Divinum, ac proinde inæstimabile, sed & omnium quæ hucusque de Christifera Virgine scripta sunt præclarissimum Mariale, Opus à Sanctio à Porta à R. P. F. Alphonsõ de Castro recognitum, &c. fol. 168. de Conceptione Virginis Mariæ Serm. unic. in quo part. 2. hæc habet: Dixi secundò, quòd in adventu Christi in carnẽ sunt signa in Matre virginali, sicut in luna, quæ sui simile concepit. De Matre Virgine scribitur Eccl. 50. Quasi luna plena in diebus suis lucet: in luna enim videmus tria naturalia. Primò, quia habet maculam & obscuritatem. Secúdò, quia cum sole non habet propinquitatem. Tertiò, quia à sole recipit claritatem; & si contrarium eorum videmus in luna, dicimus quòd signum apparuit in ea. Modò sic est, quia contrarium apparuit in luna nostra Virgine Maria. Primò *non habuit maculam alicujus peccati.* Secundò sol est sibi propinquus, & non distans. Tertiò sine sole lumen retinuit & conservavit. Dico, quòd in adventu Christi in carnem sunt signa in luna nostra Virgine Maria. Primò, *quia non habet maculam alicujus peccati: in ea namq; non est macula originalis peccati, nec mortalis, nec alicujus actualis. Non habet maculam originalem, quia secundùm opinionem Doctorum antiquorum communem & Sanctorum, ab illo fuit purificata & beatificata; secundùm verò opinionem aliquorum modernorum, ab illo fuit præservata.* Quæ opinio istarum fuerit verior, ad Ecclesiam pertinet, non ad alios, determinare. Utraque opinio concordat in festo hodierno: opinio modernorum, quæ dicit quòd fuerit præservata, dicit festum hodiernum licitum referendo ad ejus Conceptionem: opinio antiquorum dicit hoc festum licitum referendo ad ejus proximam sanctificationem. Hæc est igitur veritas Eidei Catholicæ, quòd Beata Virgo non habet maculam originalem, nec venialem, nec actualem,

& propter

& propter hoc dicit sibi Sponsus suus Christus Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula in te non est. *Quòd nullam habeat peccati maculam, in hoc super omnes Sanctos fuit privilegiata.* Dicit Augustinus in libro de Natura & Gratiâ: Si omnes Sancti & Sanctæ dum adhuc viverent, &c. usque habuisse peccatum. Hæc Sanctius à Porta in prædicto Mariali sive libro impress. Lugduni per Joannem Clein Alemannum, anno 1513. in 4. & in alia impressione facta per Henricum Gran, anno 1515. in fol. Sed adverte, quòd Sermo iste de Conceptione non extet in eodem Mariali impres. Valentiæ per Joannem Joffre, anno 1512. in fol. Eodem ergo tempore typis mandabatur Mariale Sanctij Lugduni & Valentiæ, recognitum utrobique ab eodem R. P. Fr. Alphonso de Castro, ut in Præfationibus utriusque dicitur, & in impressione Lugdunen. & Germana extat Sermo de Conceptione: in Valentina deest; causa hujus defectûs investigari oportet.

Item, Sermone de Nativitate Virginis MARIÆ, qui impress. Lugdunen. est 14. conferens MARIAM cum libro, ait: Composita enim est ex pergamenis Virgineis albissimis, à quocumque humore peccati totaliter deficcatis; propterea ejus materia sunt pergamena Virginea pulcherrima *sine quacumque macula*: ideo dicit suus gloriosus Sponsus Christus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.

SANCTIUS Zapata, Doctor Hispanus, scripsit Libru, sub hoc titulo: *Iusta Poetica en defensa de la pureza de la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima*, y mantenida y premiada, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1619. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

SANETES à Pati, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Vallis Mazzariæ, inquit: Panormi est Monasterium *Conceptionis* fundatum anno 1630. & habet Sorores 40. Item, sunt in dicta Provincia Capellæ & Altaria *Conceptionis* viginti: nam in unoquoque Conventu habetur Capella & Altare Conceptionis, & in Conventu Sanctæ MARIÆ Angelorum Panormi habentur duæ, &c.

SANETUS à Monte Sancti Sabini, Ordinis Sancti Augustini Italus, in libro *Officij divini* & sacrarum Missarum in dies singulos perpetua dispositio secundùm ritum S. R. E. &c. de modo recitandi Officium *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ*; & est Officium sicut in Nativitate Virginis, exceptis Lectionibus primi & secundi Nocturni. Romæ 1582. in 4. parvo, & Venetiis 1582. in 8.

SCIPIO Agnellus Maffæus, Episcopus Cassalensis Italus, in libro de interna Cruce Matris Dei, lib. 6. de magna similitudine Christi & MARIÆ, quia super omnes puras creaturas fuit superabundanter *liberata ab omni macula peccati*, etiam venialis, Discursum unum. Item, de unica similitudine inter Christum & MARIAM, quia in utrisque fuit extinctus fomes aut lex peccati, Discursum alterum. Item, de unica similitudine inter Christum & MARIAM, quantùm *uterque fuerunt liberi à peccato originali*, quod probatur auctoritate Ecclesiæ & sacræ Scripturæ, Discursum alterum. Item, *Beatam Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, quod probatur multis discursibus sacrarum Litterarum, Discursum alterum. Item, Quòd una sola ratione fœcundata omnibus auctoritatibus Sanctorum Patrum *probetur MARIAM non esse conceptam in peccato originali*, Discursum alterum. Item, Quòd *Immaculata Conceptio Matris Dei sit traditio Apostolica*, Discursum alterum. Item, de summa conformitate Christi & MARIÆ, hoc est, circa impeccabiliatem, Discursum alterum. Item, de ineffabili conformitate inter Christum & MARIAM, quia fuit plena immêsâ gloriâ. Item, Quòd MARIA fuit simillimum prototypum Christi, quia ipsi in summo gradu universales eminentiæ fuerunt datæ, vel participavit divinas proprietates Christi, quantùm ab humana natura participari possunt, Discursum alterum. Quæ omnia reperies à folio 528. usque ad 763. Lib. impress. Venetiis, anno 1633. in 4. magno, & 1638.

Item, in Descriptione solemnitatis Coronationis Beatissimæ Virginis MARIÆ institutæ à Serenissima D. D. Ducissa Mantuana (quæ quidem imago erat *Immaculatæ Conceptionis*) vocat Virginem MARIAM Immaculatam, absque ulla macula, nunquam maledictam, mare purissimum, prædestinatam ab æterno, Hortum conclusum, ac Paradisum voluptatis ad quem serpens aditum non habuit, totam pulchram, &c. Lib. impress. Paduæ 1640. in 4. & Mantuæ eodem anno cum figuris, etiam in 4.

SCIPIO Burghesius, S. R. E. Cardinalis, suis precibus institit apud Paulum V. Pontif. Maximum, ut promulgaret Decretum de non affirmando, *Quòd Beata Virgo MARIA Domina nostra peccatum habuerit originale*, &c. Vide Purpur. Marian. fol. 407.

SCIPIO Cabellutius Viterbiensis, ac S. R. E. Cardinalis, anno 1619. fuit Legatus Summi Pontificis Pauli V. ut cognosceret causam, an numismata seu medallæ cum signo *illibatæ Conceptionis*, & præcipuè illæ, quæ habebant inscriptionem: *Conceptæ sine peccato originali*, liberè cudi possent in Urbe. Præceperat enim Magister sacri Palatij ex rescripto edito die 19. Novembris ne omnino cuderentur, &c. Videnda & legenda Historia rei apud Lucam Waddingum in Legat. sect. 3. & Marrac. in Purpur. Marian. fol. 410. & Christoph. de Vega.

SCIPIO Gesualdus, Archiepiscopus Compsanus Italus, in Decretis Synodalibus præcepit observâdam esse *festivitatem Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*. Vide verb. Compsana Ecclesia.

SCIPIO Herricus, Poëta Italus, in libro: MARIA Virginea Mesanesi, &c. cant. 2. à fol. 26. agit *de puritate, innocentia, gratia, ac electione Virginis MARIÆ*, ut contereret caput serpentis, &c. Lib. impress. Messanæ 1632. in 12.

SEBASTIANUS Ammianus Famestren, Ordinis Sancti Augustini, in libro: Christiana institutio virtutum & vitiorum, sacri verbi Dei declamatoribus admodum utilis & necessaria, f. 154. Quòd MARIA dicitur stella propter quatuor, sic ait: Ideo dixit ei Angelus: Benedicta tu inter mulieres, id est, super omnes mulieres. *Omnes enim aliæ mulieres maledictæ fuerunt in matre sua Eva, Genes. 13. &c. sed tu sola in mulieribus Benedicta*, &c. Nulli dubium, quin hic loquatur de peccato originali. Lib. impress. Venetijs 1562. in 12.

SEBASTIANUS Angilergues, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, in sermone de Sancto Joanne ante Portam Latinam, fol. 7. asserit, *Quòd Virgo MARIA fuit concepta absq; originali peccato, laudatque MARIAM in sua Conceptione* & Nativitate. Serm. impress. Barchinone 1637. in 4.

SEBASTIANUS de S. Augustino, Ordinis

B. MARIÆ

Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Panegyrico de Regina Angelorum Maria, fol. 14. inquit: Han llorado nuestros ojos y enternecido nuestro corazon blasphemias y heregias contra Maria santissima intentando agraviar *su pureza mas limpia que los cielos, mas candida y transparente que el sol*, pues este padece Eclipses, y los otros se cubren de nubes, y à los Virgineos christales de Maria nunca pueden llegar achaques, &c. Impress. in Civitate Gaditana 1641. in 4.

SEBASTIANUS Barradas, Societatis Jesu Hispanus, in primo tomo Concordiæ Evangelicæ lib. 6. cap. 3. *de Parentibus Virginis ejusdemq; Conceptione Immaculata*, Caput unum. Impress. Lug. 1611. in fol. & Venetijs 1613. in 4. Item, de ejusdem prædestinatione Caput unum, quod est in ordine 4. ibidem.

SEBASTIANUS Beretarius, Societatis Jesu, in Vita Venerabilis P. Josephi Anchieta lib. 2. folio 78. agit quomodò hic scripsit vitam Deiparæ Virginis Elegiaco Carmine, incipiens *à purissima ejus Conceptione* usque ad cœli ascensum, &c. Item, infra agit *de die Conceptionis* spectato à prædicto Patre Anchieta. Impress. Lugduni 1617. in 8. Quam vitam postea Hispanico idiomate transtulit Stephanus de Paternina anno 1618.

SEBASTIANUS Brant Germanus, edidit explicationem Bullæ Sixtinæ, sive Extravagantis: Grave nimis, per Alexandrum Sextum denuo revisæ, restauratæ ac confirmatæ, &c. ubi adducta Bulla Alexandri Sexti cum testimonio, habet ad magnificũ & nobilem virum D. D. Albertum de Rotperg insignis Ecclesiæ Basileensis Decanum *pro Virginalis Conceptionis* defensione, contraque Maculistarum V. Mariæ furorem, &c. Incipit:

Quòd te cultorem scio Virginis intemeratæ,
Hujus enim laudes multiplicare studes, &c.

Et adducit Opusculum parvum Carmine impress. an. Domini 1502. decimo Kal. Julij in 4.

Item, in magna illa controversia habita in Germania inter Patres Ordinis Prædicatorum Wiggandum Wirt sive Cauponium, & P. Georgium Frickenhausenn, eorumque Discipulos; & ex altera parte Joannem Trithemium & Sebastianum Titium Brant, de quo in præsenti, edicum fuit Opusculum, sub hoc titulo: *Repetitio disputationis de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ gloriosæ* in florentissimo studio Liptzensi die Matris post festum S. Luciæ Virginis in Scholis Juristarum, anno Domini 1489. factæ cum responsionibus & replicis, in qua fundatis juribus & Theologicis rationibus evidentissimè ostenditur quid dicta Disputatio veritatis in se contineat, cum Bulla Apostolica, &c. Hic autem continentur sequentia: Disputatio brevissima, quæ incipit: Cùm ista altercatio, &c. Deinde sequitur oppositio P. Frickenhausenn, cui responsum est ex parte Juristarum in alia Repetitione longiori, quæ incipit: Acta in Scholis Juristarum hujus florentissimi studij, &c. post quas iterum edidit tertiam, quæ incipit: Replicando contra & adversùs quandam injuriosam, &c. Quæ omnia damus sub nomine hujus Auctoris propter plurimas conjecturas, in Monumentis antiquis impressis hoc anno. Fuerunt impress. Liptziæ, anno 1490. in 4. Habemus etiam manuse. ex dono R. P. Theodori Moreti, Societatis Jesu.

Item, in libro contra Maculistas, id est, contra illos qui dicebant *Virginem contraxisse maculam peccati originalis*, citatur à Daniele Agricola in Corona Doctorum pro Conceptione fol. 175. sub nomine Stephani Brant Poëtæ Laureati.

SEBASTIANUS Fageus, oblatus Sancti Ambrosij Mediolanensis, in libro dicto: Flores Ecclesiasticæ elocutionis Christianæ doctrinæ, verb. Salutatio Angelica, fol. 173. Beatæ Virginis laudes & attributa, ait: *Maxima Virginis puritas, quæ omnis culpæ, etiam originalis maculæ expers fuit, &c.* Impress. Mediolani 1610. in 8.

SEBASTIANUS Fantonius, Generalis Ordinis Carmelitarum, edi curavit Ceremonias *pro die Conceptionis*, ut videre est in Ceremoniali divini officij secundum Ordinem Fratrum Beatę Mariæ de Monte Carmeli. Impress. Romæ anno 1616. in 4.

SEBASTIANUS Fievet, Ordinis Minorum Belga, singulis Joannis Bapt. Agnensis Anagrammatibus de Immac. Conceptione B. V. Chronicà adjunxit, & cum illis pariter in lucem edidit, hoc modo: Psalterium Anagrammaticum Marianum Immaculatum, seu Centum & quinquaginta Anagrammata *prorsus pura, pro MARIÂ Deipara Virgine Immaculatè conceptâ*; quæ D. Joannes Bapt. Agnensis Cyrnæus Calvensis, Eminentissimi Principis S. R. E. Cardinalis Julii Rospigliosii Aulicus, solâ memoriæ vi (nam oculorum lumine orbatus est) eruit ex his Salutationis Angelicę verbis: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, Achrostichè reducta. Quibus totidem adjunxi Chronica (ex ipsis Anagrammatibus majori ex parte erута) desideratissimi illius anni 1662. quo exoptatissima fidelium votis Bulla Sanctissimi D. Nostri Alexandri VII. in favorem piæ sententiæ, & festi ac cultûs *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis Deiparæ edita*, cum solemni gratiarum actione publicata est in Belgio. Deiparæ Virgini Mariæ semper Immaculatæ, Dominæ suæ clementissimæ, infimus Servulus Joannes Baptista Agnensis. Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum. En interno mentis lumine dedi cor meum in similitudinem picturæ, quam in bono tuo lumine collоco, Lampas indeficiens. Ecce triginta & unum Angelici hujus Acroamatis, veluti Mensis tui totidem dierum numero distincti, characteres seu litteras, tanquam totidem stellas ordine vario choreas agentes, ac Immaculatæ tuæ gloriæ ancillantes, & amabili concursatione alia ex aliis Elogia Tibi texentes, Tibi sisto, Illuminatrix Maria. Accipe hæc fidera noctis meæ. Ita mihi longa hæc oculorum nox erit illuminatio in deliciis meis, dum Tu eris oculus cæco tuo: nam ad laudes tuas, ut vides, cœci vident. Te feram in oculis cordis amore non cœco, dum per Te, gratiâ plena, hîc luce gratiæ, olim lumine gloriæ sim videns. Hoc est, Domina, quod 150. hîsce Anagrammatibus, veluti totidem Psalmis tuis, Tibi canunt, & jam defecerunt oculi mei dicentes: Domina, quando consolaberis me? Ecce lumen oculorum meorum ipsum non est mecum. Sed Tecum est, dum est Dominus Tecum; Dominus illuminatio mea, & salus mea. Hoc est, quod cœcus clamo secus viam: Domina, ut videam Filium tuum in patria; & hinc lumen oculorum meorum erit mecum.

Anagrammata & Chronica Achrostica *de Immaculata Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis, ex his Salutationis verbis erута:*

Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

ANAGRAMMATA.

AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINUS TECUM

Adam et Evam in macula purè ignorasti.
Virgo planè munda, ac Mater Jesu amati.
En tu Immaculata es; nam Virgo Deipara.
Naturè nego in Deipara justa maculam.
Alma Dei Virgo ante casum praemunita.
Regina mirè tuta à lapsu communi Adae.
Ignorat Eva secunda malum primae? ita.
Age munda, i pura, tota mirè sine macula.
Genui Creatorem alma, munda, justa, pia.
Regina pia et summa, tu munda coeli ara.
Age idea sanè clara omnium puritatum.
Tanta Virgo merè immunis à culpa Adae.
O Regina, pura, munda, et Immaculata es.
Animata sum pura à Rege dulcj mei Nato.
Pura unica ego sum, mater alma nati Dei.
Lapsum ac reatum Adami nivea ignoret.
Pia munda Parens, et Immaculata Virgo.
Nivea Mater Jesu, culpam ignorat Adam.
Trâ sine maculâ ô Divam purè genitam!
Digna Mater Jesu et pura à macula omni.
Divam ingenti maculâ praeservatam!
Maculam iramve Adae penitus ignorat.
Regum Patrona: en Diva Immaculata es.
Regamus jure maculam in tota Deipara.
Una est Immaculata Virgo: en Deiparam.
Si pariat una Deum, en ergo Immaculata.
Tu ergo Immaculata; nam Deipara venis.
En Virgo pariet Deum, sana, Immaculata.
Coeli sum margarita, nivea, aptè munda.
Una est Deipara Virgo: en Immaculatam.
Magna Deipara venit, morsu mali vacet.

CHRONICA.

▶ Dæ aC EVæ LapsVM IgnorastI.
AIrgo pLanè pVra, aC Mater DeI.
En tV CLara es, naM VIrgo DeIpara.
WatrI DeI nVLLa LVes.
V CasV aDaMI tV LIbera.
NegInaCasta à LapsV aDæ MIrè tVta.
In EVa seCVnDa non est Labes prIMæ.
V ge, I pVra à sorDe, & sIne MaCVLa.
O enVIsIne MaCVLa aDæ.
R egIna tV MVnDa CœLI ara.
V ge IDea sanè CLara pVrItatVM.
I ota nItIDa est, & absqVe MaCVLa.
I ô REgIna, pVra, MVnDa & CLara es.
E Rege DVLCI nato pVrè anIMata.
D Vra VnICa, aLMa DeIpara.
T abeM aDæ aC EVæ nIVea Ignoret.
E Ia MVnDa parens & CLara VIrgo.
N IVea parens CVLpaM Ignorat aDæ.
V DVenIo sIne MaCVLa.
D eIpara tota pVra sIne MaCVLa.
O DIVaM sIne CVLpa!
W aCVLata non fVIt DeIpara.
L REgVM patrona, en DIVa CLara es.
N egatVr MaCVLa In tota DeIpara.
A na est CLara VIrgo; en DeIparaM.
S I parIat Vna DeVM, ergo tota CLara.
T V DeIpara; ergo sIne MaCVLa.
E n VIrgo parIet DeVM sana & CLara.
C œLI MargarIta VeranDa & pVra.
A na est DeIpara VIrgo, en CLaraM.
M agna DeIpara VenIt; à Labe VaCet.

CHRONICON.

AVE GRATIÂ PLENA, AVE MATER BENEDICTA.

ANAGRAMMATA.

AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINUS TECUM

Age Patrona mundi, jure Immaculata es.
Virgo antea Immaculata, en paris Deum.
Euge mali nescia, pura, munda, mira tota
Magna Deipara unicè tuta è morsu mali.
Age purè animata, mirè cumulata donis.
Regina Eva summo amanti pura dilecta.
Alma, intacta, Eva Virgo semper munda.
Almè ignita, en micat pura domus aurea.
Germinavi purè, tota sine macula Adam.
Regia tu purè munda, anima amicta sole.
Arca pura nati Dei, eum tegam almo sinu.
Tu jure Immaculata, ô Magna Dei Parens.
Ista Eva Regina mundo almè pura micat.
Immacula pura, esto etiam mundi Regina.
Purior Angelis, Deum unicè amata amat.
Digni amari pura à nece, tu è summo data.
Elido immane caput, ruat anguis amarè.
Nomine Deipara, auguste Immaculata.
Ne nece mali duri pomi tu magna servata.
Deipara inventa sum; ergo Immaculata.
O Jesu en digna Mater, pura, Immaculata.
Miraculum magni Dei, ea sanè tota pura.
Inviolata pergam, ac munda Mater Jesu.
Numen paris; age, ô Diva ter Immaculata.
Virgo est, ac praemunita in Adae malum.
Sola pua, ac mirè munda, animata viget.
Tu regia munda, animata, coelum aperis.
Ergo sine ma la avita: nam Deum parit.
Coeli summa jan , pura et digna Mater.
Verum Dei Agnu intacta à malo paries.
Mater, Virgo pia, jam le sanctè munda.

CHRONICA.

▶ ge Patrona MVnDI, IVre CLara es.
AIrgo antea CLara, en parIs DeVM.
En VgeMaLI nesCIa aDæ & EVæ.
Magna DeIpara VnICè tVta à Labe.
V ge REgIna CVMVLata DonIs.
R egIna à Labe aDaMI aC EVæ præsertVata.
I pVra atqVe DILeCta Mater.
V VLa DeI pVrè MICans.
O erMInaVI Castè absqVe Labe aDæ.
R egIa tV pVra, soLe Deo aMICta.
V VLa sVM sanCta & nItIDa.
T V pVLChra tota, MarIa DeIpara.
In spLenDore eXorta, sanCta MarIa.
E CVIpa MVnDa esto, orbIs regIna.
P VrIor angeLo, à Deo VnICè aMata.
D IgnI à neCe tV MVnDa es.
E go pVra Mater, CapVt serpentIs eLIDo.
N oMIner DeIpara aVgVstè CLara.
V neCe DVrI poMI soLa serVata.
D eIpara tV reperta; ergo sIne MaCVLa.
O IesV en DIgna Mater, tota pVLChra.
W aCVLa aDæ non fVIt In ea.
I nVIoLata aC MVnDa parens.
N VLLâ DIe sVb MaLIgno.
A Irgo MVnDa & sanCtItate pLena.
S pLenDIDa tota eXorta est Casta DeIpara.
H V CœLVM aperIs, ô DeIpara.
E go aDæ & EVæ CrIMen soLa eVasI.
C œLI tV porta, pVra & DIgna Mater.
A Irgo Mater IntaCta à LapsV aDæ.
M ater pIa, VaLe, ô VIrgo DeCora.

CHRONICON.

AVE DECORA INTER MVLIERES.

ANA-

ANAGRAMMATA.

AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINVS TECVM

Aurum ego nitens, Immaculata Deipara.
Avivam Deo integra, Immaculata parens.
En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.
Mater puri Agni, una Deo Immaculata es.
Amici, en pura genuit Adam Salvatorem.
Regina summè Diva, purè intacta à malo.
Immaculata nites, eia ergo pura, munda.
Almè amata, i Virgo pura, munda nitesce.
Genui increatum, sat pura è malo Adami.
Regina ô summè nitida, et pura à macula.
A culpa jam munda es, Virgo intemerata.
Tu parens veri Dei, ô magna Immaculata.
Age pura à sorde, et munita in maculam.
Ante originem pura, Immaculata vades.
Procul anguis à me, una Mater Dei amati.
Tacta sinu amato Regem mundi; eia pura.
En Virgo nata Diva, semper Immaculata.
Natum Dei una paries; ergo Immaculata.
Apertè Immaculata, i, Virgo sanè munda.
Dei summa imago, clara et pura inventa.
O vera Immaculata, Dei Gnatum pariens!
Multâ pomi en vacas, Regina Diva Mater.
Ista Virgo almè, purè, ac mundè animata.
Nata Dei Virgo, una semper Immaculata.
Virgo veneranda, ipsamet Immaculata.
Sanè digna meritove pura, Immaculata.
Tu magni electa amoris; eia pura, munda.
En pura Dei amans, et Immaculata Virgo.
O oeli merè gaudium, Nata pura amantis.
Virgo Dei nata: nam purè Immaculata es.
Mater pura Agni immolati, Eva secunda.

CHRONICA.

Vrvm ego nItens CLara DeIpara.
IVaM Deo Integra & CLara parens.
go MaterDeI, fILIa patrIs, sponsa spIrItVs sanCtI.
Mater agnI sIne Labe EVa seCVnda.
bsqVe MaLeDICtIone EVæ.
egIna CœLI tota pVra & MVnDa.
gnoras CVLpaM EVæ, ô DeIpara.
CasV protopLastI ADæ præMVnIta.
enVI IntaCta, sat pVra è MaLo ADæ.
egIna DeIpara, pVra MaCVLæ.
MaLo VaCat VIrgo DeIpara.
V parens DeI, ô pVLCherrIMa.
Ista VIrgo aLMè & pVrè à Deo Creata est.
rCa pVra, aLMa VIrgo DeIpara.
roCVL angVIs à Matre DeI.
apsVs aCreatVs aDaMI non est In ea.
n habItaCVLVM DeI.
atVM DeI Vna parIes; ergò CLara.
DeIpara MarIa qVare CVLpa non abesset?
DeI IMago CLara atq Ve pVra reperta.
o beneDICta sVper MVLIeres!
MVLtâ protoparentIs en VaCas DeIpara.
n spLendorIbVs sanCtorVM orta est.
on fVIt Læsa à CasV ADæ MarIa.
IrgoVeneranDa, IpsaMet CLara.
anè DIgna, MerItòVe pVra & CLara.
VeLeCta, atqVe sponsa aMorIs DeI.
n aMans pVra à IesV DILeCta.
œLI gaVDIVM.
IrgoCœLVM DeI es.
ater DILeCtIonIs, speI, & Integræ pVrItatIs.

CHRONICON.

AVE PRO CVL DEIPARA MARIA.

ANAGRAMMATA.

Amacula Adae Virgo patenter immunis.
Vera tu primogenita, sine macula Adam.
Evâ te dignam juro sine macula partam.
Mitis, pura, Immaculata, ego veneranda.
Adoravi te puram, sine macula genitam.
Regina sum Empirei, ac aula tota munda.
Ergo pura, i sanè munda, et Immaculata.
Amata purè et munda è macula originis.
Gaude Eva, spinâ malorum mirè intacta.
Reginam videtis à nota maculae puram.
Almè micas tota pura, Eva mundi Regina.
Tu, ô alma, specie tuâ mira, i, regna munda.
Ingenua, provida, Mater Immaculata es.
Adami ignoret maculam Eva, uti parens.
Palatium emicans auro, et regia munda.
Longè caput irae à summa Divina Matre.
Ego Eva, armis Paracleti munita, munda.
Aevum, et maculam ignorasti Deipara.
Animata mundè ac almè tu paries Virgo.
O Reginam puram, et sine macula avita.
O Diva ignara maculae, primatum tenes.
Munda venis, Virgo amata, prima electa.
Iugum Adami en procul à te, sana et mira.
Nitore Diva emicas, tu magna almè pura.
Avi Dei ô sanè claram et puram gnatam!
Sum Mater Unigeniti à Deo pura, ac alma.
Templum Dei sum, Arca ignara notae Avi.
Ea pura à malo mira genuit Sanctum Dei.
Oano Reginam jure tutam è lapsu Adami.
Virgone semper munda à macula? ita, ita.
Munda mali vigeat super omnia creata.

CHRONICA.

bsIt MaCVLa à Vera DeIpara.
erè genIta sIne MaCVLa ADæ.
n taberna CVLVM DeI nostrI.
ItIs, pVra, CLara, ego VeneranDa.
DoraVI te ortaM sIne CVLpa.
egIna CœLorVM DeIpara; ergo pVra.
ergo tota MVnDa, sIne CVLpa.
Dæ aC EVæ LabeM penItVs Ignorat.
aVde EVa IntaCta à MaLIs.
egIna DeIpara à notâ MaCVLæ pVra.
Deo ab IngentI MaCVLa præserVata.
V IVre Labe Cares, Magna DeIpara.
nContaMInata ADæ atq Ve EVæ proLes.
DaMI CVLpa à te IgnoratVr.
rogreDItVr sIne MaCVLa.
ongè CapVt Iræ à Vera DeI Matre.
go EVa pVra, arMIs paraCLetI Defensa.
æVVs non est In Casta & aLMa DeIpara.
LMè Creatà tu parIes, Vera DeIpara.
oReginaMabs CVLpa aVIta.
DIVa Ignara MaCVLæ!
ater DeI tV VIrgo eLeCta.
VgVM ADæ Longè est à te, sanCta & pIa.
on te MaCVLaVIt orIgo ADæ.
na seMper CLara, VIrgo DeI nata.
VM arCa & aVLa natI DeI.
ota pVLChra est Vna MarIa DeIpara.
a pVra à Labe parIt sanCtVM DeI.
anDore sVperat oMnes fILIas EVæ.
Irgone seMper Defensa à CVLpa? Ita.
VnDa est ergo, pVra & CLara? Ita, Ita.

CHRONICON DVPLEX.

AVE DEIPARA SINE MACVLA ✠ AVE MVLIER BENEDICTA.

ANAGRAMMATA.

AVE GRATIA PLENA DOMINUS TECUM

Angelorum Diva, & purè animatà micas.
Vale pacis Mater, Virgo mundè animata.
Virgo superna, Immaculata, divina Mater.
Genita Diva Mater, pura omnis maculae.
Regina (at naevo puram) laeti dicamus.
Unguis periit coram Eva munda et alma.
Tu pia, munda è malo, sacrive Agni Mater.
O Regina amata, dic tu: En almè pura sum.
Anima summè pura, en Regia tota lucida.
Porta mirae lucis, euge animata munda.
Fructum amari pomi evadens, regia Nata.
In Paradisum, at ignotum irae maculae.
Natum Dei genuit, pura caro mea à malis.
Unguem elimino, casta mater, pura, diva.
Luce amoris igne, tu alma purè animata.
Tu munda à macula per merita Jesu Gnati!
Munda es, Regina, à tactu primaevo mali.
Immunis à macula, en Deipara, ergo tuta.
Natum Dei lactavi, ego amans mirè pura.
Virgo semper munda, intacta à vae mali.
Signum coeli, diva, pura, en mater amata.
Tu ergo, i, jam per secula, animata munda.
In civitas alma, purè munda Regi amato.
Clarè pura, ideo amantis amatum genui.
Tiget, Roma, en diva Parens Immaculata.
Munda à macula, i, Jesum parito, et regna.

CHRONICA.

Tibi sque Maculata profluit.
Cale Diva Mater pacis.
Ego superna, Clara, Divina Mater.
Genita Deipara pura Maculae.
Reginam (at naevo puram) laeti dicamus.
Eorum Adoranda est, ergo sine Labe sit.
Dest sola Virgo, super omnes speciosa.
Tu pia & pura à Malo, sancta Deipara.
O Casta Deipara, tu alme pura.
An non regia tota Lucida est pura Mater?
Porta Lucis, tu Mater Dei.
Tabe Careo; qua ipara ego sum.
In Dulcedo Vera paradisi.
Non est Maculata parens Verbi.
Angelis prior, Deum Confero.
Deitatis es speculum.
Omnes filias Adae haec una superat.
Una est, & pura Coeli regina.
Integra est à Maculata Deipara; ergo tuta.
Natum Dei ego Lactavi.
Virgo sola Draconem effugit.
Sanctorum gloria tu Deipara.
Te non tetigit Macula Adae & Evae.
In Civitas Dei nostri altissimi.
Clarè pura; Deo à Jesu amata.
Liget en Diva parens Clara, ô Roma.
Munda à Culpa, I, parito, & regna.

ANAGRAMMA EPILOGICUM,

Quo alluditur ad Decretum Immaculatae Conceptioni faventissimum, editum à Sanctissimo D. N. ALEXANDRO VII. cujus gentilitia Insignia sunt Montes & Sidus.

AGNITA PURA MACULAE A MONTIUM SIDERE.

CHRONICON,

Alludens ad Prophetiam S. Malachiae de Summis Pontificibus, quae pro electione ALEXANDRI VII. sic habet: Custos Montium.

AGNITA ABSQUE LABE A CUSTODE MONTIS.

Sanctissimus Pater et Dominus Alexander Papa Septimus, qui erat antea Fabius Chisius.

ANAGRAMMA.

Quartus è Senis Papa, Matri Dei charissimus, ipsi labem Adae non fuisse statuet; tunc Pax.

R. P. Ioan. Eusebius Nieremberg. S. I.

Sexaginta Chronica anni 1662. de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis, incipientia à singulis litteris Antiphonae: Haec est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpae fuit.

Haec Virgo Deipara est Ipsa propria Virga lesse, In qua nec nodus originalis, nec Cortex actualis noxae fuit.
Aeruminae Evae Carens peperit; ergo sine Labe Adae nata est.
Caelesti partu Digna est; ergo à Matre tota pura nata est.
Est pura Conservata à Labe seminis Adae
Spiritus sanctus te habet sponsam; ergo Labes Adae te non tangent.
Tuta sola est à nece Divi pomi.
Una Deipara tota sine Macula.
Intacta praeservata est parens Messiae à Labe Adae & Evae.
Rea non fuit In Macula Adae.
Generosa haec sola nata Evae, peperit sine Dolore; ergo haec sola caret peccato Adae & Evae.
Annae proles à Contagio Mundi praeservata.
Ista tota pura sine Macula Adae.
Natura Maternitatis, at non sordes & Labes Evae.
Qualem Deum generas, patria Labe Cares.
Una Adae nata à Morsu Letiferi serpentis non tacta.
Ab Adae Labe praeservata est sola Mater salvatoris nostri.
Non est Maculata Virgo Deipara.
Es praeservata Labe Carens, praevisa Morte Dei.
Christifera est Mundata à Lapsu.
Non tetigit te Maculata Adae & Evae.
Omni Labe Evae Vacat Deipara.
Decebat te à nato praeservari à Labe Matris Evae.
Una Mater Christi absque Labe Adae.
Sponsa, parens & nata est Deitatis, ergo absque Macula.
Omnes superat sola benedicta Virgo.
Rubat colubri pestifer ante Deiparam.
Intemerata Magna solus potens Deus.
Gratia Dei ante ortum praeservata, Labe Carens nata est.
In Conceptione peccati nescia Maria, pie colitur.
Ne temporis puncto subest Diabolo
Alexander papa, oro te, Decernas hanc Immaculatae non peccasse.
Labe Caret, si pariturae Deum est.
Ignoranti pure Labem Adae ac Evae.
Sum Deipara Inventa; ergo Labe Careo.
Nitida tota est, & absque Macula.
Esse Debet pura parens agni sine Macula.
Caeli Domina Una tota pura est.
Clara Debuit esse Deipara à naevo Adae.
O Virgo Mater tota Lucida es.
Rident sola Maria salsos astus tuos falsae serpens.
Tota pia Iustam Mundam & Labe Carens est.
Evae & Adae Malli prorsus nescia est.
Xenium Datur Uni Verso orbi, In hac Una atque penitus pura Virgine.
A Matre Dei procul est angus.
Christifera sum; ergo à Labe Adae pura.
Tota pulchra es Maria à sordibus.
Unica Mater Dei plane pura.

Ab

Ab EVâ MaCVLatâ propagata, at tota nIt IDa.
Libera eſt Vna & ſoLa InteMerata pLanè à ſorDe EVæ.
InfeCta non eſt Mater Dei LVe EVæ.
SIne MaCVLa ADæ eſt Vna ſponſa Ioſeph.
CapVt ſerpentIs Ipſa ſoLa peſſVMDat
Vna proLes Annæ à ContagIo ADaMI præſerVata.
LapsVs ADaMI Vna eſt nesCIa.
PIè, MarIa à sCoto tVetVr à Labe ADæ.
ÆMVLa EVæ tota IntaCta & nItens à ſorDe.
FILIa eſt ADæ & EVæ ſeD abſqVe ſorDe Creata.
VIrgo eſt à MaCVLa ADæ tota Integra.
IntaCta eſt ſoLa VIrgo DeVM generans.
Te abſqVe ſorDe genItaM hoC Labore honorat VI.

soLI Deo & tIbI MarIa sIt perennIs LaVs honor & gLorIa.

CHRONICA.

1. pVLChrItVDo MarIæ 2. tanDeM orbI pVbLICatVr 3. ab aLeXanDro roMano pontIfICe 4. pVrIſsIMa DeCLaratVr. 5. IntaCta à Labe aDaMI atqVe eVæ. 6. orDInIs ſeraphICI fILII, IntegrItatIs Dei parentIs aſſertores & Defenſores.

ALIA.


1. AVe MarIa ChrIſtI para, fILIa patrIs, ſponſa Dei.
2. AVe DVLCeDo paraDIſI.
3. AVe MVLIer beneDICta.
4. AVe arCa & paLatIVM Dei.
5. AVe DeIpara sIne MaCVLa.

DISTICHA.

Infœlix EVAE nomen mutatur in AVAE;
Angelus æterni dum tibi dicit AVE.
Chriſtiparæ puræ gratus vis eſſe Mariæ?
EVAE mutato nomine, profer AVE.
Pax tibi ſit Virgo, gaude, nam tu procul AVAE;
Sit procul hic à VAE, qui tibi dicit AVE.
Qui tibi dicit AVE, ſine VAE ſit, Virgo Maria;
Sit ſine VAE Virgo, qui tibi dicit AVE.

CHRONOGRAPHICUM

In laudem Beatiſſimæ Virginis ſine peccato originali conceptæ, quod pleno ſenſu ad prodigium variari poteſt, per millies decies centena millia, centies mille chyliades, ſexies mille ſexcentas & octoginta myriades, & ter mille, centum, & ſex vices.



Antiph. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. ℣. In Conceptione tua, Virgo, Immaculata fuiſti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperiſti. Oremus. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti; quæſumus, ut ſicut ex morte ejuſdem Filii ſui prævisa, eam ab omni labe præſervaſti, ita nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Paulus V. 1615. 10. Iulij conſtit 100. dies Indulgentiarum devotè hanc Orationem recitantibus.*

SEBASTIANUS Franciscus de Medrano Hispanus, in libro: Soliloquios en discursos y meditaciones sobre la Salutacion Angelica, &c. Soliloq. 3. fol. 31. *Quòd in Conceptione suâ fuit Virgo MARIA possessa à Deo, &c.* Lib. impr. Matriti 1629. in 16.

SEBASTIANUS Gomesius à Figaredo, Theologus Hispanus, in Homiliario Dominicali fol. 30. *Quòd Beata Virgo MARIA nunquam peccavit.* Item, in Homilia in illud: Quis ex vobis arguet me de peccato? inquit: Ex hominibus quidem solus Christus Domin. ónibus dicere potest: Quis ex vobis arguet me de peccato? quia nec peccavit, nec peccare potuit: ex mulieribus verò sola sanctiss. ejusdem Mater illud idem similiter dicere valuit, *quia licèt peccare posset, nunquam tamen de facto peccavit*, &c. Quapropter non solùm dæmoni, cujus caput contrivit, juxta illud: Ipsa conteret caput tuum; sed etiam quibuscumque hominibus meritò potuit dicere: Quis ex vobis arguet me de peccato? *Cùm ergo ab omni peccati labe immunis & libera à Deo producta fuerit*, &c. Lib. impress. Lugduni 1606. in 8.

Item, in Explicatione Psal. quinquagesimi Miserere mei, &c. ad finem adducit indicem concionatorium *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Lugduni an. 1603. in 8. & Salmanticæ 1598. in 4.

SEBASTIANUS Hugolinus, Abbas Siculus, in libro de Quinque plagis Domini nostri Jesu Christi, à R. P. Francisco Ossunensi lingua Hispanica scripto & à se latinitati donato: *Quòd cæro Beatæ MARIÆ Virginis lignis setim comparatur, quia immunis ab omni corruptione peccati.* Romæ 1616. in 4.

SEBASTIANUS Izquierdo, Societatis Jesu Hispanus, ac Supremæ Inquisitionis Censor, in Thesibus habitis Compluti die 24. Novembris 1658. defendit sequentem propositionem: *Beata Virgo MARIA non solum ab originali peccato, sed etiam à debito illud contrahendi immunis evasit.* Fuerunt impress. ibidem eodem anno, & servantur cum alijs in Archivo ejusdem Collegij Compluti.

SEBASTIANUS Maccius Durantinus, Philosophus, Theologus, & Comes Palatinus, in lib. 6. Soteritos, seu de Redemptionis humanæ mysterio, fol. 162. *Quòd Virgo MARIA in sua Conceptione nullam sensit originalem culpam.* Lib. imperss. Florentiæ 1601. in 4.

SEBASTIANUS de Matos de Noronha, Episcopus Evensis, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiæ, titulo 10. de Observatione festorum §. 8. fol. 46. *Festum Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ nostræ.* Lib. impress. Ulyssiponæ 1634. in folio.

SEBASTIANUS Medicæus Florentinus, Jurisconsultus & Protonotarius Apostolicus Italus, in lib. Relationum Decretorum Tridentini Concilij, de Decreto peccati originalis *& exemptionis Virginis MARIÆ in sua Conceptione* à Concilio eodem edito. Impress. Florentiæ 1574. in 8.

SEBASTIANUS Moguntinus Archiepiscopus ac S. R. I. Elector, in Constitutionibus Provincialibus in Concilio Moguntino editis, in explicatione Angelicæ Salutationis vocat *Deiparam MARIAM Virginem selectam ex mulieribus, purissimam, & aptissimam officinam*, &c. Vide supra Moguntinum Concilium.

SEBASTIANUS de Nieva Calvus, Hispanus Poëta, in libro sub hoc titulo: La mejor muger, Madre y Virgen, sus excelencias, vida y grandezas repartidas por sus fiestas, &c. Cant. 2. *de Conceptione purissima MARIÆ, & de magnitudine præservationis à peccato originali*, ac de probatione hujus veritatis, à fol. 18. usq; 37. Lib. impress. Matriti 1625. in 4.

SEBASTIANUS Novaes, Societ. Jesu Hispanus, edidit Lib. *Lilium inter spinas, sive: Conceptus Dei Genitricis Immaculatus.* Imp. Conimb. 1648. in 12.

SEBASTIANUS Nutus Eugubinus, Doctor Italus, in Opusc. cujus titulus: Columba, sive Laudes in Natali Deiparæ die celebratæ, sic incipit suam Orationem: Ex infœcundo parentis Annæ utero formosa venit columba, *quam ulla sine labe pulcherrimam*, ad miraculum usque venustam divinus sibi præoptaverat Sponsus, inter canora suspiria, inter amoris deliquia, &c. Imp. Perusiæ 1644. in 12.

SEBASTIANUS Perez, Episcopus Oxomensis, in Constitutionibus Synodalib. titulo 25. de Observatione festorum, folio 166. *Conceptio Dominæ nostræ Virginis MARIÆ.* Lib. impress. Villaburgi 1586. in 4.

SEBASTIANUS de la Plata, Ord. Prædicatorum Hisp. in Serm. de Præsentatione Virginis fol. 12. inquit: Y Gregorio Arzobispo de Nicodemia lodice maselara y extensivamente llamando *à la Virgen corderita sin mancha.* Alabente los Angeles mi Dios que asi regalas y favoreces à los que por ti dejan todas las cosas. Convino, dice Gregorio, que esta divina cordera sin mancha, no se sustentase con ordinario sustento, &c. Y no solo fue esta ofrenda agradable, gustosa à Dios, y hermosa à sus ojos por averla ofrecido Santa Ana en tan tierna edad, sino tambien lo fue por averse ofrecido esta divina cordera à Dios desde el vientre de su Madre, &c. Segun esto decir el Esposo: Oque hermosos pasos dais hija del principe en los zapatillos, es aprobacion de lo que vamos diciendo. *Puso Dios los ojos en aquel alma santissima desta niña MARIA puesta dentro de los calzados:* In calceamentis, el un calcado el de su cuerpecito, el otro el del vientre de su Madre Santa Ana, y que dentro de ellos daba con los afectos del alma y con las potencias tales pasos al cielo, &c. Serm. impr. Hispali 1623. in 4. Citat S. Bernardinum tom. 2. serm. 51. & Episcopum Christopolitanum super Magnificat, ad illa verba: Quia fecit mihi magna; & ex auctoritatibus utriusque dicit: *Llegò la Virgen à mayor contemplacion, amor, y conocimiento de Dios en el vientre de su Madre, que Adam en su dichoso estado, que los Angeles en su creacion*, y que ninguna otra criatura. Quis ergo ex his verbis dubitabit, quin sententia hujus Auctoris fuerit pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali? maximè, cùm Bernardinus & Christopolitanus loquantur in citatis locis de primo Conceptionis instanti. Alia ejusdem Auctoris verba possem adducere, quæ brevitatis causa prætermitto.

Item, in Sermone de Præsentatione Virginis MARIÆ, fol. 8. inquit: Pues le ofrece hoy la gloriosissima Santa Ana una soberana torta Real de la flor de la harina, del milagroso trigo que dio la antigua y esteril campiña de su vientre, y assi salio de regalado y suavissimo gusto para el de Dios: Delicatus cibus. *Torta Real sin la levadura de la culpa*, &c. No avia de donde hacerle à Dios un pan, ni de queofrecerle una torta sin levadura de pecado y culpa hasta que en el vientre de la gloriosa santa Ana se amasò esta divina torta real *sin la levadura*

de la culpa y pecado. Et infra: Algunos por particular privilegio y gracia han ſacado al nacer buen roſtro y cara, un Jeremias, un San Juan Baptiſta ſon panes de una cara; pero la dela Concepcion fea y denegrida por el calor y fuego del horno como dixo David, que tambien experimento el fuego y calor ſuyo: In peccatis concepit me mater mea. De modo que ninguno à avido que ſe pueda llamar pan de dos caras: panes facierum, para poner lo en la meſa de Dios, ſolo eſta divina torta real es de dos hermoſas caras, de dos ſoberanos roſtros, por donde quiera que la miremos es hermoſa: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, toda hermoſa, toda linda; *linda por la parte de la Concepcion*, bella y hermoſa por la de ſu nacimiento: al fin como torta hecha en los vaſos de oro finiſſimo del vientre de Santa Ana, &c. Serm. impreſſ. Hiſpali 1623. in 4. Vide alia ibi pro immunitate Virginis.

SEBASTIANUS Quirinus, Ordinis Cruciferorum Archiepiſcopus Nixiæ & Pariſ. edidit Librum, ſub titulo: Plantæ horti myſtici Dei, ſeu Conciones in laudem Beatæ MARIÆ Virginis, in quibus agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Venetijs ad annum 1633. Ex Marraccio in Catal. & in Biblioth. fol. 355.

SEBASTIANUS Verrondes vel Verronius, Præpoſitus Friburgenſis Helvetius, in Chronica Eccleſiæ & Monarcharum à condito mundo, &c. ad annum creationis mundi 3947. à Roma condita 704. cap. 1. de Julio Cæſare Imperatore, fol. 123. §. de MARIA Dei Genitrice, poſt alia de parentibus *ac Conceptione B. Virginis MARIÆ*, ſic inquit: Admirabilis planè Virgo, quæ neque in partu quidem (utpote tam divino ſupraque naturam) nec etiam ante poſtve ullam caſtimoniæ experta eſt corruptionem, *cujus animæ innocentiam, puritatem, pulchritudinemque nulla unquam nec labes notavit, nec coarguit culpa*, &c. Vide alia pro V. puritate. Item, lib. 6. fol. 177. inquit: Indignum enim erat ſacratiſſimum corpus illud, unde Deus homo factus, terrena corruptione reſolvi, *& quod à peccatis alieniſſimum ſervatum fuerat*, tanquam peccati mancipium in cinerem & putredinem abire. Lib. impreſſ. Friburgi 1599. in 4.

SEBASTIANUS Vongeſeus, Ord. Servorum Beatæ Mariæ Piſtorienſis, edidit Regulas pro Societate *Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* in urbe Piſtorienſi erecta. Ita Hippol. Mar. in Catal. ad annum 1546.

SEBASTIANUS Vizente de Villegas, Licentiatus Hiſpanus, in libro dicto: Dubio ſobre ſi la fieſta de la Immaculada Concepcion de la Virgen ſantiſſima nueſtra Señora *ſin pecado original*, que la Igleſia univerſal celebra à 8. de Diciembre: ſupueſto que eſte año de 1619. ocurre en Dominica ſegunda de Adviento deba ô pueda celebrarſe en el meſmo dia en eſta S. Igleſia y Arzobiſpado de Sevilla, ò ſi ſe aya de trasferir à primero dia desocupado como ſuele, &c. omnino reſolutivè affirmat non obſtante Dominica, &c. Lib. impreſſ. Hiſpali 1619. in 4. Incipit introductio hujus Tractatûs ſic: Coſa bien ſabida es y cierta; & habet fol. 61. Reſolutionem affirmativam approbarunt D. Franciſcus de Balſa Canonicus, & Doctor Lucas de Soria Canonicus, Collegium & Univerſitas S. Mariæ de Jesu, Joannes de Alvares Serrano Rector, D. Joannes de Scobar del Corra Licent. Antonius Riccius Caſillas, D. Joannes de Soto & Rueda Licent. Garcia Martinez Cavezas. Ex Societate Jesu, P. Didacus Granados & Joannes de Pineda, D. Joſre de Loaſa, Ferdinandus de Morales.

SEDULIUS Scotus Hybernus, dictus Cælius, qui etiam Paſchalis communiter dicitur, in Expoſitione Epiſtolarum D. Pauli Collect. &c. ad cap. 3. fol. 14. inquit: Poteſt autem arca teſtamenti ſancta ejus caro, in qua Beata hæc anima collocatur, intelligi; habens in ſe teſtimonia Dei, quæ intelliguntur Chriſti; ſed & quòd latitudo ejus unum, & dimidium cubitum habere memoratur. Prophetata quidè admirandæ ac ſingularis vocationis deſcribitur, non tamen ex toto in dualem numerum, qui interdum etiã pro immundis ponitur corruiſſe: quamvis enim carnem naturæ ſuſciperet, *ex incontaminata tamen Virgine* aſſumpſit, & caſta ſancti Spiritus operatione, &c. Sed & illud obſerva, quòd non dixit Cherub unum ex latere dextro, & Cherub aliud ex latere ſiniſtro; ſed ait: Cherub unum ex latere hoc, & Cherub aliud ex latere altero, ut oſtenderet in illo propitiatorio, hoc eſt in anima Chriſti, ſiniſtrum nihil fuiſſe, &c. Lib. impreſſ. Baſileæ 1578. in fol. Horum Sedulij verborum ſenſus meo judicio talis eſt: Arca teſtamenti myſtica fuit caro illa Sanctiſſima, in qua anima Chriſti clauſa ſeu recondita fuit in ſua Incarnatione: hæc autem caro nihil habuit dualitatis, id eſt, immunditiæ; neque corruit vel habuit aliquid ſiniſtri: & rationem ſeu cauſam ſignat, ſcilicet quia caro illa fuit aſſumpta ex incontaminata Virgine, quæ neque corruit, neque habuit aliquid ſiniſtri, alias illatio non eſſet legitima. Igitur caro illa aſſumpta à Verbo ſemper fuit incontaminata in Chriſto, quia incontaminata fuerat ſemper in Virgine. Caro illa in Filio non corruit, quia in Matre ſemper ſtetit. Nihil denique ſiniſtri habuit in Domino, quia in Deipara caro illa ſemper fuit dextra: ergo caro illa à puncto Conceptionis Virgineæ fuit incontaminata, numquã corruit, & nihil habuit ſiniſtri.

SEMINARIUM Rom. Clericorum, edidit lib. *Speculum ſine macula, ſive: Laudes B. Virginis in ejuſdem Conceptu celebratæ.* Impreſſ. Romæ, anno Domini 1632. in 4.

Item, alium: *Primæ innocentiæ reditus ad conceptam Virginem* utriuſque linguæ obſequiis exceptus. Romæ 1633. in 4.

Item, alium: Auroræ cõſultatio, *ſive: Laudes Deiparæ Virg. conceptæ* Latina & Græca, ſoluta & vincta numeris oratione celebratæ à tribus ex inclyto Rom. Seminarii clero adoleſcentibus. Imp. Romæ 1630. in 4.

SENSATUS, Doctor antiquus, edidit ſub hoc nomine aliquos Sermones, quos poſtea iterum typis mandavit R. P. Fr. Guilielmus Oonſel Ord. Prædic. & ſerm. 55. Dominicæ vigeſimæ poſt Pentecoſten, fol. 625. inquit: Unde nullus homo quantumcumque perfectus & ſanctus tantùm profecit, quin ultra potuiſſet profeciſſe; niſi hoc eſſet ex ſpeciali gratia Dei, *ut fuit in D. V.* Eſt enim triplex gradus virtutum: quia omnis homo aut eſt in principio virtutum, aut in progreſſu virtutum, aut in ſumma perfectione virtutum ultra quã non poſſet perficere. Ad hunc gradum *ſola V. B. pervenit inter puras creaturas*: nullus enim alius S. cuiuſcumque ſanctitatis & virtutis extiterit, tantùm profecit in

gratia

gratia & virtutibus, quin amplius potuisset profecisse, sola Virgine gloriosa excepta, quæ in omni gratia & virtutibus & bonis operibus tantùm profecit, quòd summum gradum perfectionis obtinuit, &c. Lib. impress. Coloniæ 1619. in 4.

SERAPHINUS de Bononia, Canonicus Regularis Italus, in libro: Paradisus deliciarum spiritualium continens vitam Virginis MARIÆ, &c. *de Immaculata & sanctissima Conceptione gloriosæ Dominæ nostræ*, à fol. 11. usque 22. Bononiæ 1562. in 4.

SERAPHINUS Caballus de Brixia, Generalis Ordinis Prædicatorum Italus, edi curavit Martyrologium sui Ordinis Venetiis anno 1582. cura & sollicitudine R. P. Joannis de Palencia Salmanticensis; & in Kalendario eidem Martyrologio affixo ita habetur ad 8. diem Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis totum duplex.* Et in eodem etiam Martyrologio 6. Idus Decembris invenitur: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini nostri IESV CHRISTI* totum duplex. Vide Christophorum de Vega, Palest. 3. cert. 7. num. 279. folio 82.

Item, in lib. de Rosario Dominæ nostræ, agens de primo mysterio, folio 59. inquit: Doue inanzi à tutte le cose dobbiamo considerare *la purità, e santità di questa gloriosa Vergine, la quale ab æterno fu da Dio eletta per la Incarnatione dell' unigenito suo Figliuolo.* Per che si come nella creatione del primo huomo Adamo iddio gli apparecchio per sua habitatione la casa doue egli habitare dovea, che fu il terrestre Paradiso, così quando mando in terra il suo secundo Adamo, che fu Christo, gli apparecchio primamente il luogo della sua habitatione, *che fu il corpo, & l'anima de la sacra Vergine.* Et si come per l'Adamo terreno era conveniente una stanza terrestre, così per l'Adamo che descese dal cielo si convene una casa celeste ornata di virtu & doni celesti: è per che in Dio è una nobile conditione di fare tutte le alte cose aquel fine, per il quale egli l'a ordinare, percio habendo eletta questa Vergine sacra per si gran dignita, quanto è esser Madre di Dio parimente gli diede maggior sanctità & perfettione, eccetuata quella del Figlivolo de Dio, & essendo ella Madre del Sancto di Sancti li fu per alto, & divino modo donato maggiore copia di gratia è privilegii che si concedesiero mai attuti i Santi & Sante, &c.

Item, in Oratione ad Sanctissimam Virginem, in qua continetur memoriale ejus sanctissimæ vitæ, folio 251. inquit: Iddio te salvi ô Vergine misericordiosa tanto desiderata degli antichi Padre, representata con diverse figure & promesa, con molte profecie & revelationi. Iddio te salvi Vergine soave da Iddio miraculosamente *nel ventre della madre tua abbellità & ornata di perfettioni & gratiæ, &c.* Lib. impress. Venetiis 1582. in 4.

SERAPHINUS Capponius à Porrecta, Ordinis Prædicatorum (ut enarrat Paulus Carraria ejusdem Ordinis) explicans S. Thomam, & quomodò Virgo MARIA potuit habere gratiam sanctificantem in primo suæ Conceptionis instanti, inquit: Quòd animæ infusio & sanctificatio illius fuit in eodem instanti temporis, tamen secundùm diversa signa naturæ; nam per prius intelligimus animam informare corpus, deinde in alio naturæ signo sanctificari. Unde necessariò per ordinem ad illud primum naturæ signum, intelligimus & congruè eandem animam fuisse in periculo contrahendi peccatum originale: & hoc modo potest salvari æquè bene opinio Scoti & sequacium, qui tenent *Beatam Virginem nullum effectualiter contraxisse originale*, licèt in periculo fuerit illud contrahendi; & ea propter eguit, & egere potuit gratiâ redemptionis, &c. Vide Paulum Carraria tom. 2. reg. 5. art. 3. punct. 2. fol. 194. col. 1. & Franc. Maria fol. 162. & alios plures.

SERAPHINUS Cumeranus Feltrensis, Ordinis Minorum, in libro Conciliationum locorum communium totius sacræ Scripturæ, qui inter se pugnare videntur, part. 2. contra positione 200. scilicet: Immundus dicitur omnis homo in Scripturis, pulchra & munda dicitur sponsa in Canticis, folio 395. inquit: Quid igitur pro harum conciliatione dicemus? Nonne de Matre Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI alteram sententiam mysticè putamus fuisse prolatam? Ipsa enim, quia Sponsa Dei, quia Mater Filii, quia Templum Spiritus Sancti fuit effecta, *ideirco meritò pulchra & munda ex omni parte dicitur. Mundæ* (inquam) *in sua Conceptione, quia in ejus conceptu libido non fuit.* Quapropter Sancta Mater Ecclesia confidenter de illa cantat & dicit: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1558. in 8. & Parisiis 1556. in 8.

SERAPHINUS Legius Panormitanus, Ordinis Sancti Patris Francisci Italus, in suo Adventu sacro: *Sol defensus in Conceptione sanctissima supereminentis Virginis*; Serm. unum, qui est in ordine septimus, à folio 102. usque 109. Lib. impress. Venetiis 1643. in 4. Panormi 1643. in 4.

Item, in lib. Italicè inscripto: Le quatro Stagioni tempre floride de Sancti, &c. serm. 11. sub hoc titulo: Il candore Biancheggiato, folio 201. inquit: *Ma non era periculo in quell' anima purissima, di corruttione di colpa* concetta è nata senza colpa, è confirmata en gratia. Lib. impress. Romæ 1646. in 4.

SERAPHINUS de Moravia Aretinus, Ordinis Minorum, scripsit Italicè Tractatum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Waddingus in Catalogo fol. 315. Diza cap. 6. fol. 48. sed dicit esse sermone. Hipp. Mar. in Catalogo ad annum 1460. affirmat esse librum, & in Biblioth. fol. 359. De hoc etiam agunt Possevinus & Leon classe 6.

SERAPHINUS Pagnius à Sanct. Mamma, Ordinis Minorum Italus, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Sermonem, seu potiùs Discursum. Mantuæ 1588. & Florentiæ 1583. in 8.

Item, Lib. Ordo stationum & indulgentiarum, & gratiarum spiritualium ac divinarum, quæ sunt in Ecclesiis Urbis annuatim in perpetuum, de quibus similiter communicant Altaria *Societatis sanctissimæ Conceptionis MARIÆ Virginis.* Neapoli 1585. & Florentiæ 1583. in 8.

SERAPHINUS Razzi, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Sermoni in lode della gloriosa Vergine è Madre de Dio MARIA, serm. 5. fol. 36. num. 3. inquit: La tramontana riluce, è MARIA sempre fu rutilante nella fede è gratia, &c. E MARIA Vergine per essere vicinissima à Christo (polo spirituale, supra di cui si volge la vita nostra, è se sustenta) fu senza modo d'inconstanza, *è senza caso di peccato, sempre perseverando nel giorno della gratia, &c.* Item, fol. 165. vocans Virginem Sanctissimam, inquit: Difiniscono i sacri Theologi la sanctità

cita, una libera, perfetta & immaculata mondezza, da ogni impurità, &c. *E però essendo la gloriosa Madonna purissima*, è firmissima nela divina gratia, è charità, ragionevolmente si può nominare, non solamente Santa, *ò più Santa, ma nel superlativo grado Santissima, cioè purissima, &c.* Et fol. 169. Tu concepisti Jesum sine peccato. *Tu senza peccato alcuno è stendo*, peroche non mai peccasti ne mortale, ne venialmente, &c. Lib. impress. Florentiæ, an. 1584. in 8.

Item, in libro Prælectionum Fr. Melchioris Cani ejusdem Ordinis, ad Prælectionem *de Conceptione Virginis MARIÆ* habet Razzius Prælectionem unam, quæ est in ordine 3. ex libro 7. Lib. impress. Perusiæ 1603. in 4. Ejus verba non adducimus ad litteram, quia nihil probant pro una vel altera parte.

SERGIUS Hieropolita, sermone de Nativitate Virginis, inquit: Ex Davidico semine nascitur. Vitæ mater est, *tenebrarum expultrix, Adæ reparatrix, Evæ revocatrix*, immortalitatis fons, corruptionis interitus, ac celebratrix, &c. Vide Eusebium in lib. Except. cap. 3. fol. 155.

SETHUS Calvisius, in opere Chronologico ex authoritate potissimùm sacræ Scripturæ & Historicorum fide dignissimorum, ad motum luminarium cœlestium tempora & annos distinguentium, &c. ad annum 1450. æræ Christianæ 1501. fol. 816. inquit Synodus Moguntiæ jussu Pontificis acta, in qua conclusum fuit ab Episcopis Mariam Virginem Deiparam *absque peccato originis singulari quodam privilegio conceptam fuisse*, id quod tamen multi alij negarunt, &c. Lib impr. Francofurti ad Oderam, anno 1620. in folio.

SEVERINUS Lubomlio Roxolanus, Doctor Theologus Ord. Prædicatorum Polonus, in libro: Monotessaron Evangelicum, seu, Catena Aurea ex quatuor Evangelistis, totidemque penè millibus distinctionum connexa, &c. in indice pro Concionibus, *de Conceptione B. MARIÆ Virginis* notam. Impress. Cracoviæ 1607. in folio magno.

SEVERUS Alexandrinus, natione Græcus, qui floruit ad annum 1280. in precibus Abecedariis, sic salutat Virginem: Salve Sancta Maria Regina cœli, Porta paradisi, Domina mundi; *pura unica es*, ô Virgo! tu concepisti Jesum absque peccato, tu peperisti Creatorem, &c. Ex illis adjunctis verbis pura, & unica, deducit Joannes Eusebius Nieremberg. originariam puritatem Mariæ. Vide ipsum in lib. Excep. cap. 27. folio 518. & Dissert. Epistol. 15. fol. 262. & in Sacro-sylab. §. 7.

SFORTIA Palavicinus, Societatis Jesu Italus, & nunc S. R. E. Cardinalis, *pro Conceptione incontaminata & undequaque pura Deiparæ Virginis*, Tractatum unum. Vide Hippol. Marrac. in Bibliot. fol. 363. Pistoiam coron. 2. cap. 5. fol. 157.

Item, in libro Italicè Istoria del Concilio di Trento, lib. 7. cap. 7. à folio 623. Diversità di pareri sopra il qualificare per maggiormente pia *la sentenza che fà esente la Vergine dalla macchia originale*: et errori del Soave in questa materia agit latè de omnibus quæ acta sunt in Concilio Tridentino circa materiam Immacul. Conceptionis, & quomodò plusquam tertia pars Concilij erat pro pia sententia. Lib. impress. Romæ 1656. in folio.

5 IGISMUNDUS Imperator, è vita cessit die Dominica 8. Decembris *in festo Conceptionis Beatissimæ Virginis*, in Urbe Znoyma Moraviæ. Spondanus tomo 2. ad annum 1437. num. 10. fol. 349.

SIGISMUNDUS Tertius Poloniæ & Sueciæ Rex, huic mysterio fuit devotissimus, & scripsit *pro Conceptione illibata sanctissimæ Matris Virginis MARIÆ* Epistolam unam, de qua Hippolytus Mar. in Bibliot. & in Catalog. Marian. ad ann. 1624. & in libr. Reg. Mar. fol. 292.

SILVANUS Razzi, Monachus Camaldulensis, in libro Vitæ gloriosæ Virginis Mariæ, *de Conceptione Virginis MARIÆ* in Nazareth de Galilæa. Impress. Romæ 1619. in 4. & Florentiæ 1590. in 4.

Item, scripsit acta aut vitam B. Christianæ seu Oringæ, ubi de revelatione facta *in die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de qua vide verb. Christiana, & Velazquez lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 7. adnot. 1. num. 7. fol. 354. & Joan. Bolandum die 10. Januarij fol. 652.

Item, in lib. dicto: Secreta d' orationi al Signore è alla Madona, &c. habet multa epitheta *pro Virginis puritate, ac plenitudine gratiæ*, &c. præcipuè fol. 131. Lib. impress. Florentiæ 1604. in 12. Venetijs 1618. etiam in 12.

Item, in lib. Miraculorum Virginis Mariæ, miraculo 2. 3. & 4. ponit miracula pro celebratione festivitatis Conceptionis Virginis Deiparæ, &c. de Helsino Abbate, de Clerico Fratre Regis Hungariæ, & de altero Sacerdote Gallo. Vide ibi. Lib. impress. Venetijs in 8.

SILVESTER de Cabrera, Poëta Hispanus, Centum Anagrammata Joannis Baptistæ Agnesii *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Hispanicè reddidit ac D. Christophoro de Gaviria dicavit, & in Dedicatoria fatetur *mysterium Immaculatæ Conceptionis*. Impress. Parisijs 1662. in folio.

SILVESTER à S. Demetrio, Ordinis Minorum Italus, in Arbore ac tabula Provinciæ Sancti Bernardini affirmat, Quòd in ipsa sunt Ecclesiæ duæ sub titulo *Conceptionis*, scilicet Pacerin & Montolij. Et altaria *Conceptionis* in diversis Conventibus decem & septem, vel decem & octo.

SILVESTER Petra sancta, Italus Societatis Jesu, in libro: De sacris Bibliorum metaphoris, & in eis morum documentis, metaphora 6. fol. 18. ad illud Genesis 3. Inimicitias ponam, &c. loquens contra Calvinum & alios Hæreticos, inquit: Itaque velint, nolint, qui serpenti favent, Jesus Christus semen Mariæ in Cruce propria virtute calcavit & contrivit caput diaboli, & idem egit Maria virtute beati seminis sui, *quæ de eo semper triumphavit, & ne peccatum quidem originis (quod cæterorum est caput) in Conceptu suo contraxit*, &c. Lib. impress. Coloniæ 1631. in 4.

Item, in brevi Explicatione Litaniarum, ad illud: Mater purissima, fol. 51. asserit, *Quòd Virgo immunis fuit à peccato originali*, &c. Vide ibi. Lib. impress. Romæ 1643. in 12. regali.

SILVESTER de Saavedra, Ordinis B. Mariæ de Mercede Hispanus, *de præservatione Beatæ Virginis à peccato originali* Discursus septem, in integro libro impress. Hispali 1617.

Item, Quodlibeta scholastica *de Conceptione ejusdem Virginis MARIÆ*. Ex Marraccio.

Item, de Peccato originali, *& præservatione purissimæ Conceptionis Reginæ Angelorum Virginis MARIÆ*, Discursum extractum ex Operibus D. D. Petri de Ona ejusdem Ordinis & Episcopi Gaëtani. Impress. Hispali 1615. in 4. & in 8.

Item, sub hoc titulo: Discurso por la solemnissima fiesta *de la Concepcion purissima de nuestra Señora* siempre feriada en la Iglesia, y nunca por precepto formal de la Sede Apostolica, &c. Impress. Hispali 1643. in 4.

Item, edidit Librum sub hoc titulo: Sacra Deipara, seu, de eminentissima dignitate *Dei Genitricis Immaculatissimæ*, quæ est de illius possibilitate & existentia in ordine ad Dei hominis generationem. Lib. impress. Lugduni 1655. in folio; & ferè totus est de Immaculata Virginis Conceptione.

Item, in Sermone infra octavam Corporis Christi, in Salutatione, sic ait: Hoy mas que nunca asegura el buen tercio de Maria santissimas; por que si el ser Madre dela hostia purissima è inmaculada *fue causa deque esta Señora fuese en su Concepcion Immaculada, purissima, y sin culpa original*, como lo advirtio Odon obispo Cameracense, &c. Serm. impress. Hispali 1615. in 4.

SILVESTER à Sancta Severina, Ordinis Minorum Italus, in Arbore ac Relatione Provinciæ reformatæ Calabriæ, inquit: Ecclesiam *sub hoc titulo sanctissimæ Conceptionis* habet Conventus Fileni, & duæ sunt Capellæ *sanctissimæ Conceptionis*. Altaria in Conventu Cusentiæ & in Conventu Sancti Francisci Bisiniani. Habemus manuscrip. apud nos.

SILVESTER Steier Leovallus Germanus, in libro dicto: Historia genealogiæ Domini nostri Jesu Christi Dei & Davidis filii, synopsi gemina, & tribus libris expressa & exposita, &c. lib. 2. pagina 61. colum. 1. sic inquit: His ergo rationibus rectè videmus Patrem Jesu appellari potuisse Josephum secundùm legem ipsam conjugii, ex cujus uxore natus est, quamvis novo & peculiari quodam modo, & Virginis quidem partu, cujus nullum extitit, extat, aut extare unquam poterit exemplum. Ex terræ massa creatus est Adamus, ex Adami costa simul Eva. Ex viri & fœminæ thoro progenerati nascimur ab illis omnes. Ex Virgine Filium suum Verbum Incarnatum nasci voluit Deus Pater; *alioqui omni peccato & labe libera, & pura non fuisset generatio*. Voluit eidem ex lege quoque patrem esse, ejusque verè patrem dici. Voluit sponsum & maritum Mariæ conscium esse Virginei concentûs & partûs. Voluit stante eo & durante præterque morem communem *puro & sanctificato matrimonio MARIÆ cum Josepho nasci, ac proinde omnem suspicionem abesse & declinari reatus, & peccati contra legem, &c.* Lib. impress. Francofurti, anno 1594. in folio magno. Ex tribus signatis clausulis, si prima non faciat pro Immaculata Virginis Conceptione, quia lóquitur de generatione Verbi, & non de puritate Mariæ ab omni peccato & labe: tamen secunda multum conducit ad mysterium & rem de qua agimus: quia si purum & sanctificatum matrimonium stet inter Mariam & Josephum, etiam inter Joachim & Annam potuit esse pura & sanctificata generatio, & inter animam & carnem Virginis pura & sanctificata unio; non enim opponuntur purum & sanctificatum. Etiam tertia clausula multùm favet: quia qui voluit omnem suspicionem mali ac peccati abesse in matrimonio Mariæ, non permitteret peccati maculam adesse in formatione suæ Matris. Et si sic adhuc non militet pro nobis, excludatur.

SILVIUS Senagli, de Petra sancta Italus, in libro de Domo Abbellita sive Lauretana, affirmat quòd in ipsa fuerit *Virgo MARIA concepta*, nata & educata, &c. part. 1. fol. 2. Lib. imp. Maceratæ 1634. in 8.

SIMEON Metaphrastes, in Oratione de veneràdo ortu & educatione Mariæ, ex Niceno vocat sæpe corpus Deiparæ *impollutum* & vivificum. Vide Euseb. Nieremberg. in lib. Excep. cap. 10. fol. 162.

SIMEON Narbonensis Archiepiscopus, tomo 2. in die Nativitatis Virginis Mariæ, postquam dixerat quare in primitiva Ecclesia non fuerit celebrata festivitas Assumptionis, concludit sic: Sed postea paulatim, ut sese obtulit occasio & opportunitas requisivit, introducta sunt. Nam cùm hæreses adversùs eam ortæ sunt, & visum est populum Christianum sufficienter edoctum esse, quo pacto celebrare deberet festa Sanctorum, advertens Ecclesia nonnullos Hæresiarchas omni conatu intendere ad reddendum pluribus Sanctis inferiorem, imo ad usque virginitatis ejus impugnationem; & aliunde nullum amplius superesse periculum, ne populus in hanc idololatriam incideret, scilicet eam Filio: dæquando; è contra Hæreticos conari eam adeò deprimere, ut persuadere incumberent eam esse peccatricem; tunc Ecclesia instituit & sanctè celebravit, *quòd foret & nata & concepta absq; ullo peccato & macula originali*, & similiter quòd esset glorificata & exaltata in cœlis in corpore & anima, &c. Et ibidem inquit: In hoc immorari volo, & animo id fixum habeatis cupio, ad percipiendum *Virginem fuisse sine peccato conceptam* & natam: Deus dixit serpenti, quòd inter eum & mulierem continua seminaturus esset dissidia. Si sic res se habet, *& sacra Virgo peccato originali occubuisset*, ideoque in terram fuisset projecta, ut nos omnes, ex utero suæ matris: verum quidem est, quòd fuisset bellum inter serpentem & Virginem. At quodnam bellum? bellum, de quo serpens reportasset victoriam. Hæccine Dei erat intentio, dum dixit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, ut serpens de muliere victoriam reportaret? Quòd si ita foret, non maledictionem planè, sed benedictionem serpenti Deus fuisset imprecatus, dum dixit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipsa conteret caput tuum. Id denota: ipsa victoriam in te obtinebit; sed rogo, quâ ratione victrix evasisset, *nisi quod peccato originali superior fuerit, &c.*

SIMON Cancellarius Parisiensis, scripsit Librum *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad Concilium Basileense pro parte pia, respondens ad argumenta Adversariorum, teste Ludovico de Prusia in Trilogio animæ, parte 1. cap. 8. littera F. Lib. impress. Nuremberg. 1498. in 4.

SIMON de Cassia, Ordinis S. Augustini Italus, qui vixit anno 1338. & diversos composuit libros Ecclesiasticos, præcipuè in libro de Peccato originali, ut verus Virginis amator, semper defendit *Deiparam MARIAM à macula peccati originalis*. Ita Joannes de Meppis ejusdem Religionis Scriptor in suo Tractatu de Conceptione, Auctore 14.

Item, *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* Indicem concionatorium sive Repertorium, in libro de Christiana Religione, sive super Evangelia. Lib. impress. Basileæ 1517. in folio.

SIMON Cohelo, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Hispanus, in Compendio Chronicorum Ordinis Carmelitarum, lib. 1. cap. 14. sub hoc titulo: No qual se declara ô mysterio da nuve que ó discipulo do Propheta Elias vio salir do mar, no Monte de Carmo, & como significou à Virgen gloriosa nosa Señora, vocat *Virg. MARIAM*

absq;

absq; macula, puram, levem nubem absq; pondere peccati, &c. & alia, quæ ibi videri possunt à fol. 57. usq; 61. Item, ibidem agit *de Sermone Conceptionis Virginis MARIÆ* prædicato ab Armachano Avinione, anno 1341. de quo vide verb. Rodulphus Armachanus. Lib. impress. per Antonium Gonzalvez 1572. in 4.

SIMON du Corroy, Ordinis Patrum Cœlestinorum Gallus, in Sermone de Assumptione B. MARIÆ Virginis, qui incipit: Multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt arcam in sublime à terra, Genes. 1. Hæc verba possunt moraliter exponi de Beata Virgine, &c. circa sermonis initium dicit sic: *Unde Virgo MARIA fuit sine omnis peccati originalis & venialis, non dico mortalis, corruptione, quod nefas est dicere & credere: sanctificata enim fuit in utero matris suæ per divinam prærogativæ singularis præventionem.* Psalm. 45. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Et propterea de ea Cant. 4 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Extat manusc. antiquis satis characteribus in Bibliotheca Patrum Conventus Regalis Cœlestinorum Parisien. in 4.

SIMON Cremonensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in libro Sermonum, Dominica 1. Adventus, inquit: Secundò dico, quòd in Christi Incarnatione erunt signa in luna, & hoc est signum Matris illibatæ, quæ fuit figurata in lunæ consummatione. Eccl. 43. A luna signum diei festi, luminare quod minuitur crescit mirabiliter in consummatione. Hoc luminare est Virgo gloriosa, quæ per humiliatem ancillæ est diminuta, sed per fœcunditatem immensæ lucis, quâ consummatum est peccatum Adæ, hæc luna crevit. Hæc est illa intelligibilis luna Mater Virgo alma, cui devotus Orisius in Sermone Assumptionis ejusdem dicebat: Tu pulchra ut luna diceris, eique non immeritò compararis. Illa enim omnium astrorum sola soli similis in candore venusto, argenteo in cœlo cæteris præeminet sideribus. Tu verò solis imago expressa, inter millia astrorum Deo adstantium virginali puritate in cœlo gloriosa præfulges ut luna. Tu Mater roris, tu Mater gratiæ, tu signum neomeniæ, tu festum sapientiæ; in te dies nuptiarum humanitatis, gratiæ vel gloriæ. Hæc ille. Rectè est luna signum diei festi; in hac luna secundùm Severianum ubi supra congeries signorum duodena cernitur, in ea conveniunt Deus & limus, nubes & sydus, vetus & novum, tempus & ævum, Verbum & infans, caró & spiritus, scilicet Filii Dei splendor & radius, Mater & Filius. Ecce dicebat Propheta Isaias 30. Quia erit lux lunæ sicut lux solis; sponsus & sponsa, proles & virgo, virtus & meritum, fides & cor humanum; *sanctius enim Christum corde quàm carne gestabat*, & gravissimum habitaculum luna soli, ancilla Domino, fides Verbo exhibuit, de quo scriptum est Abacuc: Sol & luna steterunt in habitaculo suo, &c. Lib. est impress. Rutlingæ 1484. in fol. & est tomus magnus, sed aliud verbum non habet de Virgine MARIA. Iste antiquus Auctor est, & tamen nihil habet contra.

SIMON de Cunha, Societatis Jesu Hispanus, in sermone de Assumptione Dominæ nostræ, folio 1. dicit *Quod Virgo MARIA nunquam fuit capti va alicujus peccati, nec originalis, nec aliorum.* Et folio 12. Laudetur Sanctissimum Sacramentum & *Immaculata Conceptio Virginis*, &c. Impress. Ulyssiponæ 1644. in 4.

SIMON Diaz Frias Hisp. edidit Librum, sub hoc titulo: Encenias de la devotissima hermita, y nuevo santuario de la Madre de Dios de la Fuencisla, &c. in quo discurs. 2. à folio 90. agit latè *de festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Item, ibidem fol. 157. & 221. habet Carmina *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ex aliis Auctoribus ac Poëtis; & agit de ejus immunitate passim. Lib. impress. Vallisoleti 1614. in 8.

SIMON Fagellius Villaticus, Bohemus Poëta, & Canonicus Pragensis, in libro Hymnorum carmine 6. ad Virginem Matrem, inquit:

Summum terrigenis decus, o Sanctissima, salve
Quæ sine labe nites, noster honos & amor, &c.

Lib. impress. Liptziæ 1536.

SIMON Fontanus, Ordinis Minorum, correxit Opera S. Anselmi Cantuarien sis, ubi in Epistola 2. ad Corinthios cap. 5. extat illa sententia: *Omnes itaque mortui sunt in peccatis (nemine prorsus excepto, demptâ Matre Dei) sive originalibus, sive etiam voluntate additis*; ut videre est in libro impress. Parisiis 1549. in folio.

SIMON Jordens, Ordinis Minorum Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij die 13. Julij, anno 1643. Thesi 22. de Peccato originali, hæc inquit: *Illud omnes, exceptâ Virgine Matre, contrahimus.* Impress. ibidem in 4.

SIMON Islepe vel Islebbus, Archiepiscopus Cantuarien sis, in ordine 54. electus à Clemente VI. anno D. 1349. qui præfuit annis 17. præcepit inter alias festivitates, has: Omnium Sanctorum, S. Andreæ Apostoli, S. Nicolai, *Conceptionis B. MARIÆ*, S. Thomæ Apostoli, &c. Extat in libro dicto: Provinciale, seu Constitutiones Angliæ, cum Summariis Guilielmi Lindewode. Impress. Londini 1504. in fol.

SIMON Martin, Ordinis Minorum Gallus, in libro: Les nouvelles fleurs de vies des Saincts, &c. tom. 2. folio 1143. *De la Conception de l'Immaculée Vierge MARIE*, adducit Legendam, in qua latè probat ejus præservationem à peccato originali. Impress. Parisiis 1649. in folio magno.

SIMON Mephan, Archiepiscopus Cantuarien sis, in ordine 50. qui obiit anno 1333. edidit Decretum Synodale tenoris sequentis: Ad hæc, quia inter omnes Sanctos memoria Beatissimæ Virginis MARIÆ Matris Domini eò frequentiùs agitur atque festiviùs, quò maiorem gratiam apud Deum (qui ejus Conceptionem prædestinatam ad Unigeniti sui temporalem originem & omnium salutem veraciter ordinavit) creditur invenisse, ut per hæc salutis nostræ quamvis remota primordia, in quibus devotis occurrit mentibus, spiritualium materiâ gaudiorum devotionem omnibus augeat, & salutem. Venerabilis Anselmi prædecessoris nostri, qui post alia quædam ipsius antiquiora solemnia Conceptionis solemne superaddere dignum duxit, vestigiis inhærentes: Statuimus & firmiter præcipiendo mandamus, quatenus *festum Conceptionis prædictæ in cunctis Ecclesijs nostræ Cantuarien sis Provinciæ festivè & solemniter de cætero celebretur.* Extat in libro Constitutionum Angliæ Provincialium in Archiepiscopatu Cantuarien si & Synodalium Decretorum per Guilielmum Lindewode Anglum Recollect. Impress. Londini 1557. in 16. & in alio antiquiori impress. per Richardum Pynson, lib. 2. de Feriis, etiam in 16. Extat etiam in Provinciali Anglicano cum summariis, lib. 2. titulo de feriis, fol. 74. Impress. Londini 1504. in fol.

SIMON de Messa & Fonseca, Eques Militiæ Christi Hispanus, scripsit juramentum & votum factum à Congregatione Dominæ nostræ Miraculorum Matriten. die 11. Februarij 1653. *pro defensione mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Impress. eodem anno in folio. Incipit: Como la Virgen, &c. Item, de Ceremoniis observandis in juramento & voto *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à Congregatione Mancipiorum Beatæ MARIÆ Miraculorum Matriten. Impress. etiam in folio. Incipit: Despues de dicha.

SIMON de Roxas, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, venerabilis Hispanus, ita fuit devotus Immaculatæ Conceptioni, ut de ipso dicatur: En las fiestas de esta Emperatriz soberana estaba como fuera de si absorto y enagenado, por tener llena de goços y jubilos aquella alma santa, y en una de ellas le hablò interiormente, y le dixo: *Que en honra de su purissima Concepcion*, introduxesse Rosarios blancos con cordon azul, y se tiene por cierto, que el primer Rosario se le dio la Virgen sanctissima, &c. Ita Christophorus Granados de Fundatione Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, cap. 4. folio 44.

Item, in Bulla pro Rotulo ipsius dixit Summus Pontifex de eo: *Qui in honorem Immaculatæ Conceptionis* Rosarii albi cum vitta cerulea primus inventor fuit, &c. Vide prædictum Auctorem.

SIMON Saulius, natione Clanuensis, Presbyter Hispanus, in libro cujus titulus est: Publica lætitia Sodalitatis Beatæ Virginis MARIÆ Annuntiatæ Matriten. &c. folio 45. inquit:

No se hallara en todo lo criado
Otra que tan perfecta en todo fuese,
Que ser esposa y madre mereciese
Del que ha cielos y tierra fabricado.
Vos sola concebida sin pecado
Sin que acto, &c.

Vide etiam fol. 31. Lib. impr. Matriti 1579. in 8.

SIMON de Sepulveda, Canonicus Hispanus, scripsit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ nostræ.* Et incipit: S. Bernardo en la carta. Impress. Hispali 1623. in 4.

SIMON de Sousa Hispanus, edi curavit Librum Joannis Mellii *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*; qui in Paraphrasi Poëtica in Job extat à fol. 162. usque 176. ut videre est in lib. impress. Lugduni 1625. in 12. regali.

SIMON Starovolscius, Primicerius Tarnovienſis, in lib. Epitome Conciliorum Generalium, &c. fol. 352. de festo *Conceptionis* ac Visitationis Virginis MARIÆ. Lib. impress. Romæ 1653. in folio.

SIMON Verepæus Belga, in lib. Catholicum precationum selectissimarum Enchiridion, &c. in Kalendario adducit festum *Conceptionis*. Vide etiam explanationem Salutationis Angelicæ à fol. 43. & precationes ad Deiparam à fol. 288. Lib. impress. Antuerpiæ 1588. in 8. & 1614. in 12.

SIMON Vigor, Archiepiscopus Narbonensis Gallus, in libro Sermonum de Tempore & de Sanctis Gallicè, in sermone 1. Dominicæ Quadragesimæ, fol. 52. à tergo, asserit *Quòd Virgo MARIA fuit purior ac nitidior, necnon sublimior omnibus spiritibus cœlestibus Seraphinis, Cherubinis, &c.*

Item, Sermone de Annuntiatione, fol. 216. Quòd generatio MARIÆ, seu ejus genealogia non scribatur, *quia non fuit genita sicut nos, &c.* Vide alia ibi. Lib. impress. Lugduni 1593. in 8. regali.

Item, tomo 2. fol. 93. adducit Serm. de Nativitate Virginis MARIÆ, qui incipit: L'Eglise celebre deux manieres, &c. Et totus Sermo est *de Conceptione.* Impress. Parisiis 1587. in 8. & in sermone de Innocentibus fol. 322. Impress. Parisiis 1581. in 8.

Item, in Sermonibus super Symbolum, fol. 235. adducit Sermonem *pro Immaculata Virginis Conceptione* usque 242. Incipit: Quand Dieu par la singuliere, &c. Lib. impress. Parisiis 1585. in 8.

SIMON Wangnereckius, Societatis Jesu Germanus, *pro Immaculata Virginis Conceptione* multa edidit ex Menæis Græcis a se Latinitati donatis, in libro dicto: Pietas Mariana Græcorum. Impress. Monachii 1647. in 16.

Item, edidit officium integrum *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad diem 9 Decembris, ex eisdem Menæis græcis.

Item, Canonem Ecclesiasticum in festo Sanctæ Annæ *concipientis Virginem Deiparam*, ex S. Andrea Cretensi & sunt Odæ 9. ex eisdem Menæis Græcis die 9. Decembris, ut videre est in P. Joanne Anton. Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculat. concept. dissert. 4. annot. 1. folio 332.

Item, scripsit Epistolam & scholia pro prædictis Menæis *& officio Conceptionis*, ad dictum P. Velazquez, cujus fragmenta extant loco supra citato.

SISINANDUS Gothus, atque Hispaniarum Rex, egregia sua in Deum & Deiparam pietate accendit Concilium Toletanum 4. ut divinum officium in ordinem redigeret, eaque tanti momenti res S. Isidoro Hispalensi Archiepiscopo committeretur, à quo tunc *Immaculatæ Conceptionis officium* inter alia sacrarum festivitatum officia repositum fuit. Ita Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 10. adnot. 1. folio 375. Petrus de Ojeda in sua Informat. Ecclesiast. cap. 8. Ægidius lib. 3. quæst. 6. Marraccius in Reg. Mar. folio 296.

SIXTUS Papa Quartus (Franciscus de Ruvere antea vocatus) Saonensis Ordinis Minorum, scripsit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum. Ita. Marrac. Wad. Willot. & alij.

Item, Lectiones pro tertio Nocturno ad antiquum Nogarolis officium *de eadem Conceptione.*

Item, expedivit *pro eadem Conceptione* Bullas seu Constitutiones plures.

Item, *pro eadem Immaculata Conceptione* Indulgentias & alias Bullas.

Item, ipsemet vidit, examinavit & approbavit devotissimum Officium *Immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ* editum per R. P. F. Bernardinum de Bustis Ordinis Minorum: quod quidem officium approbatum est & confirmatum ab eo ad laudem & majorem ejusdem illibatæ Virginis gloriam, omniumque fidelium devotionem. Auctoritate Apostolica etiam concessit, quod hoc officium posset in Dei Ecclesia non solùm à Fratribus & Monialibus S. Francisci, sed etiam à cæteris Religiosis & Clericis quibuscumque, &c. sicut alia divina officia celebrari. Argentinæ 1502. in 4. & inter Opusc. de Conceptione.

Item, à tempore hujus Summi Pontificis controversia *de Immaculata Virginis Conceptione* exagitari cœpit diligenti discussione ac sollicito examine. Ita Christophorus de Vega in Theologia Mariana Palest. 3. certam. 9. num. 370. fol. 96.

Item, edidit Constitutionem: Grave nimis, expeditam anno 1483. pridie Nonas Septembris Pontifi-

Pontificatus sui anno 13. *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Vide Armament. Marrac. in Pontif. Marian. fol. 155.

Item, edidit Constitutionem, quæ etiam incipit: Grave nimis, pro eadem *Immaculata Virginis Conceptione*, & contra illam impugnantes.

Item, edidit aliam Constitutionem, quæ incipit: Cùm præexcelsa, *pro eadem Conceptione Virg. MARIÆ.*

Item, concessit sequentes Indulgentias: Oratione in lode della Beatiss. Vergine MARIA; la quale recitata devotamente, si conseguiscono undici mila anni d' indulgenza, per concessione di Papa Sisto IV. Ex Hipp. Marraccio in Pontificib. Marianis cap. 7. Ave Sanctissima MARIA, Mater Dei, Regina cœli, Porta paradisi, Domina mundi. *Tu es singularissima, Virgo purissima. Tu concepta sine peccato originali, & ideo Immaculatissima.* Tu sine macula concepisti JESUM Salvatorem. Tu fuisti verissimè ante partum, in partu, & post partum, inviolata & illibata. Fac me tuis sanctis precibus purè, piè & sanctè vivere. Ora pro nobis JESUM Filium tuum dilectum, & post mortem me suscipe: ab omnibus malis mentis & corporis libera me, & alios fac me liberare, opera misericordiæ acquirere, & in gloria Paradisi in æternum tecum gaudere. Amen. Lib. imp. Messanæ Paduæ, Pistorij & Livorniæ.

Item, præcepit ut festum *Conceptionis* quod Ecclesia Romana celebrabat, per omnem Ecclesiam solemniter coleretur, & ut fieret cum octava, & festivitates Sanctorum quæ infra illam venirent post prædictam octavam celebrarentur; & veniens in Dominica Adventus transferatur, &c. Ex ejus Constitutionibus in Mari magno, fol. 68. Marr. in Pontif. Mar. folio 158.

Item, ædificavit Romæ in Basilica Sancti Petri in Vaticano Capellam *Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi nunc est Chorus illius. Marrac. supra.

Item, Salutationi Angelicæ Beatæ Virginis adjecit illa verba: Et benedicta sit Anna mater tua, *de qua sine macula processit tua caro Virginea*; idque piè fundentibus Apostolica præmia impertivit. Ita Marrac. ex Jodoc Clictoveo & Loric. lib. 7. c. 11.

SIXTUS Papa V. Pontifex Maximus (Fœlix Perettus de Montalto nunc tuparus) Anconitanus Ordinis Minorum, *de Purissima Conceptione gloriosæ Matris Dei Virginis MARIÆ* Concionem unam. Marrac. in Bibliotheca folio 374.

Item, *pro eadem Conceptione Bullas* & Indulgentias.

Item, omnibus Christi fidelibus visitantibus Monasteria *Conceptionis Virginis MARIÆ* elargitus est Indulg. perpetuam. Marrac. in Pontif. folio 213.

Item, approbavit Breviarium Toletanum, in quo est Officium *de Conceptione B. MARIÆ.* Impress. Matriti 1593. fol. 117. & Antuerpiæ 1616. fol. 559.

SIXTUS de Riparolo, Ordinis Minorum Italus, egit & scripsit multa pro tuendo mysterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ita ut post mortem ejus sepulchro affixum fuerit tale Epitaphium: Sixtus, qui Christo & *Immaculatæ Conceptioni* usque ad septuaginta annos indefessè vigilavit. Sic Antonius Daza tract. de Concep. cap. 6. fol. 62. ex Gonzaga part. 2. pag. 294. Vide sup. Paulum Brizium.

SOPHRONIUS Græcus, vir eruditus, qui Opuscula Sancti Hieronymi in Græcum sermonem transtulit, ut ipsemet Sanctus Doctor affirmat in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis (cujus etiam juxta aliquos, est Sermo de Assumptione, sive Epistola ad Paulam & Eustochium, quæ in tomo 9. Operum S. Hieronymi est Epistola 10. & incipit: Cogitis me ô Paula & Eustochium, &c. ad distinctionem alterius Epistolæ, quæ in ordine est 11. sub hac inscriptione: De Assumptione Beatæ Virginis MARIÆ Sermo; & incipit: Scientes Fratres. Prima ergo Epistola seu Sermo dicitur esse Sophronij; secunda verò non: & hæc dixerim ad tollendam omnem æquivocationem) sic inter alia ait: Scit enim Deus omnia & potest. Propterea quia ita est, scivit se ac potuit in utero Virginis sine sui corruptione miscere atque unire, ut unus esset Christus Deus & homo, una persona, unaque substantia, *ob quod Dei Genitrix electa & præelecta jure ab Angelo salutatur & prædicatur gratiâ plena.* Verè plena, per quam largo sancti Spiritus imbre superfusa est omnis creatura; & idèò satis eam devotissimè primùm Angelus veneratur & salutat; quia etsi in sanctis Patribus & Prophetis gratia fuisse credatur, non tamen eatenus plena: *in MARIAM verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit; quamquam aliter, & ideo inquit: Benedicta tu in mulieribus, id est, plus benedicta quàm omnes mulieres. Ac per hoc quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio MARIÆ,* &c. Nullus Doctorũ est, qui hæc Sophronij verba non explicet ac declaret de Immaculata Virginis Conceptione; & sic breviter aliqua solùm prænotabo. Primò illud: Si MARIA fuit electa in verbi Conceptione ut esset Mater; igitur fuit prælecta consentaneè in Conceptione sua, quando facta fuit filia; electa in Conceptione activa, & prælecta in Conceptione passiva. Secundò nota illud: Ob quod, id est, quia Verbũ decreverat se in utero Virginis sine corruptione unire, ob hoc fuit electa & prælecta. Sed ista etiam verificantur de V. MARIA ab instanti Conceptionis suæ; ergo ab illo etiam dicenda est gratiâ plena. Tertiò, quid illud significat: Jure ab Angelo salutatur gratiâ plena? si ex gratia, quomodo jure tunc fuit vocata ab Angelo gratiâ plena? sed ex quo iure? certè ex sua Conceptione; tunc enim quasi ex jure, pacto & promissione recepit gratiam, ut contereret caput serpentis, quod olim ipsi fuerat promissum; & fortè propter hoc electa & prælecta à mundi constitutione, quia non comprehensa in Adami sententia, sed antea exempta, ut latè dico in Expositione Magnificat. Vide ibi. Quartò, vocatur verè plena gratiâ: illud enim verè emphaticum est, & denotat, quòd semper verificetur de Virgine, quòd habuerit gratiæ plenitudinem. Dico verè, quòd MARIA fuit gratiâ plena in sua Assumptione: verè & dico, verè quòd in suæ Nativitate fuit plena gratiâ: verè & dico, verè quòd in puncto suæ Conceptionis fuit plena gratiâ. Si non dico verè; igitur hæc indefinita universalis: MARIA gratiâ plena, pro omni tempore non est verè dicta. Quintò, Sancti Patres Adam & Eva habuerunt justitiam originalem, & in ipsis non fuit gratia eatenus plena sicut in MARIA; igitur illa gratia plenior fuit in MARIA. Sextò (& hoc est singulariter notandum) hic non dicitur quod MARIA fuerit plena gratiâ: hoc enim etiam de Stephano dicitur, ac de alijs; sed quòd ipsamet gratia MARIÆ fuit plena in se; si ergo illa gratia, quæ fuit in MARIA, fuit plena in se; ipsa igitur gratia habuit in se ipsa quidquid in tota sua sphæra & plenitudine gratiæ habere potuit; atqui non esset plena gratia, si illi defuisset originalis justitiæ gratia; igitur ut gratia MARIÆ dicatur plena, illam

etiam debet includere ac comprehendere. Septimò, si totius gratiæ plenitudo, quæ fuit in Christo, fuit etiam in MARIA, quamquam aliter; & Christus fuit in utero immunis à peccato originali per essentiam & naturam, MARIA fuit immunis in utero à peccato originali per privilegium & gratiam; & hoc modo est aliter & est eadem. Sed de hoc multa & acutissima dicta sunt, & invenies apud Doctores. Octavò, si fuit plus benedicta quàm omnes mulieres, ergo plus benedicta, quàm Eva, quæ in sua formatione fuit benedicta à Deo. Deinde ad memoriam revoca illam benedictionè datam à Deo Adamo & Evæ pro ipsorum generatione Genes. 1. Masculum & fœminam creavit eos, benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini; quæ benedictio in nulla generatione ex viro & fœmina sortita fuerat suum effectum, quia omnes conceptiones fuerant maledictæ, quousque MARIA genita fuit; de quo plura possunt dici & excogitari. Item, infra inquit Sophronius: Quia Spiritus Sanctus & virtus Altissimi obumbravit te. Ante hoc ipsum sanè uterus Virginis *quamvis mundus, quamvis impollutus & alienus à conceptione peccati, quamvis sanctus, tamen adhuc vilitate humanitatis induebatur, ut ita dicam, ac si lana candidissima, suo colore ablato*; ad quam sanè cùm accessisset Spiritus Sanctus, quasi ipsa, eademque lana cùm inficitur sanguine conchilij vel muricis vertitur in purpuram, versa est ipsa sine coitu in Matrem, &c. Non immeritò igitur venire de Libano jubetur, quia Libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & *dealbata nive candidior Spiritus Sancti muneribus, simplicitatem columbæ in omnibus repræsentans; quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas & simplicitas, totum veritas & gratia fuit, totum misericordia & justitia, quæ de cælo prospexit, & ideo immaculata, quia in nullo corrupta*, &c. Primò nota, quòd uterus Virginis fuit à contagione peccati alienus: nullum verò in fœminarum utero est contagium peccati, nisi originalis; non enim diceretur absolutè alienus à contagione peccati, si aliquando infecta fuisset tali contagio. Vide in Jure rigorosam hujus verbi alienus significationem. Secundò, si quidquid in MARIA actum est, fuit puritas & gratia, & in omnibus fuit immaculata, quia in nullo corrupta; igitur necessariò ex Sophronij sententia MARIA fuit absque originali peccato.

Item, infra inquit: Quam totam repleverat Spiritus sancti gratia, quam totam incanduerat divinus amor, ita ut in ea nihil esset, mundanus quod violaret affectus, sed ardor cõtinuus & ebrietas perfusi amoris, &c. Quoniam hæc est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, *ad quam nulli potuerunt dolo irrumpere; nec prævaluit fraus inimici; sed permansit sancta mente & corpore multis donorum privilegiis sublimata*, &c. Si tota fuit MARIA repleta gratia Sancti Spiritus, ita ut contra eam non potuerit prævalere fraus inimici; ergo neque in Conceptione sua. Item, ibidem sæpe vocat Virginem MARIAM intemeratam. Extat hæc Epistola in Operibus S. Hieronymi, tom. 9. à folio 38. usque 45. Lib. impress. Coloniæ, an. 1616. in folio.

SOPHRONIUS Hierosolymitanus, Sanctus ac Patriarcha, patriâ Damascenus (communiter Junior dict.) qui vixit ad annum 636. in Epistola Synodica ad Joannem Papam & Sergium Constantinopolitanum, sive (ut alij dicunt) ad Honorium I. Pontificem, inquit: Et in uterum à viro intactum, castitate Virginitatis decoratum MARIÆ Sanctæ & *puræ & quæ Dei erant sapientis, & ab omni labe secundum corpus & animam ac mentem liberæ*, ingressus, carnem assumpsit qui erat sine carne, &c. Extat in sexta Synodo act. 2. Vide Euseb. Nicremb. cap. 8. fol. 71. & cap. 13. fol. 164. lib. Excep. & in Sacro-Syl. §. 7.

SPIRITUS Lazarinus, Ordinis Sancti Augustini natione Italus, Sacrum edidit Bilantium *Conceptionis intactæ Virginis fœcundæ, maternitatis Immaculatæ*, necnon roboris pacifici & bellici MARIÆ Sanctissimæ. Belletri 1646. in 4.

SPIRITUS Vicentinus, Ordinis S. Augustini Prior Generalis, in rescripto quod incipit: Cùm nuper, vocat Virginem MARIAM *semper Immaculatam*, ut videre est lib. Privilegiorum ejusdem Ordinis, impress. Neapoli 1586. in 8.

STANISLAUS Grodicius, Societatis Jesu, natione Polonus, in Concionibus quadripartitis tomo 3. concione 3. de Compassione, folio 1207. inquit: O Mater Dei sanctissima, rogo & obsecro, ut nobis à Filio tuo impetres, quo memores, quo rogo tu ô Domina gentium facta es hodie sub tributo dolorum & afflictionum, *licet nullum unquam peccatum, etiam originale, habueris*: nos quoque, qui tali tributo infinitis modis obnoxii sumus, illud Filio tuo, & fideliter, & alacriter persolvere facias, &c. Lib. in press. Ingolstadii 1609. in 8.

Item, scripsit *pro festo Immaculatæ Conceptionis* Sermones quatuor editos Coloniæ, ut refert Hippol. Marrac. in Catal. Marian. ad an. 1605.

STANISLAUS Hosius, S.R.E. Cardin. & Episcopus Varmien. in Concilio Tridentino quondam Præses, in confessione Catholicæ fidei Christianæ, vel potiùs explicatione quadam confessionis in Synodo Petrikovienſi à Patribus Provinciarum Gnesnensis & Leopoliensis in Regno Poloniæ factæ anno 1551. folio 227. à tergo, in explicatione Salutationis Angelicæ cap. 53. inquit: Verè dignum & justum est glorificare te Deiparam, *& semper Beatissimam & penitùs inconaminatam Dei nostri Matrem*, &c. quam electam à sæculo, quam ab Altissimo præcognitam sibique præparatam, quam longè ante Patribus nostris cœlitus promissam, quam typis mysticis adumbratam, quam Prophetarum oraculis videmus esse prænuntiatam. Hæc est enim illa, de qua in ipsis adhuc rudis mundi primordiis Conditor ipse primùm edidit vaticinium, olim fore mulierem quæ calcaneo lethiferi serpentis caput protereret. Hæc est novi Adæ nova Eva, &c. Item, infra ad illud: Ave gratiâ plena: Hac igitur ratione plena gratiâ dicitur, quòd sola est MARIA, de qua propter honorem Domini, *nullam prorsus cùm de peccatis agitur haberi quæstionem, non modo Augustinus, verùm etiam universa volunt Ecclesia*, quod vel inde scire possimus ad vincendum ex omni parte peccatum, &c. Nec humiliùs id, quàm verius respondissent. Plenior itaque gratiâ fuit MARIA, quam omnes alii, cùm sola sit, *quam omni peccato fuisse vacuam persuasum habemus*, &c. Item, ad marginem habet: MARIA Virgo cæteris omnibus plenior gratiâ, *quia omni peccato vacua fuit*. Alia dicit in eadem Salutatione Angelica, quæ immunitatem Beatæ Virginis MARIÆ videntur indicare. Vide ibi, & etiam supra verb. Petrikovienſis Ecclesia. Lib. impress. Antuerpiæ 1561. in 8.

STANISLAUS Karnkowski, Episcopus Uradislavien.

radislavien. & Pomeranæ, in Constitutionibus Synodalibus præcepit observationem *festi Conceptionis Virginis MARIÆ*, cum aliis Christi Domini, ac Deiparæ festivitatibus. Vide verb. Gnesnensis Ecclesia.

STANISLAUS Socolovius, Canonicus Cracoviensis, in libro: Nuntius salutis, sive, de Incarnatione, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, ejusque gloriosissimæ Matris honorem, fol. 31. serm. 1. sic inquit: Quia sicut sapphirus, licèt ex elemento terreno, opaco & obscuro originem habeat, à sui tamen principio perlucida & clara est; *sta Immaculata Virgo, etsi à parentibus peccato obnoxiis prodiit, à sui tamen initio absq; omni contagione atq; macula libera fuit, &c.* Et prosequitur latè. Item, folio 41. *Stella clara in ortu Conceptionis suæ, &c.* & passim in toto libro, qui est de B. Virgine. Impress. Cracoviæ 1588. in 4.

Item, in eodem libro & sermone, fol. 557. *Quòd MARIA fuit ab omni peccato immunis, tota pulchra & sine macula, &c.* Item, serm. 5. fol. 619. affert illa verba Alcorani: O Maria cunctis viris fœminisque præclarior, soli Deo perseveranter studens. Et alio loco: O Maria, Deus annuntiavit tibi Verbum ex ipso, nomen ejus Jesus Filius Mariæ, & erit honorabilis in hoc sæculo & in futuro. Mahometis certè illa vox est: E viris multi perfecti fuerunt, *nulla autem ex mulieribus unquam perfecta fuit, nisi MARIA Mater IESV, &c.* Impress. Cracoviæ 1591. in folio regali.

STANISLAUS Withunskius, Ordinis Minorum Polonus, descripsit Monasterium Callisiense Tertii Ordinis sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* fundatum, ut dicitur in Chronologia Provinciæ Poloniæ fol. 692. in folio regali scripta.

STELLARIUM. Quomodò Stellarium Virginis Mariæ in Capella Archiconfraternitatis *Immaculatæ Conceptionis* recitari solitum, fuerit institutum & erectum sub expresso titulo Immaculatæ Conceptionis. Thronus Stellarii ex tribus Angelis compactus habet majusculis characteribus: *Stellarium Immaculatæ Conceptionis.* Deinde superponuntur duodecim stellæ cum suis ex candidissima cera duodecim candelis. In tabella appensa in eadem Capella Immaculatæ Conceptionis est quædam imago Beatæ Virginis Mariæ, ut depingi solet pro hoc mysterio, impr. Romæ 1623. cum hac inscriptione Italica: *Stellario maggiore della Immaculata Concettione della B.V.M.* nel qualle si possono meditar l'istessi privilegii dello stellario breve, & si puo recitare à chori, & diviso in pui parti & in pui tempi &c. Sub prima stella: Præeletta ab æterno Madre d'Jesu Christo. Sub secunda: *Concetta senza macchia originale.* Sub tertia: *Hebbe l'uso dal primo punto della vita.* Sub quarta: *Libera anco dal fomite di ogne peccato attuale.* Sub quinta: *La Ambasiata del Angelo, &c.* Infra verò habet prædicta imago hæc verba: Come in specie fu rivelato alla venerable sposa de Christo suor Domenicha da Paradiso fondatrice del Monasterio di S. Croce di Firenze, la cui beatificatione pende nella sacra Ruota Rom. in un stasi de 32. hore sotto li 26. Marzo 1508. da lei stessa dettato di ordine di suo confessore, & scrito da Girolamo Gendi figlio spirituale de lei, in un libro intitulato: Il tabernaculo della Madre santa Domenicha, &c. da carte 63. sino al fine; qual lib. si conserva in detto Monasterio. In altera tabula est imago *Conceptionis* depicta cum sequenti instructione pro recitando Stellario, impress. Romæ, anno 1604. Maceratæ 1639. & similiter etiam Panormi, Messanæ, Neapoli, Anconæ, Florentiæ, Lucæ, Senis ac Mantuæ: Stellario *della Immaculata Concettione della Beatissima Vergine*, che se recita tutte le Dominiche *della Concettione*, ultimè di ogni Messe, tutti li Sabbatti del' anno, feste della stessa Vergine, & ali 19. de Agosto festa propria dello Stellario. Il Capellano ô vero duo fratelli ingenioccchiati al Altare, sonato il campanello comienciano insieme à voce alta: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. ✠ Diremo un Pater noster & quatro Ave Maria ringratiando il Padre eterno delli quatro privilegi concessi all' Immaculata Vergine sua Figlia. Il primo choro del populo con la stessa voce alta comincia: Pater noster qui es in cœlis, sino a tutto: sicut in cœlo & in terra. Et il secundo choro sequita: Panem nostrum, sino al fine. Il simile nelle quatro Ave Maria; il primo choro fino à tutta la parola Jesus repigliando il secondo choro Jesus, sino al fine. Li due fratelli sonato di nuovo il campanello con l'istesso tono dichino. ✠ Un altro Pater noster & quatro Ave Maria ringratiando il Figlio el eterno Signore nostro Giesu Christo delli quatro privilegi concessi à questa sua dilettrissima Madre. Primo choro Pater noster, &c. ut suprà. L'istessi due fratelli sonato il campanello. ✠ Un altro Pater noster & quatro Ave Maria ringratiando lo Spiritu Santo delli quatro privilegi concessi alla Vergine purissima sua Sposa. Primo choro Pater noster, &c. è finite le quatro Ave Maria, il primo choro dica: Gloria Patri, &c. Secundo choro: Sicut erat, &c. Antiph. due fratelli: Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim. ℣. *Cum jucunditate Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis devotissimè celebremus.* ℟. Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum. Oremus: *Deus, qui conceptam sine macula Beatissimam Virginem MARIAM* Apostolo tuo Joanni duodecim radiantem coronâ stellarum demonstrasti; concede fidelibus tuis, ut qui Sanctissimi Stellarij privilegia in ejus honorē recolunt in terris, ejusdem intercessione gloriæ luce perpetua.... in cœlis, qui in Trinitate perfecta vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen. Privilegi che si meditano nello stellario. Dal Padre. 1. Ab æterno prædestinata Madre de Dio. 2. *Concetta senza peccato originale.* 3. *Piena de gratia col uso della raggione, dal primo instante della sua vitta.* 4. Senza fomite ne anco al peccato veniale dal Figlio, &c. In alia tabula, in qua est pulcherrimè depicta *Conceptionis imago* cum omnibus attributis, impressa Avinione 1602. apud Andream Ballen, & iterum Neapoli 1636. præscribitur modus recitandi Coronam; & incipit sic: La Corona della *Immaculata Concettione di MARIA Vergine* allude à aquella mysteriosa corona di duodeci stelle cole quale gia vidde S. Giovane Evangelista coronato il cappo d'aquella Dona reale, &c. In altera tabula (in qua est imago Beatæ Virginis circumdata his characteribus: Archiconfraternitas *Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, & ad latus dextrum: *Sine peccato concepta*; & ad sinistrum: Pro peccatoribus intercede, typis mandata Senis 1636. cum licentia Superiorum) in instructione, sic inquit: A tutti li fratelli & sprelle delle compagnie che militano sotto l'invocatione *dell' Immaculata*

maculata Concettione della Beatissima Vergine. Deinde, sic incipit: Gli Fratelli & Sorelle dell' *Immaculata Concettione di MARIA sempre Vergine* non hanno obligo alcuno &c. Titulum Immaculatæ repetit pluries in toto discursu Institutionis; atque etiam in paragrapho ad Lectorem vocat Immaculatam Conceptionem, &c. Item, ibidem est quædam tabula cum Virg. depicta, imp. Mondovi, an. 1639. in qua hæc sunt: Modo di recitare lo Stellario o sia Coroncina *della Immaculata Concettione*, composta di tre Pater noster è dodeci Ave MARIA, la quale si è continuata à recitare la prima hora del primo giorno dell' anno 1639. è si recitara perpetuamente nella citta de Mondovi, è sua dioceſi in ogni hora de ogni messe de settecento, è quarenta è quatro fratelli & sorelle, moltiplicati in diversi luoghi della medema Dioceſi. La prima Ave MARIA se meditara che MARIA Vergine fu predestinata per Madre dal suo unico Figlivolo. Nella seconda Ave MARIA se meditara *che fu preservata dal peccato originale nella sua Immaculata Concettione.* Et infra fit mentio de Priore *Immaculatæ Conceptionis* Sancti Laurentij in Damaso. Oratio, quæ dicitur ab Archiconfraternitate in Sabbatis ad Completorium. ℣. Cum jucunditate Conceptionem B. MARIÆ Virginis devotissimè veneremur. ℟. Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum JESUM CHRISTUM. Oratio: Famulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire, ut quibus Beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, *Conceptionis ejus* votiva commemoratio pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum, &c. Imago Stellarij est in tabula magna appensa in Sacristia prædictæ Confraternitatis elaborata à Fratre Nicolao de Roma, & incisa à Fratre Cæsario à Roma Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ, impress. Neapoli 1636. cujus inscriptio est: *Stellarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ MARIÆ*; nititurque totum Stellarium illis verbis: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te.* Opus dicatum Eminentissimo ac Reverendissimo D. D. Petro Paulo Cresentio S. R. E. Cardinali amplissimo, Episcopo Prænestino ac Urbevetano. In qua tabula sunt quamplura testimonia pro immunitate & præservatione Beatæ Virginis à peccato originali, quæ si transcribenda essent, facerent Tractatum integrum. Antonius Angelicus Siculus in Supplicatione facta ad Sanctissimum D. Innocentium X. pro desolata Confraternitate Sanctissimi Stellarii Beatæ MARIÆ Virginis, impress. Panormi 1648. in 4. folio 25. sic inquit: Titulus devotionis hujus & Coronæ omnino conveniens sanctissimum Stellarium *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* appellatur; quia fundata in Corona stellarum, quâ cinctum fuit Deiparæ caput, ut Joanni apparuit ..... Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ congruentissimè: nam hic est titulus, quo Deipara MARIA pro sua Conceptione condecoratur in Sancta Ecclesia Catholica ex Summorum Pontificum, & in primis Gregorii XV. Constitutionibus; & sub eo ubique ab omnibus fidelibus celebratur, & sub alio celebrari interdictum. Epithetum *Immaculatæ appositum ad magis exprimendam puritatem ac singularitatem hujus Conceptionis, quæ non maculatæ*, ut aliorum hominum & mulierum, Davidis, Mariæ Ægyptiaeæ & similium in peccato, secundùm illud: In peccatis concepit me mater mea. Horum enim non celebrat Ecclesia memoriam, sed potiùs miserandam deplorat conditionem, cum illo qui dicebat: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo. Cùm igitur ex naturali modo geniti *solius Deiparæ Virginis celebretur Conceptionis festum, & non possit celebrari, nisi de Sancta & Immaculata*; meritò ad illius puritatem supra alias puras creaturas exprimendam, positum est epithetum *Immaculatæ*. Ampliùs. *Ab Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* hæc devotio nuncupatur, quia licèt in ea multa memorentur privilegia illi merito mortis Filii sui à Sanctissima Trinitate concessa, singulariter nihilominus celebratur & effertur hoc *illius Immaculatæ Conceptionis*, ut patet in formula solemnis præsertim recitationis hujus Coronæ; & quia hæc Conceptio est simpliciter primum privilegium ex omnibus Deiparæ collatis, quorum in Ecclesia solemnitas celebratur; & insuper per propriam dispositionem sanctificata fuit, ut docet S. Bernardinus apud Patrem Suarez. Unde ut Prædicatorum Religio, quæ in sua dignissima Sanctissimi Rosarii devotione multa commemorat Christianæ Religionis mysteria, & nihilominus olim à primo Annuntiationis Virginis MARIÆ, & Incarnationis Filii Dei rectè appellari, & in hujus solemnitate illius festum celebrari voluit: ita pii Sanctissimi Stellarij cultores meritò appellant suam Coronam *Stellarium Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis MARIÆ; quia purissimæ hujus Conceptionis* privilegium est primum, quod à cœlesti Patre accepit Deipara, & sancta celebrat Ecclesia.

STEPHANIA de la Encarnacion Monialis S. Claræ de Lerma, Ordinis S. P. N. Franciſci Hiſpana, in ſuis Manuſcriptis lib. ſub hoc titulo: Quarta oja de la Encarnacion del Verbo, y alabanzas de MARIA, à fol. 1. ubi incipit à laudibus B. Virginis, late agit *de Conceptione*. Extat in 4.

STEPHANUS de Aguilar & Zuñiga, Doctor Hiſpanus, in libro: Corona prædicantium, parte 1. verſ. 15. cap. 2. fol. 130. inquit: Pues que mucho que ſe miren los Angeles en MARIA? ven en ella Virginidad junta con carne, ven en ella loque les eſcureze ſu gloria; ven tambien que *es eſpejo immaculado* en que ſe eſculpen las ideas de quanto bueno repartio Dios en Angeles y Santos, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1636. in 4.

STEPHANUS de Avila, Societatis Jeſu Hiſpanus, 5. part. diſp. 4. ſect. 2. dub. 9. folio 277. in Tractatu de Cenſuris Eccleſiaſticis, aſſerit Quòd tempore Interdicti poſſit celebrari Miſſa, & alia divina officia *in feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ* & per ejus octavam, licèt non dicatur officium: Egte dimini, &c. Impreſſ. Lugduni 1616. in 4.

STEPHANUS Baſensà Gama, Vidigarenſium Comes, ſingulari devotione, quâ erga Deiparâ afficiebatur, Monaſterium Minoriticum *puriſſimæ, glorioſiſſimæque Virginis Conceptionis* ſacratum ſeſqui milliari ab Oppido Setubal facultatibus ſuis ædificadum curavit. Gonzaga in Hiſt. Seraphica de Provincia Arravidorum. Martini Principib. Marianis.

STEPHANUS Binet, Societatis Jeſu Gallus, in Meditationibus affectuoſis ſuper vitam Beatæ Virginis MARIÆ, folio 1. in imagine Joachimi & Annæ, cujus inſcriptio eſt: *MARIA Immaculata concipitur*, habet hos verſus:

O puella velut manna,
Tota bella matre Anna
Trinitatis oſculum.

Virga

Virga Ieſſe ſine nodo
Tu concepta miro modo
IESVM dabis floſculum.

Deinde adducit Caput integrum *de Conceptione Immaculata Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* à num. 1. uſque ad 7. Lib. impreſſ. Gallicè Antuerp. 1632. in 8.

Item, in libro Gallico: De la devotion à la glorieuſe Vierge MARIE Mere de Dieu, &c. ſparſim in toto lib. præcipuè uſque ad fol. 100. agit *de ejus munditia, puritate ac præſervatione à peccato*; & folio 298. in Litanijs inquit: *Per Immaculatam Conceptionẽ tuam*, libera nos Domina. Lib. impreſſ. Atrebati 1619. in 12. regali.

Item, in libro Gallicè inſcripto: Le grand chef d'œuvre de Dieu, les ſouveraines perfections de la Saincte Vierge ſa Mere, fol. 82. cap. 5. *de Virginitate animæ Sereniſſimæ Reginæ cœli*, totum caput eſt *de Immaculata Virginis Conceptione*. Et maximè folio 112. *Quare Conceptio B.V. tantùm fuerit diſputata inter Doctores?* Et folio 121. & 122. *Quòd Conceptio Dominæ noſtræ fuerit ornata gratijs à ſuo primo inſtanti.* Et folio 105. *Quòd fuerit ſolemnizata in cœlo tam citò ac fuit concepta.* Et à fol. 23. adducit comparationes excellentes ad probandam Immaculatam Conceptionem B. Virginis, &c. Lib. impreſſ. Pariſiis 1648. in 8.

STEPHANUS Bruliferus, aliis Brulefer, Ordinis Minorum Britannus, *Vtrum caro Beatæ MARIÆ Virginis fuerit ſanctificata ante animationem, vel peccati originalis contractionem?* Quæſtiones duas, ſed breves, in lib. impreſſ. abſque anno & impreſſionis loco, in 4. Baſileæ 1507. & Venetiis 1504. in 4. ubi noſtram ſuſtinet ſententiam.

Item, elaboravit *pro Conceptione Virginis* Sermonem incipientem: Nondum erant abyſſi, ut ipſemet refert in 3. Sent. diſt. 3. quæſt. 2.

Item, in libro ſuorum Opuſculorum, ſermone de Virgine MARIA, in die ejus Aſſumptionis, fol. 278. inquit: Secunda veritas principalis ſit hæc: *Gratioſa Dei Mater à Filio ſuo perfectiſſimè redempta, ab inſtanti ſuæ Conceptionis gratiam habuit, per quam à peccato originali fuit omnimodè præſervata, & non ſublevata, &c.* quod latè probat conſtituendo ſex modos redemptionis uſque ad folium 261. Lib. impreſſ. Pariſiis 1500. in 12.

STEPHANUS Corbora Hiſpanus, in vita D. Mariæ de Cervellon cap. 39. refert quomodò venerabilis P. Carmelus ſcribendo ſuper Cantica, perveniens ad verſiculum: *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te*, vidit Virginem MARIAM circumfuſam ſplendoribus gloriæ. Ipſe dixit & ſcripſit: Ita eſt & ego vidi. Lib. impreſſ. Barchinone 1629. in folio.

STEPHANUS Daoiz, Pampilonenſis Hiſpanus, & Canonicus profeſſus S. Auguſtini, in Indice ſeu Summa Juris Pontificii, &c. tom. 1. verb. Beatiſſima, & verb. Conceptio, habet *de Conceptione Virginis MARIÆ* plura. Lib. impreſſ. Burdegalæ, anno 1623. in folio.

STEPHANUS Duarte Catalanus, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, ſcripſit Tractatum de antiqua & magna devotione ſacri Ordinis Carmelitarum *erga puriſſimam B. Virginis MARIÆ Conceptionem*, ex diverſis Auctoribus excerptum. Impreſſ. Barchinone apud Stephanum Liberum 1622. Catalonicè. Vide Ludovicum Jacob à S. Carolo Carmelitam in ſua Biblioth. Carmelitana.

STEPHANUS Ferrovilh, Ordinis Minorum Gallus, in libro: Les homelies Adventuelles ſur la Salutation Angelique, fol. 155. homilia nona *pro die Conceptionis*: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, Cant. 4. agit latè de Virginis præſervatione à peccato originali. Impreſſ. Pariſiis 1618. in 8.

STEPHANUS de Garibay & Zamallo Hiſpanus, in Compendio hiſtoriali & Chronicis univerſalibus Regnorum Hiſpaniarum, tom. 2. lib. 20. cap. 13. de Fundatione Ordinis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* à D. Beatrice de Silva, &c. latè. Vide ibi. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1571. in fol.

STEPHANUS Gerung de Bretten, Magiſter & Decretorum Licentiatus, ac Univerſitatis Viennenſis Rector, anno 1484. conſcripſit Opus de Sanctorum feſtis per annum ad modum hiſtoriæ potiùs quàm ſermonum, & fecit Sermonem de feſto Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, in quo inter alia ſic habet: Et licèt Joannes Beleth prohibeat hoc feſtum celebrari, & B. Bernardus ad tempus reſtiterit, ſicut in Epiſtola patet ad Lugdunenſes Canonicos; tamen hodie ſuus Ordo, ſicut & Carthuſianorum, diem hodiernum celebrant. Unde Anſelmus in Epiſtola ad Epiſcopos Angliæ dicit: *Non eſt amator Virginis, qui feſtivare renuit feſtum Conceptionis.* Et alibi dicit: Erubeſcant inſani, qui hunc diem colere nolunt, eò quòd aliorum Sanctorum Conceptiones minimè celebret Eccleſia. Magna quippe temeritas eſt, eam in hoc aliis Sanctis comparare, in qua Deus carnem humanam ſumpſit, &c. Aſſervatur manuſcript. in Biblioth. Academiæ Viennenſis.

STEPHANUS Guerry, Societatis JESU Pariſienſis Doctor, in Opere de Exercitio animæ devotæ, agit *de feſto Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impreſſ. Pariſiis, ut refert Hippol. Marrac. in Catalog. ad ann. 1628. & in Biblioth. folio 380. Alegambe folio 427.

STEPHANUS Iſnardus Gallus, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, in libro dicto: Codex Minimus, ſive Statuta Capitulorum Generalium, &c. agit de Conventibus ſub titulo *Conceptionis* fol. 79. & 116. &c. Lib. impreſſ. Lugduni, anno 1631. in 8.

STEPHANUS Mattoni Cremonenſis Italus, in libro dicto: Giardino del cielo, Scherzi poëtici ſupra le ſette alegrezze della Beata Vergine MARIA, cujuſdam Anonymi Academici inviſibilis, &c. vocat Virginem MARIAM *puram, candidam, intactam, atq; mundam, &c.* Lib. impreſſ. Papiæ 1620. in 16.

STEPHANUS Mediolanenſis de Poperia, Ordinis Prædicatorum, in Roſario Virginis (in quo refert quòd libellus Michaëlis de Inſulis ejuſdem Ordinis Coloniæ editus ſit de eodem Roſario cum compendio Alani de Rupe) in practica prædicandi Pſalterium Virginis MARIÆ, vocat ipſam *totius pulchritudinis, decoris & amoris* Reginam. Lib. impreſſ. Bononiæ 1500. in 4.

STEPHANUS Mendez, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro de altiſſima dignitate Virginis Dei Matris MARIÆ, in 3. tom. & 12. lib. diſtincto, lib. 3. à cap. 19. ſub hoc titulo: En que ſe comienza à conſiderar el primer articulo *de la Concepcion, que la Virgen Sacratiſſima fue redimida con la Sangre de Chriſto nueſtro Salvador*, à folio 145. uſque 245. à prædicto cap. 19. uſque 66. agit latiſſimè de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ. Impreſſ. Barchinone 1606. in fol. Tranſcribere omnia quæ iſte Doctor adducit, eſſet proceſſus in

infinitum: ideo transcribam solùm inscriptiones aliquorum capitulorum, ut ex ipsis constet ejus sententia. Cap. 21. *Que la redempcion de Christo hizo à la Virgen santissima pura de todo pecado.* Cap. 22. En el qual se consideran estas palabras: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cap. 25. En el qual comienza el articulo segundo *de la Concepcion de MARIA, y se trata quanta verdad sea aver sido santa, antes que nacida.* Cap. 26. Que es grande dignidad aver sido concebida la Virgen sacratissima de Padres esteriles, y tambien lo es el aver concebido la glorioſa Santa Ana siendo esteril. Cap. 27. *Que la Santidad recebida por la Virgen sacratissima en el primer dia de su santificacion* es mayor, que la de qualquiera de los Angeles y hombres, uno excepto Christo. Cap. 28. *Que la Virgen Sacratissima en esta primera santificacion recibio todas las gracias y dones, y dellos fue* enriquecida, &c. Cap. 29. Que por esta primera santificacion se le dio à la Virgen, que jamas pecase. Cap. 31. En el qual se comieza el articulo tercero *de la Concepcion de la Virgen, y en el se trata que no aver determinacion de la Iglesia de quando fue santificada MARIA, ô en el instante de su animacion ò despues que fue animada, es grado altissimo de su dignidad.* Cap. 33. En el qual se comienza el articulo quarto *de la Concepcion de la Virgen,* y en el se nos enseña que aver tan universal, o pijssima estimacion, *que esta Señora huviese sido preservada del pecado original,* es grado altissimo de su dignidad. Cap 34. Con la figura de la Reyna Esther se manifiesta, *que la Virgen sacratissima à sido preservada de la culpa original.* Cap. 35. Quanta es la estimacion y veneracion que se debe dar à la Virgen sacratissima *este dia que fue preservada de la culpa original.* Cap. 36. *Quanto sea celebrada la Virgen sacratissima por ser preservada de la culpa original, en estos tiempos.* Cap. 39. Considerase en el segundo fundamento, *que tiene la preservacion de la Virgen sacratissima,* y es aver de quebrantar la cabeza del demonio. Cap. 40. A gloria de su dignidad se reedifican los dos fundamentos *de su preservacion,* el primero con dos palabras de la Escritura, y el segundo con una figura. Cap. 41. *Conviene ala dignidad de la Virgen sacratissima, que se considere aver sido preservada de culpa original.* Cap. 42. *Que siendo la Virgen sacratissima preservada de la culpa original, fue redimida por la sangre de su Hijo, nuestro Dios.* Cap. 43. *Aver sido preservada la Virgen sacratissima,* se manifiesta con unas palabras de Isaias. Cap. 46. En el qual se comienza à considerar el Evangelio de san Matheo segun se canta en la fiesta de la Concepcion de la Virgen sacratissima. Cap. 55. Lib. generationis Mariæ. *Quanta sea la gloria que su santissima Concepcion causò à su linaxe,* aun que Real, y à todo el mundo &c. Hæc & alia P. Mendez in prælegato libro: & sub his titulis pro Immaculata Conceptione Virginis invenitur, quidquid desiderari potest.

STEPHANUS Molinerius, Doctor Tolosanus, tom. 1. de Sanctis adducit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Joannes à S. Maria, in supplici Libello, folio 316.

STEPHANUS Pagnius à S. Maria, scripsit Opusculum *pro Immaculata Conceptione Virginis* ad ann. 1588. Ita Franc. Pistoia in lib. de Maria triumph. cor. 2. cap. 8. fol. 228.

STEPHANUS Palmerius Romanus, Auroræ primam Salutationem ritu Romanorum *pro Immaculata Virg. Conceptione peroravit.* Romę 1630. in 4.

STEPHANUS Paris Aurelianensis Ordinis Prædicatorum & Episcopus Avellonen. in Institutione Christiani hominis adversus hujus temporis hæreses, &. Homilia. 74. in communi Ecclesiarum convocatione Rothomagi facta Dominica in octavis Nativitatis Beatissimæ Virginis ann. 1558. contra effractores imaginis illius, super illud: Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis! fol. 290. inquit: Hanc de sponsa Sponsi sententiam trahit Ambrosius ad Virginem. Quàm pulchrum nimis & delectabile est nobilissimum Principem gravibus & maturis passibus incedentem conspicere, non nudatis plantis, non lacero calceo rusticarum fœminarum more, quæ fimo, luto, & sordibus discalceatos pedes passim immergunt. Hujus verò regali ex progenie ascendentis filiæ pariter, & sponsæ Principis, ô quàm pulchri! quàm ritè compositi gressus in calceamentis! Non sic Eva mater, quæ principatus sui & originis insigniter oblita, nudo pede, id est, destitura sua rectitudine, suo decore, proprio affectu gradiens ad mortem, morderetur ab angue; qui cùm munitam sentiret calceamentis hanc Principis filiam, princeps mundi hujus *nec momordit, neque in ea quidquam habuit, nec cubiculi illius fornicem contingere valuit; sed tota pulchra est, non habens maculam, aut rugam.* Hæc est, quæ contrivit caput eius. Ille vicissim cùm nec carnem ejus, *nec animam posset attingere &c.* Lib. impr. Parisiis 1561. in 8.

Item, in Expositione præclara sacri sermonis: Verbum caro factum est, juxta trium Evangelistarum & vetustiorum Doctorum sententiam, lectione 18. fol. 19. inquit: Ave gratiâ plena, Dominus tecũ: cujus salutationis forma tanto præstantior, quanto rarior; nusquam enim in Scripturis talis comperta est: sanè ut digna divinorum sponsalium diceretur & esset, *gratiâ, quæ ne omnia excludat, plenam Angelus attestatur.*

Item, lectione 22. fol. 3. affirmat, Quòd Maria in plenitudine Spiritûs plenis poculis gratiam hausit. Et post pauca explicans illud: In Deo salutari meo, inquit: Porro cùm Joannes nondum ex utero matris eductus, Domini adventum sentiens exultavit in gaudio, quantò magis spiritus Mariæ, *qui cum carne sua carni & animæ* Christi longè vicinior erat, exultare debuit in Deo salutari suo? Verè salutari: quamvis enim Deus salvator & salus omnium, quo mundum condidit, fuisse credatur; cùm tamen Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, specialiori quodam modo salvandi munus concredi voluit, &c. Speciali modo, id est, præservativo. Lib. impress. Parisijs 1555. in 8.

Item, Homilia 75. in die Annuntiationis, inquit: Ita certè copiosa benedictione cumulata, *ut exceptâ illa,* si dixerimus omnes, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. *At cùm de peccatis agitur, nullam prorsus cum ea negotium habemus.* Dilectus ejus candidus & rubicundus, electus in millibus. *Illa tota formosa est amica, tota pulchra & suavis, totum corpus lucidum non habens partem illam tenebrarum: sed nec macula, aut ruga in hac sponsa invenitur,* quæ Dei Mater electa Virgo, & incorrupta in ævum permansit, &c. Vide Joannem Euseb. in Sacro-syll. cap. 1. § 3.

STEPHANUS de Paternina, Societatis Jesu Hispanus, in Vita venerabilis P. Josephi de Anchie-

ta,

ta, lib. 2. cap. 5. folio. 97. agit de vita Virginis MARIÆ scripta à prædicto Patre, in qua incipiebat *à purissima Conceptione Deiparæ absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Salmanticæ 1618. in 8. Etiam agit de eodem Conceptionis mysterio parte 4. cap. 10. fol. 314.

STEPHANUS Poncherio, Episcopus Parisiensis, in Synodo habita anno 1515. hæc habet: *Festum Conceptionis B. MARIÆ Virginis Dei Genitricis* sub simili officio & reverentia, sicut alia festa ejusdem, celebretis; & sciatis per Sixtum Papam IV. 3. Kalendas Martij 1466. Pontificatûs sui 6. perpetuis temporibus similes indulgentias concessas esse interessentibus officio, sicut Martinus V. & Urbanus IV. & cæteri concesserunt pro festo Corporis Christi *Approbamus etiam absque originali peccato conceptam.* Quæ omnia fuerunt à Parlamento laudata & approbata. Ita Andreas Sausajus Episcopus Tullensis in sua Chronologia, ad prætatum annum.

STEPHANUS Quaranta, in libro de Concilio Provinciali, agit de Constitutione, quòd in popularibus Concionibus non disputetur *de Conceptione gloriosæ Dei Genitricis MARIÆ*, &c. ad Extravagantes communes de Reliquijs & veneratione Sanctorum fol. 117. Lib. impress. Neapoli 1566. in 8. parvo.

STEPHANUS Ruiz Aguadus, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem *de Sanctissima Conceptione Virginis MARIÆ*. Vide Ferriol in tract. de Concep. fol. 72.

STEPHANUS Saybata Sanctus, natione Græcus, in Menæis sive Rituali Græcorum ad diem 1. Januarii Ode 9. de Circumcisione, stroph. prima, sic ad *MARIAM* exclamat: Te, inquam, *ô benedicta, & ab omnibus maculis munda*, velut Deiparam magnificis extollimus vocibus. Vide Simonem Wangnereck. in lib. de Victate Mariana Græcorũ & Velazquez lib. 4. de MARIA Immacul. concepta differt. 5. adnot. 2. & fol. 34. & fol 77.

STEPHANUS de Salazar, Ordinis Carthusianorum Hispanus, in libro super Symbolo, & declaratione doctrinæ Christianæ &c. fol. 79. dist. 9. asserit, *Quòd Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali, & nunquam sub tyrannica servitute dæmonis.* Lib. impress. Hispali 1586. in 4. & Compluti 1591. in 4. & Salmanticæ 1597.

Item, in Genealogia Jesu Christi Redemptoris &c. fol. 68. *Quod Virgo MARIA concepta fuit absque labe peccati originalis, &c.* Lib. impress. Lugduni 1584. in 8. reg.

STEPHANUS Tricassinensis Episcopus, natione Gallus, subscripsit Decreto seu Canoni edito in Concilio Provinciali Avinionensi ann. 1457. tempore Calixti Papæ III. *circa Conceptionem Virginis Dei Matris MARIÆ.* Ita in Purp. Mariana fol. 369.

STEPHANUS Tuccius, Ordinis . . . . . Italus, de Beatæ MARIÆ Virginis sanctificatione, *& an fuerit concepta in peccato originali?* quæstionem unam latissimam, quæ manusc. habetur in Biblioth. Aracælitana Romæ; & tenet piam sententiam.

STEPHANUS Weberus, Magister Theologus, & Canonicus Aschaffemburgensis, in Disputatione Theologica de Officijs Angelorum circa homines, cap. 9. fol. 68. inquit: An beata Virgo habuerit Angelum Custodem, non satis constat; sed nonnulli negant. Primò, quia erat Mater Dei, ac proinde erat Domina ac Regina omnium Angelorum, ergo Angeli fuerunt potiùs ministri ejus quàm custodes & præsides. Secundò, quia custos Angelus deputatur ob tres causas: prima, ut instruat: secunda, ut excitet ad bene agendum: tertia, ut removeat occasiones & pericula peccandi. Sed hæ causæ non habuerunt locum in Beata Virgine; non duæ priores, quia Beata Virgo habebat ampliorem scientiam & gratiam quàm supremus Angelus; nec tertia, *quia erat impeccabilis &c.* Primò, quia tametsi esset Mater Dei, non tamen fuit intrinsecè impeccabilis, sed solùm extrinsecè per specialem protectionem, eo modo, quo de alijs confirmatis in gratia dictum est &c. Lib. impress. Moguntiæ 1603. Istæ Conclusiones fuerunt habitæ sub patrocinio R. P. Martini Becani.

STEPHANUS Weyms, J. U. D. in Academia Lovaniensi, in lib. Ad Constitutiones viginti quatuor antiquo Jure desumptas & per Concilium Tridentinum specialiter innovatas Analysis, const. 18. à fol. 203. per decem & novem numeros agit latè *de Immaculata Conceptione*, & explicat Decreta Sixti IV. & Concilii Tridentini in favorem præservationis Virginis à peccato originali. Lib. impress. Lovanii 1628. in 4.

STINEUS de Corde, Poëta Hispanus Valentinus, in Palestra seu Certamine habito anno 1486. edidit Carmina *pro Conceptione Virginis*, & extant cum aliis in libro Ferrandi Diaz.

STRABO Fuldensis, Auctor Glossæ ordinariæ Monachus, in cap. 23. Exod. loquens de Arca Testamenti, sic inquit: Facta verò fuit hæc Arca de lignis setim, quæ sunt imputribilia, *ad significandam puritatem Beatæ Virginis MARIÆ, quæ fuit purissimæ mente & corpore*, & etiam post mortem conservata à corruptionis putredine.

Item, in Glossa ordinaria in Cantica Canticorum, ad illa verba cap. 4. Quàm pulchra es amica mea, sic inquit: Quid in te, ô dilectissima dilectarũ, Virgo Virginum, laudatur à dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus Angelorum? Laudatur simplicitas, *munditia, innocentia*, doctrina, verecundia, humilitas, mentis & carnis integritas, sive incorrupta virginitas, &c. Vide reliqua in ipsa Glossa.

SUICARDUS Beeck, Ordinis Minorum Germanus, in lib. Concionum Moralium omni tempore prædicabilium, serm. 2. fol. 30. loquens de Christi impeccabilitate, sic inquit: Quid verò de benedicta ejus Matre sentiemus? anne ergo ipsa, utpote naturalis Adæ filia, secundùm communem naturæ cursum *à parentibus Anna & Ioachim generata, labem & noxam contraxit? absit, absit:* neque enim fas est tam vilem de Dei Matre habere opinionem: aliud planè sentire videtur Scriptura, consulunt Patres, docet ratio manifesta, &c. Et prosequitur probando ex Scriptura, Patribus, & rationibus ejus immunitatem à culpa originali. Lib. impress. Coloniæ 1646. in 8.

SULPICIUS Pesancius Belda, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Respuesta à ciertas notas que hizo un Doctor particular, que dice serlo de la Universidad de Origuela, Maestro en su Orden de Santo Domingo, y Religioso del Convento de Predicadores de Valencia; al libro que compuso *en defensa de la proxima diffimilidad de la Immaculada Concepcion* contra Iacinto Arpalego, el Illustrissimo y Excellentissimo Señor D. Luis

Crespi de Borja Obispo entonces de Origuela, aora de Plasencia, y Embaxador extraordinario del Rey nuestro señor Felipe IV. à su Santitad por la causa de la Immaculada Concepcion. Impress. absque loco impressionis 1659. in folio.

S. du Verdier Gallus, in libro dicto: Les excellences de la Vierge, ou Meditations sur les Litanies, meditatione secunda super illa verba: Mater divinæ gratiæ, fol. 18. *Quòd Beata Virgo nunquam habuit peccatum originale, sed fuit exempta ab eo; quare nunquam tulit in sua fronte nisi innocentiam & puritatem, &c.* Lib. impress. Parisiis 1638. in 12.

SYNCELLUS, Presbyter Ecclesiæ Hierosolymitanæ, natione Græcus, unà cum Michaële etiam Presbytero transtulit in Græcam linguam Epistolam continentem fidem orthodoxam missam à Thoma Patriarcha Hierosolymitano ad Hæreticos in Armenia, Arabicè dictatam à Theodoro Abucara, in qua videtur *purissimam Virginem MARIAM ab omni macula liberare.* Vide hîc Theodorum Abucara, vel Opuscula ipsius impressa cum Operibus Anastasii Sinaitæ Ingolstadii, anno 1606. in 4. folio 449.

SYNODALIA Ecclesiarum, in quibus præcipitur observari festum *Immaculatæ Conceptionis*, sunt plura, ut videre est verb. Ecclesia, & sparsim in hoc Opere.

T

TALPITEUS N. scripsit Concionem *de Virginis MARIÆ Conceptione*, ut habetur in quadam margine manuscrip. in lib. R. P. Bartholomæi Guerrer fol. 5. nam loquens de Concilio Basileensi citat hunc Talpiteum in Serm. Concep. fol. 48. col. 2. Quis autem fuerit hic Auctor, invenire non potui.

THARASIUS Constantinopolitanus Patriarcha ac Sanctus, in Concilio Nicæno egit *de immunitate Virginis MARIÆ.* Ex Serrano lib. 2. cap. 22. num. 5.

THEODARDUS Paulus Bolswerdiensis, natione Friso, edidit Concionem *de Conceptione Virginis MARIÆ* Joannis Osserii Societatis Jesu, Coloniæ 1598. in 8.

THEODORETUS, Episcopus Cyri vel Cyranus, Beatus ac natione Græcus, in Cantica Canticorum cap. 6. loquens de sponsa in communi, inquit: Ideirco decora es sicut Hierusalem, sive decora metû seu terrorem te aspicientibus injiciens: ordinem enim tuum spectantes obstupescunt. *Nam in te nihil inordinatum, nihil incertum, nihil confusum; sed omnia ordinata & certa sunt*; rerum ordinem diligenter retines. Hæc eadem verba repetit ad finem capitis; sed addit: Nihil enim incompositum, nihil incertum, nihil confusum in sponsa Domini. Et infra: Non simpliciter autem aut temerè sponsæ repetit easdem laudes; sed ut propriæ memor pulchritudinis, eam incolumem tueatur, *nec ullâ inficiat labe permittat.* Considera enim (inquit) qualis antea fueris, & qualem ego te reddiderim, quo te decore exornaverim, & quantùm pulchritudinis tibi largitus sim. Hanc tu mihi perpetuò integram conserva: semper enim tecum manens membra tua perscrutabor, studiosèque operam dabo, ne quid eorum integritati derrahatur, &c. Item, infra: Quod quidem ministri Sponsi prævidentes, eam non solùm comparant auroræ; sed pulchram ut lunam esse dicunt, electam ut solem, qui pavorem incutit illis, qui oculos in ipsum audent defigere: Addiderunt autem electam, non solùm ut discrimen inter illam, & stellas indicarent; sed etiam ut ipsius lunæ perfectionem ostenderent. Quasi dicerent: ut luna plena nitens, non exilia ostentans cornua, non semiplena, non decrescens; sed perfecta, ac toto orbe splendida; *non quidpiam retinens imperfectionis, sed totum globum lucidum præ se ferens.* Sic igitur (inquiunt) est pulchra, ut electa luna. Tradunt autem qui in rebus hujusmodi sunt periti, lunam ex solis radiis lucem mutuare, ac lumen quidem exiguum susci pere, cùm parvula ipsius particula solem aspicit; cùm autem ex adverso tantum solem ut speculum contuetur totum ejus orbem exprimens, illustratur tota, nec ullam corporis partem obscuram retinet. Item, infra: Revertere, revertere pacifica. Quemadmodum in hoc libro Dominus noster Salomon, id est Pacificus, sic etiam ejus sponsa, ut ab illo pacem assecuta & à veteri liberata bello, pacifica nominatur, &c. Extant hæc omnia à folio 1062 usque 1072. in tomo 1. impress. Græco-Latin. R. P. Jacobi Sirmondi Parisiis 1642. in folio, & tomo 4.

THEODORICUS Gresemundus Junior, natione Germanus Moguntinus, scripsit *pro purissima Conceptione semper Virginis Dei Genitricis MARIÆ* Carmen, & multas Epistolas. Ita Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana, & in Catalogo ad annum 1498. Pistoia folio 228.

THEODORICUS de Monasterio, Ordinis Minorum Germanus, in libello suo inscripto: Speculum Christianum, cap. 43. de Psalterio D. Virginis & Rosario ac Confraternitate, sic habet: Pro primo Pater noster cum decem suis Ave MARIA, considera quomodò tot mille annis desideratum sit, ut Deus vellet homo fieri, atque nos liberare. Item, quomodò *MARIA concepta sit à S. Anna absq; originali peccato, &c.* Impress. Antuerpiæ apud Guilielmum Votsterman; quo anno, non habetur. Nota: hic Auctor, dictus F. Theodoricus de Monasterio, est Venerandus ille Pater, qui anno Domini 1489. Bruxellis peste grassante, triginta duobus millibus ea lue infectis extrema Sacramenta ministrando adstitit, & miraculis ac prophetiæ dono in sua Provincia Germ. Inf. claruit.

THEODORICUS Wingge, Ordinis S. Augustini Germanus, Conventus Osnaburgensis, fecit pulchrum Tractatum *de Conceptione Virginis gloriosæ*, in quo per longum discursum probat B. Virginem non fuisse conceptam in peccato originali. Ita ad litteram P. Joannes Meppis in suo tract. de Conceptione, Auctore 7.

THEODORUS Abucara, Episcopus Cariæ, natione Græcus, Opusculo 2. de Explicatione vocum quibus Philosophi utuntur, & Confutatione hæresis Acephalcorum Severianorum, id est, Jacobitarum, Interprete Francisco Turriano Societatis Jesu, sic inquit: Unde æternus Filius idem est Deus & homo, id est, idem est ante omnia sæcula ex Patre genitus, & Jesus ex Virgine MARIA in fine sæculorum sine virili semine natus, qui est una hypostasis Trinitatis: quocirca proprie, & verè castissima, *& omnis maculæ expers Virgo* stirpis Davidicæ Deipara, id est, Mater Dei prædicatur. Hæc enim æternum peperit Filium, factum hominem sicut nos in omnibus (excepto peccato)

10) JESUM appellatum,&c. Extat cum Operibus Anastasij Sinaitæ impress. studio & operâ Jacobi Gretseri Societatis JESU, Ingolstadij 1606. in 4. fol. 407.

Item, in Epistola continente fidem orthodoxam missa à Beato Thoma Patriarcha Hierosolymitano ad Hæreticos in Armenia, Arabicè dictata à nostro Theodoro Abucara, & à Michaële Presbytero Sicellæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ, & in Græcum sermonem translata, per quem & missa est; continente (inquam) solam veramque fidem in Concilio Calcedonensi traditam de Christo Domino ac Deo nostro (& est in ordine Opusculum 4. Theodori Abucaræ) postquam folio 441. vocarat Virginem MARIAM purissimam, fol. 447. sic inquit: Corpus Adæ purum ab omni labe formasse Deum, nullis naturalibus passionibus à culpa vacantibus necessitate subjectum, ut mortis, & ijs passionibus, quæ sunt ante mortem. Postquam autem Adam sua voluntate divinum mandatum transivit, & sub peccato cecidit & pollutus est, passiones naturales à culpa vacantes dominatæ sunt in eum, mors scilicet, & quæ ante mortem, & quæ post mortem: & ob hanc causam cogebatur Adam esurire & sitire ac mori, & post mortem corruptio corporis, & quæcumque ijs sunt similia dominatum in eum habebant. Æternus tamen Filius corpus Adamæum assumpsit, id est, ipse sibi *ex sanguinibus purissimis Sanctissimæ Virginis MARIÆ* corpus purum & ab omni macula liberum formavit: hac de causa non habuit mors imperium in eum, nec ante mortem, fames scilicet, & aliarum passionum (quæ reprehendi non possit) multitudo, ut docuimus, neque post mortem corruptio corporum; quod David in Psalmo prædixit inquiens: Non dabis animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem, &c. Vide locum supra citatum, seu Opusculum 4. ejusdem Theodori. Hæc suprapositа auctoritas sic extat in aliis: Sempiternus Dei Filius Adamæum corpus assumpsit, hoc est, ipse sibi ex purissimo Sanctissimæ Virginis MARIÆ sanguine illibatum & ab omni macula peccati liberum finxit, &c. Vide Euseb. Nieremb. in lib. Dissert. Epist. 15. fol. 267.

THEODORUS ab Alckemade, Societatis JESU Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 16. Julii anno 1647. Thesi 11. de Peccato originali hæc defendit: *Ab illo omniq; ejus debito seu proximo seu remoto, Beata Virgo immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

THEODORUS Balsamon, Ecclesiæ Nomophylax Cartophylax, deinde Patriarcha Theopolis sive Antiochiæ Græcus, ad diem 9. Decembris *de Conceptione Virginis, utpote quòd in eo peragatur Conceptio castissimæ Matris Dei nostri*, in scholijs ad Canones Phocæ Constantinopolitani col. 80. in libro impress. Lutetiæ 1620. in fol.

THEODORUS Duca Lascari, Græcorum Imperator, in Canone deprecatorio & in Poëmate ad sanctissimam Deiparam passim vocat eam *puram & purissimam, totam Immaculatam atque Immaculatissimam, mundam & mundissimam*; in quibus epithetis multùm favet Immaculatæ Conceptioni, ut affirmat Hipp. Marrac. in lib. Cæs. Marian. à fol. 221. ubi hæc Opuscula ad litteram invenies.

THEODORUS Heracleota, in Commentarijs in Psalm. 44. ad illa verba: Astitit Regina, inquit: Alius pro stetit, legit: stabilita est, *id est, firmiter & immobiliter stetit; nam portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, &c.* Vide Joan. Euseb. libro Except. cap. 13. fol. 188.

THEODORUS Hierosolymitanus Patriarcha, vocat Virginem MARIAM intemeratam, sive *ex omni parte & super omnia Immaculatam*, & primitias massæ nostræ. Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 151. latè.

THEODORUS Methochita, Doctor antiquus natione Græcus, in libro Historiæ Romanæ, loquens de Virgine Deipara, inquit: *Incalpata* enim ista ex promisso divino nata est; cumque annum ætatis tertium ageret, deducta ad templum satis diu in penetralibus ejus degit, & ab Angelo nutrita est usque ad annum decimum quartum. Ita P. Joan. Ludovic. de la Cerda in libro de Excellentia cælestium Spirituum cap. 8. fol. 66.

THEODORUS Novus sive Neot, Sanctus Confessor natione Græcus, in Oratione de Virginis Nativitate, inquit: Job ait: Cæli non sunt mundi in conspectu ejus, & stellæ non sunt mundæ coram illo. *MARIA verò quid purius, quid mundius?* Terra est, *in qua peccati spina non orta est. Terra est, non ut illa prima maledicta, cujus etiam fructus pleni sunt spinis & tribulis; sed in qua benedictio Domini, & cui benedictus fructus ventris.* MARIA nova secundæ creationis Dei massa sanctissimæ generis primitiæ. Ave rubus, conspectum igni miraculum, *quem rubigo peccati non terigit; nam & planta fuit intacta.* Ave urna, confectum ex auro vas, *quam nulla delicti labes infecit.* Ave sanctuarium, fons divina scaturigine fluens, omnis sanctimoniæ plena. Ave liber sigillis signate, *quem nulla excogitabilis corruptela maculat.* Ave codex novus, *quem nulla prorsus attigit corruptio.* Ave aurum mundum Spiritûs igne probatum in vitæ fornace, *nullamque habens nequitiæ labem.* Ave lignum imputribile, quæ ad peccandum pronæ corruptionis vermem non admisisti. Ave illibata, omni reprehensione sublimior, &c. Vide Joannem Eusebium Nieremberg. Epistola ad Card. folio 27. & in libro Exceptiones. fol. 171. & in Sacro-syllab. cap. 1. Vide Ferdinandum de Vargas in sua Allegat. de Conceptione ad finem.

THEODORUS Peltanus, Societatis JESU, in lib. De originis peccato disceptatio in tractatus duo de viginti distributa, tract. 6. folio 77. inquit: Constat enim non omnes simpliciter originis peccatum contrahere, sed illos solùm, qui naturali ac trita generationis via ex Adamo oriuntur. Quamvis ne isti quidem maculam ullam contraherent, si Deus (*ut Matri Virgini*) unà cum ipsa anima gratiam illis infunderet. Christus autem, licèt corporis sui materiam ex Adamo mutuatus fuerit (credimus enim illum ex MARIA Virgine natum) corpus tamen quod assumpsit Adamici seminis virtute & energia non fuit efformatum; sed virtute & operâ Spiritus sancti, &c. Et ad marginem inquit: *Virgini, ut primo homini, gratia fuit concreata, atque hac ratione ab originali peccato fuit præservata.* Impress. Coloniæ 1576. in 4.

THEODORUS Petrejus, Ordinis Carthusianorum apud Ubios, in Bibliotheca Carthusiana sive illustrium sacri Carthusiensis Ordinis Scriptorum Catalogo, agit de Scriptoribus qui *de Conceptione Virginis MARIÆ* scripserunt, verbî

gratiâ fol. 131. & 209. Et alibi. Vide ibi. Lib. impress. Coloniæ 1609. in 8.

Item, in marginibus additis ad S. Brun. tom. 1. in Psal. 101. fol. 400. affirmat, *Quòd MARIA fuit ab omni peccati contagione libera.* Lib. imp. Coloniæ 1611. in fol.

Item, Latinitati donavit Librum Myrothejum seu Conclave devotarum precum R. P. Franciſci Costeri, in quo fol. 179. agens de octo Solemnitatibus Deiparæ, primo loco ponit *festum Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. imp. Moguntiæ 1621. in 16. regali. Item, asserit in Confessione S. Bernardi lib. 1. capit. 6. fol. 47. *Quòd MARIA mundata fuit ab originali contagio,* & quòd nullum habuit delictum &c Lib. impress. Coloniæ 1606. in 8.

THEODORUS Sincellus sive Presbyter, natione Græcus, in Historia de pretiosa veste Deiparæ, inquit: Par quippe, par omnino erat, ut quæ animam & corpus, ac rationem moresque ac sermonem, ipsamque adeò cogitationem *munda habuisset ac incorrupta, nullamque admittentia labem, ac ab omni sorde libera*; suæ ipsius quoque vesti incorruptionem præstaret, &c. O castissima, incorrupa, intemerata Domina, quam Deus sanctificavit, elegitque, ac dignam judicavit. Vide Possevinum & Marraccium.

THEODORUS Smising, Ordinis Minorum Germanus, in Disputationibus Theologicis de Deo uno, tract. 3. disp. 6. de Providentia Dei quæst. 4. num. 147. folio. 564. asserit, *Quòd probabilius est Beatam Virginem non fuisse conceptam in peccato originali &c.* Vide & lege ipsum usque ad num. 177. Lib. impress. Antuerpiæ 1624. in fol.

Item in Assertionibus Theologicis habitis de Virtutibus, Vitijs ac Peccatis, assertione 9. de Peccato originali, sic inquit: *Quæ Lex cùm Deiparam Virginem comprehenderet, ipsa quidem debitum hujus peccati, non peccatum ipsum in suæ Conceptionis instanti habuit.* Fuerunt impress. Lovanij anno 1616. in charta expansa.

THEODORUS Studita, Abbas Monasterij Studij appellati, natione Græcus, in Canone de Sanctis imaginibus, inquit: *Sanctis Sanctarum, & omnibus creatis excelsior tu sola facta es, sive apparuisti in rerum natura, Mater simul & Virgo Dei Genitrix.* Ex his verbis Immaculatam Conceptionem deducit Eusebius Nieremberg. in Sacro-Syllab. §. 7. Ejus Opera extant tom. 9. Biblioth. VV. PP.

THEODORUS Walleus, Professor eloquentiæ in Collegio Insulensi, in suo Oratorio Mariano, Panegyrico. 1. agit *de Immaculata Deiparæ Virg. Conceptione.* Ita Joan. à S. Maria in Supplici libello, fol. 238.

THEODOSIUS Brigantiæ Dux, in Villavitiosa templum *impollutæ Virgini à Conceptione* sacrum, quod in præcipuum oppidi delubrum extruxit Comestabilis Nunius Alvarez Pereira, cùm postea cœlestibus portentis ampliùs clarescceret, avitæ pietatis hæres & amplificator novis illustravit sumptibus & fabricâ. Gonzaga in Historia Seraph. & Basconcelus in descriptione Regni Lusitaniæ. Mar. in Princ. Marianis.

THEODOTUS Ancyranus, Episcopus Græcus, in Homilia de Nativitate Domini in Concilio Ephesino habita, inter alia dicit, & vocat uterum Virginalem *mundum à passionibus peccati, &c.* Vide de hac auctoritate Joannem Eusebium lib. Exception. cap. 8. fol. 61. Nescio, an sit diversus à præcedenti.

THEOLEPTUS Philadelphiensis Metropolita, in Canone de judicio vocat Virginem Mariam *Immaculatam & intactam.* De quo vide Joannem Eusebium libro Excep. cap 13. fol. 248.

THEOPHANES Nicænus Archiepiscopus, natione Græcus, in Operibus suis editis ex Bibliotheca Vaticana, ac illustratis à Gonsalvo Ponce de Leon, Epistola 3. postquam latè de peccato originali ac ejus remedio per sacrum Baptismum egerat, folio 111. inquit: Sed & lavacrum sacri Baptismatis velut imaginem quamdam describit Virginei, *& Immaculati ventris,* in quo secundùm naturam nostram effectus, & ex quo editus est. Sicut enim beatum illum, & qui Deum excepit uterum nudâ cum Deitate ingressus, finxit denuo primitias nostræ massæ eam sibi conjungens Deique Filium in ipsa per adventum Sanctissimi Spiritus, absque virili commixtione efficiens, nempe illum beatissimum locum nostræ cum Deo reconciliationis ineffabilisque unitatis testem uterum, nempe Dei hospitem, fontem verè vitalem, & vim habentem reformandi naturam nostram à corruptione ad incorruptionem, divinamque pulchritudinem; sic (inquam) aquam ingressus, non jam nuda cum Deitate, sed cum generatis & deificatis in primo atque vivifico lavacro, nostræ massæ primitias fecit illum suâ & Spiritus sancti præsentiâ, veluti alterum ventrem totius nostræ naturæ reformatorem, &c. Interest tamen multùm inter primum ac secundum ventrem; tantò enim secundus, nempe fons in quo regeneramur, cum primo, qui scilicet & Deum excepit & peperit, dignitate incomparabilis est, quantò Dominus qui ex primo natus est, major est ijs qui ex altero renascuntur, immo verò & magis. Nam qui ex secundo regenerantur fratres illius, qui ex primo natus est, & Dei filij secundùm gratiam efficiuntur. At secundus alveus cum primo nullam habet cognationem, quinimo inter sese cum natura differt à veritate: illa enim est vera Dei Mater, quoniam verè ex ipsa, qui supra omnem substantiam est, susceptus substantiam. Aqua verò sacri baptismatis accipitur, ut diximus, tanquam signum & figura vivifici illius ac Dei hospitis ventris. Per illam nos sine carnali conjunctione ac cæteris naturæ operibus in Dei filios mirificè regenerati, conformesque imagini naturalis Filij Dei, qui ex ipso Virginali intactoque utero prodijt, efficimur: ex aqua verò nihil accipimus, quod ad novi hominis & secundùm Deum creati substantiationem pertineat, &c. Hucusque Theophanes. Lib. impress. Romæ 1590. in 8. Summa præcedentis discursus hæc est: Baptismus institutus est ad ablutionem peccati originalis: si enim non esset originale, ad quid Baptismus? Hæc virtus, quæ per modum signi est in aqua contra originale, excellentiori modo, ac sublimiori fuit in utero Immaculato Mariæ. Ad quid? Non ad expellendum originale à Filio, in quo nec erat, nec poterat esse per naturam divinam; neque à nobis, quia hoc præstat aqua. Igitur si uterus Marianus habebat innatam vim, ac virtutem ad reformandam naturam ab illa primæva corruptione originaria, concedamus saltem ipsi, quòd datum fuit aquæ in principio, id est, in ipsius creatione, scilicet quòd Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et quare? quia ipsis abolendum erat originale peccatum: & hoc

velut

velut in imagine & signo figurabat, ac repræsentabat MARIAM, quæ ita habuit vel habere potuit originalem maculam, sicut ipsa aqua baptismalis.

Item, in Menæis Græcorum, sic Virginem alloquitur die 23. Februarij, Ode 4. de S. Polycarpo: O à cunctis sordibus incontaminata, & super omnes inculpatos *inculpatissima Domina*. Item die 17. Januarij, Ode 3. de S. Antonio magno: Ut *inculpatissima* Conditoris sponsa, me celeriter è dæmonum machinationibus erue. Velazquez fol. 221. Item, ibidem Ode 7. *Immaculatæ* & omnium sanctissimæ Virgini MARIÆ acclamatione fausta plaudamus. Item, ibidem Ode 8. *O intaminatissima* Genitrix Dei, inflictas à peccato cicatrices emunda. Item, die 16. Januarij Ode 5. de Cathedra S. Petri: Multorum me scelerum, *ô intaminata*! oneribus prægravem alleva. Item, die 20. Januarij, Ode 4. Lætare, quæ es mons *inumbratus à gratia*. Item, die 25. Januarij, Ode 6. de S. Gregorio Theologo: Te, ô virgo Mater, præviderunt Prophetæ tanquam librum quendam *planè intaminatum*, in quo conscriptum esset verbum Dei. Vide Simonem Wangnereckium in in suo libro de Pietate MARIANA Græcorum, atque Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 4. adnot. 2. fol. 343. & fol. 138.

Item, in Hymno de Annuntiatione agit *de immunitate Virginis MARIÆ*, secundùm Salaz. sæcul. 9. & Serran. lib. 2. cap. 22. n. 6. Leon classe 9. & Mart. Philipp. tom. 2. sæcul. 9. ex ipso Hymno hanc adducit auctoritatem: Tibi gratia data est, ô Dei Genitrix divina! *ô Immaculatissima*, tibi omnis creatura clamat: ô Dei Nympha! tu enim sola Dei Mater electa es, *& Immaculata*.

THEOPHILUS N. Doctor antiquus, super Magnificat ad illa verba: Quia fecit mihi magna qui potens est, inquit: Verè magna, mira & multa Deus operatus est in MARIA, *cùm eam à peccatis præservavit, cùm eam sanctificavit &c.* Hunc citat Iudocus Clichtovæus in tract. de Visitatione Virginis, fol. 84. impress. Parisien. in 4. Quis autem fuerit hic Theophilus, invenire non potui.

THEOPHILUS Raynaudus, Societatis JESU Italus, *de Virginis Conceptione* punctum unum in lib. Dyptica MARIANA. Item, in eodem libro de Virginis sanctitate ab utero, *immo & à Conceptu* punctum alterum, seu potiùs tractatum latissimum atque doctum, à folio scilicet 237. usque ad 300. in quo Immaculatam Conceptionem pro viribus conatur ostendere & propugnare. Grationopoli impress. 1643. in 4.

Item, in Nomenclatore MARIANO, ad illa verba: Filia vitæ, ait: Concinnè sanctam MARIAM appellat filiam vitæ, *quia nec concepta est in peccato*; nec mortus quidquam in se admisit unquam; sed semper sana & sancta fuit, contra quàm nobis contingit, qui naturâ filij iræ existentes, subinde filij mortis sumus &c. Item, infra intelligit & explicat de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ illud Sancti Dionysij Alexandrini in Epistola contra Paulum Samosatenum, nimirum *quòd Beata Virgo MARIA à capite ad pedes fuerit semper incontaminata*.

Item, in libro: Hoplotheca contra ictum calumniæ, &c. sectione 2. serie 2. cap. 3. de Monstris sæditatum, fol. 173. inquit: Beatissima Virgo MARIA *speculum puritatis nitentissimum*, fuit verè terra sancta, immo sancta sanctorum &c. Vide infra, nam vocat eam purissimam, nitidam, &c. Lib. impress. Lugduni 1650. in 4.

Item, in lib. Christianus Patris Christi, & Matris Ecclesiæ per baptismum filius &c. cap. 2. fol. 128. inquit: Hoc itaque modo & ex MARIA prodijsse videtur Ecclesia: utraque tamen casta, *utraque munda*, utraque perpetuæ virginitatis signaculo præmunita, &c. Lib. impress. Grationopoli 1642. in 8.

Item, in libro Heteroclyta spiritualia, & anomala pietatis cælestium, terrestrium, infernorum, quæ circa Deum Christum, ac Cælites, & præcipuè Deiparam, &c. in primo indiculo operis plura adducit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. imp. Grationopoli 1646. in 4. Sed quæ hìc indicat, adducit in alio libro dicto Dyptica MARIANA.

Item, sub nomine Amedei Salij Theologi Hortæriani, edidit Dissertationem *de retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis* adversus Linum & Cletum contendentes reformatum à Gregorio XV. Dictionarium &c. Imp. Coloniæ 1651. in 8.

Item, edidit contra Carolum Yovium postimum Anagrammatistam *pro Virgine MARIA Immaculatè concepta*, quasi Apologiam brevem. Imp. in charta expansa anno 1656.

THEOPHILUS Vicedominus, Peccator, postquam habuisset chirographum quod diabolo dederat, consilio & precibus instituit, *ut dies Conceptionis B. MARIÆ Virginis solemniter celebraretur*; ut dicitur in Tract. de Conceptione cujusdam Anonymi, existente in Bibliotheca Canonicorum Regularium Tungris in ditione Leodiensi fol. 3. littera B. 4.

THERESIA Henriquez, Maquedæ Principissa Hispana, fundavit tria Monasteria sub habitu & norma *sanctissimæ Conceptionis*, unum in oppido Torrijos, alterum Maquedæ, & tertium in villa Ussagre. Ita ex Gonzaga Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 421.

THERESIA de JESU, Ordinis Carmelitarum Restauratrix seu Fundatrix Sancta, in lib. suæ Vitæ cap. 7. fol. 60. loquitur de quodam Religioso liberato è gravi suæ salutis periculo à Domina nostra, *quia ejus Conceptioni* devotissimus erat, illamque summa devotione celebrabat, &c. Lib. imp. Salmanticæ 1588. in 4.

Item, ædificavit duo Monasteria sub *titulo Conceptionis*, alterum Vallisoleti, & alterum Pastranæ Ex Marrac. & Pistoia fol. 188.

THESEUS Mansuetus de Urbino, Canonicus Regularis S. Salvatoris Italus, in libro Rosarij sacratissimæ Virginis MARIÆ, in Expositione salutationis Angelicæ, fol. 365. inquit: Prima perche in essa se manifesta *come fu purissima, perche fu netta, & monda da ogni colpa; è pero dice: Ave, cioe senza ve di peccato & di macula alcuna &c.* Lib. imp. Venetijs 1604. in 8.

THESIPHON Sanctus Martyr, & Jacobi Apostoli Minoris Discipulus, scripsit Decretum Apostolorum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in Libris plumbeis repertis in Monte sancto Granatensi, & apud R.P. Bartholomæum Pectorano.

THIRSUS Gonzalez, Societatis Jesu Hispanus, die

die 19. Martij 1661. defendit Salmanticæ, *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum illud contrahendi habuisse.* Fuerunt Theses impres. eodem anno.

THOMAS de Aguiar, Poëta Hispanus, in libro: Relatio Panegyrica Ordinis de Alcantara, scripsit Cantionem *de Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione*, fol. 82. Lib. imp. Matriti 1653. in 4.

THOMAS de Ales vel Halensis, Ordinis Minorum Anglus, in libro de vita Beatæ Virginis MARIÆ scripsit *Deiparam fuisse liberam à peccato originali.* Ita Daza in tractatu de Conceptione cap. 6. fol. 48. Lucas Waddingus maximopere commendat Auctorem, & facit mentionem de libro isto, sub titulo: De Beata Virgine MARIA Lib. un. sed Joannes de Turrecremata in suo libro parte 6. cap. 3. fol. 123. & Bandellus in primo opere de Conceptione, Auctore 107. istum citant pro sua sententia.

THOMAS Anglicus, Ordinis Prædicatorum & Cardinalis S. Sabinæ, ad annum 1306. scripsit Librum *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Senensis in sua Bibliotheca fol. 243. Sed cùm Adversarij hunc tractatum non citent pro sua sententia, ut videre est in Ventilabro Veritatis, & Radijs solis Veritatis, credendum est ipsum nostram sustinuisse sententiam. Vide Joannem Eus. cap. 10. fol. 84. & Joannem de Tamaio fol. 253.

THOMAS Apostolus Jesu Christi Domini nostri, natione Galilæus, pro MARIÆ Virginis Conceptione, sic inquit: O quàm felix es, quàm fortunata! & in initio viarum Dei ab ipso electa fuisti, & *Adæ peccato prævisо, non fuisti cum alijs omnibus condemnata*; sed voluit, ut merita Filij tui tibi super omnes prodessent: *itaque pro minimo momento noluit inimicam; sed semper amicam purissimam, &c.* Ita B. Amadæus in sua Apoc. nova, raptu 8. Vide Hippolytum Marraccium in Apostolis Marianis, & nostram Bibliothecam Marianam tom. 1. Velazq. lib. 4. fol. 309. Hæc verba in nostra Bibliotheca sic habentur: In initio itaque viarum suarum Deus antequam quidquam faceret, imo facere disponeret (quodam modo loquendi, quia omnia hæc sunt æterna, tamen quemdam ordinem in se tenent) voluit humanitatem plenam gratiâ, plenam beatitudine assumere ita, ut ipsam sic assumptam simul & beatam faceret, & Genitrici suæ maximam post ipsum gratiam præstaret. O MARIA! quàm felix es, quàm fortunata, quæ ab initio, & ante secula, & in initio viarum Dei, & ab ipso electa fuisti, & *Adæ peccato prævisо, non fuisti cum alijs omnibus condemnata*; sed voluit, ut merita Filij tui tibi super omnes prodessent, teque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper amicam &c. Item infra loquendo de Prædestinatione Dei, ac justificatione Sanctorum, inquit: Nullus tamen est ex filijs Adam, quem aliquando non habuerit pro inimico, *præter te, ô MARIA!* Vide Bibliothecam nostram tomo 1. fol. 713.

THOMAS de Aquino, Angelicus Doctor Ecclesiæ Sanctus, Ordinis Prædicatorum, in Epistolam Pauli ab Galatas, cap. 3. lect. 6. fol. 143. col. 2. ad finem, sic inquit ad illud: Non dicit in seminibus, &c. Dicit in seminibus, quasi in multis, id est, sicut faceret si de multis illud valeret; sed in uno, quod est Christus, quia ipse solus est per quem & in quo omnes poterunt benedici. Nam ipse solus & singularis est, qui non subjacet maledictioni culpæ, etsi maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Unde dicitur in Psal. Singulariter sum ego, &c. Item: Non est qui faciat bonum, &c. Eccles. 7. Virum de mille unum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omnino immunis esset, ad minùs originali, vel veniali. *Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo MARIA.* Conclusionem autem infert consequenter, cùm dicit: Hoc autem dico testamentum, &c. Sic in impressione facta Venetijs & correcta per Fr. Jacobum Alberti Castrensem, anno 1548. apud Hieronymum Scotum; & extat in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini. Et ad marginem suprapositæ sententiæ sunt verba ista ad litteram: Vide hîc, esse de mente Sancti Thomæ nullum habuisse peccatum Beatam Christi Matrem, nec etiam originale. Verba præcipua extant in impressione facta Parisijs, anno 1548. fol. 157. cujus originale extat in nostro Conventu Matritensi, quo usi sumus in Armamentario Seraphico, col. 482. habetque etiam marginem supra relatam. Apud D. Carolum Moronem Canonicum Sancti Laurentij in Damaso & Bibliothecarium D. D. Cardinalis Francisci Barberini, extat aliud originale impressum characteribus antiquis Parisijs curâ & solicitudine Nicolai Prævost; impensis verò Petri Gandaul Universitatis Bibliopolæ, an. 1529. in fol. & pag. 141. col. 1. in principio habet ipsissima verba supra relata, exceptis marginalibus; & in alia impressione Parisiensi 1541. & alia Venetiana 1553. Item, in alio originali Parisiensi, impr. ann. 1513. qui in fronte hæc habet: In via Jacobæa sub quatuor Elementis. Item, & alia Veneta apud Petrum Hier. Scotum ann. 1548. quæ extat Florentiæ in Biblioth. PP. Capucinorum, ut refert Pistoia fol. 185. Item, in alia impressione facta an. 1555. Venetijs per Fratrem Jacobum Albertum Castrensem; in quibus omnibus habentur verba illa: Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo MARIA. Vide de hoc Joannem Antonium Velazquez in lib. de MARIA Immaculatè concepta, lib. 1. dissert. 1. adnot. 5. fol. 4. Henriquez, lib. 3. de Sacrament. Confessionis, cap. 11. in Glossa littera M. Christoph. de Vega Palest. 3. cert. 3. fol. 72. Leon class. 9. latè. In impressione novissima facta Parisijs 1654. fol. 365. prætermissa sunt hæc verba; & ad marginem hæc sunt: Advertas humanissime Lector jam in quibusdam Venetijs 1553. impressis codicibus post expositam Salomonis auctoritatem hanc fuisse appositam particulam: Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo MARIA. Quam à quodam temerè adjectam nulli dubium fore credimus; nam nec in manuse. nec etiam alibi impressis codicibus, quos viderim (nam multos vidi) hæc particula reperitur, & in eo Parisijs impress. à Fratre Joanne Alberto Castrensi à mendis expurgato non invenitur: & luce clarius est D. Thomam minimè hujus fuisse sententiæ, quam millies in sua doctrina impugnat. Iste bonus vir etiam in margine imprimi curavit hæc verba: Vide hîc, esse de mente S. Thomæ nullum habuisse peccatum Beatam Christi Matrem, nec etiam originale. Quod an verum sit, tuum sit judicare.

Item, in Expositione aurea super Psalmos David Psalm. 14. fol. mihi 298. ad illa verba: Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam, inquit: Et ideo dicit: ingreditur, id est, in via graditur.

ditur. Psalm. 41. Ingrediar in locum tabernaculi. Item, 118. Beati immaculati in via; sine macula scilicet mortali, quia peccatum veniale non habet maculâ propriè. Eccl. 31. Beatus dives qui inventus est sine macula: sed in Christ. & *in V. MARIA nulla omnino macula fuit*; & istis appropriatur temperantia, quia contra temperantiam maculatur, &c. Nota illam universalem: Nullam omnino maculam habuit MARIA. Si nullam omnino; igitur neque originalem, nam culpa originalis macula est, quod non negant Adversarij: ipsi enim contendebant vocare ejus Conceptionem maculatam, quam nos Immaculatam vocamus. Fortè dices quòd hìc loquatur Angelicus Doctor juxta subjectam materiam, id est, nullam omnino maculam peccati mortalis habuisse. Sed quorsum hæc? Sufficiebat enim tunc dicere: Sed hanc maculam mortalem non habuerunt Christus, & MARIA; igitur universalis illa, nulla, & adverbium illud, omninò, quòd dicitur ab omnis, & est adverbium intentivum, penitus omnem maculam relegant à Christo & MARIA, ita ut nullam in ipsis relinquant, sive mortalem, venialem, aut originalem. Vel sic argumentor: Hæc propositio: Christus nullam omnino maculam habuit, quo se extendit? nonne usque ad maculam originalem? igitur si Angelicus Doctor coniungat utramque personam Christi & MARIÆ; eandem vim habere debet in utroque, quamquam aliter; nam Christus nullam omnino maculam habuit per naturam, MARIA verò nullam omnino maculam habuit, sed per gratiam & privilegium. Tandem sic concludo: In Christo & MARIA nulla omnino macula fuit, &c. Verifica illud præteritum, fuit, & non invenies illud realiter, ac formaliter exhaustum, quousque pervenias ad primum instans, sive ad ultimum calculationis: quia sine macula fuit in vita, imo antea fuit in nativitate, imo fuit in utero, imo denique fuit quando incœpit esse.

Item, Psalm. 18. ad illa verba: In sole posuit tabernaculum suum, inquit: Id est corpus suum posuit in sole, id est, in beata Virgine, *quæ nullam habuit obscuritatem peccati. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.* Si MARIA nullam habuit obscuritatem peccati; igitur nec originalis. Nonne tota natura humana obscurata est per peccatum originale? nonne tenebræ nos comprehendunt per peccatum originale? nonne caligine illâ totus obtenebratus est mundus? igitur si ab obscuritate eximit Angelicus Doctor MARIAM, & à tenebris & caligine peccati originalis liberam dicit.

Item, Psalm. 45. fol. 429. ad illa verba: Adjuvabit eam Deus vultu suo, inquit: Et possunt hæc referri ad Beatam Virginem, quia ipsa est civitas, in ipsa habitavit, ipsam fluminis impetus, scilicet Spiritus Sanctus, lætificavit, *ipsam sanctificavit in in utero matris suæ postquam formatum fuit corpus & creata anima. Tunc primò operuit gloria Domini tabernaculum*, ut dicitur Exod. 40. Et est alia sanctificatio Beatæ Virginis & aliorum Sanctorum, quia alii sic sanctificati fuerùt, quod nunquam mortaliter peccaverunt, tamen venialiter. Sic Joan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Beata autem Virgo nec mortaliter, nec venialiter unquam peccavit. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Et ideo dicit: Adjuvabit eam Deus manè diluculo, id est, adhuc eâ existente in utero: & hoc est quod dicit, quòd auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu matutino, &c. Fatemur, quòd Deus sanctificavit MARIAM in utero matris suæ, postquam formatum fuit corpus & creata anima; nam ante formationem corporis, & animæ creationem, non erat capax sanctificationis. De hoc nulla est quæstio, nam verissima sunt quæ Angelicus Doctor dicit; sed quæstio est, an sanctificata fuerit MARIA post animationem, id est, postquam illi corpori jam formato & organizato infusa fuit anima rationalis in illo puncto seu instanti? Angelicus Doctor respondet quòd sanctificata fuit manè diluculo, in ipso ortu matutino. Hęc nostra est sententia, quòd Deus non solùm juvit MARIAM in sua Conceptione, sed adjuvit, id est, ad aliquam hostilitatè juvit, ad aliquod periculum juvit; nec adjuvit manè; sed manè diluculo, id est, ad tempus illud cùm incipit prima lux esse: hoc enim propriè vocatur diluculum. Nec adjuvit in ortu meridiano, vel vespertino; sed in ortu matutino, id est, in illa hora seu puncto, quod est inter noctem & diem, suæ gratiæ auxilio adjuvit. Lib. impress. Parisiis, an. 1640. in folio.

Item, in Explicatione Salutationis Angelicæ, opusc. 8. sic habet: Tertiò quantùm ad puritatem, *quia B. Virgo non solùm fuit pura in se, sed etiam procuravit puritatem aliis: ipsa enim purissima fuit & quantùm ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Sic habetur in prima impressione existente in Monasterio B. MARIÆ de Boom Patrum S. Birgittæ in Ducatu Clivensi, & apud Conventuales Coloniæ; ac etiam in diversis originalibus manusc. in Biblioth. Regia Parisiis, & Lovanii in Abbatia Parcensi, & Monast. S. Martini Canonic. Regularium.

THOMAS de Aquino, Doctor Hispanus, scripsit latam Concionem *de Immaculata puritate Virginis MARIÆ in sua Conceptione*, & extat apud Ferriol in tractatu de Concep. à folio 75. usque 80.

THOMAS de Aquino Neapolitanus, Clericus Regularis, in libro dicto: Vinea Christi, sive, Politia Ecclesiastica, lib. 6. fol. 338. de B. MARIA, inquit: Tu enim nunquam infirmata es per peccatum, & semper plena fuisti uvis virtutum, &c. De quolibet etiam prophanante *Conceptionem Beatissimæ Virginis, & ipsius innocentiæ* cultum ac venerationem prosternente conqueritur idem Salvator, dicens illud Joel 1. Posui vineam meam in desertо, &c. Lib. impress. Lugduni 1647. in 4.

THOMAS ab Argentina, Eremitarum divi Augustini Prior Generalis Gallo-Belgicus, in lib. 2. Sent. dist. 30. art. 3. Utrum peccatum originale omnibus hominibus generaliter infundatur? ponit hanc Conclusionem: Dico, quòd *Virgo gloriosa ex privilegio singulari sic fuit præventa Spiritus sancti gratiâ, quod originali culpâ numquam extitit maculata.* Item, in 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. art. 1: Utrum Beata Virgo contraxerit peccatum originale in sua Conceptione? sic inquit: Primò ponam duas Conclusiones. Prima est; *quòd Deus potuit Virginem Matrem præservare ab originali culpâ.* Secunda; quòd hoc congruum fuit, & divinam bonitatem decuit. Tertiò infero unum corollarium, scilicet *quod de facto Virgo Mater Dei sine peccato concepta fuit, &c.* Quod latissimè probat per integram quæstionem. Lib. impress. Genuæ 1585. in folio, & Venetiis 1564. in folio.

THOMAS Atrebatensis, in 3. Sent. fol. 53. c. 96.

Utrum Beata Virgo contraxerit peccatum originale? Respondit Raymundus, &c. agit latè de mysterio. Tractatus hic fuit compilatus anno Domini 1290. nono mensis Julii; impress. verò 1507. apud Joannem Tavinum Tridivensem in 4. sub tit. Quæstiones dubitabiles super 4. libros Sentent.

THOMAS Bartonius, natione Anglus Collegij Hispalensis alumnus, *in laudem MARIÆ Virginis semper intactæ Matris Dei, sine ulla peccati originalis contagione conceptæ* Latinum Carmen. Impress. Hispali 1616. in 4.

THOMAS Bauxamis, Ordinis Carmelitarum Callus, in libro Harmoniæ Evangelicæ tomo 2. ad caput 11. Matthæi & 7. Lucæ, folio 430. ad illa verba: Inter natos mulierum, probat *Virginem MARIAM in peccato originali minimè conceptam fuisse*, ex variis Doctoribus, licèt breviter. Item, in cap. Matthæi 12. Marci 3. & Lucæ 11. folio 470. *Quod Virgo MARIA eximenda est à peccato* cum Augustino, cujus adducit auctoritatem. Lib. impress. Parisiis 1594. in folio. Vide etiam super Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna, folio 52.

Item, in lib. de Sacrosanctæ Cœnæ mysteriis, Passione, ac Resurrectione D. N. Jesu Christi, de tertio Christi verbo in Cruce, fol. 363. vocat *MARIAM Virginem purissimam & innocentem*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1573. in 8.

Item, in Compendio Vocabularij Theologi Scholastici, anno 1517. à Joanne Altestaig Mindelaimensi collecto, &c. fol. 11. inquit: *MARIA concepta sine originali peccato*, non tamen eo modo quo Christus: ille enim id habuit per naturam, diva autem Virgo per gratiam, &c. Lib. impress. Parisijs 1567. in 16.

THOMAS Bocius, Congregationis Oratorij Eugubinus, *eximit Virginem à peccato originali*, in Signo de cultu Deiparæ & Sanctorum, lib. 9. cap. 7. signo 36. tomo 1. Impress. Romæ 1591. in fol. & Lugduni 1594. in 8.

THOMAS Bottinus de Luca, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro dicto: Mancipium gloriosissimæ Virginis Mariæ, fol. 25. enumerat quatuor ejus privilegia, scilicet *prædestinationem, Conceptionem*, Virginitatem, & Maternitatem. Lib. impr. Orvieti 1631. in 24.

THOMAS Britus, Ordinis Minorum, in Sermonario de Sanctis, seu Postilla de communi Sanctorum, sustinuit sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Ant. Daza tract. de Concept. cap. 6. fol. 50. & de Opere etiam agit Waddingus, fol. 323.

THOMAS Campanella, Ordinis Prædicatorum, natione Calaber Stulensis, edidit *de Conceptione Beatissimæ Virginis* Librum unum, quem ipse refert in Commentario de libris propriis ex Apibus Urbanis. In hoc opere acerrimè defendit Immaculatam Virginis Conceptionem. Cùm essem Romæ desideravi hunc videre Librum; sed qui illum mihi promisit, discessit ex improviso ab Urbe.

THOMAS del Campo Ochoa, Doctor Hispanus, in Ser. de Annuntiatione Virginis, inquit: Viene tambien apasionado de las grandezas de Maria, *la elegida por suia desde el principio sin principio*, &c. O grandeza de esta muger valiente! ô fuerza aun mas feliz que la del Verbo! pues si à el pudo oponersele atrebido el demonio, huyo siempre cobarde à esta Señora; de suerte, que ni aun imaginarse pudo descompuesto en presencia tan soberana, escarmentado de sus armas, que fueron las primeras, que desbarataron al demonio, &c. Impress. Toleti 1643. in 4.

THOMAS Cisterciensis Gallus, Ordinis Sancti Benedicti, in Commentarijs Cantici Canticorum lib. 6. fol. 71. col. 4. ad illa verba: Quæ est ista quæ ascendit per desertum? inquit: Si vis audire nascentem de deserto, audi quàm solemniter cantat Ecclesia: Hodie nata est Beata Virgo Maria ex semine Abrahæ, orta de tribu Juda, clara stirpe David. Semen est pars carnis virilis seminata in utero matris, ut inde fiat puerperium. Triplex est collectio personarum ex eodem semine, tam à latere venientium, quàm linearum stirps. Est collectio personarum linealiter ab aliquo descendentium. In primo est auctoritas, in secundo strenuitas, in tertio claritas. Auctoritas genituræ carnalis, strenuitas probitatis, virilis claritas nobilitatis regalis, &c. Generatione autem quarta revertetur huc: secundùm enim propositum nostrum, prima generatio est Abrahæ, secunda Judæ, tertia David, quarta Christi & Mariæ, &c. Item, lib. 9. fol. 135. col. 4. inquit: Stellas legimus plures. Est enim stella vespertina, sunt stellæ nocturnæ, est stella matutina. Prima fuit Eva, secunda antiquorum Patrum vita gloriosa, tertia fuit Maria. Prima fuit in principio; sed extincta est cadens & introducens noctem culpæ & pœnæ. Secundæ fulserunt in nocte adversitatis virtute patientiæ. *Tertia fulsit gratia in medio nebulæ legis Mosaicæ*, &c. Item, infra dicit: *MARIA fuit quasi luna plena in Conceptione*, plena Angelica salutatione; plena Spiritus sancti obumbratione &c. Luna ista, id est Beata Virgo, nubeculæ patitur obscuritatem, *non dico culpæ, quia immunis facta est à peccato*; sed pœnæ quam sustinuit compatiens Filio, pro ijs quæ sustinuit in hoc exilio, &c. Lib. imp. Parisijs 1521. in folio.

THOMAS Dekens, Societatis Jesu Belga, in Theologicis Thesibus habitis Lovanii die 15. Julij anno 1642. thesi 18. de Originali, hæc inquit: Originale est actuale primi parentis ut nostrum est, & in omnes, *excepta Virgine*, per modum habitûs transfusum; *quam à debito quoque si vis eximere, dic conditionatè in Adamo constitutam*; nam præter Christum novam creaturam nullam agnoscimus. Impress. ibidem in 4.

THOMAS Ebendorffer de Haselbach, Canonicus & Rector Viennensis, qui vixit anno 1423. adducitur tamquam *Immaculatæ Conceptionis* assertor à Joanne Ludovico Schonleben in lib. Orbis Universi Votorum pro diffinitione piæ & veræ sententiæ pro Immaculata Conceptione, tom. 4. fol. 24. Et in libro Collationum suarum, sermone de Conceptione V. Mariæ, sic inquit: Piè credamus, quòd Deus decenter V. Matrem, & sicut decuit honoravit, & taliter *à peccato præservavit*, sicut sibi placuit. Et quia ista expressè in Canone Bibliæ non sunt scripta, ideò circa ea cautiùs est loquendum tantò, quantò spiritualiùs scripturarũ in testimonijs non possunt liquidum roborari. *Credendum est etiã piè, quòd Christus eam à peccato originali præservare potuit & sicut decuit, eam præservavit.* Alij autem homines omnes præter Christum, de quo est certum, & Virginem, de qua piè est dubitandum, contraxerunt aut contrahunt originale. Hic dubitandum posuit pro opinandum.

Item, ex libro Sermonum de Sanctis, Serm. secundo

cundo de Annuntiatione: Missus est Angelus Gabriel, &c. Natus est autem Christus à Matre plena gratiâ, secundùm quod dicit Richardus de Mediavilla, dist. 3. tertij, & Doctores communiter ibidem: Triplex est plenitudo gratiæ. Prima sufficientiæ, quæ non comparitur secum aliquod peccatum mortale, &c. Secunda est plenitudo specialis prærogativæ, quæ excludit ab anima omne mortale peccatum, & cum hoc omne veniale, &c. Tertia est plenitudo perfectionis omnimodæ, &c. & quantùm ad exclusionem *omnis peccati originalis*, venialis & mortalis, & etiam absolutè possibilitatis ad peccandum, &c. Unde Virgo benedicta tripliciter fuit plena gratiæ. Et post medium ejusdem Sermonis: Benedicta tu inter mulieres, id est, plus benedicta, quàm omnes mulieres, ac per hoc *quidquid maledictionis* infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Mariæ; unde & meritò dicitur benedicta super omnes mulieres; imò & super omnes puros homines; imò & super Angelos, & universaliter super omnem creaturam, quia meliora & excellentiora ei Deus contulit quàm alicui creaturæ, ut clarè patet ex dictis. Manuscript. Vienn.

THOMAS Elias Hudizzoni Genuensis, Ordinis Prædicatorum, edi curavit iterum cursum Theologicum R.P. Fr. Joannis de S. Thoma, ubi fol. 419. & deinceps agit quis sit sensus D. Thomæ circa ea quæ Ecclesia docet *de Immaculata Virgis Conceptione*. Lib. impres. Genuæ 1654. in fol.

THOMAS de Espina, Ordinis Prædicatorum, pro sententia *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* citatur à Joanne Eusebio Nieremberg. lib. Exception. cap. 23. folio 356.

THOMAS Frances de Urritigoiti, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Certamen Scholasticum, expositivum argumentum pro Deipara, &c. cujus Articulos vidi, & legi, & ferè omnes difficultates sunt *circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*. Lugduni 1661. in folio.

Item, in libro Sermonum. sub titulo: Contra la peste del vicio remedio en el desengaño, &c. in Prologo ad lectorem fatetur *mysterium Conceptionis Immaculatæ Virginis Dei Matris MARIÆ*. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1653. in 4.

Item, in libro Hispanico: Muerte de Jezabel, discursos para las tres ferias maiores de la Quaresma unido el Evangelio con la istoria, in serm. 2. feriæ sextæ §. 7. num. 25. & 27. latè *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. in 4. Vide etiam serm. Dominicæ 2. §. 2. num. 7.

THOMAS Gonzalez, Ordinis Prædicatorum, scripsit cum aliis Patribus sui Ordinis miram Epistolam ad summum Pontificem *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide verb. Ludovicus de Aliaga, & Eusеb. Nieremb. lib. de Excep. fol. 416.

THOMAS de Herrera, Ordinis Sancti Augustini, & ex mea patria Carvajalensi, in libro prænotato: Alphabetum Augustinianum, 1 & 2. tom. &c. refert Auctores, qui ex sua Familia scripserunt *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. imp. Matriti 1644. in fol. Vide fol. 136.

THOMAS Hierosolymitanus Patriarcha Beatus, natione Græcus, misit Epistolam continentem fidem orthodoxam ad Hæreticos in Armenia, quam Arabicè dictavit Theodorus Abucara, in qua aliqua extant verba, quæ *purissimæ Conceptioni Virginis Dei Matris favent*. Vide hîc verb. Theodorus Abucara; vel Opera S. Anastasij Sinaitæ imp. Ingolstadij anno 1606. in 4. fol. 449.

THOMAS Hibernus, vel Hibernicus, Ordinis Minorum (licèt Nomenclatores Dominicani ut Anton. Senensis, Placentinus & alii ipsum faciant ex Ordine Prædicatorum) in lib. Flores Doctorum penè omnium tam Græcorum, quàm Latinorum, qui tum in Theologia, tum in Philosophia hactenus claruerùt, ait: *Quod excepta Virgine MARIA omnes alij Sancti & Sanctæ habuerunt peccatum*, ex auctoritate S. Augustini verb. Maria, fol. 220. Venetijs 1576. in 8. & anno 1596. in 12. & Lugduni 1580. & 1575. in 12. & Coloniæ 1606. in 12. regali. Vide alia ibi ex Sanctis Patribus desumpta à fol. 497. usque 509. Extat etiam manusc. in Bibliotheca Scorial.

THOMAS de Jesu, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Oratorio Sacro de Soliloquios de amor divino, y varias devociones de nuestra Señora, fol. 208. inquit: Para los que pretenden alcanzar mexor la pureza de su alma por intercessió de la Virgen Sanctissima nuestra Señora se les pone la presente devocion *à su purissima è Immaculada Concepcion*, que diciendole con atencion y devocion todos los dias sera de grande fruto à los fieles: *Virgo ante Conceptionem præservata*. Ave Maria. *Virgo in Conceptione Immaculata*. Ave Maria. *Virgo post Conceptionem tota pulchra & sine macula*. Ave Maria. Antiphona: Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam. Versiculus: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti*. Resp. Ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti. Oratio: Deus, qui *per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti*, &c. Lib. impress. Matriti 1628. in 16. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, in libro: Tabajos de Jesus part. 1. labore 1. fol. 2. postquam egerat de lapsu primorum Parentum, ac peccato originali, immediatè inquit: Comenzò nuestro divino Maestro, y redentor su obra por el mismo orden, y por las virtudes contrarias à los vicios por donde nos aviamos perdido. Escogio primeramente por Eva otra compañera perfetissima para la obra que queria hacer, à la sacratissima Virgen Maria nuestra Señora, *purissima en el alma*, santissima en la vida obedientissima à Dios, instrumento de todos los bienes, como lo avia sido Eva de todos los males: pecò Adan pocas horas, &c. Lib. impress. Matriti 1620. in 4. & traduct. per Christophorum Ferreira, & Sampaio.

THOMAS de Jesu, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro de Antiquitate Sanctorum Ordinis Carmelitarum, ac de Privilegijs Confraternitatis, &c. lib. 2. fol. 66. ad diem 8. Decembris, de Indulgentijs in die *Conceptionis Virginis MARIÆ* in Ecclesia Dominæ nostræ del Populo in Urbe. Lib. impress. Salmanticæ 1599. in 4.

THOMAS Illyricus de Auximo, Ordinis Minorum Italus, & Prædicator Apostolicus per universum mundum, scripsit 50. Sermones aureos de Christo Domino ac de Beata Maria ejus Matre; de Christo 25. de Virgine verò alios 25. devotos

pios, ac eruditos sanè, quorum primus, qui est in ordine 26. extat sub hoc titulo: *De Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ubi latè probat ejus immunitatem, à fol. 122. usque 138. Lib. impress. Tolosæ 1521. in 4. Hæc, quæ vidi & legi, refero. Sed R.P. Lucas Waddingus atque Hippolytus Marraccius affirmant, quòd etiam scripserit de Conceptione Virginis MARIÆ Tractatum unum, quem non vidi: potest esse, quòd supra relatus Sermo sit Tractatus à supradictis Nomenclatoribus relatus, quia ad modum Tractatûs extat dispositus cum Prologo & cum varijs divisionibus.

THOMAS Jeorgius, Ordinis Prædicatorum & Cardinalis (quem ut distinctum à Thoma Angelico enumerant Patres Prædicatores in suis Bibliothecis) super Psalmos, Psalm. 32. vers. 7. pag. 64. col. 2. inquit: Extendens cælum sicut pellem, intelligitur ipsa Virgo, quæ de homine mortuo, scilicet peccato, nihil habuit nisi pellem, id est, quandam exteriorem similitudinem. *Nihil enim in ea fuit de cadavere, quia nihil in ea fuit de carnis infectione*, ut sibi competat illud Psal. 103. Extendens cælum sicut pellem, &c. Vide etiam vers. 14. pag. 68.

Item, Psalm. 17. versic. 38. pag. 194. col. 1. citat Sanctum Hieronymum ex libro de Assumptione Beatæ MARIÆ: Quidquid in ea gestum est, totum puritas & simplicitas, totum veritas & gratia fuit, &c. Lib. impress. Venetijs 1611. in fol. Vide Anonym. Franç. Auctore 33. & Mart. del Castillo, ad Dan. 13. in Appendice de Susanna figurata §. 14.

THOMAS Jorsius sive Loyci Anglus, Ordinis Prædicatorum, circa annum 1311. scripsit de *Conceptione Virginis MARIÆ*, ut referunt Pitseus & Leon classe 6. Hunc existimo esse, quem supra citavimus sub nomine Georgii Canonici.

THOMAS à Kempis, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini, in 3. part. serm. 6. ad Novitios, *Quòd MARIA fuit rosa inter spinas sine spina, &c. & ab omni labe pura; & quòd rutilabat fulgore in sua generatione.* Lib. impr. Antuerpiæ 1601. in 8. magno, & alibi.

THOMAS, Magister Ordinis Minorum, Doctor Parisiensis, primò adversarius existens Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, postea quasi per miraculum suam mutavit sententiam, & omnia quæ dixerat contra illam in sermone sub themate: Quid est, quod factum est? mutavit, retractavitque in alia Concione *de Conceptione Virginis MARIÆ* his verbis: Confessio mea hæc est, &c. Quæ ad longum reperies apud R.P. Franciscum Martini Carmelitam, tractatu 5. de Conceptione folio 145. & sunt digna notatu.

THOMAS Manrrique, Ordinis Prædicatorum Hispanus, citatur *pro sententia Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Joan. Euseb. Nieremb. lib. Exception. cap. 23. fol. 356. Pistoiam coron. 2. cap. 5. folio 162.

THOMAS de Mantua, Ordinis Minorum Italus, in Arbore Provinciæ S. Antonii Venetiarum, enumerat Capellas *Conceptionis Virginis MARIÆ* in eadem Provincia quatuor. Et Altaria *Conceptionis* ejusdem duodecim. Extat prædicta Relatio in nost. Bibliothe. manuscr.

THOMAS Massucius, Societatis Jesu Italus, in lib. de Cœlesti conversatione, lib. 8. cap. 3. fol. 526. inquit: Tertium unde excitari ad honoraria cum hac sacratissima Virgine colloquia maximè possumus, est gradus eminentissimæ sanctitatis & omnium virtutum, donorum & meritorum singularissima excellentia, *quæ sive ab initio suæ Immaculatæ Conceptionis*, sive in progressu Angelicæ potiùs quàm humanæ vitæ ipsius, sive demum in ejus fœliciss imo fine & egressu considerentur, adeò superant humanam intelligentiam, ut meritò cum SS. Bonaventura, & Bernardino Senensi de ea liceat spiritualiter interpretari, quod legitur in Ecclesiastico: Radix sapientiæ cui revelata est? ipse nempe solus Deus creavit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est, &c. Lib. impress. Romæ 1622. in 4. Vide alia ibi.

THOMAS de Monzabal, Abbas Regalis Monasterii de Herrera Ordinis Cistercienfis Hispanus in libro: Primera parte del retrato del hombre feliz, y humana felicidad, *pro Conceptione Virginis MARIÆ* ponit indicem concionatorium. Impress. Pampilonæ 1618. in 4.

THOMAS N. Academicus Viennensis (cujus Religionis, ignoratur) qui vixit ad annum 1437. adducitur *pro Immaculata Virginis Conceptione* à Joanne Ludovico Schonleben, tomo 4. Auctore 26. folio 43.

THOMAS N. Plebanus in Germania, qui vivebat anno 1436. edidit Sermones, qui manusc. servantur in Academia Viennensi, & sermone 3. de Annuntiatione, sic inquit: Ave MARIA. Tu pulchra es, *& tu munda Virgo sine omni macula*, & ab omni væ omnium peccatorum. Istam expositionem tangunt Doctores circa dist. 3. tertii Sententiarum; & secundùm hanc expositionem intendimus dicere: Ave MARIA. Tu prælecta Virgo, *quæ à peccato originali es totaliter preservata*, &c. Vide Joannem Ludovicum tomo 4. de Conceptione, Auctore 23.

THOMAS à Novaria, Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: Ordo processionis, quę quotidie post Completorium fit Hierosolymis per Ecclesiam SS. & gloriosissimi Sepulchri, adducit Ant. illam: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te*, &c. cum Versu: *Immaculata Beatæ MARIÆ Virginis Conceptione.* Et Resp. Defende nos à serpentis antiqui læsione. Et Oratione: *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Lib. impress. Venetiis 1626. in 4.

THOMAS Ordoñez Hispanus, edidit Opusculum Poëticum sub hoc titulo: Epilogo de Amor en alabanza de D. Mariana Manrrique de Lara, Abadessa del Monasterio de nuestra Señora *de la limpia Concepcion*, &c. Impress. Limæ in 4.

THOMAS de Ortega, Doctor Hispanus, ac Judex Ecclesiasticus Diœcesis Hispalensis, actuavit juridicam informationem de aliquibus scandalis exortis occasione affirmativæ opinionis *circa immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*; & prodiit typis mandata cum aliis anno 1615. in folio. Vide verb. Ludovicus Alvarez.

THOMAS Porcecachus, Doctor Italus, recollegit Conciones aliquorum illustrium virorum Theologorum, inter quas extat sermo R. P. Domini Hippolyti Chizzuola factus in civitate Mantuana Dominica 3. Adventus *in festo Conceptionis Virginis MARIÆ*. In lib. impress. Venetiis, anno 1565. in 8. à folio 62. usque 160.

Item, in libro dicto: Pianto de la Marchesa de Pescara, Victoria Colona, in explicatione Salutationis

tionis Angelicæ à fol. 25. asserit, *Quòd fuit Virgo MARIA semper gratiâ plena, & Dominus secum in omni momento, &c.* Impress. Venetiis 1563. in 12.

THOMAS Ramon, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Nuevas y divinas indias de las altissimas virtudes de MARIA, y doze soberanissimos privilegios suios figurados en las doze estrellas de su Imperial corona, Stella 1. sub hoc titulo: Nuevas, y divinas indias *de la purissima Concepcion de MARIA sacratissima*, agit à fol. 1. usque 87. sub diversis capitibus seu conceptibus, verbi gratiâ: Primer privilegio, y primer estrella de su Imperial corona, *haver sido MARIA concebida en puridad y limpieza.* Pensamiento primero, como la purissima Virgen fue raro prodigio, y gran señal. Pensamiento segundo, como la purissima MARIA fue el estandarte Real que enarbolò Dios para hacer alarde de su potentia. Pesamiento tercero, como *la Virgen sin mancilla* fue el blanco y señal à quien tiraron los demonios sus jaras, los hereges y los enemigos todos de Christo. Pensamiento quarto, de como aquesta señal aparecio en el cielo. Pensamiento quinto, como la Virgen Madre tuvo la Luna enbajo sus pies. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1624. & 1642. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

THOMAS Salius, Societatis Jesu Flander, in Thesauro precum & exercitiorum spiritualium, *Quòd Virgo MARIA fuit Mater Dei, & ab omni peccato, non mortali tantùm, sed & venali & originali semper fuit immunis.* Item, *de Conceptione Beatæ Virginis* exercitium unum, quod concludit cum oratione: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. Antuerpiæ 1609. in 8. & Bruxellis 1598. in 8. fol. 63. & fol. 188.

Item, in Litania, ad diem octavam Decembris: *Sancta MARIA per Immaculatam Conceptionem tuam*, ora pro nobis, in libro: Thesaurus Orationum & Litaniarum sacrar. folio 262. Impress. Parisiis anno 1599. in 8.

THOMAS Sirenus, Ordinis Minorum Hibernus, in Theologia habita Lovanij die 2. Martij 1639. defendit, *Virgine Dei Matre excepta*, omnes contraxisse peccatum originale. Impress. eodem anno in 4.

THOMAS Stapletonius, Doctor Theologus Anglus, in libro: Promptuarium Catholicum ad institutionem Concionatorum, contra Hæreticos nostri temporis, super omnia Evangelia totius anni tam Dominicalia quàm de Festis, Concione de Annuntiatione, fol. 161. inquit: Jam verò neque ex hac interpretatione in favorem Hæreticorum colligi posse videtur Beatam Virginem conceptione hac, & partu Filij Dei consummatis non amplius æstimari debere, vel à nobis vocari & salutari gratiâ plenam, quia hujus plenitudinis causa citò transiit, nato simul Christo. Observandum & illud est, Beatam Virginem tum ante hanc Angeli vocem, tum post Christi partum, alio quoque & singulari respectu plenam gratiâ fuisse, & semper perstitisse. Hæc enim Angeli verba: Gratiâ plena, non solùm prænuntiantis sunt, quid in ea mox futurum erat, ut jam explicarum est; sed etiam affirmantis, quid jam ipsa esset: omnibus nempe gratiæ donis atque virtutibu plena, &c. Invenerat enim gratiam apud Deum, id est, tam grata Deo inventa est, tam beneplacens, *tam pura & sancta Virgo*, ut apta & idonea esset, non sanè ex se, sed ex Dei gratiâ speciali, ut cæteri justi & sancti omnes, quæ Filium Altissimi conciperet & pareret, &c. Quare de hac perpetuitate gratiæ in Beata Virgine, sic Athanasius: Neque hoc temporarium fuit, sed per omnia tempora hoc illi datum est, ut in æternum sit plena gratiâ, &c. Si MARIA semper, & in omni tempore ante Incarnationem Verbi fuit plena gratiâ; igitur & in Conceptionis puncto & instanti.

Item, Sermone de Assumptione, folio 238. vocat Virginem MARIAM ex Nazianzeno & Augustino *amicam semper Dei*, cui collata fuit gratia ad vincendum ex omni parte peccatum; de quibus auctoritatibus suis locis vide.

Item, Sermone de Nativitate Virginis, fol. 242. inquit: Quid autem Christo conjunctius, *quid ad ejus puritatem propiùs accedit, quàm Virgo illa purissima ex cujus visceribus nasci voluit?* His accedit, quòd cùm veteres Prophetæ hujus Beatæ Virginis ortum prædixerint, & figuræ variæ præfiguraverint, debuit profectò Ecclesia eundem ortum gloriosâ commemoratione recolere; nec tam singulare humani generis bonum tam sedulò prædictum, tam variè figuratum, tam demum fœliciter præstitum, vel ingrata oblivione sepelire, vel leviter & obiter recordari; sed annua solemnitate in perpetuas generationes celebrare &c. Ex his auctoritatibus potest colligi, quæ fuerit hujus Doctoris mens; non scripsit Sermonem de Conceptione Virginis, quia ipsius principale assumptum fuit instruere concionatores contra Hæreticos; controversia autem de Conceptione Immaculata est inter Catholicos. Nota tamen, quòd sermones istos, & auctoritates relatas non invenies in impressione Antuerpiensi facta anno 1613. sed in quadam Lugdunensi anno 1581.

Item, in lib. Antidora Evangelica ad 1. cap. S. Lucæ, fol. 335 ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Tum etiam, cùm jam ante hanc Angeli vocem, quæ non erat operatoria, sed partim (ut jam dictum est) prænuntiativa, & post ipsum partum semper erat omnibus virtutibus plena, *nullius peccati rea, &c.* Lib. imp. Lugduni 1595. in 8.

THOMAS Tamayus de Vargas, Chronista Hispanus, in lib. super Flavium Dextrum, *Quòd festum Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ* celebretur in Hispania à tempore promulgationis Evangelij à S. Jacobo, & sic fuerit ab Apostolis prædicatum, & ab Ordine S. Dominici defensum, Caput unum latissimum, à fol. 75. usque 85. Impres. Matriti 1624. in 4.

Item, circa fundationem Ecclesiæ Beatæ Virginis MARIÆ de Columna Cæsaraugustan. *sub titulo Immaculatæ Conceptionis* consecratæ Notam unam in Chronicon Luitprandi era 715. anno verò Christi 577 fol. 79. Lib. imp. Mantuæ Carpentanor. 1635. in 4.

Item, scripsit Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione* contra Vincentium Bandellum de Castro novo, quem Antibandellum intitulavit, sive Apologiam pro intemerata Virginis Conceptione, ut ipsemet refert in Defensorio Flavij Dextri fol. 76. Leon classe 6. sed non vidit lucem.

Item, in Bibliotheca sua Hispanica refert & enumerat omnes Scriptores, qui *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* scripserunt Hispanicè. Lib. MS. in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini in folio.

Item, agit de Capella & Confraternitate *Conceptionis*

tionis erecta à D. Francisco Ximenez de Zisneros Archiepiscopo Toletano & S. R. E. Cardinali, in prima parte Descriptionis Toletanæ, lib. 5. cap. 8. fol. 235. Impress. Toleti 1617. in folio.

THOMAS Treterus, Canonicus Varmien. in Meditationibus Symbolicis vitæ Christi, fol. 4. verb. Incarnatio, asserit Quòd Christus *ex MARIÆ purissimis sanguinibus formatus est.* Imp. Brunsberg. 1612. in 4.

THOMAS de Truxillo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Thesauro Concionatorum, folio 283. in concione de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ, inquit: *De Conceptione Beatissimæ Virginis*, quam Catholica Ecclesia celebrat 8. Decembris die, multa præclara extant doctissimorum Virorum scripta, ad quæ Lectorem remittimus &c. Deinde adducit pro hac festivitate Orationem seu Sermonem Sancti Epiphanij Episcopi Cypri, quimulta dicit pro immunitate Virginis, ut suo loco notavimus. Deinde pro hac eadem festivitate citat varios Doctores, scilicet Hugonem de Sancto Victore, & Joannem Gerson, qui absque dubio vel controversia magis piam sequuntur sententiam. Deinde, inquit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te Cant. 4. Consideremus, obsecro Fratres, quis dixerit hæc verba, ad quam dicta sint; sponsus loquitur ad amicam, Immaculatus *ad Immaculatam, incorruptam.* Pulchra quidem est MARIA intus, & pulchra foris; intus in corde, & foris in corpore &c. Totum quod in te est, MARIA, pulchrum est; *in toto grata, in nullo ingrata; in toto places, in nullo displices. Tota pulchra es, pulchra per naturam, pulchrior per gratiam*, & pulcherrima per gloriam &c. Exultemus igitur dilectissimi in hac die, in qua dum Beatissimæ Virginis prævenimus Ortum, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus initium. Exultemus (inquam) in hac die præcipuè, & totis viscеribus in Domino delectemur, in qua dum Redemptoris nostri recolimus Matrem, reliquarum festivitatum celebramus originem: quæ enim cunctis solemnitatibus est antiquior tempore, nequaquam debet esse inferior dignitate, &c. Hinc planè colligere licet, quòd cùm Christus eam amplissimis obumbraverit ornamentis, qui fuit MARIÆ Filius, ex consequenti etiam Mater amplissimis insignita est gratijs & excellentijs. Bene ergo de ea dicere poterimus: Cui assimilabimus te Virgo gloriosa? nam sol in conspectu tuo tenebrosus est, luna etiam & stellæ obscurantur, Seraphim quoque nullo modo tecum comparari possunt; similis ergo es Filio tuo. Unde Gregorius ait: Si vis Virginem cognoscere, qualis & quanta sit, in ejus Filium oculos conijcito, & ejus excellentiâ poteris etiam excellentiam Matris intelligere. Talis ergo Mater talem Filium decet: & contra, talis Filius talem Matrem. Hic etiam admirabilis quædam commutatio consideranda est: nam Mater dedit Filio humanam naturam, *Filius verò Matrem cælesti gratiâ replevit. Hinc etiam fit, ut sicut Filius in natura similis est Matri, ita etiam Mater per gratiam similis sit Filio*, obediens sicut Filius, humilis sicut Filius, charitativa sicut Filius, & in sua etiam proportione (quamvis non in æqualitate) plena gratiâ, sicut Filius: sic enim Gabriel eam appellavit gratiâ plenam; atque veluti columba sancta, & Immaculata cibum in os Filij apposuit. Hæc igitur sunt, quæ dat Mater Filio suo; *Filius verò dat gratiæ plenitudinem*, accelerat ei rationis usum, &c. Fuerunt præterea fidelissimi inter se amantes Christus & MARIA, ex eo quòd quæ invicem acceperunt dona & ornamenta, ea nunquam dimiserunt. Nam humanitatem, quam Christus accepit, eam nunquam dimisit, & Beata Virgo munera etiam gratiarum, quæ à Filio suo accepit, nunquam dimisit, &c. Lib. imp. Lutetiæ 1585. in 8. & Venetijs 1587. in 4.

THOMAS Ubertinus, in libro Sermonum de Sanctis, qui est manusc. in Conventu Patrum Augustinianorum Burdegalæ, habet Sermonem *pro Conceptione Beatæ Virginis*, & incipit: Ipsa est mulier quam præparavit Dominus Filio Domini mei, &c. ubi plura pro hoc mysterio. Item, consecutivè alium Sermonem *pro eadem Immaculatæ Conceptione*; & incipit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea &c. Cant. 1.

THOMAS de Vega, Poëta Hispanus, edidit Librum, sub hoc titulo: Discurso en alabanza *de la Immaculada Concepcion de la Madre de Dios Señora nuestra.* Impress. Hispali 1616. in 4. Incipit: A una imagen de la Virgen, & est Tractatus latus.

THOMAS Vice-Componensis, Episcopus Moguntiæ, edidit Diploma ad annum 1503. quod incipit: *Splendor paternæ gloriæ*, &c. quo concessit Indulgentias assertoribus *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. ut refert Jacob. Polius in Vita S. Annæ, part. 1. §. 15. num. 12. & in quadam ejus Epistola. Marrac. in Antist. Marian. fol. 547. & Trithem. in suis Orationibus. Vide ibi, quibus circumstantijs.

THOMAS à Villacastin, Societatis Jesu Hispanus, in Manuali considerationum & exercitiorum spiritualium, *de Conceptione Virginis MARIÆ* meditationem unam, fol. 86. Lib. impress. Valentiæ 1616. in 24.

Item, in libro de Vita & Virtutibus Beatæ Virginis MARIÆ, advertentia 1. *Quòd Virgo MARIA fuit absque ulla macula.* Lib. impress. anno 1614. in 16. & Valentiæ 1616. in 16.

THOMAS à Villa-Nova, Sanctus Ordinis Sancti Augustini, Archiepiscopus Valentinus Hispanus, serm. 3. de Nativitate Virginis MARIÆ, inquit: Hæc est quæ hodie nascitur, hæc hodie apparuit mundo, sicut aurora consurgens, fulgida, rubicunda, purpurea, læta, non obtenebrata, non obnubilata, *non maculata* sicut alij filij Adam; sed pulchra ut luna, electa ut sol, &c. Et infra: Talis fuit virgo in naturalibus: *decuit & Matrem Dei esse purissimam sine labe, sine peccato.* Unde non solùm quando puella, sed quando parvula, sanctissima, & in utero sanctissima, *& in Conceptione sanctissima*: non enim decebat sanctuarium Dei, donum sapientiæ, reliquarium Spiritûs, urnam Mannæ cœlestis *aliquam in se labem habere; propter quod antequam anima illa sanctissima infunderetur, plenè fuit caro mundata ab omni fece & labe; & anima, cùm infusa est, nullam habuit ex carne neq; contraxit labē peccati*, &c. fol. 146.

Item, in Sermone de Nativitate Beatæ Virginis, fol. 141. inquit: Hæc Scriptura (id est Verbum æternum) tam pulchra in quo libro, in qua papyro scripta est? utique in pergameno Virgineo purissimo, *sine nota & nævo peccati*, &c. Item, ad præsens mysterium judico cum aliis Scriptoribus pertinere verba illa ejusdem Sancti serm. 2. de Nativitate loquentis de pulchritudine, virtute, perfectione, gratia & gloria Virginis MARIÆ, sic: Solve cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias & des-

& describe apud te in animo Virginem quandam *purissimam*, prudentissimam, pulcherrimam, devotissimam, humillimam, mitissimam, omni gratiâ plenam, omni sanctitate pollentem, omnibus virtutibus ornatam, omnibus charismatibus decoratam, Deo gratissimam: quantùm potes, tantùm auge; quantùm vales, tantùm adde, major est ista Virgo, superior Virgo est ista: non enim Spiritus sanctus litteris descripsit, sed tibi eam animo depingendam reliquit, ut intelligas nihil illi gratiæ, aut perfectionis, aut gloriæ, *quam animus in pura creatura concipere possit, defuisse*; immo re ipsa omnem intellectum superasse, &c. O verba devotione, atque veritate plena! Præter in ipsis contenta, illud ultimum nota: Quam animus in pura creatura concipere possit. Non dixit: excogitare, effingere, seu imaginari, vel quid simile; sed concipere, ut ex conceptu mentis metiaris Conceptum Virginis; concipe mente personam Deiparæ, concipe animo. Ex hac (inquam) conceptione nequaquam coinquinabitur creatura illa purissima, licèt tu concipiens conceptus fueris in peccato originali; sic etiam Maria in sua Conceptione carnali, licèt ex natura & in parentibus culpa originali infectis concepta, haud concepta in peccato: quia concepta, quasi animus vel mens eam conciperet. Imp. Compl. 1581. & Col. 1619. in 4.

THOMAS Waldensis Anglus, Ordinis Carmelitarum, in libro de Sacramentis, tom. 3. titul. 9. cap. 89. agit *de Immaculata Virginis Conceptione*; ut refert. Franc. Pistoia coron 2. cap. 7. fol. 188.

Item, tom. 3. tit. 9. cap. 89. in celebri Opere de Sacramentalibus refert Armachanum anno Christi 1343. *in festo Conceptionis Deiparæ MARIÆ* habuisse in Conventu Carmelitarum Avinione, ubi tunc Pontifex residebat, insignem illum Sermonem, cujus exordium est: Ave Maria, ubi inter alia dicit: An non meritò dicimus illi Ave Maria, quæ sic erat illustrata virtutibus in sua origine? Utique hanc suam illustrationem in suo ortu hic sanctus ac peculiaris & antiquus Ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc festum ipsius singulariter solemnizat, candorem habitus sui (ut existimo prudenter) devotè referens ad hoc factum. Salmanticæ 1556. in folio.

THOMAS Wasinghamus, natione Anglus Benedictinus, ad annum 1389. sic inquit: Per idem tempus in Francia Fratres Prædicatores antiquam suam opinionem reassumentes *de Conceptu Beatæ Virginis*, & prædicantes illam fuisse in originali peccato conceptam, in tantam efferati sunt superbiam, ut Episcopis illis indicentibus hujus rei silentium, noluerint obedire: postremo nec Regi, & proceribus id jubentibus parere volebant; quapropter extra protectionem regiam facti sunt, & inhibiti circuire per patrias more solito, ne fortè vulgus commune ducerent in ejusdem erroris dubium, & seducerent innocentes. Jussi sunt etiam intra propria habitacula cohiberi, de labore manuum suarum intra sua vivere, egredi nusquam præsumere sub pœna capitali. Præceptum est eis, ne de cætero quemquam ad Ordinem suum admitterent vel reciperent sub pœna præmissa; sed ipsimet ita facerent, ut post hos, qui modò vivunt, nullus esset, qui eorum Ordinem continuaret. Hæc Wasinghamus in Historia Anglicana pag. 339. Vide Velazquez folio 259. & Joan. Eusеb. Nieremb. cap. 9. fol. 72.

THOMAS Zerola Beneventanus, Episcopus Minoren. Ordinis Minorum Italus, de Indulgentijs Rosarij, *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, Cruciatæ, &c. in Indice verb. Indulgentiæ in libro dicto: Praxis Sacramenti pœnitentiæ. Impress. Romæ 1617. in 8.

THOMASIUS Galiardus à Geraze, Ordinis Minorum Italus, scripsit sub hoc titulo: *Adamas MARIA Virgo concepta absque peccato originali*, tomos duos, 1. impress. Messanæ 1650. 2. ibidem 1652. in 4.

TIBERIUS Garrafa, Bisinianus Princeps Neapolitanus, inter alia suæ pietatis opera Virginibus Sanctimonialibus *Conceptionis* de Monte Calvario Neapolitan. quingentos nummos aureos legavit, quibus Virgines in Deiparæ cultum alerentur, præter duo dolia optimi vini & alios commeatus in privilegijs & festis diebus Deiparæ Virgini dicatis. Ita Marraccius in Principibus Marianis.

TILMANDUS Dulmanensis Westphalus, Ordinis Sancti Augustini Ustrini Canonicus Regularis, in Corona lapidum cap. 20. de Maria Virgine, sic inquit: *In ventre tuæ matris gratiâ fuisti repleta, nulla sordes unquam polluta, nullo contagio maculata &c.* Vide nostram Bibliothecam Virginal. tom. 2. folio 361. ac etiam Eusebium Nieremberg. in Sacro-syl. §. 1.

TILMANNUS Sibergensis, Ordinis Prædicatorum Flander, in Enchiridione locorum communium Joannis Eckij adversus Martinum Lutherum, &c. aliqua nunquam impressa addidit, & stellulis signavit, ut ibidem dicitur. In hoc ergo libro de Veneratione Sanctorum, cap. 15. sub quadam stella sunt verba sequentia signata: Attendant igitur miseri gloriosæ Virginis osores, nihil Christi derogari dignitati, quòd Beatam Virginem ita salutando honoremus; imo totum honorem, quem divæ Virgini impendimus, redundare in Christum Dei ac Virginis Filium. Virginem quippe Matrem honoramus in Filio, & Filium in Virgine Matre, sicut qui filium honorat, honorat & patrem, & è converso, &c. Fatemur tamen ipsam sexu quidem viliorem, *sed Virginem incorruptam, gratiâ plenam*, Dei Genitricem, Reginam cœli, mundi Dominam, inter mulieres benedictam. Non est profectò inventa talis mulier super terram, nec unquam similis invenietur. Hæc sunt illa magna, quæ fecit tibi Dominus omnipotens ô Virgo Beata! quare meritò beatam te dicent omnes generationes. Hæc Tilmannus. Lib. impress. Antuerpiæ 1534. in 8. Hæc primo intuitu inspecta, parum vel nihil faciunt pro immunitate Virginis Mariæ à peccato originali; sed his relatis verbis favet hic Auctor nostræ sententiæ, eamque insinuare videtur.

TIMOTHEUS de Ciabra Pimentel, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in sermone de Beata Virgine, fol. 3. agit *de purissima Conceptione absque culpa*. Serm. impres. Granatæ 1638. in 4. Vide etiam fol. 16. à tergo.

TIMOTHEUS Hierosolymitanus, in Oratione de Propheta Simeone, inquit: Unde etiam *supra omnes inculpata, & omnibus modis sancta* Virgo per illum, qui domicilium habuit &c. Vide Eusеb. Nieremb. in lib. Excep. cap. 13. fol. 137.

TIPHERNUS N. Poëta antiquus, in deprecatoria ad Virginem Mariam, sic incipit:

Virgo

Virgo decus cœli, Virgo sanctissima Virgo,
Quæ super Angelicos es veneranda choros,
Tu niveas formosa rosas, tu candida vincis
Lilia, tu vultu vincis & astra tuo.
Pura columbellæ similis, quam lactea vestit
Penna, nec in toto corpore menda sedet.

Lib. impress. Venetiis 1501. cum aliis opusculis Sedulij, & aliorum, in 4. Si Virgo tota nivea, candida, pura, lactea, ita ut neque in corpore fuerit vel minima menda, vel macula; quomodò in anima esset fœdata maculâ? nonne anima plusquam corpus?

TITUS Bostrorum Episcopus, (qui & Sanctus ab aliquibus vocatur) in sacro-sanctum JESU CHRISTI Evangelium secundùm Lucam, cap. 2. fol. 357. loquens de purificatione MARIÆ, inquit: At castissima Deipara MARIA, quòd non ex viri semine, sed ex Spiritus sancti virtute concepisset, neque secundùm legem, *neque secundùm arcanam legis significationem immunda erat*, &c. Lib. impress. cum Victore Antiocheno Ingolstadij 1580. in 8. Illud nota, quòd Virgo MARIA non fuisset immunda, neque secundùm arcanam legis significationem. Virgo MARIA à duplici immunditia fuit libera; ab immunditia secundùm legem, & ab immunditia secundùm arcanam significationem legis.

TOUSSAINT Bridoult, Societatis JESU Belga, in libro Gallico: Triumphus Annualis Dominæ nostræ, tom. 2. à fol. 554. *de festo Conceptionis Virginis MARIÆ* agit latè; & fol. 606. de novem diebus ante Nativitatem Domini, in quibus decantatur *de Immaculata Conceptione* cum musica solemni & sermone, &c. in domo Dominæ nostræ de Pillar Cæsaraugustan. Alia omnia, quæ multa sunt, vide in Indice, verb. Conceptio Immaculata. Lib. impress. Insulis 1640. in 12.

TREBELLIUS N. ut colligitur ex Dialogis Wigandi Cauponi sive Wirt, Ordinis Prædicatorum, contra ipsum dimicavit *pro Virginis Immaculata Conceptione*, ut dicitur in Dialogo ipsius Wigandi, præcipuè, part. 2.

TRISTANUS Barbosa de Carvalho Hispanus, in libro de Peregrinatione Christiana, libro 2. Dialogo 2. Meditation. per modum exclamationis *de Conceptione Virginis MARIÆ*, à folio 101. usque 110. Lib. impress. Ulyssiponæ 1620. in 8.

TRISTAN L'Hermite Gallus, in libro: Les Heures dediées à la Saincte Vierge, fol. 274. *Priere à la Vierge sur son Immaculée Conception*, &c. Paris. 1656. in 4. Item, fol. 261. Aurora sine spinis tu, quam Pater in divinis majestate sublimavit & *ab omni væ servavit*, &c.

TRISTANDUS de Lescaigne, Presbyter & Licentiatus, edidit Libellum sub hoc titulo: De Conceptione singulari Virginis Matris, & est colloquium hominis cum respondente, & incipit sic: Homo. Mirabile dictu. Resp. Quid? Homo. *MARIAM fuisse sine quacumq; macula.* Resp. Res est. Homo. Saltem fuit in originali peccato concepta. Resp. Non est verum. Et sic prosequitur, & habet duodecim fol. Extat impress. cum aliis ejusdem Opusculis de Beata Virgine MARIA, Parisiis absque anno impress. in 16. cum imagine Immac. Conceptionis.

TUCIUS de Tuciis, Juris utriusque Doctor Lucensis Patricius, Protonot. Apostolicus, ad illa verba: Tota pulchra Pastrix mea, & macula non in te; postquam illa explicaverat de Ecclesia, sic pro immunitate Virginis MARIÆ prosequitur: Et jure merito tu; quo enim accuseris, *cùm sine macula, & nævo tu sis? in quo crimineris, cùm ab omni prorsus reprehensione tu absis & labe?* nam cùm ego ob eximiũ meum erga te amorem me ipsum tradiderim pro te ut te sanctificarem, mundans te lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberem mihi gloriosam, non habentem maculam, neque rugam; *tota pulchra tu, & macula non in te. Neque verò solum quoad præcipuas, & nobiliores tuas partes, Matrem meam V. omnino omnis peccati expertem, quemadmodum Deiparam decebat*, &c. Sic in libro Adnotationum super Cant. Cant. Salomonis loco 7. folio 278. Lib. impress. Lugduni 1606. in 4. Item, ad illa verba: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, sic inquit: Prout etiam idem mihi dicendum videtur de rosâ inter spinas, quòd ejusdem sanctissimæ Virginis peculiare sit & singulare insigne. *Non solùm quoniam sola Dei Genitrix velut rosa ex spinoso frutice absque spinis floresceit, ex spinoso protoplasto Adamo omnino omnis peccati expers fuerit*, verùm etiam propter assiduos angores, quibus anxia semper angebatur. Ibidem causa 1. folio 307.

TURANO Vekiti, Doctor in utroque Jure, in libro cui titulus: Catholicus Memorialis liber, lib. 3. cap. 3. Quòd sacratissima Virgo ac Deipara MARIA libera fuerit ab omni macula peccati, fol. 424. sic incipit: Posteaquam cuique liberum relictum sit à Sancta Ecclesia sentire de peccato originali quoad Deiparam, quod sibi videtur; nihil aliud de hoc dicam, nisi quòd plures opiniones ferant, ipsam ab hoc peccato etiam conservatam fuisse. Cui etiam Luthertus assentitur, cùm ait: *Piè creditur MARIÆ Conceptionem factam esse sine peccato originali.* Et addit rationem: *Decens enim & justum erat* (inquit) *ut illa persona à peccato originali conservaretur ac defenderetur, à qua Christus carnem suam sumeret, quæ caro omnia peccata superaret*, &c. Citatum est ad marginem: De Concept. MARIÆ apud Canis. de Deipara lib. 1. cap. 8. circa finem. Lib. impress. Lovanii apud Bernardinum Maes, anno 1634. Est editio multum emendata & aucta, ut ibidem dicitur.

TURINUS le Fevre, Societatis JESU Gallus, scripsit *pro Immaculata Virginis Conceptione* Libellum Gallicè sub hoc titulo: Practiques d'un serviteur de la sacrée Vierge Mere de Dieu, amoureusement devot de *la tres-pure & Immaculée Conception.* Impr Duaci, anno 1658. in 4.

TURTIUS Rufus Asterius, ex Consule Patricius constitutus, Poëta antiquus, & contemporaneus Sedulio, in Elegia de Beata Virgine, inquit:

Maxima dona Dei cuncti cecinêre Prophetæ,
Implevit Christus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit, mandatum legis & iram,
Gratia mundati pondera dura tulit.
Virgo MARIA nitet nullo temerata pudore,
Post partum pueri Virgo MARIA nitet.

Lib. impress. Venetiis 1581. cum Operibus Sedulii in 4. Sed nota, quòd duplicem nitorem tribuat MARIÆ, unum post partum pueri, alterum ante, quo nitebat nullo temerata pudore. Si nullo ante partum Verbi fuit temerata pudore; ergo omnis pudor fuit ab illa excluſus. Anne pudor, macula, & fœditas peccati originalis? in nullo temerata, ergo semper, & in omnibus intemerata; igitur & Immaculata.

T. W. A. sub his litteris, in libro dicto: Rosarium sive Psalterium Beatæ Virginis MARIÆ, folio 75. sub titulo: Privilegia quædam incomparabilis Virginis

ginis ante Nativitatem, Ave MARIA 7. sic inquit: Egregiè & apertè describitur hæc singularis Dei sponsa in Canticis, lilium inter spinas, tota pulchra, in qua macula non est, &c. Et Ave MARIA 10. *Hæc unà cum animæ infusione (ne unquam peccati rea, Dei inimica, iræ filia, & dæmonis serva existat) ab originali labe (singulari privilegio) à multis piè putatur præservata, & Spiritus Sancti gratiâ repleta.* Et omnia decem Ave MARIA sunt pro Immaculata Conceptione. Item, folio 164. in Litania: *Per salutarem Conceptionem tuam*, libera nos Virgo gloriosa. Impr. Antuerpiæ 1604. in 12.

V

VALENTINA Pinelò, Monialis Sancti Leandri, Ordinis Sancti Augustini Hispana, in libro Excellentiarum S. Annæ, part. 2. cap. 2. sub tit. *Dela pijssima Concepcion de nuestra Señora*, y de sus dichosissimos padres. Et in duobus capitibus sequentibus, agit etiam de Concept. c. 3. titulo: En que se trata *de la limpissima Concepcion de la Virgen*, por algunos lugares de la sagrada Scriptura figurada. Cap. 4. Como se le da honra à Christo hijo del eterno Padre en aprobar, y creer *la limpieza de la Concepcion de su Madre.* Quæ omnia extant à fol. 129. usque 148. Lib. impress. Hispali 1601. in 4.

VALENTINUS à S. Amando, Ordinis Carmelitarum, in Theologiâ habitâ Lovanij die 6. Maij 1659. Thesi 14. de Originali, hæc inquit: *Excipe MARIAM, quæ ab illo omnij, ejus debito, Maternitatis Dei titulo immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

VALENTINUS de Erize Pampilonensis, Societatis JESU Hispanus, in quatuor Tractatibus in primam partem D. Thomæ, tract. 3. disput. 24. An confirmati in gratia, seu eximiè prædestinati, sint efficaciter electi? inter alia num. 32. fol. 485. inquit: Quòd voluntati Christi Domini ratione unionis intrinsecæ debebatur non solùm connaturaliter, sed etiam essentialiter negatio concursûs ad peccandum; *Beatæ verò Virgini MARIÆ hæc negatio nec connaturaliter, nec essentialiter debita est, sed ex privilegio vel ratione prædestinationis ad dignitatem Matris, si constituatur impeccabilis ab instanti Conceptionis*; vel ratione dignitatis maternæ, si impeccabilis constituatur solùm post conceptum Verbum Dei: quorum utrumque ego libenter do Beatæ Virgini, cùm in neutro sit repugnantia, & ad utrumque habeamus non contemnenda fundamenta, &c. Deinde agit de præservatione Virginis ab originali, & adducit decreta Pauli V. & Gregorij XV. Vide & lege ipsum usque ad num 51. nam plura adducit pro impeccabilitate Beatæ Virginis ab instanti Conceptionis. Item, disp. 35. de Remedio sufficienti parvulorum, tract. 3. cap. 2. folio 191. ubi affirmat, omnes parvulos habuisse auxilium sufficiens (quod & probat) inquit: Secunda depromitur ex Christi redemptione, quæ etiam universalis fuit pro omnibus & singulis, nullo excepto, oblata. Nam ut omnes in Adam peccaverunt, nullo excepto (*non loquor de Beatissima Virgine MARIA, quia ipsius privilegia omnem naturalem cursum superant*) ita denuo omnes hos, quos Christus redemit, quique in primo Adam lapsi sunt, voluit salvos efficere, &c. Lib. impress. Pampilonæ 1623. in fol. Vide alia in Indice, verb. MARIA Mater Dei.

VALENTINUS Gerardus, Doctor Gallus, in libro dicto: Triumphus Virginis MARIÆ, part. 3. discurs. 2. pag. 753. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Anonym. Franciscanus in Catal. Auct. 37.

VALENTINUS Leuchtius, vel Levethius Germanus, edidit Mariale, in quo *mysterium Immaculatæ Conceptionis* propugnat & defendit. Impr. Moguntiæ, teste Hippolyto Marraccio in Catalogo, ad annum 1603. & in Bibliotheca fol. 426.

VALENTINUS Mantuanus de Monte del Olmo, Ordinis Minorum Italus, in libro: Gemma pretiosa seu inæstimabilis margarita, concione 12. fol. 237. *de Conceptione Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione à peccato originali*, latissimè ferè per totam concionem. Lib. impress. Florentiæ 1615. in 4. Item, fol. 158. inquit: Dico che MARIA Vergine fu francha dal peccato originale per gratia & privilegio, &c. Sic Andreas de Peruzzinis in Analysi Immacul. Concept. artic. 2. fol. 111.

VALERIUS de S. Joanne Baptista, Ordinis Sancti Augustini Italus, in libro: Novo Rosario delli setti dolori, è sette allegrezze del glorioso S. Gioseppo, &c. fol. 123. §. 4. inquit: E si non ch' in tutti l'altre feste la Beata Virgine ricebe qualche cosa da Dio. *Nella Concettione sua l'anima bella è piena de tutti i beni spirituali*; nell' Annuntiatione l'esser Madre de Dio, &c. Lib. impress. Neapoli 1642. in 12. Vide alia ibi pro Virginis puritate.

VALERIUS Malagutius de Valeriis, Patricius Rhegiensis, in libro cujus titulus est: Sacri applausus Beatæ MARIÆ Virginis, à diversis in ejus translatione excitati, folio 12. 18. & 31. adducit Carmina Latina *pro immunitate Virginis Dei Matris MARIÆ, &c.* Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8.

Item, in libro Italico titulato: Sacri applausi volgari, & Latini alla Beata Vergine MARIA nella traslatione della sua miraculosa imagine de Reggio, in duæ parti divisi, &c. sparsim multa adducit *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, &c.* Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8. & extat simul ligatus cum Latino supra posito. Vide ejus Pöema folio 162.

VALERIUS Piquier, Societatis JESU Hispanus, transtulit in linguam Hispanicam Kalendarium Marianum Antonij de Balinghen, in quo fol.... ad diem 8. Decembris agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Lib. impress. Cæsaraugustæ, an. 1654. in 4.

VALERIUS Polydorus, Ordinis Minorum Paduanus, in libro: Le Religiose memorie della Chiesa de S. Antonio de Padua, cap. 4. de la Confraternità della Concettione de MARIA Vergine fundata in questa chiesa, fol. 34. sic inquit: Nel cap. 31. disi abastanza del altare nominato de la Madona nel Pilastro, è feci sapere in quello esser fundata la veneranda Confraternità *della Immaculata Concettione della Vergine Madre*, che fu instituita del dottissimo, è religiosissimo huomo Giacopino Malafosa da Barge nel Piamonte, P. Conventuale de S. Francisco, &c. Et prosequitur per totum cap. de Indulgentijs ejusdem Confraternitatis. Lib. impress. Venetijs 1590. in 4.

UDALRICUS Gernich, Doctor Gallus, vel scripsit, vel edi curavit Expositionem in Epistolas D. Pauli & alias Canonicas, quas Jodocus Badius Ascensius insignis Typographus illustravit

suppresso nomine Auctoris, an. 1503. Hic ergo Auctor, vel qualiscumque sit, in Epistol. Pauli ad Romanos 5. ad illud: Præterea, sicut per unum hominem, &c. inquit: Per eundem enim & nunc gloriamur, & postmodum gloriabimur per quem reconciliati sumus. Propterea sicut per unum hominem (scilicet Adam veterem & protoplastum) peccatum (scilicet originale) intravit in hunc mundum, id est, in omnes homines (*præter Christum & Matrem ejus*) in quo scilicet uno homine Adam, ut in materia, aut in quo, id est, in ejus peccato, aut in causa omnes peccaverunt, &c. Lib. impress. Parisijs 1503. in 4.

VENANTIUS Honorius Clementianus Fortunatus, Episcopus Pictaviensis, lib. 8. Poëmatum, sic de Beata Virgine MARIA, inquit:

Figmentum figuli super omnia vasa decorum
Atque creaturæ fulgida massa novæ.

Hæc verba videntur indicare Immaculatam puritatem Virginis MARIÆ. Item, lib. 1. de Partu Virginis MARIÆ, sic de ea inquit:

Nomen honoratum benedicta MARIA per ævum
Ad laudem Artificis nobilis artis opus.
Dulcis, & Angelico pretiosa puella relatu,
Omnes ultra homines dona decoris habens.
Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens,
Flos novus è terra, quam polus arce colat.

Item, ad illa verba Symboli: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex MARIA Virgine, inquit: Ille, qui de Patre ante sæcula natus est, postea de Spiritu sancto *ejus templum in Virgine fabricatum intelligendum est*: nam sicut in sanctificatione Spiritus nulla fragilitas extitit, sic nec in parte ejusdem causa corruptionis apparuit. Lib. impress. Romæ 1579. in 4.

VIGILIUS Beatus, contra Eutychium, fol. 6. & 36. Quæ benedictio cæli, nisi Verbum, quod de cælo descendit? & quæ est benedictio terræ habentis omnia, nisi Christi caro, quæ de terra, id est, de terreno Virginis corpore sumpta est, *in qua omnium spiritualium gratiarum redundat veritas*, & totius benedictionis fructus exuberat? &c. Lib. impress. cum Georgio Cassandro Parisijs 1616. in fol. & alibi sæpe.

VINCENTIUS Artianus, Ordinis Minorum, typis mandavit Sermones, sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quorum secundum dicavit D. Gaspari Benemerin Serenissimo Infanti de Fez. Impress. Neapoli 1615 in 4.

VINCENTIUS Auructius de Todi, Doctor Italus, in libro dicto: Rituario che tener se deve, chi avendo cura d' anime desiderano come buoni pastori vegliari sopra il grege al loro commesso da Dio, &c. fol. 227. offert Deo Patri omnes gratias, *quas habuit Virgo MARIA à sua Conceptione*, usque ad Assumptionem in cœlum, &c. Lib. impress. Mediolani 1613. in 8.

VINCENTIUS Bertinus, Ordinis Minorum Italus, edidit Sermonem *de sancta Deiparæ Conceptione* sub metaphora Turris Davidicæ, in solemni Episcoporum concursu habitum. Neapoli 1625. An verò hic fuerit distinctus à Vincentio Sartiano infra posito, ignoro.

VINCENTIUS Blascus de Lanuza, Historiographus ac Doctor Hispanus, Canonicus Cæsaraugustanus, libro 3. suarum Historiarum Ecclesiasticarum & Sæcularium, *de fundatione Conventus Dominæ nostræ Conceptionis de Ariza Fratrum Franciscanorum*, Caput unum, quod est in ordine 55. Item, de eadem fundatione Conventus Conceptionis de Ariza, cap. 17. Impress. Cæsaraugustæ 1622. in folio.

Item, de Revelationibus factis Hippolytæ de Truxillo *circa Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, tomo ultimo lib. 13. cap. 38. Vide Antonium Dazam, cap. 6. fol. 44.

VINCENTIUS Brigantius, Presbyter Anconitanus, in lib. Historia della traslatione della S. Cassa de la Madonna à Loreto, gia scritta à Clemente VII. Pontific. Max. da M. Girolamo Angelita &c. ad Lectorem folio 1. inquit: Sopra tutti gli ordini de Santti non è dubbio alcuno che deve esser proposta l' incorrotta Vergine Madre delle Unigenito, quale musto prima che la terra fosse *fatte & avanti à tutti y Secoli fu in mente di Dio per suo tabernaculo riservatta*. E tanto ella fu piu excellente digli altri Santti, quanto fù eletta prima di loro, *& che senza machia alcuna fu conceputa*, &c. Lib. impress. Maceratæ 1628. in 12.

VINCENTIUS Brunus, Societatis JESU Italus, in libro seu tomo Meditationum de Septem festivitatibus principalibus Beatæ Virginis MARIÆ, p. 4. Meditatione 1. agit *de Conceptione Beatissimæ Virginis Matris Dei*, à fol. 1. usque ad 44. Item, adducit de eadem *festivitate Conceptionis* colloquium. Item, pro eadem *festivitate Conceptionis* documentum. Impress. Venetijs 1594. & 1598. in 12. Italicè & Latinè. Coloniæ Agrippinæ 1607. & 1599 in 12. à fol. 1. usque 32. hst etiam à Moguntino Collegio Latinati donatus, & imp. Lugduni 1607. in 12. Et Mediolani 1602. in 12. Vide etiam, fol. 9. ad illud: Gratiâ plena, (in alijs est, fol. 10.) ubi eam immunem prædicat à peccato originali.

VINCENTIUS Burgundus, Episcopus Belluacensis, Ordinis Prædicatorum, in Bibliotheca mundi, seu Speculo majori, tom. 4. lib. 7. cap. 121. fol. 266. inquit: Igitur ex libris & sermonibus quos idem beatus vir Ildephonsus de Beata Virgine luculenter edidit, hæc pauca excerpsi: Ildephonsus contra eos, qui disputant de virginitate ejus & parturitione: Beata Virgo MARIA, nisi in utero matris sanctificata esset, minimè ejus Nativitas colenda esset. Nunc autem quia auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat *eam ab omni originali peccato immunem fuisse*, per quam non solùm maledictio Evæ matris soluta est, verùm etiam benedictio omnibus condonata. *Nullis ergo quando nata est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit*, &c. Lib. impress. Duaci 1624. in fol. magno. Quòd in istis verbis Sanctus Ildephonsus neget in Virgine MARIA peccatum originale, ipsa luce clarius est, de quo dixi suo loco. Si ergo Vincentius hanc non sequeretur sententiam, minimè illam transcriberet in suo libro pro prima, præcipua ac principali.

Item, citatur à Cardinali Joanne Vitali in suo Tract. lib. 4. ancill. 7. *pro Immaculata Conceptione Virg. MARIÆ*, lib. 7. cap. 6. & lib. 8. cap. 121.

Item, edidit Opusculum de Laudibus Beatæ Virginis MARIÆ, in quo cap. 6. agit *de ejus sanctificatione in utero matris suæ*, & adducit auctoritatem Sancti Ildephonsi supra relatam, & nullum ibi est verbum, ex quo colligi possit eum contrariam sustinuisse sententiam. Lib. impress. absque loco impressionis anno 1481. in folio, & extat in Bibliotheca Sancti Laurentij Scorial. Pluteo 318. Vide

supra

ſupra Nicolaum Grenierum circa hujus libri Auctorem, & titulum de Sanctificatione.

VINCENTIUS Carrafa, Societatis Jesu Neapolitanus, edidit ſub nomine Aloyſij Syderei Opus prænotatum: Iter ad cœlum, ſeu Practicas ſpirituales, in quarum 2. p. fol. 36. inquit: Con profondiſſima, & humiliſſima reverenza adoro *puriſſima Vergine il Sacroſanto myſterio de la tua Immaculata Concettione.* Impreſſ. Neapoli 1641. Ita Hippolytus Marraccius in Catal. Marian.

VINCENTIUS Caſſali Bononien. Maſſanenſis Epiſcopus Italus, inter feſtivitates, quæ tam de præcepto quàm de probata conſuetudine obſervantur in civitate Meſſana, enumerat *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis, &c.* Vide Verb. Maſſanenſis Eccleſia.

VINCENTIUS de Caſſali, Ordinis Prædicatorum Italus, edidit Tractatum *de Conceptione Beatæ Virginis* eruditum. Ex Marraccio, & Leone claſſe 9. ad annum 1517. & Ildephonſo Fernandez claſſe 6. Tamajus de Salazar fol. 248. Ex Philippo Bergomen. libro 13. Chronic. ad annum 1417. fol. 228. Antonius Senenſis in Bibliotheca fol. 265. Præcipuum autem argumentum, quòd pro pia ſcripſerit opinione, eſt; quia Adverſarij non citant ipſum, ut videre eſt in Ventiſabro Veritatis.

VINCENTIUS Ciconia, Presbyter Veronenſis Italus, in Opuſculo de Septem verbis à Chriſto in Cruce prolatis, ſermone 3. fol. 133. ad illa verba: Mulier, ecce filius tuus, inquit: Mulierem ergo & non Matrem appellat, ut fidei illius viraginem & præſtantiam commendet; quia mulier intrepida & immobilis juxta crucem ſtabat, quod magnum atque heroicum factum *cum quibuſvis matribus & mulieribus commune illi eſſe non poterat.* Eam autem non appellavit ..... id eſt fœminam; eſt enim nomen ſexûs, quod ferè ſemper in malam partem accipitur, ... id eſt mulierem, ſed potiùs viraginem appellavit, quod ſignificat mulierem virili animo præditam: quo etiam nomine appellata eſt prima illa mater noſtra Eva, quam primum fuit ex coſta Adæ ab ipſo Deo formata. Ait enim de illa ſpiritu Dei afflatus Adam: Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt; Maria verò eodem vocabulo appellatur à Chriſto cæleſti Adam, non quòd ex viro, ſicuti aliæ mulieres, ſit aſſumpta; ſed quòd potiùs vir ille, de quo Moyſes ait: Deus vir pugnator, ex illa ſit aſſumptus, à qua etiam nomen filij hominis traxit. Non eſt igitur hoc vocabulum ..... id eſt virago, omnibus fœminis, aut matribus commune; ſed his tãtùm in quibus heroica quædam virtus ineſt, quâ contra omnia mala ingruentia immobiles perſiſtant. Cùm igitur Chriſtus Matrem ſuam mulierem, ſeu potiùs (ſi dicere licet) viram appellet, honorificentiſſimo & planè heroico nomine eam decorat, quo heroicum & invictum illius animum omnibus notum faciat, &c. Et infra, folio ſequenti ſcilicet 134. inquit: Sed majorem adhuc animadverte honorem, quo Matrem ſuam his verbis affecit ipſe Dei Filius, dicens: Mulier, ecce filius tuus. Nam quemadmodum primus Adam è terra terrenus, Evam adhuc virginem matrem cunctorum viventium appellavit, eò quòd omnes viventes ab ea ſecundùm carnem deducendi eſſent; ita ſecundus Adam de cœlo cœleſtis Chriſtus conſtituit Matrem ſuam adhuc Virginem in matrem cunctorum viventium ſecundùm ſpiritum; ut quemadmodum ex illa cognatio carnalis, ita ex hac cognatio ſpiritualis contrahatur & deducatur. Idcirco dixit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Quaſi diceret: Volo mulier, ut qui ſunt Evæ filij ſecundùm carnem, tibi in filios deputentur per fidem ſecundùm ſpiritum. Ideo dixit Joanni: Ecce Mater tua. Quaſi diceret: O filij Adam! jam non eſt vobis ampliùs attendendum ad primam illam matrem veſtram carnalem; hanc enim vobis in matrem conſtituo, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1563. in 8. Fateor, quòd hæc auctoritas à longè nimis tangat vel reſpicat Conceptionem Virgineam; ſed illam adduxi quia liber eſt ſingularis, & quia tandem eandem attingit hoc modo. Si enim Virgo nihil commune habuit cum alijs mulieribus; igitur neque originale. Item, ſi Maria non fuit aſſumpta de viro ſicuti aliæ mulieres; igitur non contraxit originale: quia hoc non poteſt verificari de generatione, quia à viro genita eſt; igitur debet verificari quoad modum, ſcilicet, quòd non ſit aſſumpta à viro cum peccato originali, ſicut aliæ fœminæ. Item, commendat illius invictum animum; non autem eſſet invicta ejus anima, ſi originali peccato fuiſſet victa & ſuperata. Ac tandem: ſi Virgo ſemper hic conſtituatur quaſi eſſet in paradiſo ante peccatum Adami & Evæ, ſequitur quòd fuerit ſicut in paradiſo concepta abſque macula ulla.

VINCENTIUS Doeſinier, Doctor Medicus Gallus, curavit ut typis mandarentur Opera ſeu Opuſcula Jacobi Almayni, in quibus celebris illa continetur Quæſtio *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Oliverius de Lyon in prologo ad Lectorem in Operibus Almayni, fol. ult.

VINCENTIUS Creſpus de Moya, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Carmina *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Impreſſ. cum alijs Granatæ 1651. fol. 295. & alia fol. 307.

VINCENTIUS Eſpinel, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Aſſumptione Virginis Mariæ, eam vocat *Immaculatam ac puram.* Ita in libro Florum Poëtarum illuſtrium parte 1. folio 166. Impreſſ. Valliſoleti 1605. in 4.

VINCENTIUS Eſtevanez, Epiſcopus Pacentis, qui floruit ad annum 1341. fundavit in eadem Civitate Confraternitatem Conceptionis, cum altari ejuſdem, ut apparet ex ſequenti Conſtitutione exiſtente in eadem Eccleſia: Eſte es el fuero que mandaron facer, è ordenar los Cofrades *de Señora Santa MARIA de Concebicion à honor de Dios è de la Virgen glorioſa Santa MARIA de Concebicion*, è à honor de todos los Santos è ſantas de la Corte celeſtial, è à honor del muy noble Perlado è Señor D. Vicente por la gracia de Dios è de la Santa Igleſia Obiſpo que fue en eſta ciudad de Badajos, que Dios perdone, que la edificò è fiço ſu altar, è ſe conſagrò, è dixo è celebrò el divinal oficio el por la ſu nobleza, è por la ſu alteza, &c. Vide ibi.

VINCENTIUS Ferrer, Ordinis Prædicatorum Sanctus ac Hiſpanus, in 3. parte ſuorum Operum ſeu Sermonum, quæ de Sanctis appellari ſolet, fol. 5. ſuper illa verba Prover. 8. Nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram; habet *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, in quo multa ac varia dicit; ſed ſolùm illa tranſcribam, quæ indicare poſſunt, qualis fuerit ipſius mens in hac materia. Poſitis igitur quinque conceptionibus, quibus potuit concipi Virgo Maria, ſcilicet divinali, Angelicali, humanali, ſcripturali, & maternali

ternali ; de Conceptione Angelicali, sic inquit: Cogitate quomodò *Sancti Angeli conceperunt illam sanctam Virginem in mentibus eorum*, per quam eorum ruina repararetur, & incœperunt tripudiare & facere magnum festum, &c. Ecce Virgo MARIA quomodò fuit concepta in mentibus Angelorum, &c. Hæc Vincentius. Igitur si tripudiarunt Angeli in Conceptione Virginea, glorioſa fuit illa Conceptio & in gratia: nam si esset in peccato, non tripudiarent, neque magnum festum agerent, sed magnum luctum. Item, fol. 6. col. 4. de Conceptione humana, inquit: Alti fuerunt Adam & Eva, quia caput humanæ generationis; altiores quantùm ad locum paradisi terrestris; altissimi quantùm ad justitiam originalem & sanctitatem, quibus ergo MARIA fuit columna nubis ardorem dolorum refrigerantis. De ista Conceptione dicit thema: Nondum erant abyssi, scilicet mortis & damnationis, *quia adhuc nullus fuerat mortuus, & ego jam concepta eram in mente humana &c.* Si MARIA fuit columna refrigerij justitiæ originalis, quomodò poterat ipsâ carere? Si nondum erant abyssi mortis & damnationis, & jam erat MARIA concepta in mente humana, quomodò incurreret in sua Conceptione mortem & damnationem? Item, in quinta Conceptione maternali adducit sex gradus sanctificationis, & inquit: Quartus est in utero matris, ut Jeremias. Antequam exires de vulva sanctificavi te, Jerem. 1. Sanctificatus est in utero, quia dicit: Antequam exires de de utero. Quintus gradus est maior, & non legitur nisi de B. Joanne Baptista, qui per tres menses ante ejus Nativitatem fuit sanctificatus: Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, Lucæ 1. Dicit Chrysostomus, quòd in salutatione Virginis & Elizabeth, quando exultavit Joannes in utero, fuit sanctificatus. *Sextus gradus, & super omnes alios est sanctificatio Virginis MARIÆ, quia non quando debuit nasci, nec in ultimo die, nec hebdomada, nec mense; sed in eodem die & hora formato corpore & anima creata, quia tunc fuit rationalis & capax sanctificationis, fuit sanctificata.* Auctoritas propria: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Nota; fluminis impetus fuit sanctificatio Virginis MARIÆ, quia sanctificatio aliorum Sanctorum non dicitur fluvius, sed una gutta gratiæ. Bernardus: Cæteris per partes datur gratia spiritualis, MARIÆ autem tota se infudit plenitudo gratiarum. *Impetus scilicet sanctificationis, quia eadem hora, non expectavit diem, hebdomadam, &c.* Lætificat civitatem Dei, scilicet Sanctos Angelos. Ratio, quia si gaudium est Angelis (ut dicitur) super uno peccatore pœnitentiam agente; *non mirum si fecerunt festum de illa, quæ nunquam peccavit, nec corde, nec ore, minùs opere.* Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus, scilicet Virginem MARIAM, quæ fuit Tabernaculum Dei. Legitur Exod. ultimo, quòd Moyses ex præcepto Dei fecit Tabernaculum. *Quando enim corpus Beatæ Virginis fuit organizatum & delineatum, & anima conjuncta corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificavit Tabernaculum suum.* Scitis qualiter? sicut constructâ Ecclesiâ, & non antea, intrat Episcopus ad consecrandum; ita de Virgine MARIA, postquam corpus fuit organizatum & anima infusa, venit Episcopus, scilicet Spiritus Sanctus, qui eam sanctificavit. Auctoritas: Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum testimonij, & gloria Domini implevit illud, Exod. ultimo. Tertia ratio, quia fuit conservata firmiter. Joannes Baptista & Hieremias fuerunt sanctificati; sed Beata Virgo fuit ita firma, quòd nec ore, nec corde peccavit aliquo modo. Ideo David dicit: Deus in medio ejus non commovebitur. Moveri & cadere differunt: cadit homo & prosternitur per mortale peccatum, & commovetur per veniale. Modò nunquam fuit Sanctus qui non ceciderit per mortale, vel fuerit motus per veniale, Christo & Virgine MARIA exceptis. De Christo non est dubium; sed de Virgine MARIA dicit Scriptura: Deus in medio ejus non commovebitur, non solùm: non prosternetur. Ideo Bernardus: Puto, quòd copiosior sanctificationis benedictio, quàm in alios in utero sanctificatos, in eam descendit, quæ non solùm ipsius ortum sanctificaret, sed & vitam ejus ab omni peccato deinceps immunem conservaret, quod alteri nemini in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Ergo dignum est, quod de ejus Conceptione materiali dicit Virgo in themate: Nondum erant abyssi, scilicet Evangelistarum, Prædicatorum, Apostolorum & Ecclesiæ determinationum, & ego jam concepta eram. Hucusque Sanctus Vincentius, quibus suum concludit Sermonem de Conceptione; ubi pauca & breviter aliqua adnotabimus. Et primum sit, quòd ea quæ in toto isto Sermone dicuntur, non intelligit nec explicat Sanctus Vincentius de conceptione spirituali, physica, reali & naturali; ut ex ultimis verbis constat. In aliis videat, legat ac perpendat lector, an sit verbum aliquod contra Immaculatam Virginis Conceptionem, quia ego nec apicem invenio, imo omnia sunt pro ipsa illibata Conceptione: solùm enim dicit, quòd eadem die & hora, in qua fuit formatum corpus & anima creata, quando potuit dici natura rationalis, & fuit capax sanctificationis, tunc fuit sanctificata. Quid verius, quid conformius sacræ Scripturæ, Theologiæ, Patribus ac nostræ sententiæ? Sed in primo instanti illius horæ, quando formatum fuit corpus, anima creata & infusa, fuit capax sanctificationis; ergo in illo instanti fuit sanctificata secundùm mentem & sententiam Sancti Vincentij. Si per guttam gratiæ fuerunt sanctificati Hieremias & Joannes; & in illa hora, in qua fuit sanctificata Virgo fluebat fluminis impetus gratiæ; igitur in eodem puncto & instanti, in quo aperta fuit porta vitæ, in eodem fluxit cum impetu & impetuosè illud gratiæ flumen in illam benedictissimam animam jam rationalem, & capacem sanctificationis: quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia; & non mirum si tunc fecerunt festum Angeli de illa, quæ nunquam peccavit. Hoc festum fuit in illa Conceptione secundùm Sanctum Vincentium; quomodò ergo si peccato originali fuisset infecta, verificaretur illud: Et fecerunt festum de illa, quæ nunquam peccavit? Ut omnino tuus quiescat intellectus, & omnis auferatur ratio dubitandi, iterum lege illam sententiam Vincentij: Quando enim corpus Beatæ Virginis fuit organizatum & delineatum, & anima conjuncta corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificavit tabernaculum suum. Perpende illud, tunc. Ultima corporis organizatio, creatio animæ, & unio ad corpus fuit in instanti, & tunc dicit Sanctus Vincentius, quòd fuit sanctificata; ergo in illo primo instanti ultimus lapis illius rationalis & virgineæ Ecclesiæ fuit positus in instanti, & in eo-

dem

dem intravit Spiritus sanctificans; igitur in eodem fuit sanctificata. Tandem nota illud: Omnes Sancti vel ceciderunt, vel ad minùs moti sunt, excepto Christo & Virgine Maria. Et interrogo, per peccatum originale homo cadit, vel movetur? meo judicio, non solùm movetur; sed cadit, & prosternitur usque ad infernum; quomodò ergo salvabis dictum Sancti Vincentij, quòd exceptis Christo & Maria, omnes alij Sancti vel ceciderunt, vel moti sunt? Dices forsitan, quòd hic Sanctus Vincentius loquatur de peccatis actualibus, scilicet mortali & veniali, quæ exprimuntur in textu; sed non vides, quòd sermo est de Conceptione, & de illo die & hora in qua Virgo fuit concepta? quorsum tunc in Virgine disputandum erat de peccato mortali vel veniali? Sed hoc prætermisso, si æquali trutina loquatur de Christo & Maria; & de Christo verificatur, quòd nec cecidit, nec fuit motus, nec potuit cadere, nec moveri peccato actuali vel originali; cur excludis Virginem, quando Sanctus Vincentius non facit? Quos Sanctus conjungit, peccator non separet.

Item, sermone 2. de Nativitate Virginis, fol. 115. inquit: Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis Mariæ, quia sine tenebra culpæ facta est: modò autem in generatione filiorum sunt multæ tenebræ propter intentionem corruptam parentum, sed generatio Virginis Mariæ fuit ut lux. De ista luce habetur 2. Regum 23. Sicut lux auroræ oriente sole manè absque nubibus rutilat, sic ista conjunctio Joachim & Annæ luminosa fuit, &c. Et facta est lux. Ecce sanctificatio Mariæ, non credatis, quòd fuerit sicut in nobis, quia in peccatis concipimur & nascimur & nutrimur; quia si ante Baptismum fuissemus mortui, damnaremur, in limbo intellige. Sed statim postquam corpus fuit formatum & anima creata, tunc fuit sanctificata; ideo fit festum de ejus Conceptione, quia facta est lux, scilicet sanctificationis in ea, & statim Angeli in cœlo fecerunt festum Conceptionis. Ideo David: Lux orta est justo, scilicet Christus, ut sit Mater ejus, & rectis corde, scilicet Angelis qui non possunt inclinari ad peccatum, nec ad dexteram per prosperitatem, nec ad sinistram per adversitatem, nec ante per affectiones, nec retro per rancores. Ideo dicit: Rectis corde lætitia, &c. Clariùs locutus est Sanctus Vincentius in hoc sermone: quia si generatio Mariæ fuit lux, & sine tenebra culpæ; igitur absque tenebra & caligine peccati originalis. Et si illa generatio non fuit, sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, nascimur & nutrimur; ergo ut esset aliter, necesse fuit, quòd illa non conciperetur, nec nasceretur, neque enutriretur in peccatis. Concedis duas ultimas clausulas; quare non & primam, cùm totum dicat Sanctus Vincentius? Imò non fuit nutrita in peccatis; ergo neque nata in peccato. Est ne bona hæc cõsequentia? à fortiori & hæc erit optima: non est nata in peccato; ergo neque concepta in eo; quia dicit Vincentius: Non credatis, quòd fuerit sicut in nobis, quia in peccatis concipimur & nascimur & nutrimur. Denique illud nota: Sed statim postquam corpus fuit formatum & anima creata, tunc fuit sanctificata. Si statim, id est in instanti creationis vel animationis, tunc fuit sanctificata; igitur non post horam, nec partem horæ. Quando audis, statim postquam Virgo dedit consensum, Verbum caro factum est, existimas vel judicas quòd aliquod transierit tempus? absit; sed statim tunc, id est in eodem instanti. Quomodò ergo, vel quare dum audis in Conceptione Virginis: Statim post creationem animæ tunc sanctificata est, expectas tempus, & dimidium temporis? Et si Angeli statim quando creata fuit anima & unita corpori, statim fecerunt festum in cœlis pro Conceptione Virginis, quando Angeli non expectarunt tempus, quid Angelici tempus expectatis? Fateamur ergo cum Vincentio Angelico, quòd in instanti formatum fuit corpus, & in eodem instanti anima infusa, & in eodem instanti sanctificata Maria in terris, & in eodem instanti lætati Angeli in cœlis. Impress. Lugduni 1525. in 4. & 1580. in 4. & Venetiis 1496. in 4. & iterum Lugduni 1558. in 4. recog. & marginibus illust. per Damianum Diaz.

Item, in pervetusto libro scripto in membrana antiquis characteribus, existente in Conventu Ordinis Prædicatorum in civitate Alcanicienſi Regni Aragoniæ, extat quædam nota seu glossa ad quæstionem 27. articul. 2. ad 3. manu ipsiusmet Sancti, hujus tenoris: *Beata Virgo à peccato originali & actuali immunis fuit.* De quibus verbis publicum & authenticum adducit instrumentum R. P. Joannes Eusseb. Nieremberg. in libro Excep. cap. 24. §. 3. à folio 397.

Item, Sermone 4. in Sexag. inquit: Quoniam licèt in mundo fuissent multæ mulieres sanctæ, tamen ultra quinque millia annorum expectavit terram bonam, dignam & sanctam, scilicet Virginem Mariam optimè cultam, *in qua nunquam fuit mala herba peccati, &c.* Igitur neque originalis.

VINCENTIUS Ferrinus de Castelnovo Garfagnana, Ordinis Prædicatorum, in primo Alphabeto exemplari, num. 829. folio 251. sub titulo: Maria est arca Noë, inquit: Come l' arca di Noe era talmente bituminata è serrata in sieme che non ci poteva intrar l'acqua del diluvio; cosi Maria Vergine era talmente con la gratia estretta è raccolta in se stessa, *che non potevano le fetide aque del peccato penetrar nella sua santa mente di quella.* Item, num. 834. folio 252. Come l'arca fù nel diluvio inalzata dall' acque sopra tutti i monti; *cosi MARIA nel maggior diluvio de peccati fù inalzata sopra tutti i chori Angelici.* Item, num. 868. Maria Speculo. Come lo specchio puro terso è netto ne rappresenta al vivo l'effigie nostra; *cosi MARIA Vergine senza alcuna macchia, ruga ô neo,* ci rappresenta l'imagine è il ritrato quasi di Dio. Imp. Venetiis 1567. in 12.

VINCENTIUS Filiucius, Societatis Jesu Senensis, de festivitatibus pertinentibus ad Beatam Virginem, & primò *de ejus Immaculata Conceptione*, Caput unum, in Compendio quæstionum moralium. Romæ 1626. in 12.

VINCENTIUS Gilbertus, Clericus Regularis Italus, in Corona anni Ecclesiastici, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, & de modo singulari ipsius redemptionis* Sermonem unum, in Sermonibus Adventualibus à folio 29. usque 54. Impres. Venetiis 1623. in 4. & 1620.

Item, in Corona sacra Ecclesiastica Quadragesimali, pro Sabbato primo Quadragesimæ: *Quòd fugitta peccati originalis non tetigit Virginem* Mariam. Lib. impress. Romæ 1625. in 4.

Item, *de prædestinatione Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ &c.* Lectiones quatuordecim in libro impress. Venetiis 1611. & 1612. in 4.

Item, in lib. de Civitate Dei Incarnati super Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, part. 1. lectione 4. fol. 51. *de singulari prædestinatione Virginis MARIÆ post Filium prima & majori*, &c.

Item, ibidem lectione 14. fol. 188. *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, usque ad fol. 206. Item, parte 2. lectione 26. de Prærogativis sanctæ Annæ, agit latè de *immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, ac de ejus Immaculata Conceptione &c.* ac passim de hac materia loquitur in tribus partibus, seu tomis de hoc assumpto editis Venetiis 1621. in 4.

Item, ibidem parte 3. lectione 59. *de Innocentia virginali in die Conceptionis*, à fol. 162. usque fol. 180.

Item, in Opere prænotato: Documenta spiritualia, tom. 1. pag. 338. adducit meditationes, & soliloquia *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. Florentiæ 1619. Ex Marraccio in Catalogo.

Item, in libro: Cæli Davidici; variæ versiones Psalmorum Commentarijs & moralitatibus, conceptibus, &c. versione 14. prol. 1. vers. 1. §. 3. fol. 223. sub hoc titulo: Beatus est vir, qui non stat in via peccatorum, in qua omnes decidunt (*excepto Christo & Virgine Matre*). Vide ibi. Lib. impress. Neapoli 1639. in fol.

VINCENTIUS Gramigna Italus, in libro de Vita Beatæ Virginis, fol. 34. asserit *Deiparam primi peccati Adæ nec vestigium ullo modo habuisse; sed à lege communi particulari privilegio exemptam fuisse*, de quo latè. Lib. impress. Viterbij 1621. in 8.

VINCENTIUS de Guevara, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem contra peccatum originale *de Immaculata Conceptione MARIÆ*, ut videre est in libro impresso Granatæ, fol. 310.

VINCENTIUS Henesbergius, Ordinis Prædicatorum, in libro: Viridarium Marianum, septemplici Rosario, varijs exercitijs, exemplis, ac plantationibus peramœnum, fol. 139. inquit: Qui te antiquis Patribus promisit & diversis typis & figuris præsignavit; *qui te in utero matris sanctificavit*, &c. Item, fol. 47. inquit: Salve Sanctissima Virgo, quæ ante sæcula à Deo præordinata es, ut Mater esses nostri Redemptoris. Salve sanctissima Virgo Maria, quæ ab antiquis Patribus multis sæculis es expectata, diversis typis & figuris adumbrata, necnon & manifestis propheticis oraculis, & revelationibus promissa. *Salve sanctissima Virgo MARIA, quæ in utero matris tuæ sanctificata, adstuporem usque speciosa facta es* à summo illo Deo, qui te omnium perfectionum & gratiarum genere adornavit, &c. Et folio 237. inquit: *Salve cui nulla adhæsit nocentia Virgo, cælitus* quod missum testificatur Ave, &c. Item, folio 240. §. duodecim privilegiorum Beatæ Mariæ, privil. 5.

Ave semper Deo grata,
Omni à væ præservata
Cujusvis peccaminis, &c.

Item, fol. 246. in Hymno ad gloriosam Virginem Matrem: Sol es Virgo eclypsim nesciens. Et fol. 267. sequentia 8.

Salve sancta Christi parens,
Salve Virgo labe carens.

Et fol. 273. adducit Sequentiam in festo Conceptionis Beatæ Mariæ, quæ incipit:

Dies læta celebretur
In qua pia recensetur
MARIÆ Conceptio.

Et folio 276. in Sequentia Annuntiationis, vocat Virginem Mariam Virginum Reginam, *rosam sine spina*, quo titulo illam sæpissimè ornat. Lib. impress. Antuerpiæ 1615. in 8.

VINCENTIUS Justinianus Antist, Ordinis Prædicatorum Hispanus, *de Immaculata Conceptione SanctissimæVirginis* Tractatum unum celeberrimum. Matriti 1615. in 8. Majoricæ 1616. in 12. & Oscæ in 8. & in vita Sancti Ludovici Beltran. Valentiæ 1593. & Hispali 1610. in 4. & 1615. etiam in 4. cum imagine Immac. Conceptionis; & Pampilonæ 1661. in 24. Si omnia quæ in hoc Opusculo continentur, essent transcribenda; nimium excresceret opus.

VINCENTIUS Landinellus Italus, Episcopus Albinganensis, in Diœcesana Synodo fecit diversa decreta circa Confraternitates, ac observationem festivitatis *Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Albiganens. Ecclesia.

VINCENTIUS Martinellus, Ordinis Prædicatorum & Episcopus Venafrensis, in Diœcesana Synodo præcepit, ut observaretur *festum Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ*. Vide verb. Venafrensis Ecclesia.

VINCENTIUS de Miravel Florcadel, Doctor Hispanus, in libro: Tortosa Ciudad fidelissima y exemplar, fol. 77. inquit: Y acertada eleccion de rendimiento y obediencia al Rey, si lo solicitò fervorosa y humil en la misericordia de Dios por la intercesion *de la purissima y siempre Virgen MARIA concebida sin pecado original*, tutelar y avogada suia con nombre de Madre Dios de la Cinta. Impress. Matrit. 1641. in 4.

VINCENTIUS Moles, Doctor Hispanus, in libro: Philosophia naturalis Sacrosancti Corporis Jesu Christi, &c. cap. 2. fol. 49. sic inquit: Omnes enim Auctores conveniunt, quòd primi parentes Adam & Eva, si in statu innocentiæ in paradiso collocati mansissent, etiamsi vitam absolvissent in ultima senij parte, nullum habuissent affectum, præter naturam in toto vitæ decursu: neque juxta mortem (quia vi extinctionis caloris nativi mortui fuissent) propter excellentem proportionem primarum qualitatum, in quibus ita esset affectio & reactio, ut etiamsi vi actionis, & victoriæ calor remitteretur (propter quod diversas pertransissent ætates, & tandem ad mortem devenissent) non esset aliqua ex qualitatibus primis, ut morbosum faceret affectum. *Et de Beata Virgine similiter tenent, quod nullo unquam ante suam mortem morbo fuit affecta; sed præ nimio amore Dei, vel jussu ipsius mortua & in cælum assumpta fuit*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1639. in 4. Vocat etiam Virginem purissimam passim, folio videlicet 22. & 51. &c. Ex suprapositis verbis deducitur primum, quòd mors in Maria non fuit pœna peccati, sed Dei præceptum. Secundum, quòd Maria nullam habuit infirmitatem, sicut nec Eva haberet in statu innocentiæ; quæ omnia indicant ipsam Deiparam fuisse à peccato originali præservatam.

VINCENTIUS Mue, Chronista Hispanus, in Historia Regni Majoricarum, de Monasterio Conceptionis Villæ de Pellenza, Caput unum in lib. 2. cap. 2. fol. 547. Item, *de Monasterio Conceptionis del Olivar* sub regula & habitu Sancti Francisci, ibidem cap. 3. Impress. Majoricæ 1650. in folio.

VINCENTIUS Picinus Italus, in libro dicto: Diarium

Diarium Beatæ Virginis MARIÆ, fol. 106. explicat illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, *de Conceptione Virginis, quæ fuit purissima, innocentissima, &c.* Lib. impress. Venetijs 1625.

VINCENTIUS Purpura, Ordinis Prædicatorum Italus, elaboravit Sermonem *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, teste Thomasio Gagliardo, parte 2. fol. 454.

VINCENTIUS Regius, Societatis Jesu, in Elucidatione Evangeliorum tomo 1. lib. 1. cap. 2. digressione morali, num. 5. col. 107. inquit: Est & tertium aliud quod ex hoc titulo (videlicet Dei Matris) colligatur, videlicet, *nunquam maledicto, nunquam peccato vel minimo subditam MARIÆ carnem fuisse: decentissimum enim erat ut ea caro, quæ Dei Verbo aliquando unienda erat, nulla specie labis inficeretur.* Nam si primus Adam ex terra virgine formatus est, quantò magis de secundo id convenit affirmare? &c. Multis prosequitur, asserens quòd beata Virgo MARIA fuit tota pulchra mente & corpore àpuncto Conceptionis. Item, infra: Quod candida fuit Virgo MARIA, ut papyrus, cujus puritas continua fuit ac perennis, *quia nullo unquam tempore, & ne momento quidem, vel levi maculâ intercepta fuit peccati alicujus, sive originarij, sive alterius cujuscumque*, &c. ubi plura addit de plenitudine gratiæ MARIÆ. Item, infra: Neque actu existimes post prævisum Adæ peccatum eò dignitatis (scilicet Matris Dei) evectam esse: tam enim ad maternitatis gradum, quàm ad tam excelsum gratiæ & gloriæ cumulum electa fuit, antequam lapsus hominis nostro modo à Deo intelligeretur. Cùm enim Christus ante omnem peccati contagionem fuerit prædestinatus, *necesse est fateri MARIAM ante peccatum fuisse prædestinatam, &c.* Deinde latè discurrit: An Beata Virgo in Adamo peccaverit, nec ne? habueritque debitum contrahendi originale? Ac concludit sic: Carnem B. Virginis dici posse carnem peccati; carnem verò Christi similem carni peccati, licèt neutra unquam commaculata labe peccati fuerit vel infecta, &c. Item, infra cap. 6. Theoria 3. ad illud: Ave gratiâ plena, à col. 156. latè tractat *Quòd Beata Virgo MARIA ab initio vitæ suæ habuerit complementum gratiæ.* Ac tandem col. 160. concludit, Quòd Christus est caput, MARIA collum, reliqui Sancti membra. Et sic infert: Caput & collum nuda placent; reliqui enim omnes infecti peccato: *Christus autem ejusque Mater Virgo sine ulla peccati labe*; nec se operiente veste indigent, quâ se texit Adam, &c. Item, infra cap. 6. Theoria 8. num. 14. col. 232. Quomodò Beata Virgo fuit absolutè beata, in cujus capite fuit corona stellarum duodecim, quæ sunt duodecim ejus prærogativæ. Prima, singularis prædestinatio. *Secunda, singularis item sanctificatio.* Tertia, usus quoque rationis acceleratio, &c. Vide alia quamplura in prædicto Auctore in hoc tomo 1. à col. 1. usque ad 400. Lib. impress. Coloniæ 1615. in folio.

Item, tomo 3. libro 5. cap. 3. de Oratione Dominica, Theoria 1. col. 1023. ad illud: Dimitte nobis peccata nostra, inquit: Rogare aliquis posset, an Beata Virgo recitare hanc orationem potuerit, *quam constat nullum habuisse vel contraxisse peccatum*, ut meritò de ea dicat Augustinus, libro de Natura & Gratia cap. 36. se, cùm de peccatis agit, nullum de Virgine Matre propter reverentiam Filij velle habere sermonem, &c. Lib. impress. Coloniæ 1616. in folio.

VINCENTIUS Richardus, Clericus Regularis Italus, in Notis ad Matthæum Cantacuzenum super Cantic. Canticor. Tota pulchra proxima mea, & macula non est in te, quæ de Beata Virgine MARIA explicantur, in Scholiis dicit sequentia: Non humana laudatio, sed Dei, qui falli nequit. S. Ambrosius, libro de Fide resurrectionis: Judicio Domini adhuc tota formosa, tota irreprehensibilis; sic enim scriptum est: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te. Nam ille revera formosus est, qui nihil in se habet reprehensione dignum. Nec una tantùm, sed omni parte formosus. Rectè Seneca, Epist. 33. Non est formosa, cujus crus laudetur aut brachium; sed illa, cujus universa facies admirationem singulis partibus abstulit. S. Ambro. lib. 1. de Virginibus: Hæc profectò vera pulchritudo est, cui nihil deest, quæ sola meretur audire à Domino: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te, &c. *quibus inditiis ostenditur perfecta & irreprehensibilis Virginalis animæ pulchritudo altaribus consecrata divinis.*

Item, super illa verba: Læva ejus sub capite meo, inquit: Hæc autem læva in capite fuit Virginis, *quia mirè ac summâ Dei gratiâ à peccato fuit præservata atque excepta, &c.* In libro imp. Romæ 1624. in folio.

Item, Joannis Monachi & Presbyteri Eubeensis *in Conceptionem sanctæ Dei Genitricis* Orationem unam in lucem edidit.

Item, *scripsit pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis* Tractatum unum. De hoc mentionem facit Franciscus Maria Pistoja fol. 158.

VINCENTIUS vel Wernerus Rolevinck, Ordinis Carthusiani, in libro dicto: Fasciculus temporum, adducit miraculum de Prædicatore concionante *contra Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem.* Vide supra lib. Fasciculus temporum.

VINCENTIUS Sabaster, Ordinis Minorum, Præside R. P. Fr. Jacobo Morales, Ordinis etiam Minorum, in Conclusionibus asserit, Quòd Virgo MARIA originalis culpæ vepribus non fuit devenustata, *imo in primo Conceptionis exordio fuit gratiæ splendoribus decorata, &c.* Impress. Valentiæ 1641. in charta expansa.

VINCENTIUS Sarcianus, Ordinis Minorum Italus, edidit Conciones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Neapoli impres. ad annum 1625. typis Joannis Dominici. Ex Marr. in Catal. Marian. & in Biblioth. fol. 441. Pistoia fol. 159.

VINCENTIUS Tancredo, Societatis Jesu Italus, in libro de Virtute Religionis, tractatu 1. lib. 3. folio 61. num. 26. de festis Beatæ Virginis MARIÆ, sic inquit: Omissis Annuntiationis ac Purificationis festis, de quibus supra, *prima Beatæ Virginis festivitas est Conceptio ipsius*, quæ sanè potuit piè ab Ecclesia sub præcepto institui, sicuti de fide est jure optimo aliquas instituisse festivitates in honorem Beatæ Virginis Matris. Verùm quamvis Extravag. Grave nimis, excommunicentur ij, qui dicunt non esse licitum Virginis Conceptionem celebrare, tamen non est latum præceptum ab Ecclesia de observatione hujus festi, sed in aliquibus partibus, ut hìc Panormi ex pietate & devotione, seu consuetudine observatur. Lib. imp. Monteregali 1651. in folio.

VINCENTIUS Varalis, in Chronologia Sanctorum

Sanctorum Lirmensium desumptum ex antiquis membranis Monasterii S. Poncij Nicensis agit de Revelatione facta Helsino Abbati *circa Conceptionem*, ut refert Richar. Smithæus in lib. Florum, fol. 252.

VINCENTIUS à Zapata Hispanus, scripsit Carmina Latina simul cum Fratre Sanctio Mathia, ubi *de Immaculata Virginis Conceptione*. Extant in lib. Zapatæ fol. 5.

VIRGILIUS Ceparius, Societatis Jesu, scripsit Italicè vitam venerabilis Joannis Berckmans, *in qua de* MARIÆ *immunitate, & voto facto à prædicto Patre de tuenda ejus Immaculata Conceptione*, adducit egregium testimonium, lib. 2. cap. 12. folio 113. Lib. impress. Valentiæ 1633. in 4.

VITALIS Theronus, Societatis Jesu Gallus, edidit erudita Carmina pro Anagrammate R.P. Joannis Eusebij Nierembergij de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, imp. in charta expansa anno 1656. sub hoc titulo: Speratæ pacis præsagium paribus adversùs religiosum *Beatissimæ Virginis sine macula conceptæ* cultum votis, &c.

Sanctissimus Pater & Dominus Alexander Papa VII qui erat antea Fabius Chisius.

ANAGRAMMA.

Quartus è Senis Papa Dei Matri charissimus, ipsi labem Adae non fuisse statuet: tunc pax.

Sic erit, & fœtâ quæ Virgo matris in alvo
Protinus à primo subeuntis origine vitæ,
Tota salutari speciosi Solis amictu
Splenduit, & nullâ patriæ suligine culpæ
Deformata, novam mundo dedit aurea lucem;
Perpetuam terris etiam dabit agnita pacem.
Ac simul ut culpæ genitalis pura coletur,
Discordes populos sociali fœdere junget:
Sic sperare jubent, quæ vocibus omina versis,
Fatidicæque tuo constant in nomine sortes,
Magne CHISI, quartum clarus Decus addite Senis,
Et mundi Dominæ caput idem & gloria Romæ,
Si quem principio meruit concepta decorem,
Asseris, & fœdo genitam sine crimine dicis.
Ergo, Quirinali frontem Tibi cinge tiara:
Et, dictante Deo, sella sublimis eburna,
Unde sacræ manant responsa fidelia legis,
Conceptam sine labe doce laudare MARIAM:
Insuper, & si quis PLACITO parere recuset,
Argutisque pias offendat litibus aures,
Exere districtum decreti vindicis ensem;
Dilectusque Dei Matri, qua condere leges
Majestate potes, sontesque ferire, labora,
Qualis Alexander ferro præscindere nodum,
Quem malè nexarum stringunt ænigmata vocum.
Hoc Italæ gentis pietas, hoc dives Iberus,
Germanisque potens armis, & Gallia Princeps
Supplicat, & Venetum Turcis exercita virtus,
Feralique recens attrita Polonia bello,
Et totus poscit lacrymis manantibus Orbis.

A. M. D. G.

Impress. 1656. in charta expansa.

VITALIS Adriasius de Ragusio, Ordinis Minorum, in Arbore & relatione Provinciæ Ragusinæ, affirmat quòd in illa Civitate Ragusiæ sit Capella *Conceptionis* quæ copiosam nobilemque Confraternitatem habet; & festum Conceptionis ita magnificè & devotè colit, ut principalior Civitatis Ragusinæ solemnitas reputetur. Item, agit de Altaribus *Conceptionis* Sancti Francisci Ragusij, S. Nicolai Sagni, S. Hieronymi Ilani, S. MARIÆ Sabioncelli S. MARIÆ Epidauri. Extat apud nos.

VITUS Pizza de Claramonte Siculus, Ordinis S. Francisci, in sermone 6. super illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, *Quòd Beata Virgo* MARIA *in utero matris suæ fuit præservata à macula peccati originalis*, latè à folio 135. usque 163. in libro super Psal. Miserere. Impress. Messanæ 1589. in 4. & 1599.

ULYSSES de Arivabena, Protonotarius Apostolicus Italus, in libro: Breve discorso sopra l'Ave MARIA, fol. 20. *de immunitate ejus à peccato originali* agit latè. Lib. impress. Mantuæ 1591. in 4.

UNIVERSITATES omnes totius Orbis, sive Academiæ Christianæ, quæ sunt vel fuerunt per totum terrarum Orbem, semper secutæ sunt piam sententiam de præservatione Virginis à peccato originali, vel saltem illam laudarunt. Quæ autem ex statuto, voto seu juramento adstrictæ sunt, numerantur sequentes:

Baëzana, sive Biazensis in Regno Hispaniarum, emisso juramento & voto Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem laudatissimè defendit. *Ego N. Spondeo, voveo ac juro sic me Deus adjuvet, & Immaculata Virgo* MARIA, *hæque Sancta Dei Evangelia, mea manu contacta, me fore puritati Conceptionis ita addictum, ut nullum actum Theologiæ publicum defendam, nec illi præsim, quin prior illius Conclusio naturalem Conceptionem Beatissimæ Virginis nunquam originali culpâ maculatam, sed omnino impollutam ac puram fuisse, manifestè & apertè asserat. Nec non donec vivere licebit, non solùm in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis, verùm in privatis, immo & in internis hanc Sacratissimam mundities Conceptionis creditarum ac professurum, curaturumque omni studio, ut pia ista, firma ac laudabilis Immaculatæ Conceptionis doctrina indies propagetur, & in animis fidelium altiores radices agat: si præstitero, Dei Filium ac ejus parentes propitios sentiam; sin, iratos.* Ita in nostro Reg. Armament. Seraph. à col. 359. usque 364. Velazquez fol. 358. Item, scripsit insignem Epistolam ad Sanctitatem Pauli V. Pont. Max. pro definitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, quam integram adducit D. Antonius Calderon Artium Magister, fol. 8. & fragmentum prædictæ Epistolæ extat in Reg. Armam. Seraph. col. 364. Ei subscripserunt Joannes Antonius Muniz, Petrus Magaña, Petrus Lechuga, Franciscus Hanez de Herrera, Rodericus Hanez de Avila, Ildephonsus de Vera. Et fuit impress. Baëzæ 1618. in 4.

Barchinonensis in Regno Aragoniæ, anno Domini 1618. *Votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, quod quidem votum non fuit novum, sed antiquum reiteratum.* Vide Armament. Seraph. in Regest. col. 384. Franciscum de Torres, fol. 392. Novaes fol. 354. Velazquez fol. 356. Christoph. de Vega in Theolog. Mariana Palest. 3. certam. 20.

Bononiensis in Italia, Conceptionem Immaculatam B. MARIÆ Virginis tuetur, *nunquamque peccato originali subjacuisse, sed ab eo divinitus præservatam: ipsaque die Conceptionis festo, Domini Rectores, Doctores, & Scholares cum instrumentis musicis, apparatuque singulari ad Conventum Sancti Francisci processionaliter incedunt, & in Capella sub invocatione Immaculatæ Conceptionis hoc mysterium devotissimâ commemoratione percelebrant.* Ita Antonius Cucharus Episcopus Acernensis in Elucidario p. 2. fol. 64. Armament.

mament. in Regest. fol. 470. Velazquez, fol. 360. Joan. Baccon in Quolibet. quæst. 14. fol. 767.

Cæsaraugustana votum & jusjurandum emisit de tuenda Immaculata V. Conceptione, his verbis: *Credimus ac profitemur sanctissimæ Virginis MARIÆ veram illam ac naturalem Conceptionem in ipso temporis instanti, quo illius anima corpori sacro à summo Conditore Deo infusa fuit, omni prorsus originali caruisse labe, quæ cæteris Adami filijs, dum concipiuntur certissimè inuritur: quippe semper Immaculata, semper sancta, semper Deo extitit Virgo gratissima*, &c. Reliqua vide in nostri Armament. Regest. col. 344. Francisc. de Torres tract. de Conceptione, fol. 393. Velazquez, folio 357.

Colonien sis in Belgio, de qua Trithemius hæc ait ad annum 1499. *Hoc anno Facultas Theologiæ almæ Vniversitatis Colonien sis statuit & decrevit constitutione firmissima, tenendum, sentiendum, credendum, docendum, prædicandum & constantissimè defendendum ab omnibus oppositis suis, Quòd Beata Dei Genitrix Virgo MARIA ab omni labe originalis peccati ex singulari prærogativa divinæ potentiæ semper fuerit præservata, exempta & privilegiata. Et qui contrarium fecerit, ab ipsa Vniversitate resecatus, honoribus & emolumentis Theologicæ facultatis omnino & omni tempore sit privatus. Et quòd nullus in ea Facultate promoveatur, nisi juraverit se hoc statutum semper observaturum.* Vide circa hoc Decretum nostrum Armament. Seraph. in Reg. col. 469. & Auctores ibi citatos, atque Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, differt. 8. adnot. 2. fol. 359. Hoc Decretum Universitatis Colonien sis fuit factum die ultima Novembris, anno 1499. ut habetur in quodam manusc. codice in Conventu PP. Recollectorum Colonien sium ad Olivas, ut nobis retulit Pater Jacobus Polius; sed Vega Palest. 3. cert. 20. votum refert ad annum 1494. ex Trithemio, ut constat ex illius Universitatis statutis ad an. 1596. Spondan. num. 8.

Complutensis in Regno Hispaniarum, juramentum & votum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis, sic emisit: *Doctrinam, quæ dissererit gloriosissimam Virginem MARIAM Dei Matrem præveniente & operante divini Numinis gratia singulari nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali culpa, Sanctamque & Immaculatam; tanquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, hactenus semper summa consensione defendit, & propugnavit &c.* Vide reliqua in Regest. nostri Armamentarij Seraphici à col. 336. usque 338. & col. 355. Joannem Antonium Velazquez fol. 357. Vega fol. 134. Hujus etiam habemus testimonium authenticum. Item, *pro eadem Immaculata Virginis Conceptione tuenda scripsit Epistolam eruditam satis ac devotam ad Paulum quintum Pont. Max.* quæ extat in Regest. Armament. Seraph. col. 338.

Compostellana Votum & juramentum de tuenda Virginis Immaculata Conceptione his verbis promisit: *Purissimam, Immaculatam, ac limpidissimam Conceptionem gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei dignissimæ, singulari Dei privilegio & gratiâ immunem ac liberam ab omni nota & macula originalis piaculi, sicut semper sensit, sic modo, & imposterum se tenere & sentire, ac publicè & privatim confiteri, defendere & docere, hodierna die perpetuo se sacramento adstringit, spondet, vovet ac jurat, contactis Evangeliorum voluminibus coram Deo, & Sancto Apostolo ejus Iacobo, ac venerabili Sanctæ Ecclesiæ Clero & populo Compostellano.* Reliqua vide in Regste. nostri Armament. Seraph. col. 342. Velazquez, fol. 358. Vergar, cap. 3. fol. 13.

Conimbricensis in regno Lusitaniæ, sic spopondit se Virginis puritatem semper defensuram: *Tuo sub numine, spectante Deo omnipotente, tibique Parens sanctissima, ex mei animi sententia promitto, juroque, privatim & publicè me inviolabili fide usque propugnaturum te Beatissimam Virginem sanctam, Immaculatam, præ cæteris fortunatam mulieribus, ob IESV CHRISTI Filij tui merita ante ævum cognita, liberatam peculiari divinæ gratiæ privilegio, ab exitiali parentis primævi noxa, præmunitam adeo fuisse, ut ne illum quidem instans funestum & inauspicatum ferali te macula inquinaverit. Quinimo puram, sanctam, Immaculatam, affluentem ubertim gratiâ triumphasse. Vtque longius, ac firmius recens hoc nostri animi votum venturos excipiat, legem perpetuò creamus (inspecto Serenissimi Regis decreto) neminem scilicet deinceps ad qualescumque hujusce Academiæ dignitatum gradus promovendum fore, quin priùs interposita juramenti sanctione integram fidem fecerit, se eandem sententiam tum privatim, tum publicè defensurum. Ad tuum igitur sacrum delubrum famulari animo substratus hujus sponsionis cultum medullitus impendo: sic me Deus adjuvet & hæc ejus sancta Evangelia.* Ita Sebastianus Novaes in suo Lilio inter spinas, fol. 359. Armam. in Append. Reg. colum. 677. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, differt. 8. adnot. 1. fol. 356. & alij.

Dolana in Burgundiæ Comitatu, voto sancivit, *ne quis apud se laureâ Doctorali ornaretur, qui eam de Conceptione sententiam propugnaturum se, juratus non promittat.* Ita Philippus Allegambe verb. Joannes Lorinus, Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, differt. 9. adnot. 3. fol. 371.

Duacena, hoc modo: Die secunda mensis Julij an. 1662. (in quam incidebat festum Visitationis B. Virginis) ex mandato Universitatis Duacensis (quæ centesimum ab erectione suâ annum, cum plurimis lætitiæ significationibus & solēnibus ceremoniis celebrabat) instituta est processio publica totius Cleri & populi. Cumq; perventum esset ad Offertorium Missæ solemnis, Rector Magnificus, nomine totius Universitatis elatâ voce, ad pedem Altaris proclamavit, se in Patronam Universitatis eligere *Divam Virginem sub titulo Immaculatæ Conceptionis, cum protestatione, quòd omnes Facultates & subditi ejusdem Vniversitatis semper tuebuntur pro aris & focis piam de Immaculata Conceptione sententiam: & ad memoriam rei sempiternam, ejusdem Virginis Immaculatè Conceptæ* Imaginem in Scholis publicis apponi curavit præfata Universitas.

Collegium Regentium Duacensis Facultatis, in libro cujus titulus est: Veritas & æquitas censuræ Pontificiæ Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. propugnata constanter ac illustrata à Facultate Theologica Duacena, &c. ponit propositiones Michaëlis Baij, fol. 47. art. 70. qua sic se habent: Nemo præter Christum est absque peccato originali; Vir. mortua est propter peccatum ex Adamo contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum Justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis; Censura tali notavit: Quasi verò Beata Virgo stans juxta crucem nil plus sit passa, quàm malè merita: nec ante mortem satisfecerit pro peccato originali; nec extinctus in ea fuerit fomes. Appellandæ huc gravissimæ Pau-

li V. & Gregorii XV. in contrarium Constitutiones *pro Immaculata Conceptione*, & Concil. Trident. sect. 5. & sess. 6. cap. 23. ubi B. Virginem ex speciali Dei privilegio vitasse omnia venialia, &c. Et ad marginem inquit: Hæc propositio cum superiore pro omnibus partibus est hæretica, & B. MARIÆ Virgini ac Sanctis injuriosa, secundùm censuram Parisien. 16. anni 1560. 27. Julii. Quis Catholicus credat Deiparam cum aliquo ream peccati originalis ad mortem inclusivè fuisse? Lib. impress. Duaci 1649. in folio.

Eborensis in regno Lusitaniæ, voto atque juramento se obstrinxit Immaculatæ Virginis Conceptioni, sic: *Nunc coram te.... Academiæ nomine promitto, juroque omnipotenti Deo, tibique Deiparæ sanctissimæ, publicè, privatimque semper defensurum te numquam originalem labem contraxisse, idque ad tuas Aras provolutus supplex spondeo, juro ac voveo: sic me Deus adjuvet & hæc sancta ejus Evangelia.* Quæ desunt in hoc juramento, vide in Sebastiano de Novaes in suo Lilio inter spinas, fol. 357. De hoc etiam Armament. in Append. Regest. col. 676. Vincentius Justinianus, Ægidius, Vega fol. 134.

Erphordiana vel Erphordiensis in Thuringia, *Virginem Dei Genitricem MARIAM ex speciali munere Spiritus Sancti ab omni sorde peccati originalis præservatam fuisse, constantissimè defendit.* Ita Trithemius lib. 1. de Miraculis B. Virginis in Urticeto c. 2. fol. 1136. Armament. col. 678.

Gandiensis in Regno Aragoniæ, publico se astrinxit voto, *pro defensione Virg. MARIÆ ac ipsius Immaculatæ Conceptionis*, teste Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 1. fol. 256.

Granatensis, juramentum seu jusjurandum pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione, sic emisit: *Nos N.N.N.N. juramus Deum, & Crucem per nos corporaliter tactam, & hæc Sancta Dei Evangelia, quod Immaculatam Virginis MARIÆ Dominæ nostræ Conceptionem ab omni labe peccati originalis immunem semper & ubiq; pro viribus & rationibus defendemus; & pro hac veritate & opinione, quam sentimus & habemus pro certiori, veriori, securiori, magis pia & meritoria, vitam ipsam effundere, si (opotuerit) & mortem subire non dubitamus; quod insuper nos facturos, & observaturos, solemniter vovemus & promittimus*, &c. Reliqua vide in Armament. Seraph. in Regest. col. 347. & in Joan. Anton. Velazquez, folio 358.

Item, scripsit Epistolam ad Philippum III. Hisp. Regem, quæ incipit: Si las fuerzas desta Universidad, anno 1617. Extat impress. in 4. subscripta à sex Doctoribus.

Hispalensis, sic votum vovit & juramento se astrinxit ab immemorabili tempore, defendendi præservationem Virginis MARIÆ, ac ejus Immaculatam Conceptionem: *Similiter juro & promitto me perpetuò dicturum & defensurum, sacratissimam Genitricem Dei MARIAM nunquam originale peccatum habuisse, sed ab instanti suæ Conceptionis fuisse ab illo immunem, ac proinde semper Immaculatam ac purissimam stetisse.* Vide Regest. Armament. Seraph. col. 323. Velazquez fol. 358. Vega fol. 134.

Illerdensis in Regno Aragoniæ, devovit & juramento seu voto sancivit, *Beatam Virginem MARIAM Dei Genitricem absq; originali peccato fuisse conceptam.* Vide Vincentium Justinianum §. 7. consid. 6. Armament. in Regest. col. 677. Velazquez fol. 356.

Iracensis in Regno Navarræ, etiam à pluribus annis defendit mysterium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut constat ex Thesibus & aliis instrumentis.

Limensis in Imperio Peruano, sic votum emisit pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Promitto ac sanè juro per hæc ipsa sancta quatuor Evangelia, me juxta pium ac laudabile hujus Universitatis placitum, quod firmum, perpetuumq; fore cupio ac volo, semper & ubiq; professurum, doctrurum, defensurum, neq; unquam aliter verbo, scripto, aut quacumq; alia ratione acturum, veram illam ac naturalem sanctissimæ Virginis Conceptionem in primo ipso vitæ initio, omni prorsus originali labe caruisse, quippe quam nullo unquam temporis momento primi parentis primum peccatum attigit*, &c. Vide Armament. in Regest. col. 391. Didacum Gutierrez in libro de hac re edito, folio 4. Velazquez folio 356. & supra verb. Limensis Civitas.

Liptziensis, *purissimam sacrosanctæ Virginis MARIÆ Conceptionem publicè veneratur, credit & profitetur.* Trithem. lib. 1. de Miraculis patratis à Beata Virgine in Urticeto cap. 2. fol. 1136. Armam. col. 678.

Lovaniensis in Belgio, *Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem totis defendit viribus, totisq; amplectitur visceribus*, ut testatur Laurentius à Ponte in cap. 1. Sapientiæ, num. 4. digress. 2. fol. 47. Armam. in Regest. folio 470. Velazquez libro 4. dissert. 8. adnot. 1. folio 365.

Mexicana in Imperio novæ Hispaniæ, votum vovit, & firmissimo juramento sancivit *se præservationem Virginis MARIÆ à peccato originali defensuram, ac propugnaturam.* De hac mentionem facit Joann. Ant. Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 8. adnot. 1. fol. 356. Non solùm fecit juramentum, sed quotannis sui juramenti celebrat diem, ut videre est apud Joannem de Torres & Castro in ser. impress. anno 1655.

Moguntina in Germania, professa est ad ann. 1501. *Quod Beata Dei Genitrix Virgo MARIA ab omni labe originalis peccati ex singulari prærogativa divinæ potentiæ semper fuerit præservata, exempta & privilegiata*, &c. sicut Universitas Colonien sis. Vide ibi ex Trithemio ad ann. 1499. & quæ diximus in nostro Armament. Seraph. col. 469. & Christoph. de Vega in Theol. MARIANA cert. 2. Palest. 3. fol. 138. Surium, Waddingum in Legatione, Spondan. num. 8. & Funiculos Nodi Indissolubilis ac Radios Solis Veritatis.

Neapolitana in Italia, votum emisit *circa defensionem mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. de cunctis orbis Christiani Academiis piam de MARIÆ immunitate opinionem tenentibus, adnot. 1. fol. 356.

Olutrensis in Regnis Hispaniarum, profitetur, *defendit atq; tenet Immaculatam ac sanctissimam Virginis MARIÆ Conceptionem*, ut dicit P. Ant. Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 1. folio 356.

Onnatensis in Regnis Hispaniarum, sive de Oñate, *juravit ac votum emisit Deo & sanctissimæ Matri, ac omnibus Sanctis, tenendi ac defendendi, quod Virgo Domina nostra fuit concepta absq; peccato originali, ac præservata meritis Passionis Christi nostri Redemptoris Filij sui*, &c. Vide reliqua in nostro Armamentar. col. 387. & Velazquez folio 356.

Oscensis in Regno Aragoniæ, votum emisit de tuenda *Immaculata Virginis Conceptione, ipsiusq; à peccato originali immunitate.* Joan. Ant. Velazquez lib. 4. de

de MARIA Imm. concepta dissert. 8. adnot. 1. fol. 356.

Ossunensis, vel Ossunæ Universitas, sic juramentum emisit pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Ego N. juro Deum, sanctaq; ejus Evangelia, ex nunc me obedientem futurum Sanctissimo Domino nostro Papæ, & Domino Rectori in omnibus licitis & honestis; sanctionesq; & statuta per Illustrissimum Dominum meum Joannem Tellez Giron Comitem de Vreña hujus insignis Collegij & almæ Universitatis Fundatorem atq; Patronum, servaturum; nec dicto, aut nutu, aut facto contra Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem iturum, quoad mihi vita comes fuerit. Sic juro: ita me Deus adjuvet. Amen. Et præsentes rogo & peto, adsint mihi testes.* Vide Armament. Seraph. in Regest. col. 320. Joan. Antonium Velazquez folio 358.

Ovetensis in Hispania, votum ac jusiurandum emisit, *semper tuendi purissimam Conceptionem Virginis Dominæ nostræ, & quòd fuit concepta sine macula peccati originalis, &c.* Vide Armament. nostrum in Regest. col. 456. Velazquez fol. 356. Vergar. cap. 3. fol. 13.

Oxomensis in Regnis Hispaniæ Universitas, votum seu jusiurandum præstitit tuendi *purissimum ac Immaculatum mysterium Conceptionis Dei Genitricis Virginis MARIÆ*, ut attestatur Joannes Antonius Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 8. de Academiis tuentibus immunitatem Virginis MARIÆ, adnot. 4. folio 356.

Oxomensis in Regno Angliæ, à temporibus Scoti Doctoris Subtilis, *Virginem MARIAM ab omni originali crimine mundissimam prædicat & fatetur.* Ita Antonius Cucharus Episcopus Acernensis, part. 3. Elucidarij, fol. 64. Daza de Conceptione, fol. 38. Armament. in Regest. col 469. Velazquez, fol. 767. Joannes Bacconius in Quodlibet. quæst. 14. fol. 767.

Panormitana in Regno Siciliæ, *Conceptionem Virginis MARIÆ ac ejus præservationem à peccato originali fatetur, docet ac profitetur.* Ita Joannes à S. M. Gallus in libro pro Immaculata Virginis Conceptione contra Petrum de Vincentia.

Parisiensis in Gallia, omnesque ejus Doctores uno ore, unaque sententia, an. 1497. alijs 1330. alijs 1383. (fortè fuerunt diversa vota, vel unum diversis temporibus ratificatum) statuerunt & determinarunt: *Quòd nemo deinceps præfatæ Universitati adscribatur, nisi se hujus determinationis, quòd videlicet Beatissima Dei Genitrix & Virgo MARIA semper ab originali macula fuerit immunis & præservata, assertorem, strenuumque propugnatorem pro viribus futurum, confirmet juramento, &c.* Vide Armament. in Reg. col. 467. & omnes Auctores ibi citatos. Velazquez, fo. 560. latè. Factum fuit hoc Universitatis Parisiensis decretum anno 1496. die tertia Martij, ut est in quodam codice MS. Coloniæ ad Olivas. Vide Ægidium Delphum, fol. 767. Henric. Spon. num. 8. latè. Videndus etiam Jacobus Gordonius, to. 2. suæ Chronologiæ. Joan. à Lapide in prænonitione ad Sermonem de Conceptione. Misfret. Bernard. de Bust. serm. 8. de Conceptione, part. 2. & Joannes Baccon. in Quodlibet. quæst. 14. fol. 167. & in 4. dist. 2. quæst. 4. ann. 3. Novaes, fol. 352. Item, eadem Academia præcepit, ut quidam Religiosus, dictus Joannes Veri, qui in Oppido Deppæ Rothomagen. Diœcesis *prædicaverat Virginem MARIAM fuisse conceptam in peccato originali, palinodiam decantaret.* Vide hujus rei eventum in nostro Armament. Angelico, verb. Joannes Verus. Vide etiam de hac re latè Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 2. fol. 360. Armament. Seraph. col. 476. Vega fol. 133. ac Nodum Indissolubilem.

In libro Statutorum Universitatis Parisien. manusc. antiquis characteribus apud Canonicos Regulares S. Augustini in Monasterio S. Genovefæ Parisien. mense Decembris 6. Idus, sic dicitur: *Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis*; non legitur in aliqua Facultate.

Universitas Parisiensis post controversiam habitam cum Religione Prædicatorum tempore Joannis de Montesono, dedit rescriptum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, 1398. die 19. mensis Septembris; & incipit: Universis Orthodoxæ fidei zelatoribus Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis & Facultas Theologiæ in alma Universitate Parisiensi, matre nostra. Cum integro divini cultus honore. Et in libro ejusdem Universitatis, fol. 70. ubi etiam adducit Statutum Sacræ Theologicæ Facultatis studij Parisiensis *super materia Conceptionis Immaculatæ, gloriosissimæque Virginis MARIÆ Matris Domini nostri, & redemptoris IESV CHRISTI*, incipit: Cùm multos majores nostri fortissimi, &c. Extat in archivo, folio 148. à tergo. Expeditum, anno Domini 1496. Et in eo dicitur: Statuentes ut nemo deinceps sacro huic nostro Collegio adscribatur, nisi hujus religiosæ doctrinæ assertorem, strenuumque propugnatorem semper pro viribus futurum, simili juramento profiteatur. Quòd si quis ex nostris (quod absit) ad hostes Virginis transfuga contrariæ assertionis, quam falsam, impiam, erroneam iudicamus, spretâ non nostrâ tantùm, sed & Synodi & Ecclesiæ, &c.

Item, prædicta Universitas præcepit ut F. Joannes Montesonus retractaret sententiam, quam prædicarat *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*, ad annum 1403. tempore Innocentij VII. ac scripsit integrum Tractatum contra ipsius propositiones, quem habemus manusc. Vide Nodum Indissolubilem, & Armament. Seraph. in Appendice Regest. col. 676. Robert. Gaguinum in Hist. Francorum, Salazar, fol. 436. Vega Palest. 3. cert. 20.

Item, eadem Academia ad annum 1330. statutum sancivit ac promulgavit, *ne in Universitate contra immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali imposterum aliquid in Cathedris edoceatur, aut in conclusionibus propugnaretur.* Ita Joannes Baccon. in 4. dist. 2. quæst. 4. art. 3. Christoph. de Vega, Palest. 3. cert. 20. fol. 133.

Pinciana in Regno Castellæ, Virginis MARIÆ immunitatem à peccato originali, *Conceptionemque ejus non solùm fuisse Immaculatam & in gratiâ, sed etiam in gloriâ, piè sustinuit, pro viribus propugnavit*, & apud fidei Inquisitores instituit, ut publicè id divulgaretur: quod factum fuit particulari decreto, & exceptum summo omnium applausu ac lætitia. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 3. fol. 292.

Saguntina in Regnis Hispaniæ, votum singulare ac omni pietate plenum emisit *de tuenda Immaculatæ Virginis Conceptione.* Quod quidem quia nimis latum, hîc non recensemus. Vide ipsum in nostro Armament. Seraph. à col. 456. usque 459. de quo etiam Velazquez fol. 356.

Salmanticensis in Hispania, quæ prima est & omnium scientiarum Princeps, sic votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Votum facimus, & sanctè promittimus ac juramus, te, quam semper beatam, semperque benedictam & Imma-*

culatam uno omnes ore prædicamus, Sanctam quoque à primo tuæ Conceptionis instanti ac per IESV Christi tui, Deique Filij unigeniti merita, ab æternitate præviſa, divinâ ſic gratiâ præſervante ab originali peccato immunem fuiſſe, conſtanter tum privatim, tum publicè aſſerturos, defenſuros, prædicaturos, & nullo unquam tempore vel latum unguem ab ea ſententia receſſuros, &c. Vide reliqua in noſtro Regeſto Armamentar. Seraph. à col. 373. uſque 379. & Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta diſſert. 8. adnot. 1. fol. 396. Vega paleſtr. 3. cert. 20. fol. 134. Hujus Academiæ votum extat impreſſ. Salmanticæ, anno 1618. in 4. apud Antonium Ramirez. Habemus illius voti etiam teſtimonium authenticum.

Toletana in Regno Hiſpaniæ, *votum emiſit defendendi puram & præſervatam à culpa originali Sanctiſſimam, atque Immaculatam Conceptionem Dominæ noſtræ Sanctæ MARIÆ Matris Domini noſtri IESV Chriſti.* Vide Armament. noſtrum Seraph. in Regeſt. col. 357. Velazquez fol. 356.

Archiepiſcopus Toletanus D. D. Bathaſar de Moſcoſo S. R. E. C. conceſſit quinquaginta dies indulgentiarum facientibus hoc juramentum ſeu votum ſecundùm formam orationis, quam in Miſſa & officio hujus myſterij inſtituit Eccleſia, quæ his *characteribus* redditur, iuntque ipſa Eccleſiæ verba. *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti; quæſumus, ut ſicut ex morte ejuſdem Filij tui præviſa eam ab omni labe præſervaſti, & ſicut toto eam corde profitemur defendemuſque ſemper præſervatam; ita nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas,* & tui Sanctiſſimi Corporis communione & in hora mortis noſtræ. Amen. Hanc Conceptionis Immaculatæ defenſionem quatenus mihi per Eccleſiam &c. promitto & juro: ita me Deus ad ſe pervenire concedat, &c. Impreſſ. in charta expanſa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Toloſana in Gallia, *aſſertioni piiſſimæ de Immaculata Virginis Conceptione à diebus antiquis firmiter adhæſit.* Ita Antonius Cucharus Epiſcopus Acernenſ. p. 2. Elucidarij fol. 64. Armament. in Regeſt. col. 470. Velazquez fol. 360. Vide Vincentiam victum, ubi dicitur, quomodò damnarit librum Petri de Vincentia contra Conceptionem Virgineam, &c.

Tarraconenſis in Regno Aragoniæ, votum ſeu juramentum emiſit *de tuendo myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dei Genitricis.* Sic Joannes Antonius Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 8. adnot. 1. fol. 356.

Thubigenſis in Ducatu Wittenbergenſi, *præſervationem Virginis MARIÆ à peccato originali, & à communi hominum labe tuetur & defendit.* Ita Trithemius in Chronicon Spanheimenſi ad annum 1494. Armamentarium in Regeſt. col. 677.

Valentina, ſeu Univerſitas præcipua in Regno Valentiæ, ſic juravit & vovit defendere ac tueri Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ: *Ego N. juro, quòd quatenus per Sanctam Sedem Apoſtolicam licebit, tenebo, tuebor, defendam, prædicabo, atque docebo Beatiſſimam Virginem Dei Genitricem MARIAM, præveniente Spiritus Sancti gratiâ, abſque ulla peccati originalis labe fuiſſe conceptam: ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.* Vide Appendicem Regeſt. Armament. Seraph. col. 664. Auctoresque ibi citatos, quibus adde Joannem Antonium Velazquez fol. 359. & Novaes fol. 353. Suarium tom. 2. in 3. p. diſp. 3. ſect. 5. Vega Paleſt. 3. certam. 20. folio. 133. Vazquez tom. 2. in 3. p. diſp. 117. cap. 6.

Valliſoletana in Hiſpaniarum Regnis, edidit juramentum de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, ſic: *Omnes ſimul, & per ſe quiſque publicè ac ſolemniter, juramus Deum & Crucem ac Sacroſancta Dei Evangelia, per nos corporaliter tacta, doctrinam diſſerentem gloriosam Virginem Dei Genitricem MARIAM præveniente & operante divini muneris gratiâ ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato; ſed immunem ſemper fuiſſe ab originali culpa, ſanctamque, & Immaculatam, tanquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, rectæ rationi, ab omnibus & ſingulis præfatis fore tuendam amplectendam ac tenendam, ſive prædicando, ſive docendo, ſive in concertationibus tam publicis, quàm privatis,* &c. Vide Armament. Seraph. in Regeſt. col. 372. & Velazquez fol. 357. De modo quo fecit ſtatutum, convocatis Doctoribus die 21. Decembris anni 1618. habemus manuſc. aliqua inſtrumenta apud Michaëlem de Bezerra, & Antonium Arias.

Viennenſis in Imperio, ad annum 1501. die 13. menſis Octobris, *pro fidei veritate ac defenſione puriſſimæ Conceptionis beatiſſimæ MARIÆ ſemper Virginis, determinavit eam ab omni originali macula ſemper præſervatam, exemptam & immunem, contrariamq; aſſertionem impiam & erroneam judicavit. Nihilominus decrevit neminem in Theologia promovendum deinceps, niſi juret, quòd nunquam velit favere opinioni contrariæ in aliquo.* Ita Trithemius, & Surius in Appendice ad Nauclerum. Velazquez, Armament. & alii. Item, hoc votum ſeu ſtatutum de Immaculata B. Virginis Conceptione renovatum fuit ab Univerſitate ex mandato ſacræ Cæſareæ Majeſtatis in pleno conſiſtoriali, & è quatuor facultatibus delegatorum cõgregatione, unanimi omnium conſenſu concluſum die 2. Maii anno Domini 1649. à ſacra Cæſarea Majeſtate, Polonij confirmatum 17. Maii. Forma autem juramenti hæc eſt: *Ego N. ſpondeo, voveo ac juro me juxta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. Conſtitutiones publicè ac privatim velle piè tenere & aſſerere Beatiſſimam Virginem Dei Genitricem MARIAM abſq; originalis peccati macula conceptam eſſe, donec aliter à Sede Apoſtolica diffinitum fuerit: ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* De hoc juramento extat latiſſimum exemplar imp. Vien. apud Math. Ricii 1649. in 4. De hoc etiam agit Velazq. lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, à fol. 359. Thomas Gagliardus à Geraze tomo 2. Adamantis MARIÆ. Marrac. Chriſtoph. de Vega in Theolog. Mariana, folio 138. à num. 442. uſque 458. Item, elaboravit Opuſculum, cujus inſcriptio eſt: *MARIA Virgo Immaculatè concepta*, publico voto Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris in Auſtriæ patronam electa, ab antiquiſſima ac celeberrima Univerſitate Viennenſi dicto ad Aras publico ſacramento futuris temporibus defendenda, &c. Lib. impreſſ. Auſtriæ 1649. in 4.

Ulyſſiponenſis Regia in Luſitania, votum emiſit ad annum 1646. *de tuenda Immaculata Virginis Conceptione*, juxta votum Univerſitatis Conimbricenſis. Vide Sebaſtianum de Novaes in libro: Lilium inter ſpinas, fol. 371. vel 361.

Urſaonenſis, *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ myſterium pro viribus defendit*, ut refert Joann. Mal-

Malderus Episcopus Antuerpiensis in 1. 2. Divi Thomæ quæst. 81. Wadding. in leg. de Concept. sect. 3. tract. 13. §. 1. num. 4. Novaes folio 394.

VOTA seu Juramenta, ultra ea, quæ sparsim in hoc Opere attulimus, diversæ Communitates emiserunt.

Agreda Diœcesis Tarazonens. die 16. Dec. 1655.

Alcantaræ Ordo Militaris, die 2. Februarii 1653. Extat impress. Matriti apud Dominicum Garcia Morras cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Alcaniz civitas Aragoniæ, votum emisit, de quo solùm habeo relationem.

Almagri Villa cum D. Joanne Rejone de Silva, & Sotomaiore, anno 1653. Impress. in folio.

Angelorum Congregatio, communiter dicta Æthiopum in Ecclesia S. Rochi Hispalen. die 26. Julii 1653. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Extat etiam de hoc voto alia charta expansa cum eadem imagine.

Animarum Purgatorii Congregatio Hispalensis, die 25. Maii anno 1653. in charta expansa cum imagine S. Michaëlis alludente ad hoc mysterium.

Annuntiationis Congregatio in Domo professa Societatis Jesu Toletan. die 16. Februarii 1653.

Antonii de Padua Congregatio Matritensis, die 22. Junii 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Ascensionis Dominicæ Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu civitatis Valentiæ 1653. Ex Leone.

Athanasii Congregatio in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis, die 1. Junii 1653. Impress. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Barchinonensis civitatis votum antiquum, ut constat ex tabula, incipit: In nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis. Impress. in charta magna Cæsaraugustæ 1619. Item, & Universitatis, ut continetur in quodam rescripto, sub hoc titulo: Relacion sumaria de como la Universidad de Barzelona renovò el decreto del juramento antiguamente en ella establecido acerca de la *Immaculada Conception de la Virgen Madre de Dios y Señora nuestra*, y de las fiestas que con esta ocasion se hizieron en toda la ciudad por el mes de Noviembre de 1618. &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Imp. anno 1619. in folio.

Bernardi Congregatio Hispalensis seu Hospitalitaris Domus pro infirmis decrepitis, die 9. Martii 1653. Impress. in folio cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Cæsaraugustana civitas. Impress. in fol. an. 1619. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Calatravæ Ordo Militaris, die 23. Decembris 1652. Impress. in folio cum aliis chartis ad ipsum votum spectantibus.

Centa vel Cepta cum sua Ecclesia, die 2. Februarii 1653. Impress. in folio.

Charitatis Confraternitas sita in Hospitali Sancti Georgii Hispalen. die 9. Februarii 1653. Ex Leone.

Chirurgi Matritensis Curiæ. Impress. die 13. Maii anno 1653. in Conventu S. Philippi.

Christi Crucifixi Congregatio sita in Capella dicta Fidei, Parochialis Ecclesiæ S. Sebastiani. Impress. die 9. Februarii 1653.

Christi Domini Crucifixi Congregatio sita in Ecclesia Parochiali S. Genesii. Impress. die 3. Maii an. 1653. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Christi Domini Congregatio sita in Ecclesia Parochiali Mozarabæ SS. Justæ & Ruffinæ civitatis Toletanæ, die 16. Martii 1653. Ex transsumpto manuscripto.

Christi Salvatoris Congregatio sita in Hospitali dicto de Anton Martin Religionis B. Joannis Dei Matritens. die 9. Februarii 1653. Impress. in folio.

Complutensis Nobilitas in Ecclesia SS. Justi & Pastoris, die 16. Februarij. impress. 1653. in fol.

Conceptionis Congregatio sita in Collegio Patrum Societatis Jesu, die 31. Decembris, an. 1652. Impress. in fol. Item, nobilis & numerosa Congregatio Scholasticorum Academiæ in eodem Collegio Societatis Jesu sitæ.

Conceptionis Congregatio sita in Ecclesia S. Salvatoris Matritensis, die 17. Aprilis 1653. Impress. in fol.

Conceptionis Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu Hispalensis, die 24. Februarij 1653. Ex Leone.

Custodiæ tres ex latere Regis Hispaniarum, in Cõventu Beatæ Mariæ de Mercede, die 18. Septembris 1653. Impress. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Doctrinæ Christianæ Congregatio, seu de Sanctissimo Sacramento, sita in Domo professa Societatis Jesu Hispalen. die 23. Februarij 1653. Ex Leone.

Dominæ nostræ de la Antigua Congregatio Matriten. die 25. Martij 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Dominæ nostræ de Exilio Congregatio, die 20. Januarij 1653. Extat impress. Matriti in fol.

Dominæ nostræ de la Novena Congregatio, in Ecclesia Parochiali S. Sebastiani Matriten. die 7. Martij 1654. Impress. in fol.

Dominæ nostræ Spei in Parochiali Ecclesia Sancti Jacobi Matritensis, die 21. Decembris 1653. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Familiares Sancti officij Inquisitionis, seu Congregatio S. Petri Martyris, die 30. Maij 1653. in fol.

Genuensis Civitas, anno 1625. cum particularibus circumstantijs.

Hermenegildi Confraternitas in Ecclesia ejusdem Sancti, die 29. Februarij 1653. Ex Leone.

Hoscæ Civitas in Regno Aragoniæ, propter quandam pestem votum emisit, anno 1450. de jejunando in Vigilia, quod postea renovavit anno 1620. De quo habemus authenticum testimonium apud Joannem Vincentium Malum Notarium. Vide etiam Armament. nostrum.

Jacobi Ordo militaris, die 30. Decembris, anno 1652. Impress. separatim, & apud Vegam cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Lauretana Congregatio Matritensis. Impress. in fol. absque anno & die.

Lucrunensis Civitas. Vide supra, lit. L.

Mancipiorum Confraternitas Sanctissimi Sacramenti Matriten. die 25. Februarij, anno 1653. in fol.

Marchena Villa cum D. D. Roderico Ponce de Leon, & filijs ejus Emmanuele Ponce & Josepho, ad annum 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Mariæ Magdalenæ Confraternitas, sita in Curia regali Matritensi, anno 1619. die 10. Februarij. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis ex una parte, & ex altera Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ.

Mariæ Miraculorum Congregatio, in Monasterio Carmelitarum sita, anno 1653. die 11. Februarij. Extat etiam aliud rescriptum de eodem juramento.

Martinus Carrillo de Alderete, Archiepiscopus Granatensis, recepit votum factum à Congregatione Spiritus Sancti sita in Collegio Sancti Pauli Granaten. pro Immaculata Virginis Conceptione. Ex Leone.

Matritensis Villa, seu Curia Regia Hispaniarum, anno 1621. & postea anno 1653. die 16. Februarij ipsum renovavit.

Mesta & Cabaña regale Consilium, fecit votum de tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*, ut extat impressum, sub titulo: Voto, juramento del honrado concejo de la Mesta Cabaña Real en reverencia y defensa de la pura y limpia Concepcion de la Virgen Maria Madre de Dios Señora nuestra. Hiçole en la villa de Alcovendas Domingo 15. de Marzo 1554. siendo su presidente el Señor Don Lorenzo Ramirez de Prado, &c. Impr. Matriti, eodem anno in 4. cum imagine pulchra Immaculatæ Conceptionis in charta expansa, & habet Carmina multa Hispanica pro ipsa Immaculata Conceptione.

Misericordiæ Domus Hispalensis, die 26. Januarij 1653. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Nativitatis Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu, die 9. Februarij 1653.

Petri Sanctissimi ac Apostolorum Principis Congregatio sita in Parochiali Ecclesia Curiæ Matrit. die 9. Februarij 1653.

Pueri sanctissimi amissi Congregatio Succursus & Refugij in Domo professa Societatis Jesu, die Dominica infra octavam Regum anno 1653. Impr. in folio cum imagine Immaculatæ Conceptionis; & extat etiam alia charta impressa de eodem voto.

Sacramenti sanctissimi Congregatio in Ecclesia Sancti Salvatoris Hispalensis, die 1. Junij 1653. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis.

Sacramenti sanctissimi Congregatio sita in Ecclesia S. Ludovici, die 18. Maij 1653. Impress. cum imagine Concept.

Salvatoris Congregatio Matritensis, die 25. Maij 1653. Impress. in folio.

Sanctissimi Sacramenti Congregatio Hispalensis, die 25. Maij anno 1653. in Parochiali Ecclesia S. Michaëlis.

Sanctissimi Sacramenti Congregatio Metropolitanæ Ecclesiæ Hispalensis, die 27. Aprilis 1653. in folio cum imagine Conceptionis. Extat etiam alia charta expansa de eodem juramento cum eadem imagine Conceptionis.

Schola Grammaticæ D. Bernardi Escudero, die 23. Martij 1653. Impress. in folio.

Scholasticorum Congregatio sub titulo Annuntiationis Virginis Mariæ in Collegio Societatis Jesu Matritensi, die 26. Januarij 1653. Impress. in folio.

Spiritus Sancti Congregatio civitatis Granatensis, sita in Ecclesia S. Pauli Societatis Jesu, die 24. Februarii 1653. Ex Leone.

Spiritus Sancti Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu Valentiæ, anno 1653. Ex Leone.

Tiraviensis Academia in Germania, anno 1657. die 17. Junij cum Rectore Academiæ & Facultatis, sacrum ritu solemni celebrante Archiepiscopo Georgio Lippai Strigoniensi, ac Regni Primate, *Immaculatæ Conceptionis mysterium* defendendi, se solemni ac publico voto obstrinxit. Sic Joannes Nadasi in suis Annalibus Marianis, num. 1383. folio 616.

Toletana Sancta Ecclesia, votum seu juramentum emisit pro hoc mysterio, cujus nos transumptum manuscr. habemus; & incipit: Omnipotens Dei Patris, &c.

Trinitatis sanctissimæ Congregatio, dicta de Ave Maria, in Conventu Matriten. anno 1621. die 19. Decembris. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Idem votum renovavit anno 1652. die 21. mensis Decembris.

Trinitatis sanctissimæ Congregatio civitatis Valentiæ, in Domo professa Societatis Jesu, an. 1653. Ex Leone.

Zueræ-Villa in Aragoniæ Regno. Impress. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis 1619. & etiam Cæsaraugustæ an. 1621. in folio cum imagine Immacul. Conceptionis.

URBANUS de Mellico, Canonicus Ecclesiæ S. Stephani Viennæ, fuit *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis assertor*; ut refert Joannes Ludovicus Schonleben, in lib. Orbis universi votorum, Auctore 25. fol. 43.

URBANUS de Oyst, Præside R. P. Paulo de Becourt Belga Provinciæ S. Andreæ, in Thesibus de Unione hypostatica, ad D. D. Josephum Bergaigne Archiepiscopum & Ducem Cameracensem, &c. fo. 9. ait: *Beata Virgo MARIA concepta fuit sine peccato originali.* S. Augustinus veritatem *Immaculatæ Conceptionis* penetravit, consultò tamen ab ejus expressa assertione abstinuit propter hæreticos Pelagianos, qui peccatum originale in omnibus prorsus evacuabant, &c. Impress. Cameraci 1647. in 4.

URBANUS Papa VIII. (antea Maffæus Barberinus dictus) sua pietate, benignitate ac mandato erexit Religionem Militiæ Christianæ, sub titulo *Conceptionis Beatæ MARIÆ semper Virginis Immaculatæ*; ut vædere est in Constitutionibus prædictæ Militiæ. Impress. Romæ 1625. in 4. Marrac. in Pont. Marian. fol. 252.

Item, concessit ut in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum de Urbe *celebrari possit festum Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ*; etiamsi Dominicâ secundâ Adventûs venerit. Incipit Bulla: Sanctæ & Immaculatæ.

Item, restituit & ordinavit Martyrologium Romanum Italicè, & ad diem 8. Decembris habet: *La Concettione della gloriosa Sempre Vergine MARIA Madre de Dio*, cum annotatione in margine, pro qua vide lib. impress. Romæ 1636. in 4.

Item, Militiæ *Conceptionis* habitum misit ad Reginam Hispaniarum Isabellam, cum Indulgentiis omnibus S. Caroli Borromæi, Quinque Sanctorum, & Comitis de Monterrey, ac cum plenissima remissione omnium peccatorum in articulo mortis. De quibus extat Epistola ejusdem Summi Pontificis ad prædictam Reginam Isabellam, quæ incipit: Charissimæ in Christo. Die 20. Septemb. 1625. Vide Hippolytum Marraccium in hoc Summo Pontifice, folio 252. & Velazquez de Maria Immaculatè concepta, differt. 6. adnot. 2. fol. 349.

Item, prædictus Summus Pontifex Romæ primum suis manibus jecit lapidem in Templo Fratrum Capuccinorum, *sub hoc titulo Immaculatæ Conceptionis*,

ceptionis, cum numiſmate in una parte Pontificis faciem referente, cum Epigraphe: Urba. VIII. Pontifex Maximus; in altera verò Templum cum inſcriptione Eccleſiæ Beatæ Virginis Conceptionis. Vide prædictum Marrac. cap. 95. fol. 253. & Joannem Antonium Velazquez, loco ſupra citato.

Item, conceſſit Jubilæum Domûi Profeſſæ Societatis Jesu Hiſpalen. *in feſto Conceptionis Virginis MARIÆ.* Incipit: Ad augendam. Romæ 12. Decembris Pontif. ſui anno 12. Quintanadveñas tomo 1. Theol. Moral. in Appendice, tract. 3. fol. 295.

Idem, dedit Bullam & Indulgentias *pro erectione Confraternitatis Conceptionis B. MARIÆ Virg.* in Conventu Minorum Nivellæ in Flandria: Cùm ſicut accepimus, die 6. Junij 1639. Pontificatus ſui anno 16. & adducitur in lib. ejuſdem Confraternitatis.

Item, damnavit propoſitionem Michaëlis Baij Doctoris Lovanienſis, quæ eſt in ordine 7. *circa Conceptionem Virginis MARIÆ*; & confirmavit conſtitutionem Pij V. de hac re. Bulla incipit: In eminenti Eccleſiæ. Data Romæ apud Sanctum Petrum, anno 1641. pridie Nonas Martij ſui Pontificatus anno 19. & extat in 3. tomo de Ente ſupernaturali R. P. Joannis de Ripalda ad finem; & nos in noſtro Bullario habemus copiam.

URBANUS Quartus Pontifex Maximus, qui ſedit ad annum 1261. per inſtinctum Spiritus Sancti, ſua conſtitutione etiam accepta à Concilio Viennenſi celebrato ſub Clemente V. ordinavit ut univerſaliter celebraretur *feſtivitas Conceptionis Virginis MARIÆ, &c.* Hæc dicit & probat ex aliquibus Doctoribus Felix Antonius Brognanius in libro de vita Chriſti & Mariæ; fol. 19.

URSULA Benencaſa Neapolitana, Templum à fundamentis ex divina revelatione ædificavit ſub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cujus feſtivitate ſolemniſſimâ pompâ celebrabat. Vide alia apud Marrac. in Liliis Marian. fol. 373. ex libro edito pro ejus Canonizat. Neapoli 1627.

USUARDUS vel Iſuardus, Monachus Benedictinus Gallus, *pro Conceptione ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei, & Domini noſtri IESV CHRISTI* Kalendam; ut videre eſt ejus Martyrologio in Hiſtoria Chriſtiana Laurentij de la Barre. Imp. Pariſiis 1583. in folio.

Item, in ejus Martyrologio ad diem octavam Decembris, ſic habetur: *Conceptio glorioſæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ, ſicut concepta eſt in utero Beatæ Annæ matris ſuæ.* Sic in libro antiquo impreſſ. Coloniæ 1490. in 4. regali, & Antuerp. 1583. in 8.

WALAMBOSUS Merio, diſcipulus Hauthberti Hiſpalenſis Hiſpanus, continuavit Chronicon ſui Magiſtri, in quo aliqua monumenta reperiunpro *Conceptione B. Virginis.* Scribebat anno 956. Ita Zapata in ſuis Notitiis de Conceptione.

WALDERICUS Pindor, Doctor Theologus, in libro dicto: Speculum Paſſionis Domini noſtri Jesu Christi, de Roſario Virginis Mariæ, fol. 78. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*, &c. Impreſſ. Nuremberg. 1519. in fol.

WAMBA Rex Hiſpaniæ, ad annum 672. juxta Anton. Lupian in Epitome circa principium, fecit ſequentia: El Señor Rey Wamba ſiguiendo las piſadas del alevePaulo ſu capitan, un privilegio que concedio al Abbad de S. Salvador Liibienſe, que original permaneze en el archivo del Monaſterio de S. Miguel de Cuxan, dice que le otorga la villa y Igleſia de Libia (pueblo antiguo en el condado de Cerdaña) con condicion que celebre la fieſta de la Concepcion, &c. Tribuo vobis villam & Eccleſiam S. Salvatoris de Lybia, tali autem tenore, ut in unoquoque anno faciatis feſtum in honorem *Beatæ & Immaculatæ Genitricis Dei Conceptionis*, quam Hiſpanis prædicaverunt ſanctiſſimi viri Jacobus, Petrus, & Paulus Apoſtoli Domini. Hæc habet qui ſupra §. Deſta predicacion.

WERNERUS Abbas Monaſterii B. Blaſii, Ordinis S. Benedicti in Nigra Silva Conſtantien. Diœceſ. in lib. Defloration um ſive Excerptionum ex melliflua diverſorum Patrum, ſignanter S. Auguſtini, Hieronymi, &c. in expoſitione de Nativitate Chriſti, inquit: Dictum eſt nimirum alibi, quia hoc quod aſſumitur ad prolem de parente, nullam habet voluntatem, ideoque nullum peccatum. Itaque perſpicuum eſt, quoniam in eo quod Filius Dei in ſuam perſonam aſſumpſit *de Virgine, nulla potuit eſſe macula peccati, &c.* Item, in expoſitione Dominicæ 16. poſt Pentecoſt. dicit de Chriſto: Natus in gloria, converſatus ſine macula; quid potuit de illo trahere, quem contraria venit actione deſtruere? ſanctæ origini vita ſancta reſpondet; qui ſine peccato eſt genitus, nulla eſt mundi labe ſuperatus. Suſcepit verum hominem naturâ, non vitiis: reſpuit quod protoplaſtus deliquit, & aſſumpſit hominem puriſſimum quem creavit, non peccatum ſuſcipiens; *ſed carnem peccati ſine aliqua injuria pollutionis aſſumens, &c.* Lib. impreſſ. in folio.

WERRICUS N. ſuper Eccleſiaſticum, cap. 24. ad illa verba: Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, inquit: Bene autem ait: non flos; ſed flores, quia cùm Virgo ſancta eſt flos virginitatis, in ea multiformis eſt. *In MARIA tamen gratia ſingularis præ omnibus multipliciter floruit, quæ tota pulchra intus & foris, tota vernabat* quadam florentiâ, & venuſtate pudoris, &c. Extat apud Godefrid. Tilman. in Allegorijs, fol. 279. Pariſijs 1514. in 4.

WIFREDUS Secundus Comes Barchinonenſis, juxta Ant. de Lupian in ſua Epitome Conceptionis, fecit ſequentia: Edificò el Monaſterio de S. Maria de Leula de Monxas de S. Benito al preſente unido al de S. Cruz, en cuia fabrica manifeſtò el afecto y devocion que tenia à eſte ſanto myſterio en una lapida muy grande que puſo y ſe conſerva en el portico del meſmo Monaſterio, bien curioſa, y que explica con mucha claridad dos lugares de S. Pablo: por la una parte eſta de relieve una grã multitud de gente de todos eſtados; que parece quiſo decir que era todo el genero humano, y encima la dicha multitud eſtan eſtas palabras: Omnes in Adam peccaverunt; y en la otra parte de la miſma lapida eſta del meſmo relieve una imagen de N. Señora, y à ſus pies las palabras que eſcrivio ad Rom. 5. Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia, &c. in plures abundavit. No intento eſcrivir eſcolaſtico, porque ſon innumerables los Doctores y Expoſitores que ſienten formalmente en eſtas ultimas palabras de S. Pablo, que exeluien à N. Señora de las primeras, apelando aquellas ultimas voces: In plures abundavit, ſobre Maria ſantiſſima, y eſto meſmo es lo que da à entender la meſma lapida apartandola del genero humano, *para exceptuarla del pecado original*, en que incurrieron los demas hijos, y deſcendientes de Adan. Hæc in dicta Epitome.

WIGANDUS Cauponis, Ordinis Prædicatorum,

rum, cùm ad annum 1494. contra Joannem Trithemium Abbatem Spanheimensem acrem habuisset controversiam *circa puritatem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, tandem veritate convictus post biennium edito quodam Opusculo opinionem suam abjuravit. De quo vide Henricum Spondanum, ad annum 1594. num. 4. Habemus retractationem ipsius, impres. ac etiam extat Lovanij in hoc Fratrum Minorum Conventu. Vide Radios Solis Veritatis, & Manuscript. antiquum apud nos.

WIGULEUS Hunt à Sucelmos Juriscõsultus, ac supremi Bajorum Senatûs Præses, in libro de Metropoli Salisburgensi, tom. 3. *de festo Conceptionis Sanctæ MARIÆ* Caput unum, seu Rescriptum Adami Dei-patientiæ, fol. 45. Impr. Monachij 1620. in fol.

WILHELMUS Damasus Lindanus, Episc. Dordracenus & Gandibensis, in Panoplia Evangelica; sive de Verbo Dei Evangelico, &c. libro. 3. cap. 19. folio. 102. inquit: Ad hæc, si Deus ipse de Zacharia & Elisabeth (ut alios innumeros silentio prætermittam) pronunciat per D. Lucam fuisse justos ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela; quid obsecro æquum est de Petro & Paulo sentiamus? Ut nihil de Sacrosancta Virgine Matre Maria dicamus, quam & nos cum Divo Augustino de Natura & Gratia, cap. 36. *cùm de peccatis agitur, unà cum Filio Domino nostro IESV CHRISTO ubique volumus exceptam*, &c. Lib. impress. Parisijs 1564. in 8. & Coloniæ Agrippinæ 1575. in fol.

Item, in Missa Apostolica, sive: Divinum Sacrificium S. Apostoli Petri, vocat Dei Genitricem Virginem Mariam *Immaculatam*. Lib. impress. Antuerpiæ 1589. in 8. Vide verb. Petrus Apostolus.

WILHELMUS Monachus Affligemensis, in lib. in Cantica Canticorum de Cœlesti Sponso super benignissimo Domino nostro Jesu Christo, & ejus singulari Sponsa Virgine gloriosissima Maria Elucidatione; in prologo, sic inquit: Hæc enim ab æterno præelecta, à Patribus cælitus repromissa, mysticis miraculis præfigurata, oraculis Propheticis prænuntiata, de semine fidelis Abrahæ, regali progenie, generosa David stirpe exorta, *in utero ab omni culpæ originalis contagio præservata ac sanctificata*, præ cunctis supernis charismatibus, omnique sanctitatis benedictione adimpleta, &c. Et ad illa verba: Sicut lilium inter spinas; sic inquit: Porro tu unica Dei dilectissima Virgo totius superbeatissimæ Trinitatis media & amica ac socia, *ab omni culpâ prorsus es immunis*, in qua fomes plenè est extinctus &. Et infra, ad illa verba: Ferculum fecit sibi, &c. ait: Christus verus Rex pacificus, secundùm quod Deus fecit corpus & animam superbenedictæ Virginis; corpus ejus fecit per causas secundas formando, cujus & materiam in exordio produxit ex nihilo; animam quoque ejus felicissimam per se immediatè creando; fecit spiritualiter hoc ferculum, *sanctificando & decorando illud per gratiam copiosam, &c.* Hæc igitur sola omnium mortalium concepta est, lege quidem propagationis, *sed sine originali peccato, quæ insuper sanctificata est, & gratiâ repleta in utero, antequam nata, &c.* Et ad illa verba: Tota pulchra es amica mea; totum caput explicat de B. V. immunitate, de qua etiam passim agit alibi. Est liber MS. apud nos in 8. & Doctor antiquus.

WIVINA Virgo, Fundatrix Monasterij Majoris Bigardiæ in Brabantia, in Breviario suo, quod asservatur in eodem Monasterio tanquam reliquia singularis, eò quòd eo uteretur eadem Sancta; hæc habet rubeis Litteris in Kalendario: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*. Extat manusc. in membranis antiquissimo charactere. Floruit hæc Sancta anno 1133. secundum Molanum, & alios.

WLADISLAUS quartus Poloniæ Rex, instituit Ordinem Militarem sub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; & una ex institutionis clausula sic se habet: Dependebit à torque Crux rubea, in cujus medio conspicietur imago Virginis conceptæ, candida, dæmonem pedibus conculcans, his verbis suppositis: Vicisti, Vince, hoc in signo vere nostro. Utantur hoc insigni Equites & ipse Princeps in omnibus diebus, qui sacratissimæ cælorum Reginæ patronæ nostræ sunt dicati; sed potissimùm *die Conceptionis* ipsius, quem particulariter observabunt, &c. Vide alia in Hippol. Mar. in Reg. Mar. fol. 321.

WOLFANGUS Guilielmus, Comes Palatinus Rheni, scripsit Epistolam ad Urbanum VIII. Pont. Maxim. pro diffinitione *mysterij Purissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, datam Bruxellæ, kalendis Julij, anno 1624. Incipit: Etsi non latet. Hippolytus Marraccius in Principibus Marianis, & in Biblioth. Mar. part. 2.

WOLFGANG Kilian. cives Augustanus, in lib. Serenissimorum Austriæ Ducum, in prima pagina, inquit: *Anno sine labe partûs* 1623 volens dicere, anno V. Mariæ partûs, &c. Extat impress. in fol.

WOLFGANGUS Soccius, Sacræ Theologiæ Doctor & Juris Licentiatus, atque S. Stephani Canonicus, qui dicitur vixisse circa annum 1493. sermone 30. sic inquit: Est autem triplex væ, *à quo fuit liberata Virgo sancta. A væ culpæ originalis*, & à væ culpæ venialis, & à væ mortalis. An iste sit distinctus à Soccio Cistercienſi, quem citant Adversarij pro sua opinione, nescio: de eo in Radijs Solis Veritatis. Vide Peruzzinum, pag. 94. & Joannem Ludovicum, tom. 4. pag. 59.

X.

XEREZ de la Frontera, Civitas in Hispania, habet Capellam, & insignem Confraternitatem *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, à tempore immemorabili, quæ civitatis est Patrona. Vide supra col. 1020. verb. Martinus de Roa.

Y.

YÑIGUS de Lodosa Navarra, Societatis Jesu, in libro: Señal de Predestinados, la devocion con la Virgen nuestra Señora, cap. 6. fol. 91. sub hoc titulo: *Fue concebida MARIA sin pecado original*, para que los hombres cobrasen esperanza de salvarse por medio suio, &c. Impress. Pampilonæ 1658. in 8.

YVO Antonius Turpin, Ordinis Minorum, in Cosmographia Seraphica, *de Conceptione Virginis MARIÆ absq; peccato originali*, Polum unum, seu Sphæram, fol. 300. Lib. impress. Romæ 1651. in 4.

YVO Carnotensis Episcopus, in sermone de Nativitate Domini, loquens de Beata Virgine, sic inquit: Quomodò autem Matrem carnis suæ sanctificaverit, deinceps audiamus: ac inde lætetur Catholicus, immundus confutetur hæreticus; *omnem quippe nævum, tam originalis, quàm actualis culpæ, in ea dele-*

ea delevit; sicque carnem de carne ejus sumens, eandem in divinam munditiam transformavit: etenim sic ait Scriptura, &c. Extat in Lib. Divinorum Officiorum ac Catholicæ Ecclesiæ Ministrorum. Impress. Coloniæ 1568. folio 504. & Romæ 1591. folio 440.

YVO Parisinus, Ordinis S. Francisci Gallus, in Lib. Digressum sapientiæ in qua habetur scientiarum omnium divinarum atque humanarum rerum nexus & ad prima principia reductio: *Quòd Conceptio Virginis MARIÆ fuit Immaculata, quia est privilegium Matri & Filio concessum, &c.* In Indice & in medio, pag. 1163. Lib. impress. Parisiis 1648. in fol. mag.

Z.

ZACHARIAS Boverius, Ordinis Minorum Saluthiensis Italus, in tomo 2. Annalium ad ann. 1598. folio 613. De oraculo facto fratri Francisco à Paterno, qui è cælo vocem personantem percepit dicentem: *Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Beatæ Virginis, de cujus Conceptione gaudent Angeli & collaudant Filium Dei.* Imp. Lugdun 1639. in folio.

Item, in 1. Tomo in Dedicatoria ad Virginem inquit: Clarissimis Sanctorum splendoribus orta, *& Concepta Immaculato utriusque Natalis candore, admirabilis, &c.*

ZACHARIAS Chrysopolitanus Episcopus, ad illa verba: Gratiâ plena, inquit: *Gratia plena erat, in vitiorum exclusione*, veritatis cognitione, virtutis amore, quæ prima inter fœminas Virginitatis glorioſum munus obtulit Deo. Dominus tecum in mente, Dominus tecum in utero, dominus tecum in auxilio, cujus Templum sanctum est &c. Ad Cap. 1. Lucæ fol. 30. Lib. imp. 1531. in fol.

Item, in Sermone de Assumptione, qui extat, ad finem Evangeliorum, inquit: Dignum erat, ut Angelica puritas illi subderetur in cœlis, *cui tota se infuderat divina puritas in terris*; dignum erat ut amplius Matrem suam honoraret, quàm ministros, ipse qui dixerat: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram.

ZACHARIAS Ferrerius, Vicentinus Ponti Gardien Italus, asserit, *Quod Beata Virgo MARIA procul abfuit ab Evæ maledicta noxa*, in Hymno pro diebus festis Beatæ Virginis folio 23. Lib. Hymnorum Ecclesiasticorum. Romæ. 1515. in 4.

ZACHARIAS Gardiensis Episcopus, jussu Summi Pontificis Leonis X. edidit pulcherrimos Hymnos in laudem & honorem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quos ipse approbavit Pontifex. Ita Hippolytus Marraccius in Pont. Marian. fol. 174. Nescio an sit diversus à præcedenti.

ZACHARIAS Lipeloo, Ordinis Carthusiani Germanus, *agit de Solemnitate Conceptionis gloriosæ Virg. MARIÆ*, ex R. P. Petro Canisio, Societatis JESU: & quomodo ea Festivitas in Anglia primùm, anno Domini 1070. agi cepta est occasione cujusdam Revelationis Eltino, vel Helpino Anglo Abbati, maris tempestate periclitanti exhibitæ & subsequentis miraculi testimonio probatæ. Postea vero eandem celebritatem recepit Ecclesia Lugdunensis, & postremò accessit Romanæ Ecclesiæ assensus atque Decretum: novissimèque SS. Concilium Tridentinum, sess. 5. ius V. Romanus Pontifex eam servandam esse firmarunt in Tom. 4. de Vitis Sanctorum, ad diem 8. Decembris, fol. 703. juxta Legendam unam Impress. Coloniæ 1616. in 8. sed in impressione Brixien. anni 1601. titulus est sub alia dispositione.

ZACHARIAS N. Canonista & Interpres Panormitani Abbatis, in Additionibus, titul. de Feriis, Cap. Conquestus, Tom. 3. folio 143. col. 3. num. 3. sic inquit: Sed de Conceptione, &c. Diversa est inter modernos Doctores de hac materia opinatio; licet apud Antiquos esset communis sententia Beatam Virginem in originali Conceptam; eò quòd in contrarium nulla esset sacra Scriptura, & auctoritas Canonica expressa, imo secùs legeretur, ut Rom. 5. Omnes in Adam peccaverunt: in quo vide diffusiùs Doctores Theologos, in 3. Dist. 3. Solius autem Scoti doctrina fuit, quæ diversam postmodum causavit opinionem: ad quod accessit Revelatio facta cuidam Anselmo Abbati, *quod scilicet absque originalis culpa indistinctè esset concepta*; quod etiam approbavit Basileense Concilium, Sess. 36. quamvis illud Concilium non fuerit universaliter ab Eccle. acceptatum. Unde ex Ordinatione Sixti Papæ IV. permissum est alteram dictarum Opinionum sustinere: & excommunicat ibi asserentes hæresim, alteram ipsarum tenere. Vide tamen D. Thomam, &c. Quare autem Ecclesia celebrari permittat Festum ipsum Conceptionis, vide eundem Doctorem, in 3. quæst. 27. art. 2. adn. 3. & Quod lib. 6. art. 6. Et licet dicat Abbas hic quòd intellexerit contrarium approbari ab Ecclesia, dico quod nullibi hoc apparet, nisi in dicto Concilio Basileensi; quod tamen, ut dixi, universaliter ab Ecclesia non est acceptatum; & tamen Beatissima Virgo omni laude dignissima, utpote Hortus conclusus, Fons signatus, Cant. 4. quæ juxta Hilarium: Angelos vincit puritate, & Sanctos omnes superat pietate, &c. Hæc supradictus Auctor; in quibus videtur in hac materia indecisè loqui: sed velit nolit, pro nobis debet esse; & est, siquidem exponit Auctorem qui apertè nostram sequutus fuit sententiam. Vide Nicolaum Tudeschis.

ZACHARIAS Pasqualigius, Clericus Regularis Veronensis Italus, in libro de Sacra & Speculativa Doctrina, disput. 27. de Peccato originali, sect. 5. folio 97. in Tom. 2. &c. asserit. *Quòd Beata Virgo ex speciali privilegio fuit præservata à peccato originali.* Impress. Venetijs 1650. in fol. Item, *Quod Beata Virgo contraxit debitum incurrendi peccatum originale?* Ibidem Conclus 3. num. 32. Item, quomodo intelligendum sit, *Quòd Virgo MARIA in primo instanti suæ Conceptionis habuit gratiam, vel justitiam originalem?* ibidem Disput. 1. sect. 6. num. 47. Item, *quomodo Virgo MARIA prædestinata fuerit & præservata ante prævisionem peccati originalis, &c.* Tom. 1. Disput. 42. sect. 1. num. 52.

ZENO Veronensis Episcopus ac Sanctus, Serm. 2. de Nativitate Christi, qui incipit: Insuspicabilis, inquit: Non Mater ejus tanti partûs pondere exhausta toris pallens jacuit resoluta visceribus. *Non Filius Matris aut suis est ullis sordibus delibutus. Neque enim vevera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes & maculas venerat mundaturus*, &c. Extat Serm. Tom. 3. Bibliot. V. V. PP. fol. 111. colum. 1.

ZID Diaz, Doctor Hispanus, in Repertorio, Litt. C. *An Festum Conceptionis Beatæ Virginis sit celebrandum?* Extat manusc. in Biblioth. Collegij Universitatis Complutensis, in folio magno.

APPENDIX
IN QUA PONUNTUR AUCTORES ET LIBRI PRÆTERMISSI IN HAC MILITIA.

ADRIANUS Oyen, *adde Col. 185.* ad Prov. c. 30. Tria sunt difficilia mihi & quartum penitus ignoro:

EPIGRAMMA.

Non mihi difficile est unum tres esse fateri,
Filius atque Pater, si Spiritus omnia trinis
Personis variant; sed est Deus unus & omne.
Conceptæ purum manet hoc quartumque MARIÆ.

Aliud Epigramma de Beata Virgine MARIA.

Vestalis Virgo peperit lumenque Deorum
Virgo sola manens, Mater in orbe Dei.
Et purum genuit, pura hæc de lumine lumen,
Ipsa patrisque Parens, Immaculata manens.
Si Mater genuit quæ Patrem? nil ultra sciendum,
Quòd fuerit prima hæc; Virgoque Mater Adæ.
Si Verbum genuit ductum semel ab Ioue summo;
Conceptam puram, quis neget esse poli?

Aliud Epigramma ad illud Salomonis, quare quartum penitus ignoret.

Cur Salomon penitus nescit quod scire retractat
Quartum? dum cecinit Virginis ipse melos.
Implicitus etenim fuerat meretricibus anguis,
Vsque superbierat, virginitate carens.
Virginis inde dies Conceptæ, semper in orbe,
A maculis cunctis, Immaculata manet.

Idem in Psalmificis Precationibus, Orat. 25. Incipit: Quis dabit mihi alas aquilæ, ad volandum super montem Domini? aut oculos lyncæos ad conspiciendum solem?

Alia Antiphonà.

Da mihi virtutem Virgo sine labe creatà,
Vtque Deo laudes cantem, tibi semper in ævum.

Alia quoque habet in suis Epigrammatibus nondum in lucem editis.

ALBERTUS de Saxonia, Ordinis S. Augustini & Episcopus Halberstadensis Germanus, eruditissimus vir, de quo plura dicit Ganderus de Meppis in Postillis suis, in Sermone de 3. Dominica Adventus, qui incipit: Cùm audisset Joannes in vinculis, &c. Hic ergo egregius Doctor propter amorem Virginis multas Propositiones Parisijs & Pragæ *de Immaculata Conceptione defensavit, in quibus gloriosam Virginem ab originalis peccati macula* immunem fuisse probavit. Verba sunt R. P. Joannis de Meppis in Tract. de Conceptione, Auctore 15.

ANDREAS de Lauge Pontoisen, Ordinis Minorum Gallus, in libro: La Sainte Apocataſtaſe Sermonum Adventualium, fol. 273. adducit Sermonem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, sub themate: Adorate Dominum in atrio Sancto ejus, &c. Habet etiam Annotationes latinas, à fol. 193. Impres. Parisijs in 4. sine anno.

ANDREAS Lopez Tello, Presbyter de Samasson Hispanus, scripsit idiomate hispanico, aliqua Carmina *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Lupian Zapata in suis Notitiis de Concept.

ANDREAS Losson, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanij 22. Novembris 1638. defendit *Virginem MARIAM solam fuisse exemptam à peccato originali & illius debito*, &c. Impress. ibidem in 4.

ANDREAS de Weyta, Theologiæ Professor in Academia Viennensi & bis Rector magnificus, prælegit Commentaria Scoti in Sententias; & in Tertio, Dist. 3. Sustinuit piam opinionem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ad annum 1432. Servantur manusc. Viennæ in Biblioth. Academiæ.

ANSELMUS de Montfancon, Doctor in Theologia & Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Augustini, dedit litteras *pro Confraternitate Immaculatæ Conceptionis* sita in Conventu S. Augustini Parisien. Romæ die 1. Julij, anno 1490. in quibus declarat omnes confratres ejusdem Confraternitatis participes esse omnium Missarum, Orationum cæterorumque bonorum sui Ordinis. Litteræ adducuntur ex originali integræ ab Anonymo Augustiniano, in Libro Privilegiorum dictæ Confraternitatis, fol. 35.

ANSELMUS de Vienna, Ordinis Minorum Austriaco-Viennensis, qui obiit anno 1535. Theologiæ Lector Academicus, scripsit Sermonem de Conceptione Virginis, qui cum aliis servatur in Bibliotheca Academica Viennæ; incipitque sic: Beatus venter qui te portavit, &c. Beatissima Domini Mater est plurimùm commendanda, & beatificanda à nobis; quia Filium Dei nobis genuit. Vnde Angelus de cœlo dixit eam Benedictam inter mulieres; ergo plus præ omnibus mulieribus de gratia habuit. Unde Domini Mater hoc prædixit: Ex hoc, id est, propter dona mihi collata, beatam me dicent omnes generationes. Ideò hic dicitur, Beatus venter, quia in illo Dei Filius novem menses stetit; in eo Deus homo factus est infans, mortalis, corporeus, Creator ventris factus est Filius ventris. *Ideò Domini Mater semper beata, nullo peccato maculata, nec actuali, nec originali.* Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei. Infra: Homo factus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Beatus venter &c. Hæc mulier matrem benedixit ex Filio, & non Filium ex Matre; non enim dixit Beatus Filius, qui talem Matrem habuit; sed contra: Beata Mater, quæ talem Filium peperit. Non enim à ventre Filius beatus, sed venter à Filio; sicut vas novum à bono vino saporem recipit, non vinum à vase. Qui te portavit. Hic notatur Christi Incarnatio, quia uterus Virginis eum portavit. Ideò ipsa est Beata super omnes Angelos, quantùm ad gratiam; Super omnes matres, quia Dei, & hominis: *Ideò sine originali concepta.* Nam corpus ejus fuit formatum, quod fit secundùm Alex. de Ales. 3. p. q. 9. in masculo 40. in fœmella 80. die: *& eodem instanti ejus anima creata, corpori infusa, gratia collata, & eodem instanti, quòd nulla ibi fuit prioritas temporis, fuit ab originali servata.*

ANTONIUS Meheerhouts, Societatis Jesu Belga, in Thesibus de Peccatis, habitis Lovanij die 22. 23. 24. Novemb. 1638. defendit: *Virginem MARIAM solam fuisse exemptam à peccato originali, & illius debito.* Impress. ibidem in 4.

AUGUSTINUS de Roma, Generalis Prior

or Ordinis S. Augustini, scripsit Tractatum pro Immaculata Conceptione; teste R. P. Joanne de Meppis cognomento Schyphouver, Ordinis S. Augustini, qui in suo Tractatu de Conceptione, Auctore tertio, postquam retulisset hujus Auctoris varia opera, inquit: In fine vitæ composuit Tractatum unum de peccato originali, in quo probat *Beatam Virginem sine originali esse conceptam*. Hucusque P. Meppis, iste autem est ille P. R. quem alij vocant Augustinū de Ancona. Vide in Sole Veritatis.

AUGUSTINUS de Senexa, Ordinis S. Augustini Germanus, scripsit super Ave MARIA. Tractatus incipit: AVE MARIA. Virgo gloriosa novo salutationis genere ab Angelo salutatur, &c. In Capite de triplici Væ à quo B. Virgo fuit immunis sic inquit: Primò commendatur Virgo gloriosa in Salutatione Angelica de purissimæ vitæ innocentia, cùm dicitur Ave; nullus enim sine væ à mundi exordio inventus est, nec enim infans cuius est unius diei vita super terram. *Dicitur enim Ave, id est, sine væ, hoc est sine culpa, &c. Est autem triplex væ à quo fuit liber a sancta Virgo; scilicet primò à væ culpæ originalis*, de quo dicitur Jerem. væ mihi Mater mea, &c. Extat liber manusc. in Biblioth. PP. S. Augustini Coloniæ, in fol. litt. E. num. 46.

Item, ibidem eodem charactere, extat quidam Tractatus de B. MARIA, qui incipit: Ancilla Dei est Virgo Beata, quæ dixit: Ecce Ancilla Domini. Sunt autem quatuor signa per quæ potest quis cognoscere ancillam bonam. Ibidem multa extant *pro immunitate Virginis ab omni culpa*, & est Tractatus egregius; utinam lucem videat.

Item, ibi est alius Tractatus super missus est, cujus initium est: Missus est Angelus Gabriël à Deo &c. Quia nec lex, &c. Ubi etiam extant plura pro Virginis *MARIÆ omnimoda & singulari puritate*; utrum autem Tractatus sit ejusdem, incognitum est. Hoc affirmare possum, characterem esse eundem.

BALTHASAR Limpo, Provincialis Ordinis Beatæ MARIÆ de Carmelo in Lusitania Hispanus, in lib. Doze fugas de David de seu immigo Saud; in Elencho pro Sanctis, habet *de Conceptione Dominæ nostræ* Sermonem: *Quomodo Deus se prævenit in præservatione Dominæ à peccato*. Ulysbonæ 1642. in fol.

BARTHOLOMÆUS D'Astroy, Ordinis Minorum Lector Jubilatus & Missionarius Trajectensis Belga, in libro: Catheciſme ou abregé & sommaire de la Theologie reduite au Symbole des Apostres, cap. 7. petitione 23. fol. 285. sic inquit: *Horsmis toutesfois ceste tres-benite Vierge, que nous croyons pieusement avoir esté preservée du peché originel*. Impress. Leodij 1663. in 8.

BARTHOLOMÆUS vander Beeken, Ordinis Minorum Belga, fecit sexaginta Chronica Acrosticha, anni 1662. *de Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis*, super illa verba: Hæc est virga, in qua nec nodus originalis nec cortex actualis culpæ fuit. Item, quadraginta sex Chron. Acrosticha ejusdem anni, *de Immaculata Conceptione B. Virginis*.

Item, Labyrinthum, in quo fere tot ambagibus quot sunt litteræ, invenitur sursum, deorsum, à dextris ad sinistram, & vice versa, hæc pijssima Antiphona: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te*. Quæ omnia extant apud nos manusc. ab ipso Auctore missa.

BENEDICTUS à Matre Dei, Ordinis Carmelitarum S. Theologiæ Professor, in Thesibus Theologicis habitis Lovanij 6. Maij 1650. Thesi 14. hæc inquit: *Excipe MARIAM, quæ ab illo omnique ejus debito, maternitatis Dei titulo immunis fuit*. Impress. ibidem in 4.

BARTHOLOMÆUS, absque alio cognomine, fecit Librum, hoc titulo insignitum: Florarium Bartholomæi; & incipit: Gratias ago gratiæ largitori. Et cap. 85. de B. MARIA Virgine dicit, *quod omni labe caruit*, & alia multa pro ejus puritate. Extat in Monasterio Canonicorum Regularium Horssendonck, in charta pellicea, in folio.

BENEDICTUS Paulus Boym, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis de peccatis, gratia, justificatione & merito, habitis Lovanij die 18. Novemb. 1658. Concluſ. 9. hanc defendit: In ijs, quæ de peccato originali dicimus, *purissimam Virginem MARIAM comprehendi nolumus; à labe enim originali immunem eam fuisse, certum esse putamus: à periculo vero hujus incurrendæ tam remotam fuisse arbitramur, quàm fuerunt Angeli*; & hoc ipsum sensisse & docuisse D. Thomā. Extant Impr. eodē anno in 4.

BERENGARIUS Cardinalis SS. Nerei & Achillei & Episcopus Biterrensis, vel Bituricensis, in inventario juris Canonici tam textuum quàm Glossarum, verb. Festum, hæc habet: Festum vel festivitas Paschæ, Rogationū, &c. De Festis colendis; *Festum Conceptionis B. MARIÆ* die Sabbathi diei Dominicę, &c. sic in pluribus originalibus existentibus MS. Tolosæ in Bibliotheca Collegij Fuxensis.

Item, in Repertorio super Speculo, quod incipit: Quia inusitata & Lectio Speculi judicialis, &c. verb. MARIA: *An festum Conceptionis B. MARIÆ debeat celebrari?* in titulo de Ferijs §. 1. in principio, assertivè.

BERNARDINUS Senensis; *Col. 185. adde* Sermonem, seu potius Tract. *de Immacul. Vir. Concep.* incipientem sic: Nondum erant abyssi & ego jam concepta eram, Parabolarum Salomonis, cap. 8. O fœmina mirabilis & singulariter mirabilis, perquam electi renovantur, Angeli redintegrantur, inferna evacuantur! &c. Invenimus Sermonem istum Coloniæ apud PP. Cruciferos, cum ista subscriptione rubris characteribus & antiquis exarata: Sermo B. Bernardini, de Conceptione B. MARIÆ Virginis; & ad finem dicitur: Explicit sermo B. Bernardini, de Conceptione B. MARIÆ Virginis. Extat apud nos in 4.

BERNARDUS Fallonus, Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Professor, in Conclusionibus Theologicis de Peccatis, habitis Lovanij die ultima Maij 1622. num. 26. de subjecto originalis, hæc defendit: *Immaculata semper Virgo Deipara nullis unquam peccato actuali, aut originali subjecta fuit. Anima ejus beatissima in primo instanti, intuitu meritorum Filij ejus à macula originalis peccati præservata immunis fuit. In hoc sensu festum Immaculatæ Conceptionis ejus ab Ecclesia colitur*. Unde sustineri non potest, quòd erroneum sit dicere: quòd aliquis concipiatur sine originali præter Christum, aut quòd firmissimè secundùm fidem tenendum sit, omnes præter Christum contrahere originale. Cum optimo fundamento dicitur: quòd si S. Thomas hodie vixisset, pro Immaculata Conceptione stetisset; & insuper quòd dum vixit, pro eâdem, saltem probabiliter steterit. Prædicatorum pars, in publicis Provincialibus Comitijs sic declaravit: Ex baptismo Divæ Virginis nihil contra *ejus Immaculatam Conceptionem* haberi potest. Impress. ibidem in 4. Defendens fuit F. Antonius Valesius.

BONAVENTURA Daumius, Ordinis Minorum, introduxit Viennæ Austriæ primam Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis. Rem sic narrat R. P. Ægidius Schiesel pag. 43. dicens: In hac augustissima civitate Viennæ non fuit visa solemnis aliqua & publica versus *eandem Immaculatam Conceptionem devotio*, antequam Pater Bonaventura Daumius, Franciscanorum in hisce Provinciis Commissarius Generalis piæ memoriæ, Confraternitatem sub hoc *Immaculatæ Conceptionis* titulo, in Templo D. Hieronymi, de Summi Pontificis Pauli V. auctoritate & licentiâ per Breve Apostolicum die 2. Octobris anno 1607. in suo officio Commissariatûs antecessori Patri Alphonso de Requesens impertitâ instituisset: conatus ipsius fervidissimos Patre Guil. Berg bonæ memoriæ Francis. promovente, Deo autem incrementum dante per celebrem suæ intemeratæ Matris statuam ad Summum Altare jam dicti Templi corruscantem, &c.

BONAVENTURA Patavinus de Peraga, Badurus de Padua sive Paraginus de Carraria, Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, S. R. E. Cardinalis atque Martyr; qui vixit secundùm veriorem computationem anno 1332. vel secundùm alios 1432. (sed hunc existimo esse Typographiæ errorem) edidit Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert R. P. Joannes de Meppis, cognomento Schyphouver, in suo Tractatu de Conceptione dicens: Hic eruditissimus Doctor compilavit Tractatum unum de *Conceptione Immaculatæ Virginis*, qui ab æmulis in morte sua fuit substractus; sed circa annum Domini 1468. per Reverendum Doctorem Joannem Agatiis Civem Pergamensem reinventus fuit: & ne nomen tanti Doctoris ignotum maneret, volui ejus dicta in medium proferre &c. Et per plures paginas refert plures clausulas de prædicto libro.

CHRISTOPHORUS Mayer, Societatis Jesu Theologiæ Doctor Viennensis, scripsit Commentarios in tertiam partem D. Thomæ, in quibus *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* propugnator extitit; ita Joannes Ludovicus Schonleben, tom. 4. pag. 74. Auct. 51.

CONRADUS de Hildesein, Baccalaureus Theologiæ, & Licentiatus in Decretis in Universitate Viennensi ad annum 1430. scripsit eruditum Commentarium in Magistrum sententiarum: in quo pleraque ex Scoto & ejus sectatoribus deprompsit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ubi etiam Alexandri Nekam Angli, revocantis ea quæ contra piam opinionem dixerat, formalia producit verba. Extat opus manusc. Viennæ in Bibliotheca Academica, in folio magno.

CORNELIUS de Senekis, Ord. Præd. *Col.* 311. *adde* in Serm. super salutationem Angelicam, qui incipit: Fraternitatem diligite 1 Pet. 2. sine fraternæ dilectionis, &c. fol. 32. inquit: Primo, continet salutatio ista adoptionem vitæ, cùm dicitur: Ave. Nam sicut Eva multiplici væ prægnata mortem introduxit, *ita MARIA ab omni væ libera* vitam restituit & invenit. Impress. Rothomagi 1527. in 4.

DOMINICUS Grimanus, Episcopus Albanensis Cardinalis S. Marci, Patriarcha Aquilein. & Protector Trium Ordinum S. Patris N. Francisci, auctoritate Summi Pontificis Julii 11. approbavit, confirmavit & roboravit constitutiones editas Romæ anno 1508. die 1. Iulii, in quibus fol. 110. de minoribus duplicibus extat rubrica de Octava Corporis Christi; *Octava Concept.* Visitationis & Assumptionis, & infra de officio D. Virginis habet ista: Nec etiam dicitur per Octavas Corporis Christi, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, & *Conceptionis MARIÆ Virginis*. Et fuerunt impressæ constitutiones istæ sine loco Impress. cum attestatione F. Joannis Antonii Patavini in 4.

FLORUS Belga, ille qui recollegit expositionem Epistolarum B. Pauli ex dictis S. Augustini, quam aliqui tribuunt Bedæ; scripsit etiam Tractatum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut referunt Guilielmus Carnifis & Joannes Bunderus, Ordinis Prædicatorum, in sua Bibliotheca manusc. fol. 135. à tergo, & incipiebat: Salvator, &c. Et erat Trajecti, sed modò non invenitur.

FOELICIANUS Capitonus Narniensis, ex Ordine Servorum Archiepiscopus Avinionensis, In libro: Explicationes Catholicæ locorum ferè omnium Veteris & Novi Testamenti, &c. parte 2. cap. 62. folio 756. post alia, inquit: Verùm, quoniam pia, celebrisque in tota Ecclesia retenta est opinio *MARIAM Virginem ab omni labe peccati fuisse immunem, propter Privilegium, quod sibi à Christo Filio ejus tributum est*; idcirco, &c. Et prosequitur latè. Impress. Coloniæ 1581. in 8.

FRANCISCUS Beyan, Doctor Hispanus, edidit Rescriptum, sub hoc titulo: Memorial al Rey N. Señor del sentir de la Religion de S. Domingo *acerca de la gracia en que fue criada la Virgen Santissima nuestra Señora*, &c. & incipit: La Religion de S. Domingo en dos memoriales, &c. Extat impress. in fol. absque anno & loco.

FRANCISCUS Mackirnam, Ordinis Minorum Hibernus, in Thesibus habitis Lovanii anno 1658. ad finem posuit hanc pro Impertinenti: Injurius videtur in Romanos Pontifice, Ecclesiam ipsamque Deiparam, nisus publica Thesi persuadere, vetitum Pontificia auctoritate *Conceptionem Deiparæ vocari Immaculatam*, quam ut tales Pontifices, qui sibimet contradicere, aut seipsos negare non possunt; datis ex industria Decretis, volunt toti Eccle. persuasam: vetantque sub gravissimis pœnis publicè aut privatim impugnari. Imp. ut supra in 4.

FRANCISCUS vanden Venne, Præpositus Metropolitanæ Mechlinien sis, in Oratione Panegyrica habita in Sacra Æde B. Mariæ Aspricollensis, in festo Assumptionis ejusdem, quando ad illam aureus Tapes missus à Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. fol. 3. sic inquit: Hæc est gloriosa Virgo Dei Mater Maria, triplici, ut de Jerosolyma scribit Josephus, *vallata muro, triplici præservante Gratiæ* contra triplices peccati vires munita privilegio, &c. Item infra, fol. 13. Notum omnibus, quos fluctus & superiori & hoc sæculo excitaverit desidens Catholicorum de Mariæ Conceptione sententia; his, sed paucis maculâ infectam, purissimam alijs, illisque longè pluribus, contendentibus; quis hos componeret motus? Quis pugnantium pacavit opinionum tempestates? Quis hisce agitatam Arcam subducet in tutum? Laudo vehementer celeberrimarum per Europam Academiarum egregium conatum *pro asserenda Virginis Immaculatâ Conceptione* (nisi aliter Rom. pronuntiet Ecclesia) religiosè conjurantium. Quibus accessere nuperrimè Illustrissimi Amplissimique Brabantiæ Ordines solemni publicè voto contestati, dum per Dei Vicarium licuerit, à Virgine se purissima suspicionem labis omnis, opibus, lingua, manu, vita

ac

ac sanguine depulsuros, &c. De hoc etiamagit infra in Carminibus, fol. 18.

Item, in Adgratulatione Aspri-colli-Mariana ad Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum D. Hieronymum de Vecchijs Sedis Apostolicæ in Belgio ac Burgundia Internuntium, fol. 28. & 36. loquitur etiam *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. est impress. Mechliniæ 1663. in 4.

FRANCISCUS Zepeda, Societatis Jesu, Sacræ Scripturæ Professor Hispanus, defendit Compluti die 12. Martii 1647. sequentem Propositionem: *Sanctissima V. non solum à culpa originali, verùm etiam ab illius proximo debito exempta fuit.* Imp. ibidem.

GASPAR de Moncada, Societatis Jesu Doctor Hispanus, in Thesibus habitis Compluti die 4. Martii 1650. defendit Propositionem sequentem: *Beata Virgo ex meritis Christi, non solum à peccati Primi Parentis contagio; sed etiam à debito proximo illud contrahendi fuit nobili redemptione exempta.* Impr. eodē anno.

GEORGIUS Hoffmannus, Ordinis Minorum Germanus, sustinuit Theses in quibus egregiè propugnavit *Immaculatam Virginis Conceptionem.* Quem nimis laudat P. Wigandus Wirt, Ordinis Prædicatorum in suo Dialogo part. 3. fol. 30. quia dixit: Scotus opinatus est, rationes adduxit, sed nihil demonstravit; opinari licet hanc, & nihilominùs aliam licet tenere opinionem: non peccat qui secus ac nostra tenet positio, sentit. Ac rursum: nobiscum opinari licet, quoniam neutra Positio damnata est.

GERARDUS Branth, in Universitate Heldelbergensi prope Rhenum Doctor in Theologia & Licentiatus in Medicinis, habet Sermonem sic incipientem: Sapientia ædificavit sibi domum. Prover 9. Utrum hæc Domus salutis, Beatissima videlicet Virgo Maria à Dei sapientia ædificata fuerit in domo contagionis, sordibus originalis Criminis deturpata, &c. Et adducit Sermonem integrum *pro Immaculata Virginis Conceptione, &c.* Extat manuscrip. in Abbatia S. Matthiæ Apostoli juxta Trevirim; unde habemus transumptum.

GREGORIUS Sanchez, Ordinis Minorum Hispanus, edidit doctum Memoriale sub hoc Titulo hispanico: Al Rey nuestro Señor Felipe IV. dedica este breve tratado, en que se declara el estado en que queda el misterio *de la Immaculada Concepcion de la Virgen, N. Señora concebida sin mancha de pecado orginal en el primer instante de su ser* despues de la Bulla de Alexandro VII. &c. Incipit: por gracia de la madre de Dios &c. Impress. Matriti in fol. absque anno impressionis.

GUILIELMUS Gainsasburgus, Theologus Oxonienſis, dedit in lucem Librum, quem conscripserat *de Conceptione Virginis*, ad annum 1310. in quo docet fuisse immunem à peccato originali. Ita Andreas Saussajus Episcopus & Princeps Tullensis in sua Serie Chronologica manuscrip. de Immaculata Conceptione.

HENRICUS Kyspenningius Venlonensis, Ecclesiæ Collegiatæ Xantensis Canonicus, in lib. Deprecationes Christianæ, & gravissimæ ad justè pièque vivendum, &c. Die 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ.* Coloniæ Agrippinæ 1651. in 16.

HENRICUS Langestein de Hassia, *adde colum. 592.* etiam fecit Sermonem de Conceptione B. Virginis recitatum anno 1389. ipso festo Conceptionis Viennæ in Ecclesia B. Mariæ in Vittore, quæ nunc appellatur ad Scalas; & servatur Viennæ Manusc. in Bibliotheca Universitatis, ex quo damus sequentia verba: Thema. Ædificavit Dominus Deus costam in mulierem Gen. 2. Præmisso brevi Exordio transit ad Propositionem inquiens: Hoc thema, Domini & Patres venerabiles, præsenti Sermone Conceptioni & formationi gloriosæ Virginis Mariæ applicari volui duabus de causis. Primò quia aliàs legendo primum Geneſis tractavi hunc passum ad litteram, &c. Secunda causa fuit, ut cognitioni veritatis Christianæ religionis diligentiùs intenderemus, quomodo pulcherrimè ultima correspondeant primis; & quàm occultè, subtiliter, & mirabiliter ea, quæ facturus erat Dominus Deus in temporibus ultimis: significavit & designavit ab initio in rerum omnium primordiis, &c. habebit Sermo iste tres partes. Prima erit Introductiva. Secunda Invectiva. Tertia erit Laudatoria. Quantùm ergo ad primum punctum, est hoc: quòd sicut duo reperiuntur viri famosi mirabili operatione Dei formati, Adam scilicet & Jesus Christus; ita etiam reperiantur duæ mulieres à Domino Deo mirabiliter institutæ, & ædificatæ, Eva scilicet & Virgo Maria. Istæ mulieres fuerunt, licet diversimodè, duo principia duorum dissimilium Sæculorum, &c. post nonnulla: Per primam itaque harum mulierum venit ira Dei in filios hominum, per secundam descendit gratia reconciliationis per Jesum Christum. Utramque istarum ædificavit Dominus Deus, constituens eam quasi Tabernaculum electum, & Domum salutarem, &c. Sed quid accidit? &c, Itaque terrena mulier illa prima, quam Dominus Deus ædificavit ab initio, & constituit domum salutis humanæ prolis, facta est domus corruptionis: domus vitæ facta est domus mortis: domus gaudij facta est domus mœroris; quod parum esset adhuc, nisi Templum originalis justitiæ, versum esset in fanum mortalis culpæ, &c. Post pauca subdit: Domini & Patres, quia sic corruit & evanuit & abijt illud primum Ædificium costæ, de quo ad litteram &c. Quid ergo erat decentius divinæ bonitati, misericordiæ, voluntati? quid nascituris filiis Adæ opportunius, & quid magis necessarium, ne infectio originalis hospitij læderet ad mortem; quàm quòd iterum & de novo Dominus Deus opere stabili & alterius fabricæ ædificaret costam in mulierem novam, &c. Dominus Deus etiam ædificat costam Adæ in hanc mulierem quæ est Virgo Maria: de cujus originali fundatione & plantatione, ac formatione in utero agimus in præsenti. Refert deinde opinionem quorundam piam, qui ex eadem numero materia, ex qua formata fuit Eva, docuerunt formatum corpus Deiparæ: Unde si (inquit) in resurrectione mortuorum omnes particulæ materiæ cujusvis hominis ubicumque dispersæ, eædem omnino ministerio Angelorum congregabuntur: nil mirum quòd etiam tota materia illius costæ congregari potuit, *& Virgo MARIA ex illa in utero matris suæ formari; quamvis an ita factum fuerit defacto nos lateat: nihilominus probabile visum est nonnullis Doctoribus & Magistris, quòd defacto ita fuerit, & hoc propter deletionem peccati originalis.* Quibusdam interjectis: In mulierem ergo perfectissimam ædificata est Virgo Maria, quæ in re haberet omne illud; quod formatio primæ mulieris in Paradiso, de latere, de costa, de dormiente signabat. Hæc ubi singula Deiparæ applicat, subjungit: Sola enim ipsa inter mulieres sui prin-

cipii materialis, scilicet costæ proprietates retinuit, & virtutes hujus significatas plenariè habuit: quod declaratur, quia ipsa præ omnibus viguit vigore justitiæ, *emicuit puritatis albedine*, &c. Hæc ex prima Sermonis parte. In secunda facit invectivam in contentiosas Disceptationes de immunitate Virginis ab Originali; & eos maximè reprehendit, qui Virginis honorem diminuunt. Inter alia habet: Disceptatio &c. fecit jam Festum Conceptionis Festum Contentionis: & non contenta jam Scholis Theologicis, in quibus inter doctos tales Quæstiones ventilari solent; importuno suo impetu prorumpens in publicum contra honorem Theologicæ Facultatis, confudit reverentiam gloriosæ Virginis, extinxit spiritum devotionis omnis. Plus certè jam vertitur in vitium detractionis Festum Conceptionis; in quo dum populus audire deberet laudis præconia, & gloriosæ MARIÆ Virginis privilegia & merita, audit vituperia, audit opprobria, &c. Notate ergo hos, Fratres, & cognoscere poteritis unde sit spiritus; & quis non videat opus Diaboli esse hanc contradictionem? In tertia parte ostendit Deiparam ab omni culpa Originali immunem fuisse: & subscribit piæ Sententiæ, eo quod redundet in gloriam Dei. Pulchra sunt illa: Nunquid prætereundam creditis gloriam Dei ex hac consideratione? aut nunquid mortales non debent dare gloriam Deo ex consideratione *Conceptionis mirificæ Virginis MARIÆ?* &c. Certè mea opinio sit, etiamsi nullus mecum esse velit, quòd nequaquam in hac parte prætereunda est gloria Dei. Et hoc propter tria. Primò, quia ista Virgo futura Dei & hominis Mater fuit, &c. Extat manusc. in Biblioth. Universitatis Viennensis.

HENRICUS de Oyta Germanus, Sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis, qui vixit ad annum 1393. in Sermonibus suis qui extant manusc. in Bibliotheca Universitatis Viennensis in Serm. 1. de Annuntiatione, sic inquit: Dixi primò quòd Virgo Beata in renovatione generis humani, reparatrix ostenditur venerabilis ex salutatione Angelica facta per Ave: ubi attendere possumus *in ea universalem culpæ carentiam*, cùm Angelus ei dicat Ave, quasi sine væ.

Item, in Sermone de Assumptione, sic inquit: Hæc est illa fœmina, cujus calcaneum *serpens antiquus quamvis observaret, non tamen apprehendit*; quia ipsa prudenter caput serpentis observans idipsum contrivit, juxta hoc quod dictum erat serpenti à Domino de hac muliere forti: Tu insidiaberis calcaneo ejus, & ipsa conteret caput tuum. Gen. 3.

Item, tres Sermones elaboravit de Concept. Virg. & in ultimo sic inquit: Ave. Lucæ 1. Capitulo. O flendum præconium! ô lugendum præsagium! ô plangendum oraculum Angeli exclamantis Væ, væ, væ, habitantibus in terra! Apocal. 8. cap. Væ primum habitantibus terram in suo ingressu, væ secundum habitantibus terram in suo progressu, væ tertium habitantibus terram in suo egressu; quoniam ingressus habet conceptionem detestabilem, progressus habet conversationem culpabilem, egressus habet dissolutionem miserabilem, &c. Sed ut juxta Spiritum loquar devotorum hominum plurimorum & Doctorum, præcipuè Venerabilis Anselmi, ut decuit. Tu Domina reparatrix, Tu Domina peccatorum mediatrix, Tu Domina omnium creatorum dominatrix, in tua habitatione terrena *longe eras, longius eras, longissimè eras à væ originalis criminis* condemnantis, à væ lethalis libidinis vitiantis, à væ finalis sive pœnalis putredinis deformantis, à væ pro omni statu tuæ habitationis. Et post pauca: Ecce væ primum in ingressu propter Conceptionem detestabilem. Sed tu Domina, ut esses damnatorum congrua reparatrix, *eras in ortu tuo longè à væ Conceptionis detestabilis sive maculationis in utero*, &c. Deinde adducit Argumenta contrariæ sententiæ seu objectiones; & post medium subjungit:

Item, mihi probabile videtur in præsenti (quamvis juvenis legendo sententias tenuerim partem contrariam) quòd ipsa in creatione animæ & ejus infusione *fuit præservata à culpa originali*; & corpus ejus in prima ejus sequestratione naturali, quando pro ea fuit aptatum, post commixtionem seminum suorum parentum, fuit mundificatum aut mundum, vel ab immmunditia præservatum, &c. Extat manusc. in Biblioth. Universitatis Viennensis.

JACOBUS de Norimberga, Ordinis Prædicatorum Germanus scripsit Sermonarium, & in Sermone de Nativitate Virginis (sub themate, Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus) ad Doctores & Magistros præcellentes, post aliqua sic inquit: fol. 49. Primò intendo dicere, quòd, sicut determinavit Sancta Synodus Basileensis, & piè credere debemus, *Dei Mater concepta fuit absque illa omnibus hominibus in prævaricatione primi parentis nascentibus, communi turpitudine originalis delicti.* Secundò, quòd sicut Festum Nativitatis propter sanctum partum celebrat Ecclesia; ita propter Sanctum Conceptum ejus celebrare jubetur Festum Conceptionis. Vbi partum & conceptum accipit in significatione passiva. Vade & tu fac similiter &c. In fine hujus Sermonarij leguntur hæc verba: Explicit Sermonarium de Festis, quod ego Fr. Jacobus de Norimberga Ordinis Prædicatorum, ad laudem Omnipotentis Dei ejusque sanctissimæ Matris & Sanctorum omnium, terminavi feria 3. post Invocavi. Anno 1446. Extant Sermones Manuscrip. in Biblioth. Viennensi.

ILDEPHONSUS de Villalobos Hispanus & Ordinis Prædicatorum, edidit opusculum sub hoc titulo: Consulta que hizo un prædidicador de la orden de S. Domingo à su Provincial cerca de algunos escrupulos que tenia en orden à la observancia de la Bulla de su Sanctidad Alexandro VII. en que declara *el objeto de la fiesta y culto de la Concepcion de Nuestra Señora.* à N. M. R. P. A. P. M. fray Juan Martinez de Prado &c. incipit: Un subdito de V. P. &c. Extat Impres. in fol. absque anno & loco impress.

JOANNES Camers, Ordinis Minorum Theologiæ Professor Viennæ, adducitur *pro Immaculata Conceptione* à Joanne Ludovico Schonleben in suo Libro Orbis votorum pro Conceptione fol. 60. ad annum 1515.

JOANNES de Cisneros, Ordinis S. Benedicti Abbas B. MARIÆ del Spino, scripsit Librum, in quo probat illam antiquissimam imaginem esse sub titulo *Conceptionis.* Ponit etiam ibidem Catalogum ducentorum triginta sex Monachorum sui Ordinis, qui scripserunt pro defensione mysterij *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ.* Ita Antonius de Lupian Zapata in suis Notitiis Manuscriptis.

JOANNES Decretorum Doctor, & antiquus Scriptor in libro dicto: Vade-mecum Fratris Joannis De-

nis Decretorum Doctoris & Abbatis Vinallensis, de Collationibus Dominicis & Festivis, in Sermone de Annuntiatione sic dicit: *Ave sine væ. Ave, gratiâ sanctificationis in utero. Purificationem internam à crimine originali. &c. sine culpæ labilis, & contractione, per infectionem naturæ rebellantis &c.* Et in Sermone Nativitatis B. MARIÆ: De qua nascente *sanctificata in utero sordibus humanitatis infectæ &c.* quia lota amoto reatu pestifero vitiorum, &c. Cum fructu pretioso ex parturitione pro pura prolis sanctificatæ. Impress. absque anno & loco in 4.

JOANNES Gans, Societatis JESU Germanus edidit: Quinquatriam Marianam seu quatuor Discursus Concionatorios de unaquaque Solemnitate Deiparæ, quorum quatuor primi sunt de Immaculata Conceptione. Ubi inter alia quam plura, sic inquit: Et credet Christianus *filium sibi Matrem & Spiritum sanctum Sponsam abripi per originale peccatum passum fuisse?* Crederetne hoc Austriacus? Crederet hoc Ferdinandus? O! minimè Auditores! numquam in Generalissimam suam elegisset, si vel semel victa fuisset. Caput illa contrivit serpentis, Imperatrix illa Imperatorum est, &c. Alia pulcherrima habet; liber extat impress. anno 1635.

JOANNES de Gemmunda, Collegiatus Archiducalis Germanus, inter Assertores *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* adducitur à Joanne Ludovico, in 4. Tomo fol. 35. Auct. 17.

JOANNES Hueffnagl, Academicus Viennensis Germanus, scripsit in quatuor libros Sententiarum ad mentem Scoti, anno 1449. & in 3. Sent. dist. 3. inquit: Circa tertiam Distinctionem prima Conclusio. Deus potuit facere quòd B. Virgo nunquam fuisset in peccato originali. Potuit etiam fecisse, ut tantùm uno instanti esset in peccato. Potuit etiam facere, ut per tempus aliquod esset in peccato, & in ultimo instanti illius temporis purgaretur. Quod autem horum trium, quæ ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus novit. Si authoritati Ecclesiæ, vel authoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile quod excellentius est attribuere MARIÆ; secundùm viam scilicet Anselmi Lib. de Conceptu Virginis, &c. Deinde inhærens huic sententiæ, circa medium ait: *Item esto Virgo gloriosa præservata à peccato originali*, adhuc tamen anima Christi quaterno privilegio antevenit Virginem gloriosam.

Iem, scripsit opusculum de Laudibus Virginis MARIÆ, quod incipit: Quatuor mihi timorem ac tremorem faciunt, loqui de Virgine gloriosa &c. In quo habet ista verba: Dicendum quod B. Virgo fuit mater omnium Sanctorum quatuor modis. Primò quia omnibus sanctitatem fundavit. Secundò quia omnibus sanctitatem generavit. Tertiò quia omnibus sanctitatem maritavit. Quartò quia omnibus sanctitatem impetravit. Nota super primo verba Psalmi: Syon dicet, homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Dicit Anselmus in Homilia de Symbolo, quòd, quia Domum Dei decebat sanctitudo in longitudinem dierum, ideò prius Dei Filius Matrem suam Virginem voluit sanctitate fundare, quàm in ea temporaliter habitare, & ejus sanctitatem tanquam fundamentum omnibus Sanctis voluit ordinare: quia tempore plenitudinis gratiæ, nullius sanctitatem priùs sancta mater Ecclesia voluit & celebravit, quàm B. Virginis. *Ita celebramus sanctitatis B. Virginis fundamentum primordiale.* Et post pauca quæ vix legi possunt: Sed sicuti tempus plenitudinis initiatum est in B. Virgine, quia priùs erat fundata domus, quam Deus Filius ipsam inhabitaret; ideò sanctitas B. Virginis est fundamentum Sanctorum omnium, qui tempore plenitudinis celebrantur per Ecclesiam. Unde *per suam Conceptionem* & per sanctitatem B. Virgo omnibus Sanctis sanctitatem fundavit. In ejus verò Annuntiatione omnibus Sanctis sanctitatem generavit, &c. Tertiò B. Virgo sanctitatem omnibus Sanctis maritavit in sua Purificatione. Quartò omnibus sanctitatem impetravit in sua Assumptione, &c. Extat manusc. in Biblioth. Universitatis Viennensis.

JOANNES Hymmel, Doctor ac Rector Magnificus Universitatis Viennensis, scripsit Sermonem de Immaculata Conceptione tempore Concilii Basileensis, in quo inter alia habet hæc: Sancta Virgo MARIA in omnibus quæ divina liberalitas creaturæ rationali dare voluit, excellentissimè est prædotata. Non solùm enim omni virtute & gratiâ plena, & de virtute in virtutem ascendens, conservatione virtutum vestita: quin imò in tantùm virtute heroica, & divina ornata; ut non solùm fuerit semidea (non quod ejus natura sit mutata) sed etiam tota Deifica & divina. Quia piè credi oportet, quod Rex altissimus istam suam filiam, quam sibi solam ac præ aliis in Matrem hodie de nostra specie præparando elegit, *singulari gratia præ venerit, obumbrando & sanctificando*; ut quamvis lege communi teneretur obnoxia peccato originali, juxta causas universales generationis ab Adam traductæ (quamvis non ejus Filius Dominus noster JESUS Christus, qui de ea sola cooperante Spiritu Sancto est genitus) nihilominus *ipsa Beata Virgo MARIA lege privata & privilegiata sic præventa sit, ut nequaquam illud originale contraheret.* Quin haud dubium hoc potuit & decuit fieri, ut perfectissimus Salvator filius ejus perfectissimum modum salvationis in Matrem impenderet; sanctificando videlicet eam sic à peccato, ut in id in quod aliquando casura erat, ipso sanctificante & gratiam infundente, non caderet, & ita tota pulchra contereret caput serpentis antiqui, *nunquam ab ejus pede contrita.* Longus esset sermo, si cuncta prosequi deberemus de hujus sanctificationis materia; quam nisi magni Doctores altercando habuissent, auderem dicere ipsam quoad plura dicta minus utilem fore, quàm curiosam. De hac namque Virgine Dei Genitrice nemo Christianorum ambigere debet, quin honoratissimè decuit eam concipi in utero materno, ut futuram Dei Matrem omni decore corporali & spirituali ineffabili adornatam, &c. Extat Manuscriptus cum aliis in eadem Universitate Viennensi.

JOANNES Ludovicus Schonleben Carniolus, Doctor Germanus & Cathedralis Ecclesiæ Labacensis Decanus, scripsit quinque Tomos diversos in 4. sub hoc titulo: Orbis universi votorum *pro definitione piæ & veræ sententiæ de Immaculatâ Conceptione Deiparæ, &c.* Ex his solum duo pervenerunt ad manus meas, scilicet tertius & quartus; & omni diligentia curamus habere alios tres, scilicet Primum Secundum & Quintum: sunt enim pro scribentibus de materia Conceptionis, valde utiles & singulares; ex quibus multa extraxissem si illos haberem. Nunc autem ex Tom. 3. duo transcribo: unum est illud caput tertium ubi agit de doctrina

Angelici

Angelici Doctoris, quod ipse reducit ad quinque Certa; addens ad finem ad confirmationem aliqua extracta ex illo Opusculo intitulato, *Certum Quid.* Quia existimo, hæc valde necessaria fore pro veritate indaganda in doctrina Angelici Doctoris. Et secundum erit proponere centum loca S. Thomæ ab ipso adducta, fol. 190. pro pia sententia de Imculata Conceptione. Igitur quantum ad primum, fol. 37. hæc habet:

Caput III. *Immaculatæ Conceptionis mysterium stabilitur ex doctrina S. Thomæ Doctoris Angelici.* Producturus Sanctos & Theologos Ordinis Prædicatorum in favorem Immaculatæ Conceptionis, ordior ab eo, qui & Sanctus, & inter suos Theologorum Princeps est; qui per Assertiones suas in hac materia nonnihil obscuras, & dubias, occasionem dedit quibusdam sequacibus deflectendi ad sinistrâ. Et quia multa sunt, quæ in utramque partem dixit sive dixisse putatur: ubi nonnulla necessariò præscienda præmisero, illa in medium afferam; & de ipsius demum sententia statuam quod sentio: hac annexâ in facti tutelam, quasi necessariâ protestatione, quòd istud scriptionis genus, nullius suasu, aut impulsu, ex nullo sinistro in PP. Prædicatores affectu (quos omnes in Domino ceu ornamenta Ecclesiæ amplector, veneror, suspicio) aggressus sim, & publici juris fecerim: sed solius veritatis amore (quam in hujus Controversiæ pia sententia me citrà dubium arbitror deprehendere) ut quod sine fictione didici, sine invidia proximis communicem. Per hoc verò nolim quisquam sibi persuadeat, me oppositam opinionem impugnare velle: id enim in obsequium S. Apostolicæ Sedis libenter & obedienter caveo; sed quæ producam, ut piæ sententiæ fundamenta stabiliam, imitatus non paucos hujus ætatis Theologos, & Scriptores egregios, qui Mariani honoris zelo animati in hanc descenderunt arenam.

Certissimum est illud quod in hac brevi Introductione proponitur, scilicet; omnes Assertiones contentas in doctrina S. Thomæ in materia Conceptionis Virginis MARIÆ esse dubias, incertas, obscuras, vagas ac indifferentes: quia ferè semper loquitur de sanctificatione carnis ante animationem, & aliquando, sed rarissimè, de primo instanti animationis. Unde ejus commentator Cajetanus ad quæst. 27. tert. part. artic. 2. post alia dicit: Nam absolutè loquendo inter illas duas positiones extremas, scilicet quòd fuerit sanctificata vel ante infusionem animæ, vel post infusionem animæ, est positio media, quod fuit sanctificata in instanti infusionis animæ: cujus opinionis Auctor hic non meminit, quia tempore suo non erat adinventa; omnibus communiter tenentibus B. Virginem conceptam in peccato originali, & ideo (ut videtur) reprobantibus sanctificationem carnis ejus ante infusionem animæ, ut in hac littera patet. *Duo hic dicit Cajetanus: primum, quod* Communiter *tempore S. Thomæ tenebatur Virginem fuisse conceptam in peccato originali; quod certum est, si ly* Communiter *intelligatur de sua Schola Thomistica, quæ à suo principio vocata fuit* Communis; *nam Angelicus Præceptor ab omnibus Scriptoribus antiquis, solum vocabatur* Doctor Communis: *sicut Alexander de Ales* Doctor Irrefragabilis: *Ioannes Scotus* Doctor Subtilis. *Unde idem erat dicere: hæc opinio est* Communis, *ac si diceretur, hæc opinio est Thomistarum: ut alibi latissimè demonstramus. Secundum dictum Cajetani est, quod scopus hujus controversiæ de sanctificatione in instanti animationis tempore S. Thomæ non erat adinventus; & quòd Angelicus Doctor de illo puncto nullam mentionem facit, quia solùm impugnavit sanctificationem carnis ante animationem: igitur ignorato primo fundamento quæstionis, necesse erat ut omnia alia essent dubia, incerta, & obscura; &c. Quanta hujusmodi sint in libris & opusculis, ex infra dicendis constabit; quanta in sententiis & clausulis, ipsimet S. Thomæ discipuli fatentur; quanta deniq; reperiatur dissonantia inter manuscripta & impressa quoad verba, ego qui contuli, aliquam fidem præstare possum, ut præsto, innumerabilia extare variata.*

Certa quædam præmittuntur de Operibus Doctoris Angelici. I. CERTUM est primò, S. Thomæ Aquinatis Opera de facto non haberi integra, & sincera, prout ab ipsomet Sancto vel scripta, vel dictata fuerunt; sed in multis locis depravata, variata, mutilata sunt, quorumcumque tandem sive injuriâ, sive curâ malitiosâ. Certi hujus asserti testes adhibeo. 1. Varias eorundem Operum editiones, quæ sibi ex integro non correspondent. 2. Gravissimorum virorum citationes, & textus S. Doctoris, qui jam in ipsius Operibus non reperiuntur, ut infra non semel constabit. 3. Publica Notariorum testimonia de integris sententiis Immaculatæ Conceptioni faventibus expunctis, quæ adhuc in vetustis MSS. Codicibus leguntur, in novis impressis desiderantur; prout infrà dicam, cùm de Commentariis in D. Paulum tractabo. 4. Ipsosmet PP. Dominicanos, quorum alii aliter Opera Divi Thomæ in lucem edunt. Anno 1566. prodiit Catena Aurea D. Thomæ, curâ unius Patris Ordinis Prædicatorum, cum duplici Indice, ut suprà retuli cap. 1. §. 2. Anno verò 1612. prodiit eadem Catena Aurea per R. P. F. Cosmam Morelles Prædicatorem Colonienſem Professorem, qui utrumque Indicem prætermisit. Plura similia adducam infra §. 26. n. 2. & alibi sparsim. 5. Eosdem PP. Prædicatores, qui fatentur non omnes editiones Operum D. Thomæ similes, integras, & sinceras esse. Ideo prædictus P. F. Morelles in Operum frontispicio præfigit hæc verba: *Editio nova, integro Tomo aucta, quamplurimis quibus scatebat mendis, correcta.* Si cum prioribus Editionibus correspondisset, non fuisset opus corrigere. Theologi item Romani Prædicatores in Editione Romana anno 1570. in Præfatione ad Lectorem, inquiunt: *Restituimus loco quamplurimos tam in textu, quàm in Commentariis, qui aliàs aut inter imprimendum irrepserant, aut etiam impressi non fuerant, &c.* Quæ omnia arguunt de facto non haberi facilè D. Thomæ Opera integra, & sincera, prout ab ipso sunt scripta.

QUID alteratum, mutatum, atq; emendatum fuerit in sexdecim impressionibus diversis Operum S. Thomæ à Correctoribus Dominicanis Anton. Senensi, Anton. Lucino, Barthol. de Spina, Henr. Sustheren, Ioan. Nicolai, & aliis, ex ipsorum verbis latè demonstratur in libro: Nodus indissolubilis *utriusque editionis: & post tot correctiones, in sola Summa Theologiæ invenit Pater F. Franciscus Garzia plusquam mille loca depravata, ut ipsemet fatetur in sua recognitione facta ex præcepto sui Generalis anno 1578. Sed descendendo à communibus ad particularia de materia Conceptionis, in prima impressione Opusculorum S. Thomæ, in Expositione Salutationis Angelicæ (ut videre est in exemplaribus existentibus in Monasterio B. MARIÆ Boom, Patrum S. Brigittæ in Ducatu Clivensi, & apud Conventuales Colonienses) extant hæc verba:* Tertiò quantùm ad puritatem, quia B. Virgo non solùm

solùm fuit pura in se, sed etiam procuravit puritatem aliis: ipsa enim purissima fuit, & quantum ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. *Et sic etiam reperitur in diversis originalibus manuscriptis, uno existente in Bibliotheca Regia Parisiensi, num. 590. altero in Monasterio Parcensi PP. Præmonstratensium prope Lovanium, & alio in Monasterio S. Martini Canonicorum ejusdem Civitatis; & altero in monasterio Aquicinctino Benedictinorum, & in altero existente in Bibliotheca Corsendoncana prope Turnautum, & sic etiam extabat in alijs manuscriptis, anno 1436. ut dicit Ioannes de Segovia Canonicus Toletanus in suis Allegationibus ad Concilium Basileense. Et omnibus his non obstantibus, in modernioribus impressionibus expunxerunt illa verba*: Quia nec originale, *dicentes sic*: Ipsa enim purissima fuit, quia ipsa Virgo nec mortale, nec veniale peccatum incurrit; *viciantes textum & constituentes incongruam grammaticam. QVID factum fuerit in expositione Epistolæ ad Galatas, jam est per se notum: nam cum in decem impressionibus diversis extarent hæc verba*; Virum de mille unum reperi, scilicet Christum qui esset sine omni peccato, mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ a peccato omnino immunis esset, adminus originali vel veniali, excipitur purissima & omni laude dignissima V. Maria. *In editionibus modernis expunxerunt exceptionem*, excipitur purissima, &c. *Item, in Epistol. ad Romanos cap. 5. ut constat ex authentico testimonio in Biblioth. Esfortiana, extat originale manuscriptum, ubi sic habetur*: Omnes in Adam peccaverunt, unâ exceptâ B. Virgine, quæ nullam contraxit maculam Originalis peccati; *quæ clausula deest in originalibus impress. Item, P. Ioannes Bromardus Ordinis Prædicatorum, qui parum post S. Thomam vixit, affirmat in sua Summa Prædicantium tom. 2. art. 2. num. 8. folio 318. S. Thomam in 3. part. posuisse sanctificationis excellentiam, quantum ad temporis prioritatem in hoc*, quod sanctificata fuit in sua animatione, id est in conjunctione animæ cum corpore in utero matris suæ & non ante, quia sanctificatio & mundatio fit per gratiam, cujus subjectum est anima: nihil enim est capax gratiæ nisi anima rationalis, &c. *Et verba ista modo non reperiuntur in tertia Parte. Vide de adulterationibus factis in Operibus S. Thomæ Petrum à Valleclausa in suo libello de Immunitate Cyriacorum Dyatriba 6. & fol. 170. Et quidam Gerardus de Montibus, scripsit Tractatum sub isto titulo*: Concordantiæ scriptorum & dictorum discordantium S. Thomæ; *quem P. Bunderus Ordinis Prædicatorum vidit in diversis Biblioth. Flandriæ, ut ipse affirmat in sua Biblioth. Auctore 203. fol. 161. & P. Thomas de Suetonia, ut affirmat prædictus Bunderus, fol. 620. fecit specialem Tractatum* de difficultatibus repertis in opebus S. Doctoris; *& cum sint discordantiæ ac difficultates implentes integros libros, sine difficultate & discordantia debemus nos clausis oculis illas recipere.*

II. CERTUM est 2. non constare de Operibus D. Thomæ, utrùm omnia verè sint ipsius Sancti, quæ sub ejus nomine circumferuntur, vel alterius authoris. Ita dubitatur de Commentarijs in Genesim, cùm illa S. Antoninus reiiciat, licet Antonius Senensis alia substituerit quæ Genuina putat. Dubitatur etiam de Commentarijs super libros Machabæorum, uti observavit Bellarminus: & ob id Fr. Stephanus de Sampaio adiecit suas conjecturas, quibus probare nititur hæc Commentaria esse D. Thomæ partum. Tractatum de Regimine Principum non esse D. Thomæ, clarè ostendit Bellarminus citatus. Dubitatur de Commentarijs Epistolas Canonicas, quos commendat Frater Claudius Spineus, alij non agnoscunt. Dubitatur de ipsa Summa Theologica, si non de tota, saltem de 2. & 3. part. Bellarminus citatus: *Mirum*, quid, *est valdè, quod magna pars primæ secundæ, & secundæ secundæ inveniantur iisdem verbis in primo & tertio libro Speculi Moralis Vincentij Bellovacensis.* Addit deinde Vincentium non potisse haurire doctrinam à D. Thoma, quia Vincentius obiit anno 1256. at S. Thomas an. 1274. sed neque putat credibile, quòd D. Thomas Partem secundam Summæ ex alio Auctore hauserit. Fr. Franciscus Garzia, Ord. Prædicatorum in Universitate Tarraconensi publicus Professor ait ad finem Partium: *Apertissimum esse S. Thomam mutuasse ex Vincentio fermè omnia, quæ in duobus Codicibus de Vitijs & Virtutibus scripta reliquit.* Unde hoc probat? *Præcessit enim Vincentius Divum Thomam viginti quatuor annis.* Quid inde? an non potuit aliquis alius posterior Divo Thomâ, totam Summam compilare partim ex Operibus Divi Thomæ, partim Bellovacensis? Martanellus cum Peruzzino suspicatur nonnulla in Tertia parte Summæ, quæ videntur contrariari Immaculatæ Conceptioni, & nominatim quæstionem vigesimam septimam supposititiciam esse, & *ab aliquo malevolo additam.* Movetur ex eo, quia antiqui Scotistæ cum Thomistis disputantes non meminerunt hujus quæstionis: nec Thomistæ in materia Conceptionis B. Virginis afferebant quæstionem 27. tertiæ partis, sed solùm in 3. Sent. dist. 3. Hoc argumentum Peruzzini & Martanelli non videtur spernendum, quia sine dubio Thomistæ locum illum ex Summa allegassent, utpote magis notum, & (ut putant) favorabilem suæ opinioni, si tunc in Summa, prout nunc circumfertur, inventus fuisset. Et quia argumentum universale est, potest æquè probare totam Summam supposititiciam esse. Universim autem de Operibus D. Thomæ annotavit Fr. Cosmas Morellus in hæc verba: *In Romana Editione inter Opuscula aliqua dubia; imò nonnulla, quæ plurimorum Doctorum consensu S. Thomæ doctrinam non referunt, extant excusa.* Nihilominùs eadem ipse reimpressit in Editione Antuerpiana, quę partim Moguntinis typis excusa est anno 1612. & plura, quæ in Romana non reperiebantur, adjunxit. Quod si igitur ipsimet PP. Prædicatores dubitant an omnia, quæ sub nomine Doctoris Angelici circumferuntur Opera, genuina sint S. Thomæ, quid alios de iisdem sentire par erit? Puto non malè concluisum iri cum Serrano Episcopo Acernensi: *Non solùm erit dubium, quid Angelicus Doctor de nostra senserit difficultate, sed dubium etiam erit, quid de illa scripserit.* Hæc de Operibus D. Thomæ dubiis benè observanda sunt, ut faciliùs concludere possimus, quid D. Thomas de Conceptione Deiparæ sive senserit, sive scripserit.

QVID circa hoc certum certissimum sit, non paucis lineis exprimi posset. Præter relata, expositio super Salutationem Angelicam, *nullo modo est S. Thomæ, neque super* Orationem Dominicam: *& idem dico de Opusculis de* Articulis Fidei, *& de* Ecclesiæ Sacramentis, *atque super* Symbolum. *Hæc enim quinque Opuscula sunt Innocentij Papæ III. qui mortuus est antequam Angelicus Doctor nasceretur; quod constat ex quodam originali manuscripto existente apud S. Martinum Lovanij, lit. O. num. 7. & ex alijs.* Compendium Theologiæ *ipsi adscriptum inter Opuscula in ordine 2. est cujus-*

dam illius discipuli Vlrici de Argentina, ut ex testimonio Dominicanorum adducit P. Philippus Labbe in libro de Manuscriptis Galliæ, fol. 427. & 456. Quòd scriptum in quatuor libros Sententiarum ad Annibaldum non sit S. Thomæ, sed cujusdam Annibaldi Carmelitani, est per se notum, ut constat ex originali servato Parisijs apud PP. Carmelitas, & hoc ipsum fatentur PP. Ioannes Bunderus & Guilielmus Carnificis, Ordinis Prædicatorum, in Bibliotheca Manuscriptorum Belgij, licet Auctorem non faciant Carmelitanum, sed Dominicanum. At hoc parum nobis refert, cùm constet non esse S. Thomæ, & hoc ipsum affirmat Ioannes de Turrecremata in Tract. de Conceptione. Quæst. quodlibetales esse alicujus sui discipuli; satis liquet ex quadam auctoritate P. Ioannis de Tabiena in Summa sua, fol. 734. verb. Feriæ, num. 13. Item totaliter manent variatæ, nam impressæ procedunt per Articulos, originale Corsendoncanum manusc. per Quæstiones, & alterum existens apud Hieronymianos Matritenses per Alphabetum. Expositio super Apocalypsim est Guilberti Porretani. Expositio super Psalmos videtur esse P. Reginaldi, ut multi ex eisdem Dominicanis dicunt. Quòd Catena Aurea sit F. Pontij Carbonelli, Ordinis Fratrum Minorum & Magistri S. Ludovici, satis probabiliter ostenditur in Opusculo de Judicio Salomonis. Quòd Sermones impressi non sint S. Thomæ, quasi evidenter deducitur ex originali existente in Monasterio Floresiensi, prope Namurcum. Expositiones in Matthæum & Joannem impress. neque in unico verbo conveniunt cum expositionibus manuscriptis existentibus in Bibliotheca Corsendoncana, sub nomine S. Thomæ. Et ne discurramus per singula; major pars aliquam patitur gravissimam exceptionem, quia ipse Ioannes Michaël Pius, lib. 1. colum. 80. relegat expositiones super Iliaam, & Trenos, & Hieremiam, & aliquas alias ex supra relatis. In Historia edita à P. Humberto & scripta post Canonizationem S. Thomæ solùm referuntur triginta quinque ejus opera; & eadem fere refert Petrus Rogerus, postea Summus Pontifex Clemens VI. qui scripsit ad annum 1324. In vita S. Thomæ manuscripta apud Canonicos Rubræ Vallis prope Bruxellas, cap. 56. extat Catalogus Operum S. Thomæ & solùm adducuntur viginti Opuscula, cum tamen impressa sint hodie septuaginta tria. Item, in prædicta vita ponuntur initia Opusculorum, & collationata cum impressis aliqua correspondent, sed alia minimè. Primus Pater Ordinis Prædicatorum, vocatus Didascalus, qui recollegit in uno tomo illa septuaginta tria Opuscula, quatuor solummodo affirmat esse de certo Angelici Doctoris. P. Bunderus, ad annum 1560. invenit esse centum & tria opera omnia, & jam excreverunt ad centum septuaginta; unde autem facta fuerit tam ingens multiplicatio, ipsi videant. Hoc unum didici ab ipsismet Nomenclatoribus Dominicanis, Senensi, Pio, Castillo, quòd multa Opera quæ erant cujusdam Thomæ Anglici, facta fuerunt Thomæ Angelici per solam additionem unius litteræ, ut ex ipsorum testimonijs latiùs videtur in Radijs Solis Veritatis.

III. CERTUM est 3. non constare quo ordine D. Thomas Opera sua conscripserit. Hodierni Thomistæ variant inter se, quid mirum si etiam ab alijs dissentiant? Theologi Romani Prædicatores, qui anno 1570. Romæ Opera D. Thomæ ediderunt, ajunt: Tertiam partem D. Thomæ morte præventus imperfectam reliquit; quasi supponerent ultimum opus ab eo scriptum fuisse Summam: propterea etiam ab alijs Summa vocatur testamentum S. Doctoris. Ambro. Catherinus: Sed ajunt, quæ scripsit in Summis Thomas, sunt ejus ultimum testamentum. Magister Augustinus de Fivizano in calce Operis: Explanatio in Psalmos —— quia morte vertente residuum ipsius Psalterij implere non potuit. Alius idem diceret posset de Commentarijs in Genesim, &c. Breviarum Romanum in festo S. Thomæ, quod Officium probabiliter aliquis P. Dominicanus composuit; & esto non composuisset, totus tamen Ordo id acceptando, jam sentit ultimum Opus D. Thomæ fuisse explanationem in Cantica: Fossæ novæ in morbum incidit, ubi ægrotans Cantica Canticorum explanavit. Theologi Vedastini Collegij Duacensis censuerunt nuper Summam (si D. Thomæ) compositam, cùm esset juvenis; uti attestatur P. Scherlogus scribens in Cantica. Ego (ut de cæteris Operibus taceam) de Summa loquendo, si admittam esse genuinum S. Doctoris partum, persuadere mihi non possum ab eo conscriptum dum esset juvenis: quia & dispositio melior, & tractatio exactior, & clarior phrasis in Summa est de plerisque materijs, quàm in scriptis ad Magistrum Sententiarum. Quia verò cum supranominatis Auctoribus dubito an Summa sit Opus D. Thomæ, aut saltem aliqua pars Summæ; non sum sollicitus indagare an à juvene, an à sene conscripta sit: dicerem, nisi contra torrentem viderer niti, Summam ab aliquo Ordinis Prædicatorum viro docto, & fortè Discipulo D. Thomæ, partim ex Divi Thomæ, partim ex Bellovacensis Scriptis collectam per modum Compendij Sententiarum Theologicarum communium suo tempore; quæ posteà nullius præfixo nomine in aliqua Bibliotheca reposita, & à posteris reperta, cùm potior pars Operibus D. Thomæ correspondaret, ipsiusmet S. Doctoris Opus existimata est & à potiori denominata. Hoc facilè contingere potuit, illâ præsertim ætate, quâ vix umquam adscribebantur Auctorum nomina vel Collectorũ: unde posteri, qui per conjecturas nomina indagabant, non potuerunt semper scopum attingere & verum cujusque lib. Auctorẽ pronuntiare.

QVID dicendum sit de Tertia parte, constat ex Breviario Romano antiquo, fol. 216. ubi sic dicebatur: Summam Theologicam quatuor libris, adhibitâ etiam quadam limâ, senex complexus est. Certissimum tamen est, Henricum Gorrichem Benedictinum ad præfatam Tertiam partem addidisse à quæstione 90. usque ad finem, & nonaginta priores quæstiones compleviße P. Albertum de Brixia discipulum S. Thomæ, ut constat ex testimonio P. Vincentij Bandelli, & Anonymi Dominicani, via 3. ration. 9. Auctore 84. Et quòd antiqui Scriptores non agnoverint Tertiam partem, ut fœtum proprium S. Thomæ, constat evidenter ex hoc unico argumento: P. Nicolaus Eymericus Inquisitor Aragonensis, anno 1395. scripsit latissimum Tractatum contra Immaculatam Conceptionem dictum Summo Pontifici, & adducit omnia loca quæ in suo Doctore invenire potuit, & citat solùm Primam secundæ, quæst. 81. & ex quæstionibus de Malo, & ex quarto Sententiarum; nullam faciens mentionem de Tertia parte. Et idem dico de latissimo Tractatu P. Girardi Renerij; igitur antiqui nesciebant an S. Thomas scripsisset Tertiam partem Summæ. Nec solùm proposita in textu morte præventus non potuit consummare Angelicus Doctor, sed etiam omnia sequentia, scilicet: librum Perihermeniarum, ut ait Antonius Senensis, Compendium Theologiæ, ut ad finem notatur, librum de Divinatione per somnium, libros de Cœlo, libros Metheororum, libros Ethicorum, libros Politiæ, Expositionem in Evangelium Matthæi, Evangelium Joannis, libros de Anima, denique Epistolas Pauli: si autem sit credibile Angelicum Doctorem morte præventum non potuisse consummare quatuordecim libros, alij judicent.

IV. CER-

IV. CERTUM est 4. D. Thomam in Operibus suis non omninò sibi correspondere. Testantur hoc ipsimet ejus Discipuli, & sequaces. Catherinus: *Etiam, qui insignes Thomistæ habentur, Capreolus & Cajetanus, fatentur ingenuè in nonnullis eum variè scripsisse; & posterius, quæ ante scripserat, retractasse.* Quod quidem de seipso fatetur S. Doctor: ideo enim conscripsit *Opusculum septuagesimum secundum de Concordantiis, in quo concordat seipsum in passibus apparenter contrarius*: & rogat Lectorem, ut si quis contraria invenerit, sequatur id, quod probabilius judicaverit. Obtemperarunt consilio Sancti Præceptoris Romani illi Theologi, quorum paulò ante meminimus; & quæ ipse S. Doctor non emendaverat, vel retractaverat, ea ipsi emendare, immutare, corrigere non dubitarunt. *Curavimus itaque, ut quàm emendatissimè imprimerentur omnia, amotis etiam ex eisdem Commentariis, atque expunctis omnibus locis, juxta nostri Ordinis Sanctiones, qui post Decreta Tridentinæ Synodi Lectorem poterant detinere dubium, vel suspensum: quos videlicet, vel ipsemet Commentator vivens emendaverat, & si viveret, emendasset; vel uti diximus, falsariorum & impiorum perfidia temeraverat.* Ex quibus iterùm aperè colligi potest Opera D. Thomæ non haberi de facto impressa, prout ab ipso confecta fuerunt. Patet 2. aliqua loca expuncta esse, juxta Ordinis Sanctiones; quæ autem illa loca sint, non possum ego divinare, nisi antiquos Manusc. Codices cum recentibus impressis conferendo. Patet 3. à Discipulis aliqua emendata, & immutata: adeoque pro libitu emendantium retentam sententiam, quæ emendantibus probabilior visa. Patet 4. non omnia, quæ debuissent emendari post Decreta Tridentinæ Synodi, emendata esse in Operibus Divi Thomæ, prout gloriantur prædicti Emendatores Romani: reperiuntur enim adhuc loca, *quæ Lectorem possint detinere dubium, vel suspensum. v. g. Dicendum, quòd secundùm fidem Catholicam firmiter est tenendum: quod omnes homines præter solum Christum ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt: alioqui non omnes indigerent redemptione, quæ est per Christum, quod est erroneum.* Locus hic potest Lectorem detinere dubium post Concilium Tridentinum, in quo etiam Beatissima Virgo excipitur ab illa universali: *Omnes homines.* Et licèt in Summa plerumque explicetur appositis Cajetani Commentariis: quia tamen sæpius alibi idem reperitur in libris Sententiarum, saltem in his debuisset expungi vel mutari, ubi non adsunt Commentarij.

QVID, & quanta habeat S. Thomas inter se repugnantia, constaret ex libro Retractationum *à se edito, si compararet; sed cum fuerit extinctus, jam omnia ista manent sub opinione, dicentibus ejus Discipulis, quòd nihil retractatione dignum habet in suis operibus, aliis aliter sentientibus. Propositum librum* Retractationum *viderunt Ioannes Vitalis & Alanus Parisiensis, ut ipsi testantur in suis libris de Conceptione. Pater Ioannes Bunderus, Ordinis Prædicatorum, in sua Bibliotheca Manuscriptorum affirmat se vidisse unum in Conventu Gandensi. Thomas Idmes in sua Bibliotheca Manuscriptorum Angliæ, dicit se vidisse alterum exemplar istarum Retractationum Cantabrigiæ in Bibliotheca Caij, Volumine 147. Et cùm hæc sit materia valde odiosa, tractemus & nos illa, quæ cum veritate dicere possumus, quam semper amamus.*

V. CERTUM est 5. quòd si de facto D. Thomas viveret, multas sententias suas mutaret; eò quòd ab obitu ejus in hanc diem multæ veritates Theologicæ assiduo disputantium conflictu perpositæ, & in lucem extractæ sint; multa argumenta nova inventa, antiqua clariùs expositа, &c. imò quædam, quæ ejus tempore disputabilia erant, jam per Sedem Apostolicam definita. Hujus asserti sufficiens probatio est ipsorummet PP. Prædicatorum confessio, illis verbis paulò ante adductis expressa: *Vel ipsemet Commentator vivens emendaverat, & si viveret, emendasset.* Quibus non solùm fatentur PP. Dominicani; quod si de facto Sanctus Thomas viveret, aliqua in suis operibus emendaret; sed etiam, quòd dum vixit, actu aliqua emendaverit: ut proinde verosimile sit libellum Retractationum D. Thomæ, de quo Joannes Vitalis mentionem facit, suppressum esse, *in quo* (ut ait Serranus ex citato Vitali) *in particulari retractabat opinionem, quam docuerat contra Immaculatam Virg. Conceptionem.* Hoc ego sic intelligendum putem, quòd se meliùs explicuerit, ubi videbatur contrarius esse piæ opinioni; licet nusquam verè contrarius fuerit, ut deinceps ostendam. Cum ergo ille libellus ampliùs non compareat, videtur ab aliquo suæ opinionis tenaci suppressus esse. Præterire hoc loco non possum, quod B. Ludovicus Beltran, Ordinis Prædicatorum, non solum de S. Thoma, sed etiam de alijs SS. Patribus pronuntiavit apud Vincentium Antistium. Ait enim: *Omnes antiqui Patres, si modò viverent, dicerent scribentque id, quod & nos sentimus de Immaculata Reginæ cæli Conceptione.* Et si Cajetanus consequenter loqui velit (uti notarunt Ambros. Catherinus, & Joan. Bap. Lezana) hoc ipsum fatebitur, paritate argumenti inductus. Nam cùm D. Thomas docuerit: *Clericus etiamsi se defendendo interficiat aliquem, irregularis est, quamvis non intendat interficere, sed seipsum defendere.* Cajetanus in Commentario ad hunc locum advertit valdè benè: *Novo jure in Clem. un. de homici. statutum est, quod is, qui aliter mortem evitare non valens, suum occidit invasorem, irregularis non est: quæ lex si tempore Auctoris extitisset, non scripsisset hoc Auctor.* Resolutio ista pluribus materijs applicari potest, & debet; in particulari cùm quæritur de Conceptione Deiparæ, quâ si negauit aliquando D. Thomas Immaculatam, quando non fuit lex & præceptum Ecclesiæ de illa celebranda, uti nunc est; jam nobiscum assereret fuisse Immaculatam & sanctam, propter legem celebrandi Festi Conceptionis: *quæ lex si tempore Auctoris extitisset, non scripsisset hoc Auctor,* quod putatur scripsisse contra Immaculatam Conceptionem, & melius se explicuisset.

QVID Angelicus Doctor S. Thomas de Aquino ageret, si nunc viveret, an retractaret suam opinionem, videndo piam sententiam receptam ab universali Ecclesia, suffultam auctoritate Apostolica, favoribus & gratijs ampliatam, & ab omnibus Doctoribus defensam, est opinio plurimorum Doctorum, quòd sic: assignando ad hoc plurimas & fortissimas rationes ex doctrina ejusdem Doctoris Angelici; sed ad omnia respondent Patres Dominicani, hoc esse divinare; non obstante quòd plurimi dicant (& quidem gravissimi Auctores) apparuisse eundem Doctorem Fantino Episcopo Patavino, & dixisse illi: Scias Domine Episcope, quòd quando talem opinionem posui, habui respectum ad divinum statum, quo B. Virgo peccatum originale contrahere debuerat, nisi per Filium suum fuisset præservata; sed Dei Filius Matrem suam ab originali macula præservavit. *Sed ad hæc omnia facillimum habent responsum Patres Dominicani; de revelatione dicendo, quod non sit vera, sed*

falsa, ficta & chymerica. Ego vero solùm dico quod, ut Dominicanus, non se retractaret, quia nimis adhærent suæ opinioni, & pluris faciunt illam quàm auctoritatem Ecclesiæ & Doctorum; sed ut Sanctus & tam humilis, sine dubio se retractaret, videndo quod Ecclesia & fere universus Orbis sit in hanc sententiam tam propensus; & sic concilio utramque sententiam.

Quantum ad secundum, sic inquit Joannes Ludovicus: *Collectio Conclusionum D. Thomæ pro Immaculata Conceptione Deiparæ.* Ergo B. Virgo secundùm Sententiam D. Thomæ, ut colligamus breviter, quæhactenus fusè dicta sunt.

1. *Pervenit ad summum puritatis, sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi;* quia fuit in *ea depuratio ab omni peccato*: Si ab omni, etiam ab originali.

2. Per comparationem ad Deum, post naturam humanam in Christo quodammodo infinitè nobilis fuit, adeoque nullâ maculâ originalis culpæ infecta.

3. *Nullâ contagione peccati inquinata, & à peccato originali & actuali immunis.*

4. A lege communi, quâ omnes habemus necessitatem contrahendi originale peccatum, speciali exempta privilegio.

5. Maximam habuit puritatem sub Christo, Redemptore unico humani generis.

6. Plus ei gratiæ collatum, quàm ulli alteri Sanctorum, unde adhuc in utero matris Spiritu sancto repleta.

7. *Super omnes alios Sanctos à peccato purior fuit, &c. velut divinæ Sapientiæ Mater electa, in quam nihil coinquinatum incurrit.*

8. Habuerit licèt debitum aliquod incurrendi peccatum originale; non tamen incurrit: sicut omnes habent necessitatem moriendi, non tamen omnes moriuntur.

9. Qui in extremo die reperientur, morituri non sunt, erit tamen in iis reatus mortis, seu debitum; sic etiamsi in Virgine fuerit debitum peccati, non tamen ipsum peccatum originale.

10. Ex speciali prærogativa gratiæ non incurrit actualiter originale peccatum: sicut divinâ dispositione potest aliquis non mori, licet omnes incurrant mortem, id est necessitatem moriendi.

11. Ut posset fructum Dominicæ redemptionis percipere, debitricem saltem nasci oportuit; quia quilibet hominũ personaliter redemptione Christi indiget, ad quam satis est debitorem esse, non est autem necesse peccatorem esse.

12. *Ex hoc quòd est Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus; & ex hac parte non potest aliquid fieri melius eâ, sicut non potest aliquid melius esse Deo.*

13. Cùm Angeli creati sint in gratia hoc; Privilegium ei non est negandum, quæ *Exaltata est super choros Angelorum.*

14. Cùm primus homo fuerit *cum gratia conditus*, hoc etiam Privilegium ei non est negandum.

15. Impeccabilis ex speciali Privilegio, ergò & ab originali peccato ex eodem Privilegio exempta.

16. Mater Dei necessariò maximâ puritate nituit, ut esset receptaculum dignum Deo.

17. Ab Ecclesia celebrante ejus Conceptionem agnoscitur concepta sine macula originali.

18. *Sine corruptione concepit, sine dolore peperit:* ergò ejus Conceptio passiva *non fuit secundùm legem naturæ*, ut originali peccato inficeretur.

19. *Gratiâ plena, quia scilicet habebat gratiam sufficientem ad statum illum, ad quem erat electa à Deo, ut esset scilicet Mater Unigeniti ejus.* Gratiâ plena *supra omnem puram creaturam: hæc enim plenitudo Matrem Dei decet, quæ super omnes est puras creaturas exaltata.*

20. *Thalamus Domini tabernaculum Christi*, dignum ibi esse, ubi est ipse in originali innocentia.

21. Debetur ei *Veneratio Duliæ; eminentiùs tamen, quàm cæteris creaturis, in quantum ipsa est Mater Dei*, ergò & carentia, ac immunitas ab originali.

22. Ideo sancta ejus Nativitas agnoscitur, quia Ecclesia illam celebrat: ergò cùm celebret nunc Conceptionem, etiam hæc sancta.

23. *Præ omnibus alys maiora Privilegia gratiæ accepit:* utique & innocentiam originalem primis parentibus concessam.

24. Maximis ornata beneficiis à Deo: cum ergò majus sit beneficium præservari, quàm mundari à peccato, ornata etiam dono innocentiæ originalis.

25. *Deus potentiam suam Legi non alligavit*; unde rationabiliter creditur exempta à lege contrahendi peccati originalis.

26. *Tabernaculum Dei est sanctificatio, postquàm cuncta perfecta sunt*, anima scilicet, & corpus; in ipsa animæ cum corpore conjunctione.

27. Redempta per Christum perfectissimo redemptionis modo, quia præservata à casu.

28. Maxima fuit ejus sub Christo puritas, qui nec peccavit, nec peccare potuit; igitur ipsa licet peccare potuerit, non tamen peccavit.

29. Conceptio ejus *in via peccatorum non stetit & in cathedra pestilentiæ non sedit, quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis.*

30. *Electa divinitus: ut esset Mater Dei. Non autem fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando.*

31. Ab originali eximi debuit, alias *ignominia Matris ad Filium redundasset.*

32. *Singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit;* igitur immunis ab originali peccato, uti & Christus.

33. *Dei Filius, qui est Dei Sapientia, in ipsa habitavit:* igitur munda, & immunis ab originali.

24. *Tota pulchra es Amica mea, & macula non est in te.* Ut hoc in ea impleretur, debuit esse immunis ab originali.

35. *Benè gratiâ plena, quia cæteris per partes præstatur, MARIÆ vero se totam simul infudit gratiæ plenitudo;* quidni etiam gratia innocentiæ originalis?

36. *Propinquissima fuit Christo secundum humanitatem & ideo præ cæteris maiorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.*

37. Mater Filij Dei debuit esse Virgo, ergo Virgo non tam carne, quàm mente; uti Eva in statu innocentiæ.

38. *Verbum absque corruptione cordis concipitur, ergo conveniens fuit, ut caro Verbi Dei sine corruptione Matris conciperetur.* Corruptione, inquam, non tam carnis, quàm mentis.

39. *Non poterat esse, quòd in natura iam corrupta ex concubitu, caro nasceretur sine infectione originalis peccatis* ergo etiam non poterat esse, quòd in natura corrupta per originale peccatum, caro nasceretur sine infectione originalis peccati.

40. Talis debuit esse Mater Christi, qualem Christus sibi Sponsam designabat Ecclesiam, *non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi.*

41. Virgo in partu cùm parit Deum; ergo Virgo dum concipitur, ut sit idonea Mater Dei.

42. *Fas non erat, ut per ejus adventum violaretur integritas*

integritas, qui venerat sanare corrupta. Integritas mentis potior est integritate carnis; hanc violatam non voluit, multò igitur minus illam.

43. Immunis servata à peccato per Filium, *qui parentes præceperat honorandos.*

44. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur,* ut originali maculâ inficiatur.

45. Si constituta *loco totius humanæ naturæ* Dei Filij Sponsa Immaculata, fidei obses apud Deum pro mundo; quomodo non purior omnibus cæteris Individuis humanæ naturæ?

46. *Angelus ad Virginem mittitur, quia semper est Angelis cognata Virginitas;* si semper, ergò etiam in animationis instanti: si mentis Virginitas, ergo pura Virgo ab omni macula originali, & personali.

47. *Mater Dei superior Angelis quantum ad dignitatem,* quidni & purior innocentia originali?

48. A quibusdam generalibus excipitur, ergò & à generali contractione peccati originalis.

49. Præservata *ne cum peccato originali conciperet,* utique etiam ne conciperetur.

50. *Fœmina concepit Deum, & Virgo peperit Filium:* igitur tam pura esse debuit, ut nullâ maculâ contaminaretur.

51. *Nec in Conceptione inventa est sine pudore, nec in partu inventa est cum dolore;* ergò nec in sui animatione inventa est cum macula originali.

52. *Sine peccati colluvione Christum suscepit, sine dolore genuit & sine integritatis violatione, pudore virginitatis integra permansit;* & dubitemus eam in primæva innocentia integram permansisse?

53. Activa *ejus Conceptio non fuit secundùm legem naturæ,* ergò etiam passiva fuit privilegiata.

54. Nullam habuit immunditiam; igitur nec illam, quæ ex originali peccato trahitur.

55. *In Christo & in Virgine MARIA nulla omninò macula fuit,* igitur nec originalis.

56. *Nullam habuit obscuritatem peccati;* quis igitur audeat caliginem originalem ejus nitori offundere?

57. *Ipsam sanctificavit Deus in utero matris suæ, postquàm formatum fuit corpus & creata anima:* posterioritate naturæ, non temporis.

58. *Quæ nullam contraxit maculam originalis peccati;* quomodò jam asseritur à quibusdam maculata?

59. *Non inveni, quæ omnino à peccato immunis esset ad minus originali, vel veniali: excipitur purissima, & omni laude dignissima Virgo.*

60. *Ipsa est Templum Dei mirabile præ omnibus Sanctis:* ergò immunis ab originali.

61. Templum sanctum Dominatoris, omninò mundum esse decuit.

62. *Quia nihil in Virg. quod non sanctitate plenum esset.*

63. *Voluit purgari, cum non indigeret;* indiguisset verò, nisi fuisset immunis ab originali.

64. *Oportuit illam Fœminam, de qua Christus corpus assumpsit, maximè spiritualibus donis repleri;* igitur & innocentiâ originali.

65. *Oportuit non solùm mentem ejus esse immunem à peccato, sed etiam corpus.* Immunis proinde fuit mens ejus ab originali.

66. *Ab omni labe actualis peccati immunis, etiam ab originali speciali Privilegio mundata;* id est munda præservata, vel munda creata.

67. Habuit quidem debitum contrahendi originale peccatum, sed absque eo concepta est: *hoc enim Privilegium sibi soli servabatur.*

69. *Nullus hominum (præter Christum & B. Virginem) fuit immunis à peccato originali.*

70. *Ipsa enim purissima fuit, quantum ad omnem culpam; quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.*

71. Excedit Angelos quantùm ad puritatem: ergò quantùm ad innocentiam originalem.

72. Excedit Angelos *in plenitudine gratiæ,* quæ magis est in B. Virgine, quàm in aliquo Angelo.

73. *Gratia Dei datur ad duo, scilicet ad bonum operandum, & ad vitandum malum; & quantùm ad ista duo, perfectissimam gratiam habuit B. Virgo. Nam ipsa omne peccatum vitavit, magis quàm aliquis Sanctus post Christum.*

74. Ab originali peccato mundata in utero; id est, munda præservata.

75. Tota pulchra, *cui plus gratiæ collatum fuerit ad peccatum ex omni parte vincendum.*

76. *Excedit Angelos quantùm ad puritatem; quia non solùm erat pura in se, sed etiam procuravit puritatem aliis. Et Immunis fuit ab omni maledictione.*

77. Libera ab omni Væ, à væ culpæ, pœnæ, miseriæ.

78. *Quia creditur præ aliis Privilegium gratiæ accepisse, non est fas dicere hoc negatum fuisse tantæ Virgini,* ut conciperetur sine originali.

79. *Si sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omninò immaculata munditia,* & Virgo in ipso ortu suo in utero sancta fuit: non aliter sentire debemus, quàm sine originali conceptam.

80. *Postquàm cuncta perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum.* Postquam anima ejus unita corpori; infusa est gratia, quæ impediret originalis peccati maculam.

81. *Quia quo tempore fuerit sanctificata ignoratur,* inde est, quia quo tempore animata fuerit ignoratur: & vel hinc sine macula concepta intelligitur.

82. *Copiosior sanctificationis Benedictio in eam, quàm in alios Sanctos ab utero sanctificatos descendit.* Ergò in ipso animationis instanti.

83. *Speculum clarissimum, immaculatum, incoinquinatum, incontaminatum: speculum, clarissimo clarius: Seraphim terfius & Purius; & tantæ Puritatis, ut purius intelligi non posset, nisi Deus esset:* quis audeat arguere maculæ originalis?

84. Omninò recessit ab impuritate culpæ. *Illud autem quod omninò recedit ab impuritate culpæ, est ità purum, quòd nihil potest esse eo purius.* Posset autem esse purius, si Virgo aliquando infecta fuisset originali.

85. Obnoxia quidem peccato, id est habens debitum, sed immunis ab eo actu contracto.

86. *Matri Sapientiæ maximè decuit hoc conferri (in quam nihil coinquinatum incurrit)* ut conciperetur absque originali.

87. *Si sanctificati sunt Joannes & Ieremias, multò magis creditur sanctificata Virgo, quæ Christum genuit.* Si multò magis, utique in ipsa animatione.

88. In sanctificatione *immunitatem à peccato consecuta* est: signum ergò est in ipso instanti animationis sanctificatam, & ab omni sorde vitiorum castificatam.

89. In ipsa igitur *prima sanctificatione consecuta est immunitatem à peccato,* quæ sonat nec originale, nec actuale mortale, nec veniale incurrere.

90. *Decebat, quòd Dei Mater eâ puritate niteret, quâ major sub Deo nequit intelligi. Decebat quod Mater Dei esset purissima, & perfectissima Virgo.*

91. *Meruit ex gratia sibi data, illum puritatis & sanctitatis gradum, ut congruè posset esse Mater Dei*; illum proinde puritatis gradum in quo etiam ab originali labe immunis esset.

92. *Mulier amicta Sole MARIA, propter peccati omnimodam immunitatem: unde Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

93. Tametsi *caro Virginis concepta fuit in originali peccato*, non ideò tamen etiam anima illo peccato infecta. Si enim Christus *accepit naturam humanam absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocentiæ*, consentaneum erat, ut talis natura prius esset in Matre Virgine.

94. *Gratia sanctificationis in Virgine habuit vim originalis iustitiæ.* Quod si ita, certè etiam vim habuit annexæ originalis innocentiæ.

95. *Beata Virgo, quæ fuit à Deo electa in Matrem, ampliorem sanctificationis gratiam obtinuit, quàm Ioannes Baptista, & Ieremias.* Quomodò ampliorem, nisi etiam in ipsa animatione sancta esset?

96. *Spiritus Sancti Sacrarium fuit uterus Virginalis: undè non decebat, quòd violaretur per commistionem virilem*, multò minùs per originalem maculam.

97. Conveniens fuit *propter ordinis decorem, ut sicut fuit persona immunis ab originali, & in carne, & in anima: & persona, utroque modo habens originale: sic esset persona media, quæ quodammodo haberet, & quodammodo non haberet, & ista est B. Virgo.*

98. Si corpus Christi *de purissimis sanguinibus Virginis formatum*, Virgo igitur purissima ab omni nævo.

99. *B. Virgo est vera & naturalis Mater Christi*; quomodò igitur non immunis ab originali?

100. Consuetudo Ecclesiæ, & instituta Majorum clamant illam Conceptam sine macula, quidni & nos? Omnia ista loca deducuntur ex doctrina S. Thomæ. Ut constat ex citato libro.

JOANNES Martinez de Prado, Prior Provincialis Hispaniæ Ordinis Prædicatorum, die prima Junii huius anni 1663. promulgavit litteras patentes pro suis subditis, sub hoc titulo: A los Reverendos Padres Maestros Priores, Rectores, Superiores y Presidentes de nuestros Conventos, y à las Madres Prioras y Suprioras, y à sus Vicarios y Procuradores, y à los demas Religiosos y Religiosas desta nuestra Provincia de España de la Orden de Predicadores, &c. Et concludit sic: Que aunque nuestra Señora es superior à toda alabança, y seria temeridad presumir poder llegar à predicar, amar, y servir à la sacratissima Virgen Madre de Dios, y Señora nuestra todo lo que se deve alabar, predicar, y servir à su gloria, si pudiendo, no le damos este elogio, ni predicamos, ni amamos, ni servimos como devemos. Y assi conformandome con el orden, y disposicion de nuestro Reverendissimo Padre General, ordeno, y mando por estrecha obediencia à todos los Religiosos desta nuestra Provincia, assi Prelados, como subditos, que assi en nuestros Conventos, como fuera dellos, digan el elogio acostumbrado en estos Reynos *de la purissima Concepcion de nuestra Señora, concebida sin pecado original en el primer instante de su ser*; y que en todos nuestros Conventos se haga, luego que se reciba esta nuestra patente, una fiesta à este santissimo mysterio, con la mayor solemnidad que se pueda, predicando en la forma dicha, y me avisaran del recibo, y observancia desta nuestra patente; & si hubiere alguno transgressor, y turbador de la paz, le castigaran con todo rigor. Dada en nuestro Convento de la Peña de Francia, à primero de Junio de 1663. F. Juan Martinez de Prado Prior Provincial.

JOANNES Martinez de Soto, Doctor Hispanus, edidit Rescriptum sub hoc titulo: Respuesta à cierto Memorial que el R.P. M. Fr. Juan Martinez de Prado Provincial de la Orden de S. Domingo de la Provincia de Castilla, dio à su Magestad que Dios guarde, &c. *Et est pro Immaculata Virginis Conceptione.* Et incipit: He visto un papel que ha puesto, &c. Extat impress. in folio, absque anno & loco impressionis.

JOANNES Nider Sueuus, Ordinis Prædicatorum, qui clarebat anno 1430. inter alia communissima ejus opera, quæ plura fuerunt, & erudita; scripsit etiam Sermones de tempore, & de Sanctis, sub titulo tali: Aurei Sermones de tempore, qui incipiunt à Dominica prima Adventus: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Zachariæ 9. & Matth. 21. Tria sunt dicenda principaliter de Christi adventu, &c. Et Sanctorale incipit à sermone S. Andreæ: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. Tria principaliter sunt dicenda: Primò B. Andreæ vocatio &c. Ubi adducit sermonem de Conceptione B. Virginis sub Themate: Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Psalm. 45. Hæc verba hodie canit Ecclesia in suo Officio Matutinali; ubi tria principaliter sunt declaranda. Primò, quomodo hodie quinque Privilegia Deus MARIÆ Virgini contulit, prius nulli, nec postmodum puro homini concessa. Secundò quomodo MARIA hodie ad modum Tabernaculi Veteris Testamenti sic *super omnes est sanctificata.* Tertio: quomodo hodie Deus duodecim modis sanctificet dilectos. Quantum ad primum, notandum quod quinque Privilegia sunt illa, videlicet: cœli & creaturæ totius nobilissima actio, corporis formatio, animæ perfectissimæ infusio, Angeli optimi commendatio, & nostra veræ Matris primordialis oblatio. Et supra hoc discurrit latissimè absque eo quòd aliquid speciale dicat pro Conceptione, nisi ad Tertium, ubi inquit: *Tertio, hodie perfectissima anima à Deo creata est, quam purus homo habere potuit*; intellectu acutissima, & aliis potentiis nobilissima in potentia: quæ anima velut Regina à Deo missa est in corpusculum Virginis, sicut Domina in domum, & sicut Regina in tabernaculum optimè ædificatum. Unde Proverbiorum 9. Sapientia ædificavit sibi domum, &c. Quartò: hodie tam Reginæ quàm ejus tabernaculo in custodiam datus est nobilissimus Angelus de primo Choro, quicumque ille fuerit, &c. Et nihil amplius habet quod directè vel indirectè pertineat ad Conceptionis materiam. Ad finem vero sermonis concludit sic: Tertiò principaliter notandum, quòd secundùm D. Thomam in tertio dist. 3. & tertia parte, quæstione 27. & in quarto dist. 4. & 17. Deus multipliciter sanctificat homines, id est, mundificat gratiam infundendo, & defectus & peccata auferendo: & sunt quatuordecim modi sanctificationis divinæ. Primò: quosdam sic sanctificat, ut à peccato actuali mundentur, sed non confirmantur sic, quòd non possint de cætero peccare mortaliter; & illud fit in contritione & confessione eorum qui venialia quædam non curant. Secundò: alij sanctificantur ab omni peccato etiam veniali, licèt modicum duret; ut illi qui in particulari detestantur memorata peccata venialia, & in generali omnia alia. Idem fit in Eucharistiæ devota sumptione interdum;

terdum; nonnunquam etiam in intensa Dei dilectione, quando alicui Deus tantum placet, ut omnia peccata ei intensè displiceant. Tertiò: alii mundantur à peccato originali post eorum nativitatem, sed postea peccare possunt venialiter & mortaliter in adulta ætate; ut communiter pueri baptisati vel adulti, qui secundùm contritionem ab omnibus peccatis liberantur. Quartò: quidam sanctificantur in baptismo, & ultra gratiam baptismalem propter merita parentũ recipiunt majorem gratiam quam alii baptizati habeant de communi lege: sicut piè creditur factum circa B. Nicolaum, cujus devotio prima die nativitatis suæ in stando apparuit, & in quarta & sexta ferijs semel ubera sugendo. Et in B. Dominico, qui puerulus sæpe deprehensus est relicto lecto in terra accumbere. Et in Remigio, ad cujus Matris lac cæcus sanatus est Heremita, postquam puerperæ lac ejus oculos tetigit. Quintò: alii in adulta ætate sanctificati sunt ab originali etiam ante baptismum; ut Cornelius Actorum 9. & B. Martinus, cujus opus ante baptismum in eleëmosinis Christo placuit, & sic etiam ubi infra manus baptisantis puer discederet baptisandus: vel etiam in via moriens, quando ad baptizandum postulatur, & diligentia apponitur ut puer baptizetur; vel ubi parentes precibus obtinuissent abortivo, & divina clementia suppleret quæ natura negavit. In his enim casibus piè creditur puerum salvari. Sextò: quidam adulti sanctificati sunt taliter, quòd in sua baptismali innocentia usque in finem permanserunt, licet peccare potuerint mortaliter: sicut B. Petrus Martyr, Thomas de Aquino & plures. Septimò: qui baptismalem gratiam perdiderunt, & contriti donum perseverantiæ post lapsum à Deo habuerunt, sicut multi hodie. Octavò: illi in quibus fomes quoad multa vitia extinctus fuit, ut in B. Elizabeth, quæ oratione obtinuit ut filios non curaret nisi alienos; & Thomas de Aquino donum castitatis obtinuit; similiter Sanctus Equicius, ut in primo Dialogo Gregorius refert, & Sanctus Serenus, de quo Cassianus Collat. Patrum; qui omnes mundati esse leguntur Angelica manu ab omni incentivo libidinis. Nonò: illi, qui licet peccatores fuerint, tamen hîc in gratia confirmati sunt, ut postea non potuerint mortaliter peccare: sicut Apostoli die Pentecostes. Decimò: illi, qui in utero sanctificati sunt, qui postea tantùm solùm venialiter peccare poterant, ut Joannes Baptista, Jeremias, & Jacob Patriarcha secundùm quosdam: De quo secundum Apostolum, antequam natus est, dictum: Jacob dilexi, Esau verò odio habui, ut dicitur Malachiæ 1. & Rom. 9. ad quorum numerum etiam hodie propinquaret qui propter fidem in utero Matris occideretur. Undecimò: hodie *sola Virgo sic sanctificata est inter puros homines à Deo in utero, ut de cætero nec venialiter, nec mortaliter peccaverit*; sic enim secundum Thomam in ea per gratiam natura tantum dotata est, ut nec ad veniale nec mortale inclinaret nec à bono opere retardaret: imo in tantum, ut in aliis talia restringeret & ab aliis visa nullus de ea tentaretur. In Conceptione vero Filii de novo sanctificata est taliter, ut secundùm Anselmum sub Deo nequiret major puritas intelligi: & hæc est duodecima sanctificatio. Tertio decimò sanctificatus est Christus, non propriè, quia à nullo mundatus, sed unctus ab instanti suæ Conceptionis super omne quod intelligi potest præ principibus suis, sed adhuc passibilis fuit propter nos. Quartodecimò: Sanctificatur anima quando liberatur ab hac luce, à peccatis & pœnis Deo præsentatur: tunc lumen gloriæ infunditur, & omnium virtutum habitus confirmantur; quæ nobis concedat, & cætera. Hucusque P. Joannes Nider; ex quibus verbis colligitur nunquam expressè & formaliter locutum fuisse contra Immaculatam Virginis Conceptionem: imò potiùs videtur stare pro pia sententia, ut etiam docet Joan. Ludovicus Schonleben, tomo 4. Auctore 24. fol. 40. Nam si anima fuit perfectissimè à Deo creata, & purior quàm quilibet homo habere potuit, & sic missa in corpusculum Virginis sicut Domina in domum, & sicut Regina in tabernaculum; & eodem puncto datus est nobilissimus Angelus ad eam custodiendam, & die octava Decembris fuit sanctificata dicente Nider: *Hodie sola Virgo sic sanctificata est inter puros homines*: igitur sanctificata in femine & in carne. Nec obstat quod dicat Deum quosdam sic sanctificare homines, ut illos mundificet, gratiam infundendo, & defectus & peccata auferendo quatuordecim modis; & in istis undecimo loco numeret sanctificationem Virginis Mariæ: ex quo videtur deduci, quod ipsam mundificaverit defectus & peccata auferendo: quia etiam inter istos enumerat Christum Dominum, in quo nulla fuit mundificatio à defectu vel peccato; & sic etiam dicit sanctificari animam quando Deo præsentatur post mortem, & lumen gloriæ infunditur ei: & tamen tunc nullus in ea est defectus aut peccatum. Vidimus etiam Sermonem Nativitatis Virginis, qui incipit: Ego Mater pulchræ dilectionis; sed in ipso nihil extat pro nostra materia. Lib. est impr. in folio, absque anno & loco editionis.

JOANNES de Palomar, Decretorum Doctor & Archidiaconus Barchinonensis & in Concilio Basileensi Pontificius Præsidens delegatus, scripsit libellum Sigismundo Imperatori ante celebrationem Concilii, de procuranda decisione piæ sententiæ asserentis, *Beatissimam Virginem conceptam sine macula*: quem hic transcribo ad litteram. Sacræ Imperiali Majestati. Optime Impera. quia publicè dicitur, & communis vox sonat, & jugiter prædicatur in plateis, quod vestro imperiali, digno, & laudabili opere celebrabitur in brevi Concilium Generale, in quo reformabitur tam in capite, quàm in membris Ecclesia sacrosancta: ideò continuando instantias assuetas, vestræ Cesareæ Majestati humiliter supplicatur, quatenus recolendo opera & litteras de materia *purissimæ Conceptionis Virginis Matris Dei*, vestræ Sacræ Dominationi vicibus triplicatis missas (in ultima quarum fuit vobis datum pro memoriali authentico dictum Salvatoris: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista) Velitis disponere vestram Imperialem devotionem cum sancta & vigilanti diligentia, ut in dicto Generali Concilio dictæ *purissimæ Conceptionis* universalis & perpetua celebratio ad effectum perveniat totiens supplicatum. Et ut hoc meritorium & devotum negotium teneatis continuè ante faciem mentis vestræ; supplicatur iterum vestræ Imperiali Majestati quòd, Ave Maria gratiâ plena, habeatis in dicta materia pro stimulo seu memoriali continuo. Nam si verbum prædictum, sicut quotidie in vestro Imperiali ore pronuntiatum existit, ita in sua significatione devotè contemplaveritis: sine dubio videbitis verè, & cum

& cum ratione evidenti, quòd, cùm plenum de directo opponatur vacuo, aut *Virginem esse maculâ immunem*, aut verbum prædictum, quod fuit Archangeli Gabriëlis Incarnationem Filij Dei Mariæ Virgini nuntiantis, esse falsum. Nam postquam Virgo Mater plena gratiâ nuncupatur, non potest concedi in aliqua ejus parte vacua, nullo modo. Cum illud quod in aliqua ejus parte vacuum invenitur, non possit plenum simpliciter nuncupari. Et ideò, si ejus principium materiale, quod fuit in actu in illo nunc, in quo fuit concepta, esset peccato originali infectum, id est, cum dispositione causali, quod in introductione formæ existeret onus originale in actu non simpliciter plena, sed in suo materiali principio dispositivè, causaliter esset vacua concedenda, & per consequens verbum Angeli falsum. Sed quia verbum Angeli à suprema veritate in tanto & tam excellenti mysterio Ambaxiatoris nullo modo falsum est concedendum; idcircò Virgo Mater est concedenda in principio cujuslibet partis, tam materialis quàm formalis ejus producti esse Deo gratiosa. Itaque præservativè à prædicto materiali principio, semoto totaliter quocumque obstaculo gratiæ impeditivo, adveniente formâ creaturæ, prima *producta fuit ipsa Virgo gratia & amore divino absque aliqua macula* mirabiliter illustrata. Ac ita temporaliter illustrando fuit producta, & producendo illustrata; sicut fuit æternaliter in Matrem eligendo, dilecta: & ut Matrem diligendo electa. Et quia postea Maternitatem Dei actu continuit, & semper & continuè in cunctis suis actibus divinam voluntatem virtuosissimè adimplevit: est etiam cum veritate concedenda tam in medio quam in fine temporalis cursus vitæ suæ plenè dotata multarum mirabilium gratiarum, & cum ingenti multiplicatione ineffabili modo & numero in illis plenariè conservata. Item, supplicatur vobis optimo & devotissimo Cæsari, ut etiam habeatis pro stimulo & memoriali continuo in tam pia materia quemdam brevem Ttactatum intitulatum *de possibilitate & congrua necessitate purissimæ Conceptionis Virg. Matris Dei*, qui vestræ Imperiali devotioni mittitur cum præsenti. Nam omni dubitatione procul pulsâ speratur, quod si prædictum tractatum simul cum contemplaria consideratione de Ave Maria gratiâ plena, supradicta, & alijs operibus ab alijs missis attentè & devotè perlegeritis, quibus Sacræ vestræ Dominationi ut ita faciatis humiliter supplicatur; de altissimis veniet in vestra Imperiali anima talis ac tanta compunctionis conscientialiter gratia, quod continuè remanebitis punctus quousque toties humiliter supplicatum vestro digno opere, dictâ divinâ gratiâ operante veniat ad perfectum. Et ut talis perfectio nullatenus per vos possit oblivioni tradi; supplicatur etiam valde instantissimè, ut quia scriptum est, potenti bonum facere & non facienti, peccatum est illi; semper prædictam materiam in vestra Imperiali memoria teneatis actualiter exaratam. Dominus Iesus Christus qui uniendi Ecclesiam suam sanctam vobis contulit gratiam specialem, ipsam gratiam vobis augeat ad congregandum Sacrosanctum Concilium: in quo conformetur ipsa Ecclesia ad statum sanctum & virtuosum; & etiam ordinetur perpetua celebratio *purissimæ Conceptionis Sacratissimæ Virginis* MARIÆ, simul Virginis Matris. Cui placeat dictam gratiam à Domino Jesu Christo simul Filio & Deo suo vobis Sacratiss. Cæsari plenariam impetrare. Scripta Barcinone 16. die Maij, Anni Nativitatis ipsius Domini Jesu Christi, M. CCCC. XXV. Deo gratias.

Item, ibidem extat Opusculum alterum de quo fecerat relationem, sub hoc titulo: De possibilitate ac congrua necessitate purissimæ Conceptionis Matris Dei, &c. Virgo & Mater Jesu Christi Filij Dei movit influentiâ suæ gratiæ voluntatem cujusdam occupati Zelatoris puritatis *suæ purissimæ Conceptionis*; ut inter suas occupationes applicaret se ad considerandum possibilitatem ipsius puritatis, quam audiverat à multis affirmari ut possibilem. Qui confisus gratiâ summi & veri Dei, & auxilio prædicti summi Dei Matris & Virginis: vertendo se ad ipsum verum Deum, & ad suas verissimas dignitates, cum magna spe videndi veritatem ipsius possibilitati; incepit suam considerationem in modum, qui sequitur. I. Memoravit ipse Zelator; Quod Deus infinitus & æternus, & omni perfectione perfectus uno actu intelligendi, seipsum & omnia intelligit: aliter derogatur suæ perfectissimæ infinitati, cui pluralitas nisi personalis, non potest modo aliquo convenire. Item derogaretur suæ perfectissimæ æternitati, cui novitas aliqua non est concedenda, quæ in pluralitate actuum, nisi personalium, ab intra non posset ipsa novitas denegari. II. Memoravit etiam, quod in Deo creatore, qui est summa & perfectissima virtus, est prima & perfectissima veritas, & qui ad sui similitudinem produxit omne creatum, sunt omnes veræ virtutes & virtuosæ veritates consideratæ sine aliquo defectu in perfectiori virtuosiori & veriori esse, quâ sint in creaturis. Nam aliter exemplar seu id à quo sumitur aliqua similitudo non esset perfectius, neque verius quam similitudo ab eo sumpta: quod esset valde inconveniens affirmare. Deductis duobus memoratis vidit gratiâ Dei ipse Zelator multum clarè & rationabiliter infrascriptas procedere veritates, &c. Nam postquam Virginem sanctissimam Mariam sancta confitetur Ecclesia esse actu Matrem Dei; oportet virtute primi memorati ut ab intelligentibus fidelibus concedatur: quòd Deus æternaliter intellexit & intelligendo elegit, & in mente sua, ut ita loquar, depinxit ipsam Virginem Mariam gloriosissimam Matrem suam. Item postquam in creaturis invenitur amor Filij ad Matrem verus & virtuosus, quia à Deo mandatus; à quo cum sit prima veritas & prima virtus, non potest procedere nisi verum & virtuosum: & prout superiùs est ostensum, ipsa sanctissima Virgo Maria sit concedenda æternaliter electa, & in mente divina depicta Mater Filij Dei: oportet concedere virtute secundi Memorati, quòd æternaliter & perfectissimè fuit dilecta per ipsum Filium Dei, qui ipsam in Matrem suam æternaliter elegit. Prædictis veritatibus modo prædicto consideratis; fuit ipse Zelator in omnibus suis potentijs intellectualibus cum magna exultatione & ineffabili jubilatione valdè quietatus, videndo multum intelligibiliter non tantum possibilitatem, quam intelligere desideraverat: sed etiam ipsius possibilitatis congruam necessitatem. Nam considerando ipsam Virginem in mente divina æternaliter Matrem Filij Dei depictam, & per consequens, ut supra conclusum est, ab ipso Filio Dei æternaliter & perfectissimè dilectam; non vidit aliqua ratione posse convinci, quod ipsa Virgo sic perfectissimè & æternè

à Deo

à Deo dilecta in aliquo puncto parvissimo fuerit ipsi Deo odiosa: cùm odium & amor de directo contrarientur; *& sic ratione necessaria fuit compulsus affirmare: ipsam Virginem sine aliquo minimo intervallo semper & continuo ab ira & odio divino totaliter alienam.* Nam aliter non fuisset ut Mater æternaliter & perfectissimè à Deo dilecta. Et consequenter fuit necessitatus affirmare: cùm peccatum sit hoc per quod creaturæ sunt odiosæ; quòd sicut ipsa Virgo Maria fuit æternaliter in Matrem Filij Dei electa, ut talis à Filio Dei electa, & ut talis à Filio æternaliter dilecta, ita fuit privilegio æterno dotata: quòd in generali condemnatione humanæ naturæ, in qua natam oportebat ipsam naturaliter produci, nullo modo esset comprehensa, *neque per consequens peccato originali aliqualiter infecta; sed totaliter etiam ab ipsa condemnatione & ab ipso originali peccato omnino exempta.* Nam aliter non fuisset æternaliter per Filium Dei perfectissimè ut Mater dilecta. De qua æterna & perfectissima dilectione, postquam ipsam in Matrem elegit, non est aliqualiter dubitandum: cùm in creaturis in eorum operibus minùs defectuosis, si electio materna esset possibilis per Filium fieri, rationabiliter posset videri quòd numquam fieret de muliere ipsi Filio odiosa. Ergo cum Virginem Mariam confiteatur Ecclesia sacrosanctam maternitatem Filij Dei temporaliter obtinuisse; à quo Filio Dei, qui æternus, omnipotens & omniscius est, fuit æternaliter, ut supra conclusum est, in Matrem electa, & ut Mater dilecta: oportet concedere, quòd tali & tanto privilegio ipsam æternaliter adornavit, quia tanquam omnipotens potuit, & tanquam omniscius scivit, & tanquam Filius perfectissimus amator æternus ipsius Virginis multùm decenter & rationabiliter debuit; quòd gratiâ ipsius gratiosi, & divini, & æterni privilegij fuit ipsa Virgo *ab omni specie peccati ita perfectissimè omninò præservata; quòd numquam in ipsa nec in aliqua parte sui proprij esse, aliquid potuit inveniri tactum maculâ vitiosâ.* Dicitur, nec in aliqua sui proprij esse etiam parte; intendit dictus Zelator quòd anima ipsius Virginis, quæ non est filia Adæ, nec ab ipso Adam descendit, fuit à Domino Deo pura creativè in esse producta. Item, *quòd corpus ipsius in productione, & ante animationem fuit purum; quia à macula originali præservatum.* Nam licet pars corporalis, quæ intellectualis non erat, non posset peccato inficì, nec per consequens præservari; tamen, quia peccatum primi parentis per naturam corporalem derivatur in homine per modum generandi communè in natura humana producto: oportet concedere, quòd in ipsa natura corporali est dispositio causalis, per quam in introductione animæ insurgit in homine intrante possessionem naturæ humanæ cõdemnatæ, effectus ipsius condemnationis, qui est culpa originalis. Et ideò de dicta causali dispositione intendit dictus Zelator, quòd fuit pars corporalis Virginis Matris Dei, *per dictum gloriosum & æternum privilegium firmiter manutenta, & plenè & perfectissimè præservata;* & quia remota causa removetur effectus, ideò concluſit dictus Zelator, gloriosissimam Virg. Mariam ab utroque latere, & per consequens in toto suo esse sanctissimo, fuisse semper & continuè divino & æterno dono purissimam, & per consequens ab omni lapsu generaliter præservatam. Extat manusc. in Bibliotheca Academiæ Viennensis, in 4. cum tabulis nigris, num. 466. & in 4. Tom. D. Joan. Ludõvici Schonleben, Auctore 14.

JOANNES Paulus Oliva, Societatis Jesu Italus, in lib. Concionum habet tres Sermones *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Primus fol. 227. qui est in ordine, serm. 24. secundus, fol. 348. serm. in ordine 36. tertius verò, part. 2. serm. 30. Extat liber impress. Romæ 1659. in fol.

JOANNES Pomer Wildaw, Sacræ Theologiæ Doctor Germanus & in Academia Viennensi Lector, fuit *mysterij Immaculatæ Conceptionis* secundùm mentè Scoti acerrimus propugnator; illius Rescriptum super quatuor libros Sentent. extat manusc. in Bibliotheca Universitatis Viennensis, de quo adducit testimonium Joannes Ludovicus, in 4. Tom. fol. 37. Auct. 21.

JOANNES Trap Austriacus, Doctor Viennensis & quintò Universitatis Rector, citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione*, à Joanne Ludovico Schonleben, in suo lib. Orbis Votorum pro Concept. fol. 59. ad annum 1505.

JODOCUS Weyler de Hailburna, Sacræ Theologiæ Professor Germanus & in Ecclesia S. Stephani Viennæ Canonicus, in Sermone de Annuntiatione Beatissimæ Virginis, quem dixit anno 1444. in Monasterio Fratrum Prædicatorum Viennæ cujus Thema fuit: Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & justus Dominus, Psalm. 111. Venerabiles & Egregij Patres Domini Doctores, cæterique in Filio Virginis honorandi. Et paulò post initium: Ter enim fuit per gratiam sanctificata: Primò *in ejusdem Virginis Conceptione tanta fuit sibi gratia collata, ut semper à peccato immunis fuerit.* Secundò, secundùm multos in ejus nativitate ex utero, gratia priùs eidem Virgini in Conceptione collata, fuit multùm aucta. Tertiò, in hodierna Annuntiatione & Redemptoris nostri Conceptione fuit referta plenâ gratiâ: & Spiritus sancti nuntius Gabriël Archangelus per hodiernæ salutationis verba demonstravit, dicens: Ave gratiâ plena, &c. Et circa Sermonis medium: Fuit spiritualiter sanctificata per gratiam, ut habitum est in prima proprietate lucernæ; ita quòd secundùm B. Bernardum ejus puritati non audet se Angelica puritas comparare. Et B. Anselmus: Eâ, inquit, puritate nitebat Virgo Beata, quâ major sub Deo nequit intelligi. Hanc puritatem mentis & voluntatis, *& immunitatem ab omni peccato actuali* Archangelus in hodierna salutatione nuntians: *Ave id est, sine væ culpæ. Ipsa enim nunquam subjacuit originali peccato; sed immunis semper fuit ab omni originali*, & actuali culpa; ut habetur ex declaratione sanctæ Synodi Basileensis, &c. Extat Viennæ manusc.

LAMBERTUS de Geldria, Doctor Germanus & Rector Magnificus Universitatis Viennensis, circa annum 1400. in Commentario in Epistolas Canonicas, quæst. 11. pag. 46. hæc habet. Licèt post prævaricationem primorum parentum totum genus humanum nunquam fuisset spiritualiter mortuum: nullum tamen ejus suppositum corporalis mortis subterfugeret maledictionem. Prima pars patet: cùm à tempore illo usque ad finem mundi, secundùm Doctores, fuerunt & erunt semper aliqui justi in charitate existentes, & Deo grati, qui vixerunt, & vivent vitâ spirituali: sic enim mundum Deus dilexit indefectibiliter; quòd semper fuerunt & erunt aliquæ mundæ personæ & immaculatæ in Ecclesia,

quantumcunque aliæ peccent, vel peccaverunt, &c. 3. Regùm: Dereliqui mihi in Israël sex millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal; ideò portæ inferi non prævalebunt contra eam. *Patet etiam ista pars de Christo & Virgine gloriosa, quos nunquam pulvis etiam originalis peccati maculavit.* Secunda pars patet ex eo, quia Christus mortuus fuit, Patriarchæ, Prophetæ, & Sancti Dei alij. Ideò nullus evadet hoc maledictum, &c. Plura ibi extant quæ non erat opus hic referre, cùm sufficienter ista Doctoris mentem aperiant. Extat manusc. Viennæ.

LAURENTIUS Lucianus, Ordinis Minorum Italus, in relatione speciali adducit illa Carmina Italica pro civitate Senensi:

Voi, voi Donna del ciel, voi fosti quella
Che liberasti noi con poche squadre,
Per fede quà giù, che il primo Padre
Non pecco in voi tutta gratiosa è bella.

Item, de Titulo posito in Templo Fratrum Servorum Beatæ Virginis, habet hæc verba: Solemni pompa non satis laudata hujus Reipublicæ Senensis *sub protectionis Immaculatæ Conceptionis MARIÆ Virginis titulo*, Ecclesia hæc à D. Hieronymo Piccolomineo Pintię Episcopo est consecrata, Joanne Piccolomineo Cardinali Archiepiscopoque Senarum, ac Prælatis quàm plurimis & Magistratibus civitatis præsentibus, anno 1534. Ita P. Hippolytus Marraccius in Vindicatione revelationis fictæ S. Catharinæ Senensis, folio 67.

LEONARDUS Bagnus, Societatis Jesu Germanus, scripsit dum Viennæ Præfectum Scholarum & Præsidem Congregationis ageret, tacito suo nomine: *Manuale Sodalitatis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ in Cæsareo-Academico Societatis IESV Collegio Viennæ erectæ & confirmatæ.* Quo uno Opusculo satis testatus est, quantum *Immaculatæ Conceptioni* devotus esset; ut cæteras egregias viri virtutes, & ea quæ de puritate Virginea disseruit, cum sacras litteras interpretaretur, hoc loco prætereamus. Sic Joan. Ludovicus in suo libro Orbis universi votorum, Auctore 56. fol. 79.

LUCANUS N. Auctor Antiquus, sed cujus status vel Religionis fuerit penitus ignoratur, scripsit Serm. *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quem manusc. invenimus Leodij ut cum alijs similibus lucem videat.

MARINA de Escobar, fœmina Hispana venerabilis, scripsit Epistolam R. A. P. Provinciali Dominicanorum P. Pimentel, tenoris sequentis: Padre Rm. biem abra V. P. echado deber quan encoijda y corta heandado no haziendo lo que debo en ablarle con claridad *en materia de la purissima Immaculada Concepcion de la Santissima Virgen MARIA nuestra Señora* no echo bien como digo, y el Señor Dios nuestro de la Magestad mehа reprehendido de ello; porque haviendo me ordenado declarase y diexse lo que savia de su divina Magestad acerca de la verdad de esta santa opinion y señalandome personas graves, varias y religiosas; y de nuestra Orden aquien lo dijese y haviendo coumplido cõ mi obediencia, con los demas lo qual por la misericordia de Dios ha tenido muy buen efecto solo con V. P. que fue uno de los señalados con quien me devia alargar y quedado corta y hencojida no querria que la falta de esto fuese culpa de ambos de mi poca obediencia y de V. P. no se si falta de disposicion, el caso es Señor mio: que es verdad infalible que la santissima Virgen Maria nuestra Señora fue concebida sin pecado original y esto lo se del mismo Dios, que es verdad infalible, que ni puede engañarse ni engañarnos y por ser esto lo principal vaste y dejo de alegar Santos y nuestros que pudiera bien. Sea el Señor bendito supuesto esto à V. P. supplico quan encarecidamente puedo y lepido en el nombre del Señor, en cuya presencia estoy quando esto digo, mire mucho esto y abrace de corazon y crea la verdad de nuestra santa opinion, que tenemos todos los mas por la mayor gloria de Dios nuestro Señor y de su santissima Madre, y animese V. P. à esto, pues esta santa opinion se puede tener tambien por la honrra de la santissima Virgen Maria nuestra Señora, y se deve tener, porque es verdad y su Santidad nos à echo merced de honrarla y favoricerla, inspirado de nuestro Señor, con que aquesto se publique y la contraria en este caso este en silencio; esto es lo que conviene y lo que mi Señor de V. P. y vaste esto por amor de Dios. Aquien su divina Magestad guarde con mucho aumento de dones del cielo en su alma, &c. De cassa, oy martes. Doña Marina de Escobar. Extat apud nos transumptum ex illa quæ extat apud D. D. Comitissam de Benavente.

MARTINUS Eysengrein, Præpositus Passaviensis & Universitatis Ingolstadiensis Pro-Cancellarius; quem supra, *col. 1015.* ex Andræa de Peruzzinis adduximus sine auctoritate, cum errore Typographiæ in nomine. Iste ergo in discursu de Salutatione Angelica, in festo Annuntiationis sic inquit: Dominus tecum; Singulari, præstantissimo, & excellentissimo modo. Quæris quis ille modus? hoc tibi exactè & breviter exponam. Primò Dominus est cum Maria singulari & excellentissimo modo *ab initio ejus sanctæ Conceptionis* nunquam ab eâ recedens, sed continuò cum illa permanens, eamque *ab omni labe & maculâ peccatorum omnium gratiosè præservans*, ut ipsa per Ecclesiam de se pronuntiare solet: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret &c.

Item, ex Sermone de Nativitate Virginis: Hodie exorta, & visa est illa gratiarum plena & fœlicissima stella maris hujus mundi Maria; quæ rectè stellæ comparatur. Nam sicut stellæ ex naturâ suâ puræ sunt & sine macula, ita Beatissima *Virgo pura fuit, & sine macula, libera ab omni peccato. Sine macula in Conceptione*, sine macula in Nativitate, sine macula in omni vita, sine macula in morte, sine macula per omnem æternitatem. &c. Ita Joannes Ludovicus Schonleben, in suo 4. Tomo Orbis Votorum &c. Auct. 48. fol. 72.

MARTYROLOGIUM, hoc est Martyrum recensio, sive Catalogus, &c. cura & jussu Caroli Magni Imp. digestum. Insertis lectionibus moralibus disciplinæ Ecclesiasticæ regulam continentibus, de mandato Ludovici Christianissimi, & gloriosissimi semperque Augusti conscriptum, anno à Christo nato 808. Impress. Parisiis anno 1536. in 4. 6. Idus Decembris: *Conceptio Virginis gloriosæ.*

Item, in Bibliotheca Fuocensi extat quidam liber manusc. pervetustus & antiquus in charta pellicea, absque Authoris nomine: cum hac inscriptione: Lux perplexorum; & est quasi Martyrologium, habet autem ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIÆ, duplex majus.* Et postea infra: *Eodem die Conceptio S. Dei Genitricis MARIÆ*, quam vene-

venerabiliter Ecclesia Romana solemnizat. Scriptus fuit liber anno 1403. incipit Prologus: In lætarium novum, &c.

Item, cum aliis opusculis Carthusianorum scriptis anno 1470. extat Martyrologium manuscriptum apud S. Michaelem Antuerpien. ubi sic dicitur: *Conceptio gloriosæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ concepta sicut in utero S. Annæ matris suæ. &c.*

MATTHÆUS Trajecti Germanus, in Sermonibus de Sanctis, habet Concionem *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ*, quam optimè probat. Extant manusc. in Bibliotheca Clarissarum Triveris, antiquis characteribus.

MICHAEL Ayguanus sive de Bononia, Ordinis Carmelitarum, *adde* inter plura alia, scripsit Tractatum, *de Conceptu Virginis gloriosæ*; ut refert Joannes Bunderus in sua Bibliotheca, fol. 343. num. 13. & dicit quòd manusc. vidit Bruxellis apud Carmelitas, sed illum invenire non potui.

MICHAEL de Butzendach, Ordinis S. Benedicti Germanus, qui vixit circa annum 1440. elaboravit Tractatum *de Immaculata Virginis Conceptione*; & incipit: Ad laudem & honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, cui etiam ea quæ in sui generatione, &c. Habemus illum manusc. ex Monasterio S. Jacobi prope Moguntiam; ut aliquando cum alijs lucem videat.

MICHAEL Suchenschatz, Sacræ Theologiæ Doctor Germanus, in Commentarijs in Lucam, fol. 102. sic inquit: Ex peccato secutum fuit triplex væ in conjuncto; Væ culpæ, væ pœnæ, væ ignorantiæ: væ culpæ triplex; originalis actualis; venialis, actualis mortalis, &c. *sine omni isto væ triplici fuit Beatissima Virgo.* Et fol. 110. ait: Quatuordecim sunt privilegia Beatissimæ Virginis Mariæ; primum, *quod numquam peccaverit*, secundum quod peccare non potuerit, tertium quod in summo pura fuerit; &c. Rursum, fol. 112. Secundo excessit (B. V.) omnes in gratia remissionis peccatorum, *quia peccatum originale non contraxit, ut piè creditur;* sicut infra patebit. Denique fol. 121. pag. 2. proponit ex professo hanc quæstionem: Utrum Beatissima Virgo Maria ratione suæ sanctificationis in utero fuerit sine peccato originali concepta? Cumque attulisset utriusque sententiæ oppositæ argumenta, concludit: Verum secunda opinio multis apparet magis devota, & amplius pro laude Beatissimæ Virginis: *ob quod piè credunt, sicut & credunt, sicut & credi potest, ipsam fuae originali culpa fuisse conceptam.* Et tunc ad rationes oppositæ sententiæ. Extat manuscrip. in Academia Viennensi cum alijs operibus.

M. Pilgrinus, Ordinis Prædicatorum Germanus, qui vixit circa annum 1412. in Commentarijs in Lucam, cap. 1. sic inquit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. In qua salutatione Virgo commendatur ex pluribus. Primò commendatur *ab universali culpæ carentia*, unde dicit Ave. Secundò ab redundanti gratiæ plenitudine & abundantia. Tertiò à speciali Domini præsentia, Dominus tecum. Quartò à singulari super omnes fœminas excellentia: benedicta tu in mulieribus. Quantum ad primum, commendatur ab universali culpæ carentia: unde dicit Ave ab à, quod est sine, & ve, quasi sine væ: unde reliquæ mulieres multis væ subijciuntur, &c. Post nonnulla: Quare non dixit: Dominus fuit tecum, vel erit, vel est tecum, assignando aliquam differentiam temporis? Dico quod hoc non fecit, quia si unam differentiam temporis assignasset, reliquas excluisset. Ad innuendum ergo quod semper fuit, & est, & erit cum ea, dixit: Dominus tecum. *Unde Dominus tecum fuit, te ab omni culpa præservando:* Dominus in præsenti est tecum, te gratia implendo; Dominus erit tecum in futuro, carnem ex te sumendo. &c. Hoc opus asservatur in Academia Viennensi; ut refert Joann. Ludovicus Schönleben in 4. Tomo de Concep. Auctore 13. fol. 26.

NICOLAUS de Dunckelspuhl Germanus, ac Theologiæ Doctor, qui multa scripsit circa annum 1405. Et quid de Immaculata Conceptione senserit, colligere est ex multis ejus scripris. Et primùm ex Commentario in Epistolam 2. ad Corinth: ubi doctissimè & fusissimè disputat in utramque partem, pro & contra *Conceptionem Immaculatam*; afferendo pleraque argumenta ad id usque tempus excogitata a Theologis, & plura de suo addit in favorem honoris Virginei. Extat originale exemplar manuscriptum cum correctionibus marginalibus: in quo præter alia sic ponit inferendum contextui marginalem paragraphum; Octavo: si fuisset concepta in peccato originali, non posset licitè de sua Conceptione Festum in Ecclesia celebrari; quod non est dicendum, cùm multæ Ecclesiæ jam antiquatâ consuetudine id summa festivitate celebrent. Consequentia patet, cum pro nullo peccatore, pro tempore quo peccator est, sit festum celebrandum: fuisset autem taliter B. Virgo peccatrix originali peccato, &c. Item, ex ejus Sermone I. de Annuntiatione. Ave, id est, sine væ. Vbi notandum, quod duplex est væ. Primum est pœnæ: & de primo væ non intellexit Angelus, cum ei dixit Ave, quia sine primo væ non fuit; sed multiplex hic passa est, ut væ paupertatis, &c. Aliud est væ culpæ, sive sit culpa originalis, sive actualis; & de isto loquitur Angelus cùm dicit Ave; quia Virgo benedicta fuit à væ, id est, sine væ culpæ: *quoniam fuit sine væ maculæ originalis, & sine væ culpæ actualis, ita quod à primo væ, scilicet maculæ originalis peccati, fuit totaliter præservata, &c.* Deinde concludens primam Virginis prærogativam, ait: Ista ergo immunitas à peccato est prima prærogativa Virginis Mariæ, quam Angelus innuit in sua Salutatione, cum dicit ei: Ave; in qua ipsa sola est suo Filio similis, & dissimilis omnibus alijs Sanctis. Item, Sermone de Vigilia Nativ. Domini. Secundò notandum, quod cum anima infunditur carni concupiscentialiter ex concubitu viri & mulieris conceptæ; tunc in illa infusione contrahit maculam ex conjunctione hujusmodi infectâ carne: & illa macula secundum Magistrum, in 3. dist. 3. vocatur peccatum originale; vocatur etiam communitur fomes peccati; & inclinat hominem ad peccatum, & difficultat ad bona, &c. *Ab illo utique fomite fuit MARIA semper V. totaliter præservata,* &c. Ex istis vltimis verbis colligitur, quid sentiebant & quo modo loquebantur antiqui de peccato originali; & de contractione illius: nam fomitem confundebant cum peccato originali. Extat manusc. Viennæ.

NICOLAUS Gilles Gallus; in libro Annalium seu Chronicorum Regum Christianorum, à destructione Trojæ, usque ad Ludovicum XI. Ad annum, 1384. lib. 6. fol. 44. in Carolo VI. facit relationem aliquorum Doctorum Dominicanorum, qui voluerunt sustinere Virginem Mariam con-

ceptam fuisse in peccato originali, & de Concionatore cujus causa vocati sunt in illo Regno Huetz, & verba ejus præcipua sunt: Circa hoc tempus fuerunt aliqui Doctores de Ordine Prædicatorum, qui publicè prædicabant & dicebant Virginem MARIAM conceptam fuisse in peccato originali; inter cæteros unus fuit, qui dixit, si illud non demonstraret ac probaret perentorie ac evidenter, velle appellari Huetz; unde vulgus, studentes, atque pueri clamabant post ipsos in plateis dicentes: Huetz, Huetz. Ita ut propter hanc irrisionem non erant ausi egredi ex Conventibus: Vnde convenerunt omnes Clerici Doctores & Magnates Universitatis Parisiensis, & in pleno consessu prædicta propositio damnata fuit ut erronea; ac declaratum, *Virginem fuisse conceptam sine peccato originali.* Lib. extat impress. lingua Gallica, an. 1551. in fol.

NICOLAUS de Grætz, Doctor Germanus, & in Universitate Viennensi ad annum 1437. Rector Magnificus, scripsit plures Sermones, & Serm. 3. de Assumptione dicit: Habuit enim B. Virgo octo privilegia præ omnibus sanctis hominibus puris. Scilicet quod *primò fuit absq; omni peccato*, fuit gratiâ plena Dei Mater. &c.

Item, ex Serm. 4. de eadem Assumptione: Intravit Jesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, &c. sed quare non fit mentio de Lazaro? Respondetur, quia mundatio attribuitur Lazaro, quem suscitaverat vox virtutis, ut videretur formam gerere pœnitentis. Nulla ergo secundùm Anselmum fit mentio Lazari: quia ab innocentissimo corde Mariæ, prima (scilicet MARIA) longè fuit; *absit enim ut in qu na menti domus hæc aliquid habuisse dicatur*, ut in ea provide scopa Lazari quæratur, &c.

Item, ex Sermone 2. de Nativitate 7 Benè ergo Prophetâ Virginem benedictam, virgam nominat; quia perfecta fuit, recta, *non per peccatum aliquod incurvata*, vel amore terrenorum inclinata: non nodosa, *quia nec nodus peccati originalis, nec cortex peccati venialis ei adhæsit.* Quid pluribus opus? Inquit D. Joannes Ludovicus, fol. 45. ubi etiam affirmat extare hujus Auctoris duo Sermonaria in Bibliotheca Viennensi.

NICOLAUS de Creutzenach, *adde colum. 1095.* scripsit etiam Commentaria in Epist. 2. ad Corinthios, ubi sic ait: Secundùm prædicta, & secundùm concordem sententiam Doctorum, peccatum originale contrahitur ab omnibus, qui secundùm communem legem, per viam propagationis, per marem & fœminam nascuntur; nec dubium de aliquo sic propagato, an ab hac lege sit exceptus, nisi de Virgine MARIA, & ideo nunc de hac quæro: An gloriosa Dei Genitrix concepta fuerit in peccato originali? Et post aliqua folia, sic inquit: Quòd si non repugnet Sacræ Scripturæ, nec fidei Christianæ; veritati (inquam) Scripturæ non repugnet: Beata enim MARIA significata fuit per Arcâ testamenti, anima verò ejus significata fuit per Urnam in qua positum fuit manna. Cùm ergo Urna priùs fuerit impleta manna, quàm posita in Arcam, *prius saltem naturâ sanctificata fuit anima Virginis*, quàm conjuncta corpori, &c. Plura longè pulcherrima. Extant opera ejus manusc. in Bibliotheca Universitatis Viennen. Floruit 1481.

OFFICIA Ecclesiastica antiqua invenimus quamplura in diversis Bibliothecis; præcipuè unum Missale scriptum à Venerabili Thoma à Kempis propria manu, anno 1417. apud S. Martinum Lovanij: & fol. 103. habet, hanc Rubricam: *In Concep. B. MARIÆ Virginis. Habet propriam Missam, Sequentia est: Ave MARIA; cætera per totum sicut in Nativitate ipsius, excepto quod nomen, Nativitatis, mutetur in nomen Conceptionis:* & folio 133. adducit Collectam, *Supplicationem*, &c. Ex quo colligitur quòd ante Concilium Basileense jam apud Canonicos Regulares habebat hæc festivitas proprium Officium.

Item, Coloniæ apud S. Nicolai, extat Officium manusc. per Fratrem Benedictum Douch Glathachen, *de Conceptione B. MARIÆ*, summum, &c. Item apud S. Martinum Majorem ejusdem civitatis, extat aliud Officium *Conceptionis B. MARIÆ*, summum minus, manusc. in 4.

PAULUS Guillebault, Ordinis Minorum Belga edidit Rescriptum pro *tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis*; incipit Rescriptum: de titulo Immaculatæ tribuendo Beatissimæ Virgini, &c. Extat manusc. in fol. in Archivo civitatis Gandavensis.

PAULUS Blasianus, Theologus Germanus, edidit Tomos duos Sermonum; & in Sermone de Conceptione B. Virginis, inquit: Nondum erant abyssi, & ego jam Concepta eram. Prov. 8. Nondum erant creaturæ, & ego jam eram in mente Divina. Pro introductione assumo dictum Anselmi: Principium quo Salus mundi processit mihi considerare volenti occurrit hodierna Solennitas, *quæ de Conceptione Beatissimæ Virginis Matris Dei MARIÆ multis in locis recolitur.* Nec magni ponderis est omne, quod aut dignitati aut honori ejus humanâ laude defertur, si meritis ejus & insignijs comparetur. Tantorum namque bonorum consummatio, quæ per ipsam Domini Matrem toti creaturæ provenerunt; videtur admonere omnem humanam mentem pietatis affectu exordium suum considerare, quàm sublime, quàm divinum, quàm ineffabile fuit. Nec mirum; fundamentum siquidem, & quasi quoddam sacrarium & habitaculum summi boni in ea ponebatur, & mansio lucis æternæ. &c. Item, ex Sermone 3. de Annuntiatione. Explicans Angelicam Salutationem, ait: Ave, id est, sine væ culpæ & miseriæ generaliter, & mox gratiâ plena. Ita copiosa est ei collata gratia, quæ animam suam custodivit *ab omni culpa originali & veniali & mortali.* Ideò Augustinus: Quid dignius hac Virgine, quæ transcendit merita omnium mortalium & Angelorum? MARIA ergo non solùm habuit donum gratiæ particularis gratum facientis, sed etiam plenitudinem omnium gratiarum gratis datarum. Extant sermones isti manuscripti in Bibliotheca Universitatis Viennensis.

PAULUS Wann de Kennrat, Concionator Egregius Ecclesiæ Patacensis vel Passaviensis, in suo Sermonario habet sermones tres *de Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione*; primum, sub Themate: Nondum erant abyssi, &c. Pro Thematis divisione, nota quòd triplicem reperio, &c. Secundus incipit: Domum majestatis meæ glorificabo, Isaiæ 40. & applicatur ad honorem B. MARIÆ, &c. & tertius incipit: Conceptus hodiernus MARIÆ semper Virginis, &c. Fuerunt impressi Hagenau apud Henricum Bran, anno 1512. in fol. & Auctor vixisse dicitur circa annum 1474. An vero sermones isti sint alterius Auctoris mihi incertum est. Extant tamen in ejus libro.

Item,

Item, scripsit super Sententias; & in 3. Sentent. Distin 3. defendit piam opinionem *de Immaculata Virginis Conceptione*: & sic illum adducit Joannes Ludovicus Schonleben, in 4. Tomo, Auct. 31. folio 49.

PETRUS Abbas S. Remigij fecit Reseriptum de *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; quod se vidisse testatur P. Joannes Bunderus in Bibliotheca Buscoducensi.

PETRUS Engelhart de Herberstorff, Canonicus Viennensis & Rector illius Universitatis, ad annum 1338. scripsit super Sententias; ubi ad 3. Sent. dist. 3. habet quæ videntur transcripta ad litteram ex Tractatu Petri de Candia, postea Alexandri V. dicens: Circa tertium de Præservationis actualitate pono quatuor Propositiones, &c. Quarta Propositio est hæc sequens ex præmissis: In Beatissima Virgine fuit nitor eximiæ pulchritudinis, *omnem excludens maculam fœditatis*. Ista propositio patet; nam anima Matris Christi fuit perfectissime redempta, pro eo quòd Christus fuit perfectissimus Redemptor: sed ex hoc quòd fuit perfectissimus Redemptor redimit aliquod individuum de stirpe Adæ per viam propagationis generatum, ne contraheret peccatum originale, ut dicit Propositio prima; & individuum redemptum fuit perfectissima anima Beatissimæ Virginis MARIÆ, ut dicit tertia Propositio: *Sequitur quòd anima Virginis nullum contraxit originale peccatum, & per consequens in ea fuit nitor eximiæ pulchritudinis, excludens omnem fœditatis maculam; quod est propositum.* Præterea si ab aliquo removetur quod est minus detestabile, propter suam excellentiam & dignitatem; à fortiori, ab eodem removendum est, quod est magis detestabile, ut patet ex secunda Propositione; sed ab anima gloriosæ MARIÆ removetur macula criminis venialis, ut dicit tertia Propositio, ergo de æquo jure nullatenus contrahere debuit peccatum originale. Circa finem verò quæstionum ita scribit: Quæ autem opinio nunc sit eligenda, Dico sine præjudicio sanctæ matris Ecclesiæ, si qua fieret in præsenti vel in futuro determinatio, quod nulla ratione ad hoc me cogente, sed sola devotione purissima simpliciter confiteor, & firmiter credo, quod Beatissima Virgo MARIA Dei genitrix super choros Angelicos exaltata, *nunquam fuerit sordibus originalis criminis deturpata*; cum sibi dicatur à Sponso, Cantic: 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Denique concludit: Sola igitur devotio Amantissimi nos moveat, *puritatem Beatissimæ Virginis ab omni crimine* totis visceribus commendare: ad cujus honorem & laudem iste articulus motus extitit, qui ad præsens in hoc terminatur. Extant manusc. in Biblioth. Viennen. cum aliis opusculis.

PETRUS Gonzalez Galindo, Societatis Jesu, Theologiæ Professor Hispanus, in Thesibus habitis Compluti, mense Aprili 1636. hæc defendit: *Beata Virgo respectu peccati originalis, debitum & obligationem proximam non habuit ad illud contrahendum.* Impress. ibidem, eodem anno.

PETRUS Gottfardt de Corona Germanus, & Rector Universitatis Viennensis; qui vixit circa annum 1476. elaboravit Sermonem de Conceptione, cujus principium est: Sanctificavit tabernaculum suum altissimus, Psalm. 47. Præcellentissimi Patres & Domini Doctores egregij, Magistri venerandi, cæterique Domini qualicumque dignitatum titulis fulciti. Post longam probationem immunitatis Virgineæ à macula originali, subjungit: Hujus autem sanctitatis excellentia singularis accipi potest penes tria. Primò penes personalem Virg. munditiam, de qua Anselmus lib. de Concept. Virginali dicit: Decuit ut illa Virgo tali puritate niteret, qua major sub Deo nequit intelligi. Per hoc etiam evidenter probari potest, *quòd Virgo Beata ab originali peccato fuerit præservata.* Cum enim ipsa ab æterno prærordinata est à Domino in Reginam Angelorum & hominum: consequens erat ipsam, quæ mater est Plasmatoris omnium, in sui Conceptione esse immunem à peccato tam originali quàm actuali. Unde B. Bernardus in Sermone de Assumptione Virginis, qui incipit: Huc totum decurrat ingenium, sic dicit; Caro Virginis ex Adam sumpta maculas Adæ non admisit, sed singularis continentiæ puritate, in candorem lucis æternæ conversa est. Hæc ille, & plura. Extat manusc. Viennæ.

PETRUS de Magarola, Episcopus Elnensis in Catalonia, Hispanus, scripsit Breve Epitome imaginis Dominæ nostræ de la Victoria: quæ plurimis Miraculis corruscat in pago de Tuyr, & ferebatur in bello ab Imperatore Carolo Magno, &c. Ubi refert quomodo hæc imago apparuit eidem Imperatori in quadam capsa cum una capsula, quæ quando defertur ad mulieres periclitantes in partu, cantatur Antiph. *Conceptio tua Dei Genitrix Virgo &c.* & liberabantur. Idemmet Prælatus scripsit aliqua Miracula de Immaculata Concep. ad annum 1626. & inter alia ponit illud de lapidibus repertis in valle de Aran: ubi ad pedem Eremitorij Virginis MARIÆ sunt aliqui lapides diaphani, qui habent quatuor litteras, videlicet: M. C. S. M. quas interpretatur: *MARIA Concepta Sine Macula.* Ita Antonius de Lupian Zapata in suis Notitijs de Conceptione.

PETRUS de Pirchenwart, Sacræ Theologiæ Doctor & Rector Magnificus Universitatis Viennensis, in Commentarijs in Sanctum Evangelium Joannis, pagin. 153. sic inquit: Peccatum originale est peccatum commune, quod secundùm B. Augustinum & etiam secundum Magistrum, dist. 30. Secundi Sent. per Adam transit, transijt & transiet in omnes per ejus carnem vitiatam concupiscentialiter generatam; lege aut Privilegio speciali non obstante; *quod addo propter Matrem Domini nostri IESV Christi, de qua piè creditur, quod hujusmodi peccatum ex speciali Privilegio ipsam non sit trasnfusum*: quod & nec ad plures transfero, non determinando assertivè sive sit, sive non. Sed cum cæteris piè æstimo credendum, quòd non sit hujus culpa in Virginem MARIAM transfusa. Ex quibus sic dictis sit notum, quòd originale peccatum & culpa, &c. Extat liber manuscriptus in Universitate Viennensi.

PETRUS Tzach de Pulka Austriacus, ad Concilium Constantiense Legatus Academiæ Viennensis, ejusdemque Doctor atque tertiò Rector Magnificus, in Commentario in Lucam, cap. 1. sic inquit: Spiritus sanctus superveniet in te, te singulariùs sanctificans. Et bene dicit, superveniet; *quia Spiritus sanctus prius venerat in Virginem, ipsam ab originali præservando*; sed in Conceptione Filij supervenit Spiritus sanctus, id est, iterum venit ad conferendam majorem gratiæ plenitudinem, &c. Est manusc. in Biblioth. Academica Viennensi.

PHILIPPUS Relius, Ordinis Minorum Hibernus, elaboravit Tractatum contra Libellatores Romanos, *pro Immaculata Virginis Conceptione*, cujus exordium tantùm hic transcribere decrevi: Observationes in duos libellos supplices nomine Fratrum Prædicatorum, Congregationi S. Romanæ Ecclesiæ, ac universalis Inquisitionis exhibitos, contra titulum Immaculatæ Conceptionis magnæ Matris Dei tribuendum. Introductio: Concertationes eousque Scholasticæ laudabiles, quousque ad veritatem pertingatur, aut inquisita inveniatur, vel per Ecclesiam silentium imponatur; ingenia enim acuunt, mentium torporem excutiunt, scholas nutriunt, intellectus illuminant, & purioris disciplinæ affectus excitant. Nacta verò veritate, eam amplius impugnare, nec constantiæ tribuitur, nec studiositati, sed cervicositati atque proterviæ: gravius tamen est & intolerabilius ei controversiæ à Summa Sede decisione facta, aut forma data, aut alterutri partium silentium indicto, quòd adhuc non cessetur, nec mandatis obedientia debita præstetur Apostolicis, hoc enim contumaciam arguit & temeritatem. Controversia de Immaculata Matris Dei à communi labe filiorum hominum conceptione, aliquamdiu Theologorum cum laude exercuit industriam, excitavit ingenia, & lucubrationes utiles procuravit. Tandem ex tot laboribus, veritatis fulgore exorto, & accedentibus catervatim Universitatibus, & piam de Conceptione purissimæ Virginis amplectentibus Sententiam, & oppositæ Libellum dantibus repudij: quod hactenus sub opinione erat, jam humanæ videbatur certitudinis attigisse apicem. Ad hanc ipsi inopinatam mutationem fremunt Adversarij, ac modernorum more Hæreticorum, ad sacram appellant Scripturam; quasi nunc novi aliquid dicturam, quod à principio Controversiæ à nemine inventum esset: mutilatas aut additionibus corruptas Sanctorum Patrum sententias adferunt; sed ante oculos pennatorum jaciebatur hoc rete: integritas opponitur corruptioni, & verus sensui fallo. Sed & ne quidquam ad hujus inventæ margaritæ ornamentum desiderari posset, seu annulo aureo inseritur, Festum Solemne, privilegijs & indulgentijs munitum à Summo Præsule pro Universa Ecclesia Dei, sub ejus invocatione instituitur; nunquid & sic cessavit invidia? minimè sanè. Periculosiores excitantur turbæ, sparguntur libelli infames potius, quam famosi, nisi à mala fama; ubique temeraria audentur, populus repletur scandalis, & suggesta erroneis ac falsis doctrinis; occurrit Petri Successor, venenatos conquassat calamos, & maledicas refrænat linguas. Quia verò hæreditarius difficulter curatur morbus, cum in ipsis ossibus ac medullis quandoque hæreat mali radix: iterum iterumque applicatur medicina, adhibentur pharmaca; tandem Opinio tabernaculi, cui non appropinquavit peccati flagellum, indigna proscribitur ex scholis, prohibetur in cathedris, & omni lucis privatur usura; finem liti impositum quis non putaret? Ecce quod publicè non audebant, aggrediuntur quidam occultè: & abusi sacræ Inquisitionis auctoritate, novo figmento & inveterato odio, Conceptionem Deiparæ adoriuntur, titulumque sibi à pluribus Summis Pontificibus concessum, ab omnibus admissum, & in Ecclesiastico Officio usitatum subtrahere nituntur: nec solùm spoliarè conantur, sed injustæ possessionis accusant; nevè alienum sine causa raperevideretur, excogitant nomine sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis, compositum quoddam Decretum, & fingunt ex mandato fœlicis recordationis Urbani VIII. istud emanasse: cumque res tam inusitata in Curia Romana meritò primo intuitu haberetur suspecta, ac propterea dignis censuris supprimenda peteretur: statim duo libelli supplices, in defensionem dicti Decreti offeruntur Purpuratorum Patrum Senatui; in quibus an fictitium Decretum magis suspectum reddiderunt, patebit ex sequentibus observationibus, in quibus hoc ordine procedetur: dividentur libelli in varios textus, & unicuique applicabitur sua observatio, ne multa simul assumendo Lectoris confundatur memoria, aut quidquam minùs examinatum transire contingat. &c. Extat apud nos manusc. in folio.

QUIDAM Flander, ut credo, Ordinis Minorum, scripsit libellum, sub hoc titulo: Du tres-Religieux Ordre de la *Concepcion Immaculée de nostre Dame*. Introduit au Venerable Cloistre, dit de Nazareth, du Tiers Ordre de S. François, en la Ville d'Enghin, c'est an 1636. & libelli capita sunt ista: 1. Congratulation & exhortation à l'Ordre de la Conception Immaculée. 2. Fondation du premier Cloistre dudit Ordre au Pays-bas. 3. Reformation d'un Cloistre du Tiers Ordre S. François en l'Ordre de la Conception. 4. Abbregé de l'Origine dudit Ordre hors du Reverendissime Pere François Gonsague. 5. Origine du mesme Ordre hors des Chronique de l'Ordre S. François. 6. Bulle de Confirmation dudit Ordre & de sa Regle. 7. Vie & Regle dudit Ordre. 8. Declarations, annotations, & additions de quelques Ordonnances à ladite Regle. Deinde proponit assumptum, sub hoc titulo: Congratulation & exhortation aux Religieuses du Tiers Ordre de S. François, reformées ou à reformer en l'Ordre *de la Conception Immaculée de nostre Dame*.

Item, fol. 33. facit Tractatum specialem, sub hoc titulo: La vie & Regle des Religieuses de la *Conception* de la Mere de Dieu. extat Impress. Leodij 1636. in 8.

QUIDAM scriptor modernus edidit Opusculum parvum, sub hoc titulo: *Demonstratio Conceptionis impossibilis Deiparæ in peccato originali*; per lumen rectæ Rationis, sine præjudicio Divinæ Humanæ authoritatis, & per authoritatem divinam & humanam sine præjudicio luminis rectæ Rationis, juxta Chronicon:

sanCta Maria, neC potVIt ConCIpI In peCCato orIgInaLI.

Et etiam fuit editum Gallicè, sub hoc titulo: *Remonstrance de l'impossibilité de la Conception de la Vierge Mere de Dieu, dans le peché originel*, par la lumiere de la raison naturelle, sans prejudice de l'authorité Divine & Humaine; & par l'authorité Divine & Humaine, sans prejudice de la lumiere de la Raison naturelle, soubs le Chronographe & tiltre.

generatIon De VIerge Mere toVte IrreproChabLe.

Impress. in 4. sine loco impress.

QUIDAM scriptor Antiquus elaboravit duos magnos Tomos quos intitulavit Vaticanus, in quibus procedit ordine Alphabetico: & part. 2. Verbo MARIA, adducit plures Auctoritates, inter quas dicit

cit in una *Virginem MARIAM fuisse absque labe.* Extat in S. Martino Lovaniensi, manusc. in fol.

QUIDAM Antiquus scriptor, in Serm. Nativitatis, qui incipit: Egredietur virga, &c. Antequam prædicta verba exponantur, prænotandum est quod egressus hominis primus est naturalis, &c. & post multa de egressu peccati, inquit: *Hunc egressum non habuit B. MARIA, quia nunquam fuerat sub dominio Regis Babylonis, eò quòd sine dubio nunquam peccaverat.* Extat in Mon. S. Martini, Lovanij.

QUIDAM Antiquus scriptor, in Serm. de Nativitate Virginis, & incipit Sermo: Liber generationis Jesu Christi; Iste liber potest dici B. Virgo. &c. *ut patet in Beata Virgine, in qua nihil incorrectum fuit aut vitiosum;* quia certè nullus præter ipsam aut suum Filium, quia omnes in iniquitate concepti sumus, &c. Extat in S. Martino Lovanii in 8. in charta pellicea; & habet nomen, Frater Ægidius de Lovanio, in quo videtur fuisse Religiosum: sed nescio an iste fuerit Auctor vel scriptor.

QUIDAM Antiquus Latinus, fecit Sermonem de gloriosa Virgine Maria, qui incipit: Quasi aurora consurgens, Cant. 6. Ut ea quæ dicturus sum captu faciliora sint, &c. in quo latè agit *de Conceptione Virginis MARIÆ & præservatione à peccato originali*; ita ut quasi totus Sermo sit de hoc mysterio. Extat prope Lovanium in insigni Abbatia Parcensi, cum aliquibus Sermonibus Chrysostomi, S. Bernardini & aliorum, manusc. in 4.

QUIDAM Auctor antiquus Germanus, qui vixit ad annum 1490. (Joannes Ludovicus suspicatur fuisse ex Ordine Prædicatorum) inter alia varia opera fecit Hymnum de Immaculata Conceptione, quem hic transcribo:

Exultent filiæ novis præconijs
Sion Eximiæ, matrem donarijs
Mirè sanctificat Christus, quam varijs
Donis sanctificat.
Gaude lætissimè fidelis Concio,
Quod tam mundissimæ Matris Conceptio
Sit nævi nescia, & è vestigio
Præventa gratia.
Immunis creditur ab omni macula,
Quando concipitur MARIA inclyta;
Nec unquam alteri puro per sæcula
Confertur homini.
Dulciter convenit divino cultui,
Multumque congruit & sacræ Fidei;
Concordat ratio modi, purissima
Sit hæc Conceptio, & plura alia.

Extat manusc. in Bibliotheca Universitatis Viennensis, in 8.

QUIDAM Dominicanus Theologus Germanus, qui vixit circa annum 1430. fuit *Immaculatæ Conceptionis Assertor*; ut refert Joannes Ludovicus Schonleben, in suo 4. Tomo Orbis Vniversi, pro definitione piæ & veræ sententiæ de Immaculata Conceptione, Auctore 16. fol. 33.

QUIDAM Antiquus Germanus scriptor, qui floruit circa annum 1386. (ut inquit Joannes Ludovicus Schonleben, fol. 11.) scripsit Sermones, & in uno de Annuntiatione habet hæc verba: Ave Maria gratiâ plena. Solent mulieres 6. gratias affectare temporaliter, quas B. Maria habuit spiritualiter; quæ in Angelica Salutatione notantur. Primò namque habuit pulchritudinem, cùm dicitur Ave, *id est, sine væ peccati; fuit enim tam pulchra, quòd fuit sine omni macula. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. &c.* Dicitur gratiâ plena. Habet autem Deus quadruplicem gratiæ mensuram, scilicet bonam, confertam, coagitatam, & supereffluentem, uti habetur Lucæ 6. Bona mensura est sufficientiæ, quam habent omnes Sancti; conferta est abundantiæ, quam habuerunt Apostoli; coagitata est excellentiæ, quam habuerunt in utero sanctificati; *Supereffluens est quam habuit Christus, qui sine macula conceptus in utero. Omnes autem has mensuras gratiæ Virgo videtur habuisse*, unde ipsa dicit Eccles. 24. In me omnis gratia vitæ. Extat manusc. in Bibliotheca Universitatis Viennensis, in 8.

QUIDAM Auctor Hispanus scripsit opusculum hispanico idiomate pro defensione mysterij *Immaculatæ Conceptionis*, & commendatione libri Solis Veritatis & aliorum hujusmodi, sub titulo; Defensas sin ofensas, & incipit: Seguirè & stilo de Esquelas. Extat apud nos manusc. in fol.

QUIDAM Auctor Hispanus suppresso nomine scripsit Epistolam *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, quæ incipit: Yo me estaba, &c. Et ibidem continentur aliqua notata ad Memoriale exhibitum à R. A. P. Joanne Martinez de Prado. Extat apud nos in folio.

RUTGERUS Dole, qui erat Canonicus ad S. Stephanum in Vienna, anno 1407. & Rector Universitatis, fuit *Immaculatæ Conceptionis assertor*; ut dicit Joannes Ludovicus Schonleben, Auctore 12. cujus verba sunt: Præter eruditos Lecturæ in Job Tomos duos, alia plura opera Universitatis Bibliothecæ reliquit, in quibus *Immaculata Conceptio adstruitur.* An verò opera illa ab ipsomet Rutgero cõposita sint, vel ab aliquo alio, non ausim pro certo statuere. Conjecturam formo pro ipso, ex similitudine Scripturæ seu characterum, qui eandem manum denotant; licèt non reperiam annotatum, quòd sint opera Rutgeri, sicuti in duobus illis Tomis in Job. Verum inde sufficienter colligi possit pius ejus de Immaculata Conceptione sensus; quòd hoc tempore, quo ipse claruit, receptissima jam fuerit inter Viennenses Theologos pia sententia. Verba extant in fol. 25.

THOMAS Murnerius, Ordinis Minorum Germanus, inter alias pulcherrimas difficultatum Conclusiones hanc sustinuit: *Probabile est Virginem gloriosam nunquam fuisse in peccato originali.* Ita P. Wigandus in suo Dialogo, part. 3. fol. 28.

ZACHARIAS Ignatius Trickelius, Societatis Jesu Germanus, edidit bis revelationem de erecta Viennæ columna Immaculatæ Conceptionis, sub illo titulo: Mariam Virginem Immaculatè conceptam publico voto Ferdinandi III. Rom. Imperat. in Austriæ patronam electam, cum annexis Decretis Cæsaris ad Universitatem, statuto Academico de propugnanda *Immaculata Conceptione*, &c. Prodierunt, anno 1648. & 1649.

FRANCISCUS Haraldus, Ordinis Minorum Hybernus, in libro Epitome Annalium Ordinis Minorum ex R. P. Luca Waddingo, in Indice adducit ista: *Conceptionis Immaculatæ* Canonicorum Officium celebrabant Franciscani singulis Sabbathinis diebus non impeditis, an. 1224. n. 4. Ejus Festum in toto Ordine celebrandum decernit S. Bonaventura cum Capitulo Generali Pisano 1263.


num.

num. 6. Idem Festum acceptatum in toto Regno Aragoniæ per Martinum & Joannem Reges 1280. n. 4. Et Vigilia ex voto, quo populus apertè liberatur, ibid. De ea tractatum scripsit Richardus à Media-villa 1302. n. 8. Scotus Oxonij Immaculatam docet, & Parisijs solemni congressu propugnat 1304. n. 10. Scoti argumentis moti Parisienses, præstito juramento illam tenere ac defendere obligantur, ibid. Eam iterum Scotus defendit Coloniæ 1308. n. 2. Pauli V. & Gregorij XV. Decretis illustratur, ibid. Eam defendit Joannes Marchelejus Minor 1376. n. 5. Et Tolosanæ Universitatis professores 1430. n. 8. Matritenses annua festivitate, & publica supplicatione eam colere vovent 1438. n. 10. Quid de ea decreverint Basileenses 1439. n. 8. Disputatur coram Xisto IV. & ejus Officium & Missa ab eodem approbantur; & concessis Indulgentijs per Festum & Octavam Commendatur 1477. n. 1. Ejus Festum sub sanctificationis nomine celebrari prohibetur 1479. n. 9. In Civitate & ditione Mantuana promovetur 1481. n. 5. Ferrariæ coram Duce & Episcopo publicè disputatur 1482. n. 4. Ejus Festum in quo sensu celebrari debeat 1482. n. 5. &c. Parmenses perpetuum ejus cultum apud se decernunt 1487. n. 7. Parisienses, Colonienses & Moguntini in eam jurant 1499. n. 7. Ordo Sanctimonialium in ejus honorem instituitur 1501. n. 3. In ejus defensionem jurat Universitas Moguntina, ibid. num. 9. Acriter in Germania controvertitur, & ejus discussio coram laicis prohibetur 1503. n. 9. Sixti IV. Constitutiones circa eam editas renovat Alexander VI. ibid. Ejus Officium & Missæ cum Indulgentijs à Sixto concessis solemniter celebrari possunt, etiam tempore interdicti 1517. num. 16. Liber extat impress. Romæ 1662. in fol.

Omnia hîc dicta submittimus correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
896a